vt in reſponſis Pauli not.in l.2.& ibi glo.in verſi.
plus eloquentiæ. de orig. iuris. Deus quoſdã de-
dit excellere in ſublimitate ingenij: quoſdam in
docendi peritia,& alia vt per Iſer. hic. Sed omnia
ſunt dona Dei,& diuiſiones gratiarum. Idem ve-
ro Deus qui operatur omnia in omnibus. pri. ad
Corin. 12. Sermo datur cunctis, animi ſapientia
paucis.glo.in l.2.de alien.iudicij muta.cau. facta.
Vnde permittitur quod vnus forte deterioris ſen
tẽtiæ,multos & maiores aliqua in parte ſuperet.
l.1.C.circ. medi. de veteri iure enucle. reuelatur
aliquando minori, quod maior neſcit.l.potiores.
C.de offi.rectoris proui.Zaba.in clem.vni.in ver.
Intelleximus. de reliquijs & vene. ſanct. Sed per
hoc maiori non irrogatur iniuria.l.potioris.C.de
offi. recto.prouin.Fateor tamen, quòd eius quod
multipliciter exponitur, veritas inquiratur. Pau.
de Caſt.in conſi.195.num.2.1.vol.& dicitur ob-
ſcurum,quod multipliciter intelligi poteſt. Idem
Pau.in conſ.246.col.1.in fi.eo.vol. & 195. col. 2.
poſt medi.2.vol. Sed contra diſtrahit multitudo
20 librorum ſecundum ſenecã†.refert addi.ad Spec.
in fi. & infinitas eſt euitanda.glo.pen.in l.in lege.
ff.de contra.empti.l.non diſtinguemus. §.quæ li-
tum.in ver.non lit.ff.de arbitris.glo.fin.in l.fidei-
commiſſa.§.ſi quis decem.de lega.3.l.1.§.ſicut.in
verſ.in infinitum. ff. vt legato. nomi.cauen.l.1.in
ver.in infinitum.ff.de legat.præſtan.l.qui bona.§.
fin. in ver. debet.ff.de damno infect.l.ut inter di-
uinum.in ver.in infinitũ.C.de ſacroſan.eccle.& in
ſpecie quod ſcientia legalis habeat finem mirabi
lem.§. & ita. In proœ. ff. rurſus dicitur Malachię.
3. ego Deus & non mutor, & Iſaias.46.conſiliũ
meum manet, & voluntas mea fiet. Et tamen fit
mutabilis varietate hominum.Iſaiæ.38. Ionæ.3
& Hier.18. c. nouit. & c. ſi agamus. cum ſeq. de
pęniten.diſt.1. Item Chriſtus & Adam ſciuerunt
21 omnia. De Chriſto patet ad Romanos.8.†Quo-
modo nõ cũ illo omnia nobis donauit? qui por-
tauit omnia verbo uirtutis ſuæ. pri. ad Hæbreos.
In eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ
abſconditi. Ad Coloſſenſes. 2. mediator Dei, &
hominum Chriſtus Ieſus.pri.ad Timot.2. Adam
quod ſciuerit omnia probatio facilis: nam Gene-
ſis.2.apparet omnibus impoſuiſſe nomen, & no-
men,cum dicatur à notamine, eo quòd vocabu-
lo ſuo rem notam efficit. Archi. in c. dictum.pri.
q. 1. in pri. vt nomen ſit conſequens rei. §. eſt &
aliud. Hoſti.de donatio.oportet fateri,ſciuiſſe om-
nia. Inſuper ſicut à Deo proceſſerunt omnia, ſic
ab Adam.glo.in c. hæc imago. in ver. In homine.
33.q.5. Et ſicut omnes ſciunt omnia, vt per Iſer.
hic. Ita Adam in quo omnes eramus:nam fuit ho
mo vniuerſalis: Idea & exemplar totius generis
humani. Bald.in conſi.301.nume.12.cir.medi.1.
vol.in eo totum genus humanum includebatur.
Idem Bald.in conſi.280.poſt pri.3.vol.vnde ap-
pellatur mundus minor. Archi.in c.ſexto die.poſt
pri.35.diſt. & ab ipſo tamquam à fonte & quadã
maſſa deriuamur. Bald.in conſ.386.poſt medi.2.
22 vol.& in eo omnes peccauimus. † ad Roman. 5.
quia omnes eramus in ipſo originaliter, ſiue ſemi
naliter. Vnde omnes peccauimus ipſo peccante.
& cum originaliter naſcamur & contrahatur ex
coniunctione animæ ad carnem corruptã. Archi.
in c.ſerpens.in fin.de pęnit.diſt.1.in c. placuit. in
pen.de conſecra.diſt.4. propter radicem & mate-
riam infectam. in conſi. feu. diuer.2.poſt nu.41.
caro corrupta animam facit peccatricem. Archid.
in c.ſi baptizata.cir.fin.de conſecra.diſt.4.& dici-
tur originale peccatum, quia ex vitioſa noſtræ o-
riginis conditione trahitur.Idem Arch.in c.hanc.
cir.pri.& ſeq.de pęni.diſt.4.terra rubea interpre-
tatur.Archi.in c.non eſt, cir.medi. de pęnit. diſt.2.
Fuit creatus & ſepultus Adam in Ebron. Idem
Arch. in c.Illud.40.diſ. protoplaſma dicitur: ideſt
primo plaſmatus. Authen. de tabellio.in ſum.cir.
fio.poſt nom.2.Archi.in c.quorundam. poſt pri.
34.diſt.quomodo fuit ante peccatum & qualiter
poſtea. Idem Archi.in dict.c.placuit,in antepen.
de conſecra.diſt.4. Tria nobis incommoda ex eo
inflexa ſunt: miſeria,culpa & ignorantia.Archi.in
c.ſi peccatum.poſt pri.22.q.1.per mortem Chri-
ſti originale peccatum eſt extinctum, quo ad pę-
nam pro illo debitam. Idem Archi.in c. miror. de
pęnitẽ.diſt.1. ꝙ peccatum concupiſcentia carnis
appellatur. Idem Archi.in c. quiſquis.de conſecr.
diſt.4.lex & concupiſcentia, quia ad concupiſcen
tiam impellit, in c.non ex quo. eadem diſt. & ſic
Adam ex perſona omnium omnia ſciuit, ẽt quia
ſecundum Boetium,dicitur felix rerum cognitor
mundi.glo.in pri.ff.in ver.fęlix.

Contraria nõ obſtant: nam alibi infinitas ap-
probatur.l.videamus.§.deferre.in ver.iurare.ff.de
in litem iurã.vel diſtingue ut per glo.in extrauag.
Io.pri.in ver.infinita.de verb. ſign. & finis legum
mirabilis fuit in legibus factis,non in ijs quas ua-
riatione temporis fieri oportet, ut ſupra. Non
obſtat aliud, nam quantum ad temporalem pę-
nam, poteſt ira Dei eſſe commutabilis: ſed quã-
tum ad æternam non. cap. Nabuchodonoſor. in

uer.iraſcente. 23. quæſt. 4. uel ſecundum Diuum
Thomam ſuper 6.ad Hæbr.colum.pen.in ijs quę
à Deo procedunt, duo ſunt conſideranda: proceſ-
ſus rerum & conſilium Dei,a quo talis proceſſus
cauſatur. Conſilium Dei eſt omnino immobile,
diſpoſitio vero eſt mutabilis. Vnde Deus in q-
buſdam dicitur mutabilis. In quibuſdam nō mu-
tabilis,in.qualitate pęnę,& diſpoſitione. In cōſi-
lio vero immutabilis.An autem Chriſtus,vel pri-
mus homo ſciuerint omnia,vide q̄ allegat Lipan.
hic,in ver.ſciuerunt.Sed dicit Iſer. ex ipſes nō po-
teſt argui: nam Chriſtus fuit Deus & homo,non
purus homo. Iſer.hic. Adam fuit factus non na-
tus. Vnde dicitur datiuus: alij vero homines ſunt
natiui.Caſſa.in conſi.Burg.rub.4.§.13.nu.7.in t.
Sicut actio alia datiua & alia natiua. Azo in ſum.
C.ſi.reg.nu.8.in fi.alij nō omnes, per omnia, ſed
certi per certa meliores,& deteriores inueniūtur.
Spec.in proœ.poſt nu.21.& 22.58.Iſer.Quæ ſint
regal. in ver.contrahentium.nu.43.cir.fi. licet de
Auguſtino Hieronymus dicat, quod quæ Augu-
ſtinus ignorauit,rerū natura neſciuit.In cōſi.feu-
13 da.diſce.ſ.57.nu.5.in fi.† Qui autē vult bene ad-
diſcere, debet a ſe timorem excutere,& torporē
cum reuerentia, & intelligentia audire, non ſolū
a maioribus,ſed etiam a minoribus & iunioribus.
Archi.in c.ſi.38.diſt. abſcondiſti enim a ſapienti-
bus,& nota fecisti ea paruulis, refert Specu.in tit.
de arbitro,& arbitratore.§ fi.nu.58.in fi.cum nō
14 ſciat niſi doceatur. † Zaba.in clem.vni.in 1.nu.17.
de ſuppič.neglig.prelat.& docet qui nouit, diſcit
qui non nouit. Archi.in c.ſic viue.16.q.1. audiat
& adiſcat quæ neſcit. Iſer. in Authē.habita.nu.1.
poſt pri.de ſtatu.& conſuc.contra liber.eccl.ſi eſt
ſapiens audiendo ſapientior erit, Prouer.1.requi
ritur inſtructio proueniens à voce magiſtri, quia
15 primo eſt tēpus tacendi,poſtea loquendi. † Zaba.
in clem.1.in 8.not.de magiſtris.ſcientiā non poſ-
ſunt addiſcere literalem ſine illis.l.4.§.fi. ff. Vbi
pupillus educa. deb.ſunt neceſſarij libri.c.ex ijs q
ſeminat.cir.medi.de ver.ſig.noctes oportet duce
re inſomnes.glo.in proœ. Decretal.in ver.ſeruus.
& in cap.ſunt qui.in ver.natura.de peniten.diſt.1.
quia in primis horis diei poſt ſomnū melius facit.
de Iuſt.C.conſu man.in ver.ad deſenſo.cir.ſi.ma-
ior eſt pars horarum ſeptem primarum diei.l.2.
de verbo.ſign. Io quiete noctis homo meditatur.
D.Thom.in 18.noctu.cęli.enarrant.ibi,dies dici,
optima eſt ad contemplandum hora matutina.
Idem Thom.in 8.tertij noctu.Deus noſter refu-
giū.ibi, Deus in medio.prima pars diei eſt aptior
& deuotior ad orandum. Zaba. in clem.1.in ver.
negligitur. poſt nu.7.de celebra.miſſa.tunc appli
cando animū cum magna voluntate, & vehemen
ti animo ad aliquid perficiendum proprie dicitur
ſtudere. Afflic.in c.1.in 30.not.num.30.ſi de in-
ueſti.inter dom. & vaſal. lis oriatur. bene legit &
erit laudādus.§.1.in ver. Focam. Auth.de iudicib.
& nihil erit qđ inuenire non poſſit.§.Illud quoq;
In ver. adinuenientibus. Authē. de exhiben.reis.
Ideo literarum ſtudia dicta ſunt a cupiditate le-
ctionis. Archi. in c.in noua.16.q.7.& omnes im-
pelluntur gloria. Lucas in l.2.col.2.poſt prin.de
his qui ſponte muner. ſube.& in hoc ſunt quinq;
genera hominum. Archi. in c.nonne. 37. diſt.&
propter quinque diſcunt. Lucas in l.1.poſt prin.
de excuſa.artifi.& in l.vni.C.de ſtudiis liber.vrbis
Romæ, & debent diſcere multo tempore a peri-
tiore.Io.An.in addit.ad gl.in c.cum ad magiſtrū.
in ver.diſcipuli.de electio. alias quod male didi-
cerunt alijs inſinuant.c.antepen.de conſecra.diſt.
2.& in proœ.6.in ver.doctoribus. caret exercita-
tione ſtudens, augere ingenium ſuum. Lucas in
l.vni.col.7.cer.medi.ibi, decimotertio. in fin.de
ſtud.libe.vrbis Romæ.& licet ſit laborioſum ſtu-
dere.l.1.C.de aſſeſſo.& dome.ſicut & militia.glo.
1.in l.ſi cum. C. de reſti.mili. non tamen ſtudio
tranſitorio.Auth.de Quęſtore.in uer.tranſitorio.
aduerte tamen, quod quādo ſunt dies magni, nō
debemus vigilare de nocte: quod ego male ſer-
uo dicit glo.in §.1.in ver.vtentes. Auth.ut iudices
ſine quoquo ſuffra.Quis ſit habilis ad ſtudium,&
quod requirantur multa, Lucas in l. 1. col. 1.cir.
fi.ibi,ſecūdo.C.Qui ętate vel profeſſione ſe excu.
non debet ſubtrahi oportunitas docendi, & pro-
ficiendi: Sed debemus dare oportunitatem ad bo
num, & ſubtrahere malum. Zaba.in clem. 2. nu.
16 7.de magiſtris. † Qui autē, & qualiter eligantur
magiſtri.Pileus in ſum.Azo.de profeſ.& med.nu.
3.l.quibus.de verbo.ſign.dicitur magiſter, maior
in ſtatione: nam ſteron Græce, Latine dicitur
ſtatio.maior enim ſtat,& debet eſſe idoneus,lite-
ratus, & talis q docere poſſit. Arch.in c.de qbuſ-
dam. in pri.37.diſt. quæ debeat facere. Idem Ar-
chi.in c.2.cir.pri.46.diſt. debet habere aliquid vl-
tra ea quę dicit diſcipulis.§.tertio uero. in ver.ma
giſtri.& ſeq.& in ver.erogatis.in proœ. ff. quæ o-
portet habere.l.magiſtros.de profeſſo.& med.C.
& c.oportet.8.q.1.debent ſe pro ingenio audien-
tium adaptare.glo.in extrauag.2.Io.in ver.lecto-
ribus.de ver.ſig. Sicut in prædicatore.glo.fin.in c.
2.88.diſt.Quid eos agere oporteat.c.reuertimini.
§.ſi quis 16.q.1.debent abſtinere ab oſtentatione
vulgi.l.vni.de ſtud.libe.vrbis Romæ. diſcere quæ
volunt docere.c.ſic uiue. & ſeq.16.q.1.alias ſi nō
legūt utiliter ſcholaribus, poſſunt reprobari.l. 2.
de profeſſo.& medi. C. & ſic antequam loquaris
diſce,alias qui inconſiderate loquitur ſentiet ma-
la. c. ponderet. 50. diſt.quia in lingua agnoſcitur
ſapientia, ſenſus & doctrina. Lucas in rub. de le-
gatio.col.5.cir.fi.& eſt immediatum organom ad
interiorem conceptū cordis explicandum. D.Th.
in pri. 3. noct. poſt pri.dixi cuſtodiam. Ideo non
nocet eſſe locutum,& dixiſſe peniter.glo.in proœ.
clem.§.quoniam.in ver.ſilentio non debent dice-
re quæ ignorant.l.Iulianus. §. quid tamen. ff. de
actio.empt.alibi,indoctus taceat propter euitan-
dam confuſionem.eccleſiaſticus.18.eſſe magiſtrū
legum, eſt dignitas.glo.1.in fin. de nouo. C. faci.
quomodo nominetur. Afflic.hic poſt num.6.&
doctus debet docere, quia ſcientia abſcondita &
theſaurus inuiſus quæ vtilitas in vtriſque.Iſer.hic,
& Lucas in l.vni.col.7.cer.med.ibi,decimotertio.
in fi.C.de profeſſ.qui in vrbe Conſtanti.& Deute
rono.c.11.docete.filios veſtros,vt illa meditētur,
& ipſe erudit nos, ſicut homo erudit filium ſuū.
& ibidem.c.8. Homini Deus nō dat gratiam, niſi
vt utatur illa: alias ſi per negligentiam illa non
vtatur, illam Deus aufert, ut de talento, mathæi.
c.25. D.Thom.in pri.3.noctu.cir.fin.pri.& unuſ-
quiſque ſicut accepit & gratiam illā adminiſtret.
Archi. in c.1.cir.fin.48.diſt. Sumus enī debitores
Deo, & proximo. Idem Archi.in c.qđ debetur.
14.q.1.non debet ergo a Deo doctus alijs ſciam

occulta-

occultare, ne veritas obſcuretur.cap.1.98.diſt.vt labium veritatis firmum remaneat in perpetuum. c.fin.5. q. 5. & vt ſæpius exagitata veritas magis ſpendeſcat.c.graoe. 35.queſt.9. Indocti doceant, & infirmi perſuaſione roborentur. c.in Galliarũ. io fi.25.q.2 cuius retributio vera. Iſer.hic, eſt in ecuerẽtia quã princeps ei exhibet. Lucas in l.vni. col.pri.cir.fi.C.de col leg.& chartopra.fulgebunt quaſi ſtellę in perpetuas æternitates.Iaſ.hic poſt pri.habet virtus precium cum creſcit. Arch.in c. 2.col.1.in fin.23.q.3. perfectio virtutum eſt per aſſumptionem. Zaba.in clem.vni.in ver.verũ cir. prin.de ſum.trini.nam da occaſionem ſapienti & ſapientior erit. Archi.in c.fi.24.q.3.Specul.in tit. de aduocato §.7.nu.4.in fin. & iſte eſt honor qui alit artes. Lucas in l.vni.cir.fi.de mulier.& in quo loco. precio autem numerario non eſt æſtimanda vel dehoneſtaoda, vt aliæ vtiliſſimè libe.artes. Azo in ſum.num.20.cir.medi.C.pro ſocio. nam omois ſcientia, etiam Geometria à domino Deo eſt, & in ſe ipſa eſt bona: à lege tamen prohibet propter ſeqoelam. Archi. in c.legimus.in fin.37. diſt. de ſeptem artibus, & quód quælibet ſcientia licita permittator. Zaba.in clem.1.nu.8.cir.fin.& 2. in 7. not.de magiſt. & ſi in ciuili ſapientia non debet,multo magis in canonica.Io.An.in c.1.nu. 8.in fi.de cenſibus. Pro licentia docendi precium exigi non debet. Archi. in c. de quibuſdam. poſt pri.37. diſt. nihil debet dari.c.2. de magiſtris. & magiſter committit ſimoniam, ſi aliquid recipit à pauperibus,vel clericis eccleſiæ,à qua recipit beneficiom.Archi.in d.c.de quibuſdam.col.2.cir.fi. econtra, labor non debet eſſe ſine mercede.§. ſi quis autem. Auth.de iudicib.& quod pro vniuſcuiuſque merito eſt conceſſum ſeruet.l.1.C. de anno.ciuili,quia vbi eſt plenitudo fructuum,ibi gaudia ſuperabundant. Lucas in l.1.in fin. de his qui in exilium dati. debẽtur mercedes & ſalaria.l.medicor. de profeſſo. & medecis.C.& dicuntur mercede remunerati.l.Attilius.de donatio.& ſic ſciẽtia in ſe licet ſit inæſtimabilis.glo.fi.in l.pen.ff.ad exhibe.poſſit donari, & non vendi.l.1.in ver.æſtimanda.ff.de varijs & extra.cognitio.dicitur minimo precio magno prudentia cõparari.l.2.§.omnibus. de vete. iure enucle. vnde Sabinus legum doctor à ſuis ſcolaribus ſuſtentabatur. Inno.in c. 1.de magiſt. Vel ſalarium doctoris iuris ciuilis in honeſtè petitur, ſed honeſtè accipitur. Ioã. An. in c.2.nu.1.in fin. à diſcentibus poteſt recipere, ſed non exigere. Inno. in d.c.1.de magiſtris. & an peccet recipiendo à ſcolaribus pecuniam pro ſalario. Zaba. in clem.2.nu.18.eo.tit.de magiſtris.

17 † Sed quid prius eſt in homine, ingreſſus ſcientiæ,vel regreſſus ignorantię,& videtur ꝙ nõ poſſit vtrũque prius eſſe quàm alterum.l.fin.§.pen. in ver.non eſſe. de vulga. & pupilla. non põt eſſe quis ſimul bonus, & malus.multa Lucas in l. pri. col.4.poſt 1.C.vt nemo ad ſuũ patroci. & in duobus tutoribus.glo.2.in l. 2. C. de teſti. tute. vnde virtus eſt medium vitiorum vtrinque redactum. Archi.in c.ſępe.cir.prin.41. diſt. Dic ꝙ ingreſſus vnius operatur regreſſum alterius. exẽpla in c.cũ renunciatur. vbi latè Archi. 32.q.1.& in c.conſideret.col.1.poſt prin.de pęnit.diſt.5.finis vnius, cauſa eſt & initium alterius.l.4.in ver.illius.ff.de excuſa.tut.finis vnius termini eſt incohatio alterius. Bal.in conſ.350.poſt nu.4.5.vel egreſſus erroris operatur inductionem veritatis. Zaba. in d.clem. 1.in pri. de magiſt. lex expellit multitodinem, & introducit virtutem.Auth.de referendari.cir.fin. Sicot in peccatore,ſi non pęniteat veteris vitę,nõ põt nouam incohare.Loffr.in conſi.48.nu.13.cir. medi.Infuſio gratiæ, & peccatorũ remiſſio ſimul ſunt tpe,ſed naturaliter ex intellectu.Infuſionem gratię pręcedit remiſſio peccatorũ.Zaba.in clem. 1.nu.11.cir.medi.de regolaribus. ſicut ignis pręcedit calorem ordine naturæ, & intellectus, non aũt ordine temporis.Loffr.in cõſi.1.poſt.nu.86. ſi ſuſcipimus Chriſtũ in hoſpitio pectoris noſtri, illico fugamus diabolũ.c.ſi enĩ.cir.1.de pęni.diſ.2

Memoria igitur cum moriatur & oriatur ſicut homo. Bald. in conſi.433. col. 3.in fin.3.vol. oe Iſer.obliuiſcamur qualis fuerit.c.ſi enĩ poſt med. de pęnit.diſt.2.dicit ipſe,ego Andr.de Iſer.legum doctor licet indignus.refert iſtud dict. Iſer.Cam. in c. Imperialem. §. præterea ducatus. char.mihi. 98.col.2.in fi.& 3.in pri.legum doctor.ſimile Io. And.in proæ.6.& Auguſtinus dicebat,ſecundus locus gubernaculorum traditus eſt mihi, qui remum teoere nõ oOueram.refert glo.in c.1.10 ver. immeriti.de homic.in 6.nõ dignus occupare mẽbranas.glo.1.cir.medi.in proæ.clem. Inn.io c.dilectus filiis.in pri. de conceſſ.præbẽ.Zaba.in cle. vni.§.ſecus.col.1.cir.fi.eo.tit.de conceſſ. præben. & aliqoas horas tenuiſſe.& forte ſm ſenecã,feſtinis diebus ſolus à voluptatibus abſtinebat, cũ in illis omois turba procubuerit.glo.in clem.pri.in ver.vigilijs.de celebra.miſſa.Lucas in l.nemo.cir. mediũ.C.de ſpectaculis. ſicut quæ ad diſciplioam militarem pertinent,& ſunt feſtiuis diebus peragenda.l.pen.ff.de ferijs. & ſomno minus indulgebat quàm natura poſtulat.c.ſunt qui arbitrantur. de pęnit.diſt.1.natora enim requirit reqoiem, & captanda eſt hora congrua.glo.1.in c. dolentes. de celebr.miſſa. librũ feudorum, dicit ipſe, expoſui, omittens dicta magnorum, aliàs magiſtrorũ, vt Liparolus hic, quia non eſſet niſi ſæpius loqui. Idem Iſer.de ſucceſſ.feu.§.in alio.in fi.Sicut in eo qui ſæpius appellat. Pau.de Caſt.in conſi.7.poſt prio.1.vol.& cum id ipſum ios ſit dictum,ſtulte videtur repeti Azoin ſum, col.fi.in 1.C.de cõdi. furti.& dr̃ inculcatio verborum,quando in legib. vel ſtatutis reperitur idem per alia uerba ſd maiorem expreſſionem. Pau.de Caſt.in conſ.75.nu. 2.poſt medi.2.uol. Sicut ſi in eodem teſtamento ſępius legetur,ſemel pręſtatur,quaſi teſtator ſæpios fuerit locutus Azo in ſum.nu.43.cir.fin.C. de lega. Zaba. in clem. 1. nu. 10.cir.medi.de vita & honeſt.cleri.Archi.in c. poſt appellationẽ. cir. medi.2.q.6.& in c. Lotharius.poſt medi.11.q.2. & eſt iteratio in voce, non in re. Zaba.in clem.fi. nu.1.cir.fi.col.1.in fi.& 2.in pri.de pręben. & interpellationes quæ fiunt uno contextu habentur loco vnius. & dicitur potius ſępius loqui quàm interpellari. Caſſa.in conſ.Burg.rubr.4.§.23.ibi, ſerra ſuffiſſament. num.31. & in propoſito ſæpe loquimur, licet prima litterarum figura ſit in aliquo mutata.l.fi.in ver.prima figura. C. de ędicto diui Adria.tollẽ.oportet tamen ſępe aliquid incohare bonũ, non quæ à qoibuſdam præxiſtunt deſtruere.§.oportet. Auth.quib.modis natural.effi. ſui.aliàs qui tranſcribit nihil de ſuo ponit in tranſcripto. Sed ſicut in exemplari inuenit,ita tranſcribit.Arch.in c.ſudit.2.q.7. Sed molta antiquorũ,q

quaſi neglecta erant repetit Inno.glo.1. Auth. vt
ordina.præſe.etiam quia occultator laudis alienæ
furi par eſt. Bald.hic in proœ.num.2.alienum ſibi
appropriaos ſcripium velut fur punitur. Lucas in
l.vni.col.6. poſt pri.de ſtudi.libera. vrbis Romæ,
& prolario non debet fieri eum diminutione, vel
derogatione alterius,ſed tantum in honore & re-
uerentia, ſicut poſſet fieri in duobus hominibus
honeſtis. Archid.in c.in canonicis, poſt medi.19.
diſt.& arguit is cui nihil alieni operis placet. Lu-
cas in l.omnes.col.7.cir.medi.de decurioni. Im-
mò poſſit dici fons ſine aqua, nebula turbinibus
agitata, & alia de quibus idem Lucas in l.vnı.col.
2.circ.medi.de athlet.C. Et proſequendo Iſer.in
alijs dicit ipſe,nolui,quia nec potui authoritati tā-
18 torum magnorum derogare.†Et ſic nota,ꝙ pri-
ſcis debetur reuerētia inſtitutis. c.priſcis.55.diſt.
& nullú in ſcribendo erraſſe audeo credere.c.ego
ſolis.9.diſt.Hieronymus necnon dicebat, nō eſſe
humilitatis ſuæ, neque menſuræ, iudicare de cæ-
teris. c. ſi clericatus. 16. quæſt.pri.ne dum alienā
perfidiam redargueret, ſuam fidem ſolueret.c.fi.
poſt pri.22.q.4.& Auguſtinus, talis ſum,inquit,
in ſcriptis aliorum, quales eſſe uolo intellecto-
res meorum.glo.in c.cum omnes.in ver.patere.de
conſtitu. omnibus enim iuris authoribus ęqua
prærogatiua ſeruata eſt.l.pri.§.his ita.C.de vetere
iur. enucle. habita ſemper antiquitati reuerentia.
l.2.§.tanta. eo. tit. de vete. iur. enucle. aliàs dicit
glo. ſæpius vidi grauius offendere aures auditorū
eos, qui aliena vitia apertè dixerūt, quàm eos qui
commiſerunt,in clem.pri.§.pri.in ver.de trahant.
de priuilegijs.licet poſſet dici alius alio doctior.c.
eum tantum,de conſecra.diſt.4. Et inter apoſto-
los & doctores vnus præponitur alteri. Archi. in
c.pri.cir.medi.20.diſti. tamen utinam eſſemus ta-
les, quales antiqui fuerunt. Bald in conſ.392.poſt
pri.pri.volū. Ideo detractores famæ Doctorum,
deteriores ſunt ijs qui ſubſtantias aliorum ve prę
dia deripiunt. c.deteriores. 6. quæſt. pri. ſicut qui
vitam moreſque corrumpunt. c.facta.9.quæſt.3.
& homicidium committit qui proximo detrahit.
glo.in extrauag.Ioan. c.3.in ver.detrahere,de ver.
ſig. glo.pen. in c.homicidiorum.de pęniten.diſt.
pri. & de hoc nobiſcum.l.quidam. Iuncta glo. in
ver. ſecundum.ff.de ſeruitu.vrbano. prædio. Sed
contra, Iuſtinianus ſe comendauit, & prædeceſ-
ſoribus detraxit, vt not. glo.pri.cir.fi.l.pri.de no-
uo.C.facien. Gratianus reprehenditur a glo. in c.
fin.in ver.abolitio.2.quęſt.3. Hoſtienſis ſe extol-
lit, quòd iura noua pro magna parte ſuas opinio-
nes approbauerunt. Io.An. in c.pri.nume.8.poſt
medi.de priuileg. in 6.procedunt tamen prædicta
quando vere fuerūt reprehenſibiles,& ita D.Pau
lus reſtitit in faciem Petri, ad Galatas. 2. ſecus ſi
ante iudicarent quàm intelligant: ante inculpant
quàm iterando lecta perquirant.cap.ſciendum.in
fi.29.diſt.& iſto modo maiores doctores nō ſunt
reprehendendi.c.vtrum.in ver.patienter. de con-
ſecrat.diſt.2.Sed quę audiuerunt a voce magiſtri.
§. Itaq;. in proę.ff.& illius opiniones ſunt fouēdæ
c.pri.in ver.magiſtrorū, de decimis, ne quod an-
tiquitas bene ſtatuit, nouitas negligat. §. Illud e-
tiam. Auth.de appellat. & intra quæ tempo. & ſi
manifeſtiſſimum aliquid non ſit,non eſt negligē-
da eius interpretatio.l.pri.§.quamuis.ff.de ventre
inſpicien.licet natura nitamur inuenire quod poſ-
ſit priora corrigere.§.pri. Authē. de triente & ſi-
miſ. & mutatur melius quandoque in deterius. l.
pri.§.inde in uerſ.mutat.ff.de operis noui nũciat.
aliorum autem non debet defendi error: aliàs qui
defendit, eſt magis damnabilis quàm ille qui fe-
cit,gl.pen.in c.ſi cuſtos.27.quæſt.pri. Vltimo dū
Iſer.ſe excuſando,ſuam & omnium ex pſona pſal
miſtæ,vult demōſtrare imperfectionē. pſal.118.
ibi, ſuper ſenes & omnes docentes, me intellexi.
Iterum.138.Domine probaſti me,dicit,imperfe-
ctum meum uiderunt oculi mei. Specu.in proœ.
num.17.cir.fi.nam pſalmiſta illud dicebat in per-
ſona Chriſti, quòd antequā eſſet glorificatus no-
uit imperfectionem mortis: aliud imperfectionis
opus non.glo. in extrauag. Io. vlti. in uer.habita.
in fi.de uer.ſig.ſtupebant enim omnes qui eū au-
diebant ſuper prudentia & reſponſis eius. Lucas.
2. vel illud pſal. imperfectum meum, & cætera:
exponitur,vt in c.ſicut in ſacramentis,de conſecr.
diſtin.4. quicquid dicat Lepa. hic in additio. in
pſal. ſudet inſuper Iſer. iudicibus, quod ſuas ui-
deant lucubraciones, ex quo emendando minus
ſubtiliter dicta, laudabiliores erunt eo qui prius
inuenit, c.ſtatutum.in uer.in melius, de reſcriptis,
in 6.& ratio emēdacionis eſt,quia nemo poteſt
eſſe Iob,ut non erret in dictis ſuis. Berna.ex inte.
Io.Anto.in proœ.6.& in c.ex parte,de teſtibus &
atteſtatio.

PRAELVDIA.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa materialis,formalis, & efficiens huius libri*
2 *Feudum acquiritur duobus modis.*
3 *Inſpicitur quid actum eſt in datione feudi.*
4 *Libri appellantur diuerſis nominibus, propter di-
uerſitatis effectum.*

TRACTANDVM eſt primo de
cauſa,materiali, formali, & efficienti,
ac finali, cui parti philoſophiæ ſuppo
1 natur: & de nomine huius libri.†Cir-
ca cauſam materialem, omiſſis dictis gl.in proœ.
Decret.in ver. ſaul. & ſubiecto de quo Io.Anto.
in cap.2.poſt pri.de regul.iuris in 6.dic cum Iſer.
cauſam materialem eſſe feudum,quod acquiritur
duobus modis: inueſtitura, uel ſucceſſione.c.pri.
2 in fin.de feu.cog.† Affli.hic nu.4.& in c.pri.num.
17.quo tempore miles. licet Quandoque tribus.
Idem Afflic.in c.2.nume.4. de fratribus de nouo
benef.inueſti.Pernus in primis not.colum.2.poſt
medi.vſque in fi. Aliquando quatuor. Iſer. in pri.
per tot.de conſue.recti feu. Sunt tamen reducibi-
les ad duos. Affli.ibi in pri.not. Primo caſu,quan
3 do p inueſtituram, † inſpicitur quid actum eſt in
datione feudi: nam reſpiciendus eſt ſermo ſtipu-
lationis, vtrum ne talis ſit. l. ſi quis ſtipulatus ſit
Stichum aut Pamphilum.de uerb.oblig.quia om-
ne eſſe eſt ex forma.glo. in c.in ciuitate. in uer. ex
tali. de uſuris, lecta ſubſcriptione fideiuſſionis. l.
fideiuſſores magiſtratuum.l.2.§.pri.de fideiuſſo.
iuriſdictionis originem ſeruari æquum eſt.l.2.C.
de condit. inſert. ſi originem rei probare potes.l.
nec creditores.C.de pigno.actio. nec alia lege ius
ſuum tranſtulit, fretus cōuentione.l.fi. C.de pa-
ctis inter empto. & vendito. & hanc ſuæ rei le-
gem

gem dixit.l.pri.C.de pactis dota. nec eſt recedendum a forma uerborum. glo. in c.porro.in ver.ex inſpectione,de priui.tenor enim inueſtiturę.derogat omni naturæ feudorum.c.pri.& ibi Bald. de duob. frat. a Cap.inueſt.trahit feudum extra naturales terminos feudi. Pernus in conſi.12.colū.7.cir.medi.Bald.in §.& quia.nume.11.de his qui feu. dare poſſunt. Ideo ad tenorem eius recurrēdum eſt. Idem Bal.hic,& an mutus vel aliter imperfec.in pric.in l.maximū uitium.C.de libe.prę-ter. & in l. quoties. de ſuis & legi. & ſic pactum vincit naturam.Idem Bald.de feu.non habe.propri.ſeu.natu.nume.pri.& de hoc noli quærere rationem: quia ſufficit ita ſtatutum eſſe. Bald.in §.item.cir.fin.de ſeu.guar. & originalis forma, non noua inueſtitura attenditur. Idem Bald. in l. pri. poſt nume.32.c.quando non petent.partes.& in conſi.343.nume.pri.5.volum.radicem & fundamentum, primum ſtipitem & primum cōſenſum Domini reſpiciunt.Bal.de eo qui ſibi & hęre.ſuis. poſt nume. 2. Iſto modo ſententiam quam leges noſtræ non admittunt recte ſequuntur.l.iure noſtro.ff.de teſtam.tutel.ſed intellige de lege,quam donator impoſuit ei qui accepit, non ſibi. l.quod autem.§.pen.in fin.ff.de dona.inter virum & vxo. non ſibi legem dixit, ſed legatario.l.Lucius,la 2. in fin.de fideicom.libertat.quia nemo poteſt ſibi legē imponere a qua non poſſit recedere.l.ſi quis in principio teſtamenti,de legat.3.l. Item quando tradidit, poſtea nō niſi voluntate vtriuſque.l.perfecta. C. de donatio. quæ ſub modo. & ſic legem dixit tradēdo.l.mortuo.ff.de ſtatu libe. l. ſi cum fundum. de verbo; ſigni.l.contractus.cir.medi. de reg.iuris.l.legem.C.de donatio. & tunc conditionem certam quam habuit, mutare non potuit. l. vero procuratori.§.pri.de ſolutio. Intellige etiam dummodo pactum ſiue modum appoſitum in traditione non ſit contra leges,not.in c.verum de conditio.appoſi. quia conuentione ius publicum mutari non poteſt.l.pri.§.ſi.cir.medi.ff.de magiſtrat.conueni. nec pacto priuatorum tolli.c.ſi diligenti. de foro. compe. & illorum conuentio iuri publico non derogat.l.neque pignus.& l. nec ex prætorio. de regu.iuris.prædicta in priuato uera ſunt: nam imperator imponit legem quam vult. Bald. in conſi.345.num.pri.pri.volum. Loffre.in conſi.pri.num.20.& 26.Afflic.in §.præterea,nu.15.quibus modis feu.amit.& eius contractus uicē legis obtinet.l.pen. C.de donatio. inter uirum & vxo. Vltimo intellige in caſu expreſſo, in omiſſo nō; niſi fuerit dictum ſimpliciter.l. cōmodiſſime. de liberis & poſthu. & iſto modo in iure dicitur lex traditionis.l.ſi arborem.§.fin.in pri. de ſeruit. vrbano.prædio.l.ſi quis duas. & l. uenditor.com. prædio. lex contractus.l.circa.C.locati.lex donationis.l.cum res.C.de donatio. lex uenditionis. l. Cuiua. ff. de manumiſſio.l. illud. de manu.vindi. lex locationis.l.pri.in fi. nequid in loco publ.fiat. l.3.§.ſed ſi ſup.ff.uti poſſi.l.pri.in pri. de ſuperficie.lex obligationis.l.fin.ff.de ſolutio.lex agraria. l.agraria.de termi.moto.legibus prædiorum cauetur.l.utimur.vnde ſepulcro uiola. lex loci. l. ſemper.de iure immu. lex ſaltui data.l.2.C.de noxali. actio.l.mandati.& l.cum mandati.C.mandati.lex ſolutionibus dicta.l.pri.de ſolutio. Secundo caſu, quando ꝑ ſucceſſionem,dicetur loco ſuo cū Iſer.

Cauſa formalis harum conſuetudinum, eſt redactio in ſcriptis. Iſer. hic, vt facilior ſit probatio,ut per Affli.hic nu.14.non quod de eſſentia de cōſuetudinis ſit neceſſaria ſcriptura.Caſſa.ī proœ. conſue. Burg. nume.21. ſed ne memoria pereat eius,quod ſit,& quod non ſit in ſcriptis ſciamus. Molt.de Hiſpano.primogen.lib.2.c.8.num.9.& ſic ſcriptura non eſt inducta ad inducendum, ſed ad probandum. Caſſa.ubi ſupra.ibi,auorum poſt nume.pri. Aluar. in rubr. de his qui feudum dare poſſunt.

Efficiēs propinqua fuit Obertus de Orto.Iſer. hic & in c.pri.§ quod ſi ueritatem.poſt nume. 3. ſi de inueſtit. inter domi. & Vaſal. quæſtio Orta. Aluar. hic in pri.quęſt.num.5.Cum primum quidem Obertus de Orto. atq; Gerardus Gabagiſt. ætate ſua clari iuriſconſulti, & in Mediolanēſium curia longo tempore verſati,feudorum conſuetudines,partim iuris corpori inſertas, partim ex Mediolanenſium & Lombardiæ moribus cōpoſitas, Vgolinus deinde de presbytero legum profeſſor Bononienſis, ordine Frederici ſecundi, Letharij Corradi, atque Frederici conſtitutiones feudales conſuetudinibus,ut ſupra,ab Oberto, & Gerardo compoſitis inſeruerunt, ut in prima præfatione Curtij ad tract.feudalem.cir.medi. Præpo. hic num.4.& 8. vbi etiam Affli.poſt num.14.aliqua Aluar. in rubr.de feu.cog.& Obertus prædictus fuit Mediolanenſis.Iſer.in c.pri.num. 2.in fi. Quę ſit prima cau.beneſ.amit.Iaſ.hic in prælud. poſt pri. & fuit forte in Catelonia, & Hiſpania, Iſer.in §.& ſi dominus,nu. 11.poſt medi.de milite vaſſal.qui contu.eſt.non fuit imperator, ſed iuris peritus,cui frequenter committebantur cauſę feudales. Iſer.in c.pri.in prin.de feu.cog. Vel Lōgobardi compilauerūt iura feudalia. & Girardus & Obertus fuerunt duo pecora.Cap.in ſua inueſtit.in ver.feudorum leges.colum.3.poſt med. & 4.in pri.& in c. imperialem.col.8.cir.medi.quod fuerint duo pecora Affli. in c.pri.nume.11.in fin. ſi contro.fue.inter domi.& vaſal.de portio.fratis mei. & in c.pri.in 3.not.poſt num.pri.hic,finitur lex inordinati doctores.Idem Afflic. in rub.in ſi. epiſc.uel Abba.Obertus quoque non intelligitur quid uoluerit dicere, quid & ad quem effectum diſtinguat. Iſer.in c.2.§.vbi autem. poſt nume.2. de alienat.feu.pater.& de eo poteſt dici quod dicitur de Irnerio,qui fuit priuatus doctor, nullam habens poteſtatem legis condēnæ.glo. Pariſ.poſt nume.116.tit.pri.§.22.quicquid ſit, iſtæ leges habent in ſe ſapientiam.Bald.in d.§.& quia.in fin.de his qui feu.dare poſſ. notant magnum rigorem & magnam æquitatem ac humanitatem Præpoſ.in §.mutus.cir.pri.& medi.epiſc.uel Abbat. & dicitur late infra,incipiunt conſue.ſeu. & compilatoribus non fuit poſſibile,formam qua erant cōcluſi excedere.l.fin.§.fin.C.de appella. & ad cauſam remotam huius libri, adde cauſam paſſiuam conſtitutionis,& actiuā reuocationis: de qua in cle. vni,& ibi glo.pri.de immu.eccleſ.

Supponitur autem pari philoſophiæ quæ ethica ſeu moralis dicitur.glo.rubr.in fin. de confeſſis.in 6.glo.fin.in fin.in rubr. de inſtit. & iure. & dicitur moralis, quia docet moralitatem, quę eſt ſumma ſummarum in regimine mundi. Bald. in conſi.326.nume.4.cir.fin.pri.uol. ſicut ius canonicum dicitur humanum, quia fuit factum ad politiam humani generis. not.in c.2.de priuileg.

in 6. & eſt ars artium, & regimen animarũ. c. pen. in pri. de ætate, & qualita. animarum dicit Iſer. ideſt animatorũ corporum. glo. 3. in l. Imperium. de iuriſdic. om. iudi. & in extrauag. ad repri. in pri. quomodo in læſæ maieſt. quia lex eſt donũ Dei. glo. pri. in l. 2. ff. de legib. & eſt ad vtilitatem hominum cõſtituta. l. 2. iuncta glo. pri. de ſtatu homi. illis conſulit. l. per adoptionẽ. de ritu nuptia. l. ſicut. §. Illud. in ver. tutius. quibus modis pign. vel hypot. ſolui. dicitur ſacra, auth. habita. in glo. 2. C. ne filius pro patre. veneranda. l. 1. C. de bonis q̃ liber. Diuinitus facta. l. fin. in ver. diuino. C. de præſcript. longi temporis, nec aliquem illaqueat ad peccatum. Afflic. in §. Item ſacramenta. cir. fi. pri. nume. 20. de pace iura. firmã. Circa ultimum, de nomine huius libri.

Dic quòd libri in iure uocantur diuerſis nominibus, propter effectus diuerſitatem. Nam liber antidotarius dicitur, contra vitia compoſitus. glo. in clem. vni. §. cęterum. in ver. antidotum, de iureiur. Apocriphus dicitur, occultus & ſecretus, cuius autor ignoratur. addi. ad glo. fin. in c. fin. 15. diſt. vel ſi communiter non habetur, apocriphus eſt. Bald. de vaſal. decre. ætatis. in fi. Docibilis. c. qui epiſcopus. in ver. ſi docibilis. 23. diſt. liber paſtorum, in quo traduntur plura documenta eccleſiæ. glo. pri. in c. noſſe. de conſecra. diſt. 3. Improbatè lectionis, protinus corrumpendus. l. ceteræ. ff. fami. erci. Calendarium, in quo ſcripta ſunt nomina prouincialium. l. tutores. §. patruus. iuncta glo. in ver. calendarium. ff. de admini. tuto. Vltimò liber feudorũ, de quo hic. In quo ſunt multæ ſcripturę ſine titulo, de quibus Iſer. infra in pri. quęſt. & forte noluerunt auctores nomen ſuum ſuperſcribi, vt faciunt viri honeſti. Iſer. hic num. 17. in pri. diſt. latè in c. ſi quis deceſſerit. ſi de feu. defun. mili. contro. fuer. & tamen faciunt fidem. Bald. in conſi. 337. poſt nume. 16. pri. volum.

SVMMARIVM.

1 *Liber iſte eſt authorizabilis.*
2 *Conſuetudo vnius prouinciæ quando ligat aliam.*

QVAESTIO I.

1 PRIMO quæritur, an iſte liber ſit authorizabilis. Abba. in c. 2. num. 11. de feudis. c. ex parte, cir. fi. de conuer. coniugator. Præpoſ. hic, in 3. quæſt. nume. 7. & 9. in fin. quod ſic, & de feu. cog. c. pri. in pri. latè glo. Par. tit. pri. in pri. nume. 100. Io. Faber. in §. ſi verò, nume. 5. Inſti. de leg. authenticus, & allegabilis ad deciſiones cauſarum, vt concludũt omnes feudiſtę antiqui & moderni, in cõſ. feu. diuer. 2. num. 49. Hanc dicit veram, & cõm. Iaſ. hic, in pri. & poſt multa pro & contra, Cur. in ſuo tracta. feu. in pri. quæſt. Aluar. hic in 3. quæſt. nume. 12. & probat Iſer. ex materia, forma, ſubiecto, & vſu. Reſpectu materiæ: quia adſunt leges Imperatorum Lotharij, Frederici, & Corradi, & ſucceſſiue, ex quo factæ ab habentibus authoritatem legis condendæ. l. 2. §. Igitur, de origi. iuris, ſunt autorizabiles, & tunc etiã quòd ſubditi nollent acceptare, poſſent cogi. Lucas in l. vni. cir. fin. de collatio. donato. & qui talibus reſiſteret, dei ordinationi reſiſteret. Iſer. in §. ſimiliter. poſt num. 29. de Capit. qui curiam vendi. Difficultas eſt in ijs quę dicuntur per Obertum, & de ijs in quib. non apparet author. tamen quia de ordine Frederici Vgolinus vt ſupra compilauit hunc librum, ſicut in alijs, ita in ijs videtur legitimam authoritatem dediſſe. arg. l. fin. C. pro ſocio. Imperator enim dicitur feciſſe, quia ab eo compilatori dicitur impertita authoritas. l. 1. cir. medi. C. de veteri iure enucle. etiam quia conſuetudo non ſumit ſimpliciter uires à conſenſu ciuium, ſed Regis priuilegio confirmatur. Lucas in l. vni. col. 6. cir. fin. de impo. lucra. deſcript. & nobis iubentibus roboratur, inquiunt Imperatores. l. placet. C. de excuſ. mune. vt l. ſeruantur: non quia illi dixerunt, ſed quia rationabiles, & ratio dicitur lex. glo. in c. ventum. in ver. lex. pri. quæſt. pri. vnde quando ipſa habet locũ, habet locũ & lex. l. ſi cũ exceptiones. §. poſt annum. in ver. rei. in fin. ff. de eo quod metus cau. ſicut mens Senatuſconſulti pertinet, licet verba non loquantur. l. ſed & ſi lege. §. de eo. ff. de petitio. hæred. Sed ſunt quędam iura voluntaria non habentia aliquam rationem. Bar. in §. pri. nu. 4. Auth. de non elige. ſecu. nubent. c. præſenti, & ibi glo. in pri. de ſentent. excommu. in 6. in mere poſitiuis plerùmque nõ attenditur ratio. Iſer. hic poſt nume. 25. tamen ſi ſunt rationabilia trahuntur ad ſimilia, aliàs non. l. quod contra rationem. de legib. multa addit. ad Iſer. hic in ver. vt nulli iudicium, & per leges contra veritatem datas iuſti probant, & coronantur. c. Imperatores. 11. quęſt. 3. creſcit homo per meritum obediẽtiæ parendo in iuſtę ſententię. gloſ. in c. pri. in ver. non contẽnat. de ſenten. excommu. in 6. & qui obtemperat acquirit magnum præmiũ. c. Imperatores. 9. diſt. & ſi omne quod ratione conſiſtit eſt lex, nõ erit lex ſi non erit rationabilis & iuſta, quia implicat contrarium in obiecto. Iſer. hic, & in §. hoc quoque, num. 23. cir. medi. de his qui feu. dare poſſu. Sed non implicat totale contrarium, ſed difficultatem, exempla in c. ſi ſacerdos. de pęnit. diſt. pri. & iſtę conſuetudinis feudales a ſapientibus introductæ nõ dicuntur gratia ſed mera iuſtitia. In cõſ. feu. diuer. 2. poſt num. 65. Eſt etiam authorizabilis iſte liber ratione formę: reperies enim in eo ſeruatam formam. l. leges. la prima. C. de legi. Sũt quandoquidem generales. c. pri. de feu. cog. vbiq; obſeruatæ. arg. c. pri. Qui ſunt pri. cau. benef. amit. factę ad præces. §. cum uero Corradus. de his qui feu. dare poſſunt. c. Imperialem. de prohi. feu. aliena. per Frederi. & motu proprio. c. Imperialis. de prohi. feu. alie. per Lotha. adeo quòd ſucceſſores Imperatores noluerunt legem ponere voluntati eorum. l. dig. C. de legibus. quaſi videantur omnia etiam intrinſeca ſolemniter acta. l. humanum. dic. tit. de legib. extrinſeca non præſumũtur. l. quæcũque. §. fin. ff. de publician. In ſuper eſt autorizabilis ratione vſus: nam nonnullæ decretales ſequuntur deciſiones in hoc libro ſituatas. refert Præpoſ. hic num. 7. cir. fin. & de ijs multa iura canonica loquuntur, vt cumulat hic Bal. qui Pontifices, Principes, & magiſtros in hac materia teſtes nobis in medium attulerunt. gloſatores, & ſummiſtas commemorat Aluar. in epiſtola huius operis ante proœmium. cir. medi. Vnde ex ijs hic liber poteſt dici authenticus, ſicut de pontificale quod vocatur ordinarium epiſcopale, & de arbore affinitatis. glo. in clem. vni. §. nos itaque. in ver.

poati.

pontificali.de iureiur. tanto magis, quia ille liber communiter habetur, arg. eorum quæ dicit Iſer. in c.quoniam.poſt nu. 3.& fi.in pri..de prohi.feu. aliena.per Lotha.gloſſauit Iaco.Columbi.ſummá quoque feudalem compoſuit Prępoſ.in pri. Epiſcop.vel Abba.nume. 3.in pri.Iacobus de Beluiſo, qui etiam vtiliter proſecutus eſt textum. Io.An. ad Specul.in tit.de feudis,cir.prin.& quando dubitatur melius eſt iuris ſcripti regulis deſeruire. Bald. infra quot teſtes ſunt neceſſ. ad probá. feu.
1 ingrat. † Vltimò eſt videndum, ſi vſus vnius prouinciæ ligat aliam. Iſer.in §. præterea ducatus. in prima addit.in pri.de prohi.feu.aliena.per Frede. pro affirmatiua, ratio eſt veſtimentum conſuetudinis: modo vbi ſubeſt ratio conſuetudinis, habet locum conſuetudo. Alex.in conſi.134.num.3. 6. vol. Inſuper conſuetudo locorum vicinorũ ſeruatur etiam ad loca de nouo erecta, & eis adiuncta. Pau.de Caſt.in conſ.173.nu.2.1.vol. Adeo quòd ſtatuta regalium ciuitatum valent, ſicut ſtatuta totius prouinciæ.Bald.in conſi.283.nume.4.3.vol.

Pro parte negatiua, q̃libet prouincia ſuo ſenſu abundat, ſicut quælibet dohana habet ſuos ritus, vt in ritu R.Cameræ, de fundico flagelli. Ibi, ſoluitur, cir.fin. Item ſtatuta æquiperantur pactis: & ſicut alteri paciſci nemo poteſt, ita nec ſtatuere perſonæ prorſus extraneæ, Bald.in conſ.460.poſt num.2.1.vol.Rurſus princeps habet facultatẽ legis condemnæ, §. Sed & quod principi Iuſtit. de iure natu.gen.& ciui. & tñ per literas ſuas nõ vult actare niſi eos ad quos literæ peruenerint. Bald. in c.1.num.1. de pace tenen. multo magis.l.4.§. 1.in ver. a præctare, de dam.infect. videtur quòd nõ poſſint particulares, Auth.multo magis.C. de ſacroſan.eccl.Immo in eadem ciuitate, vna intus, & alia extra poteſt eſſe conſuetudo, ſicut in iure. & comitatur. Bald.de pace Conſt.in ver.Imperialis.nu.14.cir.fin.in regno viuitur iure cõm. Longobardorum, niſi ſpecialiter cautum ſit quod viuatur iure Francorum.Pernus. in conſi.14.col.2. cir.med.Neapoli et Auerſæ viuitur iure Frãcorũ. Iſer.in conſti. puritatem. de præſtan.ſacra.baptiſ. Afflic.in §.præterea ducatus.nu.14.de prohi.feu. aliena, per Frede. & quæ ſint regalia.in ver.bona vacantia.nu.2.in fin. Dic quod conſuetudo onero ſa vnius ciuitatis non extenditur ad aliam licet vicina ſit. Lucas in l.vni.poſt pri.de priui.vrbis Cõſtanti. aliàs declaratio etiam localis facit ius quo ad omnes. Idem Lucas in l.vni.poſt pri.de collatio. donato. & conſuetudo ciuitatis etiam in Caſtris ſub ea ſubditis tenet.glo.fi.in l.ex ea ff.de poſtula. niſi adeſſet conſuetudo particularis, quia tunc diuerſis ciuitatibus diuerſæ poſſunt eſſe cõſuetudines.Bal.qualiter feu.aliena.poſſit in princ. nu.pri.in fine.

SVMMARIVM.

1 *Iſta iura ligant omnes reges, & gentes.*
2 *Roma vnde dicitur, & num.4.*
3 *Si non adeſſet culpa, omnes eſſemus pares, & peccatum fuit cauſa, ut imponatur tributum.*
4 *Reges cęperunt ex ui electiua, in proceſſione ex ui transmiſſiua, & quare regnant impij.*
5 *Roma unde; & de iuſtitia ſui Imperij.*

QVAESTIO. II.

SECVNDO quæritur, an hæc iura ligent omnes Reges, & omnes gentes teneantur ea ſeruare. Quæſtio erit vtilis, vt quod inſtitur vel reformatur non ſit incognitũ.l.vni. §.& cum triplici. C. de cadu. tollend. tangit hic
1 Aluar.in 4.q.num.13.& Iſer.in 2.† Videtur tamẽ quod non: nam Reges liberi tantum ius habent in eorũ terris, quantum Imperator in Imperio. Præpoſ.Quæ ſint regal.in pri.& num.1.dicuntur habere maieſtatẽ ſicut Imperator. Aluar. de pace tenẽ.in pri.col.3.in fin. & 4. in pri. & in regno monarchæ habent iura imperij, immo maiora. Fred. de ſubfeu. lib. pri.de origine Baro. in 1.nu. 27.Socij.in conſi.68.nume.4.pri.vol.Non habet Imperator poteſtatem ſuper Regem, niſi eã quæ permittitur ex natura feudi. Zaba.in clem.paſtoralis. in ver.vt illud.num.6.cir.fin.de ſenten. & re iudi. Reges Hiſpanię non ſubijciuntur Imperio: quia regnum à faucibus hoſtiũ eruerunt. gl.pen. in c. Adrianus.63.diſt.Affli.Quæ ſint regal.in verbo, monetę.in prin. Rex Francorum neminem recognoſcit ſuperiorem. In conſi.feu.diuer.pri.nu. 101.Eſt monarcha in ſuo regno ſicut Imperator in Imperio.Caſſa.in proæ.conſue.Burg.ibi,duch. num.3.& duſaina,num.2.rubr.8.§.3.ibi,ab inteſtat. num.22.§.5.& in conſi.num.41. Multi ſunt Reges liberi, qui non ſubſunt imperio. Afflic.hic num.22.in fin. Hiſpani & Franci non obligantur Romanis legibus. Archi.in c.cum deuotiſſimam. cir.fi.12.q.2.glo. Pari.tit.pri.in pri.num.30.legibus Imperatorum Galli non vtuntur. Lucas in l. vnic.col.4.circ.medi. de ſtudi.liber. vrbis Romæ. Sed in Hiſpania & Gallia leges Pandectarum, & Imperatorum non tãquam leges, ſed tãquam dicta ſapientum accipienda ſunt, & admittuntur quatenus ratione nituntur. Ludo. de Moli. de Hiſpan.primog.lib.3.c.12.num. 11. In regno Siciliæ leges factę ante conceſſionem regni, nõ ſeruantur niſi quatenus rationabiles. Pernus in pri. nota.col.9.in pri.In iſto regno factę per Imperatores, antequam regnum peruenit ad eccleſiam, ſeruantur: aliæ non, niſi illas fecerint vt Reges regni. Afflic.in pri.rubr.cir.fin.Imper.Lotha.regnũ Siciliæ eſt extra diſtrictũ Imperij. Zaba. in clem. paſtoralis. in ver. vt illud.num.6.cir.fin.de ſenten. & re iudi.eſt patrimoniũ eccleſiæ Romanæ: olim fuit peculiare Imperatoris. Archi. in c.fin.in pri. 10.q.3. Zaba.in clem.vni.in ver.dudum.in 5.not. de iureiur.Florentini & Galli non obediunt Imperio. Pau.de Caſt. in conſi.171.poſt nu.1.vol.1. Ciuitas Venetiarum & Florentiæ non recognoſcunt ſuperiorem.Cur.in tract.feu.in 2.q.num.8. 2.par. prin. leges Imperatorum nõ ligant Gallos quia non fuerunt recepti. Caſſa. in conſue.Burg. rubr.7.§.14. in fin.colum.pen.poſt medi. Aluar. de pace iura.fir.in pri.nume.4. Zaba.in clem.vni. in pri.nume.11.cir.fin.de iureiur.& in ſpecie huiuſmodi vſus feudales non fuerunt recepti.glo.1. Pariſ.num.13.in fin.tit.1.§.8. nec habent vim legis. ea.glo.cir.pri.eo.tit.§.16. & §.22.nume.104. & poſt nume.144. Damaſo non ſeruatur ius Romanum ſed diuinũ, & infideles (vt debemus credere) viuunt ſecundũ legem naturæ. Bald. in cõſ. 265.in pri.& 266.cir.fin.4.vol.Sunt quædam regiones,

giones, quæ non ſequuntur leges Imperatorum, vbi ſunt contrariæ legibus regum. Sunt et aliæ quę non ſequunaur leges Imperatornm, in glo. 1. in l. fin. de ſucceſſi. in Longob. innenitur gens, & prouincia libera. Bald. in conſi. 159. num. 7. cir. fi. 3. vol. vnde Afri ſubdoli immanis feritatis crudelitate graſſantur. Itali ſemper regali nobilitate pfulgidi, Galli ſtolidi & leues:, Græci auari, Syri acuti, Siculi luxurioſi, Aſiani voluptatibus occupati, Hiſpani elata iactantus animoſitate præpoſteri. Archi. in c. Apbros. 98. diſt. Non obſtat qđ Imperatorum legibus omne humanum genus tenetur. l. vni. C. de conduc. & pro cura. lib. 11. Nam intelligitur de bis qui ſunt ſuæ ditionis hominibus. Auth. vt in priua. domi. ſacra. mini. non fiant. l. in nomine Domine. C. de off. ꝓfec. Affr. Dum dicit, quod Gallia, & Hiſpania ſunt ſub Romano Imperio, poteſt intelligi, de alia Gallia, cum tres ſint Galliæ. glo. 1. in c. in Galliarum. 25. q. 2. vel non ſtatur dicto Principis, cum dicat in ſui beneficium. Iſer. in c. ſanximus. num. 3. cir. fin. quo tẽpo. miles, & Papa in c. de accuſationibus. 3. q. 5. illas appellat ex terras nationes, de cuius teſtimonio non eſt dubitandum. glo. in c. patet. in ver. Innocentius. 9. q. 3. etiam in ijs quę vidit ante Papatum. c. 1. Iuncta glo. in ver. ſtatuit. de renunciat. in 6. & ſic credendum eſt Papæ ſic referenti. c. ad apoſtolicæ. in ver. promiſiſſent. de ſent. & re iudi. & illi magis quàm Principi. Petrus in tracta. de Principi. col. 2. poſt medi. & quatenus dicitur, qđ ſunt ſub Imperio, ſed conſuetudine ſunt exempti, Alberi. poſt glo. in c. 1. col. 2. de pace iur. firm. non obſtat: nam iſto modo leges inuſitato receſſerunt veſtigio. l. 2. C. de conſt. pecu. & non vtẽdo peremptæ ſunt. §. fin. cir. fin. Authẽ. Quibus modis natu. effi. ſui quia vt valeat lex, requiritur eius obſeruantia. Loffr. in conſi. 31. nume. 6. Aliàs deſuetudo legem abrogat. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſerui. ad legem Aquiliam. l. 1. ff. de interrogat. actio, qđ quomodo procedat dixi, vt per Lucam in l. pen. poſt pri. C. de excuſat. mune. in l. 3. poſt pri. C. de palat. ſacr. larg. ſicut diſſimilitudine, & diuerſitate leges vacillant. de emen. Iuſtin. in C. cir. pri. & ecõtra firmantur frequenti ſubditorum vſu, & longa conſuetudine approbantur, & per deſuetudinem abeunt. In. An. in c. 1. num. 4. cir. fin. de verb. ſign. in 6. moribus vtentium confirmantur. Archi. in c. leges. col. 2. cir. prin. 4. diſt. & generalis obſeruantia facit ius commune. Zaba. in clem. fin. in 1. not. de ætate, & qualitat. Vnde non debet facile diſcedi, ab eo quod diu uſitatum, viſum eſt æquum, & in communi obſeruantia. Caſſa. in conſi. Burg. rubr. 2. §. 1. in pri. num. 18. & 19. & in titu. de gabellis. nume. 20. & ſic lex roboratur cum profertur, ſubrogatur quando aliquid ei additur, abrogatur cum parte detracta, confirmatur moribus vtentium. Archi. in dict. c. leges. ſed ſi quod lege cauetur numquàm contingit, leges verius cõſeruantur. Ludo. de Moli. de Hiſpan. primog. lib. 1. c. 13. nume. 62. Sicut ſi per mille millia annorum in areola mea quæ iuxta palatium tuum fuit non ędificaui, non poſſum prohiberi. glo. in l. qui luminibus. ff. de ſeruitu. vrba. prædio. l. inter. quemadmo. ſer. amit. l. 1. poſt pri. de itinere actuque priuat. nec poteſt prohiberi, ne quis per viam publicam ambuliet. Lucas in l. iudicibus. in fi. de cur. ſu publi. & l. viam. de via publica. quomodo intelligatur. Bald. in conſi. 206. 1. vol. Pau. de Caſt. in conſi. 144. cir. fin. 2. vol. Quia quæ ſunt facultatis & voluntatis non pręſcribuntur, niſi prohibitus acquieuiſset. Caſſa. in conſue. Burg. rubr. 1. §. 4. ibi, nonnulli. num. 15. & 16. & rub. 4. §. 18. ibi, non obſtant, nume. 1. exemplum Iſer. ſacramenti aduocatorum, & alia ponit. Idem Iſer. in c. quoniam. poſt num. 4. & col. fin. in 1. num. 6. cir. med. & in fin. de prohi. feu. aliena. per Lotha. & ſic lex vel conſuetudo non ſe extendit ad loca, quæ non ſunt ſuæ iuriſdictionis: nam quilibet Rex extra territorium ſuum eſt ad inſtar priuati. Caſſa. in conſi. Burg. rub. 9. §. 2. ibi, quel. poſt nume. 11. & §. 16. ibi, vt demeurer, poſt num. 14. & ordinarius extra prouinciam habetur ꝓ priuato, nec poteſt ſedere pro tribunali. Archi. in c. ſi quiſquam 11. q. 1. Contrarium eſt verum, quod bonę antiquæ, & naturalis conſuetudines feudorum ligant Principes, quia potentius eſt ius naturale quàm Principatus. in conſi. feu. diuerſ. 2. nu. 66. Cur. in tract. feu. 12. q. in fi. 2. par. pri. Sunt enim maiores quolibet ſingulari Principe, & ligant eum vt nequeat contraire. Bald. in conſi. 323. num. 1. in fin. 2. vol. Afflic. in c. 1. in 3. not. in fin. de feu. cog. & iuſtitia naturalis harum conſuetudinũ extendit vires ſuas vbique locorum; Iuſtitia voluntaria non. Bald. in §. hoc quoque. poſt num. 8. de ſucceſſi. feud. nam ęquitas & iuſtitia nullis locis claudũtur. glo. Pari. num. 44. in fin. tit. 2. §. 58. & non eſt verum quod ſint leges particulares, & non extenduntur, niſi ad loca in quibus ſunt. Præpoſ. contra Oldrad. in c. 1. in fin. pri. de probi. feu. aliena. per Lothar. Sed ſeruantur tamquàm generales approbatę & non locales. Bald. in dict. tit. de feu. cog. c. 1. num. 6. & tamquàm approbatæ. Obſeruantur in toto mũdo, q. a ſunt inter Imperiales conſtitutiones. Affli. in dict. tit. de feu. cog. in 3. no. poſt num. 8. & Rex eſt ſubiectus iſtis conſuetudinibus tamquàm iuri naturali. Bald. & Afflic. in §. fin. poſt num. 3. de noua forma fide. Cap. in ſua inueſtit. in ver. feudorum leges. col. 2. poſt medi. & ligatur non ſolũ iſtis conſuetudinibus: ſed quia contrahitur in feudis. Cap. vbi ſupra. ibi, Princeps. colũ. 4. in fin. & Deus licet ſubiecerit leges principibus mundi, nõ tamẽ contractus & laudabiles conſuetudines feudi. Præpoſ. infra, de natura feu. poſt pri. vnde in Delphinatu ſeruantur ſicut ius ſcriptum, exceptis quibuſdam caſibus particularibus. glo. Pari. tit. 1. §. 30. poſt num. 66. & ligant Gallos & alios, non tamquàm ſubiectos imperio: Sed quia ſunt generales & rationabiles. Licèt leges vulgares, leges ſeculi, ius Longobardum appellentur. c. cum deuotiſſimam. Iuncta glo. in ver. vulgare, & c. in legibus. 12. q. 2. & Rex Franciæ licèt ſuperiorẽ non recognoſcat. glo. in extrauag. Io. Prodiens. in ver. filij. de crimine falſi. Cap. i ver. feu. officiorũ. col. 23. ſubeſt Imperio, licèt de facto nõ recognoſcat ſuperiorẽ. & omnes Reges & Principes ſunt ſubiecti de iure, licèt de facto non obediant. glo. in c. per venerabilem. in ver. recognoſcunt, & ibi Abb. poſt Hoſti. in vlti. col. qui filij ſint legit. leges Imperiales licèt de conſuetudine nõ ligent Gallos, de iure ſic, & in eis Papa habet ſuperioritatẽ. latè Præpoſ. de pace iura. firm. in pri. num. 2. quas obſeruari tenentur omnes, & contrafacientes grauiter peccant. Zaba. in clem. fin. in pri. in pri. no. de pęnis. ſicut Franciginę & multi alij Reges. Bald.

de pace

de pace iura.firm.in pri.num.1. adeò, quod non
ijs ſolum qui ſub eo nunc ſunt hominibus, ſed
omni etiam poſt hoc currenti tempori legē po-
nit.§.his omnibus. Auth. de hæred.& falcid.quia
imperialia ſtatuta oportet vim ſuam obtinere,
& in omni loco valere.l.3.poſt medi.de ſepul.vio
la.l.1.in glo.1.& in marg.de ſum.triuit.& Regea
debent obtemperare legibus Imperatorum,ſequi
leges,& præcipuè illas naturæ.Bald. in conſ.159.
poſt num.7.3.vol.etiam quia maieſtas non diui-
dit ſe, ſicut caracter,ſed diuiſum imperium habet
Imperator cum apoſtolico. Idem Bald. in conſi.
37.in pri.4.vol.tamquàm duo luminaria.c.ſolitę.
de maio. & obedi. & eſſet hæreticum dicere Im-
peratorem nō eſſe dominum totius mundi. Affli.
di.tit.de pace iur.fir.in prin.in 2.no.nu.2.eſt argu
mentum contra illos, qui Imperatorem dominū
non recognoſcunt. Archi. in c. magnum.in prin.
11.q.1. In tantum quod vacante regno, vel Prin-
cipatu, non recognoſcente ſuperiorem, ſuccedit
Imperator tamquàm directus dominus. Inno. &
Abb.in c.licèt.de foro compet.Non obſtat quod
dicatur Regem Franciæ non recognoſcere ſupe-
riorem etiam per atteſtationem Pontificis.glo.in
poſitione caſus in c. omnes. 11. q. 1. Nam illud
fuit ex aquo Papa Regem, & regnum Francię fa-
uore beneuolo proſequitur in extrauag. com. 2.
de priuileg. & non propter hoc, quòd eſſet exē-
ptus, haberet iura imperij. Nam ſi Deus vnum
eximeret angelum à ſua poteſtate, ſuppoſito qđ
poſſet: non tamen ille angelus eſſet Deus.Ita ex-
cepto vno regno ab imperio, non tamen ille Rex
eſſet Imperator. Præpoſ.in §.fin.num.2.in fin.de
prohi.feu.aliena.per Frederi.Illud pſal.68.extra-
neus factus ſum fratibus meis, nonobſtat: nam
etiam quod extranei dicantur qui non ſunt liberi
nec fęderati.l.nō dubito.de capti. & poſtli.reuerſ.
& contra extraneos non licèt facere leges.Inno.in
c. a nobis.cir.medi.de ſenten.excom.Intelligitur
de emancipatione hominis facta a Deo per con-
ceſſionem liberi arbitrij.glo. ſed ad alium finem,
in c.niſi cum pridem.in ver. deſigendo.de renun-
ciat. iuxta illud.eccleſiaſt.15.Deus ab initio inſti
tuit hominem, & reliquit illum in manu concilij
ſui. Vel illa verba dicuntur in perſona Chriſti,di-
centis illud Iob.19.frates meos longe fecit a mè,
& noti mei quaſi alieni receſſerunt a mè, & pſal.
87. in fin. elongaſti a me amicum, & proximum,
& notos meos a miſeria. Licet alibi extraneus eſt
omnis præter dominum. Azo in ſum. l. ſi extero.
in pri. C. ſi ſeruus ſē emi extero mandauit. & ſic
concludendo, iſtæ cōſuetudines ligabunt omnes,
non quia ius Imperiale: quia feuda ſunt præter
legem.glo.1.in l.1.C.quæ ſit longa conſue. Lu-
cas in l.vni.col.2.cir.fin. de colla. donat. ſed tam-
quam conſuetudines generales, quæ ligant etiā
feuda regalia. Affli.in c.in generali.poſt num.21.
ſi de feu.fuerit contro.inter domi. & ag. & ita vi-
detur concludere Iſer.vt per Baſ.hic num.4.& ra-
tio viua eſt fundata in naturali iuſtitia certa,& ma
nifeſta. Et tantum valet & monere debet, quan-
tum lex ſcripta.glo.4. Pari.num.11.tit.primo.§.8.
In tantum quod conſuetudines huius libri ſunt
ſeruandæ,tam in foro ciuili,quam canonico; etiā
in foro conſcientiæ,in feudis ſæcularibus & eccle
ſiaſticis; nedum inter laicos, ſed etiam clericos;
quia generalis eſt conſuetudo clericorum, & lai-
corum. Præpoſ. hic in 4.q.poſt nume.10.& in c.
qui clericus, cir. pri. ſi de feu. defun.mili.contro.
fue.ligant clericos & eccleſiam, idem Præpoſ. in
§.donare.poſt num.4.qualitat.olim poterat feu.
alien.& de contro.feu.apud pares termi.poſt nu.
3.& eſt ſpeciale ius hac materia feudali vt laicus
habeat iuriſdictionem in clericum. Idem Præpoſ.
in c.1.poſt num.5.apud quem, vel quos; & ſi de
facto aliter fit c.ſuper Specula.de priuileg. debet
attendi quod de iure fieri debet. Pau.de Caſt. in
conſi.171.nume.1.cir.prin. 1. vol. Ex prædictis
2 infert Iſer. ad iuſtitiam Imperij Romani. † & ſi
attendamus originem, vr̄ quod non valet.l.clam
poſſidere. de acquire. poſſe. fuit enim fundata a
prædonibus, & adhuc retinet de primordijs: nam
dicitur Roma, quaſi rodens manus. Io. An.in ad-
dit.ad glo.in c.fundamenta. in ver.gens vel.num.
20.de electio.in 6.cęperunt iure aut iniuria ſocio
rum aut amicorum, ſpreta religione aliorum,in-
uadere terras,ab amicis diſcedere, & potenti ani-
mo victricibus armis alijs prædominari.Frede.de
ſubfeu.lib. 1.de antiquo ſtatu regni.num.14.poſt
pri.vnde B. Berna. Romani ante omnia ſapientes
ſunt vt faciant mala, bona autem facere neſciunt,
inuiſi cęlo, & terræ. Impij in Deum, temerarij.
In ſancta ſeditioſi, inuicem emuli. in vicinos in-
humani, in extraneos,quos neminem amantes a-
mat nemo, & cum timeri affectant ab omnibus,
omnes vt timeant neceſſe eſt.Hi ſunt qui ſubeſſe
non ſuſtinent, præeſſe non norunt. ſuperiori-
bus infideles,inferiorib.importabiles. Hi inuere-
cundi ad petendum,ad negandum frontoſi. Im-
portuni vt accipiant, inquieti donec accipiant:in-
grati vbi acceperunt. Linguam ſuam docuerunt
grande loqui,cum operentur exigua, Largiſſimi
promiſſores,& parciſſimi exhibitores; blandiſſi-
mi adulatores,& mordaciſſimi detractores: ſim-
pliciſſimi diſſimulatores, & maligniſſimi prodi-
tores. Archi.in c. quicumque. poſt medi.11.q.1.
& Leo Papa in Sermone de Bea. Petro, Principe
Apoſtolorum, O Roma mundi domina, magi-
ſtra erroris, per diabolum tenaciter alligata, mul
ta adiuta victorijs. Ius tui imperij terra marique
diuenderes. Iſer. & Afflic. hic num.17.nec vide-
tur qđ poſſit ciuitas ſe vni domino ſubijcere. Ioā.
An.in c.præſidentes.de hæreticis.in 6. nec ſibi eli
gere perpetuum rectorem.Idem in c.fundamen-
ta num.18.de electio. in 6. quia non fuit neceſſe
reduci ad vnum,cum non ſit receſſum ab vno.Idē
Io. Au. in c. ſicut, in pri.eo.tit.de electione. in 6.
ſed quod imperium Romanum dependeat a ſo-
lo Deo, Aluar.in c.1. nume.7. quis dicatur Dux.
Deus conſtituit authoritate, populus miniſterio.
§.1.& ibi glo.in ver.de cęlo. Auth.de inſtru.caut.
& fide dicitur factum Dei diſpenſatione, qa ſine
eo factum eſt nihil.glo.2.in §.1.Authē.Quomo-
do opor.epiſc. & occulte Deus per Principes Ro
manorum voluit populos punire, tamen quia illi
praua intentione verſati ſunt,nō vt peccata puni-
rent, ſed vt illorum bona raperent, vel vt ſuæ di-
tioni ſubijcerent, non fuerunt immunes a crimi-
ne.c.fin.23.q.5. Sed reliquit eos Deus in deſide-
ria carnis.glo.in c.Nabuchodonoſor. in ver.cum.
ea. cau. q. 4. & dicuntur virtutibus promeruiſſe
Romanum Imperium, effectu tamen carent ęter
na ſalute.c.omnes.poſt medi.28.q.1.nam infide
libus virtutes ſunt quo ad bonum temporale, nō
quo

quo ad æternam ſalutem. Archid. in d. cap. omnes,in fin. Tria fecerunt Romanos eſſe gentium victores; ſcientia,exercitatio, & fides. Cap. in ſua inuect. in ver.feudatariorum fidelitas. in fin.arma & leges fecerunt Romanum populum omnibus nationibus dominari,glo.de Iuſti.C.cōfir.in ver. igitur,ius bonumque apud Romanos nū legibus magis quàm natura valebat. Auguſti.2.de ciuitate Dei.cap.17. & 18. eius poteſtas partim enſe, & partim conſenſu fuit, Bald.in l.Barbarius.in 3. repeti.colum.3.in fin. de offic. prætoris. Fuit acquiſitum viribus,& occupatione. Afflic.in cap.1. nume.4.in fin.de feu.marchi.l.& originalis intentio fuit veditas publica, non priuata Imperatoris, quia neceſſe eſt reipublicæ per vnū conſuli.Bald. in conſi.333. colum. 2. in pri. eſt à deo. Authen. Quomodo oporteat epiſco. in prin. fœlix Romanorum genus anteponi nationibus omnibus,gentibus dominari, tàm præteritis efficit temporibus, quàm Deo propitio in æternum efficiet.d. tit.de Iuſti.C.Confir.in prin.& procurauit Chriſtus ſecundum Auguſti.pacem Romanis, vt Apoſtoli diſcurrerent per totum mundum. D.Thom. in 8. 3. noctu. Deus noſter refugium, & ſic hæc poteſtas fuit Deo iubente.cap.1.in ver.ad omnia. cum addi.ad eam.de homicid.in 6.illi vero peccauerunt ;.cum etiā ambitioſe loquens peccet. glo. pen.in cap.fin.40.diſt.& ambitio eſt reprimenda, nam ex ea producuntur diſcordiæ, ſchiſmata, vagatio & diſſolutio.Zaba.in clem. 1.in 3.& 4.not. de regularib. Ideò Romani culminis receſſit ambitio.c.quoniam. poſt medi. 24.quæſt.1.& nimirum,quia in eodem facto diuerſa procedunt mali; aliud permittendo intendit Deus. D.Thom. in pri.2.noctu.dominus illuminatio mea.cir.fin. prin.& Auguſti.ſuper pſal. 54. exaudi Deus orationem meam.Omnis malus aut ideò viuit vt corrigatur; aut ideò viuit, vt per eum bonus exerceatur. & Apoſto.ad Roman.11.vide bonitatem & ſeueritatem Dei, in eos qui ceciderunt, ſeueritatem : in te autem bonitatem. Exemplum in morte Chriſti, quæ fuit iuſta, ideſt iuſto inflicta, & iniuſta, quia liuore odij non amore iuſtitiæ. Archi.in cap.ira.in fin.11.quæſt.3. ſimile vide in §.turpiter.Quibus modis feu.amit. vltra quòd gētes petierunt Regem. 1. Reg. 8. & 9. & eccleſiaſtic. 17. dicitur, In vnamquàmque gentem præpoſuit rectorem. Eſt etiā idem populus qui fuit ante mille annos.Arch.in cap.hortamur.cir.med. 17.diſt. Zaba.in clem.fin.colum.2.cir.prin.de ætate.& qualit.Vnde ſi omnes de vniuerſitate ſunt mutati,eadem vniuerſitas tā cenſetur non altera. Specul.in tit.de actore ab vniuerſitate, ſeu tutore vel curat.conſtituto.num.1. in fi. & cenſeri idem collegium quod olim fuit ex decem,& nunc centum, & econtra, Archid.in cap.2.76. diſt.in vniuerſitatibus nihil refert, vtrum omnes idem maneant, pars vel omnes ſint mutati. Archi. in cap. ſi habes,24.quæſt.3.licèt ex ea nullus viuat, glo. in cap.ſi ſententia.in ver.non competant, de ſententi.excommu.in 6.cap.denique.7.quęſt.1. Idem genus humanum eſt hodie quod retro fuit mille annis.§.1.in ver.immortalitatem. Authen.de nuptijs. & hoc modo dicit vniuerſitas magna quæ omnes complectitur, tàm præſentis ętatis quàm ſucceſſiuæ poſteritatis. Bald. de pace Conſtan. in ver. Imperialis.nume.4.cir. fin. & mundum non mori, licèt diſpoſitiones mundi moriantur, mutentur,& alterentur. Idem Bald. in conſi. 159. nume.5.3.volum. hominum indiuiduitatem per ſucceſſionem, & aliorum multiplicationem conſeruari. & qđ idem dicitur populus. Soci. in cōſ. 35.nume. 4 pri.volum.ſimi.glo. Pari.8.tit.1.§.1. nume. 19. Idem popul.numero. Socin.in conſi. 187.2.volum.Et in vnum recidit collegium.Inn. in cap.dilecta.nume.6.in fin.de exceſſ.præla. Archid.in cap.fin. 65.diſt. & quòd vnus ſuſtinet onera omnium, licèt in vno vel duobus à principio vniuerſitas non conſtituatur. Frederi. de ſubfeu. lib.2.Ibi, ſecunda authoritas.nume.30. poteſt ius vniuerſitatis etiam in vno remanere.Archi.in ca. factus.cir. fin. 7. quæſt. 2. Sed ius canonici non reſidet in conuerſos. Idem Archid. in cap. placuit.cir.fin.12.quæſt.2. & propterea etiam quòd diu ſteterit in libertate , cum dicatur idem populus, non præſcribet libertatem , contra Iſer. hic Aluar. in cap.1.colum. 2. de pace iuram. firman. Abba.in cap.cum non liceat. circ. fin. de præſcri. Bald. hic in 3. vol. licèt cum Iſer. hic, quòd præſcribatur obedientia, & ſuperioritas, tenet Barto. in l.hoſtes. ff. de captiuis. & poſtli. reuer. quia etiam ex actibus negatiuis poteſt cauſari præſcriptio. Alexan. in conſi. 6. poſt nume. 1.cir.fin. 1. volum.tamen conditioni poteſtatiuę non obijcitur præſcriptio. Bald. in conſi. 242.num.3.1.vol. nam ſeruitus potius eſt ne aliquid fiat, quàm vt fiat.glo.2.in c. Abbate ſancti Siluani. de verb.ſig. Rurſus in bulla Caroli Quarti dicebatur, Roma caput mundi regit orbis frena rotundi.refert Bal. poſt conſi. 302.2.vol. & vrbs quæ ad inſtar orbis habet quatuor ſedes Patriarchales, videlicet baſilicam B.Petri,S. Mariæ maioris,S.Pauli,& S. Laurentij. Zaba.in clem. ne Romani. in ver.irritum. poſt nume. 6. de electione, & ex parua Romuli caſa totius orbis columen, & diſciplina militaris acriter retenta peperit Romano Imperio principatum. Ita Lucas in l.fin.colum.x.cir.medi. de re milit.vnde Iſer.hic dicit,quòd vnus debet eſſe monarchia,& in ſuo regno eſt Rex monarcha. Loffr. in conſi.1.ante & poſt nu. 191. Soci.in conſi. 165. eſt autem corporalis mundo Deus. Bal.in §.præterea.ſi inter duos.nume.23.& 24. de probi.feu. alienat.per Frederi.& poteſt omnia libere facere. Afflic.in c.in generali.nu.25.cir.fin.ſi de feu. fuerit contro.inter domi. & ag. & tenet principaliſſimum principatum, ac non cognoſcit ſuperiorem. Bald. in conſi. 159.nume.4.3.volum. Vnde autē dicatur monarcha, & quod fuerint quatuor monarchiæ.glo.cum addi.ad eam, in c.fundamēta.in ver.monarchiam, & ibi. Io.An.nume. 21.de electio.in 6. Archid.in cap.futuram.cir.medi. 12. quæſt. 1. Sed propter peccatum factum eſt, ut tributum imponeretur : Vnde quilibet tenetur ſoluere. Chriſtus autem qui ſine peccato erat nō tenebatur; ſoluit tamen ne ſcandalizaret eos. Arch. in c.Iam.poſt medi. 8.quæſt.1.culpa vbi non eſt

3 omnes ſumus pares,† & vnus non habet poteſtatem iudicandi ſuper alios: cum autem quis male agit, ſubdit ſe poteſtati iudicis. D.Thom.2.ad Corint.c.vlti.ibi, voſmet ipſos. Reges & iudices non eſſent neceſſarij, ſi animi hominū eſſent adeò ordinati quòd obedirēt monitioni paternæ. Sed quia ſunt inquieti, neceſſarij ſunt Reges. Idem in 7. tertij noct. Eructauit cor meum. ibi, ſedes tua. &

Apo-

Apoſtolus, 1. ad Timothæum, 1. lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis: homines enim bene diſpoſiti ex ſe ipſis mouentur ad bene agendum, unde nõ indigent lege, ſed ipſi ſibi ſunt lex, habentes opus leges ſcriptum in cordibus ſuis. Ad Roman. 2. tunc omnes ſunt æquales. Lucas in l. in ſacris. col. fi. cir. med. C. de proxi. ſacro. ſcri. ſed quia peccauerunt, facti ſunt Reges à principio valde boni; &
4 in productione cœperunt ex vi electiua, † in proceſſione ex vi tranſmiſſiua, Bal. in conſi. 389. poſt nume. 5. 2. vol. qui pro meritis ſubditorum diſponuntur, c. nõ eſt, & c. ſi hæreticus. 2. quæſt. 7. ideo Oſeæ. 13. dabo eis Regem in furore meo. Iſaias, 3. dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Rurſus Iob. 34. facit regnare hypochritam propter peccata populi, dicam latè cũ Iſer. de Capi. qui curi. vend. in fin. & ipſi non ſunt immunes à peccatis; nam de eis pſal. 36. noli æmulari in malignantibus, & infra. Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros libani, & tranſiuit, & ecce non erat. Iſer. in conſt. ſi dãna clandeſtina. col. pen. poſt pri. & Eccleſiaſticus. 10. Rex inſipiens perdet populum, & ibi, Regnũ de gente in gentem transferetur propter iniuſtitias. Et tunc lapidi, argento, & quandoque liſcivio cõparatur. Lucas in l. iudicis, col. 4. poſt medi. C. de dignitat. & deiecti ſunt, quia impie egerunt, Deuteron. cap. 9. Dicuntur tamen tyranni inſtrumentum iuſtitiæ diuinæ, ad puniendum delicta hominum. Beatus Thomas in tracta. de regimi. princ. lib. 3. c. 7. refert & ponit exempla Capi. in deciſ. 130. nume. 35. ſi ſunt boni, Deus eſt qui inſpirat homines ad inueniendum beneficia, addi. ad glo. rub. ff. de Carbo. edic. Spiritu ſancto inſpirante loquuti ſunt ſancti Dei. Iſer. hic. & 2. Regũ. cap. 23. vbi ait, Spiritus Domini loquutus eſt per me, & ſermo eius per linguam meam. Nam ſi lex eſt commune præceptum virorum prudentum; qui prudentiores ſunt, quàm qui ex inſpiratione Dei loquuntur? certe nullus. Lucas in l. medicos. col. 3. cir. fin. C. de profeſſo. & med. & ſic videtur, quòd à principio fuit licitum occupare, poſtea nõ niſi ab infidelibus. Inno. in c. quòd ſuper. poſt nu. 1. 3. & 4. de voto & voti redempt.

Non obſtat quòd dicebatur primo loco de origine: nam in talibus origo non attenditur. l. non vnde. C. ſi certum peta. etiam, quia diuersè ponitur Romani Imperij origo. Authen. vt præpo. nomen Impera. in princ. Item Romæ laudes etiam Gothorum Rex inimicus protulit. Lucas in l. vni. colum. 6. circ. princ. C. de conducto. & procurat. & quòd dicebatur, O Roma mundi domina & cap. non reſpicit primam cauſam, ſed ſecundum: ideſt Romanos ipſos. Nec eſt iniuſtũ, quòd homines liberi ſunt à natura, &c. Immò naturalis ratio probat obedientiam & ſubiectionẽ. glo. in clem. fin. in ver. eccleſiæ. Ibi, hanc obedientiam, de hæreticis. Et naturale eſt, quòd minus potens regatur ab eo qui plus poteſt. Bald. in conſi. 135. nume. 1. in fin. 5. vol. deberent itaque Romano Imperio omnia ſubeſſe. Lucas in l. vni. in prin. de colon. Paleſti. cum in ciuitate Romana ſint obruta ſtatuta. Daniel. 2. & dum Iſer. ait, Ego Rex Otto. vult dicere, ego Ludouicus, & ibi, de metoicis, vult dicere. C. de metatis & de epidemeticis. l. 2. In ratione ſui, in eo, quod dicit, filius talium Regum: filius dicitur Rex viuo patre. c. vlti. 24. quæſt. 1. Loffr. in conſi. 26. nu. 19. & 26. loca bu. de feudis. in ver. Dux. ibi, dubitatur. in pri. & in ver. Comes. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Leges Longobardæ habent vim iuris municipalis, & ſeruantur in multis locis.*

2 *Reges in Lombardia.*

3 *Regnum Siciliæ exemptum ab Imperio: & habuit eccleſia à Ludouico, & eius inueſtitura.*

QVAESTIO. III.

TERTIO quæritur, an leges Longobardę ſeruentur ab omnibus gentibus. Nam cũ iſta ſit decima collatio feudorũ. Qui ſucceſſo. tenẽ. lo 2. qualiter olim poterat feu. alie. in pri. & in aliis locis. Prępoſ. in §. ſi miles ruſticũ. cir. medi. de pace tenẽ. (vt quòd eſt vtile recipiamus, & inutile deſpiciamus. l. 1. in ver. Imaginemur & ſeq. C. de latina liber. tollẽ.) videtur, quòd non ſint receptæ pro legibus cõmunibus. Præpoſ. in §. iniuria, col. 2. cir. pri. de pace iura. fir. Nam multi dicunt eſſe ius aſininum, carere ratione, & nõ ſeruari vbilibet. Iſeſ. de notis feu. §. ſi qua. in fi. & eſſe abrogatas; alibi, quòd receſſerunt ab aula, de eis non eſſe curandum, & extincto regno Longobardorum authoritatem legum ſuarum eſſe ablatã. Præpoſ. hic, poſt nu. 11. quia fuerunt latę a Barbaris ſæuis & irrationabilibus: qui nec vllo modo poſſunt parere legibus propter effrænatam ipſorum barbariam. Lucas in l. vni. col. 5. in fin. & in pri. C. de conducto. & procura. Sunt irrationabiles, idem Lucas in l. vni. col. 3. cir. medi. C. de profeſſo. qui in vrbe Conſtant. adeò quòd Dominus Bartholomeus de Capua, conatus fuit illas delere. Idem Lucas, in l. quicũque. cir. fi. C. de re mili.

Pro alia parte facit, nam canones hoc ius appellant legem mũdanam. c. inter hęc. iuncta glo. 33. q. 2. alibi ſęcularem. c. pen. iuncta glo. pen. 29. q. 2. multi de eo faciunt mentionem. c. Euphęmium. § notandum in poſitione caſus. 2. q. 3. c. quod autem. iuncta glo. in ver. ſcriptum. 27. quæſt. 2. cap. fin. & ibi glo. 2. 32. quæſt. 4. cap. 2. in ver. ſcriptũ. 33. quæſt. 1. Modo cum referant & ius canonicum, ratione æquitatis præualeat vbique locorũ. Bald. in conſi. 8. poſt prin. 3. volum. Ita & Longobardorum tamquàm contentum ſub continente generaliter expreſſo. l. Sichorus. in prin. de leg. 3. l. cum fundus. de fundo inſtru. Tu dic ſecundum Afflic. de feu. cog. in prin. num 4. in fin. quòd non habent authoritatem iuris municipalis: ſunt ta-
1 men ſicut lex municipalis, ſed non habent authoritatem legis generalis. Bald. in conſi. 247. in fin. 2. volum. Vnde Longobarda conſuetudo adhuc obſeruatur in multis regionibus. glo. fin. circ. medi. in cap. fin. de ſeruis non ordinã. in Tuſcia. glo. in cap. Raymundus. in ver. tam tertia. in fine. de teſtament. In regno Siciliæ de ordine Ludouici, qui illud conceſſit eccleſię. Præpoſ. hic, poſt nume. 12. Bald. de pace tenen. in prin. num. 19. cir. fi. Tenorẽ illius donationis Iſer. hic dicit ſe vidiſſe, & illã ponit Alberi. in l. 1. §. 1. de off. præf. vrbis. vt per Loff. hic Seruatur in aliquibus partibus Apulię. Lucas in d. l. quicũque. col. pe. & fi. de re mili.

In vna vel pluribus terris regni viuitur iure franchorum.dixi ſupra in 1.q.cir.fin. In eadem terra multi viuunt iure Longobardorum: & multi iure Romano. Iſer.hic, cir.fin. Lucas in d.l.vni.col.5. poſt pri.de conducto.C.& procu.quia conſuetudo non ſolum poteſt induci in vna ciuitate, ſed etiam in eius parte. Loffr.in conſi.42. poſt num.6. vnde ſi committitur iudici deciſio cauſæ ſimpliciter, vt dicit conſt.regni, pluritatem. debet prius determinari ſecundum iura cōmunia Longobarda, & poſtea ſecundū iura Romana: Iſer. hic poſt medi. Sed videtur quòd debeat prius intelligi de iure Romano,quod eſt commune in regno,& nō Longobardo, & conſti. prædictæ, quomodo reſpondetur, tradit Lucas late in d.l.vni.col.5. & 6. fere per tot.C.de condu.& procu.Conſtitutio tamen regni expreſſe remouet conſuetudinem, cōtra conſti,vt in proæ.conſuetu.§. per quod, & ſic ius Longobardum dicitur conſuetudo, vt ſupra. & primò ſecundum ius, poſtea ſecundum bonam terræ conſuetudinem debet determinari. c. cum veniſſent. de eo qui mittitur in poſſeſ.cauſ. rei ſeruan.c.venientes. de iureiur. glo.in c.conſuetudo. in ver.deficit,poſt medi.1.diſt. & iudicabit non ſolum ſecundum leges,ſed etiam conſuetudinē patriæ, vt not.in Auth.iubemus,& l.rem nō nouā.C. de iudicijs.ſequatur ergo legem, etiam quòd iuſſio vel aliqua ſanctio proferatur,in caſu dubij cōſulat Principem.§.fi. Auth.de iudicibus.& quod iuſtum & legitimum eſt decernat. Auth.vt iudices non expectent ſacras iuſſio. poſt prin. & ſi habet ius commune & ſtatutum,an poſſet iudex ſeruare quòd velit.Bald.in §.iniuria.num.11.cir.medi. de pace iura.firm.& de pace Conſt.in ver.ſententię, nume.3.de feu.cog.in pri.multa pro & contr.glo. in c.illud.in ver.contrario.12.diſtinct.& in regno primò ſecundum conſt.regni. & ſi illę deficiant,ſecundum conſuetudinem generalem approbatam. puta feudorum, uel aliquam, particularem. & ſi illæ ceſſant,eſt videndū quomodo viuitur in loco vbi faciendum eſt iudicium, ſi Romanorum, vel iure Longobardorum. Capi.in ſua inueſti.in ver. feudorum leges.col.4.cir.medi.ibi, ordo.Loffr.in conſi.38.num.5.cir.fin.& poſt num.4.quia in regno Siciliæ viuitur iure cōm.Longobardorū, niſi ſpecialiter cautum ſit quòd viuatur iure franchorum. Peraus in conſi.14.colū.2.cir.medi. In iſto regno non ſeruat,niſi vbi viget conſuetudo.Capi. in d.inueſt.in ver.feudorum genera. ibi, iure Lōgobardo,& in ver.feudorum leges.col.2. Ibi,leges Longobardæ, & ſi actum eſt, quòd ſeruetur ius, intelligitur de communi. Bald. in conſi. 171. nu.1.2.vol. vel diſtingue, inter quos fuerint prolata iſta verba. Nam ſi inter duos eiuſdem municipij,intelligitur de municipali; ſi diuerſorum,de iure communi. Idem Bald.in conſi.371. 5. volū. quid in arbitro,vel Principe. Loffr. in conſi. 36. num.3.& 4.

Non obſtat qđ canones referant ius Longobardum: nam lex quandoque narrat factum, & non ponit ius. glo.in c.1.in ver. non teneris. de dolo & contu. in 6. nec in illo definit. verba illa non probant,glo.in extrauag. 1.a.vlti.in ver.in ipſa. de verb.ſign.vel narrando factum & ſoluendo quæſtionem.l.pen.in ver.ſcribit. de damno infe.vel & fortius,lex canonica ſumitur quandoque ex Longobarda.glo.fin.cir.medi.in c.paruuli.22.q.5.quia nulla falſa doctrina eſt, quæ aliqua vera non immiſceat. Iſer.in §.inſuper,poſt prin.de controuer. inter domi.& fidel. verum approbando refert. & quia ſupplet, debet dici canonica & non Longobarda, ſicut de lege prętoria. l.quia actionem. in ver. ſed.de præſcript.ver.& lex Longobarda, lex ſeculi appellatur, ad differentiam iuris canonici, quod deſeruit iuri diuino non humano: & ambulat ſicut pędagogus diuinæ legis in iuſtificationibus diuinis, & non ſpicibus humanis.Bal.in cōſ. 352.cir.prin. 4.vol.

2 † Sed qui fuerint Reges in Longobardia, Iſer. hic in princ.& in capitu. 1. circ.fin.poſt nume.8. de forma fidei.& in §.iniuria.in ver.puniatur.poſt prin.de iura.firm.potuerunt, ſed in regno ſuo facere leges:quæ non vt leges, ſed vt ratio legis allegari poſſunt, quia & ratio legis abrogatæ remanet & allegari poteſt. Ioan. And. in additio. ad gloſ. in capitu.primo, in ver. ſubſtantia. de reſtitutio. ſpoliato.in 6.& a iure abrogato poteſt argumentari.gloſ.penulti.in capitu.fina.7. diſtinctio. Prędicta procedunt multò fortius in regno Siciliæ, in quo non valent etiam geſta per Imperatorem, niſi facta fuerint ante eius priuationem. Loffred. in conſi.38.nume.18.cir.fin. Bal.de pace conſtā. in ver.hæc ſunt nomina.nume.4. vſque in fi.ſicut in Prælato depoſito medio tempore facta ſi ſunt vtilia tenent: alias non.gloſ. fina. in capitu. nihil eſt.de electio. Paulus de Caſt. In l. quoties. nume.2.de acquiren.hęredita.quod regnum eſt exē-
3 ptum ab Imperio,† tamquam peculiare patrimonium eccleſiæ. capitu. ad apoſtolicę. de ſenten.& re iudi.in 6.de qua dicitur Ieremiæ capit.1. Conſtitui te ſuper gentes & regna,vt ędifices,deſtruas & plantes.capitu.qui eccleſiaſticis.36. diſtinctio. nam eccleſia trāſtulit Imperium a Græcis in Germanos. capitu. venerabilem.de electio. quando hoc fuit. Idem Iſer.de noua forma fideli. circ.fin. Ea etiam deponit Imperatorem ea cauſ.glo. fina. in fin.in capitu.ſi Papa.40.diſtinctio.Bal. in d.tit. de pace Conſtan. in ver.in nomine Chriſti. Abſoluit vaſallos a fidelitate Regum.§.alius.15.quęſtio. ſexta.potuit multo fortius eximere partem, & ſic regnum Siciliæ ab Imperio, & in alium transferre; Et intellige vt ſupra, de legibus factis poſtquam regnum Siciliæ peruenit in poſſe, eccleſiæ, factæ antea ligant, ſicut factę per Fredericum etiam quod poſtea fuerit depoſitus. capit. vt inquiſitionis. de hęreticis.in ſexto. & ratio eſt: quia delictum ſuperueniens non vitiat quod legitime factum eſt. glo. in capitu. prętereа.in ver. perhibendo.de teſtib.cogen. & reſtitutio non vitiat factum medio tempore.l.in integrum. & l. ſi mulier.ff.de minor.ſicut in terminis,capitu. & dixit.in gloſ.fina.de conſecratio.diſtinctio.ſecunda. & l. Papinianus.§. fina. ff. de inofficio.teſtamen. infert Iſer.quod notarius vnius Comitatus, poteſt facere inſtrumentum in alio Comitatu, volente domino illius.Idem Iſer.in conſtitu. inſtrumentorum robur. licet domini de Rota teneant contrarium in deciſio. 39. Quid de notario Apoſtolico,an poſſit conficere inſtrumenta in regno inter ſeculares, de rebus prophanis. Iſer. ibi, d. Conſtit. quod non: & cum eo Lucas in l. fin. C. de locatione prædio.ciuil.

SUMMARIUM.

1 *Feudum & vaſalli, ſunt nomina noua; nec fuerunt tempore Iuſtiniani.*
2 *Origo feudorum & illorum introductores.*
3 *Feudum quid ſit: cui aſſimilatur. & in eo quid habet directus, & quid vtilis dominus.*

QVAESTIO. IIII.

QVARTO quæritur, an feudum, & vaſalli ſint nomina noua. & ſi iure Romano ſit de eis aliquid dictum.

Quòd origo ipſorum fuerit tempore Iuſtiniani ſentit Lucas in leg. quicumque. col. pri. poſt medi. C. de omni agro deſert. & quòd tempore legum trium libro. C. contractus feudalis erat inuentus. Idem Lucas in leg. pri. colum. pri. circ. medi. C. de petitio. bono. ſublat. & vocabatur contractus ſtipendiarius; & prædia ſtipendiaria & tributaria erant, vt ſunt caſtra, & feuda. Idem Lucas in leg. prædia. colum. 16. circa
1 medi. C. de locatio. prædio. ciui.† Sed quòd ſint nomina noua tenet Iſer. hic: Vbi etiam Iaſon numer. 33. Pernus in conſil. 12. colum. 8. cir. medi. vbi etiam quòd non erant cognita apud Principes antiquiores, nec continentur iure Romano. Odofr. in proæ. ſuæ Sum. in princ. Dependet omnis eorum poteſtas à nouis principibus, ſunt de iure poſitiuo feudorum; ex facto concedentis & receptione accipientis. Lofr. in conſil. prim. nume. 190. licèt qualitates, & ſeruitutes ſint de iure gentium. Bald. in conſil. 275. numer. 9. ſecund. volum. Non fuerunt tempore Iuſtiniani. Frederi. de ſubfeud. lib. 1. in prin. nu. 18. vſque ad 21. 55. & 64. vſque ad 86. & de forma inueſtit. lib. 3. ibi, tertia formula, numer. 16. circ. princ. Lucas ſibi contrarius in leg. unic. colum. 2. circ. fin. de caſtren. omni. palat. pecul. ſed ante Cotta. hanc dicit commun. contra Lucam, & Zabar. glo. Pariſ. titu. prim. in princ. eſt ius recentiſſimum: non à Iuriſconſultis, neque Imperatoribus ortum, ſed longo poſt interuallo quorundam moribus introductum. Præpoſ. hic, poſt numer. 64. & de conten. inter domi. & vaſal. in princ. nume. 2. circ. medium. & quia omne quod eſt, debet habere principium ſui eſſe. leg. prima. ff. de regul. Cato. Præpoſ. Qui teſtes ſint neceſ-
2 ſari. ad proban. inueſtit. colum. fin. in princ. Ideò eorum origo fuit benignitas, & gratioſitas. gloſ. Pariſ. 7. nume. 3. in princ. titu. §. prim. ceperunt à conſuetudine. Frederic. vbi ſuprà, de origine Baron. in princ. numer. 40. & de antiquo ſtatu regni. numer. 18. in princ. tangit pri. addit. ad Odofr. in Sum. quid ſit feud. & à liberalitate concedentium. Præpoſ. infra titu. prim. §. & quia. poſt numer. 35. Proceſſerunt de publico. Afflic. in deciſio. 19. numer. 2. & 361. numer. 40. dependent & emanarunt à ſupremo Rege tamquàm ab vno celebriore principio, & fonte, ad quem redeunt, & terminantur, per recognitiones, tàm immediatas, quàm mediatas vaſalli, & inferiorum ſuorum. glo. 4. Pariſ. poſt numer. 8. titu. primo. §. ſecund. licèt non omne feudum emanet à Principe. Præpoſ. in capitu. ſi duo. colum. 2. circa medium. de fratr. de nouo benefic. inueſtit. Quidam à Romanis natam conſuetudinem, inde ad alios populos diuertiſſe aiunt. In proæ. tractat. Curti. feud. in princip. circa fin. Frederic. de ſubfeud. lib. primo. in princip. poſt numer. 54. Alij à Gallis, & Longobardis, quod à Francis didicerant, in Italiam introduxerunt: vel ceperunt etiam in Italia à Gallis, poſt obitum Iuſtiniani. gloſ. Pariſ. titu. primo in princi. nume. 12. & poſt numer. 32. & gloſ. 4. nume. 16. titu. 2. & 55. & iſtud feudum, quod Galli gangeriam appellant, Præpoſ. hic numer. 27. non eſt propriè contra-
3 ctus, ſed gratia. † Iaſon in leg. Gallus. §. inſtituens. numer. 27. de liberis, & poſthum. vel contractus legitimus, quia approbatur per nouas conſtitutiones feudorum. Bald. in leg. legitima. poſt numer. 2. ff. de pactis. dicitur propriè beneficium non priuilegium. Iaſon hic poſt numer. 26. eſt titulus lucratiuus. gloſ. Pariſ. titu. primo. §. 7. poſt nume. 22. innititur magis gratiæ, & liberalitati, quam contractui. Præpoſ. in §. inueſtituram. poſt nume. 4. de noua forma fideli. vel eſt contractus legitimus nominatus à conſuetudine. glo. Pari. 9. titul. primo §. primo. poſt numerū. 4. contractus nominatus ſecundum commu. opinion. nam conſuetudo induxit hunc nouum contractum conceſſionis in feudum, deditque ei elegans nomen & nouam formam. Præpoſit. in capitu. primo. poſt numerū tertiū. de benefic. fratris. Speculat. in titu. de feudis. §. 2. ſicut contractus homagij. poſt numer. 50. eſt bonæ fidei. Idem Præpoſ. in capitu. prim. numer. 1. circ. fin. de feud. cog. eſt magis gratia, & beneficium quàm contractus. glo. ſecund. Pariſ. numer. 17. circ. fin. titu. prim. §. 3. uel de natura contractum magis, non vltimarum voluntatum. Præpoſ. qui ſucceſſo. tene. lo 2. poſt princ. Inuentus à conſuetudine, ſicut contractus cenſualis. glo. Pariſ. in rubr. titu. 2. numer. 21. & 22. eſt vſusfructus, ſed non merus: nam plenus eſt in vſufructuario, plenior in vaſallo, pleniſſimus in domino. Præpoſ. in §. hoc quoque. numer. 5. in fin. de ſucceſſi. feud. Aliud in uſufructu, aliud in contractu feudali, vel emphiteotico: quia uſusfructus non debet eſſe perfectus, ne proprietas remaneat inutilis domino. Idem Præpoſ. in §. inde poteſt. circ. fin. de aliena. feud. habet inſtar uſufructus formalis. Præpoſ. hic numer. 16. circ. fin. plus iuris, & pinguius quam fructuarius. Idem Præpoſ. in §. his conſequenter. colum. 2. in fin. hic finitur lex. habet dominium vaſallus, ſed non liberum: non eſt ius franchum, ſed ſuppoſitum obſequio domini. Præpoſ. Qualiter olim poterat feud. aliena. in princ. nume. pri. circ. fin. licèt dicatur eſſe in bonis vaſalli. Præpoſ. per quos fiat inueſtit. circ. fin. pri. Ius patronatus feudale in proprietate directa conſiſtit, & magis accedit iuri & quaſi poſſeſſioni incorporali, quam poſſeſſioni rei corporalis. gloſ. Pariſ. titul. primo §. 35. numer. 12. in fin. eſt imago, & reliquiæ veteris dominii. in gloſ. 10. numer. 5. in fin. §. 37. & gloſ. prima poſt numerū 1. §. 33. vbi etiam, quod non eſt propriè ſeruitus, quæ non eſt in bonis, nec extra. titu. primo. ſed eſt magis proprietas & directum dominium. ea. glo. titu. pri. §.

31. nume. 16. ante & poſt. Rurſus, quia vaſallus non poteſt eſſe abſque feudo, nec feudum in eonum ſeparari à fidelitate. gloſ. Pari. titu. 1. §. 41. poſt nume. 1. Ideò vaſallus apud nos eſt merè libera perſona, licèt ſit peeſonalnec obligatus domino ad iura feudalia ratione feudi, quàmdiu poſſidet. gloſ. Pariſ. 5. titu. 1. §. 1. nume. 2. in princ. Inde, vaſallus, ideſt obligatus: nam dicitue à vas, vadis: quod interpetatur obſes. Inde vadimonium: quia eſt ab plura obligatus domino, & iurat fidelitatem. & uocatur iure iſto pluribus modis. Præpoſ. hic, nume. 64. & Aluar. in 7. quęſt. nume. 42. Argumentum de libertis ad vaſallos non valet, niſi in caſibus à iure expreſſis. gloſ. Pariſ. 4. titu. 1. §. 1. nume. 47. dicam infra, Quibus modis feud. amit. circ. fin. pei. & tunc æquiperantur libertis. Iaſon in leg. filiusfamilias. §. diui. in pei. lectu. nume. 27. & in 2. nume. 44. de legat. prim. & dicta in libertis, habent locum in vaſallis. Idem Iaſon in leg. ſi non ſoetem. §. libertus. nume. prim. de condict. inde. poſſumus etiam æquiperare vaſallum homini libero redempto ab hoſtibus, in quo redimēs habet ius quaſi pinguius. Præpoſi. hic poſt nume. 28. & quaſi fructuarius intelligitur. Hoſtien. in Sum̄. de feudis ibi, quid ſit fidelitas in fin. eſt autem feudum, ſicut ager limitatus finibus in prima inueſtitura peæfixis. gloſ. Pariſ. titu. primo. §. 7. poſt nume. 2. & eſt bona ſimilitudo de eo, ad donationem. Præpoſ. in cap. ſi facta. nume. 2. circ. fin. ſi de feud. defuncti. mili. contro. ſuc. non ſimplicem, ſed ob cauſam. Idem Præpoſ. in cap. primo, circ. princ. de inueſti. de re aliena facta. Inter feuda & prædia tributaria videtur magna parilitas. Frederi. de ſubfeu. lib. pri. in pri. nume. 21. 22. & poſt nume. 37. 38. & 40. ſunt ſicut caſtrenſe peculium: eandem naturam quàm à principio aſſumunt retinent. Fredeci. vbi ſupra, de origine Baro. ibi, fuit dubitatum. poſt nume. 9. æquiperantur prædijs fiſcalibus. Lucas in leg. 2. poſt medi. de fun. patri. Affli. in §. fin. nume. 7. poſt medi. de capitu. Corra. & militię. idem Afflic. de beneficio fratris, num. 10. conueniunt enim in multis militia, & feudum: nam feudum olim vſque ad uitam fidelis dabatur. §. & quia. de his qui feud. dare poſſunt. militia cohæret perſonæ. leg. 3. §. ſi quid minori. ff. de minori, militia conſiſtit in ſalario debito per tertium. leg. creditor. §. inter. ff. de actio. empt. feudum poteſt conſiſtere in annuis intcoitibus percipiendis, de camera vel canena. capitu. ſciendum. vbi Iſer. de feud. cogn. ſi legatur feudum, ex quo de eo non poteſt diſponi, debetur æſtimatio. §. donare. Qualiter olim poterat feud. alien. Ioan. Faber in §. non ſolum, in fine. nume. 8. Inſtit. de legat. ita & ſi legetur militia. l. mortuo boue. §. primo. de legat. 2. leg. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. de legat. 3. Quòd dignitatis nomine datur à patre, puta militia, non uenit in collationem, ſed eſt præcipuum filii. leg. prima. §. nec caſtrenſe. iuncta glo. in ver. dignitatis. ff. de collatio. bono. Ita feudum integrum eſt legitima filij. Iſer. in conſtit. dignum. Loffr. in conſi. primo. poſt nume. 22. Cam. in cap. Imperiale. in car. 24. colum. 4. poſt princ. Afflic. hic. nume. 93. & in §. quid ergo. nume. 10. de inueſtit. de re aliena facta. Feudum eſt legitima filii, vt ſupra. Pretium militię computatur in legitimam. leg. omnimodo. §. imputari. C. de inoffic. teſtam. militia eſt publica. §. optimum. Authen. de exhib. reis. feudum proceſſit de publico. Iſer. hic. nume. 43. Federic. de ſubfeud. lib. prim. in princ. nume. 36. & dabatur antiquitus à Principe pro ſtipendiis. Caſſa. in conſue. Burg. rubr. 3. §. 5. ibi, excepte les religieux. nume. 19. circa princ. & ſic feudum & militia ęquiperantur. Afflic. in §. præterea Ducatus. nume. 30. de prohi. feud. alienat. per Frederi. licèt Iſer. hic dicat, quòd multum differunt, & multa afferat in contrarium. Frederi vbi ſupra. nume. 40. tamen alibi tenet, quòd regalia quando conceduntur in feudum, feuda dicuntur Caſtrenſia, quando alia bona quaſi caſtrenſia reputantur. de forma inueſtit. lib. 3. ibi, differentia inter feuda regalia, verſic. quadrageſima nona, & quod dicit Iſer. quòd feudum eſt inalienabile, præſupponendo, quòd militia alienetur, non eſt verum: nam etiam militia prohibetur alienari. leg. reſtituendæ, circ. finem. C. de aduocat. diuer. iudic. & ſi poteſt cum conſenſu domini, ita & militiam alienare permittit. leg. his quidem. C. qui militare poſſunt, vel non. & militiæ quædam vænales ſunt. Bald. in conſil. 337. in princip. 3. volum. & militia licèt tranſibat ad hęredes; feuda olim non, hodie ſic. Immò ex hoc poteſt ſumi ęquiparatio vnius ad aliud. leg. pri. de legat. prim. leg. 2. C. commu. de legat.

Non obſtat quòd omne ſimile non ſit idem: nam non inuenitur res per omnia ſimilis. leg. 2. §. 1. in ver. in creditum. circ. medi. ff. ſi certum petat. & in rebus humanis nihil natura uoluit eſſe tàm ſimile, quòd non aliqua proprietate ſecerneret. Lucas in leg. meminimus. colum. 7. cir. fin. C. quā do & quibus quarta pars debeat̄, & etiam quòd non ſit omnino idem. leg. nemo. in glo. penult. de duobus reis. ſufficit dare ſimilitudinem in iis de quibus tractatur. Deci. in cap. ſuper eo. nume. 13. in fin. de appellatio. in conſi. 329. colum. 2. circ. fin. poſt nume. 4. & 416. poſt nume. 17. Alexan. in conſi. 171. colum. penult. poſt princ. ante num. 47. volum. Diuerſitas nominum non obſtat: nam unam formam quædam quandoque tenent, licèt ſint diuerſa nomina. cap. prouinciæ. 99. diſtinctio. ſicut diuerſitas in nomine, ſed dignitas eadem. glo. 2. in cap. duo ſimul. de offic. ordi. cap. coram. cum ibi not. in glo. 1. de in integ. reſti. diuerſitas nominum rei ſubſtantiam non mutat. not. in cap. excōmunicamus. in princ. de hæreticis. nomina etiā diuerſa, idem tamen officium. glo. in cap. vnic. §. fin. in ver. patriarchis. de ſtatu regula. in 6. Vltimò eadem pęne conditio, licèt ſit diſcrimen in nomine. leg. diffinimus. C. de agricol. & cenſit. & mutantur nomina moribus vtentium. Iſer. hic, circ. fin. & ſic feudum æquiperatur militiæ. Cam. in cap. Imperialem. car. 27. colum. 3. circ. fin. & 28. colum. 3. in fin. & vt plurimùm milites habent feudum, & datur vt iuuent dominum, & rempublicam. Iſer. in §. præterea ſi quis infeudatus. in verſi. infeudatus. de prohibita feud. alienat. per Frederic. Ita & militiæ in recompenſationem mali, & pro tuitione reipublicæ dantur. Lucas in leg. ſi quis. circa medium. C. de profeſſor. & medic.

SVMMARIVM.

1 *Datio in feudum eſt contractus de per ſe, ſtricti iuris. alij quod ſit bonæ fides.*
2 *Feudum & emphiteoſis conueniunt in multis: in quibuſdam non.*
3 *Feudum eſt vniuerſitas facti: quandoque iuris.*

QVAESTIO. V.

QVINTO quæritur, an infeudatio
ſit contractus de per ſe, empbiteoti-
carius vel cenſualis. Et quidam di-
cunt eſſe contractum innominatum,
alii nominatum, alii anormolum.
Bald. in conſi. 327. nume. 1. volum. 1. & 291. poſt
nume. 12. 2. volum. quòd ſit contractus nomina-
tus Bart. in l. iuris gentium. §. quinimmò. poſt nu-
me. 19. ff. de pactis. Socin. in conſi. 68. nume. 6. 1.
volum. & iſta eſt com. licèt multa in contrarium
Curt. in tract. feu. in 9. quæſt. 1. partis prin. & in 2.
par. ibi, circa hanc materiam. & nominatus de per
3 ſe.† Iſer. hic & in §. & ſi libellus, num. 6. de aliena.
feu. pater. propter obligationes debitas a vaſallo
domino ſuo, & à domino ipſi vaſallo. Cam. in cap.
Imperialem. in 1. colum. 25. cir. medi. & Iaſ. hic, in
prin. nume. 54. conſuetudo inuenit. Bald. in rubr.
nume. 2. C. de rerum permutat. habet naturam cõ-
tractuum. Afflic. qui ſucce. tenen. lo 2. in pri. not.
non vltimarum voluntatum. Bald. ibi poſt nume.
1 . Licèt alii, dicant quod nõ ſit propriè contractus,
ſed gratia & beneficium. Capi. in ſua inueſt. in ver.
feudalis contractus. poſt prin. in ver. feudatario-
rum filii. poſt princ. Iacobi. in ver. præſentes. poſt
nume. 4. donatio non ſimplex, ſed ob cauſam,
faciens conceſſionem conditionalem propter pa-
cta. Frederi. de ſubfeud. lib. 2. ibi, trigeſimo quar-
to, quæro. colum. 3. circ. medi. & accedit magis
beneficio quàm contractui. Bald. in l. 2. C. cõm.
de manum. Eſt tamen eiuſdem naturæ, & condi-
tionis, cum emphiteoſi ſiue libellaria. Idem Bald.
de pace Conſtant. in ver. libellariæ. poſt nume. 3.
Curt. vbi ſupra in 3. quæſt. 1. part. poſt nume. 5.
& quaſi quodam cognationis iure cum emphi-
teoſi annexendum, & coniungendum videtur. Iaſ.
hic, circ. fin. pri. Frederi. de ſubfeud. lib. 2. ibi, ter-
tiò quæro, ante & in nume. 2. valet argumentum
de feudo ad emphiteoſim & contractum ſuperfi-
ciarium. Caſſa. in conſue. Burg. rubr. 3. §. 8. ibi,
ſans conſentement. poſt nume. 4. & rub. 4. §. 23.
in princ. nume. 44. Precarium in neutro, & gene-
re feminino habet ſimilitudinem cum conceſſione
in emphiteoſim. Alexan. in l. ex facto. §. fin. nu-
me. 6. ad Trebellian. & eſt quando datur ad cer-
tum tempus. Quid ſit, & vnde dicatur, & an poſ-
ſit reuocari. Abba. in cap. 1. & fina. de precariis.
Quicquid ſit, textus qui loquuntur in feudo,
ſunt ſeruandi in emphiteoſi. Pau. de Caſt. in conſ.
262. in fin. 2. volum. ius vaſalli & emphiteoticarii
maximam habent ſimilitudinem. Præpo. & Aluar.
in cap. 1. nume. 2. & poſt. Quemadmodum feud.
ad filiam pert. & quibus modis feud. conſtit. po-
teſt. colum. 3. circ. medi. non eſt differentia niſi
in nomine: quia quod eſt licitum in emphiteoſi,
eſt licitum & in feudis. Bald. in conſi. 304. nume.
4. 1. volum. & 251. poſt nume. 2. 2. volum. & ſic
procedit argumentum de vno ad aliud. Alexand.
in conſi. 44. poſt nume. 2. in fin. 3. volum. & de
feudatario arguitur ad emphiteotam. Loſr. in conſ.
2 28. nume. 6. in fin. & conueniunt, quia contractus
feudi, poteſt dici de iure ciuili, ſicut contractus
emphiteuticus. Pernus in tertiis nota colum. 2.
poſt medi. Feudum eſt ad inſtar ſeruitutis. Afflic.
in cap. ſi facta nume. 5. in fin. ſi de feud. ſue. con-
tro. inter domi. & agnat. vel potius quædam ſerui-
tus præter naturam rerum, quæ aliquando fue-
runt liberæ; & præſumitur ex correſpondentia
ſeruitiorum. Bald. in conſi. 351. poſt nume. 6. &
7. 1. volum. lex emphiteoſim vocat ſeruitutem.
Bald. ad Specul. in tit. de locanti, & emphiteo. co-
lum. 3. cir. princ. Afflic. in cap. ſi vaſallus. lo 2. circ.
princ. dict. tit. ſi de feud. fuerit contro. inter domi.
& agn. ſed quod differant in multis. Curt. vbi ſu-
pra. in 3. quæſt. 1 par. poſt nume. 3. Feudum con-
ceditur gratis ob remunerationem, emphiteoſis
pro certa penſione. Alexand. in conſi. 136. colum.
3. circ. princ. 1. volum. Item contractus emphiteu-
ticus non innititur gratiæ ſicut feudum. Affli. Qui
ſucce. tenea. nume. 42. circ. princ. de emphiteoſi ad
feudum non ſemper eſt ualidum argumentum.
Loſr. in cap. 1. colum. 13. in fin. de natura ſucceſ.
feud. nam valet vbi non reperitur contrarium.
Paul. de Caſtr. in conſi. 329. colum. fin. in princ.
2. volum. Nec eſt per omnia bona ſimilitudo. de
feudo ad emphiteoſim. Aluar. infra, an agnat. nu-
me. 5. in fin. Valet in aliquibus, licèt communiter
non. Corſe. in addit. ad Abbat. in reperto. in ver.
vaſallus. in fin. differunt. Pernus in primis nota.
colum. 3. circ. fin. & in quo. Socin. in conſi. 167.
poſt nume. 4. 2. volum. & emphiteoſis differt à
natura feudi. Specula. in titu. de emphiteoſi. nu-
me. 4. circ. fin. Quid dicendum? dic quòd ſimili-
tudo feudi, & emphiteoſis non procedit ſimplici-
ter, ſed ſecundum quid. Bald. an agnat. num. 17.
in fin. vnde tunc procedit argumentum de vno ad
aliud, quando iura loquentia in feudis non ſunt
contra ius commune: aliàs ſi ſunt contra, nõ pro-
cedit argumentum de vno ad alterum. Alexand.
in conſi. 106. poſt nume. 6. & 107. nume. 13. 4.
volum. & in conſi. 5. num. 2. & 5. 5. volum. Afflic.
dict. titu. an agnatus. nume. 40. & eſt contractus
prædictus feudalis ſtricti iuris. Curt. in ſupraci-
tat. loco. in 1. par. 1. quæſt. 9. Loffr. in conſi. 1.
nume. 50. Afflic. tamen tenet, quòd ſit bonæ fidei.
in §. ad hoc. nume. 5. hic finitur lex. & dixi ſupra
in quæſt. præced. & ius patronatus eccleſiæ deuo-
luitur ad deſcendentes & ad agnatos quaſi per eũ-
dem modum, ſicut feudum. Paul. de Caſtr. in
conſi. 44. nume. 5. in fin. 2. volum. Habet in ali-
quo ſimilitudinem vſusfructus. Iaſon hic in pri.
nume. 18. anomolis qui non eſt cauſalis, nec for-
malus ſeu ſingularis. vel vſumfructum habet, deſt
fruitionem quandam. Idem Iaſon in l. ſtipulatio-
nes non diuiduntur. poſt nume. 31. de verbor.
obligatio. propriè magna eſt differentia inter feu-
datarium, & vſufructuarium. Præpoſ. hic, nu-
me. 17. differt à maioria in multis. Pau. de Caſtr.
in conſi. 164. nume. 8. 2. volum. ſicut feudum, &
emphiteoſis. Aluar. hic, in fin. ibi, circa ſextum.
Cuius natura eſt longe à feudo diuerſa. in conſil.
feud. diuer. 47. nume. 8. in princ. nam feudum da-
tur gratis & nõ pro cenſu: & tamen ex natura feu-
di debetur ſeruitium. Bald. ad Specula. de locato,
& emphiteo. l. 3. circ. princ. & ſeruitium an dicatur

precium vel merces. Idem Bald. in l. t. nume. 36.
de rerum diui. Vltimò an feudum ſit uniuerſitas
facti uel iuris, Iſer. remitiit ſe dictis per eum in §.
traditionibus, nume. 4. circ. fin. Quid ſit iniieſtit.
& tangit in §. præterea, ſi inter duos, num. 73. cir.
fin. de prohi. feu. alien. per Fred. Pari. de reintegr.
feu. in ver. conceſſa eſt baroni commiſſio. num. 3.
Lofr. Quæ ſint regal. in ver. angariæ. ibi, ſequitur
verſi. Item ſecus. in fine diſtinguit. tamen, ꝙ dum
acquiritur eſt facti, ſed poſtquã eſt acquiſitum eſt
iuris. Bald. in conſi. 352. poſt num. 3. 1. vol. Lofr. in
conſi. t t. nu. 17. uel ut per Fred. de ſubfeu. lib. 2. ibi,
quinta authoritas, num. t 8. poſt princ. & lib. 3. de
forma inueſt. ibi, ſed poſtquam, ante & poſt nu 14.
& quæ dicuntur habere plurimum facti habent mi
nimum iuris: & quæ habent plurimum iuris ſunt
maioris efficaciæ, Bald. in l. ſi vnus. §. pactus ne pe-
teret. in 2. rep. num. 2. ff. de pactis. & ita poſſunt cũ
cordari multa quæ pro, & contra allegantur per
Cam. in cap. Imperialem. car. 39. & Affiic. hic nu-
me. 77. & in cap. 1. nume. 14. Quid ſit inueſt. tan-
git Perius in pri, notabil. colum. 7. in fin. quan-
do dicatur quid vniuerſale, & quando non. Abbas
in cap. cum ſeculum. in princ. de iure patro. feu-
dum regnum, & Baronia eſt vniuerſitas: & per ap-
prehenſionem partis queritur poſſeſſio totius. dic.
cap. 1. in fin. Quid ſit inueſti. Bald. in l. ſi conue-
nerit. §. ſi nuda de Capi. qui curian. vendi.

S V M M A R I V M.

1 *Actio datur vaſallo contra dominum ad petendũ feudum: & domino contra vaſallum, ad petendum ſeruitium.*
2 *Vaſallus habet vtile dominium: dominus directum.*
3 *Authoritates ſacræ ſcripturæ & gentilium, licet allegare.*

Q V AE S T I O. VI.

SEXTO quæritur, quæ actio detur
vaſallo contra dominum ad petendũ
feudum promiſſum, & domino con-
tra vaſallum ad petendum ſeruitium
& alia quæ promiſit. Et cum ex lege
datur omnibus habere remedium. §. neque illo. cir.
medi. Authẽ. de trien. & ſemiſ. Ideò tractat Odof.
in ſum. Per quas actiones reuocat. feud. quando
culpa vel cauſa commiſſa eſt, poſt num. 2. & 3. Iaſ.
hic nume. 35. & Iſer. hic, qui vſque ibi, item atten-
dendum. late diſtinguit: cum quo tranſit Curt. in
ſuo tracta. feu. in 10. queſt. 1. partis princ. Proſe-
quendo tamen materiam, dic cum eo aut promiſit
tantum dare feudum, & non inueſtiuit; aut inue-
ſtiuit. ſi non inueſtiuit, non vendicat. quia nõ poſ-
1 ſidet. Sed datur condictio ex moribus. Idem Iſer.
de contro. inter domi. & empt. colum. 2. in princ.
ibi, melius, actio ex feudo. Capi. in ſua inueſtit. in
ver. actiones contra dominum. Vel condictio
ex vſibus feudorum. Bald. in conſi. t 11. nume. 10.
cir. medi. 3. vol. vt inueſtiatur, tunc præſtando inte-
reſſe liberatur. Odofr. in ſum. facta inueſti. & iu-
rata fidelitate domino, quid domi. facere tene-
tur Præpoſ. hic num. 63. Quia ſi promittitur fa-
ctum, primordialis natura eſt ad factum. Sed caſu
quo non fiat accidentaliter, ſuccedit obligatio ad
intereſſe. Caſſa. in conſi. Burg. rubr. 11. §. 1. ibi, &
§. nume. 23. circ. medi. & verbo, acta. Vel aliquo
actu corporeo inueſtitus non habet ius, nec tene-
tur dominus cedere. l. Imperator. de lega. 2. Sed
datur interdictum adipiſcendæ, & non remedium
reſtitutorium ex præcario vel conſtituto. Afflic. de
controuer. inueſti. poſt nume. 10. ibi, ſed pulchrũ.
Secundò caſu, quando inueſtiuit, aut eſt in poſſeſ-
ſione dominus, vaſallus, vel tertius. ſi dominus,
cogitur facta inueſtitura tradere, nec liberatur p-
ſtando intereſſe. §. ſi facta. ſi de feud. defun. mili.
contro. fue. cap. 1, in ver. poſſeſſionem, ſi de inueſt.
feud. contro. fue. & non ſolum tenetur tradere, ſed
ſucceſſiue pati vaſallum vtifrui. Nam ex conceſ-
ſione naſcitur duplex actio: primitiua de traden-
do, & ſuccedens ſecundaria de patiendo. Præpo.
Quid ſit inueſti. in prin. poſt num. 4. & agit, quia
feudatarius non ſolum habet commoditatem, &
vſumfructum, ſed etiam vtile dominium, quod ex
omni contractu perpetuò quæritur: & dominium
inferius dicitur, quod ſubalternatur directo. in
conſi. feud. diuer. 58. num. 6. ante & poſt. & quòd 2
vaſallus habeat vtile dominium. Præpoſ. de inue-
ſtit. de re aliena. facta. in princ. poſt nume. 2. &
vtiliter dominus ſicut emphiteota, & ſimiles. Axo
in ſum. inſtit. de rerum diui. nume. 56. in fin. &
C. de theſauris. lib. 10. poſt nume. 1. Zabar. in cle-
ment. vnic. in ver. præſentatos. nume. 2. in fin. de
exceſſib. Prælat. habet exercitium cauſæ, tàm a-
gendo, quàm inde fendendo. Poteſt vendicare à
quolibet, ſicut ſuperficiarius & emphiteota reti-
net ſeruitutem. Poteſt tranſigere, & quod tran-
ſactionis nomine accepit, non erit feudũ. Odofr.
in ſum. quid vel quæ iura conſequatur vaſal. in feu.
Hoſtien. in Sum. de feudis. ibi, quod ius acquira-
tur vaſallo, vendicabit etiam à domino: & ſi con-
currant dominus, & vaſallus ad vendicandum à
poſſeſſore quis præferatur. Aluar. in §. rei autem.
ante & in nume. 6. & 7. dicto titu. de inueſtit. de
re aliena. facta. & vaſallis ſpoliatis datur interdi-
ctum, vnde ui. Socin. in conſi. 87. colum. penul.
circ. fin. 3. volum. & ſuo proprio nomine non alie-
no poteſt omnes actus dominicos exercere in ſub-
uaſallos ſuos & ſubfeuda. cum ſit eorum verus &
immediatus dominus. glo. Pari. pri. poſt num. 19.
titu. t. §. 1. & directus dicitur dominus, licèt vtile
ſit alterius. Paul. de Caſtr. in conſi. 368. in princ.
2. volum. adeò quòd poteſt id quòd dominus ratio
ne vtilis dominii. in conſil. feud. diuerſo. 49. poſt
nume. 12. quicquid dicat Bald. in l. 1. nume. 13. C.
ſi plures vna ſententi. habens utiles non eſt domi-
nus, ſed habetur loco domini. in l. ſed ſi tantum. in
fin. ff. de pactis. & dominio datur ius directum: ex
quaſi dominio ius vtile. Bald. in l. 1. 1. rep. circ.
pri. nau. caupo. ſtabu. & quòd non habeat domi-
nium, ſed uſumfructum, quod pendet ex conuen-
tione vel inueſtitura: & dominium quod habent
feudatarii ſit ſpecies ſeruitutis. Paul. de Caſtr. in
conſi. 262. num. 2. circ. fin. 2. volum. & illorum
dominium exæquatur ei quod competit fructua-
rio: & non econtra. glo. Pari. 8. tit. 1. §. 1. nume.
3. in fin. & 5. §. rei autem. de inueſtit. de re alien.
facta. §. in primis. in quibus cauſ. feud. amitat. &
ſic adhuc etiam ſine neceſſitate ſemper eſt utile
plura habere remedia. glo. Pari. tit. 1. §. 42. num.
34. poſt medium. & agit contra dominum. quia
uaſalli

vaſalli eſt factum feudum cum voluntate ſua. l. permiſiſti. ff. de præſcrip. ver. & dicitur ſuum quoad vtilitatem, non quoad proprietatem. Bald. in ſimi. in l. Prætor. in prim. rep. in pri. ff. de edendo. Conuenitur dominus ex ſua conuentione. l. ſi quis alienam. ff. de actio. empti. gloſ. fin. in l. ſi Titio. ff. de pigno. nam (vt infra) eſt contractus de per ſe, ex conuentione proueniens. Socin. in conſi. 68. nume. 16. poſt medi. 1. volum. propterea habet quaſi rei venditionem, tàm contra dominum, quàm contra tertium poſſeſſorem. Afflic. in 1. not. & Aluar. ante & nume. 6. dict. §. rei autem. de inueſti. de re alien. facta. An requiratur petitio, veniat iuramentum de calumnia, & quomodo formabitur libellus. Capi. in ſua inueſtit. in ver. feudorum actiones. in fin. poſt notam concluſi. Hortabitur tamen vaſallus dominum, ſalua reuerentia, placito ſuo ſtare. l. ſi liber. C. de cōdictio. ob cau. vt ſeruet pactum ſeruo ſuo, ſed non eſt cogendus nec ſtrangulandus. l. cum affirmes. & ibi Bald. C. de liberali cauſ. quia perſona domini. ei ſemper debet videri honeſta & ſancta. Iſer. in cap. ſi quis miles. in ver. domino viuente. cir. medi. de feu. ſine culpa non amit. & dominus cum alterum elegerit, ab alio abſtinere debet. l. cuius. de cura. furio. nec eſt credendum. quod eligat viam ad ſua impugnanda iudicia. l. 3. §. 1. in ver. exhæredauerit. de liberi. & poſthum. & cogitur dominus præciſe tradere. Bald. in cap. 1. nume. 6. & Aluar. poſt nume. 5. de contro. inueſtit. ſi tertius poſſidet, illo ſummatim vocato agit vt ſibi tradatur poſſeſſio, ſicut is cui data & collata eſt eccleſia. glo. penult. in cap. licèt. de præbendis. in 6. & agit ſicut emphiteota & ſuperficiarius, & datur vtilis in rem. l. 3. §. penul. de oper. noui nunti. & ſicut eſt actio directa & vtilis, ita exceptio directa & vtilis. Bald. in l. & ſuum hæredem. cir. fin. pri. ff. de pactis. quia loco emptorum ſunt, & habent ius in re. Azo in ſum. C. de euictioni. nume. 6. in fin. Idem ſi à Principe vel alio ex quocumque titulo acquiſiuit. Iſer. l. poſſeſſores. C. de fundis patrimo. Verum qui eſt in poſſeſſione erit potior, & priori tenebitur dominus ad intereſſe. dict. cap. ſi facta. l. quoties. de rei vendic. Afflic. de contro. inueſtit. poſt nume. 5. in 7. limit. nume. 2. circ. fin. qui ſucceſſo. tenen. ſi primus habuit naturalē per inueſtituram. Abba. in cap. authore. num. 4. & 9. de inſtitutio. Loffr. in conſi. 33. num. 5. cir. medi. & alteri tradidit, diſtingue vt per Iſer. in dict. cap. ſi facta, & in cap. 1. quid ſit inueſti. & in cap. c. 1. in pri. de contro. inueſti. Alexan. in l. 3. in prin. in 4. colum. de acquir. poſſeſſ. Sicut emptor nominis ſi alteri vendit, vterque habet vtilem. Specula. in tit. de ceſſione actionis. §. 1. nume. 23. vel habens vtiles ſi alteri cedit, nil ſibi retinet. Bald. in l. fin. in 3. rep. ff. de tranſactio. & is cui facta eſt traditio agit vtili rei vendicatione. Loffr. de ſucceſſio. feu. poſt princ. etiam contra dominum, ſicut conductor ad non modicum tempus. glo. in reg. qui ad agēdum. circ. prin. de reg. iuris. in 6. l. pri. cum ibi not. ſi ager vectigal. habebit realem contra poſſeſſorem, & perſonalem contra alienantem. Pernus in prim. notabilibus. in prin. & poteſt agere interdicto, vnde vi. Iacobi. in ver. & dicti vaſalli pro dictis rebus. num. 9. cum dominium acquiratur cum poſſeſſione. l. ſi. in glo. 2. de fundis patri. Si habet cauſam à domino, defendit ſe contra alios, & non contra illum. l. qui bona. §. & ſuperficiarium. in ver. non competere. de damno infecto. niſi dominus ſi habeat cauſam à ſpoliatore. Afflic. de milite vaſal. qui contu. eſt nume. 21. & ſic occurritur leuitati cupientium perfectam donationem reuocare. l. ſi repetendi. C. de condi. ob cauſ. Nam nimis indignum eſt, quod ſua quiſque voce dilucide proteſtatus eſt, in eundem caſum infirmare, teſtimonioque proprio reſiſtere. l. generaliter. in fi. C. de non numerat. pecu.

Sed quæritur, quæ actio detur domino contra vaſallum? & præſuppono ex contractu feudi, oriri actionem directam, & contrariam. Bal. quid præcedere debeat, an inueſtit. vel fidelitas. in fin. nume. 1. & dominus quando agit contra vaſallum vel tertium tenentem feudum ab eo, agit altero ex quatuor modis, vt per Afflic. de contro. inter domi. & empto. in glo. 1. nume. 11. facit quod dicit Bald. in §. porro. nume. 4. de milite vaſal. qui contu. eſt. & hoc, quia dominus habet ciuilem, feudatarius ſicut emphiteota habet naturalem. l. licèt. in glo. 1. in fin. C. de acquir. poſſeſſio. & ſi vaſallus dat alteri, & alter alteri, dominus poſſidet ciuiliter, & vltimus naturaliter, medij nullo modo. glo. fin. in l. vni. C. vti poſſidetis, vel primus habet vtile dominium ſuperius, alter vtile dominium inferius. Curt. in tract. feud. in 4. parte princ. poſt num. 83. vnus directū directum, alius directum vtiliter. Frederic. de forma inueſtit. lib. 3. ibi, differentiæ inter feuda ex pacto & prouidentia. ver. vigeſimo quinto. in fin. vtile dominium ſuperius, & vtile dominium ſub illo. Socin. in conſilio. 66. poſt nu. 4. colum. 2. cir. fin. 3. volum. ſicut qui alij locat, vel in emphiteoſim concedit, nullam habet poſſeſſionem vaſallus, fructuarius & ſimiles, vt alienū poſſident: & tamen poſſident ſibi. Azo in ſum. C. de acquir. poſſeſſio. nume. 17. & nume. 21. poſt medi. vnde diſtingue, aut poſſidet vaſallus cui eſt traditū feudū, aut alter cui tradidit vaſallus poſſeſſionem. Primò caſu, aut ſeruitium promiſſum eſt per vaſallum domino, & agit dominus ex ſtipulatu, ad ſeruitium promiſſum cōdictione ex moribus informata per pactum in infeudatione appoſitum, aut non eſt promiſſum, & ſubdiſtingue: aut præſtitit ſpatio triginta annorum, aut minori tempore. Primo caſu tenetur. Secundo caſu, aut agitur poſſeſſorio, & ſimiliter: ſi petitorio non. l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. Secundo caſu, quando alter poſſidet, diſtingue, aut ille habet cauſam à vaſallo, & remittit ſe ad glo. in cap. 1. de contro. inter domi. & empto. Aut eccidit, & vendicat dominus, non ſolum contra extraneum, ſed etiam contra dominum. l. 1. in fin. & 2. in glo. mag. circ. fin. C. de iure emphi. hæc Iſer. cui adde in primo caſu, quod quando vaſallus tradit alteri, remanent primo vaſallo iura ſeruitiorum conſueta in pactum deducta. Bald. in §. rurſus. poſt nume. 4. de contro. inueſti. & is qui emit, ſi domino vero non præſtitit ſeruitium, perdit feudum. Iſer. in §. ſed nec. §. eſt alia. nume. 36. quæ ſit prim. cauſ. beneſ. amit. dominus tamen non debet eſſe onoroſus in præcipiendo, nec vaſallus delicatus in parendo. Idem Iſer. ex quibus cauſ. feud. amit. in ver. egregie. circ. medi. numquàm intelligitur niſi dicatur. in §. huius autem generis. colum. 2. poſt prin. co. titu. Et ſecundus infeudatus, an teneatur priori domino, ſeruire in §. ſi quis de manſo. nume. 16. de contro. inueſti. & denegando non dicitur ſpoliare, niſi conſtituat in animo non pręſtare in futurū.

Ioan.An.in cap.quęrendam. de electio.in 6.quod
limita. vt per Bart.in l.cum de in rem verſo. de vſu
ris.in l.fin.ff.quorum bono.Abb.in cap.quęrelam.
& c.peruenit.de electio.Iſer.autem in ver.attendē-
dum,vſque in fin.ponit, quomodo ad authoritatē,
3 & decorem huius operis, † allegauit authoritates
ſacrę ſcripturæ & aliorū auctorū : ꝙ authoritates
ſacræ ſcripturæ poſſunt allegari in cauſis.§.1.poſt
med.Auth.vt iudices ſine quoquo ſuffrag.eſt enim
illa domina ſcientiarum , & illi eſt magis inſiſten-
dum quàm alijs ſcientiis,not.in c.ſuper Specula.de
priuilegiis, quia à lege diuina omnis ſcientia ſum-
pſit exordium.c.2. in ver. antiquior.de homicidio.
& ornatus omnis ſcientiæ ſumpſit initium.glo.fin.
in ſum. 7. diſt. glo.in c.qui ſine.26.quęſt.2.omnis
ſpēdor rethoricæ eloquentię, omnes modi poeti-
cæ locutionis, quælibet varietas doctrinæ & pro-
nūciationis, à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium.
Lucas in l.vni.col.2.poſt prin.de ſtudiis libera. vr-
bis Romę . Eſt enim ſuper omnes ſcientias fauo-
rabilis. not. in c. ſuper Specula. ne clerici vel mo-
nach. Ideò dicitur ars artium, etiam regimen ani-
marum.glo.in c.1.in ver. animarum. & c.cum illis.
in glo.1.de præbē.in 6. & finis eius ſaluare animas.
Afflic. hic num.8.authoritates verò aliorum aucto-
rum, vbi iura deficiunt, in iis quæ pertinent ad eo-
rum artem allegantur.l.inteſtato.§.fin. ff. de ſuis ,
& legi.hære.§.mulier.in ver.perfecto. Authen. de
reſti.& ea quæ parit. ſaltem ad informandam reli-
gionem iudicantis.l.fin.ff.de ſuſpe.tuto.tamquàm
dictum rationabile, quòd debet mouere, ſicut lex.
quia ratio eſt anima legis. Barba.in conſi. 52. poſt
nume.10.inter conſi. Alex. 4. volum.& illa potius
attenditur quàm verba, quæ ſunt tamquàm cor-
pus . Bald. in l. ſi quis ſeruo. C. de furtis. Decius
in conſi.227.nume.7.& 372.colum.3. poſt medi.
444.nume.10. & nulla eſt ratio, quæ non partici-
pat de eſſe diuinitatis. Afflic. in cap.fin.nume.2.in
fin.de prohi.feu. alienat. per Lotha. dicitur facies
cordis.glo.in cap.2.in uer.faciem.49. diſtin. Si re-
pugnat legi, lex ſubſequens tolleret . Ita ſi poſt ;
quia ſoli Principi data eſt facultas legis condendæ.
ſi coadiuuat dando teſtimonium legi ſcriptę, fit
inde pulchrior non ualidior : nam eſt de per ſe va-
lida, quia bono communi ponitur lex, non ponē-
ti legem. de nouo.C.facie.in princ. diuinam ſcrip-
turam allegamus ſicut ius ciuile. Iſer. de ſtatut. &
conſue.contra liber.eccleſi.in ver.diuina, num.31.
in fin.quia omnis ſcriptura diuinitus inſpirata uti-
lis eſt ad docendum , arguendum & corripiendū .
2.ad Timotheum.cap.3.cir.fin. vnde cum de ſcien
tiis comparatiuè agitur , non comprehenditur ſa-
cra Theologia. Iſer.in Authen.habita.in uer.amo-
re ſcientiæ.nume.7.dict. tit. de ſtatu. & conſue. &
merito poſſunt diuinæ authoritates in cauſis alle-
gari tamquàm leges.§.1.in ver.eloquiorum.Auth.
vt iudices ſine quoquo ſuffrag. quia licèt allegare
dictum Menandri, quem allegauit Apoſto. (dicit
Iſer.) 1.ad Corint. 15. his verbis.corrumpunt bo-
nos mores colloquia praua.glo.in cap. turbat. 37.
diſtin.& de Menandro fit mentio.in l. quædam. ff.
de pęnis. in l.penu.C.de aduoca.diuer.iudi.multò
magis ſacra ſcriptura , quæ leges Dei ore dicitur,
ratione ſubiecti dicit Iſer. quod eſt iuſtitia,quæ eſt
Regina uirtutum, de qua. pſal.44.Eructauit. aſti-
tit Regina.&c. & pſal.88.Miſericordias, ibi. Iuſti-
tia & iudicium præparatio ſedis eius. refert librū
pontificalem Ioan. And. in addit.ad glo.in cap.2.
in ver.ſpectās.de pęnis.in 6.dicta poetarum Actus
Apoſtolor.cap.17.circa fin. cap. forus. de verbor.
ſigni.leges gentilium.cap.2.de conceſſio. præben.
ſapientis authoritatem.cap.cum omnes.de conſti-
tutio.facta ſuperſtitioſorum, ſed commemorando
potius quàm docendo, cap. Illud.26.quæſt.2.cap.
igitur.in princ.ea.cau.quæſt.3.& 4.cap. nec mirū.
cir.prin.dict.cau.quęſt.5.dicta hiſtoriographi.cap.
ſicut ait Herodotus.de pęnitent.diſtin.3.hiſtorias,
incerto authore.cap.ſanctum. de conſecrat. diſt.4.
philoſophos & poetas gentiles.cap.ne tales & cap.
numquam. de conſecrat. diſt. 5. Lucas in l. exem-
plo.cir.medi. C.de decurioni. quia conſtitutiones
gentilium ſunt authenticæ.glo.1. in cap.2.80.diſt.
& ab exemplis eorum ſumitur argumētum. Archi.
in c.quæſta.cir.medi.13.quęſt. 2. allegantur dicta
antiquorum.cap.clericis.in prin.de immu.eccleſia.
in 6.creditur libris in quibus continentur geſta an-
tiqua.cap.cum cauſam. de probatio. Archi.in cap.
habeo.in pri.16.diſtin.veterum dicta ſunt ſequen-
da.glo.in cap.ita.in ver.à veteribus.19.diſtin.argu
tur ab exemplis gentilium.glo.1.in cap.penult.21.
diſtin.l.in tantum.in fin.& ibi glo. fin. ff. de rerum
diuiſio.allegatur dictum philoſophi.§.1.cir.medi.
Authen.vt defuncti, ſeu funera eorum.nam philo-
ſophi Gręcè, amatores ſcientiæ interpretantur . &
ſunt qui diuinarum , & humanarum rerum ſcien-
tiam habent, & omnem bene viuendi tramitem te-
nent. Vnde philoſophia eſt ars artium, diſciplina
diſciplinarum , & alia ut per Archid. in cap. 1. 8.
diſtin.ſicut iura fori pęnitentialis eſt etiam ars ar-
tium ; & cura fori contentioſi eſt dignior , inquā-
tum eam exercentes magis immediate adhærent
Papæ . Zabar. in clement.1.poſt nume.6. de præ-
bendis. Expoſitio diuinorum eloquiorum ꝓdeſt ,
vt inducantur ad viam ueritatis . Intellige diuina
eloquia , ideſt ſacram ſcripturam , qui Theologia
dicitur, A theos,quod eſt Deus, & logos,ideſt ſer-
mo; quaſi diuinus ſermo. Inde tres virtutes Theo
logicæ, Spes, Fides, & Charitas, quaſi à ſolis
verbis diuinis inſtitutę . Vltra quòd ſacra ſcriptu-
ra eſt ſpeculum rationabile, in quo anima ſuæ con
ditionis principium contemplatur, omnem gratiā
atque doctrinam tranſcendit ; ad patriam vocat, à
terrenis deſideriis ad cęleſtia adimplenda cor le-
gentis inuitat. Idem Zabar.in clement.1.in 4 not.
de magiſtris. Vltimò dicta Sibillæ & aliorum phi-
loſophorum valent ad conuincēdam paganorum
vanitatem . Lucas in l.vnic.colum.3.poſt medi. de
ſtudiis liberali . vrbis Romæ: & hoc quatenus ra-
tionabilia, aliàs quę ratione carent, extirpare ne-
ceſſe eſt. cap. corepiſcopi. 68. diſtin.& ratione eſt
vincendum ; quia ſecundum Senecam, ſi uis om-
nia tibi ſubiicere, ſubiicias te rationi. refert glo. in
cap.ex eo.in ver.rationis. de electio. in 6. Afflic.ex
quibus cau. feud. amit.nume. 53. in fin. & 55. vbi
etiam, quòd per rationem poſſumus dicere, nedū
contra Doctorem malignæ authoritatis, ſed etiam
contra legem : & eadem lex feudalis carens ratio-
ne, non meretur allegari . Idem Afflic. in cap.mu-
lier. in fin. prin.ſi de feud. fuerit contro. inter do-
mi. & agn. & de Menandro vltra prędicta memi-
nit.l.1. de vetera. & milit. ſucce.l.poſtliminiū.§.fin.
de capti.& poſtlimi.reuer.l.milites, la 2.§.fin.ff.de
re milit. .

Incipiunt conſuetudines feudales.

SVMMARIVM.

1 *Præfationes ſunt neceſſariæ.*
2 *Liber iſte quomodo vocatur, & de eius ſubiecto.*
3 *Conſuetudo an ſit ius vel factum.*

AD PRINCIPIVM.

PRAEFATIONES ſunt, quæ
præſtant faciliorem intellectum ſe-
1 quentibus.§.1.in ver.duo.† Auth.de
nuptiis.& qui dicantur.Zab.in clem.
vnic.§.præmiſſa.in princ.de ſupple.
neg.Præla.aptando tamen ſingulis verbis cõgruã
interpretationem.l.item veniunt.§.Prætor.in fin.
2 ff.de peti.hæred.† Hūc librum quidam appellant
vſum feudorum: alii conſuetudines feudorũ. Et
retinent primum nomen conſuetudinis: nam ſcri
ptura nõ fuit ad mutandam rei naturam, ſed ad
maiorem probationem. Iſer. ſupra in proæ.num.
22.Præpoſ.ſupra in pręlu.num.3.& ſic conſuetu-
dines feudales incipiunt. nam initium rerum eſt
id a quo aliquid incipit. Vnde fundamentum eſt
principium domus. Principium verborum exor-
dium.Lucas in l.3.col.3.poſt prin.de tabula.ſcri-
bis & logographis. & in l. eũ ſatis. in pri.de agri.
& cenſit.Principium verborum Dei, veritas. pſal.
118.ibi, vide humilitatem. in fin.exordiũ litis cõ-
teſtatio, finis ſententia. glo. in c. ſuper quæſtionũ.
in ver.litis exordium.cum ſeq.de offi. delega. uel
citatio eſt principium iudicii extraordinarii. Bal.
in conſi.21.poſt nume.1.5.vol. exordium harum
conſuetudinum feudalium eſt titulus, De his qui
feudum dari poſſunt. Iſtæ conſuetudines nõ ſunt
particulares, ſed vniuerſo orbi conuenientes.l. ſi
duas. poſt prin.ff.de excuſ.tuto.dixi ſupra in præl.
in 2.quæſt.fuerũt in orbe priuſquàm leges. Affli.
in c.in generali.poſt num.21.ſi de feu.fuerit con.
tro.inter domi. & agnat.nam conſuetudo cępit à
Caym, conſtitutio à Moyſe. glo. in c. fi.in ver.ius
6.& 7.diſtin.fere per tot.in iure reperitur diuerſo
modo nominata.gloſ. in extra.cõm. c. vni. in ver.
conſueuit.poſt pri.ne ſede vacan. Quid ſit mos,
& quid conſuetudo. not.in clem.paſtoralis.de ſen
3 ten.& re iudi. rurſus conſuetudo an ſit ius vel fa-
ctum, & de eius multiplici virtute. Archi.in c.cõ-
ſuetudo.1.diſtin. Et quomodo conſuetudo & lex
æquiparentur. Idem Archi. in c.in his.11.diſtin.
quia tamen in aliquibus à diuerſis diuerſa tenetur
conſuetudo.c.ad apoſtolicæ.de decimis. & diuer
ſis ciuitatibus diuerſę poſſunt eſſe conſuetudines.
Bald. qualiter feu.aliena.poſſit.in pri.num.pri. in
fin.nam vnaquęque prouincia ſuo ſenſu abundat.
c.certificari.de ſepulturis.& in ſpecie quædam ex
iſtis uſibus feudalibus in aliquibus curiis non ſer-
uantur.c.1.in fin.de his qui feu.dare poſſ. c. 1. ibi,
ſecundum morem curiarum. in quibus cau.feud.
amit.c.1.in prin. Quæ fuit prima cau.benef.amit.
& de lege Corra.in pri. Ideo vtilitas huius ſubie-
cti, non indiget cõmendatione. Iſer.ſupra in Pręl.
num. 18.in fin.nam vltra quòd eſt ſcientia de per
ſe. Bald.in conſ.198. num.2.3.vol. & non corre-
ſpondet cum iure Romano. Afflic.in §.ſed et res.
poſt num.25.in 2.limi.Per quos fiat inueſt. & al-
legatur non pro authoritate, ſed ſolum pro ratio-
ne. Idem Afflic.in §.iniuria.in 4. not.num.54.cir.
fin.de pace iura.firm.vel non eſt extranea legibus
Romanis, niſi in iis in quibus reperitur expreſſa
differentia. Socin.in conſi. 73.num. 16.cir.medi.
4.volum.& quandò nõ eſt certum, recurritur ad
granum ſalis, ideſt ad ius commune. Idem Soci.
in conſi.89.poſt num.2.eo.volum. & cum grano
ſalis intelligitur. Præpoſ.in §.& quia, nu.65.circ.
fin.infra.tit.1. Iſtę leges in ſe habent ſummam ſa-
pientiam. Capi.in ſua inueſt.in uer.feudorum le-
ges.colum.3.cir.medi.Sunt fundatę in ſumma æ-
quitate, naturali ratione & benignitate. Socin.in
conſi.66.cir.fin. 3.volum. Præpoſ.in c.1.num.4.
in princ. Vbi etiam quòd multum pendent ab æ-
quitate iudicantis. Quo tẽpore miles. Quòd cõ-
tineant in ſe ſapientiam. Aluar.in c.fin.colum.2.
poſt medi.de feu. dato in uicem legis commiſſ. in
cap.1.colum.1.in fin.de eo qui ſibi, & hære.ſuis.
Addi.1.ad Odofr.in ſum. mortuo vaſal.ſine hęde
quid de fru.pende.fieri debe. Vnde ſileant beſtiæ
quæ dicunt, iſta iura feudorum non habere ſapiẽ
tiam. Bald.in §.hoc quoque.infra.tit.1. Capi.in c.
Imperialem.colum.8.cir.medi.de prohi.feu.alie-
na.per Freder. & fatua eſt opinio illorum. Aluar.
not.in d.§.hoc quoque. nume. 5. & licèt quidam
derideant, tamen qui deridet deridebitur. Idem
Aluar. infra in prin. textus ante nume.1.tractan-
tur enim in iis cauſ.graues & magni ponderis, ma
ximè in partibus Pedamõtanis & Germaniæ. Iaſ.
ſupra in Prælud.& dicũtur, maiores, propter ali-
quam excellentiam. Zaba.in ſimi.in clem.2.num.
5.cir.pri.de procurato.graues & magni ponderis,
ex quarum patrocinio oriuntur nummi, & tran-
ſeunt in burſas aduocatorum feudiſtarum, vt re-
fert addi. ad Odofr.in ſum. Verum in cauſis feu-
do.debeat dari libellus, cum quæſtiones feudorũ
in curiis Principum verſentur. Prępo.in rub.infra.
Apud quem vel quos. Hoc opus debet legi in cu
riis Regum. Bald.in d.§.iniuria.poſt num. 17. vbi
etiam Affli.in 4.not.poſt nu. 54. de pace iura.fir.

De his qui feud. dare poſſ. Tit. I.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica facit ius. Mutatur ſecundum mutationem materiæ.*
2 *Rubricæ verba ſunt intuenda, & declarare expedit.*
3 *Feudum quid ſit: & quid, dare, verbum ſignificat.*
4 *Feudorum & hominum tria genera.*

AD RVBRICAM.

RVBRICA facit ius. Zaba.in clem.
1.in prin.poſt num.2.de priuilegiis,
1 eſt bona interpres nigri.† Prępoſ.in-
fra eo.§.& quia.poſt num. 20. variã-
tur ſingulę ſecundum mutationem
materiarum. Archi.in proæ.Decreti, in prin.Ideo
ſignificatio verborum ipſius eſt intuenda & ſer-
uanda. Azo in ſum.C.ne fideiuſſores dotis dent.
cir.medi.cũ per ſingula & clare fit declaratio, faci
le veritas aut falſitas deprehendi põt. glo. Pari.in
in ſimili. 6. poſt nu.17. tit.1.§.6. propterea eſt vi-
dendum, quid ſit feudum, & qui poſſunt dare.

3 Eſt autem feudum, nomen realis iuris expreſ-
ſiuum. Bald.in conſi.182.poſt nume.6.5.volum.
Diffinitur pluribus modis, vt per Hoſt. in Sum.
extra de feudis.Tres alias ponit Ale.in conſ.136.
col.2.in fin.ante & poſt nu.4. 1.volum. & 55.in
fi.poſt num. 12. 2.vol. nonnullas alias Iaſ.hic. nu.
8:tu dic ſecundum Obertum de Orto , quòd eſt
beneuola actio tribuens gaudium capientibus.§.
inprimis. in quibus cau.feu.amit.cum qua tranſit
Iſer.in §.valuaſores.poſt.nu.32.iſto tit. & eſt ve-
ra,quia conſiderauit effectũ cauſæ conſummatũ:
Videlicet fidelitatem præſtitam , cum ab ea dica-
tur feudũ.§. 1.uer.nulla.in fin.per quos fiat inue-
ſtit. & datur ſeruitium preſtitũ in defendendã re-
publica,cum ad hoc principaliter detur. Iſer.in §.
notandum.poſt prin. infra eo. quibus peractis ex
parte militis (cum ſtipendia multo ſudore quæ-
ſierit. Lucas in l.fin,cir.medi. de veſti. olobe.) la-
borantibus præmia debeantur. Afflic. in c.1.num.
1.de natu.feu.vt extrema luctus,gaudia occupẽt.
glo.rub.C.de religio.& ſum.fun.& ſpe præmiorũ
pro futuris , atque honorificentia ſua pro præte-
ritis,dominus illos prouocet. l.1. C. de aſſeſſo. &
domeſtic. eorum ſudoribus beneficium defert.l.
numerarios. C. de apparito.magiſt.mili.& ſalaria
mercede præſtat.l.4.C.de nauicularijs,in hoc be-
neficio & iſtis ſalarijs eſt requies militis & fru-
ctus ſui laboris.l.omnes.in glo. 3. C. de ferijs. &
recipiendo dicitur habere ſolatium.l.iubemus.la
2.de eroga.mili. anno.l.nulli.in fi. C.de numera.
actuar.& cartul.l.in omnibus.C.de curſu publi.l.
fin.C.de coharta.l.2.de prædijs curial.l.3.in.fi.C.
quando & quibus quar.pars.§.1.in fin. Authẽ.de
eccleſia.tit.§.ſcriptum.lo 2. Auth. Vt iudices ſine
quoquo ſuffra.§ fi.in fi.nullum creden.agri. Iſtud
feudum datum per hũc actum beneuolum remu-
neratiuum ſeruitiorum,voluit Obertus diffinire.
Et licèt ſit actus remuneratiuus,dicitur etiam be
neuolus: nutriunt enim virtutis exempla pręmio
rum & alariores faciunt. Lucas in l. eos.colũ.2.in
prin.C.de his qui ſponte muneta ſube. & feudata
rij liberalitatem magis ſeruiendo remunerãt. arg.
l.ſi quidem.C.de actioni.& obliga.

Hoc feudum q dare poſſunt.) nam quęrendũ
eſt de poteſtate, quæ niſi concurrat ad actum, ni-
hil facit ſola voluntas.Hierony.Gabri. in conſi.3.
poſt. nu.4. Dare, enim verbum importat dominij
tranſlationem.l.vbi autem nõ apparet.§.fi.de ver.
obliga.§.ſic itaque. Iuſtit.de actioni. nam ex cõ-
ceſſione feudi tranſit vtile dominium.glo.mag.in
§.præterea.de capi.Corra.Præpo.ſupra in Prælu.
4 nu.15.Vnde in contractibus emphiteoticis feudi,
& locationis,dare,capitur improprie. Spec.in tit.
de emptio.& vendi.§.1.poſt nume.4.Et tres ſunt
hominum ſtatus. Maior, vt eorum qui ſunt in di-
gnitate. mediocris, qui non ſunt in dignitate, ſed
ſunt nobiles. minimi, vt ignobiles & plebei.Affli.
de feu.marchiæ in 8.not.ante & in nu.15.Ita feu-
dorum ſunt tria genera : nam aliud regale, quòd
habet dignitatem, ut Ducatus & ſimilia. Iaſ.hic in
prin.poſt num.76.c.1.de feu. March. Secundum
genus quod recipitur à Capitaneis, & maioribus
valuaſoribus,de quibus infra in nigro . Vltimum
quod recipitur à maioribus valuaſoribus. c. 1. de
feu. datis mini. valuaſo. Ideo ponitur rubr.de his
qui feudum dari poſſunt .

SVMMARIVM.

1 *Dictio, quia, quomodo exponitur : & quomodo in priuilegijs capitur.*
2 *Ante de perſonis, quàm iuris ratio quærenda eſt.*
3 *Dare, conferre, & tribuere, quid important.*
4 *Præpoſitus quis : & eius appellatione qui veniant :*
5 *Antiquum quid.*
6 *Valuaſores, qui : & vnde.*
7 *Clerici ſemper dicunt, concede, tribue, & numquàm dicunt, tolle.*
8 *Principis dignitas.*
9 *Feudum eſt ſpecies ſeruitutis : & non datur ſeruitus ſeruitutis.*
10 *Iſta conſuetudines ſunt mixtæ clericorum & laicorum. & nume.19.*
11 *Solitum concedi, dicitur per duas vices.*
12 *Feudum nobile, minus nobile, & aliquale nobile.*
13 *Alienatio ſi probibetur, non prohibetur infeudatio.*
14 *Qui poſſint dare in feudum : & quid hodie. Et quomodo de Papa, Imperatore, & Rege eſt indubitabile.*
15 *Conceſſio in dubio, quomodo cenſetur.*
16 *Ciuitas an poſſit dare in feudum.*
17 *Conſuetudo infeudandi, per quantum tempus inducatur.*
18 *Donata eccleſia per Principem, an poſſint dari in feudum.*
20 *Prælati quæ poſſint infeudare : & quæ non. Et ſuis potius, quàm extraneis. Et ſi iurauerunt nõ infeudare Summo Pontifice inconſulto, quomodo intelligitur.*
21 *Subfeudum quid: quis poſſit dare. Et ſub infeudatus à quo recognoſcit.*
22 *Feudatarius ſi facit alium feudatarium, primus non poſſidet; ſed Dominus ciuiliter, & vltimus naturaliter.*
23 *Imperator dicitur Rex ; & quomodo in regno ſuo Monarcha dicitur.*
24 *De Conſtantino, & eius donatione.*
25 *In feudis patri non quæritur vſusfructus, ſed tantum commoditas.*

De his qui feud. dare poſſ. Tit. I.

QVIA Ex declaratione literali textus,
intelligitis melius eius medullã. Præ-
poſ.in c.1.in prin.de forma fideli: nã
virtus legum conſiſtit in inductione,
& explicatione textus, multa glo.Pa-
1 ri.4.tit.1.§.2.nume.36.circ.fin. † Ideo dic, quia,
ideſt quoniam. & eſt reditiua cauſæ.Ioan. An. in
cap.venerabilibus.poſt prin.& in c. quia periculo
ſum.in prin.de pęniten. & remi.in 6.glo.pri.poſt
prin.in prox. clemen. Iſta dictio, quia, & dictio,
ſicuti, quid importent in priuilegijs.glo.in cap.ex
ore.in ver.aliqua.de priuilegijs.Hic ponitur oſtẽ-
ſiuè. Bald.hic num.1.& Aluar. poſt nu. 1.glo.in
l.1.in ver.quia. de aqua quotidi.& æſti.oſtendit.n.
quare ponit de his qui poſſunt dare feudum : quia
cum ſimus tractaturi de feudis, oportet quod fiat
diſcuſſio

diſceſſio perſonę, & aliorum. Inn. in c. bonæ, lo 2. num. 4. de electio. (De feudis;) hoc eſt de rebus beneficiarijs quæ tenentur in feudum. c. 1. de inueſt. de re alie. facta ſiue prædium ſit ruſticum, ſiue vrbanum: res corporalis ſiue incorporalis, quæ habeat naturam perpetuam, glo. Par. 5. in pri. tit. pri. §. pri. (Tractaturi ſumus,) ſcribendo aut narrando commemoraturi ſumus. Calepi. in ver. tracto. (Videamus primum qui feudum dare poſſunt.) Dicit
2 prius de perſonis: † quia non ante iuris ratio quã perſona quęrenda eſt. l. quidam reſerunt. ff. de iure codicillo. vt autem Spec. in tit. de iudice delega. in pri. continuas. ſicut prius de pſons teſtantis quã de ſolemnitate teſtamenti, quærendum eſt. l. 4. ff. de teſtamentis, & ſic tractemus de perſonis, ut l. 3. §. fi. ff. de arbitris. (Dare.) hic quod, dare, conferre,
3 tribuere, † & exhibere, videntur gratuitam conceſſionem reſpicere. Zaba. in clem. 2. §. verum, nu. 2. in pri. de appellat. nam feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini acquiritur. ca. pri. de feu. dato inuicem leg. com. (Poſſunt) de ver. poteſt, late glo. Pariſ. 3. tit. pri. §. 1. in pri. (Feudum autem dare poſſunt Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, Abbatiſſa, Prępoſitus.) Qui ſunt iſti Iaſo. hic nu. 6. & Alua. poſt nu. 4. de Archiepiſcopo. Epiſcopo & Abbate dixi late inf. Epiſco. vel Abb.
4 Prępoſitus, autem eſt nomen generale. cap. quamuis, & c. ex parte, lo 2. de verbo. ſingu. quia omnes qui alijs præſunt præpoſiti recte vocantur. Lucas in l. viros. poſt pri. C. de diuer. of. Arch. in c. nullus. lo. 2. 60. diſti. c. non dicatis. col. 1. in prin. 12. quęſt. pri. Inde loci præpoſitus. l. vni. de his quæ ob cau. dantur. l. de vniuerſali. de offi. iudi. l. ſi quis Longobardus, qualiter quis ſe defen. debet. in Longobar. laicus officialis, glo. in c. ex parte. lo pri. tit. de ver. ſing. & 2. ad Corin. 11. Præpoſitus gentis Areſſę Regis. hic Præpoſitus, exponitur, ideſt prælatus. Arch. in c. multiplex. in pri. de pęnit. diſt. 1. c. in omnibus. de conſecra. diſt. 5. qui veniant appellatione prælati. Zaba. in clem. 1. nume. 11. de electione, in clem. 2. in ver. abolen. num. 10. de ſepulturis. in clemen. vni. in pri. in 3. not. de exceſſi. Præla. iſti prælati poſſunt dare in feudum, ſi antiquitus conſuetudo eorum fuit dare feudum. Nam conſuetudo æquiperatur priuilegio. Inn. in c. nouit. num. 6. de iudicijs 5. qui hẽt uim iuris. Afflict. in §. præterea ducatus. io 6. not. quæſt. 4. nu. 36. cir. fin. de prohi. feu. alien. per Fre. Dicitur antiquum, cuius in me
5 moria non exiſtit. 30. vel melius 40. annorum, lõgius, & breuius ſecundum ſubiectam materiam. Et ad inducendam conſuetudinem, an requiratur actus binus: & quando ſufficit unus actus Prępo. hic. nu. 11. & poſt nu. 23. Dant in feudum epiſcopus & alij quod aliàs datum eſt, & tempore ſui ingreſſus inuenerunt fuiſſe apertum. ſed ſe prius data non inuenerint, de nouo dare prohibentur, niſi a Papa licentia impetretur. Hoſtienſ. in ſum. de feudis. Ibi, quis poſſit, in pri. In laicis non fit dicta diſtinctio, an ſit conſuetudo vel non: quia indiſtinctè poſſunt ex generali conſuetudine. Præpo. hic. nu. 8. Ideo dicitur in textu, (Marchio & Comes ſimiliter feudum dare poſſunt.) Quis dicatur Marchio, Comes. ca. pri. Quis dicatur dux, de Comite Romandiolæ, & Campaniæ, Lucas in rub. de Conſuli. qui proui. regunt. ſimiliter alibi, ſimilis obſeruantia. l. 1. C. de ferijs, quę propriè, ideſt naturaliter. Bal. in conſ. 212. poſt prin. 5. volum. & ſecundum uerum ſenſum, Regis uel regni, potes intelligere de regno Imperatoris, quod eſt Italicum & Alemanicũ, & de Imperatore qui appellat̃ Rex ante coronationem uel ſecundum Iſe. hic in verſ. Regis, de quocumq; Rege uel regno, Capitanei dicuntur, quaſi capita dignia habẽtes reſpectu aliorũ, cum ſint in dignitate. Præp. hic in pri. poſt num. 3. & 10. & Iaſ. poſt num. 29. ſunt & alij qui ab iſtis feudum accipiunt, qui propriè Regis uel regni valuaſores dicuntur; nam alij ſunt valuaſores maiores, alij minores, valuaſini. & Capitanei. Iac. de Ardizo. in Sum. de inueſtit. Marchio. & alio: in pri. Alua. hic poſt num. 1. & licèt quod dictum eſt in maioribus, obſeruetur in minimis: de natura feu. in fin. Iſti minimè Valuaſores hodie non ſunt in regno, licèt de eis fiat mentio in pluribus locis huius libri. Affli. in d. ca. pri. quis dicatur Dux. in glo. 3. numero 26. cir. fin. & valuaſores feudatarii appellantur. Fre. de Sube. lib. pri. in pri. nu. 77. qui iure iſto plurib. modis appellant̃. Idem vbi ſupra lib 2. in prin. Quis dicatur feudatarius in regno, nu. 6. & dicuntur valuaſores quaſi digni ſtare ad valuas Domini, & eas intrare propter beneficium qđ à Domino acceperũt. Caſſa. in conſue. Burg. rub. 8. §. 5. Aluar. in c. 1. colum. 3. cir. medi. & in §. cæteri. poſt nume. 1. Quis dicatur Dux. & Præpoſ. hic in prin. nume. 3. Valuæ enim oſtia vel fores dicuntur. c. cõſultationi, & ibi Abb. de ſponſalibus. nam dignitas eſt habere valuam & portam. Iſer. & Afflic. hic in glo. poſt num. 48. vnde iſti dicuntur feudatarij nobiles. Bald. in conſi. 165. in pri. pri. volũ. & merito, quia dignitas eſt ſi Dominus imponet vaſallo vt cum eo moretur, ꝓficiſcatur, vel eius negotium gerat. non enim eſt indecens cum Domino ſuo morari, immò honor. Iſer. in c. ſi quis deceſſerit. num. 4. ſi de feu. defun. mili. contro. fue. ſalutare Dominum, aſſurgere, & ſimilia facere, eſt honor. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. & ibi glo. in ver. honorem. ff. de in ius uoca. l fin. C. de oſtitio diuer. indic. inculpabiliter autem neceſſe eſt vt viuat, qui etiam ſolam ſui præſentiam nouis Principibus offerendam. Lucas in l. 3. in fin. de ſilentiarijs. quia Princeps cum nõ poſſit eſſe ſine multis. l. omnium. in ver. inter tot. C. de teſtamẽ. liberorum honeſtis vtitur obſequijs. l. pen. de Præpo. ſacri cubi. & milites p̃ſentes Principis obſequio deputantur. l. nemo. de re milita. Ideò vt plurimum feudatarij milites ſunt. Iſer. in c. ſi quis miles. in prin. Impera. Lotha. & exponitur miles, ideſt feudum habens. Idem Iſer. in c. 1. in pri. de feu. ſine culpa non ami. merito ergò valuaſores iſti feudatarij nobiles dicuntur: nam ſalutare Principem datur in priuilegium. l. 2. & ibi gl. vlt. de fabricenſi: & in l. vni. de honora. vehicu. l. j. de præpo. ſacri cubi. l. vni. de comit. & tribu. ſchol. & l. 1. de appa. Præfecti vrbis, patet etiam, quia infamis non debet uidere faciem principis. Bal. inſ. An ille qui interfecit fratrem dom. ſui. num. 2. vnde dicimus cum Iſer. in c. fin. in fi. Quid ſit inueſtitur. poſſe dari feudum ſenatori violæ, ut ſonet ante dominum, ut portet literas, cantet uel cuſtodiat: & feudum curſoris, cantoris, & atriarij appellamus. Idem Iſer. in §. huius autem generis. poſt num. 12. ibi, vnde ſi eſſet, ex quibus cau. feu. amit. in c. ſi quis deceſſerit. poſt num. 4. ſi de feu. defun. mili. contro. fue. & de feu. guar. poſt num. 3 ſicut quandoque in commiſſione feudi dicitur, quod

tenecatur

teneatur aſſociare uxorem domini ad eccleſiam.
Iſer.hæc in uer.valuaſores, in pri.ex quo in hono
rem etiam prioris dominij tenet eius pudicitiam
cuſtodire.Iſe.in c.ſiquis miles.§.domino.cir.med.
de feu.ſine culpa non amit. & ſic poteſt vaſallus
feudum ſuum alteri infeudare.Alua.in c.1.colum.
2.in pri.de eo qui ſibi & hære.ſuis.in §. præterea,
poſt nume.3. colum.4.poſt medi.de capi. Corra.
Bal.in c.ſanc.num.5.de renuntia.etiam iure noueſ
ſimo feudorum.Aluar.in §.illud quoque. num.1.
de prohi.feu.aliena.per Fre.formam autem con-
ceſſionis,cum ratificatione ſucceſſionis,promiſſio
ne vaſalli,& de prima conceſſione neceſſaria rati-
ficationis,Spe.in tit.de feudis.§.1.cum add.ipſi ue
rò qui ab eis feudum accipiunt, minores ualuaſo-
res dicuntur,ut in textu: Quo declarato, exemplū
erit, cum alicuius facti uel dicti prætenti, & certi
autoris nomine, propoſitio.Archid.in c.de his.in
pri.33.quæſt.2.prout exemplificat,& diuidit Bal.
& alij. Faciebat dubitationem Archi.in c.reuera.3.
quæſt.9.quòd immo Archiepiſcopus, epiſcopi &
alij non dent in feudum.& patet,quia clerici ſem-
7 per dicunt,concede,tribue,† & nunquam dicunt,
tolle.Prępo.in §.& quia,poſt num.41. iſto tit.tan
to magis,quia loca ſemel deo dicata non poſſunt
fieri ſecularia.l.ut loca.de epiſco. & cleri.in Lon-
gobar.Secundò obſtat.c.1.in fi.pri.Epiſco.uel Ab.
vbi quod prædicti dant non ualet. Tertio dando
in feudum contrahitur.Cōtrahitur nobilitas,ideſt
paradogium.Iſer.Qui ſucceſſo.tene.lo.2.§.hoc in
telligendum,poſt numero 3.& feuda ipſa dant no
bilitatem.Idem Iſer.in §.valuaſores, nume.10.cir.
fi iſto tit.ſed nobilitas non poteſt dari niſi a prin-
cipe: quia ipſe nobilitat propter originem ſuam.
Bar.in l.mulieris, C.de mun.& hon.li.10.ipſe ſub-
limat.l.fin.in ver.ordinaria.C.vbi ſena.uel clari.ip-
ſo iubente dignitas ſuſtinetur. l.nemo.de digni.&
omnis dignitas (qua nihil eſt altius.l.j.C.de cōſul.
& non ſpargen.) eſt in principe. Dec.in conſ.194.
colum.2.cir.med. ergo & feuda quæ nobilitant,ip
ſe ſolus cōcedit, cum ab eo velut a fonte omnes di
gnitates profluunt.Cap.in ſua inueſt.in uer.feudo
rum genera.in prin,primò princeps in ſuo terri-
torio. Quartò infeudare eſt alienare. c.fin.in fi.de
accuſatio.in extrauag.com.vni.de rebus eccle.nō
alie.Alua.hic nume.12.cir.pri.& 16.cir.medi.ſed
Marchiones & ſimiles non poſſunt alienare.c.Im
perialem.de prohi.feu.alien.per Fre. ergò nec in-
feudare:quia cum non poſſit alienare, nec dare in
feudum.Bal.in c.1.§.ſi uerò.per quos fiat inueſt.
9 † Quintò feudum eſt ſpecies ſeruitutis.Iaco.in ſua
inueſt in ver.reſtitui talem.num.6.cir.med.Afflic.
inſ.Ex quibus cauſ.feu.am.poſt nu.68.modò Mar
chiones,Comites & ſimiles habent feudum a Pa-
pa vel Imperatore.c.pri.de feu. Mar. ubi Afflic.in
pri.not.ergo ipſi non poſſunt infeudare, quia ſer-
uitus ſeruitutis eſſe non poteſt,l.j.ff.de uſu & uſu-
fru.lega.Azo.in ſum.num.4.C.de bonis materni &
de ſeruitu.& aqua.num.22.in pri.Pau.de Caſt. in
con.455.num.6.in fi.2.uolum.in conſ.feu.deuer.
60.poſt num.5.& 9.ſicut fundus fundi inſtrumen
tum eſſe non poteſt. l.quæſitum. §. cellarium.de
fundo inſtru.& inſtru.legat.ita nec inuenitur utile
uulis domini j.Iaſ.hic numero 32. cir.med.& in l.
poſſi lere.§.ex contrario.numero 74.cir.fin.de a-
quir.poſſeſ.His non obſtantibus, ſeruatur contra-
rium in alijs conſuetudinibus, uerbis de quibus ſu

pra:& licet ratio reddi non poſſit. Bal. in conſilio
215.cir.fin.poſt num.5.2.volum.poteſt eſſe ratio,
quia iſtæ conſuetudines tanquam factæ cum inter
uentu clericorum.c.Imperialis. de prohi. feu.alie-
na.per Lotha.c.Imperialem.de prohi. feu.aliena.
10 per Fred.dicuntur mixtę clericorum † & laicorū,
& tanquam mixtę poſſunt inducere quæ ſpectant
ad Eccleſiam.Alexan.in conſi.97.cir.fin.poſt nu-
mero 6.1.volum & 210.poſt num.1.& 6.in fin.2.
volum.dando eis Reges libertatem in temporali-
bus.Innoc.in c.3.de reſti.in integ.Rurſus ſi Mar-
chioni facta conceſſio tenet.d.c.pri.de feu.Marc.
tenebit & illa quam Marchio. facit, quia conceſ-
ſionarius gerit imaginem concedentis, & illa ima-
go prodeſt ſicut ipſa ſubſtantia. Bald.de conte.in-
ter me & domi.de porco. feu. poſt pri.intantum,
quod ſubinfeudatus intrat in locum infeudantis,
& poſſet quatenus uellet recognoſcere a primo
domino.Idem Bal.in conſi.16.in fi.1.uolum.Iaco
bi.in ſua inueſti.in pri.num.4.& 11. & tunc reſo-
luto iure datoris,non reſolueretur ius acceptoris.
l.lex uectig.de pig.§.rurſus. Quibus modis Feu.
amit.quibus ſtantibus remouentur contraria.
11 Et primum: nam ſolita concedi, quod ſit per
duas uices.Afflict. in Deciſ.305. poſt numer. 10.
11.poſſunt alijs tradere,ſed non retinere pro ſe.c.
quatuor.12.quæſt.2.& ualet cum conſenſu eorū
qui in talibus requirēdi ſunt, etiam quod non ad-
ſit conſenſus Capituli.Archid.in ca.Abbatibus. in
fi.12.quæſt.2.in ſuis ditandis multum reprehendi
tur auaritia clericorum. Ioan.An.in ca.1. numero
9.de cenſibus,in 6.c.pri.Epiſco.vel Abb.Non ob
ſtat ſecundum,ſ.prohibitio Pontificis Vrba.c.alie
nationes.12.q.2.nam ea fuit in feudo nouo,rei au
tem aliàs conceſſæ & ad eccleſiam hodie reuerſæ,
non impeditur noua conceſſio,ut hic, ubi Præpo.
numero 13.in fi.& 28.& ſic conceduntur ſolita con
cedi aperta menſe Archiepiſcopali ante vel poſt
eius ingreſſum.ca.1.de clerico qui inueſt. fe.& la-
12 tus inſ.cum Iſer.† Non obſtat tertium;nam feu-
dum aliud eſt nobile.aliud minus nobile, aliud ali
quale nobile.Alex.in conſi. 30.numero 19.1.uo-
lum.Primum ut ibi,eſt nobile ex perſona conce-
dentis,& quia ex eis aliqua habent annexam di-
gnitatem,ut Ducatus,Marchionatus & Comita-
tus.Idem Alex.in conſi.25.numero 1. 5.uolum.il
la conferunt paradogium,ut ſupra. Minus nobile
eſt,quando Marchio & ſimilis concedunt ualua-
ſoribus, tunc contrahitur qualis qualis nobilitas.
Iſer.in c.ſi inter dominum.§.non eſt.in fin.de alie.
feu.& de hoc textus iſte,dum dicit,Marchio,& c.
Aliquale nobile eſt,quod maiores ualuaſores mi-
noribus concedunt,de quo textus in fi. pri.illa di-
cuntur feuda ruſtica, q̄ qui conferunt,ſunt ualua-
ſores,& non poſſunt facere aliquem nobilem.c.1.
ubi Iſer.poſt numerū.2.de natura feu.Affli.in con
ſti.conſtitutionem diuæ memoriæ. in 5.not.poſt
numerū.25. Quarto reſpondetur; nam etiam qđ
13 ſit prohibita alienatio, non tamen infeudatio.§.ſi
uero.ubi not.Bald.poſt numerū.2. qualiter feu.a-
lie.poſſit.§.ſed etiam res.Per quos fiat inueſt. & q
non poteſt alienare ſine conſenſu domini. poteſt
dare in feudum alteri ſincere & ſine fraude.Alua.
in §.fin.num.30.quæ ſit pri.cau.bene.amit. Vlti-
mum non obſtat;nam poteſt conſtitui alia ſerui-
tus,qui non noceat primę.glo.2. in fin.in d.l.pri-
ma.de uſu & uſufru.lega.iſto modo ſuperficiarius
poteſt

poteſt facere alium ſuperficiarium.l.pri.in ver. qđ
autem.cir.fin.de ſuperficie. cenſuarius alium cen-
ſuarium,etiam domino irrequiſito. glo. pri. Pariſ.
titu.2.§.51.3.quæſt.nume.18. & ſecunda conceſ-
ſio non nocebit primæ: ſed factum primi nocebit
ſubfeudatario,puta ſi is qui ſubinfeudauit refuta-
uit feudum in manibus domini , refutatio nocet
ſubinfeudato,niſi ſit paratus(ut ſupra)ſeruire prio
ri domino,in cuius manibus facta eſt refutatio. Ia
cobi:in ver.& vnus ex dictis vaſallis, num.9. & ſic
firmæ remanent duæ concluſiones : quarum pri-
14 ma eſt,† quòd Archiepiſcopus, Epiſcopus & alij
poſſunt dare feudum. Amplia etiam in prȩlato de-
poſitione digno,nõ tamen depoſito,accuſato, uel
inquiſito.Cap.in ſua inueſtit.in ver. feudum dant.
in 13.conclu.Cur.in tra. feu.in 25. quȩſt.2. partis
pri.& procedit in re ſuæ eccleſiæ ſed alterius infe-
rioris mediate ſubiecti,cum conſenſu tamen illius
inferioris.Cap.ubi ſupra , in decimaprima conclu.
Curt.in tract.feud.in 11.quæſt. 2.par. pri.Idem in
legato de latere,in rebus tamen ſuæ legationis. Af
fli.hic num.17.& Iaſ.num.3.licet Cur.tenet quod
non,vbi ſupra in 13.quæſt.2.par.prin.uel cum ex-
preſſo conſenſu ſummi Pontificis. Cap.in d.inueſt.
in ver.Cardinalis. & quando concedit fundum in
feudum uidetur concedere fructus pendentes. Bal.
in l.1.in pri.rep.14.quæſt. de rerum diui. & lega-
tus non concedit caſtra eccleſiȩ niſi habeat in com
miſſione idem Bal.in l.1. in pri.rep.§.initio. nu.7.
de officio Prȩſ.vrbis Limitat pluribus modis Præ-
po.hic num.31.& in ijs quæ eccleſia habuit aliun-
de non ab Imperatore. ca.ea enim. §. hocius.10.
quæſt.2.c.in canonibus. 16.quæſt. pri.quod quo-
modo intelligatur dicemus infra cum Iſe.Limi.e-
tiam quando ſit pactum de non alienando : quia
tunc non poſſet,etiam in caſu licito.Iaſ.in l.ſiliusfa-
milias.§.diui.in pri.repet.num.29.& 30.& in 2.nu
mero 34.in con.feu.diuer. 8.numero 10. poſt nu-
mero 11.& 18.Præpo. hic poſt numero 32. addi.
ad Odoffr.in Sum.Quibus modis feu.amit.in uer.
ſed bene.cir.med.nam ſæpe in eodem actu concur
rit depoſitio legis & hominis, glo. Par.tit.2.§.57.
numero 28.vnde legatarius prohibitus rem aliena
re,non poteſt illam infeudare,Prȩpo. inf.per quos
fiat inueſt.in fi.princ.Limita etiam in ijs quȩ con-
ſueuerunt prædeceſſores dare in feudum. Iſer.hic
colum.prima.cir.fin.nam de nouo non poſſent niſi
in quinque caſibus,de quibus Iaſ. hic numero 20.
Non tamen infeudabit inſolita,etiam quòd ſint oc
cupata a potente.Cur.in tract.feu.19.quȩſt.2.par.
prin.Alua.hic poſt num.15. Nec poteſt infeudare
res ſolitas,quas Archiepiſcopus tempore ſui introi
tus reperit eſſe in dominio.Curt.vbi ſup.in 4.quȩ-
ſtio.2.partis pri.& Præpo.hic numero 16. Vltimò
non procederet,quando eccleſia eſſet deducta in
magnam neceſſitatem ; nam tunc etiam rem dari
conſuetam & apertam nõ dabit in feudum,ſed po
terit retinere pro ſe. Refert Cap. in d.inueſt.in 7.
conſ.Iaſ.hic in 4.limi.num.13.cir.fi.ſicut tanta poſ
ſet eſſe neceſſitas quòd etiam magna prædia poſſet
alienare ſine conſenſu Capituli. Archid.in c.terru-
las.in fin.12.quæſt.2.Præpo.ſic num.13.Secunda
concluſio eſt,quòd Marchio , Comes & ſimiles
poſſunt dare feudum.Amplia,etiamſi is qui donat
feudum,ſit ſenex,ſurdus,vel mutus. Alua. in c.pri.
per quos fiat inueſt. Amplia & 2. etiam in mulie-
re,niſi ſit prodiga uel luxurioſe uiuat. Iacob.de Ar
dizo.in ſum.Fȩmina etiam poteſt dare in feudum.
Cap.in ſupracitato loco:ibi,vltimo,vſque in fin.&
nõ ſolum poſſunt dare res proprias in feudum,ſed
etiam communes.Aluar.in §.Item ſciendum.num.
pri.de notis feu.& inuito aguato. Idem Aluaro.in
c.beneficium.num.4.ſi de feu. defun. mili.contro.
ſit.Prȩpo.in §.aliud quoque.cir.pri.de probi.feu.
alie.per Fre.& procedit etiam in ruſtico, dummo-
do habeat rerum ſuarum adminiſtrationem, licèt
non contrahatur paradogium. Præpo.hic num. 9.
in fi. Aluar.poſt nume.8.& in ca.1.nume.4.cir.fin.
Quis dicatur Dux. Affli. ſupra eo. in rub. licèt ſit
indecens ruſticum habere vaſallos ; quia eſt quæ-
dam dignitas,cui iuriſdictio ineſt.Iaſ.hic poſt nu-
me.29. & hodie ſicut olim , poteſt vaſallus feudũ
alteri infeudare.Alua.in c.pri.num.1.in fi. de alie-
nat.feu.& in §.ſi verò. poſt nu.1 Qualiter olim po
terat feu.alie.& concedit Baro hodie res ſuæ Baro
4 defendere; quod verbum quandoque ponitur pro agere; ſicut experiri, pro defendere, l.ſæpe. in ver. de proprietate. de re iudi, glo. 1. in l. 1. C. de teſtibus, hic propriè ad excluſionem actionis refertur, glo.2.in cap.1.de litis conteſt. in 6. & ſic in terminis, cap. Item ſi vaſallus, ſi de inueſti.feu.conté.fuerit, dominus probabit dediſſe in guardiam, vel ad certum tempus; vaſallus ad illius excluſionem ſe defendet, Sed defenſio non erit niſi, iſta dictio licèt capiatur pluribus modis, Lucas in l.2.in princ. de iure fiſci, & quandoque ſtat expoſitiuè. l. 2. in glo.penult.& in l.non ignorat. in glo. 1. C. de his qui accuſ. non poſſu.l.athletę. §. 1. in ver. niſi circ. fin. de accuſat. tuto. & quando habet antecedens affirmatiuum ſeu negatiuum, uidetur affirmare, Bald. in 428. nume.3. 1. volum. Affli. qui ſucceſſ. tenea.nume.24. vel ponit vt hic, ſi eſt poſita poſt negationem, Bald. in conſi.447.num.2. 2.volum. vt ſit modus Caſtaldis defendendi eorum poſſeſſionem; per pares curię, de quibus infra de contro. feud.apud pares, termina.vel per breue teſtatum, idſte, publicum inſtrumentum. Aluar. hic. nume. 5. poſt medi.& in cap. 1.nume. 3.de contro. inueſt..in §.ſimiliter.colum.2.cir.medi. de contro. inueſti.cap. 2.nume. 1. quid ſit inueſti. in §. Item ſi vaſallus. ſi de inueſt. ſeu. contro. fue. Præpoſ. hic poſt nume.2.& 3. & quid ſit inueſti. in princ. poſt nume.6.in §.ſi enim.ante num. 1. dict.tit. & quot teſtes ſint neceſſarii ad proban.nouam inueſti. nume. 1.in fin. & dicitur teſtatum & breue, quia breuibus verbis explicatur.addit.1.ad Odoffr.in Sum. quomodo probatur inueſti. feud. & ſunt in eo teſtium & tabellionis ſubſcriptiones, vt fit in regno & vbique.§.ſi verò. Authen. de inſtrumentor. cau. & fide.

Et probabũt ſe antequàm.) De iſta dictione Lucas remiſſiuè.in l.fin.circ.princ.de caſtrẽtiariis, eſſent caſtaldi, vel poſtquam deſierunt, diuertendo ad extraneos actus. Innocent. in cap.cum poſt. in princ.de electio. Inueſtituram accepiſſe) & ſic ſi aliquis eſt in poſſeſſione, & dicit ſe inueſtitum à domino, & dominus dicit quod dedit in guardiã, vel pignus, debet reſtituere poſſeſſionem domino, niſi vaſallus probet, quod poſtquam accepit in pignore vel guardia dominus eum inueſtiuit, & ratione perſonę deficientibus probationibus, ſtatur ſacramento domini, & non poſſeſſoris. Odoffr.in Sum. probatio. deficienti. quid debeat fieri in cauſis feu nume. 2. & poſt. Ex declaratione prędicta exemplificatio redditur facilis. Videbatur tamen dubia deciſio per §.fin. de conſu.recti feud. vbi ſi eſt controuerſia inter dominum & vaſallum, vaſallo poſſidente, ſi actor, deficit in probatione, & vaſalli poſſeſſio eſt longa, eius iuramento cauſa finitur. ſi eſt noua ſacramentum ei non defertur, ſed domino. Ita hic vaſallo poſſidente, onus domini erat fundare ſuam intentionem, & non vaſalli ſuam defendere poſſeſſionẽ; quia vincit eo iure quo poſſeſſores vincere ſolent. leg. vti fru. in fin. prim. ff. ſi vſusfru.peta. poſſeſſionis enim comodo debet frui, leg. igitur. de liberali cau. maximè in feudis, in quibus poſſeſſio eſt fauorabilis, & facit, præſumi pro poſſeſſore. Bald.in §. ſi quis de manſo. nume. 5. de contro. inueſti. & poſſeſſio poſſeſſorem tuetur. Idem Bald.de contro.inter domi.& vaſal. in princ. ſecundo probatio non poteſt reſtringi per pactũ. glo. in Authẽ. vt ſine prohibitione matres. in ver.

Sena-

Senatuſconſulto. poſt medi. Bald. in conſil. 317. nume. 2. 4. volum. Ita & per legem, quia lex & pactum æquiperantur. leg. fin. C. de fideiuſſo. ſed hic præſupponit vaſallum teneri ad probandum poſſediſſe iure recti feudi per pares curię, vel breue teſtatum; ergo non debet permitti. Nam alibi lex etiam quòd requirat probationes per teſtes, vel inſtrumenta, non tamen excludit aliàs ſpecies probationis. Ludoui. de Moli. de Hiſpa. primogeni. lib. 2. capit. 8. nume. 4. Vltimò videtur, quòd non releuet, ſi probet habuiſſe ante vel poſtquàm eſſent caſtaldi: nam paria ſunt an quid fiat in præſenti vel poſt breue tempus. glo. fin. circ. medi. in capit. præterea. de ætate, & qualitat. capit. conſuluit. cum ibi not. de offic. delegat. His non obſtantibus ſeruatur contrarium virtute huius conſuetudinis. & ratio eſt, quia caſtaldi ſępe malignãdo auferunt à dominis. Bald. hic. nume. prim. cir. fin. & ſi datur eis in feudum rectum, videntur induxiſſe dominos per fraudem. Afflic. in dict. cap. Item ſi vaſallus. in prim. not. Ideò feudum requirit ſcripturam, niſi ſint pares curiæ. Bald. in conſi. 127. circ. medi. 1. volum.

Qua ſtante, non obſtat primum: nam hoc propter officiales, qui plura mala ſciunt, & committunt quàm alii. leg. defenſionis. in ver. ad vſurpationem. C. de iure fiſci. & omne malitioſum & malum poſſunt cogitare. §. prim. in verſ. adinueniat. Authen. vt hi qui obligatas ſe habere, &c. Et de inſolentia officialium conſtat. leg. placet. C. de collatio. fundo. patri. authoritate conſili. leg. penul. C. de aquęductu. Ideò ſi delinquunt plus cęteris puniuntur; maximè propter frequentiam delicti. not. in capit. Epiſcoporum. vbi latè glo. fin. de priuileg. in 6. & in clemen. prim. in princ. de decimis. grauior enim pęna conſtituenda eſt in eos qui noſtri iuris ſunt, & noſtra debent cuſtodire: mandata. leg. vnic. in fin. de conductor. & procurator. ne exiſtiment ideò meruiſſe dignitatem, vt iudicum præcepta deſpitiant. leg. curiales qui honorariam. C. de decurioni. & ſub velamine officii calumniam committere. leg. non eſt. C. de adminiſtratione tuto.

Secundum non obſtat: nam licèt probationũ facultas anguſtetur, contra leg. penul. in fin. C. de hæreticis. id fuit occaſione prędicta, quia ex rerum qualitate, & differentia licitum eſt quòd aliàs non liceret. §. fin. vbi Afflic. nume. 2. de eo qui ſibi & hæred. ſuis.

Vltimum non obſtat: nam illud procedit in actis iudicialibus, quæ paria ſunt fieri in termino, vel parum poſt. Iſer. in conſti. in pecuniariis. poſt medi. in quibus cau. audien. teſtium commi. ſecus in iis quæ fiunt ante, vel poſt officium, ad excludendam præſumptionem quæ naſcitur ex officio, vt ſupra. Et ſic firma remanet concluſio, quòd vaſalli ſi poſſident aliquid nomine proprii feudi, non poſſunt ſibi poſſeſſionem defendere, niſi per pares curiæ vel breue teſtatum.

Quàm doctrinam amplia, ſcilicet idẽ eſſe in Epiſcopis & clericis, vt per Bald. hic poſt numer. 1. Monaſteria enim, eccleſię, & alia ſub commendi cuſtodia, cura, vel guardia aut adminiſtrationes titulo perpetuò, ad vitam ſeu ad certi temporis ſpatium committuntur. in extra. commi. ex perſonæ. circ. medium. de præben. Vnde vendi non poteſt. Innocen. in capit. quia clerici. de iure patron. nec clericus poteſt prætendere iure proprio poſſidere, cum in eis non habeat locum ſucceſſio. capit. ex tranſmiſſa. de filiis presbit. glo. 2. & ſeq. in leg. tutela. ff. de tutelis. capitu. prim. cum ibi not. de præben.

Amplia & ſecundò, Idem ſi ſit pacto conuentum, ſicut enim valet pactum quòd non poſſit probari ſolutio niſi per caſſationem inſtrumenti. Alexan. in conſi. 102. nume. 9. 5. volum. Bald. in conſ. 33. prim. volum. licèt Bart. tenuerit contrarium in Authen. Vt ſine prohi. matres. nume. 10. & multi quos refert addit. ad dictum conſi. Alexan. ita lege & ſtatuto poteſt reſtringi modus probandi. Afflic. Quot teſtes ſint neceſſa. ad proband. inueſti. num. 1. circ. fin.

Limita tamen, non procedere, ſi obſtat conſuetudo. Afflic. in dict. capit. Item ſi vaſallus. in prim. not.

Limita etiam procedere in feudo Principis, quod non probatur niſi per ſcripturam. Inferiora verò feuda probantur per ſcripturam & per teſtes. Bal. in conſi. 351. nume. 9. & 10. & 352. nume. 1. prim. volum.

Limita etiam in feudo laicorum, ſecus ſi eſſet clericorum, nam illius inueſtitura poteſt probari per multos teſtes idoneos, omni exceptione maio-
8 res. Idem Bald. in conſi. 215. nume. 5. 2. volum. Nota ex iſto textu, ſecundum lecturam glo. quòd caſtaldus, ſi quod poſſidebat iure proprii feudi accepit in caſtaldiam, nõ poterit ſibi defendere poſſeſſionem elapſo anno, niſi per pares curiæ vel breue teſtatum: ſicut qui habet ius in aliqua re, & ſcienter contrahit ſuper ea, ſibi pręiudicat. Aluar. hic num. 7. circ. medi. & qui rem propriam ab alio conducit, amittit poſſeſſionem. leg. ſi aliquam. ff. acquiren. poſſeſſio. leg. ei a quo. de vſucapi. leg. qui rem. C. locati. & qui ſcienter patrocinatur, petenti rem ſuam ſibi præiudicat: ſecus ſi ignoranter. glo. prim. & penul. in cap. ex literis. de tranſactio. leg. inter officium. & ibi glo. prim. de rei vendi. & accipiendo quis rem propriam per liuellum ab eccleſia, intelligitur ei proprietatem donare. Bald. in conſi. 332. num. 4. 2. volum. Ideò poſſeſſionem, de qua in textu, vaſallus ſibi defendit per pares curiæ: licèt Iſer. in dict. cap. 1. in fin. pri. Quot teſtes ſint neceſſa. dicat eſſe irrationabile vim facere in paribus vel in aliis teſtibus, ſed ratio fuit de qua ſupra. Quamuis dici poſſit, quod in merè poſitiuis ratio legis conſtitutę non attenditur. Lucas in l. vt agendi. cir. fin. C. de curſu publi.

Secundò nota, quòd lex reſtringit probationẽ ratione ſuſpitionis quæ naſcitur ex caſtáldia: quæ eſt ſimilis iuri patronatus. Patronatus enim dicitur aduocatia, vicedominatus, cuſtodia ſiue guardia. glo. prim. in cap. quia clerici. de iure patron. Sed aggrediendo theoricam Iſer. dic, quòd ratione officii, præſumuntur officiales domini bona auferre, ſicut & publicani. Afflic. de conten. inter domi. & vaſal. de inueſti. feu. in 6. not. poſt num. 18. Vnde res emptas per caſtaldios proprio eorum precio, lex ad partẽ Regi concedit. & ille illis ſi in adminiſtratione repertuntur fideles l. 2. de acquiſitio. actorum Regis. in Longo. nam acquiſita per eos,
7 præſumuntur obueniſſe intuitu officii: ſecũ deſtinctione tñ, ſi redidit rationem, vel non. Alex. in addi. ad Bart. in leg. facultas. poſt nume. 12. de iure fiſci, ſicut in clerico & Prælato. glo. 2. in l. licentiam. C. de

epiſco.& cleri. Bald. in conſ.298.poſt nume. 1. & 2. & 299. poſt nume. 1. & 5. prim.volum. Afflic. de contro. inter maſcn. & fęmi. numer. 28. ſi habet officium, & beneficiū, magis ex officio quàm beneficio præſumitur acquiſiuiſſe. Boer. in deciſio.20. poſt nume.4. & quæ fiunt in officio, præſumuntur facta contemplatione officii; ſecus ſi ante officium incohatum, vel poſt officinm conſummatum. Præpoſ.hic nu.4. licèt regulanter qui adminiſtrauit bona alicuius, non præſumitur de bonis eius acquiſiuiſſe, ſaltē vbi ex cōiecturis aliud non apparet. Alex. in conſi.82.num.14. 2.volum. & proprie in vaſallo, qui non præſumitur acquiſiuiſſe ex bonis feudalibus, ſed ſua induſtria. Affli. vbi ſupra, de contro. inter maſcu. & fęmi. nume. 27. & in conſti. poſt mortem. numer. 13. Præſumitur tamen ſubtraxiſſe, ex quo repetitur pęnes eum de bonis domini, Bald. de contenti. inter domi. & fide. nume.1. & 3. cir. fin. Iſta præſumptio non tollit probationem, ſed aggrauat. not.in cap. 3.de hæreticis. in 6. & transfert onus probandi in contrarium, vt per multa Deci.in conſi.272.num. 3.ſicut qui habet regulam pro ſe, transfert onus probandi in aduerſarium, exceptionem à regula. Alexan. in conſi.79. nume. 5. 7. volum. & requiruntur probationes luce clariores, ſicut in criminalibus. Bart. in l. fin. nume. 1. Quòd metus cauſ. ſicut in eo qui eſt præclarę dignitatis, & renunciauit, requiruntur magis apertę probationes. glo. fi. in cap.ſuper hoc. de renuntia. ex quo eſt præſumptio, q̄ deponunt falſum, niſi ſint tales cōtra quos eſſet præſumptio, quòd debeant iurare falſum. Alexand.in conſi.99.cir.fin.poſt nume. 13. 3. volum. Ideò textus iſte transferendo onus probandi in Caſtaldos, requirit pares curię in teſtes vel breue teſtatum, & neceſſe eſt probare, dicit Iſer.quòd quæſierunt ante officium vel poſt, vt in textu. & Loffr. hic. Et hoc ſi poſſederunt Caſtaldi minus anno, aliàs dicit ipſe ex intentione glo.haberet locum.§.ſi autem aliquis. ſi de inueſtit. inter domi. & vaſal. videlicet, quòd ſtetur iuramento ſuo, & non teneretur probare per pares curię vel breue teſtatum. Et quare dicatur breue teſtatum, & quomodo probetur, diſti. ſupra. & Bald. infra de contro. inueſti.in prin.nu.3. & in conſi. 352. poſt nume.1.1.volum. ſed dicit Iſer. dictum glo. quòd ſtetur iuramento caſtaldi poſt annum, nos non putamus verum, propter ſuſpitiones quę ſunt cōtra eum, cum fuerit officialis vt ſupra, & dum dicit, præterea,ibi erat, &c. ponit cauſam diuerſitatis inter dictum. §. ſi autem aliquis. & textum noſtrum. Sed quid ſi durante officio emat.? & vult probare quod emit de pecunia propria. Iſer.arguit ad partes, & pro prima, quòd non poſſit, dicit ipſe textus noſter dat formam probādi, videlicet, quæſiuiſſe ante, vel poſtquàm eſſet caſtaldus; permiſit in vno, ergo in alio prohibet, & econtra. not. glo. in l.fin. in ver. contentam. C. de pactis conuē. ſi non eſt conceſſum intelligitur prohibitum. not. in cap.2.ne ſede vaca.glo.fin. in cap.dura.de crimi. falſi.glo.penult.in cap.1.de ſupplē.negli. Præla. in 6. Econtra, ſi negat in vno, concedit de alio. glo. in cap.qualis. in ver.negatur. 25. diſtin. Pro alia parte & verius, videtur quòd idem ſit probare, quòd ipſe emit, & ille vendidit, etiam quòd eſſet in adminiſtratione, vt per Caro. in dict.l.2. de acquiſi. acto. Regis. in Longo. quia quòd habuerit occaſione talis adminiſtrationis, eſt præſumptio, quæ cedit veritati. Aluar. hic poſt nume.11. quando conſtat de contrario. Idem Iſer. in §. ſi verò. in ver. manus. nume. 11. de pace tene. tunc ea eſt ſequenda in omnibus, Bald. in conſi.278.circ.fin.3. volum. vndecumque claruerit, ſicut dicitur in delicto.cap.ecce.24.quæſt.3.cap. 2. de collus. detegi. glo.in cap.quam ſit. de exceſſi. Præla.& ſic ſtatur præſumptioni, donec probetur contrarium. l. nuptura. in glo. fin. ff. de iure doti. & præſumitur bona fides. Iſer. in §. Item ſacramenta puberum. poſt nume. 39. de pace iuram. firman. ſi palam & bona fide emiſſet, vt hic. Sicut ſi fit contractus palam publice mediantibus gridis & proclamationibus. Deci. in conſi.410. ante & in nume. 1. quia tunc tenet, ſicut dicimus in tutore, qui poteſt emere mobilia palam & bona fide t ſtabilia non. l. cum ipſe. C. de contrahe. emptio. tangit Aluar. hic poſt nume.11. nam ſi fecit publice & palam, non poteſt dici, quod voluerit committere fraudem. Alexan.in ſimili in conſi.86. nume. 8. 4. volum. ex quo illud, qui male agit odit lucem. capit. pernicioſam.18.quæſt. 2. Hinc ſumpta occaſione dicit Iſer. iſta materia licèt videatur inutilis, eſt examinanda propter officiales: & facit longam diſtinctionem ad demonſtrandum, quando poſſet contrahere officialis, & quando non.

8 † Tu pone regulam cum aliquibus ampliationibus, poſtquàm Afflic.hic nume. 4. ponit nonem limi. Regula ſit, quòd non poſſit contrahere.l.vnic.C. de contract. iudi. vbi multa Azo in Sum. Amplia, quod non ſolum non poſſit per ſe, nec per ſuppoſitas perſonas contrahere. l. 3. C. ſi certum petat. non ſolum ſuo, nec ſub alieno nomine.l.milites. la 2. ff. de re milita. Quòd non ſolum non poſſit emere immobilia, ſed nec etiam mobilia.dict.l.vni.& l.fin.C.de reſcin. vendit. nec pecuniam mutuo dare vel fęnus exercire.l.principalibus.ff. ſi certum petat. vxorem ducere.l.vnic.C. ſi quacumque prædit. poteſt: & non ſolum ipſe, ſed nec etiam filius. l. qui in prouincia.ff.de ritu nuptia. Idem in milite.l.militis. la 1.ff.de re milit.l.Præfectus.dict.titu.de ritu nuptia. In rectore prouincię, & eo qui cum eo aſſiſtit.leg. vnic.C.ſi rector proui. cum limita.tamen. leg. eiſi. C. de nuptiis. Amplia, etiam quòd non poſſit pecuniam accipere mutuo. leg. quiſquis. C. ſi certum petat.ſicut ſcriniaris non poſſunt mutuam pecuniam ſumere aut polliceri publicis expenſis. leg. ſcriniarios. de numera.actua. & cartu.

Limita tamen non procedere in rebus maiorū: quia illas poſſet emere.l.qui officii.ff.de contrahē. emptio. Afflic. in §. ſed & res. numer. 9. per quos fiat inueſti. Item in eo, qui habet iuriſdictionem, ſecus ſi non habet: quia poſſet emere. Lucas in l.2.poſt princ. de lucris aduocato.

Limita etiam ſi clam, ſecus ſi palam, ſicut in tutore.glo.fin.in l.ſi in emptione.ff.de contrahe. emptio. Et palam dicitur, quando fit coram teſtibus. leg.fin.in glo. 1.ff.de iure codicil. quia actus prohibitus, ſi celebratur palam, excuſatur: ſecus ſi clam. leg. fin. de ritu nuptia.

Limita etiam procedere in temporalibus: ſecus in perpetuis. leg. Præſidis.ff. ſi certum petatur, & quod dicitur in emptione, non procedit in pignore: nam prohibitus emere, non prohibetur pignus accipere.l.in quorum.ff.de pigno. & melius, qui prohibētur emere in prouincia, in qua militār,

non

non prohibentur ſuccedere. Pau.de Caſtr.in conſ. 60.colum.1. circ.fin.2.volum. Et prohibitus contrahere matrimonium cum ſubdita, non prohibetur contrare ſponſalia, vel habere concubinam; Azo in Sum. de ſponſalib. nume. 6. & poſt, & in titu. ſequ. C. ſi rector prouin. poſt princ.& nume. 3.Pari. de Syndi. in ver. adulterium, nume. 11. & in ver. contrahentium. cap. 1. & ſequ. Item poſſet cum conſenſu Principis. I lem Pari. vbi ſupra. de exceſſib.conſiliari.num.8.& 10. & in cap.7.in ver. Iudices, nume. 9. & 10. quando autem poſſit, & quando non poterit, Bald.in conſi.310. 1. volum. (Amplia,) vt per Azo.in Sum. C.ſi quacūq; præditus poteſta. & ſi contrahit, quid fiet, eſt textus in l.aufertur.ff. de iure fiſci.l.penul.& fin.C. de his q̃æ vi metuſue cau. & in tutore, l. tutor rerum.ff. de admini.tutn.& non poſſunt (vt ſupra) nec per innalios, ne videant qui goxi ſi aliōs p delinquūt vel ſirentur. §. eos autem, Authen, ut iudices ſinn quoquo ſuffrag. quod enim agit familia, præſumitur agere de voluntate domini. Lucas in leg. Princeps.colum.3.in fin. ibi 56. C. de Princip. agēt. in rebus. Tenetur propterea officialis p delicto omnium de familia.glo.3.in 3.l. nullus. & ſeq. C. de aſſeſſo.& dom ſt.l.1. C.ad l. Iuliani repet.quia non debet vti opera malorum hominum: immò curare debet, vt culpa carent, & debet punire delinquentes: alias ſi male fami. iam ſuam regit, præſumptio eſt, quòd deterius gubernet alienam. Lucas in l.fin.in fin. de appari.magi. mili. & quòd ſui officiales, & milites illicite exigunt, de ſuo tenentur reficere. Idem Lucas in rubr. C.de pericu.eorum qui pro magiſt.inter. Qui autem dicantur de familia, vt officialis teneatur pro eis, Bald.in conſ. 385.1.volum. ſicut Epiſcopus tenetur pro de facto familiæ, & eo quod percipit. glo. in cap. 2. in ver.teneantur. de cenſibus. in 6. ver. item pro vxore.l.obſe. uare. & ibi glo.in ver.ratio.ff.de offi. pro conſi. dominus pro ſeruo, l.non aliàs.ff.de iudiciis. niſi officialis in principio ſui officii faciat præconizari, quòd nullus contrahat, aut credat alicui de ſua familia ſine ſui licentia: alias proteſtatur nolle teneri. Socin. in conſi.109. circ.fin.1.volum.Bald. in conſi.107.1. volum. & ita fuiſſe conſultum refert addi. ad Bald. de ſyndi. car. 7.colum. 2. & ſi hoc non fit, an conueniatur durante officio vel poſt, eſt textus in l. Senatus.in l.Senatuſconſulto. cum ibi not.ff.de offic. præſid. Dum Iſer, num. 8. in fin. dicit, quod alius debet eſſe qui vendit, & alius qui emit; ſicut alius inſtituens, & alius inſtitutus. cap. fin. de inſtitut. nemo enim ſeipſum generat. Alexan.in conſi 115.nume. 6. 5. volum. nec ſeipſum ſuſpendit vel ſupponit. ſe interdicto. Imperator neque ſibi legem dicit, multa in capit. irrefragabili.§.cæterum. in glo.1.de offic.ordi.nec poteſt ſibi ſoluere vel legem ponere eum ſimilib. in l.ſed & ſi in §.fin.in glo.ſi.ff.de hære.inſti.l.ſed ſi plures.§.fin.de vulg. & pupilla.l.cum filiofamilias. in verſ. quoniam, de legat. 1. (In eo quòd) Iſer. num. 10. circ. 1.dicit, publicè, & palam poteſt permitti pro honore, &c. dic, promitti pro honore. Idem Iſer. ſupra eo. in princ. nume. 2. circ. medi. ſumpta etiam occaſione ex eodem, dum dicit mul ti ſunt ſapientes qui diligunt patriam: dicam aliqua de ea. Et primò quòd ea dicitur mater, & Princeps pater. Bald.in conſi. 460.nume.3.circ.medi. 10 1.volum. † dicitur habere membra.l.2.C.de appa rit.proconſ. & legat. Iſta ſunt ciues: Vnde Seneca 2. de ira', Nefas eſt nocere patriæ: ideſt cuilibet de patria, quia pars patriæ eſt, vt refert Iſer. in §. præterea ſi vaſallus. poſt nume. 7. Quæ ſit prima cauſ.bene. amit. & quilibet dicitur naſci reipublicę.l.1.in ver. reipublicę.ff.de ventre in poſſe. mittē. Iſta licèt tenuis eſt, iuu inda potius quàm ſpoliada. glo.in cap. nulli. 16.quæſt. 1. quia quilibet dicitur naſci reipublicę.l.1. in ver. reipublicę.ff. de ventre in poſſeſſ.mitten. & ſicut quis oritur ciuitati; ita ciuitas oritur ſibi.Bald. in conſi. 456. nume. 4. in fin. 1. volum.vnde tacitè eſt inter ciuitatem & ciuem, quidam quaſi contractus vltro citroque obligatorius, per quem incola obligatur ad munera, & ciuitas ad defenſionem & protectionem incolę. Alexand.in conſi. 111. nume. 10.7.volum. Bald in conſi.349.nume.3. 1. volum. tenentur ciues ſuæ patriæ vtilitatibus prouidere; pro ſua republica nullos labores effugere, & pericula non vitare. Lucas in l. 1.colum. 1.in fin.& 2.in princ.C. de his qui ſponte mune. ſube. debet voce libera comoditates patriç defendere. l. quinque. C. de decurio. Non infamatur qui iura patriæ defendit; & licèt pro republica quod aliàs non liceret. Et illius ſalutem debet præponere patri & domino. Odoffr. in Sum. Contra quos teneatur vaſal. iuuare domi. & contra quos non, nume. 7. ipſi magis debetur quàm imperio. Lucas in l.quinque.la 1.poſt med. C.de cohartati. Afflic.in §. quæſitum, nume. 4. de Capi.qui curi.vendi.& ob patriam pater in filium, & econtra, vxor in maritum inſurgere debet. glo. in cap. 1. in ver. & Chriſtiani. de conuer. deli. ſunt qui pecuniam dant in vtilitatem patriæ. l.ſed & reprobari. & ibi glo.in ver.exiſtiman.ff.de excuſatio. tuto. facit glo. in l. annua.§.1.in ver.hiero philaci. de annuis lega. ne videatur declinare quod patriæ debetur.l.ſi quis decurio.la 3. C. de decurio.& ne impium ſe patriam vitando demonſtret.l.vni. C. ſi curia. reli.ciui.& ſi aliàs ciuitas petit ciuem ſuum, ſi ita detinetur quòd non poſſit præſtare munera perſonalia, ſicut in à ſcriptitio & vaſallo. Innocen. in cap.dilectis filiis. poſt nume. 1. de appellat. patre & filio, Poteſtate & ciue, Abbate, & Monacho. Azo. in Sum.C.de rei vendi. poſt nume.12. Et quòd poſſit ſuperior vendicare canonicum regularem. Archi. in cap.ſtatuimus. in princ. & circ. fin.19.quæſt. 3. & in cap. placuit. 21. quæſt. 2. & hominem meum ſi ab aliquo detinetur vendicare poſſum. Præpo.ſupra in Prælu.nume.81. in princ. & cogitur ad redeundum, ſi ſecure poſſit. l. vnic. C. de priuileg. corpo. vrb. Rom. lib. 11. reddantur propterea vnuſquiſque ſuæ patriæ. l. reddatur. C. de profeſſo. & medi. lex enim virtutis eſt, patriam defendere. Lucas in dict.l.quinque.colum.2. in fi. Viuere patriç, & propter patriam filios procreare, pertinet ad virtutis officium. Idem Lucas in l. 3.in fin.C.de his qui numero libert. & qui patriæ iura tuetur, ille eſt bonus ciues, & ad regimen eligendus. Bal. de pace Conſtan. in ver. Imperialis, nume. 27. circ. fin. aliàs diceretur impius. Lucas in l.quicumque.in 310.præſump.de apochis publi. quia eſt maior charitas cum ciuitate, quàm cum liberis; ex quo prius naſcitur homo ciuitati, q̃ libe ri naſcantur ſibi.Bald.in conſ.310.cir.fin.3.volum. & oritur actio ex præſcriptis verbis ſecuto adimplemento ex vna parte. Paul. de Caſtr. in conſi. 370. cir.fin.2.vol.& ſi quis eſt exemptus à iuriſdictione

ciuitatis, remanet ciuis quo ad priuilegia: cum diſtinctione, & nonnullis pro & contra. de quibus idem Paul.in conſi.307.& 461. eo. volum. Quædam alia de charitate patriæ ponit Socin. in conſil. 35.circ.fin.1.volum. Lucas in l. in filiis. poſt prin. C.de decurio.

Quid in vaſallo? & videtur quòd tantam in eũ dominus habeat ſuperitatem, quòd poſsit petere eum,ad ſe remitti, pro ſeruitiis feudalibus præſtãdis. Præpoſ. in §.præterea ſi inter.colum.3.cir.fin. de prohi.feu.aliena.per Frederi.& ſi ſimpliciter recedit à terra domini reducendus eſt: ſi gerit ſe pro libero, & ſic prętendit, grauiter cohętendus eſt. Afflic.in deciſ.307.num. 12. ſi eſt angarius & per-
11 angarius, cogitur reddire. Idem Afflic. in deciſio. 265. nume.75. nec poteſt recedere, quando eius fauore, & domini,cui terra eſt conceſſa poſſidetur: quia tunc obligationes hinc inde factæ ſunt. l.3.& ibi,glo.de vltimis voluntat. in Longobar.

Quatenus Iſer. dicit, quòd vbi coram iudice contrahitur,præſumitur quòd ſit ſine concuſſione. l. 1. C. de his qui per metum iudicis non appella. nec coram eo contractus initus pręſumitur ſimulatus vel dolo factus. Bald.in conſi.447.1.volum. Immò illius authoritas & iuſſus facit licitũ, quod aliàs non liceret.Iſer.in conſt.appellationum tempora. colum.4.poſt medi.glo.1.circ.fin. in l. furti. §.qui iuſſu.ff.de his qui nota. infam. cuius pręſentia eſt loco decreti, & inducit magnã pręſumptionem, pro his quæ coram eo aguntur. Afflic. in conſti.magiſtri camerarii poſt nu.14. & 15. quòd tum remouetur omnis præſumptio fraudis, & vtiliter factum præſumitur. Deci. in conſi.341.num. 12. & quod omnia ſint ſolemniter acta. cap. bonę memoriæ. de electio.cap.in pręſentia. de renuntia. cap.cum ab eccleſiarum. de offic. ordi. & diſcuſſa & ſolemniter acta, ex quo iudex inter poſuit decretum. Bald.in conſi.376.1.volum.& 314.in pri. 5.volum. Ideò ſemper eſt vtile interuenire decretum iudicis. Idem Bald.in conſi.448. in fin.1.volum. & ſolemniter fiunt quæ per iudicem fiunt. Lucas in l.1.colum. 1. circ. fin. de decurioni: ſicut vbi eſt Princeps dolus non præſumitur. Afflic. in cap.1.poſt nume.45. de contro. inueſti.non datur metus.l.1.C. de his qui per metum iudicis non appella. & eius authoritas habet vim decreti. Bald. in cap.1.num.7.cir.fin. Quid ſit inueſti. ſed quod eſt dictum in iudice intellige, niſi forte interuenerit vt teſtis. Gra. in deciſ.66.nume.25. & poſt nume.65.vel ſtante maxima amicitia cum vna ex partibus: adeò quòd non eſſet contradicturus. Idem Gra. in deciſ.103.nume.62.& ſic plura ſunt mala, quæ ſi fiant iudicis authoritate licita ſunt. Lucas in l.vnic.colum.16.circ.medi. C. Publicæ lęti. vel Conſul.iuſſus iudicis excuſat,& illicitum facit licitum.l.ait Prętor. in ver.imputandum.ff.de minori. (Dum verò) Iſer.nu.10.in fin.dicit,ex inſidiis pręſumitur dolus, dic ex indiciis, quia ex perſpicuis indiciis,dicit Lucas, probatur dolus. in leg.nemo. colum. 7. cir.fin. poſt nume. 11. C. de re militari. ſicut eſt argum. ff. de inſtito.leg. ſed & ſi pupillus. quòd dicit,vbi ceſſat ratio legis, ceſſat legis prohibitio. ff. de repudiis.leg. fin. §. quod ait. & leg. res publica. ff. ex quibus cau.maio. ſed hoc non ſemper eſt verum: nam quandoque habet locum ratio, & non lex: quandoque lex & non ratio. gloſ. poſt medi.in l. non omnium. ff. de legi.l.ſi quis. in ver.ſentẽt. de iuriſdict. om. iud.l.1.in ver.ratus. de poſtulandat vnde retentis eiſdem terminis, poteſt inferri ad quæſtionem. ſi emptio facta per officialem,reconualeſcat ceſſante impedimento & ſic officio.Marſi.in practica crimi.§.diligenter. poſt nume.187. quòd non. Et amplia, vt in l.vnic.C.quibus ad condu.prædi.fiſca. accede. non liceat. Tamen ſequendo dicta Iſer. dicit ipſe, quòd non minus attenditur ratio legis, quàm ipſa lex. leg. 1. §. hoc interdictum.ff.de fonte, quia ratio pluſquàm factum quæritur. leg. verum, la 2. ff. de furtis. ratio magis quàm cortex verborum attenditur. Pau. de Caſtr. in conſi.77.numer. 5. circ. fin. 1.volum.

Qui ſucceß. feud. dare teneantur. Titul. III.

SVMMARIVM.

1 *Qui, relatiuum reſtringit id ad quod refertur. Quando inducit conditionem: & quando declarat. ibidem.*

2 *Succeſſores qui dicantur: & quid item ſucceſſio.*

3 *Iſta rub.in quo differt, vel an ſit eadem cum alia, quæ eſt nona in ordine.*

AD RVBRICAM.

QVI) Eſt dictio, Qui, relatiua: & quandoque reſtringit. l. ea tamen adiectio. de leg. 3. l. à filio. §.teſtator. & l.ſeq.ff.de alime.& ciba.legat. ſi iũgitur verbo futuri temporis, inducit conditionem.l.ſtichus qui meus erit. de legat. 1. l. nuper. de leg.3.cum copula, &, ponitur augmentatiue. Bart. in l. cunctos populos, circ. princ. C. de Sum. Trinit. In medio orationis poſitum, eſt relatiuum ad omnia antecedentia. l. talis ſcriptura. de legat.1.& l.qui filiabus. eo. tit. & facit relationem veram, & non ſimplicem.l.Iulianus.ff.de hære.inſti. vbi Bart. poſitum in principio ſtat declaratiuè, vt hic. & ſic ſine copula reſtringit. Si iungitur verbo futuri temporis, inducit conditionem: Si verbo pręſentis temporis inducit demonſtrationem. glo. Pari. num. 102. circ. fin. tit. 2. §. 62. demonſtrat enim hic, qui ſucceſſores feudum dare teneantur.
2 † Dicitur autẽ ſucceſſor, quilibet vniuerſalis ſucceſſor. Loffr. in conſi.38.num.10. tam ſi ſuccedat in hęreditate, quàm ſi admittatur in dignitate. Caſſa.in conſi.Burgu.rubr.7.§.1.in fin.& qui ſuccedit in rem ſingularem.l.fluminum. §. 1. in ver. dominium, de damno infecto. ſuccedit in vitium etiam perſonale.l.Pomponius.§.1.in glo.1. de acquiren. poſſeſsio. Iſte dicitur ſucceſſor vniuerſalis iuris ciuilis, ſeu Prætorii, vt hæres alius vniuerſalis quaſi iuris, vt fiſcus. Lucas in l.2.colum.penult.poſt pri. de fundis rei priuatæ. C. Et poteſt exemplificari in ſucceſſore in Prælatura, qui non cenſetur eadem perſona. Afflic. hic in 4.not.poſt nume. 10.

Iſte ſucceſſor iuris, quando teneatur dare feudum, & quando non, videbitur infra in nigro, & in eodem tit. qui eſt nonus in ordine qui quomodo differat ab iſto, vltra quod dixi ibi vide. Aluar. hic cir. fin. & Præpoſi. & Afflic. ibi in rubr. dicunt, quòd ille titu. repetit hanc materiam, vt aliquid addat; quod fieri poteſt. Dixi latè ſupra in proœmio.

Qui

Qui ſucceſſ. feud. dare teneantur.
Titul. III.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus, Primas, & Metropolitanus idem: & vnde nomen acceperunt.*
2 *Archiepiſcoporum & Epiſcoporum laudes.*
3 *Primates qui dicantur.*
4 *Conceſſio, alienatio, vel locatio facta per prædeceſſorem, quando ligat ſucceſſorem.*
5 *Conſenſus quid operatur.*
6 *Rex aſſentiendo venditioni feudi, cenſetur inueſtire.*
7 *Clauſula, iuribus curiæ & alienis ſemper ſaluis, quid importet.*
8 *Clauſula, feudi natura in aliquo non mutata: non refertur ad ea quæ mutata apparent.*
9 *Eccleſia ſi habet conſuetudinem infeudandi maſculos, non poterit maſculos, & fœminas infeudari.*
10 *Prælatus ſi inueſtiuit, an poſſit ipſe vel eius hæres, feudo nondum apperto reuocare. & nume. 12.*

AD TEXTVM.

SI verò Archiepiſcopatus Epiſcopus, &c.) Verò pro ſed. Archi. in cap. fin. cir. pri. 28. diſt. & eſt aduerſatiua. dixi ſupra de feu. gna. §. ſi verò. in pri. Iſer. hic num. 10. cir. fin. Aduerſatur enim præcedentibus. Nam in dict. §. ſi verò, voluit, quòd vaſalli non poſſint ſibi defendere, quod iure proprii feudi poſſederint, niſi per pares curiæ vel breui teſtatum: hic vult quòd ſucceſſor prælati non cogitur inueſtituram à prædeceſſore factam ratã habere, niſi eo conſentiente qui feudum tenet, etiã ſi pares curiæ adſint teſtes, vel breui teſtato. Ideò, ſi Archiepiſcopus Princeps Epiſcoporum (ab archos, quod eſt Princeps) qui licèt reſpectu ordi-
1 nis vel characteris nõ habeat plus Epiſcopo, † hoc reſpectu tantum habet quantum Papa: ſed reſpectu executionis, & exercitii habet maiorem ſollicitudinem Archiepiſcopus, qui idem eſt cum Primate & Metropolitano, licèt differant nominibus: Nam Metropolitanus trahit nomen, à metros, quòd eſt menſura; & polis, id eſt ciuitas. Et ſic trahit nomen ab eccleſiis & earũ numero. Archiepiſcopus à perſonis, ab archos, quod eſt Princeps Epiſcoporum. Papa eſt ſuper omnes primates. Zabar. in clem. 2. in prin. num. 6. de priuileg. Et iſta nomina, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Primates, & Patriarchæ, eruperunt à gentilibus; nam apud eos, alii ſimpliciter Flamines, alii Archiflamines dicebantur. can. 1. & cap. cleros. 21. diſt. cap. 1. & ibi glo. 80. diſt. Primates verò præexcellentes dicuntur. l. 1. & ibi Lucas C. de decurio. Item Abbas, vel Abbatiſſa. (Item quis ex infra) Epiſcopus vel Abbas, vel Abbatiſſa, inueſtituram cuiuſuis feudi, quod alius detinebat, ea tamen lege alicui dederit, vt poſt deceſſum eius qui poſſidet, habeat: ſi ante deceſſit Ar-
2 chiepiſcopus, vel Epiſcopus † (de quorũ laudibus. clem. 1. §. nec ſuper. in fin. vbi Zabar. de pœnis.) quã ille qui feudũ poſſidebat, ſucceſſores: (Succeſſores, deceſſores, & prædeceſſores ſunt ſinonima. Ioan. An. in cap. fin. in prin. de pactis, in 6. Aluar. hic nu. 2. circ. prin. licèt deceſſor propriè ſit is qui deceſſit nullo medio interueniente. Archi. in cap. fin. poſt medi. 51. diſt. & de hoc l. ſi quidem. de aggreſſione in vico facta. in Longo. ſed confundunt, & ſæpe ſumitur vnum pro alio. Arch. in cap. valde. 94. diſ.) non cogitur eam inueſtituram facere vel confirmare. cap. 1. Per quos fiat inueſt. nam cum nõ ſint hæredes ſui prædeceſſoris, nec loco hæredis habeantur, licet ſint ſucceſſores in dignitate. Pau. de Caſtr. in conſi. 173. num. 2. cir. medi. 2. volum. non teneãtur placitis ſtare, nec illorum debita ſoluere. Afflic. Qui ſucceſſo. teneant. lo 2. nume. 24. Vltra quòd prædeceſſores non poterant diſponere in futurum tempus, in præiudicium ſucceſſoris: nec aliquid facere per quod ſupplantet ſucceſſores. Immò poſtquàm deſinunt eſſe prælati, non poſſunt etiam per viam declarationis præiudicare ſucceſſori: facultas enim prælati non ſe habet ad futura. Præpoſ. hic nume. 2 ante & poſt. Et ſic gratia feudi non deuoluti, non dicitur perfecta; ita vt ſucceſſorem obliget, tam ſi promittit, quàm conſentit: nam non eſt apertienda via prælatis ſupplantãdi ſucceſſores, atque auferendi poteſtatem diſponendi de feudis. & ſicut non nocet factum ipſius agnatis: ita nec ſucceſſori (licèt ſit maior ratio, fauore eccleſiæ, et poſſit dari actio contra hæredes.) præiudicare in quærendis non in quæſitis, & obliget ſucceſſorem ex contractu, ſi eſt factus in vtilitatem eccleſiæ. Hieron. Gabri. in conſi. 1. poſt nu. 15. 43. circ. fin. vſque ad 55. aliàs non tenet, etiam ſi pares curiæ adſint teſtes, vel breui teſtatum. de quibus in dict. §. ſi verò, niſi qui inueſtituram accepit, in poſſeſſionem miſſus eſt: nam poſſidere lõge commodius eſt, quàm petere. Ioan. An. in cap. ſi à ſede. circ. fin. de præben. in 6. & differt à detentione & habitu. Caſſa. in conſi. Burgu. rubr. 11. §. 6. Ibi, contra. lo 2. Eo conſentiente qui de ioct. (l. fin. C. de pactis. Sed ſi.) Quæ eſt dictio aduerſatiua, et non portat idem ius. Iaſ. in leg. 1. §. ſi tibi. nume 4. circ. fin. de condict. ob turpem cau. Ille qui feudum poſſidet prius deceſſerit.) ſecuta poſſeſſione, gratia eſt perfecta, & obligat ſucceſſorem. l. ſi dominus. quæ eſt antepenult. de vſufru. & quemadmodũ quis vtatur. licèt alibi teſtamentum dicatur perfectum etiam quod mutari poſſit. Hieron. Gabri. in dict. conſi. 1. nume. 26. & poſt nume. 37. 40. circ. fin. & 42. (Rare) id eſt effectu. glo. 1. in l. non numquàm. ff. de legat. præſta. (Cogitur,) Etiam per actum iudiciale. Ioan. An. in cap. 1. nume. 5. in fin. de officio delegat. in 6. (Eam ratam habere,) Quòd fit non ſolum verbis, ſed etiam actu. l. Paulus. ff. rem ratam habe. (Laici verò) à laos, Græcè quod eſt populus. Et eorum appellatione veniunt etiam clerici. Caſſa. in conſil. Burgu. rubr. 13. §. 5. in princ. nume. 9. Vnde laici, id eſt populares, vel lapidei reſpectu clericorum: nam, laos, lapis interpretatur. Archi. in cap. duo. in pri. 12. quæſt. 1. (Omoimodo,) Quod habet pleniſſimum ſignificatum, ſicut, Quodlibet. in conſi. feud. diuer. 57. poſt num. 7. & ſic indiſtinctè, ſecundum Bal. hic in prin. (Adimplere,) Quaſi perfectè implere. Ioan. An. in cap. 2. nume. 3. poſt medi. de teſtam. in 6. (Compelluntur,) Per omnem modum compulſionis, realem vel perſonalem, directam vel indirectam. glo. in clem. 2. in ver. quomodolibet. de ſent. exco. Declarato textu dubitatius reddebatur

cōſultario ex textu in cap.accepimus.de pactis. vbi non valet pactum de ſuccedendo in eccleſia pręlati viuentis: nec debet promitti antequam vacet. Immò ſcienter promotus eſt deponendus.cap.1.& 2. de conceſſio.præben.ſicut Archidiaconatus nō vacans,non poteſt nec debet in alium transferri, vel promittere ſe aliquem preſentaturum ad beneficium vacaturum.cap. poſt electionem. & fin. dict. tit.de conce.præben.

Secundò, rei quæ nondum vacat, non valet ꝓmiſſio.cap.relatum. & ibi glo.1.31.quæſt.1. vnde dominus non poteſt diſponere de vno lapide in præiudicium vaſalli viuentis. Cam. in cap.Imperialem.car.73.colum.2. poſt medi. nam eſt ſpes fundata in morte alterius, & ſic in triſti euētu iuxta illud,In morte alterius, ſpem tu tibi ponere uoli. Etiam quia eſt ſpes fallibilis, cum ipſe poſſit præmori. Pau.de Caſt. in conſi.180.colum.1.cir.med. 2.volum.

Tertiò, accipere, eſt quandocumque accipere. cap.cos.1.quæſt.1. Zabar.in clemen.vni.colum.5. cir.medi.ibi, oppono.de conſang.& affi. ergo non debet fieri differentia ſi accepit ante,vel poſt mortem.

Quartò, rei quæ nondum eſt, non poteſt conſtitui ſeruitus,glo.ponit ſimile in cap. quid nonnulli.in ver.ad futuras. de reſcriptis Rei quæ nondum eſt, non datur priuilegium. non enim prius ratio quærenda, quàm perſona.glo.fin.in cap. penul. de eccleſ.ædific. Ita Archiepiſcopus & alij non poterunt, quod nōdum eſt donare,cap. Abbat.cir.med. de ſenten. & re iudi. in 6. nec is cui donatur poteſt acceptare prius quàm vacet. cap. ne captandæ. de conceſſi.præbend.in 6.

Vltimò videtur, quòd non probe de hęreditate viuentis agatur.l.ita tamen.§.à patre.ff.ad Trebelleia. Sed contra bonos mores, & improbum eſt deſiderium.l.litem.& ſeq.C.de procura. ex quo eſt ſpecies præmatura collationis.l.1.§.ſi impuberi.in fin.ff.de colla.bono.& ſollicitus dicitur de hæreditate viuentis.l.2.§.1. de vulgar.& pupillar.l.Seia. in ver.initium.ff.de dona.cau.mor. l.ſtatius Florus.§. Cornelio Feliti.in glo.fin.de iure fiſci. & votū improbabilis mortis alterius retinere.l.de fideicōmiſſo.C.de tranſactionibus. His non obſtantibus ſeruatur contrarium, & ratio: quia hoc eſt quoddam pactum collatum in defectu iuris tertii, & non eſt de futura ſucceſſione, ſed de eius caducitate: habet hoc pactum iuris ordinem, & eſt validum. Bald.in conſi.2.num.1.ante & in fin.de feu. dato in vicem leg.cōm. Afflic. hic. poſt nume.3. & donat alioue titudo, transfert ius quod habet in illa re, ad ſuam collationem ſpectante, detentionem verò alterius non.glo.in cap.licèt.in ver.conferre. de præben. in 6.& dicitur ſpes quæſita natura ipſa feudi,& diſpoſitione legis, & ſucceſſiuè ratione iuris, & ſpei. Suadet ratio,ne ius auferri poſſit Prælato ſucceſſori. Hiero. Gabr. in dict.conſt.1.nume.64.circ.fin. ſicut quando conceduntur aliena, intelligitur, ſaluo iure directi domini.l.Item ſi verberatum.§.1,ff. de rei vendi. Quia ſtante, non obſtant contraria.

Non primum: nam ius in vacatura nemo pōt dare niſi Papa.Ioan.An.in cap.hi qui. nume.2,de præbe.in 6.ipſe dat literas ad beneficium vacaturū. Zabar.in clemc.fin.in 1.not.de reſcrip. & in clem. 2.poſt num.2.de offic.ordi. & in eo ius reſeruare. Innoc. in cap.cum dilectus. de iure patro. Secundum non obſtat, nam iure iſto conſuetudinario admittitur, quod poſſit quis inueſtire alium, non ſolum in caſu mortis & caducitatis, ſed quādocūque ad eum reuertitur. Socin. in conſt.73.poſt nu. 3.3.volum.& in conſi.53.nume.3. eo.vol. Tertiū non militat: nam difficilius conſtituitur ius in vacatura,quàm in vacante.glo. in cap.ſi poſtquam. in ver.vacaturam. de præben. 6. nec datur ſub conditione.cap.ſi tibi.in ver.perſonam.eo.tit.de pręben. in 6. nemo enim poteſt poni in loco viuentis.l.2. in vero. alius.ff.de decurio. & ſolus Papa concedit vacaturam certi hominis. Affli.in dict.cap.2.num. 16.cir.fin.de feudo dato in uicem legis cōmi.& in cap.moribus.num.4.ſi de feud.fuerit contro. inter domi. & ag. adeò quod non poteſt alicui cōmitti. glo.in cap.penul.in ver. cuicumque. de offic.lega. in 6. nec conſtitui vicarius cum tali poteſtate. not. in cap.fin.in fin.de offi.vica.eo. lib. 6. & fauorabilior eſt expectatio vacationis per creationē, quàm per mortem.glo.1. & fin.cir.princ.in clemē.fin.de reſcriptis. Non obſtat quartum; nam de feudo nondum aperto pōt fieri inueſtitura: ſcilicet quando apperietur. Aluar.infra. Qui ſucceſſ.tene. lo 2. nume.1. & ſic de ſpe.Affli. de cleri. qui inueſti. fecit. poſt pri.& in 2.not. Vltimum non obſtat: nā in feudis valet pactum futuræ ſucceſſionis. Boe.in deciſ.204.nume.6. etiam ſi fiat inter duos in defectu iuris tertii. Afflic. in dict.tit. Qui ſucce.tene. lo 2.in 2.not.poſt nume.2. & in dict.cap.2.in pri. not.nume.1.de feu. dato in vicem legis cōm. & ſic firma remanet concluſio, quòd ſucceſſor Prælati quando inueſtitura eſt perfecta, tenetur illam habere ratā: laici vero ſemper coguntur adimplere.

Amplia quòd non ſolum non poſſet infeudare in pręiudicium ſucceſſoris. Capi. in ſua inueſt.in ver. feudum dant. in 8. conclu. verum etiam nec conferre, locare, uel hipothecare in præiudicium & ſine conſenſu eius qui tenet. Bald.in cap.ſi quis. in princ. vſque ad nume. 5. Quo tempore miles. Amplia & ſecundò, etiam ſi fiat per viam remunerationis.Hierony.Gabr.in dict.conſi.1. poſt num. 49. quia remuneratio re integra extinguitur ſuperueniente morte. l. ſi quidem. C. de actio. empti. Tertiò, ſicut non poteſt dari aſpettatiua ſuper præbenda, ita nec in officio. Socin. in dict. conſil. 53.num.2.& 4.3.volum. & ſucceſſor in epiſcopatu, non tenetur ſtare ammortizationi factæ a prędeceſſore ſuo, ſed poteſt facere rem poni in manū idoneam, ſecundum naturam veteris inueſtituræ: niſi eſſet facta ex vtili & neceſſaria cauſa ſuperioris decreto vel conſenſu confirmata. glo.Para.titu.1. §.41.num.80.vbi idem in marito,& tutore.nu.79.

Limita tamen, procedere ſi inueſtiatur ſub conditione: nam pure non poteſt inueſtiri de feudo alieno. Paul. de Caſtr. in conſi. 390. circ. princ. 2. volum. Item ſi inueſtitura primi fuit ſimplex: ſecus ſi ad certum tempus,& tempus eſt finitum:nā tunc dominus pōt alteri concedere, & ſi vacat non eſt neceſſe qđ citetur poſſeſſor in eius conceſſione. Afflic.in deciſ.392.nu.18. & tenetur ſucceſſor qñ inueſtitura eſt conſummata, & ſuū ſortita effectū: vel feudum eſt appertum inueſtiente adhuc viuo. Aluar.in c.1.num.1. & poſt, infra de contē. inter domi. & vaſa. Succeſſor enim non pōt retractare actus perfectos & cōſummatos.Affli.in c.1.nu.13. Epiſc. vel Abba.gratia qñ eſt perfecta, non expirat per mortem concedentis. Bald.in leg. beneficium.

poſt

poſt nume. 3. de conſtitu. princip. Præpoſ. hic nume. 4. niſi in caſu, cap. ſi cui, lo vlti. vbi not. de præben. in ſexto.

Limita etiam in feudo in quo nõ eſt ſucceſſor. d. c. 2. de feudo dato inuicem legis com. & procedit in Archiepiſcopo & alijs: ſecus in Papa, qui concedit proxime vacaturam. gl. in c. quamuis. in ver. proxime. de reſcriptis. in 6. dat ius ad beneficia vacatura, iſta quod promiſſio afficit beneficium & ligat manus collatoris. not. in cap. vbi. eodem titu. de reſcriptis. in 6. ſed non in regno Franciæ. no. in c. ſi clericus. de præb. eo. lib. 6.

Limita vltimò in obligatione reali & perpetua: ſecus in actione perſonali. gloſ. & Bald. hic nume. 12. nam obligatio perſonalis, non tranſit in ſucceſſorem clericum, cui prædeceſſor nocere non poteſt. Hiero. Gabri. in d. conſi. pri. num. 72. inſuper dictum in laico quod ſemper teneatur, procedit etiam in Imperatore, qui non reſcindit ſine cauſa, id quod ipſe vel anteceſſores eius legitime fecerunt. Nec reſcindit beneficia quæ tranſierunt in in effectum ſuum perfectum: Sed debet habere ratas conceſſiones ſuas, nec venire contra fidem prædeceſſorum. Bald. in conſ. 326. num. 5. & 333. num. 1. cir. pri. pri. volum. Idem in Rege, qui ſi cõceſſit feudum, ſucceſſor tenetur obſeruare. Bald ſupra in pri. rub. in ver. Marchio. poſt nume. 8. &. licet non iniungat ſucceſſori neceſſitatem: tamen tenet ſi non reuocat. Idem Bald. de pace Conſtan. in ver. amplius. poſt nume. 1. etiam quòd non teneatur habere ratam inueſtituram prædeceſſoris. Præpo. hic num. 5.

Amplia in quolibet habente dignitatem, quia ſucceſſor in illa tenetur. Lucas remiſſiue in l. prouidendum. in fin. C. de decurio. Multa pro & contra, idem Lucas in leg. 2. poſt pri. vſque in fi. C. de fun. rei priua.

Limita tamẽ quando prædeceſſor facit ea quæ ſunt de natura vel conſuetudine. Afflict. in ca. in generali. poſt nume. 25. ſi de feudo fuerit contro. inter domi. & ag.

Limita etiam non procedere in Rege erecto a populo, qui non dicitur hæres prædeceſſoris. Loffred. in conſ. 38. poſt num. 18. ſicut Rex Portugalliæ, qui occupauit regnum, non tenetur ad debita prædeceſſoris. Bald. in conſ. 271. pri. volum. licet teneatur ſoluere debita pro vtilitate regni contracta. Ludo. de Moli. de Hiſpa. primog. lib. 1. c. 3. num. 10. 15. cir. medi. 16. 30. 31. & poſt num. 32. & in alienatione rerum ad regnum pertinentium, obligat Regem ſucceſſorem in regno. Loffred. in conſi. 1. num. 66. nec Princeps quod per prædeceſſorem actum eſt ſine cauſa irritare debet. Lucas in l. penul. columna prima poſt medi. Cod. de decurionibus.

Vltimo limita, non procedere quando ſuccedit fiſcus: quia æquiperatur prælato & non hæredi. Bald. qui ſucceſſ. tene. lo 2. poſt num. 4. & Affli. in quarto not.

Nota, quod bene fit a prędeceſſore, ratum debet habere ſucceſſor: & quod male fit, reuocare poteſt. Archi. in ca. deceſſorum. 25. quęſt. 2. tenetur emendare quod ſuus prædeceſſor illicite ſtatuit. Idem Archid. in c. fin. in pri. 24. quęſt. 2. non obligat. imo tenetur reuocare. Abb. in c. 2. pri. not. de precarijs, & quod licite fecit tenetur obſeruare; ſed omiſſum ab eo non tenetur ſupplere. Hiero. Gabri. in d. conſ. 1. num. 56. vnde ſi contractus eſt celebratus pro vtilitate eccleſiæ, & pecunia eſt verſa in eius emolumentum, tenetur ſucceſſor ſtare eidem. Zaba. in clemen. 1. in ver. verum. poſt num. 2. de rebus eccle. non aliena. Idem ſi mutuatur pro vtilitate dignitatis, nam tunc tenetur ſucceſſor. Et ſufficit probare cauſam ſubeſſe, etiam quòd non conſtet eſſe verſam in illam cauſam. in conſi. feu. diuer. 17. per tot. & 18. num. 1. An Abbas poſſit conueniri pro contractu monachi: diſtingue vt per Zabarel. in clemen. religioſus. num. 10. de procurato. Filius vel monachus obligat patrem vel monaſterium pro libris ex cauſa ſtudij, vſque ad concurrentem quantitatem quam ſoliti ſunt dare. Archid. in c. cum paſtoris. 2. quæſt. 7. Vtrum monachus poſſit obligare libros, monaſterium, vel facere elemoſinam. Abb. in ca. ex parte. nu. 7. & 8. de accuſationibus. An autem ſucceſſor prælati teneatur ſoluere debita. Aluarot. hic. num. 2. in fi. & 3.

Nota etiam, quòd ſucceſſores licèt fingantur eędem perſonæ cum prædeceſſoribus: in canonicis tamen ſecus. Inno. in c. quòd ſicut. poſt num. 5. de electione, tenetur tamen vti ſucceſſor vniuerſalis ſpeciali fauore amplecti omnes illos, quos nouerit ſuo prædeceſſori fideliter paruiſſe. Archid. in c. alienationes. colum. 3. in fi. per textum in ca. ſeq. 12. quęſt. 2.

Nota quòd prælatus licèt poſſit infeudare res eccleſiæ, de quibus ſi conſuetudo. Limita niſi alio adhuc poſſidente inueſtiret. Iaſ. ſupra titu. pri. de his qui feu. dare poſſ. num. 11. & 12. nec ita concedere vt alienare poſſet ſine conſenſu, vel formam ſolitam alterare. Hiero. Gabri. in d. conſi. pri. num. 9. & 10. non poſſet infeudare non ſolita. Rex verò poſſet concedere infeudum non ſolita conced. Soci. in conſ. 4. poſt nu. 19. 3. vol.

Vltimò nota, quòd contractus Principis, etiam quòd regulariter non tranſeat in ſucceſſorem, eſt verum, niſi ſiant ea quæ ſunt de natura vel conſuetudine ſui officij. Curt. in tract. feu. in 2. quæſt. in fi. 2. par. pri. dum tractat de laicis, qui poſſunt dare in feu. an teneantur habere ratum geſtum a prædeceſſore ratione officij. Quid in capitulis factis a prędeceſſore alienatione regalium, & qui venit iure hereditario vel per electionem, & in cõceſſione ad beneplacitum. Fre. de ſubfe. lib. 2. ibi, vigeſimo ſeptimo quæro. nume. 2. 4. 5. 8. & 9. Et dominus qui habet directum dominium, poteſt inueſtire tertium de feudo, quod tenet Caius ratione vtilis dominij. Afflict. hic in 2. conclu. poſt num. 3. & tenet, quia ius vniforme non poteſt competere pluribus circa idem difformeſ; ſic Zaba. in clemen. fin. num. 2. cir. medi. de reſcriptis. Robertus & Reges de Aragonia conſueuerunt facere huiuſmodi conceſſiones. Sed in c. moribus. poſt nume. 3. ſecus dicit. Idem Afflict. ſi de feu. de fue. mili. contro. fue. quòd conſulerit quod alii tenear Rex: & intellige cum conſenſu illorum de quorum præiudicio agitur. Idem Afflict. in § præterea. num. 4. in fin. quibus modis feud. amit. & ſic de eodem feudo poſſunt inueſtiri plures, diuerſis reſpectibus. Afflict. in d. c. 2. in 3. not. num. 18. de feu. dato in uicem leg. com. & vtraque valet, quia ambæ compatiuntur. Bald. in conſ. 327. nume. 12. pri. volum. & ſuſtinetur donec præſtari poteſt. l. ſi. in fin. de actio. emp. Quid ſi prælatus locauit fructus, an

obliget

obliget ſucceſſorem in eccleſia. Inno. in c. ſi. ne præ lati uices ſuas. diſtingue vt per Pau. de Caſt. in conſil. 2. nume. 3. pri. volum. Aut contraxit nomine ſuo vel eccleſiæ. Primo caſu, aut fuit ſeruata ſollemnitas, & tenentur ſucceſſur. Aut non fuit ſeruata, & ſecus. ſecundo caſu, aut pro vtilitate eccleſiæ, & ligat ſucceſſorem: aut dubitatur, & in dubio præſumitur pro eccleſia prædicta in legitimis adminiſtratoribus, ſecus in habentibus ſolum vſum. Bald. in l. prætor. in ſecunda reper. poſt num. 1. ff. de edendo, & ſi iurauit iuramento ſuo ſe ipſum nō eccleſiam potuit obligare. c. per tuas. de arbitris. Quid in compromiſſo. Bal. in l. ſedinter pellatur. 1. rep. §. fi. ff. de arbitris. ſindicus fugitiuus an obliget Abbatem. glo. & Bald. in l. ſi non ſortem. §. qui filio, de condic. indeb. Iſer. allegat primo loco concordantia: poſtea ex intentione textus, facit differentiam inter inueſtituram prælati, ab illa laici. Nam ſi prælatus moritur antequā is qui tenet feudum, conceſſio expirat: quia ſucceſſor in prælatura non habet cauſam a prædeceſſore, ſed ab electione, vt per Iſer. hic. Succeſſio enim non habet locum in eccleſia. c. ex tranſmiſſa. de filijs præsbi. c. ad hæc. de decimis. ca. conſuluit. de iure patro. Et ſucceſſiue non tenetur ſucceſſor, niſi inueſtitus fuerit immiſſus in poſſeſſione viuēte prælato, & cum conſenſu eius, qui tenebat feudum, ſi eſt laicus, hęres tenetur habere ratum. l. 3. C. de rebus alie non alienan. dummodo is qui tenebat decedat nō ſine hęrede legitimo. c. ſiquis inueſtitus. Qui ſucceſſo. tene. lo 2. æquiperantur tamen prælatus & laicus in hoc: nam ſi pure inueſtiuit aliquem de eo quod alius tenet ab eis, non valet. c. pr. de cleri. qui inueſt. fecit. & dictum ſupra de conſenſu eius qui tenet, intellige de expreſſo: nec ſufficit præſentia: quia tractatur de præiuditio alterius. Aluarot. hic cir. fin. poſt num. 8. nec intelligitur renunciare iuri ſuo, ſi poteſt capi alia cōiectura. in conſ. feu. diuer. pri. num. 145. licet de iure com. ſi vaſallus alienet ſciente & patiente domino, cenſetur conſentire, niſi erret. Iaſ. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. num. 33. de lega. pri. Et quod eſt dictum in poſſeſſione, non haberet locum ſi conceſſionarius eſſet clandeſtine inductus in poſſeſſionem per concedentem: quia in rebus alienis non poteſt quicquam fieri, ſine conſenſu eius ad quem pertinent. Et reſpondet ad l. ſi fundum. de fundo dotali. quæ probat, iuncta gloſ. in ver. periculi. in fin. Et dum Iſer. dicit, totum erat vendentis; dic vxoris, & ibi, quod dat emptori, dic, marito.

Quæro an ſucceſſor prælati tenetur ſtare contractui facto per prædeceſſorem? & dic quòd quidam ſunt contractus perpetui permiſſi, vt feudum & emphiteoſis, & iſti ſi ſunt celebrati more ſolito quia ſunt de natura vel conſuetudine officij. Bald. in l. prima, in repet. in pri. ff. de conſtitu. princip. & tranſeunt ad ſucceſſorem, ſi contractus a principio tenuit, ut hic. Quidam ſunt contractus perpetui prohibiti ut ſi vellet prælatus de nouo infeudare. vel dare in emphiteoſim res non ſolitas; tunc ipſe hec ſucceſſor tenetur habere ratum, ſicut ſi iuraſſet non alienare Romano Pontifice inconſulto: tunc ſi fit ſine illius authoritate non tenet. Bal. in conſi. 457. num. 1. 1. volum. Abb. in c. vt ſuper. num. 8. & 15. 16. & 17. de rebus eccle. nō alienan. Quandoque contrahit prælatus & Capitulum: & tunc aut tractatur de alienatione proprietatis, & non tenet, niſi ſeruatis ſolemnitatibus de quibus in cap. primo de rebus eccle. non alien. in 6. Quid ſi vendat vel donet rem menſę ſuę capitulo. Abb. in ca. poſſeſſiones num. 3. d. tit. de rebus eccle. non alienan. Et tenetur ſucceſſor ſtare cōtractui, ſi prę latus nomine eccleſiæ, & pro illius vtilitate contraxiſſet, & pecunia inde recepta in vtilitatem eccleſiæ fuiſſet verſa; aliàs ſecus ſi non pro utilitate eccleſiæ, ſed vt ipſe tanquam pręlatus perciperet. glo. 2. in c. fin. ne prælati vices ſuas. ſi eſt contra vel præter conſuetudinem, non tenet conceſſio. Bald. in conſi. 475. nume. 1. 3. & 5. 1. volum. in iſtis caſibus ſucceſſor poteſt corrigere, & non tenetur confirmare factum anteceſſores ſui. gloſ. 1. in ca. ſi Epiſcopus. lo 2. 11. quęſt. 3. Quid ſi eſt trāſlatus ad aliud beneficiū §. ſi contraxit ratione perſonę & beneficij, tenetur ex veteri contractu: ſecus ſi contemplatione beneficij tantum. Bald. in l. prætor. in pri. repet. §. ſi. etiam. ff. de edendo.

Inſuper quia tractauimus de prælatis, & feudis, & Papa cum omni prælato in poteſtate & iuriſdictione concurrit. Bald. ſupra, de his qui feudare poſſu. in pri. poſt num. 2. & feudum eſt gratia: Cam. in ca. Imperialem. in pri. colum. 23. circa pri. Ideo ſi gratia fit per Papam, & gratia eſt perfecta, non expirat morte concedentis. Abb. in c. ex tua. num. 4. cum addi. ad eum. de filiis præsb. Idem ſi fiat viuæ vocis oraculo, debent tamen tempore ſucceſſoris expediri literæ, facta mentione diſpenſationis per prædeceſſorem factæ. Loffred. in cap. Imperialis, colum. 2. poſt pri. de prohi. feud. alien. per Loth. Expirat tamen ſi tempore impetrationis non ſit ſubiectum ſuper quo fundetur gratia: puta, ſi tempore datę mortuus eſt is cui conceditur, vel is contra quem concedebatur. Abb. in ca. quia nonnulli. poſt num. 8. de reſcriptis, & attenditur in ijs tempus datæ, & non vacationis. not. in ca. ſi eo tempore. de reſcriptis. in 6. Expirat etiā & per acceptationem. Bald. in conſ. 228. 4. volum. Non pręſumitur tamen voluiſſe tollere ius quæſitum non ſubditis laicis. Paulus de Caſt. in conſi. 290. poſt num. 3. 2. volum. Prædicta volui dixiſſe, quia penes Papam omnia beneficia ſunt manualia. Bal. in l. reſcripta. num. 8. cir. fin. C. de preci. Impera. offer. Cap. in ſua inueſt. in ver. feudum. dant. in pri. amplia. Ipſe ſolus confert ius in vacaturis. glo. in extra. Io. ſedes Apoſtolica. in ver. vacaturis. de conceſſ. præbend. alij prælati nihil plus poſſunt contra ſucceſſores, quàm contra agnatos, licet feudatarij maius ius habeant uſufructuario. Hieron. Gabriel. in dicto conſilio primo, poſt numerum 63. & 64.

Iſer. ibi, Item an per huiuſmodi, quærit ſi is qui tenet feudum patitur alium inueſtiri, uel induci in poſſeſſionem, ſi per huiuſmodi conſenſum perdat ius ſuum? & tenet quod ſic: nam conſenſus operatur ualiditatem alienationis, quæ aliàs non ualeret: nec dominus conſentiens uidetur remittere ius ſuum. Prępo. in §. Item qui domino. in fi. Quę ſit pri. cau. bene. amit. vnde is qui tenet, dum alij conſentit, iura ſua perdit. l. cum quidam. C. de admi. tuto. perdit iura ſua & aliena fortificat. gloſ. in c. ſi Titius, ſi de feu. fuerit cōtro. inter domi. & ag. ſibi & iura ſua pręiudicat, & non alteri. Pernus in conſ. 14. colum. 5. in fi. & 6. in pri. & dominus conſentiendo alienationi rei ſuę, ſibi pręiudicat. Abb.

in c.nuper a nobis.num.7. de donat. inter uirum
& vxo. Vnde ſi vaſallus vel emphiteota alienat, &
dominus conſentit, ſibi præiudicat in totum. Iaſ. in
l. ſi fundum per fideicommiſſum. num.32. de le-
ga.1. & quod uidetur remittere totum ius ſuum.
Afflict. ili deciſ.112. in fin. Si permittit dominus
vaſallum vendere feudum, videtur remittere to-
tum ius, adeo quod non poteſt agere ad precium.
Alberi. in l. & deſinit. ſolut. matri. dicitur perdere
quaſi ex donatione. Bald. in conſi.382. num.3.5.
volum. conſentiendo donationi rei ſuæ, ipſe vide-
tur donare. Affl. in d. c. ſi Titius. num.13. nā quod
agitur, probare dicitur, hoc eſt authorem fieri. l. e-
tiam. de auto. tuto. & conſenſus accommodatus
ad vnam ſpeciem contractus porrigitur ad aliam.
Bald. in l. ſicut. §. ſedis. ff. quibus mod. pig. vel hi-
pothe. ſolui.

Sed contrarium eſt verius: nam ſi dominus cō-
ſentijt emphiteotę vel vaſallo, ut poſſit alienare,
non deſinit eſſe emphiteoſis vel feudum: quia do
minus non conſentit vt perdat dominium dire-
ctum, ſed ut ille poſſit dominium utile in alium
transferre. Pau. de Caſt. in l. dotalem. num.4. ſolu.
mat. tollit obſtaculum, ſicut in iuramento mino-
ris. Prępo. in §. Item ſacramenta num.4. cir. fin. de
pace iura. firma. & in conſenſu offenſi. pri. addi. ad
Specu. in tit. de accuſatore. cir. fin. quid ſit obſtacu
lum. Bald. in l. emancipati. in 2. rep. poſt num.1. de
adoptioni. & in ſimi. officium iudicis impetratur
ad remotionem obſtaculi. Idem Bald. in rub. ff. de
interog. actio. & operatur vt teneatur inueſtire eū
in quem ſit alienatur. Hieron. Gabri. d. conſil.1
6 poſt nume.32. & 72. † & Rex pręſtando aſſen-
ſum in venditione feudi, cenſetur illum de feudo
inueſtituiſſe. præſumptam donationem, quæ in-
ſurgit ex aſſenſu. Fred. de ſubſe. lib.2. ibi, hic quæ-
ro de noua quæſtione, num.12. & aſſentiendo ni
hil aliud intēdit, quam ſequi voluntatem alienan
tis. Idem Fre. vbi ſupra quæſt.10. nume.6. & non
trahitur ad alium effectum, ſed ſi conſenſit domi-
no alienantis, iſte conſenſus trahitur ad vtile do-
minium ipſius vaſalli: non autem extenditur circa
directum ipſius domini; quia ad iſtum effectum
non fuit inueſtitus. Præpo. in §. præterea. circa pri.
Quibus modis feu. amit. lo pri. Vnde qui conſen-
ſit iura ſua perdit. Intellige, quando conſentit in
iure ſuo transferendo in alium; ſecus ſi conſenſus
non ſit ad eum effectum. & præiudicat in expreſ-
ſo, ſecus in tacito: cum deſtinctione de qua Alua-
rot. in d. §. præterea. num.2. nec excluditur ab om
ni iure ſuo, vt per Afflict. in d. Deciſ.112. ſed ab il-
lo iure dūtaxat, quod oritur ex eo, videlicet quod
inuito vel irrequiſito domino vendatur. glo. Pariſ.
tit.1. §.23. poſt num.7. & priuatur per conſenſum
iure ſuo. Aluaro. infra, An agnatus. poſt num.3. &
7. cir. medi. Quando conſentit alienanti rem ſuā,
vel ratificat alienationem factam, & ſi dat faculta-
tem quòd poſſit dare cui velit, tranſit in empto-
rem directum dominium & poſſeſſio. Idem Alua
rot. de feu. non habente propriam feud. natu. poſt
num.4. aliàs qui habet plura remedia, & poſſit v-
troque vti, l. ſi a te. ſi ſerui. vendi. tamen vnum re-
mittendo, non perdit aliud. Bald. in conſ.161. nu.
pri. cir. fin.5. volum. & ſi perdit vnum, admittitur
ad reliquum. l. iure mariti. in ſum. C. ad legem Iuli.
de adulte. repudiato. uno iure non videtur repu-
diatum aliud quod obuenit ex alia radice. Bald. in
l. ſi ſeruo me. de lega.1. & l. ſi mihi de leg.2. Duas
habens inueſtituras in diuerſis codicibus, ſi renun
ciat vni, remanet altera. Barba. in add.1. ad Bal. in
§. ſi uerò. ſupra, de feu. guar. Cap. in ſua inueſt. in
ver. feudorum inueſtiturę. ibi, inueſtituræ duæ, Ia
cobi. in ver. & vnus ex dictis vaſallis, nu.12. In dua
bus ſeruitutibus, ſi vna remittitur, altera remanet.
l. ſi domus. de ſeruitu. urbano. prędi. Specul. titul.
de diſpenſationibus. §.10. num.15. in fi. ex duobus
impedimentis non ſufficit ceſſare vnum altero re-
manente. Bal. in l. ſi cum. §. pri. ff. ſi quis cau. quia il
lud ſolum reſeruat prohibitionis effectum, in l. li-
berorum. §. & ſi talis. in pri. de his qui not. infa. Ha
bens duo priuilegia, aſſenſus pro eadem cauſa, ſi
reſpectu vnius eſt poſterior, poteſt ſe adiuuare ex
primo. Fred. de ſubſe. lib.2. ibi, vigeſimo ſecundo,
cir. fin. habens plures vias, licet ſit præſcriptum in
vna, non propterea eſt præſcriptum in alia. Ioan.
An. in c. concertationi. in fin. de appella. in 6. ſi ha-
bet duas vias diuerſas, repudiando vnam non ex-
cluditur ab alia: ſiue ambo ſint ab inteſtato, ſiue v-
na ab inteſtato, & altera ex teſtamēto. Pau. de Ca.
in conſ.395. cir. fin. pri. volum. Epiſcopus ſi pati-
tur pręſcribi contra ſe in certis iuribus, non amit-
tit alia quæ ſunt diuerſa. Idem Pau. in conſil.407.
cir. fin. poſt num.7. eo. volum. Mora in vno reme-
dio aliud non excludit. Bald. in l. Item ſi, in pri. re-
pet. in pri. de aliena. iudicij mut. cau. factis. patien-
tia in vno, non debet trahi ad conſequentiam in
alio, in l. ſi cum meus. ff. ſi ſerui. vēdicet. de reſerua
tione iterum agendi ex alio capitu. l. ſi tamen, &
ibi Bald. in fi. videlicet edicto. Qui plures habet ex
cuſationes, ſi in vna non probet, alijs vti intra tem
pus non prohibetur. gl. optim. in fi. in l. circa. ff. de
probationibus. Qui habet ius ex teſtamento, ſi ni-
titur inſtrumento dotis, & ſic iure incompetente,
non perdit ius competens: habens duo inſtrumen-
ta ſi petit vnum ex equi, ex alio, ex quo ſe non fun
dauit non poteſt in eadem inſtantia obtinere. Bal.
in l. bebius. colum.1. in fin. & 2. poſt pri. ff. de pa-
ctis dotalibus. Priuilegium ſi continet plura capitu
la æque principaliter, licet quis renunciet quo ad
vnum, videtur remanere quoad alterum; niſi vnū
eſſet principale, & aliud acceſſorium. Idem Paul.
in conſi.432. num.7. eo. volum. Præſtito conſen-
ſu in alienatione rei hipothecatæ, perditur ius hi-
pothecę in illa re tantum, ſecus in alijs. Idem Pau.
in conſi.70. nu.1.2. volum. ſi quis habet plures e-
tiam idoneos titulos, non tenetur omnibus vti, ſed
vtrouis illorum voluerit: habet tamen electionē
ſine alterius fraude. gloſ.3. Pariſ. titu.2. §.51. poſt
num.13. Cum ſunt duæ vel plures cauſæ, ſufficit
quòd ad minus vna remaneat, & ſi vna tollitur &
remanet altera, remanet etiam firma diſpoſitio.
Caſſa. in conſu. burgu. rub.4. §.13. num.3. ſi tolli-
tur vna remanet alia. gloſ. Pariſ.9. titu. pri. §. pri.
poſt num.38. ſicut ſi ſunt duæ rationes; & una
tollatur, altera remanet. §. ſi uerò altera. in ver. cō
fuſionem. Auth. de nuptijs, ſimil. ponit Lucas in l.
mulieres. colum.7. cir. fin. de incolis. Bald. in conſ.
52. poſt num.3.5. volum. Et ſic conſenſus præſti-
tus ad vnum effectum, non debet operari alium.
Idem Bald. infr. an agnat. colum. pen. in pri. poſt
num.19. & de allodijs. c.5. poſt num.8. tanto ma-
gis ſi conſentijt vt transferatur in alium, & non ad
alium finem. Affli. in d. §. præterea. in 2. not. num.
16. cir. fin. Quibus modis feu. amit. Idem ſi non fe

eſt proprio nomine,ſed accommodauit ſolum nu
dum miniſterium. Bald. in conſil. 333. poſt pri. 5.
volum, & per vaſallum cum conſenſu domini, a-
liàs non tenet, ſicut in permutatione. Affli. in c. 2.
in 2. not. Quo tempore miles. ſuperioris authori-
tas purgat vitium. Archid. in c. quamuis, cir. fin. 1.
quæſt. 2. per licentiam tollitur impedimentum.
Zaba. in clemen. fin. num. 5. poſt medi. de electio-
ne. contractum temporalem reddit perpetuum.
Pau. de Caſtr. in conſi. 4. poſt nume. 4. p. 1. volum.
prodeſt emptori & hæredibus, etiam quod de eis
nihil ſit dictum. Fred. de for. mu. inueſti. lib. 1. ibi,
ſed poſtquam, num. 5. cir. fin. durat perpetuò pro
accipiente & hæredibus. Idem Fred. lib. 2. ibi, vi-
geſima nona authoritas. poſt num. 8. pro accepto-
re & liberis, ac ſi feudum principaliter conceſſiſ-
ſet. Aluaro. in §. & ſi clientulus, nume. pri. in fi.
de alien. feud. pro acceptore in perpetuum & eius
liberis. Soc. in conſil. 96. num. pri. in pri. 3. volum.
tollit obſtaculum: eo ipſo quòd Rex aſſentit abſo
lutus eſt contractus, & lex operatur effectum ſuum.
Fred. vbi ſup. 2. ibi, vigeſimo nono quæro. poſt nu-
me. 3. perficit geſta contrahentium. ibi, trigeſimo
quæro. poſt num. 4. purgat omne vitium. Zabar.
in clemen. vni. num. 7. in fin. de rerum per mu. ante
aſſenſum nullum eſt ius quæſitum: per ſuum con
ſenſum perficit ſubſtantiam contractus. Fred. vbi
ſupra lib. 2. ibi, pluribus. num. 32. cir. medi. & 58.
& Rex perficit actũ, cõcurrente voluntate alterius.
Idẽ Fre. vbi ſup. ibi, ſupereſt, vt aliqua in materia
aſſenſus, nume. 7. in pri. eſt relaxatio iuris prohibi
tiui. Idem Fred. vbi ſupra, ibi, tertiò quæro, co-
lum. 2. circa medi. eſt diſpenſatio quæ a uento ex
leui fronde conteritur & proſternitur. Fred. ibi, vi
geſimoſextò quæro. in fin. & dicitur actus per v-
num celebratus, qui pro ſui vltima perfectione a-
pud alium duplicatur. In ſimili add. ad Specu. in ti
tu. de inſtrumen. edi. in §. 14. in ver. ſubſcribat, vo-
rum debet id quod ratificatur eſſe impotentia reci
piendi ſubſtantiam vel qualitatem a confirmante.
Bald. ad Specu. in ti. de appella. cir. pri. primæ add.
alias ſi non valet principale, non valet quod ei a-
diungitur. Bald. ponit ſimil. in l. legata inutiliter.
cir. pri. de lega. pri. quia requiritur quædam habili
tas tempore confirmationis, in ſimi. idem Bald. in
l. qui balneum. §. fin. ff. qui potior. & pig. Vnde ver
ba aſſenſus ſequi debemus, ſicut canis leporẽ, vt
refert addi. ad Odofred. in Sum. Quibus modis.
feu. ami. in ver. in conſtitutione. cir. medi. Et cauſæ
expreſſæ in aſſenſu, debent verificari: & ſi una eſt
vera, & alia non irritatur: Ideo debet eſſe cautus,
qui petit aſſenſum, vt non inſerat multa quæ pro-
bare non poteſt. Fred. vbi ſupra. lib. 2. ibi, 26. quę-
ro. num. 4. Et qualificat ipſum feudum ſecundum
qualitatem conſenſus. Aluaro. in §. profectò. in 1.
no. ante nume. 1. Quid iuris ſi poſt alie. feudi illud
recuperaret. Requiritur quando ſuperior poteſt
contradicere & ceſſionem impedire. Pau. de Caſt.
in conſi. 272. colum. 2. in fin. 1. volum. & ſi non va
let diſpoſitio in aliquorum præiudicio, requiritur
illorum aſſenſus. in conſi. feud. & uerſ. 8. poſt nu-
me. 3. ex ratihabitione negotium attribuitur ra-
tum habenti & cenſetur factum cum omnib. qua
litatibus a dictis actu ratificato, etiam quòd di-
ſpoſita in faciẽte actum, non verificentur in ratum
habente. in d. conſ. diuer. 55. num. 2. 3. & poſt nu-
me. 23. & ratificatio non facit actum cenſeri rati-
ficantis, ſed tantum facit quòd ille actus remane-
bit validus contra conſentientem, & in eius præiu
dicium. gloſ. 6. Pariſ. nume. 1. cir. fin. ti. 1. §. 13. ap-
probatur duplici modo, eodem titu. §. 18. num. 8.
æquiperatur alienationi; licet aliud ſit concedere
feudum, & aliud permittere, vt poſſit in alium ius
ſuum transferre. Hieron. Gabri. in d. conſi. 1. poſt
num. 69. & 70. donare aliud, & aliud confirmare;
& quomodo intelligatur. Specu. cum add. ad eum,
in ti. de confirmat. vtili vel inutil. Et operatur quòd
ſi vaſallus cum parabola domini alienat, is qui e-
mit eſt ſecurus, & non poſſit venditore mortuo
dominus recuperare ab emptore: non facta diſtin
ctione, ſi ab initio conſentiat, vel poſtea ratum ha
beat. Sed non præiudicat cohæredibus vel alijs, e-
tiam quòd vnus eorum conſentiat. Sed an poſſet
recuperare ſtatim, vel poſt mortem alienantis. O-
dofred. in d. Sum. Quibus modis feu. ami. num. 57.
cir. fin. vſque ad 64. & poſt num. 129. Dum aſſen-
ſit loco approbatoris & fideiuſſoris habetur. Con
trahit, dum obligatur ex eo conſenſu, ne agat. &
tenetur ſoluere debita ipſius. Fred. vbi ſupra lib. 2.
ibi, vigeſimò quæro, num. 6. in fin. & ibi, pluribus.
num. 60. & ibi, vigeſima nona authoritas, poſt nu-
me. 9. & ſicut diſponitur de allodio prout vult, ita
& de feudo; quando dominus præſtat aſſenſum.
Fred. vbi ſupra, de forma inueſt. lib. 3. ibi, differen
tiæ inter feuda ex pacto & prouidentia, ver. ſecun-
dò, nume. 3. in pri. & in ver. 6. cir. fin. tamen quia
etiam quod eſt licitum, non eſt faciendum ſine au
thoritate ſuperioris. Archi. in cap. diaconus. 93. di
ſtin. & tunc (vt ſupra) iura ſua perdit, & aliena for
tificat. Cur. in tra. feud. in 4. par. prin. nume. 139.
cir. med. Fred. vbi ſupra, lib. 2. ibi, quartò quæro, nu
me. 3. & vaſallus vel emphiteota ſi alienat feudũ
vel fundum emphiteoticum, & dominus conſer-
uet, ſibi præiudicat quo ad rem & precium. Alex.
in l. quæ doti. num. 25. & Iaſ. num. 63. ff. ſolu. ma-
tri. conſentiendo læditur. Bald. in ſimi. in l. 3. §. ſed
vtrum. poſt nume. 2. ff. de minoribus. adeo quod
dominus perdit ſuum directum dominium, & vti
le vaſallus. Aluar. in d. §. porro. cir. fi. poſt nume. 4.
quid iuris, ſi poſt aliena. feu. vaſa. id recupe. ex eo
quòd conſentit, non dicitur fraudari. l. non vide-
tur. ff. ſi quid infra iud. patro. quod cenſetur fieri
etiam domino ſciente & patiente, niſi erratet. Iaſ.
in l. ſi fundum per fideicommiſſum, num. 33. de le
ga. pri. & præiudicat, niſi dicatur, ſaluo iure ſuo. l. ſi
7 debitor. §. primo. ff. quibus modis pig. vel hipoth.
ſolui. glo. fi. in l. ſed & ſi quid. de vſufruct. & quem
admodum quis vtat. nam quis debet ius ſuum pro
teſtari. Zabarel. in clemen. prima. num. 10. lite pẽ
den. & natura huius clauſulæ, ſaluo iure ſuo, eſt
præſeruare ius cuiuslibet, nec illi in aliquo deroga
re. in conſi. feu. diuer. 2. num. 89. cir. medi. eſt clau-
ſula ſalutaris, & ſolet apponi in omnium principũ
conceſſionibus, vt ibid. num. 116. & 117. in Princi
pe ſemper intelligitur. Afflict. in deciſ. 334. nume.
8. in regno Siciliæ, cum iſta clauſula feuda ſunt a-
lienabilia, per cap. volentes. Fred. vbi ſupra, lib. 2.
ibi, duodecimo quæro, poſt nume. 19. In cauſa Re
gis Franciæ, ſemper recipiuntur fidelitates, ſaluo
iure alterius. Iaſ. in pri. repe. feu. num. 129. cir. me
di. Tollit vitium ſubreptionis. Fred. vbi ſupra, lib.
2. ibi, ſupereſt vt aliqua in materia aſſenſus, num.
3. cir. fin. ſed non præiudicat ſibi quo ad directum
dominium: nam non reperimus quod Imperator

con-

conceſſerit caſtrum in feudum cum proprietate,
niſi vt ſit dux vel comes, Bald.in l.Imperium,in 2.
rep.colum.4.in fin, de iuriſd.omn.iud. Papa con-
cedendo vel ſupponendo alij, alieno iuri detrahe
re non intelligitur. Innoc.in cap.fin. de confirma.
vuli vel inuti,inueſtitura habet tacitam conditio-
nem a iure ſubintellectam,ſcilicet ſine præiudicio
iuris alieni: & ſi alij de dicto feudo non fuerint
prius inueſtiti,Pau.de Caſt.in conſi.72.num.2.in
& cir.fin.2.volum,& ſic conſenſit dominus, ſaluo
iure ſuo,Archid.in ca.cum longe.cir.medi.63.di-
ſtin,& dominus ſi dat licentiam vaſallo alienandi,
non præiudicat ſibi in directo dominio,maxime ſi
dicit, iure noſtro ſemper ſaluo. Cur, in tract.feu.
in 4.parte. nume.139. Immò ſi ipſe qui habet a-
ctionem directam,vendit eam,non transfert,quia
inhæret oſſibus, & de facili non tranſit. Specul.in
ti.de ceſſione actionis.§.pri.num.34. vnde ſi per-
mittit dominus vaſallo vendere rem quam habet
in feudum, videtur remittere ius ſuum, ita quod
non poſſit agere ad feudum, ſicut in emphiteota.
Bald.in l.dotalem.cir.pri.ſoluto matri.vnde quod
ſolitum eſt excipi, non venit ſub generali diſpoſi-
tione ex forma Cancellarie. Fred. vbi ſupra. lib.
2.quis dicatur Marchio,poſt num.5.priuilegia ſeu
beneficia ius alterius non exhauriunt. in conſ.feu.
diuer.2.nume.148.ſi datur poteſtas emphiteotæ
alienandi,intelligitur iuxta formam iuris, ſcilicet
domino requiſito,Soc.in l.qui Romæ. §. cohære-
des.poſt num.9.de ver.obliga.& inueſtitura ſem-
per fieri intelligitur ſine damno ſuo & ſucceſſorũ
ſuorum.Aluar.in c.2.colum.4.in pri.de feu. dato
in vicem legis commi. nec dominus cenſetur ele-
giſſe viam ad ſe impugnandum. l. 3. de teſtamen.
mili.glo.pri.Pari.poſt num.106.tit.2.§.52, ſed nõ
operatur ſuper quo eſt principaliter diſpoſitum.
Fred.vbi ſupra lib.2.ibi,vigeſimanona authoritas.
num.8.cir.fin.numquam refertur ad ea quæ ſpe-
cialiter ſeu expreſſe continentur in diſpoſitione,
ſed ſolum ad non cogitata. Nec intelligitur reſer-
uatum aliquid repugnans negotio, & in quo ap-
ponitur non impedit præſcriptionem.Sed intelligi
tur,ſi & quatenus proteſtatum ſubſiſtit, & de iu-
re fieri debet.glo.Pariſ.tit.1.§.30.num.119. lo 2.
poſt num.130.& 131.& §.44.num.27.Ideo ſi vẽ-
dit ſaluo iure alterius,tenetur de euictione.Iſer.de
lege Corra.cir.pri. nam ſi fit inueſtitura alicui per
dominum feudi, ſine conſenſu eius qui poſſidet,
non nocet illi, nec ſucceſſoribus ad quos debet
peruenire feudum poſt mortem viuentis. Deci.in
conſi.185.cir.fi. ſed dominus inueſtiens vaſallum
de re ſpectante ad alium,tenetur de euictione.Al-
uar.in c.pri.nume.2. an apud iudicem vel curiam
domi.Et clauſula,ſine præiudicio iuris alieni,intel
ligitur in non expreſſis.Gra.in deciſ.66.num.4.&
operatur quòd per conſtitutum non transferatur
dominium,in conſ.feud.diuer.55. poſt nume.44.
Hodie præſtatur aſſenſus quo ad expreſſa tãtum,
& perſona extrinſeca non præſumitur. Fred, vbi
ſupra.lib.2.ibi,pluribus,& in regno in huiuſmo-
di conſenſu conceſſionis vel confirmationis dici-
tur, iuribus noſtræ curiæ, & aliorum ſemper ſal-
uis, & intelligitur in priuilegijs ſub quacumque
forma conceſſis.Pernus in conſi.7.colum.8. circa
medi.& 12.colum.pen.cir.fin.eſt reſtrictiua,mo-
dificat: & apparet ex ea, quòd Rex noluit iuri alte
rius derogare.Deci.in conſi.445.num.22. cir.fin.
habetur pro expreſſa etiamſi non apponatur:quia
non eſt intentio Regis,per ſuum priuilegium vel-
le iuri alterius derogare.Lucas in l.fin. colum.10.
poſt pri.ibi,quarto,C.de locatio. præd. ciuil. & in
regno Siciliæ eſt Prag.Regis Martini quæ incipit,
Item quòd omnia,ubi Pernus.facit ca.ſuborta. de
ſenten, & re iudi. & de dicta clauſula, glo. Pariſ.
poſt nume.6.tit.1.§.14.ſ.ſaluo iure ſuperioritatis,
& feudi:& quod ius feudi conſiſtit in ſeptem. in
conſil.feud.diuer.49.nume.pri. & poſt nume.30.
& princeps quando aliquid dat vel confirmat,ſem
per intelligitur ſaluo iure alterius,in d.conſ.diuer.
15.poſt nu.1.& cũ dicit,fendi natura in aliquo nõ
mutata, per eam non intelligitur mutare naturam
datam a lege vel ab homine. Fred. vbi ſupra,ibi,
ſupereſt ut aliqua in materia aſſenſus. etiam in mi
nimo.num 10.& 11.cir.medi.& iſta uerba, & a-
lia, Veris exiſtentibus prænarratis,partesquæ tan-
guntur;operantur,quòd Rex non intẽdit aliquid
de ſuo tradere, ſed tantum quod eſt feudatarij a-
lienantis, remouendo obſtaculum iuris commu-
nis,& apperiendo hoſtium quod erat,& ſine diſ-
penſatione apperire non poterat.Fred. vbi ſupra.
de forma inueſti.lib.3.ibi,tertia formula,num.30.
cir.medi.& clauſula, quo ad expreſſa tantum, ta-
xat & limitat aſſenſum in expreſſis, & non vltra,
in diſpoſitis ab homine non a lege. & ponitur ad
tollendas fraudes contrahentium, qui ſupplicant
interponi ſuper cautelis faciendis. Idem Fre. ubi
ſupra,ibi,tertiò quæro.poſt num.7.& voluit con-
cedere quod ſuum eſt: Ita tamen quod iura alte-
rius remaneant ſalua.Fre.ibi, quarto quæro. poſt
num.8.& ibi,ſexto quæro.poſt num.3.clauſula,eu
ius tenor,& quo ad expreſſa tantum, & quod ſuf-
ficiat in aſſenſu fieri relatio ad inſtrumentum, e-
tiam quod non inſeratur. Fred.ibi,decimoquinto
8 quæro. † & ſic clauſula illa,feudi natura in aliquo
non mutata,& iuribus curiæ & alienis ſemper ſal-
uis: non referuntur ad ea quæ mutata apparent.
ibi,duodecimo quæro.num.13.cam.in c.Imperia
lem car.35.colum.2.in pri.Afflict. in conſti. vt de
ſucceſſionibus.nume.62.& operantur, quòd ſi in
futurum ſecundum naturam feudi, feudum eſſet
recaſitram domino aſſenſus non præiudicat. Idem
Afflict.hic poſt num.11.ſed videtur reſeruare alia
quàm donata. Afflict.hic poſt num.13.& confir-
mare pro emptore & hæredibus,intelligẽdo prout
ius intelligit.Loffred.in conſi.1. poſt nume. 126.
130.in fin.& 131.facit.l.ſi marito, §.ſi voluntate.
in ver.iudicata.in addi.ad cam.ff.ſolu.ma. Afflict.
in §.& ſi clientulus.num.7.de alienat.feud. & em
ptorem hæredi ſuo cauere.l.auus.ff.de pactis dota.
& ſic aſſenſus perficit omnia. Anto. de Alexan.in
conſi.52.Inter conſi.Loffred.num.9.Rex aſſentiẽ
do tollit impedimentum. Cam. in d.c. Imperialẽ.
car.49.colum.3. & licet emptor habere videatur
ab ipſo Rege. Afflict.qualiter vaſal. iurare tamen
debeat fidelis,nume.15. cir.pri. & præiudicat ſibi
nedum tunc ſed perpetuò.Cam.vbi ſup.car.50.co
lum.3.in pri.non trahitur tamen ad caſum inco-
gnitum,nec dominus ius ſuperueniens videtur re-
mittere.Loffred.in conſi.33.num. 10. nec obliga-
tur ut non poſſit contrauenire, pro iure quod ſi-
bi competit.Affli.in d.cap.Imperialem.in 12.not.
num.12. non ſibi præiudicat in ſeruitio, licet me-
lius ſit quod reſeruet.Afflic.vbi ſupra in 16.quæſt.
num.pri.non remittitur ius quæſitum. Afflict hic.
num.11.

num.11.cir.fin.non perdit directum dominium. 1.eo. in ver. & cum pacto de non alienando, numerum 29.

Vltimò, non præiudicat ſibi inſeudo apperto tempore aſſenſus. Cap. in ſua inueſt. in ver. feudalis aſſenſus, colum. 1. cir. ſin. & in ver. defectus, colum. 2. cir. pri. Iſer. hic colum. 4. in fin. ante nume. 12. Afflict. in d. c. Imperialem, in 35. quæſt. nume. 32. & reſeruatio prędicta videtur neceſſaria, & multum prodeſt, ſicut qualisqualis retentio. Iſer. infra ti. 1. §. de manſo, nume. 14. nam ex ea apparet quòd intentio aſſentientis fuit, quòd nullo modo derogetur iuribus aliunde ſibi competentibus. ſimil. Alexan. in conſi. 193. nume. 6. 6. volum. ſed ea reſeruare: ſicut facit iudex reſeruando exceptiones authori. Barto. in l. ille a quo. §. ſi de teſtamento. num. 5. ad Trebe. Afflict. in conſti. exceptiones in 3. no. nume. 8. iſtam quæſt. tangit Lucas in l. ſi quos. colum. 2. circa pri. de decurio. Loffred. in conſil. 7. nume. 31. & Afflict. hic colum. 3. in pri. cum duabus ſeq. & reſident quod ſunt inſpicienda verba aſſenſus.

Quid ſi obtinet duos aſſenſus, ſi in ſecundo nõ fit mentio de primo, eſt ſubreptitius Deci. in conſil. 665. nume. 33. ſi dicitur, cuius tenor habeatur pro expreſſo) nihil eſt quod obſtet. Idem Deci. in conſi. 165. num. 2. ac ſi eſſet facta ſpetialis mentio. Idem in conſi. 373. nume. 9. & ſicut requiritur aſſenſus in venditione, ita & in pacto de vendendo. Idem Deci. in conſ. 502. poſt num. 1. & 8. & ſi ſit, repetit precium. Bald. in l. fin. §. fin. C. commu. de legat. ſi interuenit in procuratione, non requiritur in contractu facto per procuratorem. Iaſ. in l. 1. §. Item acquirimus. poſt num. 10. de acqui. poſſe. Alexan. in conſi. 189. 7. volum. Idem in conſecutiuis. Iaſ. in d. §. Item aequirimus. poſt nume. 5. ſecus in alijs. l. ſi pupillorum. §. pri. ff. de rebus eorum. Soc. in d. §. Item aequirimus. l. tutor rerum. & ibi Barto. de autho. tuto. leg. 3. §. ſed vtrum. in ver. inuito, & ibi Bal ff. de minori. Barto. in l. vſufructu. in fin. ſolut. mat. & quæ apponuntur conditionaliter, cenſentur appoſita pro forma. Soci. in conſi. 32. num. 2. 3. volum. & conditio eſt indiuidua. l. cui fundus. de condit. & demonſt. aſſenſus ſuperioris facit eum dominum. glo. in conſti. conſuetudinem prauam. in ver. alij, clauſula, veris exiſtentibus prænarratis. facit actum conditionalem, adeo quod ſi eſt præſtitus ſuper alienatione faciẽda, non extenditur ad factam. Afflict. in Deciſ. 355. & intelligitur de primo actu. l. bones. §. hoc ſermone. de ver. ſig. Iaſ. in conſi. 36. 3. volum. videtur ſubreptitium, ſi non exprimit quod habet. Ab. in cap. ſi proponenti. de reſcriptis. Inſpicitur tempus præſens. Fred. vbi ſupra. li. 2. ibi, vigeſimo quarto poſt num. 10. Et ibi, quadrageſimoſecũdo, poſt num. 2. facit contractum extendi, & non reſolui. Prępoſ. in §. & ſi clientulus. poſt pri. de aliena. feu. dicitur confirmatio potius quàm prouiſio. Zaba. in clemen. pri. num. 20. in fi. de electione. Operatur clauſionem oculorũ. Lucas in l. per Illiricum. poſt pri. C. de cohartalibus, & differunt conciliũ & aſſenſus. Zaba. in clem. pri. §. rurſus. in 6. not. de ver. ſig. Vnde quærit Iſer. quid operetur hæc immiſſio in poſſeſſionem, cum conſenſu tenentis? Et ex intentione eiuſdem, vſque ibi, ex prę miſſis, imponitur neceſſitas ſucceſſori prælati inueſtientis, vt per poſſeſſionem cum conſenſu tenentis, teneatur poſſeſſionem confirmare. Probat per iſtũ textum in pri. & illius exceptionem: dum dicit, mihi, & c. Et conſenſus tenentis eſt, vel ad effectum prędictum, vel vt conſentiendo amittat ius ſuum. Probat pluribus medijs, & tenet, quod conſentiendo non amittat. Hæc Iſer. cui ultra dicta ſuperius, adde aliqua circa exceptionem quæ ponitur in verſ. niſi, quæ eſt exceptiua, Prępo. hic poſt nume. 6. & eius virtus eſt duplex: eximere ſeu extrahere, & virtutem indefiniti ſeu obſcure ſermonis præcedentis declarare. Bald. de Capi. qui curiam vendi. nume. 13. eximit enim a regula, per quam ſucceſſor in prę latura non tenetur habere ratam inueſtituram prædeceſſoris, n. ſi ille qui inueſtiturá accepit &c. & ſic diſcernit iſtum caſum ab eo, a quo excipit. glo. 1. in fin. in l. Titiæ teſtores, de leg. 1. vincit regulam in eo. in quo diſponitur, ſeu excipitur. gl. in l. in his. ff. de legi. & excipiendo iſtum caſum, intelligitur omnes alios incluſiſſe in regula. glo. in c. dominus. 32. quæſt. 7. l. quæſitum. §. nam omne. & ibi glo. in ver. non poteſt. ff. de fun. inſtru. l. 1. & ibi glo. 1. in fin. de reg. iuris. Cum officium exceptionis ſit confirmare regulam in caſibus non exceptis. Bald. in conſi. 131. nume. 2. pri. volum Item iſta exceptio declarat & reſtringit. Alexan. in conſil. 106. nume. 11. 5. volum. obſcurum enim erat, quod is qui habebat cauſam, non a prędeceſſore, ſed ab electione. cap. conſuluit. de iure patro. & Iſer. ſupra eo. poſt pri. teneatur habere ratum factum eius, a quo non habet cauſam. Ideo declarando reſtringit, in eo caſu in quo is qui tenet cõſentit, cum nec eccleſia poſſit ius nõdum ſibi appertum alteri conferre. Bald. in conſi. 431. nume. 6. 2. volum. Nec fiet inueſtitura feudi poſſeſſi per adhuc viuentem. Afflict. in deciſ. 292. Bald. in cap. 2. in 1. de feu. dato in uicem leg. com. iſto modo iſta dictio, niſi, excipit & declarat. Iacobi. in ver. dictique vaſalli promiſerunt, poſt nume. 14. eſt enim inuenta exceptio, quia impoſſibile eſt omnes humanas inuentiones & emergentes cauſas, vnica & vniformi ratione complecti. Afflict. in §. ſi quis de manſo, num. 8. infra titu. 1. dicit inſuper Iſer. quod conſenſus tenentis operatur, quod in poſſeſſionem miſſo acquiratur ius. ſed is qui tenet, non remittit ius ſuum: ſi enim conſentit in vno, remanet ius in alio. Exempla vltra alios, ſi quaſi inſtitutus repudiauit legitimus, non amittit hæreditatem. l. nec is. §. pri. ff. de acqui. hæredit. l. 2. ff. vnde legit. quia gradatim iſta duo remedia competunt. l. in plurium. d. tit. de acquir. hæred. qui repudiauit ex perſona ſerui, poteſt agnoſcere ex ſua. l. ſi ſeruo meo. de lega. pri. ex duabus ſeruitutibus ſi remittitur vna, altera remanet. gloſ. in cap. 1. In ver. apud. cir. fin. de ſepulturis in 6. Bald. in conſi. 15. num. 4. cir. medi. 4. volum. poteſt quędam, non tanquam ipſe, ſed tanquam alius. gloſ. in ca. quod alicui. in ver. poteſt quis. cir. fin. de regu. iuris. in 6. vnde cõſentit quis in Papam; non tanquam Papam, ſed vt in Regem. glo. fin. in cap. cum inter. de elect. Quædam facit Rex. vt Rex: aliqua vti homo. glo. finali in cap. ſi eccleſia 23. quæſt. 4. in cap. per uenerabilem, in ver. tanquam, qui filij ſint legit. & poteſt quædam non tanquam ipſe, ſed tanquam alius. ut ſupra. Epiſcopus poteſt vt Capitulum conſentire, & vt Epiſcopus, authorizare. glo. pen. in clem. vni. poſt medi. de rerum perm. conſentit tanquam canonicus, & poteſt vti epiſcopus reuocare. gloſ.

fin.in cap.ſicut noſtris.de iureiuran. aliud quis facit vt homo, aliud vt peccator.gloſ.penu.in c. hinc eſt. 16.quæſt.prima.non vt hæres ſed vt pater rogari videtur.l. cum filiofamilias & l. ſi fundum. §. pri.de leg.pri.quædam facit vt curator bonorum, quædam vt curator ventris. l.prima,in ver, ſolent. ff.de ventre in poſſe.mi.poteſt pro parte alicui ſubeſſe,& pro parte liber eſſe ratione rei non exemptæ quam poſſidet,not.in cap.cum capella,cap,ex ore,& ca.quoniam.de priuilegijs. filius videtur alius iure naturæ,vt naturalis:alius iure legis, vt adoptiuus,gl.in l.ſi is,in ver,iure.ff,de adoptio,prædicta,& alia quę ponit glo,prima in l. ſi pater familias,§.1.de adoptio,gloſ. 1.in l,3. de offi.eius.gloſ. fin.in cap.2.de conſue.in 6.c,pen.§.1. de electio, eo,lib.6.procedunt ex quo,ſecundum Iſe,hic,duo iura diſtincta concurrentia in eadem perſona, habentur ac ſi eſſent in diuerſis perſonis, ſicut in iudicio iudicatum ſolui, & rem ratam haberi , vtraque perſona ſuſtinet vicem duarum. glo,1.cir.medi,in c,mandato,de procurato.c.Ex literis,de probatio.Idem quod Iſer.hic Io.An, in addi, ad gloſ. in d,ca.cum cappella,vnde reſpectu qualitatis vel officij ſuſtinet quis vicem plurium, glo.in l,2. de offic,Præto,in l.2,de officio præſi, Barto. in l.3.ff, de adoptio.vnus pro duobus.l,hinc quęritur.ff,de peculio, l.ſi certarum,ff. de nulita.teſta. & plures loco vnius,gloſ.in l.vnus,in ver,placet, circa fin.ff, de ſeruitu.ruſt.prædio,l. ſi plures.in ver.nam difficile.ff,de pactis. l. 1.§.ſi plures. in ver. Imputabit. circa fin.ff,de exercito. ſed intellige quando ſunt compatibilia, aliàs difficile eſt, vt vnus vicem duorum ſuſtineat, gloſ.in d.l.ſi plures .in ver.nam difficile. ſicut in officijs.l.3. & ibi. Barto. ff. de adoptioni.l,1.C.quemadmodum ciui.mune. indice: & iſto modo non habent plures voces propter pluralitatem ſtipendiorum,glo.pri.in c.cum olim, de ſenten.& re iudi.& ſic conſenſus tenentis feudum, cum poſſit operari plura, licèt remittit vnum, remanet ius in alio , ac ſi eſſet alia perſona: ſecus ſi vnum, quia tunc conſenſus vt aliquid operetur, extenditur in eo quod poteſt & non in alio; niſi conſtaret quod actum ſit;quia illud primo inſpiciendum eſt,nam eſt quæſtio facti.l,ſicut. §.ſed ſi permiſerit. ff.quibus modis pig.vel hipothe. ſolu.& is qui dedit,ius tenentes non læſit, l.2. C.de crimi.ſtellio.nam non dedit quod erat illius dum viuit,ſed ſi mortuus fuerit ſine hærede.Ife.hic col. 2.cir. medi.

Retentis eiſdem terminis , euitat Iſer. quæſt. quam dicit agitatam inter magnos iuriſperitos, videlicet,ſi Rex conſenſit alienationi, quam venditor ſine filijs facit,an illo mortuo poſſit auocare ab emptore, ſicut feciſſet non ſequuta alienatione? Et videtur quòd ſic:nam ſi conſideramus ad quem effectum aſſenſus eſt præſtitus: Bald.in §. præterea.in pri.nume.pri. Quibus modis feud.amit.dicit Iſer.eſt præſtitus vt contràctus alienationis valeat:&ne propter illam venditor amittat feudum,quod per conſti. Lotharij & Frede. olim amittebat.c,pri.de prohi.feu.alienat,per Lotha. & c,Imperialem. de prohi. feud. alie, per Fred. vel ne is qui alienauit,reuocet;quod poteſt per conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ. & tamen ſi alienauit non conſenſu domini,præiudicatur in totū, & ab omni iure ſuo excluditur. Bald. de aliena. feu.num. 10.cir.fin.nec poſſet reuocare.glo,in ca. nuper.in ver.conſentire.de donatio.inter virum & vxo.Secundò,lex quando dat authoritatem, idem eſt ac ſi daret dominus: quia lex & contrahens æquiperantur.l,fin.C.de fideiuſſo. legis & contrahentium ęquiperatur prohibitio.l Sancimus.C.de rebus alien.ſed quando lex permittit alienationē, vt erat olim vſque ad medietatem. ca,pri.qualiter olim poterat feu.alie.vel detur.in dotem,quod poteſt eo modo,quòd habet inæſtimatum : & dummodo non habeat aliud.Iſer.in d.ca.Imperialem , colum. 1.cir.medi.& hic num.6.in fin.reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris. l. ſi ex duob. §.1.de in diem adiecti: ſicut amittitur ius creditoris eo ipſo quòd reſoluitur ius debitoris l.grege. §.1.& §.& inſuperficiarijs.ff.de pig. Ita feudū debet eſſe apud receptorem eo modo quo eſſet apud venditorem,ſi non alienaſſet:quia non poteſt transferre alia lege quàm ipſe habet. §. protecto. de lege Corra.

Contrarium videtur tenere Iſer. quia dicit ipſe, ſi aſſenſus eſt neceſſarius propter duo, non ſufficit conſentire in vno. Nam ſi ſunt duę rationes, & vna tollitur, ſi altera remanet : per conſequens & prima.§.ſi verò altera.in ver.confuſionem. Auth. de nuptijs, & aſſentiendo dominus , nedum ſibi tunc,ſed perpetuò præiudicat. Cam.in d.ca.Imperialem,car.50.columna 3.in pri.etiam quia pacta inter partes confirmantur per ſuperiorem commutando iure.in ca.ſignificatum.de præbendis . Hac retenta,reſpondet primo motiuo, quòd ibi ſumus in claris.l.continuus.§.cum ita.de ver. obligat. & ex verbis apparet ſic petitum , vt dominus conſentiret,non obſtante quod feudum alienari poteſt.ſicut qui petit confirmationem ſui beneficij a Papa,licet non proſit multum , tamen quia credit ſibi eſſe vtilem,debet Papa concedere. Archi.in c. quiſquis.87.diſt.Secundum non obſtat;nam Rex aſſentiendo,videtur de ſuo largiri , & latior fit interpretatio.Sed quando lex permittit, debet ſumi ſtrictius:eſt ratio,quia dum lex ita diſponit,de alieno & non de ſuo concedit . Ideo ſufficit in paucis conſuli,& ſtrictius intelligitur. Loffred.in conſi.7. num.31.cir.fin.& 34.vnde Iſer.diſtinguit,aut fuit ſimpliciter petitum vt conſentiret, & ita conſenſit,& videtur conſenſiſſe in omnem caſum.arg.l. ſi quis pro eo.§.ſi nummos. ff.de fideiuſſor. adeo quod videtur etiam remiſſam ius vaſallagij & ſeruitiorum,niſi ſit dictum,ſaluo iure ſeruitij & vaſallagij. ita, dicit Iſer. in §. ſed nec eſt alia utilior, Quæ ſit prima cau. ben.amit.aut generaliter fuit petitum,& dominus ſpecialiter conſenſit,declarando quòd illud fecit,ex quo alienatio ſine domini conſenſu nō valet:quia taxauit & limitauit quod conceſſit,tenorem dedit conſenſui;& vltra non extenditur,Exemplum in tranſactione,vt per eum. Aut conſentijt ſimpliciter, & dominus non ignorabat vendentem non habere liberos,& emptorem habere,bene videtur ex certa ſcientia conſentiſſe. l, Idem Vlpianus.§.fin,de excuſa,tuto.licet factum præſumatur ignorari, cap,pri.de conſtitu.in 6. & in eo decipi,ut per Iſer. in dubio tamen interpretatio fit contra loquentem. l.Labeo , la pri. ff.de contra.empti.l.veteribus. de pactis. & valebit in eum caſum,qui ex verbis poteſt concipi . Exemplum ponit in refutatione ut hic, & in ca.pri.circa medi.de eo qui finem fecit ag.ubi Afflict.in pri.in pri.& 5.not.poſt num.6. ſicut Epiſcopus ſi renuntiauit

tiauit loco tantum, & non loco & dignitati, renun
tiatum poteſt iterum reaſſumere.ca.pri.de ordi.ab
epiſco.c.poteſt translationem. cir fin. cum ibi no.
de renuntia. quia renuntiatio eſt perſonalis, con-
ceſſio verò realis.glo.in c.3.de reſt.ſpol.ita hic re-
nuntiauit quo ad perſonam venditoris, ſed non
conceſſit emptori, ſed quia non cenſetur dominus
conſentire in præiudicium ſuum. Cam. in d.c.Im-
perialem.car.90.colum.2.etiam quòd dicat, non
obſtante quod ſuper bonis feudalibus & c. nam
per illa verba ſecundum Loffred.hic, Rex oſtendit
cauſam finalem concedendi aſſenſum, vt ſupra in
adductis pro prima parte, & cõfirmando videtur
donare emptori; adeo quòd denominatur a con-
firmante.c.ſi eum. de præbe.in 6.accomodans no
men, accomodat conſenſum.glo.Pariſ.nume.3.in
pri.tit.1.§.18.Ius acquiritur & augetur per talem
confirmationem.glo.pen.in c. ſi apoſtolicæ. d.ti.a
de præben.in 6. Cõfirmauit pro ſe & hæredibus:
quia ſic videtur dictum, etiam quòd non exprima
tur.c.1.de duobus fra. a Capi. inueſt.l.ſicut.§.pri.
& pen.ff.quibusmodis pig. vel hipo. ſolui. intelli-
gendo eo qui confirmauit, ſicut ius intelligit.l.ex
facto.de vulga.& pupi, nam verba generalia prin-
cipum, reducuntur ad intellectum legis. Petrus in
tra.de Principe.colum.2. poſt medi. & capiuntur
ciuili modo, ut per Iſer.hic, & Loffred.in conſ.18.
num.38.& ſi aliquid additur, non dicitur declara-
tio, ſed noua conceſſio. Fre.vbi ſupra.ſi.2.quis di-
catur dux.num.54.cir.fin.& ſubintelligitur, etiam
quod non exprimatur: licèt tacita conditio ſubin-
tellecta, tamen actum quemcunque, ſi exprimi-
tur, facit eum conditionalem. gloſ. fin. quam ſe-
quitur Gemin.c.vni.§.fin.de ſponſa.in 6. in c.2.in
ver.incerta.circa fin.cum addi.ad eam, de electio.
eo.lib.6.glo.2.in l.ita demum.ff.de arbitris. & ta-
men ſi eſt tacita, non inducit conditionem. glo.fi.
in l.quæ ſub conditione. §.fin. de condi.inſti. Sed
conditio quæ de iuse ineſt, etiam quod exprima-
tur, non facit rem conditionalem. gloſ. in extra-
uag.com.vni.in ver.ius ad rem. cir.medi.de offic.
delega.tamen dicit Iſer.multò magis erit, quando
exprimitur. Puta conſentio quòd poſſis emere pro
te & filijs vel ſimilia: nam abundans cautela non
nocet.l.teſtamentum.C.de teſta. vel niſi conſen-
tit exprimendo vnum caſum tantum: ſeu prohi-
buit in certis caſibus, nam in alijs videtur permi-
ſiſſe.arg.l.nec non.§.quod eis.ex quibus cau.ma.
io.& reſeruauit ſibi ius in alijs, ſicut hodie dici
tur, iuribus noſtris & noſtræ curiæ ſemper ſaluis
de quibus, ſupra.

Quærit etiam Iſe. hic.colum.3. in pri. ex intel
glo.an prælati poſſent infeudare ſuos conſangui-
neos, ſicut & alios. Bald.in ca.cæterum.nume.12.
de iudicijs.& videtur quòd non poſſint concede-
re res Eccleſiæ œconomo vel ſibi coniuncto.no.
in Auth. quibuſcumque.C.de ſacroſan.eccle.ſicut
non poſſunt œconomi ſuis concedere, nec ipſi eme
re per interpoſitas perſonas.§.œconomis.& §.hoc
verò.in fin.& ibi glo.Auth.de aliena.& emphi.nec
poteſt is ad quem ſpectat adminiſtratio pij loci, il
lius res emere. Alexan.in conſi.4. nume.6.3.vol.
eo magis, quia ſecundum glo. Epiſcopi aliqui quã
doque ſunt cæci circa nepotes & conſanguineos
ſuos, quærentes ipſos diuites reddere ex redditibus
eccleſię.Cur.in tract.feu.in 7.quæſt.2.par.pri.cir
ca pri.& in hac videtur reſidere Iſer.hic.Sed quod
poſſint infeudare etiam ſuos, ſi ſunt idonei. Bald.
in cap.1.num.16.ſi de inueſti.inter domi.& vaſal
lis oriatur.illis in emphiteoſim concedere. Abb.in
c.ut ſuper.num.18.de rebus eccle. non alie.de bo
nis Eccleſiæ ſubuenire. glo.pri.in c. moderamine
16.quæſt.pri.donare & prouidere conſanguineis,
eccleſia non facta pauperiore, & de redditibus præ
lato appropriãdis, poteſt donec viuit facere quid
quid vult.Bald.in conſi.298.nume.5. pri. volum.
Tu dic, quòd in hoc ſunt quinque opiniones ma-
gis tamen com.eſt quod poſſit.Cur.vbi ſup. in 7.
quęſt.2 par.prin.per tot.ſicut poſſent ratione ſer-
uitij ſuę perſonæ vel Eccleſiæ pręſtiti res eccleſiæ
infeudare.not.in cap.per tuas.de donatio. & in c.
fin.de peculio cleri.& eccleſia benemerentem re-
munerare poteſt.l.iubemus, la.2. in ver.permiſ-
ſam. C. de ſacroſan.eccle. in dubio non præſumi-
tur donare pecuniam conſanguineo, ſed mutua-
re, & gerere negotium Eccleſiæ. Bald.in dicto cõ
ſilio 298.num.10.& licet epiſcopi non poſſint a-
lienare uel concedere. cap. pri. cum duobus. ſeq.
10. quęſt.2. nec clerici res eccleſiaſticas inter ſe
ipſos in emphiteoſim poſſent cõcedere.§.Deo au
tem.cir.med. Auth.de ſantiſ.Epiſ. & cum hae re-
ſideant glo.iuris ciuilis, Iſer.hic. Et conſiliarij poſ
ſunt emere res ſubditorum, ſi emant de conſcien-
tia principis: quia præſumitur ab eſſe dolus. intes
conſi. Alex.conſ.64.4.volum. Tamen quia poſſeſ
ſiones eccleſiaſticæ olim erant tenues. Iſer. ſup.in
in pri.rub.c.1.num.4.cir.med.& hodie ſunt auctę.
Ideo olim maior ſolemnitas in alienatione illarũ
requirebatur, quàm nunc. gloſ.1.in cap.videntes.
12.quæſt.1.nec ſeruatur ſolẽnitas Auth. hoc ius
porrectum.de ſacroſan. eccle. vt per Ber.in c.du-
dum.in ver.tractatus.& ibi Innoc. de rebus eccleſ.
non alie. in 6.quia non poteſt Imperator facere
ſtatutum de rebus eccleſiæ, niſi eccleſia petat, glo.
in ca.conuenior.in ver.Imperiali.23. quæſt.8.nec
obſeruari debet, etiam quòd faueat eccleſiæ & ec-
cleſiaſticis perſonis, niſi fuerit per Romanum Põ-
tificem approbatum. Bald.in conſ.135. num.7.3.
volum. & priuilegia a laicis Eccleſiæ vel eccleſia-
ſticis perſonis conceſſa, non tenent: niſi confirmen
tur ab eccleſia. Afflict.de pace tene. in pri.num.5.
cir. med.alias, lex ſi concordat cum canone, po-
teſt allegari in cauſis eccleſiaſticis.c.pri.de operis
noui nuntiatio. ſeruatur ergo ſolennitas, c.ſine ex-
ceptione.12.quęſt. 2. & d. Auth. eſt poſita in de-
creto, ad oſtendendum diligentiam quam adhi-
buit Imperator in rebus eccleſiæ. Iſer. hic, adhoc
vt eccleſia ſemper abundet. Auth. vt determi. vt
nume.cleri.cir.fin.cum relicta eccleſię, videntur
relicta vt perpetuò ſint ad uſus pauperum. Bald.ſu
pra in pri.rub.num.14.& ita Lucas in l.vni.col.3.
ibi, ſecundò.C.de conduc.& procura. & ſi conſue
tudo eſt eccleſię infeudandi maſculos, non pote-
9 rit † ſimul in feudare maſculos & fęminas. Præ-
po.in §.ſimiliter.cir.fin.de lege Corra.Cur.in tra.
feu.in 6.quęſt.vbi etiam quod ſi non poteſt uſque
ad tertiam, non extendit ad quartam generatio-
nem: & ſi non ualet in illo plus, an in eo in quo
ualere poteſt.2.partis prin. Aluar.in cap.pri.num.
17.de his qui feu.dare poſſu. Iaſ. in l.ex hoc iure.
num.62.de iuſti.& iure.in Aut.qui rem, num.19.
de ſacroſan. eccleſ.gloſ.Pari.titu.1.§.31. & 43.vſ-
que ad 49.
10 † Quærit etiam Iſer. ſi is qui inueſtiuit, ſiue ſit

pręla-

prælatus, ſiue laicus, vel eius hęres, poſſit reuocare inueſtiturā feudo non dum apperto. Pro affirmatiua aducitur: qui facit rem prohibitam, cōtractus eſt ipſo iure nullus. glo. 1. in l. 1. C. ſi aduerſus vendi. Concedere rem viuentis eſt prohibitum, propter votum captandæ mortis, vt per Iſer. hic: ergò nullum, & ſucceſſiue inutile; quia nullum & inutile æquiperantur. Bald. in conſi. 162. poſt num. 8. 2. vol. & qui fecit poteſt venire contra factum ſuum. l. 1. in glo. C. de libera. cau. l. ſi tibi. C. de euictio. vltra quòd in nonnullis caſibus iura permittunt quę venire cōtra factum proprium: & in ſpecie in prælatis. c. ſi quis præsbiterorum. de rebus eccleſ. non aliena. c. cum laici. de iure patro. ca. quod quis. 35. quæſt. 9. In laicis. l. quemadmodum. C. de agri. & cenſit. l. iubemus. §. ſanc. de ſacroſa. eccle. in conſti. conſtitutionem diuæ memoriæ. & c. Imperialem. de prohi. feu. aliena. per Fre. & venit contra factum ſuum etiam iuratum, ut in d. conſtit. & Affli. de vaſal. qui contra conſti. Loth. poſt num. 2. quia in malo & male promiſſis iuramentum non eſt ſeruandum. c. in malis. & ſeq. 22. quæſt. 4. & in hoc lex uicem apoſtoli retinet, remittendo iuramentum. l. adigere. in glo. fin. ff. de iure patro. facit l. ſi libertus. in pri. ff. de bonis liber. adducitur etiam quod dicit Lucas in l. vni. colum. 4. C. de impo. lucra. deſcr. vbi quòd in Rege non cadit præſumptio, quod uelit aliena largiri, & extēdere manus ad iniquitatem. & licet inclitus. Rex Siciliæ frequenter vtetur hoc. c. & c. moribus. ut Iſer. hic: & Affli. in d. c. moribus. poſt num. 3. ſi de feu. fuerit contro. inter domi. & ag. dicit, quòd ipſe non conſuleret: & iſti ſunt triſtiſſimi mores, & tanquam corruptela non debēt ſeruari. l. omnes. de decurioni. gl. fi. in l. 1. de curioſ. & ſtatio. Vltimò arguendo ab antecedente deſtructo. glo. 2. in l. cum qui. ff. de publician. ſi is qui inueſtiuit feudo apperto non tenetur precise ad damnum, vt per Iſer. hic. & inſ. tit. 1. cir. ſ. ſed liberatur præſtando intereſſe: ergo poteſt reuocare, alìàs teneretur præciſe, cōtra l. 1. ff. de act. emp. l. cum venditorem, & l. vltra modum. C. eo. tit. de act. emp. l. ſi fundum. de ver. oblig.

Nota,quod appellatione partis, venit quandoque totum.l.cohæredi.§.fin.in glo.de vulga. & pupil.ſub.quia pars fundi, fundus recte appellatur. l.plane.§.fin.de lega.pri. in dubio autem intelligitur de dimidia.l.etiam. ff.de vſufru. l.de ætate.§.ſi interrogatus.ff.de interrogat.actio.& æquales portiones.l.ſi non fuerint.ff.pro ſocio. l.legata inutiliter. §.fin.de legat. pri.ſecus in rata, quæ idem eſt quod virilis. Alexan.in conſi.72.num.8. 5. volum. & uerificatur etiam in milleſima parte. Idem Alexan.in conſi.202.poſt num.3.2.uolum. uel in reſiduo,cuius appellatione venit totum.Alexand. in conſi.93.poſt num.2.3.volum. & in conſi.26. nume.2.4.volum. Item quando agimus de parte virili,tunc pars non accipitur pro dimidia. Afflictus in conſti.fratribus.in 5.not.poſt nume.14. ſed eſt quota uel quæcumque portio.Iſer.in ſupracita.loco de conte.inter me & domi.in ver.non vt ego.in fin.ita ſi loquimur de parte cum adiuncto; quia tunc ratione adiuncti mutatur ſignificatio. Lucas in l.1.in pri.C.de vendi.rerum fiſcali. puta ſi dicatur aliqua pars,vt hic; quia tunc non importat dimidiam vt hic.D.Alex.in conſil.326.num.2.2.volum. Alex.in conſi.102.nume.4.6.volum. Afflict. in d. conſt.fratribus.vel quæcumque pars, Alex an. in d.conſi.102.poſt nume.4.ſeu magna pars; quia tunc magna dicitur reſpectu reſidui, & erit plus quam media.Iſer.in §. quidam tamen. poſt nume. 7.de contro.inter maſcu.& fęmin. Nota ſecundo, quod milites non poſſunt facere cambium vel precarium de eorum beneficio, ſine aſſenſu ſuorum ſeniorum.l.fin.de beneficijs & terris tribu. in Longo.vnde permutatio requirit aſſenſum. Afflict.hic num.27.& 30.in fin.Cap.in ſua inueſt.in ver.alienationes.in 5.amplia. Nota vltimo ſecundum Iſe. hic,quod verbum ſemel poſitum poteſt ſtare proprie & improprie.l.2.in ver.manumitti. ff.de offic. procon.gloſ.ſecunda, in leg.Plautius. ff.de procura.gloſ.penul.in cap.prima igitur. de conſecrat.diſtin.quarta. & in ſpecie de ver.relaxare, irritare,legate, expirare, liberare, & poſſe, glo. fin.cir. medi. in cap.Capitulum ſanctę Crucis. de reſcriptis. cap. audius. in ver. caſſa tam. de electio. capit. Raynaldus. in uer. legauit. de teſtamen. cap. penultimo. in gloſ. ſi. in fin.de ſenten.& re iudi.lege ſi pupilli. §.primo, in uer. liberet. ff. de nego. geſtis. lege certi condictio in ver. non potero. ff. ſi certum petat. Idem de ver. experiri, manumittere, & reſtituere. lege ſępe. in ver. de proprietate. ff. de re iudi. lege prima §. primo in ver. manumiſſionem. de leg. 3. gloſſa final. in lege fin. Codice, de ſeruis fugi. & in nomine. gloſ. mag. circa medi. in lege prima. ff.de ſeruitu. vrb. prędi. & quod fortius, vſque ad certum tempus poteſt ſtare proprie,& poſtea improprie. l.pater ſeuerianam. §. conditionum. in ver. non uidebatur. de

condit.

condit. & demonſtra. Iſer. cir. princ. dum dicit, vt
pro toto, dic, non pro toto, quando allegat. §. cer-
tum, dic, cæterum. ibi, ff. ad municipales. l. 3. §. 1.
dic, de mino. l. 3. §. idem tamen. & ibi glo. 2. & alia
vt per Lipar. Circa materiam ſacramentalium, latè
cum Iſer. in §. Inſuper. de contẽ. inter domi. & fide.
de inueſt. feu. Quatenus verò propter diuerſitatem
glo. ipſe ſupplet, clare, & aliàs iurabit, &c. videtur
quod non ſit noſtrũ ſupplere id quod eſt omiſſum.
Afflic. in cap. naturales. in §. not. nume. 2. cir. medi.
ſi de feud. fue. contro. inter domi. & agnat. quia
ſcriptura non plus loquitur, quàm loquatur: nec
ad præſumendum iudicium teſtatoris eſt aliquid
ſubaudiendum. Bald. in conſi. 23 2. circ. fin. quint.
volum. ſicut inſtrumentum notarii, non recipit
ſuppletionem facti. Boer. in deciſ. 37. nume. 2. tan-
to magis, quòd ſuum dici totum ratione partis, eſt
præſumptio, quæ non dicitur vera & propria pro-
batio. Loffr. in conſi. 22. nume. 14. nec dicitur ali-
quid plene probari, etiam quòd conſtet per plenã
& vehementem præſumptionem. nor. in cap. accu-
ſatus. de hæreticis. in 6. glo. rubr. ff. de probatio.
niſi dicamus, quod illud, clarè, & illud, aliàs iura-
bit dominus, non ſit ſuppletio, prout ipſe dicit, ſed
potius inſit tam ex ui cõprehenſiua quàm extẽſiua.
Ludo. de Moli. de Hiſpan. primogeni. lib. 1. cap. 4.
nume. 25. circ. fin. & cap. 5. num. 12. nec eſt exten-
ſio, ſed mens & intellectus huius textus. Bald. in
conſi. 411. poſt num. 1. prim. volum. Et dum num.
6. in fin. Iſer. dicit, quòd turpis eſt pars, &c. 8. diſt.
cap. quo iure, dic cap. quæ contra mores. In eo ꝙ
not. ex intentione gloſ. quòd cambium debet dari
eodem iure, quo cambium datur. Idem Lucas in l.
1. colum. 3. poſt medi. de impo. lucra. deſcrip. ideò
oportet quòd ſit eiuſdem naturæ, cuius eſt id loco
cuius eſt. l. ſi eum §. qui in iuriarũ. ff. ſi quis cautio.
ſicut actio ſi in alterius locum ſuccedit, eius natu-
ram aſſumit. l. 1. §. ſi quis ſubconditione. vt legato.
nomi. caue. eſt eiuſdem poteſtatis & effectus cuius
eſt illa, in locum cuius ſubrogatur. glo. in dict. leg.
ſi eum. §. qui iniuriarum. in ver. damna. poſt medi.
quia quod loco alterius eſt, habet eandem naturã
quàm habet id in cuius locum eſt poſitum. Loffr.
in conſi. 26. nume. 14. Ideò qui habuit feudum, &
pro eo cambium, ſola retrotraditio feudi non re-
ſoluit primam infeudationem, niſi det cambium,
& tunc poſſet. latè in §. fin. ſupra de his qui feu. da-
re poſſu. & in cap. 1. infra. de vaſal. qui contra con-
ſtit. Lotha. Aduerte tamen quòd quæ fuerunt ne-
ceſſaria in acquiſitione, contraria eorum ſunt ne-
ceſſaria in amiſſione. glo. fin. in l. tria prædia. ff. de
ſerui. ruſti. prædi. quia quę ſunt neceſſaria ad ac-
quirendum, ſunt neceſſaria ad amittendũ. l. quem-
admodum. de acquiren. poſſeſſio. & ſolemnitas re-
quiſita in actu conficiendo, requiritur in eo caſſan
do. Afflic. de notis feud. in prin. num. 4. remanebit
autem quantum ad effectum; quia facta pro infe-
ctis haberi non poſſunt. §. qui igitur. Authen. de æ-
quali. dotis. l. in bello. §. factę. de capti. & poſtli. re-
ue. nec reſoluitur primus contractus; immo naſcũ-
tur quædam nouæ obligationes inter ſe. l. ab em-
ptione. in fin. ff. de pactis. Vltimò in honorem prio
ris vaſallagii debet tantum de feudo relinqui, vnde
ſi poſſit alere. Idem Iſer. in §. ſed ſi feudum. Epiſc.
vel Abba. & hoc modo res ſemel extincta reuiui-
ſcit: & annullata de communi voluntate, perinde
eſt ac ſi numquàm fuiſſet. l. 1. §. quòd ſi nemo. ff. q̃d

cuiuſque vni. Vnde infert Iſer. quòd ſi in die vo-
torum, conſtituiſti vxori caſtrum in dotarium: ſi
poſtea velis cambire cum ea, non erit prohibitum,
ſicut in donatione, nec requiritur ſolemnitas quæ
eſt neceſſaria in conſtitutione dotarii, Sed illa quæ
requiritur in alienatione feudi, ſicut ſi feudũ æſti-
matur detur in dotem non poteſt ſoluto matrimo
nio reſtitui ſine nouo aſſenſu. Cam. in cap. Impe-
rialem. car. 86. colum. 2. in 1. concl. licèt non ſit ne-
ceſſe in dote & donatione propter nuptias, domi-
num feudi conſentire, ſi eo modo daret quo ipſe
haberet. Iſer. hic per cap. nuper. de donati. inter vi-
rum & vxo. vel non habens aliud daret in æſtima-
tum, & ſine pacto de lucrando. Idem Iſer. ſupra,
Qui ſucce. tene. nume. 6. in fin. Sed hoc fauore do-
tis & dotarii. glo. 2. in conſti. fratribus. & permittit
conſti. mulier quę dotarium. dicitur tamen habere
mulier à Rege non à viro, vt hic, niſi eſſet conſue-
tudo vel ſtatutum, quòd tantum die votorum de-
tur; quia vltra illam diem non poſſet fieri: factum
tamen poſſet cum illa, vel ſimili ſolemnitate per-
mutare, vt per Iſer. & Loffr. hic. Idem ſi ſine ſo-
lemnitate: quia dando cambium, videtur confirma
re donationem à principio factã: ſeu pro ea aliud
dare, non autem nouam incohare. l. ſi donatæ. §. ſi
ſponſus. de donat. inter virum & vxo. Sic Iſer. &
magis clare Afflic. hic. nume. 12. circ. medi. ibi, an
ſi maritus. Adde quòd cum dotarium æquiperatur
quartæ, pari paſſu ambulat cum dote & donatione
propter nuptias, ſecundum peritos regni. Iſer. in §.
donare. colum. 2. cir. fin. poſt nume. 6. & 13. Qua-
liter olim pote. feud. aliena. quia in regno, vbi di-
uerſo iure viuitur, quarta quæ ab vxore præſtatur
ab iis qui viuunt iure Romano, vocatur donatio
propter nuptias. tertiaria ab iis qui viuunt iure
Franchorum, qui iure Longobardorum quartam
vocant, Secundum iſtas conſuetudines vocatur do
tarium. Lucas in l. 1. circ. medi. C. quando & qui-
bus quar. pars debetur. Iura verò canonica dotali-
tium appellant. cap. ex parte. de foro compe. capi.
plerumque. in ver. dotalitium. de donatio. inter vi-
rum & vxo. Et conſtituitur dotarium, de quo hic,
cum cultello plicato ante fores Eccleſiæ, vt erat
mos Franchorum. Iſer. in conſti. licentiam. Et hic
aduerte tamen, quòd hoc ius Franchorum nõ eſt
ſcriptum. Iſer. in dict. §. donare. poſt nume. 7. &
quid ſignificet cultellus flexus ad modum putato-
rii. Afflic. hic poſt nume. 12. & in quibus caſibus
debeatur iure Romano & Longobardo. Idẽ Affli.
in §. fin. poſt nume. 5. de inueſti. de re alien. facta.
Non conſtitutum iure iſto non debetur, nec po-
teſt peti vt conſtituatur: quia eſt in voluntate viri.
Sed conſtitutum debetur ex quo ſit neceſſarium &
petitur condictione ex dict. conſt. mulier quę dota
rium. & habebit mulier vita durante quo ad vſum
fructum, etiam ſi nullam dotem dederit. Iſer. in
dict. §. donare. nume. 6. cir. medi. & in fin. aliàs ſicut
feudum in præiudicium domini non poteſt obliga
ri pro reſtitutione dotis. Bald. in §. rurſus. nume. 8.
de contro. inueſt. ita nec ſuper eo debetur dotariũ.
§. fin. vbi Bald. & Afflic. In prim. not. vbi etiam idẽ
eſſe tradunt in emphiteoſi eccleſiaſtica. de inueſtit.
de re alien. fact. Et lex quæ aſſentitur conſtitutio
ni huius dotarii inter viuos; non permittit ꝙ poſ-
ſit in vltima voluntate. Loffr. in conſi. 9. nume. 21.
in fin. Vnde ſi datur excambium pro feudo dato
in dotariũ requiritur nouus aſſenſus. Afflic. in cap.

Impe-

Imperialem, in 42.qnęſt,num.27.cir.ſin.de prohi. feu.alien. per Frederi, & mulier quæ habuit, ſi ſecundò nubit, non poteſt in dotem dare ſine aſſenſu, licèt potuiſſet ab initio conſtitui ſine Regio aſſenſu, per cap.regni, dotarium.

SVMMARIVM.

1 *Item, dictio non repetit ſed continuat.*
2 *Feudum rectum aliud; & aliud conditionatum.*
3 *Dominus quis.*
4 *Probatio quæ ſit,*
5 *Reſtituere eſt facti.*

AD §. ITEM.

1 ITEM.) Dictio, Item, de ſe non eſt repetitiua ſed continuatiua: & non ordinatur ad repetendum qualitates & conditiones diſpoſitionis præcedẽtis; ſed ad continuandum ſermonem eiuſdem capituli, & ratio: quia pfecto nihil ſubaudiendum eſt ſed imperfecto ſic. Quando autẽ inducat repetitionem, & quando excludat, glo. 1. Pari. tit. 1. §. 37. nume. 1. 2. & 3. & ſic continuando alium caſum controuerſiæ inter dominum & vaſallum, dicit, quòd ſi vaſallus poſſederit caſtrum,) ſic dictum, quaſi caſa arcta. nam nõ debet eſſe diffuſum, ne tempore belli egeat magna cuſtodia hominum, & victualibus. not. in cap. ſi ciuitas. de ſentent. excommu. in 6. ponitur pro arce. Bald. in §. ſimiliter. nume. 1. in fin. Quibus modis feud. amit. & eius appellatione veniunt vaſalli, ſi ſuadet dignitas concedentis, & eius cui conceditur. Idẽ Bald. in c. in generali. nu. 4. ſi de feud. defun. mili. contr. fue. Quod caſtrũ dixerit ſe pro feudo, tenere) ſcili-
2 cet recto. † & eſt quando non datur ad certum ſeruitium. Bald. hic num. 5. & Prępoſ. in fin. Econtra
3 dominus.) † Qui poteſt ſic diuerſis reſpectibus nominari. hic tamen pro eo qui habet omnem iuriſdictionem in terra. Frederi. de ſubfeud. lib. 2. ibi, ſecunda authoritas. nume. 21. poſt medi. Per guardiam dixerit ſe ei dediſſe.) & ſic eſſe conditionatũ quia, datum ad certum ſeruitium. Iſer. ex quibus cau. feu. amit. in rubr. in fin. Paris de reinteg. feud. in verſ. pone quòd aliqui exteri. nume. 2. Iaco. in verſ. & fęminis. nume. 10. circ. fin. & in verſ. in feudum. poſt num. 6. & 15. Afflic. hic nume. 15. in fin.
4 Domini eſt probatio.) † Quæ nihil aliud eſt, niſi iudicem ad fidem deducere. Pau. de Caſt. in conſi. 193. nume. 3. 1. volum. 143. colum. 2. poſt prin. & 169. poſt nume. 4. 2. volum. Ad fidem dico rei geſtæ. Idem Pau. in conſi. 425. poſt num. 1. prim. vol. Et ſi poterit probare tunc.) Ideſt facta iſta probatione. in ſimili l. lecta. & ibi glo. in verſ. tunc. ff. ſi certum peta. l. litibus. & ibi Lucas colum. 4. circ. medi. C. de agrico. & cenſit. Ille qui tenet, debet.) &. quod verbum, debet, importat neceſſitatem. Socin. in conſi. 73. nume. 7. quart. volum. Domi-
5 no reſtituere.) † Quod eſt facti. glo. fin. in l. cum rem. ff. rem pupilli ſaluam fore. Vel.) Ideſt ſaltem. Archi. in cap. literas. in princ. 63. diſtin. Probare.) ſcilicet vaſallus, propter præſumptionem quæ eſt contra eum. cap. 1. de contẽ. inter domi. & fide. de inueſt. feu. Per pares Curtis vel breue teſtatũ poſtquàm) Ideſt, per interuallum temporis: quod dictio, poſtea, ſignificat. Iſer. in cap. 1. poſt nume. 3. ibi, alii, lo 1. Quid iuris ſi vaſal. poſt aliena. feud. id recuper. In guardiam ſuſcepiſſet ſe à domino, pro.) Ideſt, in. Archi. in cap. agatho. 63. diſt. feudum accepiſſe. Tunc ſi vaſallus poſſidet caſtrum nomine recti feudi, & dominus defecerit in probando eſſe feudum guardiæ, obtinebit vaſallus cõtra dominum mediante iuramento. Et hic eſt verus intellectus ſecundum Præpoſ. hic. poſt num. 2. (Dubia tamẽ reddebatur conſultatio: nam quãdo eſt controuerſia inter dominum & vaſallum, & res teſtibus probari non poteſt, poſſeſſoris ſacramento res decidi oportet. cap. 1. in princ. ſi de inueſti. inter domi. & vaſal. lis oria. Et ſucceſſiuè non videtur quod ſit domini probatio. Secundò videtur, quòd non ſit opus probatione, ſed data poſſidenti electione vt iuret feudum eſſe ſuum rectum, vel domino referatur iuſiurandum. cap. ſi vero vaſallus. Quid ſit inueſti. Vltimò videtur, quòd onus probandi ſpectet ad vaſallum: nã ſi vaſallus diceret ſe tenere in feudum, & dominus cogeretur probare ſe dediſſe in caſtaldiam, hoc modo malignando, multa auferret à domino. cap. 1. de contẽ. inter domi. & fide. de inueſti. feud. & ſic daretur occaſio ad malum: quod fieri non debet. Lucas in l. 3. de fundis patrimo. (His, non obſtantibus, ſeruatur contrarium, virtute huius conſuetudinis. Et ratio eſt: quia dominus confitetur dediſſe in feudũ. Vnde vaſallus ſecundum Afflic. hic habet intentionẽ fundatam. Et quatenus dicit dediſſe in guardiam, tenetur probare: & ſi probat obtinebit, niſi vaſallus probaret poſt guardiam dediſſe in feudum. l. ſi quidem. C. de exceptio. ſicut qui confitetur occidiſſe ad ſuam defenſionem, debet probare iſtam qualitatem: aliàs punitur de homicidio. Iſer. in conſti. terminum vitę. circ. fin. l. cum de indebito. vbi Bart. ff. de probat. Bald. hic nume. 6. in fin. & 7. Afflic. in §. ſi quis hominem. in glo. nume. 4. & 5. de pace tenc. (Non obſtant contraria. Et primum: nam in terminis. dict. cap. 1. dominus negabat ſe feciſſe inueſtituram, ideò poſſeſſoris ſacramento cauſa deciditur. hic fatetur inueſtituram cum qualitate. In hac eſt actor. l. 1. ff. de exceptio, & tenetur probare. l. 2. ff. de probatio. Secundum non obſtat, nam ibi vaſallus poſſidet propter ſolutionem. & propter præſumptionem quæ ex ea naſcitur. l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. l. 1. C. de fideicom. Vltimum non obſtat, nam occaſio licèt poſſit eſſe falſa, cauſa tamen ſemper eſt vera. Afflic. in §. cõuenticulas. in 3. not. nume. 11. circ. medi. de pace iura. firm. & ſic firma remanet concluſio, quòd qui fatetur feudum, ſed adiicit qualitatem illam, tenetur probare. Amplia etiam ſi fuiſſet cõmunis forma, quia non præſumitur quantumcumque ſit conſueta, ſed debet probari quod ſic fuit facta inueſtitura. Afflic. in conſti. vt de ſucceſſionibus. poſt nume. 67. circa fin. & 68. de ſucceſſ. nobi. Idem & ſecundò, ſi eſt controuerſia inter dominum & agnatos vaſalli, dominus ſi prætendit nouum, & agnati dicunt eſſe antiquum, dominus tenetur probare. cap. 1. ſi de feud. defu. mili. contro. fuerit. Vltimò, Idem erit ſi vaſallus tenet rem quàm dicit habuiſſe in feudum: ecõtra dominus dicit dediſſe in pignus, domini erit defenſio, vt infra. §. ſequ. Limita tamẽ procedere, quando qualitas de qua tractatur, diu eſt quod durauit: aliàs per breuem poſſeſſionem rei qualitas non mutatur. Afflic. de clerico qui inueſti. fecit. poſt nume. 5. Limita ſecundò, quando

poſſidet

poſſidet ſeudum ſimpliciter: ſecus ſi fuerit caſtaldus, nam ſi tunc diceret habuiſſe nomine recti feudi, ipſe teneretur probare. §. ſi verò caſtaldi, ſupra de feu.guar. & dict. cap. 1. de conten. inter domi. & fide. Vltimò limita, quando vaſallus ſtetit in poſſeſſione per annum. Iſer. infra in §. ſequ. circ. prin. quia ſeudum guardiæ anno finitur; ſi non eſt aliud dictum. cap. 1. de pig. dato feu. quid iuris ſit. Afflic. de conté. inter domi. & vaſal. de inueſt. feud. in 8. not. poſt nume. 19. eſt annali, Sed valet pactum vt nullo tempore auferri queat. Bald. ſupra in Prælu. num. 54. Nota quòd ei qui eſt in officio caſtaldię poteſt dari in feudum rectum. Afflic. hic in 1. not. cum feudum aliud ſit forme, & aliud informe. Pernus in conſi. 14. colum. 2. & 3. poſt princ. tenor enim conceſſionis regulat omnem tractatum feudorum. Idem Pernus in conſi. 4. colum. 4. cir. fin. adeò quòd non poteſt ab ea & illius pactis recedi. Iacobi. in ver. & promiſerunt, quæſt. 22. nume. 28. ſi non apparet certa forma, intelligitur prout ius intelligit, vel forma à iure præſumpta. Pernus in ſecundis nota. colum. 2. circ. princ.

SVMMARIVM.

1 *Similiter, dictio, quomodo exponitur.*
2 *Aliquis, eſt ſignum, & non relatio.*
3 *Alius, alia, eſt relatiuum diuerſitatis: et præſupponit ſimile præcedenti.*
4 *Pignus quot modis accipitur; & quod accipitur propriè & impropriè.*
5 *Pro, denotat cauſam finalem.*
6 *Iudæi an poſſint expelli, ne nobiſcum morentur.*
7 *Vſura, quod ſunt prohibita: & quod vſura aſſimilatur morſui aſpidis.*

AD §. SIMILITER.

1 SIMILITER.) Ideſt, ſimilis caſus, in quo ille qui tenet reſtituit, vel probabit ſupradicto modo. l. quacũque. in verſ. ſimiliter. Qualiter quis ſe defendere debet. in Longoba. & eſt, Si
2 aliquis.) † Quod eſt ſignum, & non relatio: & facit ſignificationem eius cui adijcitur. Zab. in clem. vni. nume. 18. in fin. de foro compe. Poſſederit ca-
3 ſtrum vel aliam rem.) † Alius, alia, eſt relatiuũ diuerſitatis, & aliud refert diuerſum à ſuppoſito. & dat intelligere eſſe ſimile præcedenti. Ioan. An. in cap. quia ſæpe, num. 3. & ſequ. nume. 7. poſt medi. de præben. in 6. quaſi dicat, poſſederit aliam rem diuerſam à caſtro, ſed feudalem ſicut caſtrum: cũ in regno omne caſtrum dicatur feudum quaternatum. Capi. in ſua inueſti. in verſ. feudorum clauſulæ. ibi, caſtris. verſ. & caſtra. Et dominus dixerit ſe pro pignore ei dediſſe.) Eſt autem pignus, quod
4 propter rem creditam à debitore datur, cuius poſſeſſio ad tẽpus eſt apud creditorẽ, dominio apud debitorem remanente. Lucas in l. 2. in pri. de iure reipub. im propriè dicitur quando non traditur creditori. l. 1. in glo. 1. ff. de pig. actio. propriè ſumptũ, vadium. cap. 1. de pignoribus, vel vadimonium appellatur. l. fin. in verſ. vadis. C. de caſtren. & miniſt. lib. 12. alibi conſulium dicitur. §. fin. in fin. de inueſt. de re aliena facta. conſulit enim debitori, q̃a inter alias rei vtilitates, maximè in hac tenaciſſima ætate hæc eſt, vt poſſit pignorari. glo. in regula, fructus. de reg. iuris. creditori etiam; quia vtilius eſt pignori incumbere quàm agere in perſonam, vel inopem debitorem perſequi. Loffred. in conſi. 19. nume. 7. intereſt. n. habere bonum pignus. l. ſi in pignore. in glo. 2. ff. de fideiuſ. l. itaque fullo. §. fin. ff. de furtis. Et datur propter contractus fidem, & rei reſtituendę vinculum. l. legata. in fin. de ſupelle. lega. Iſtud, quia ex conſuetudine plus valet pignus, quàm debitum. §. ſi verò ſemel, in verſ. ſecundum. in fin. Authen. de exhiben. reis. licèt quandoque ſit minus debito, ſed non ſeruant Veneti. l. creditor, la 2. cum ibi notat. in glo. ff. ſi certum peta. l. ſi pro mutua. & ibi glo. ff. C. eo. tit. ſi certum petat. l. 2. in glo. 1. C. de pign. & hypoth. debet tamen valere longe plus. Authen. & qui. in verſ. menſuram. in fin. C. de bonis auto. iudi. poſſi. & iſtud plus dedit occaſionẽ litis, de qua hic: aliàs non eſt ſpes luitionis quantũ valet, ſi res eſt obligata pro tanto. Bal. in cap. Imperialem. nume. 2. in fin. de prohi. feud. alien. per Frede. & huic pignorationi eſt proximũ, habere rem pro derelicto. Idem Bal. in conſ. 218. poſt nu. 2. prim. volum. vnde vt recuperaret illud plus, dicebat dediſſe in pignus. E contrario ille dixerit ſe accepiſſe, pro feudo.) Ideſt, cauſam finalẽ, quam denotat illa dictio, pro, Loffred. in conſi. 33. nume. 5. cir. fin. receptionis, fuiſſe in feudum; & nõ pro pignore. Si potuerit.) Cõmode & ſine peccato. Præpoſ. in cap. 1. nume. 1. de contẽ. inter domi. & vaſal. Dominus probare.) Et proponere. Bald. in conſi. 119. nume. 1. poſt medium. ſecun. volum. Quod ei pro pignori dediſſet.) Et ſic fuiſſe datũ in pignus, vel eſſe pignus: nam datio eſt pro facto. l. cum proponas. in verſ. eandem. C. de dolo malo. tunc ille qui tenet, domino reſtituet. l. plus eſt in reſtitutione. de verb. ſig. Vel.) Ideſt, ſaltem. Archi. in cap. nullus. poſt prin. 61. diſt. Probet ſupradicto modo.) Per probationem ſufficientem, quæ inducat iudicem ad credendum. Deci. in conſi. 510. nu. 3. Se poſtquàm pro pignore accipit.) Ideſt immediate vel ex interuallo. Caſſa. in conſu. Burgu. rub. 4. §. 6. ibi, apres. in princ. Feudi nomine accepiſſe.) Et ſic in feudum; cum nomen ſit, per quod aliq̃d ſignificatur. Lucas in l. diffinimus. circ. medi. C. de agricol. & cenſit. Et ſi dominus non potuerit probare ſe nominẽ pignoris dediſſe, defenſio.) Per iuramentum. cap. 1. de conten. inter domi. & vaſal. de inueſti. feu. cap. 1. §. fin. ſi de inueſti. inter domi. & vaſal. lis oria. §. præterea. quid ſit inueſti. cap. 1. de contro. inter Epiſcop. & vaſal. & cap. 1. de contro. inter maſcu. & fęmi. Erit defenſio illius qui poſſidet.) Quia iuramentum non defertur habenti p̃ſumptionem contra ſe. glo. in l. non eſt veriſimile. in verſ. præſumptionẽ. poſt prin. ff. de eo quod metus cauſ. Bald. in l. 1. qui & aduerſus quos. Ex planato textu, illius applicatio eſt facilis. (Dubia tamen reddebatur conſultatio: & primò videtur, q̃ non poſſit fieri pignus ex feudo. dict. §. fin. de inueſti. de re aliena. facta. & §. Item ſi quis. infra tit. 1. Quibus modis feu. amit. Secundò facit cap. 1. de feudo dato in vicem legia cõmu. vbi ſi res obligatur eo pacto, vt ſi pecunia ſtatuto tempore nõ ſoluatur, res ſit creditoris, & habeat pro feudo: poteſt debitor non obſtante tali pacto, quandocũque pecuniam ſoluendo, pignus recuperare. Et ſic etiam quòd vaſallus probet poſt pignus accepiſſe in feudum, debet adhuc ſuccumbere, poſtquàm nõ obſtante pacto dominus ſoluto precio recuperaret,

vt

vt ſupra. Vltimò,feudum ſit & non naſcitur.Fred.
de form.inueſtitur.lib.3.ibi. Sed poſtquàm.nume.
24.in princ.ſi ſit,debet probari per vaſallum.& nõ
per dominum.cap.1.de vſu Mediolan. (His non
obſtantibus,iure illo conſuetudinario ſeruatẽ con-
trarium. Et eſt ratio, quia cum pignus naſcatur ex
pacto.l.ſi tibi.§.de pignore.ff.de pactis.actor tene-
tur probare: aliàs ſuccumbit.l.cum qui. ff. ad Tre-
belleia.& etiam quòd non poſſit probare, non per
hoc refunditur onus reo.l.actor.C.de probat. & ſi
probat vincit, niſi conuentus probaret quòd poſt-
quàm accepit in pignus, dedit in feudum vere vel
præſumptiue,vt hic.vbi Iſer.in princ. (Nec obſtãt
contraria. Et primum,nam illud procedit,quando
vaſallus dat alteri in pignus: quia tunc non poteſt
ſine aſſenſu domini.c.Imperialem in prin.de proh.
feu.alien.per Frede.ſecus quando dominus pigno-
rat vaſallo, quia non requiritur alterius aſſenſus.
Afflic.in conſt.ſi dubitatio.in 6. not.poſt num.16.
de probatio.per inſtrument. Non obſtat ſecundũ:
nam illud ex pacto, quod eſt graue & odioſum, vt
perdat precium ſolutum, niſi ſoluat ad tempus cõ-
ſtitutum. Bald.in dict.cap.1.nume.2.de feud. dato
in uicem legis cõm.& hoc multo fortius in feudis,
in quibus iudicium fraudulentum non tenet. Iſer.
in §.ſi inter partes.num.4.de lege Corra. Vltimũ
non obſtat: nam ſi conſtat datum eſſe in pignus,
vaſallus tenetur probare poſtea habuiſſe in feudũ,
vt hic. aliàs ſi non conſtat, quia factum verſatur in
pactis.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret. in verſ. in pa-
ctis.ff.de pactis, qui dicit tenetur probare. l. 2. de
probatio. Et ſic firma remanet concluſio, quòd ſi
vaſallus poſſidet rem nomine recti feudi, & domi-
nus dicat dediſſe in pignus, ipſe tenetur probare.
Amplia idem eſſe, ſi vaſallus tenet in feudum, &
dominus dicat dediſſe in guardiam.ſupra eo.§.præ-
ced. Secundò, idem erit in agnatis, quando inter
eos & filiam feudatarii mortui eſt controuerſia;nã
agnati tenentur probare, ex quo præſumptio eſt
pro filia. cap. inter filiam. vbi Iſer. ſi de feu. defun.
mili. contro. fuerit, & præſumptiones transferunt
onus probandi, conſiderata honeſtate perſonæ,
cauſa modica vel magna. Iſer.ſupra eo.§. cum au-
tem.cir.fin. Vltimò,idem erit in vaſallo, ſi conſtat
de pignore, quia tunc ſi dicit habuiſſe in feudo, nõ
ſtatur ſuo iuramento,ſed probabit teſtibus idoneis
vel paribus curiæ.cap.1.de pign.feudato quid iuris
ſit. (Limita tamen,quando vaſallus per annũ poſ-
ſidet. Iſer. hic circ. 1. cap. ſi quis. ſi de inueſti.inter
domi. & vaſal. lis oria. Limita ſecundò in ſimplici
pignore; ſecus ſi adſit pactum legis commiſſoriæ,
vt ſupra. Limita vltimò, quando poſſeſſor fatetur
habere ab eodem, ſed ob aliam cauſam: ſcilicet in
feudum. Aliàs ſi fateretur habuiſſe in pignus ſuccũ
bit, niſi poſt pignus probet per teſtes plures & di-
gniores habuiſſe in feudũ,vt per Iſer.hic poſt prin.
Et ratio eſt, q̃a quod olim fuit, non præſumit mu-
tatum. Bald.in conſi.401.poſt nume.1. prim. vol.
vnde poteſt inferri,quòd donari poteſt fideiuſſori.
l.ſi verò.§.marcellus.ff.mandati. & mulier quæ iu-
uatur Velleiano,ſi accepit pecuniam,ei non ſubue
nitur, ſed creditori datur actio contra eam.l.anti-
quæ.§.ſed ſi minus.C.ad Velleia. ſumpta tamẽ oc-
caſione ex not. per Bald. Afflic. & alios hic. Dic ꝙ
Iudæis conſueuerunt Principes fauere & priuile-
giis decorare, propter magnum lucrum quòd ab
illis in eorum terris degentibus conſueuerunt per-

cipere.glo.in clem.1.in verſ. principium. de teſtib.
ſed male: nam dum Senis prædicaret Sanctus Ber-
nardinus, prohibuit vſuras: & redarguit promiſſio-
nes factas de ordine Ferdinandi,inter con.Alexan.
49.nume.6.quar.volum.apoſtilla ad Bart.in l.cun-
ctos populos. in verſ.ſunt prohibitæ.circ. medi. C.
de Sum. Trinit. Nec tenet ſtatutum quod indecit
vſurariam prauitatem. Bald.in conſi.31.quin. vol.
Vniuerſitas,Collegium,vel domini terrarum, per-
mittere non debent ad hoc de nos conducere, vel
in terris eorum conductas habere, ſed debent in-
fra tres menſes à terris ſuis expellere.cap.1. de vſu
6 ris.in 6.†Non debent concedere priuilegia in op-
probrium fidei, ſed conceſſa reuocare. clem.1. de
teſtib. & ſi habitant, vt eſt in Aragonia & diuerſis
partibus huius patriæ, debent à Chriſtianis ꝑ ha-
bitum publicè diſtingui. clem.vni. in verſ. permix-
tim. & ſeq. de Iudæis & Sarrace. licèt dulce ſit ac-
cipere vſuras, vt l.ait prætor.§.ſi fraudator. in ver.
dulcedine.ff.quæ in fraus.credi.admittuntur, ꝓpter
vtilitatem contrahentium.l.ſed an viæ.ff.de pigno.
nam debitores uix aliter inuenirent pecunias.leg.ſi
fundus.§.fin.in glo.fin.dict.tit.de pigno. qui enim
accepit pecuniam ad vſuras, accipit propter neceſ-
ſitatem rei familiaris. Bald. in conſi. 220.nume.4.
3. volum. & intereſt vſuras conuentionales ſolue-
re, aliàs raro inueniret mutuantem. Idem Bald. in
conſi.360.poſt nume.2.prim.volum. & 252.colũ.
1.in fin.3. volum. datur .n.emolumentum. l. 3. in
verſ.conſtituimus.C.de vſuris rei iudi. vt benignio-
rem habeat creditorem in damna ex dilatione ſor-
tis ſoluendæ.l.ſi non ſortem.§.1.in ver.in debitum.
ff.de condic. indebi. & hoc dulci facinore mundus
ſubſtinetur. Bald.hic,nume.2. circ.medi. & Afflic.
nume. 6. ſi ſunt promiſſæ, debentur, dubio tamen
leuiores, eum poſſint minui ratione conſuetudinis
l.eos.§.ff.in verſ.conſuetudinis.C.de vſuris.vel illæ
quæ in regionibus frequentantur.l.idemque.§. 1.
cir.fin.ff.manda.l.1.in glo. 3. & in contraria. ff. de
vſuris.l.3.§.contrarium. ff. de contra.& vtili actio.
tute.l.ſi ſeruus.§.fin.de legat.1.& l. liberto. de an-
nuis legat. & hoc quia in quibuſdam locis facilius
& leuioribus vſuris inueniuntur, in aliis difficilius
& grauioribus uſuris.l.ideo.ff.de eo quod certo lo
co. & valet ſtatutum quòd Iudæi poſſint exigere
vſuras,& ab eis Rex Aragonum:ita poſt multa pro
& con.Alexan.in conſi.57.colum.1. cir. fin. prim.
volum.& in conſi.1.colum.2.ibi,ſeptimo.ante an-
te nume.2.& poſt 8. ſecund. volum. & in conſi.6.
poſt nume.8.ſext.volum. & capitula inita inter do
minos tẽporales & Iudæos da ſoluendo quid men
ſatim cum pignore vel ſine, extenduntur propter
tolerantiam, ad vſuras vſurarum. Idem Alexan.in
conſi.8.per tot.ſext.volum.quædam pro materia.
Cap.in ſua inueſti.in verſ. feudorum clauſulæ, ibi,
cuiuſcumque.ver.an Princeps. Iacobi.de feudis.in
verſ.Dux.in vlti. quæſt. Pacificos tamen Hebræos
non tenetur Princeps expellere. immò ſi eſt con-
ceſſa immunitas incolis, cenſetur etiã conceſſa iu-
dæis, Alexan.in conſi.99.nume.15.ſext.volum. &
13. nume. 13. in fin.& 21.& 130,nume.4.ſeptim.
7 volum.† (Econtra vſura eſt contra naturam: aſſi-
milatur morſui aſpidis. Lucas in l.2.poſt princ. de
debito. ciui. Inuaſit rempublicam triſtiſſima peſtis
non minor incurſu Barbarico. Authen.nullũ cre-
dit agri.circ. princ. debet à Chriſtiano homine pe-
nitus extirpari, ne vllum veſtigium remaneat infe-

hciſſimi

liciſſimi quæſtus. l.cum ſtipulati. in poſitione, caſus. in fin. de verbo. obligat. quia quod plus iuſto appetit homo, turpe lucrum eſt. cap. 1. ne clerici vel mona. ſpes & intentio faciunt eum vſurarium, ſicut & ſymoniacum.glo.in cap.1.14.quęſt.3.cap. conſuluit. cum ibi not.de vſuris. Et eſt vſura quicquid accedit ſorti, qualitercumque & quomodocumque vocetur. dict.cap.& quæſt.per tot.ſicut & ſimonia.cap.ea quæ.in glo.2.cap.in tantum. & ibi in verſ.variant. de ſimonia. vnde non valet, ſi mutuo decem, & paciſcor vt vadas Romam. glo. 2. in fin.in l.ſi tibi.ff.de pactis. vel ſi domum quàm pluris locaſſem, habeam ꝑ minori precio ratione mutui, vel in terminis.l.ſi ea paſſione.& l.cum nō frumentum.C.de vſuris.propterea vocatur pęna.l.fin. in verſ.pęnarum.ff.de magiſtrat.conue. æquiperátur enim, ſed non ſunt idem. Lucas in l.1.colum. 2.in fin.C.de ſuſceptor. Prępoſ.& Archi.eſt autem vſura reprobata iura diuino & humano, appellatur dolus, habet in ſe delictum, nec venit in reſtitutione. Bald.in conſi.135.prim.volum. Tollitur de iure ciuili, tàm modica, quàm magna. Authē.ad hęc. in glo.mag.C. de vſuris. An autem magis puniatur vſurarius vel ſimoniacus mentalis. Ale. in conſ.93. num.7.ſext. volum. & dominus temporalis nō debet admittere non oriundos in terris ſuis publicè fęnerari; quia vſurarius ſimilis eſt vermiculo ligni, qui ad tactum apparet lenis, ſed dentes habet ita duriſſimos, quòd omne lignū edat atque deuorat. Ita vſurarius vermis eſt, patrimonium edens, & tamquàm os inferni deuorans quantum eſt in marſupio. Inde vſura vocatur nequiſſima. Bald.in cōſ. 443.nume.7.8.& 9. 3. volum. Diſtinguit tamen, quod vſuras aut petit quis vt lucrum, & non debētur: aut quia paſſus eſt damnum, & tunc non vt vſuræ, ſed ut intereſſe petuntur.l.1.in verſ.Petrum. cir.fin.C.de Sum. Trinit. & iſto modo ex quo ſoluuntur loco intereſſe, ſunt licitę etiam de iure canonico.l.2.& ibi glo.1.C.de vſuris.& eccleſia ſuū cum augmento recipit.glo.2.in fin. in cap. iudicatum.89.diſtin.glo. in cap. fraternitas. in verſ. cum augmento, & c.ſi quis. in glo.fin.12.quæſt.2.ſicut ſi uendo ꝑdium & trado, ex quo percipis fructus, ſi non ſoluis precium, debentur vſuræ non tamen vt uſuræ, ſed tamquàm intereſſe, glo.poſt princ. in cap.conquæſtus.de uſuris.l.curabit.& l.fructus.C. de actio. empti. aliàs iniquum eſſet exigi vſuras ab eo qui fructus non percipit.l.liberalitatis.ff.de vſuris. & hæc dixiſſe ſufficiat; occaſione ſumpta de qua ſupra.

Continuando tamen theoricam Iſer.in eo quod loquitur de annali poſſeſſione, intellige, dicit ipſe, quando dominus vendicat rem ſuam ſimpliciter, & poſſeſſor replicat habuiſſe in feudum: tunc tenetur dominus probare, quòd ſecus hic, ex quo dicebat dediſſe loco pignoris: & ſucceſſiuè agebat directa pignoraticia. Et tenebatur offerre debitum.l.rē §.omnis.de pign.actio. vel dicere quod annus limitatus ad guardiam erat elapſus, & ideo repetebat. Et procedunt prædicta eo magis, quia dominus dicebat poſſeſſorē habere cauſam ab ipſo: quod reus non negat, ſed dicit habuiſſe in feudum. actor pro pignore: vnde ex annali poſſeſſione, non poteſt ſumi coniectura. ſed in terminis.§.fin.ſi de inueſti.inter domi.& vaſal.lis oria. Propter annualem poſſeſſionem ſi iudici videbitur, datur poſſeſſori iuramētum: quia poſſeſſor confitetur tenere à domino, & nō negabat directum dominium eſſe actoris. Et reſpondet Iſer. tacitæ obiectioni, quæ naſcitur ex ex regula, actore non probante &c. nam (dicit ipſe) regula illa procedit, quando actor nullum ius habebat, uel probauerat ſe habere in re petita. Hic conſtabat de directo dominio ſaltem per confeſſionem partis, vnde iſte textus in utroque dicto eſt intelligendus, quando poſſeſſor à principio dixit dominium feudi eſſe actoris: aliàs ſi negaret à principio rem ad dominum pertinere, & actor probat ꝙ in guardiam vel in pignus dedit, vltra quòd punitur amiſſione poſſeſſionis propter mendacium. §. illud. lo 2. Authen.de trien.& ſemiſ. Authen. item poſſeſſor. Qui potio.in pig. habe. non poterit poſtea admitti ad probandum quod habuit in feudū. Sed circa hoc ultimum Iſer. in verſ. poſtquàm in guardiam.nume.10.ferè vſque ad.§.ſi quis de inueſ.addncit multa cōtraria. Cui adde eundem in §. inſuper.nume.11.de conten.inter domi.& fidel.de inueſti.feu.& in conſti.terminum vitæ. circ.fin.vbi Afflic.in 7.quæſt. Alexan.in conſi.115.tert.volum. & in conſi.1.quart.volum.addi.ad glo.in l.cum de indebito.in verſ.accepit. ff.de probatio. & ꝗ negat occidiſſe, intelligitē eo modo quo proponitur ꝑ accuſatorem. Accuſator enim petiit eum puniri de homicidio, nec dixit occidiſſe ad ſui defenſionem. vnde negando ſimpliciter, intelligitur negare ſicut poſuit actor. & probando poſtea quòd occidit ad ſuam defenſionem, nō negat quòd prius dixit. Immo confirmat, ſicut qui accepit indebite, ſi cōuentus negat accepiſſe cōuictus poſtea, quòd accepit, poteſt probare quod accepit debitum.dict.l.cū de indebito. quia negauit eo modo ſicut dixit actor, ſcilicet indebite, ut uideatur reſponſum ad interrogata.l.ſi defenſor.§.1.ff.de interrogat. actio. qa vocis miniſterio utimur ad pronuntiandum, quod mente gerimus.l.labeo.§.id Tubero. de ſupelle.legat.& Loffred.hic. Et ſic procedit regula, quòd de vna exceptione poteſt quis tranſire ad aliam. gloſ. 1.in cap. 1.13.quæſt. 2. cap. auditis, & ibi. glo. in uerſ. præſcripſiſſe. de præſcriptio. Et ſi propoſuit unam, & ſuccubuit, ſi uult redire ad aliam, admittitur.glo.in cap.paſtoralis.in uerſic.nullatenus. de exceptio.eodem enim uel diuerſis temporibus poteſt proponere diuerſas uel contrarias exceptiones.l.minur.§.1.in uerſ.ex ſtipulatu. ff. de euictionibus, tàm agendo, quàm excipiendo.glo.in cap. ſi quis.in uerſ.confeſſione.in fi.30.quæſt.5.Et quando tendunt ad diuerſum finem, habent locum contraria.glo.1.in fin. in cap. Abbate. de ſenten. & re iudi.in 6.cap.ſi à iudice. in uerſ.teneris. circ.medi. de appellat.in 6. uel proponuntur conditionaliter. Bald. in conſi. 445. in fin.nume.6.ſecund. uolum. Lucas in l.quoticus.col.8.poſt prin.C.de dignitat. aliàs allegans contraria non audiretur.l.1.C.de furtis & ſeruo corrup.not.in cap.penul.de offi.de leg. in 6. Et debitor qui dicit, nihil mihi mutuaſti; ſi dicit poſtea quòd ſoluit, eſt ſibi contrarius & mēdax: Nam affirmat numeratum, & cogitur ſolutionem probare.l.1. C. de probatio: Nam qui ponit repudium, præſupponit matrimunium.§. quoniā. uerſ. neque enim. Auth. Quibus modis nat. effi. leg.diuiſio præſupponit communionem. Deci. in conſi.513.poſt nume. 11. non enim eſt liberatio, vbi non eſt obligatio, ex quo liberatio præſupponit habitum. cap.ad diſſoluendum. de deſponſa.impuber. Soluitur quælibet obligatio eo modo quo

ligatur

ligatur.l.pront quiſque. & l. penul. ff. de ſolutio. l. an inutilis.§.1.in fin. ff. de acceptilatio. & ſic regula, puniitur mendacium, fallit in litis conteſtatione, in reg.l.nemo ex his.de reg.iuris.ff.non enim habetur pro exceptione, quod dicitur in litis conteſtatione, & ſi minus tribuitur, nihil quidem tribuitur. l.minus.ff.de uerbo.ſigni. Item in contrariis; ſi dico me dominum, & præſcripſiſſe, contrarietas eſt & non mendacium: vel mentitur tacite & non expreſſe, & licèt id quod rei ineſt ſuperuacue exprimatur.l.quæſitum.§.1.ff.de diſtra. pign. & eadem vtriuſque ſit virtus.l.3. de leg.1. & nihil operatur ſi exprimitur eo modo quo ineſt, ſecus ſi alio modo.l.Cornelius. vbi ita Sum.Bar.ff.de hæredi.inſti. l.ſi ita legatum.§.1.de leg.1.l.aliquando.de condi. & demon.l.3. C. de fideiuſſo. Tamen ſi tractatur ad finem inualidandi actum, plus operatur expreſſum quàm tacitum. Afflic. Qui ſucceſſo. tene. nu. 13.& in §.præterea.num.25.Quibus mo.feu.amit. Vnde fideiuſſio expreſſa plus operatur quàm tacita. Auth. de duobus reis.cir.ſin.in verſ.abſentes,& facilius impeditur tacitũ, quàm reuocetur expreſſum.Bald.in conſi.575.in fin.ilio.volum. & diuerſa eſt cauſa voluntatis expreſſę,& eius quæ ineſt.l. eum qui certarum.§.1.in fin.de verbor. obligat. & plus operatur expreſſa contumacia quàm tacita. l. Fulcinius.§.vlti.ex quibus cau.in poſſeſ.eatur. licèt quandoque plus valeat tacita promiſſio quàm expreſſa,& prohibitio tacita quàm expreſſa.l.2.§.ſed quia. in verſ.remitti.C.de iureiuran. & vitiatio expreſſo, non vitiatur tacitum æque principale. l. ſi fideiuſſor.cum ibi not.de legat.1.quando æquiparentur, vel plus valeant, dic vt per Lucam in l. 1. cir.prim.C.de mane. non conti. Dũ Iſer. dicit ſtari pluribus & dignoribus, ſi dominus probat dediſſe in guardiam, vel in pignus, vaſallus verò in feudũ. l.ob carmen.§.1.ff.de teſtibus.adde eundem in cap. ſi quis per 30.circ. fin. & quæ ibi dixi. ſi de feu.de fun.milit.contro.fue. Intellige (dicit ipſe) ſi probatio eſt facta ante publicationem : aliàs teſtes recepti poſt publicatum in cauſa, ſuper articulis de directo contrariis, non probant. Alexan. in conſi. 53.nume.17.ſeptim.volum. glo. in cap.iurauit. de probatio.cap. in cauſis. de teſtibus. niſi per malitiã uel ignorantiam iudicis ſeu recipientis,non fuerint interrogati ſuper aliquibus capitulis ; quia tunc ẽt poſt publicatum poſſunt ſuper illis recipi. cap. per tuas.in glo.fin de teſtibus.Ioan.An.in addi.ad glo. in cap. 2. in verſ. interrogatoria. de teſtibus. in 6. ſicut ſi nihil depoſuerunt, quia non recordati, vel male examinati, poſſent iterum examinari, tàm in cauſa principali, quàm appellationis. Bald. in §. ſi enim. nume. 5. quid ſit inueſtit. Idem ſi publicatio non eſt rite facta : quia poſſent recipi ſuper nouis articulis de conſenſu partium. Afflic. ſupra eo. §. Item ſi vaſallus. poſt nu. 1. vel pars fecit quicquid potuit, procurando ignorari teſtes ut examinentur. Felin.in cap.licèt cauſam. poſt nu.19. de probatio. vel ſi aliquid diminute probatum eſt, admittuntur alij teſtes ſuper eodem capitulo.glo.in cap. præſens. in verſ.patrem.20.quæſt.3.& in aliis caſibus,ut in cap.de teſtibus.in glo. fin.cap.ex tenore. cap.cum cauſa,& cap.cum in tua. de teſtibus,Bald. in dict.§.item ſi vaſallus.nume. 1.not.in clemen.2. de teſtibus. & in aliis caſibus, de quibus Iſer. hic, ſe remittit ad glo. in l.officium. in verſ.exceptionẽ, de rei uendi.l.peremptorias,in verſ.feratur.C.ſent. reſcin.non poſſe.& glo.fin.in l.ſi quidem.C.de exceptio. & admittitur in hoc caſu ad probandum: quia à principio dixit ſe accepiſſe in feudum.Vnde etiam quòd conuincatur, non dicit nec uult probare aliud, niſi quòd à principio dixerat. Secus ſi negaret feudum, quia amitteret. eum diſtinctione tamen, quòd ſi fraudulenter negaſset, amitteret: ſecus ſi ignoranter. Iſer.in §.ſi fuerit. nume. 15. de lege Corra.& conuentus ſi negat ſe eſse vaſallum, conceditur vſus & fruitio rei lite pendente.gloſ. Pari.9.tit.1.§.1.nume.1.cir.fin.

SVMMARIVM.

1 *Si quis, tàm maſculos, quàm fœminas comprehendit.*
2 *Manſus, iugerum, pertica, acra, & carruata terræ quid: & vnde. Quid etiam verſaria, tornatur vera.num.eo.*
3 *Cæſpes terræ quid: & quid campus.*
4 *Homines de manſata, qui dicantur.*
5 *Incrementum intrinſecum & extrinſecum, latens ſiue apparens, intra rem & extra rem.*
6 *Augmentum eſt eiuſdem conditionis, cuius eſt res cui augetur.*
7 *Vita et militia debetur ſecundogenito ex bonis auctis ex cauſa de præterito.*
8 *Subinfeudatus, an cogatur ſeruire priori domino.*
9 *Incrementum quod acceſſit ſubfeudo, an ſit domini uel ſubfeudatarij.*

AD §. SIMILITER, SI QVIS: aliàs, ſi aliquis.

1 SI quis.) dictio,ſi quis, ſiue in materia indifferenti conuenit vtrique ſexui,ſit maſculus, ſiue fęmina. Pau.de Caſt. in conſi. 340. poſt nume. 3. ſecund. vol. De manſo vno.) Qui largo modo quicumque ager dicitur : ſic dictus à manendo,
2 quia ibi eſt habitaculum ſaltem rurale. Bald. in l.ſi plures.nume.9. C.de condic. inſer. uel quia in eo manent homines. Idem Bald.hic num.2.vbi etiam Præpoſ.in princ. & eſt terra certi laboris. Iſer. hic poſt princ.Sed alibi capitur pro dote eccleſiæ. cap. ſecundum canonicam. ubi glo. cum cap. ſequ. 23. quæſt.8.cap.1.ubi Innocen.de cenſi.& in cap.non minus.in princ.& nume.5.in fin.de immu.eccle.in cap.fin.de priuileg.& exceſſi.priuileg.Caſſa.in cõſue.Burg.rub.9.§.4.in princ. & §.5.ibi, meix. Bar. in l.ſi ita, in fin.de auro & argento legat. Aluar. & Afflic.hic in 1.not.nume.5. vel pro agro limitato, quantum poteſt laborari per annum cum duobus vel tribus bobus. Iſer.hic in princ. vbi etiam Alua. iate. Cam.in cap.Imperialem.car.37.colum.4.cir. fin.Capi. in ſua inueſti. in verſ. feudorum genera. ibi manſum. Lucas in l.nemo.in fin.de anno. & tribut.facit.l.de eccleſiis, la 32.de Epiſco.& cleric. in Longo.cap.cum per bellicam. cir.medi.34.quæſt. 1.& 2. Deci.in conſi.573.nume.7.quar.vol. Iugerum eſt ſpatium terræ, quantum vnum aratũ poteſt arare in die. Pri.reg.14.& conſtat pedibus ducentum quadraginta in longitudine, & centum viginti in latitudine. Lucas in l. vnic. cir.princ.C.de colonis Thraceos.glo.Pari.qui etiam unde dicatur & quid pertica, & acræ, nume.6.vſque ad 8.tit.1. §.11. Eſt autem pertica menſura decem pedũ. Lucas

eis in l.2.cir.fin.C. de excuſ.arti, & de hac dictio-
ne Bald.in conſi. 177.& 410.in p.in.prim.volum.
acra terræ, eſt menſura terræ ſecundũ vulgare an-
glorum.cap.3.& ibi glo.in ver.acras. de eccl.ædifi.
De carruata terræ.cap.veniens. de tranſactio. ver-
ſariæ ſeu tornaturæ. Specu.in tit.de empti.& vend.
§.1.num.1.cir.medi. e addi.pri.ſexuerſariæ vel tor
naræ.in tit.de parrochiis.nume. 5.ceſpes dicitur gle
ba terræ cum herba viridi. Archi.in cap. quoniam.
poſt princ.24.quæſt. 1. campus eſt loci ſpatium &
planities, Grecè dictus; quia eſt breuis, pedibus
humilis & non montuoſus.Idem Archi.in cap.fin.
in fin.7.quæſt.1. Campum iſtum textus iſte vocat
4 manſum. Indè homines de manſata.† Specu.in tit.
de feudis.§.2.nume.37.& 38.Bald.in l.1.num.19.
de rerum diui. quando, ſcilicet dominus dat alicui
manſum cum diuerſis poſſeſſionibus. Et propterea
ille ſi facit hominium domini, & tenetur ad certum
ſeruitium. Caſſa.in conſu.Burgu.rubr.9.in 1.num.
24. Eſt ſeruus ratione poſſeſſionis, vnde eam di-
mittendo efficitur liber, ut ibi poſt nume.25. & §.
3.poſt medi.2.in princ.& §. 9.in prin. & de huiuſ-
modi hominibus Præpo.ſupra in Prælu.nume.69.
in fin.& poſt nume.90. Aluar.ſupra in prox.num.
44.ante & poſt,& hic nume.1.circa.princ. Et ſic,
ſi quis de manſatus acceperit inueſtiturã, De man-
ſo vno,) ideſt vnius manſinã: dictio, de, notat cau-
ſam proximam materialem immediatam. Bald.in
conſi.205.in princ.& cir.fin.quin.volum. Et dixe-
5 rit, quòd omne incrementũ,) † Intrinſecum vel ex-
trinſecum.l.denique.§.fin.in verſ.incremẽta. de pe
culio legat.latens ſiue apparens. Aluar. hic nume.
1.cir.medi.& Præpo.nume.3. Intra rem uel iuxta
rem. Bald. hic nume.3.circ.medi. Pertineat ad eũ.)
Poſſidendo. l.verbum illud, pertinere. de verbor.
ſignifica. Per inueſtituram,) idest propter. Archid.
in cap.miramur.in princ.61. diſt. Inueſtituram, ſi
dominus reſeruauit ſibi.) Quia iſta retentio qualis
qualis multum prodeſt. Aluar.in §.fin infra, Qui-
bus modis feu.amit.In 1. ſicut in eo qui de legat, ſi
aliquid ſibi reſeruat.l.1.in ver.reſeruare.ff.de dam.
inſe. iudicis reſeruatio poſſet aliquid operari. Bal.
in l.2.§.miles.numer.3.ff.de his qui not.infa. ratio
ne retentionis appellatur ad eum, not. in cap. 3. &
in cap.ſi delegatus. de offic.deleg.in 6.l. 1.§.1.quis
& a quo.l. Imperatores. in verſ.non recti.ff.de ap-
pella.glo.fin.in Auth. ſi quis. C. de epiſco. audien.
Auth. ad hæc de iudici. addi. ad glo.fin.in l.vni.C.
qui pro ſua iuris.§.illud. Authẽ.vt defun.ſeu.fune.
eor.§.iudices.in glo.fin.cum §.ſeq.in fin. Authẽ.de
iudicibus. Bald.in conſi.449.prim.volum. & 364.
nume.1.tert.volum. pactum de non alienando va-
let, ſi is qui pepegit aliquid ſibi reſeruauit in re-
alienata, aliàs non. Idem Bald. in conſi.491.num.
3. quin. volum. Nec requiritur aſſenſus eius qui
ſubinfeudauit vaſallo alienante, ſi ſubinfeudando
nihil ſibi reſeruauit. Affli.in §.Illud quoque.num.
5.cir.fin.de prohi.feu.alienat.per Frederi.intellige
in caſu noſtro, quando dominus eſt in poſſeſſione
incrementi: aliàs ſecus. Bald.hic poſt nume.2. Di-
citur autem retinere, ubi dat totum, & aliqua exce
ptuat: quia exceptuata tantum retinet.arg. l. 1. §.
ait Pretor, lo 2.ff.de poſtula.& ſi non excipitur, in-
telligitur includi.glo.fin.in cap. ſi non licèt 23.q.5.
Idem ſi nihil retinet, dummodo conſtitit quod nõ
dedit totum, vaſallus non habebit niſi tantũ quan-
tum eſt datum; ſicut in agris limitatis ius alluuio-
nis non habet locum. l. 1. §. ſi inſula.ff.de flumin.
Ideò ſi in curte dominus conſtituit feudum, habet
totam aream, licèt de ea aliquid dederit: ſicut iu-
riſdictio non abdicatur à delegante ordinario ſi to-
tum delegat; ſecus ſi à delegato. §. ſuper quæſtio-
num.§.porro. de offic. delega. quia concedens iu-
riſdictionem à ſe non abdicat. Petrus in tracta.de
Principe.colum.7.cir.princ.& ſi eſt iuriſdictio cõ-
ceſſa vni, non videtur adempta alteri. Bald.in cõſi.
470. ſecund. volum. & propterea, Si reſeruauerit
ſibi aliquid in ipſa curte.) quę propriè eſt ius quod-
dam vniuerſale, ſub quo principaliter comprehen
ditur iuriſdictio loci. Socin.in con.187. poſt num.
3.ſecund.volum.dixi latè in rub.infra, de Capi. qui
curi.vend. Tũc oportebit.) idest expedit, vel neceſſe
erit. Ioan.An.cap.1.1o prin.de renuntia.in 6. fide-
lem, ſupra tit.1.§.cum verò Corrad. Incrementi in-
ueſtituram per pares curtis, uel breue teſtatũ pro-
bare.) & ſic ſecundum Iſer. & Petrum de Ceruo,
textus iſte intelligitur, quòd ſi dominus aliqd ſibi
reſeruauit in curte, & vaſallus non eſt in poſſeſſio
ne incrementi: tunc incrementum pertinet ad do-
minum, niſi vaſallus ꝓbauerit per pares curiæ vel
breue teſtatum, ſe eſſe inueſtitum de incremento.
Si nihil ſibi reſeruauit, omne incrementum pertine
bit ad vaſallũ. In text. dicitur, ibi. Si verò fidelis.)
Dicitur, quòd ſi vaſallus eſt in poſſeſſione, non o-
portebit probare, ſed tantum iurare. Præpoſit. hic
poſt nume. 2. Explanato textu exemplificatio eſt
facilis.

Sed faciebat dubium quòd iſtud augmentũ ſem
per debeat eſſe vaſalli: nã ſicut iure hoc fit, vt iſtud
ſit meum, & iſtud tuum: & conditor legis vel ca-
nonis poteſt mihi dare rem alienam, & tutus ero.
glo.2.in cap.vigilanti. circ.medi.de præſcriptio:ita
videtur, quòd flumen cum tenet vicem cenſitorũ.
l.adeò. §. quòd ſi. in verſ. iuris. de acquiren.rerum
domi.& dicemus infra cum Iſer.quod alterius fun-
do accreſcit, dominu illius iure alluuionis acquirit.
l.1.in fin.C.de alluuioni.& palud. Secundò, incre-
mentum conſiſtit etiam in fructibus.l.1.§.belliſſi-
mè.ff.vt lega.nomi.caue. modò qui deſertum fun-
dum reduxit in fertilem, ſaluo canone, poterit ſuis
velut domeſticum, & auita ſucceſſione quæſitum
relinquere.l.quicumque. lo 2.C. de omni agro de
ſer. Ita & ſi eſt incrementum in territorio, ne Dei
beneficium inuidioſa calumnia ꝓſequamur.l.vnic.
C.de theſauris.lib.10. Vltimò facit.l. 2. C. de fun-
dis rei priua. Vbi quicquid adiicitur vel accreſcit
rei priuatę, eſt domini illius & eius hæredum.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium vir-
tute huius conſuetudinis. Et ratio eſt: quia natura
feudi eſt, ſicut natura agri limitati, lacus, & ſtagni,
qui non recipiunt augmentum extrinſecum. Bald.
hic nume.3.cir.medi.in agris limitatis ad certã mẽ-
ſuram, non habet locum ius alluuionis.l.2.§.ſi in-
ſula.ff.de flumi. Præpoſ. hic, nume.4.in prin. & re-
ſeruatio partis facta per dominum in re ſua tranſla
ta in alium ꝓdeſt, vt præſumatur velle ſibi retinere
ius circa incrementa & acceſſiones. Præpo.hic, nu-
me 2.vt reſeruatio aliqui doperetur. Bald.in conſ.
231.num.1.in fin.tert.volum.& prodeſt multum,
tàm ſi fit tacitè, quàm expreſſe. Afflic. in §. fin. in
1.not. quibus mo.feu.amit. Qua ſtante:

Non obſtat primum; nam additamentũ quod
ſit ex induſtria vaſalli intra rem, puta quia in eo
vaſallus fabricauit domum, vel alias meliorationes
adie-

adiecit, ſpectant ad vaſallum. Præpoſ. hic num. 5. & §. ſequen. in fin. ſi eſt intrinſecum: quia de per ſe eſſe non poteſt, rapit ſecum in locum acceſſionis, id ſine quo eſſe non poteſt, leg. nam quod. de penu lega. l. in rem. §. item quæcumque. de rei vendic. & ſic accreſcit ſi de per ſe non poteſt ſtare. Aluar. hic poſt nume. 5. aliàs ſecus. Ludo. de Moli. de Hiſpa. primogen. lib. 1. cap. 26. nume. 5. 6. 11. & 12. Secundum non obſtat: nam aut feudum creuit per diligentiam, & induſtriã vaſalli, & non augetur ſeruitium. Iſer. de vaſal. decre. ætate. nume. 1. in fin. & §. fin. nume. 14. in fin. in addi. de capit. qui curi. vendi. licèt tempore impoſitionis adohę, fit inquiſitio de fructibus, & prout ſunt fructus in præſentiarũ imponitur adoha ſecundum generalem conſuetudinem regni. Afflic. in §. ſimiliter. poſt nu. 4. de capit. Corra. Aut aliunde, & debet augeri ſicut in penſione quæ debetur ex bonis eccleſiæ auctis. glo. penu. in cap. cum clerici. de pactis. Lucas in l. 1. cir. prin. C. de paſcu. pub. glo. fin. in cap. de monachis. de præben. cap. pen. de his quę fiunt à pręla. cap. prohibemus. & cap. grauis. & ſequ. in gloſ. fin. de cenſibus. Non obſtat vltimum, nam aut fructus creuerunt cura & ſolercia poſſeſſoris, & ſunt ſui: aut ex inopinato euentu & immoderate ex creuerunt, & ſecus. Lucas in dict. l. 1. poſt glo. 3. de fun. rei priua. Frederi. de ſubfeu. lib. 2. ibi, quinta authoritas. nu. 21. vſque in fin. Et ſic firma remanet concluſio, quod augmentum regulariter ſpectat ad vaſallum, non ad dominum infeudantem.

Amplia idem in excadentiis. Iſer. hic nume. 15. in fin. & Loffr. Secundò habet locum, ſiue incrementum proueniat ex induſtria vaſalli, ſiue fortuna, & tam ſi ſit incrementum diſcretum, ut inſula in flumine, quàm concretum. Puta quia accreuit alluuioni, quod dicitur incrementum latens. Affli. hic in 3. not. nume. 9. licèt dictum in augmento diſcreto, videtur contra. §. econtrario. de inueſti. de re alien. facta. Amplia tertiò, ſiue augmentum obueniat ante traditionem, ſiue poſt. Afflic. hic poſt num. 11. Intellige tamen ſi conceſſio fuit facta ſimpliciter: ſecus ſi ad menſuram: quia tunc alluuio ſuperueniens ante traditionem prodeſſet domino. l. Iulianus. §. ſi Titius. ff. de actio. empti. Bald. & Aluar. hic. Capi. in ſua inueſt. in verſ. feudorum genera. in prin. & 2. limit. ſecus ſi poſt traditionẽ; ſicut fundo legato, ſi aliquid poſt teſtamẽtum adiectum ſit, & teſtator eam partem ſeparatim nõ poſſedit vniuerſitati prioris fundi adiunxit. l. cum fundus. de lega. 2.

Limita etiam non procedere in fundis limitatis. glo. rub. de fun. limitro. Item niſi aliter fuiſſet actũ inter partes. §. fin. Quid ſit inueſti. quia pactum cõuentum exceptionem perpetuam parit. l. ſoluitur. ff. quibus modis pign. vel hypoth. ſolui. nullum reducit ad aliquid, & aliquid reducit ad nullum. l. penul. in glo. fin. C. de pactis conuen.

Limita etiam niſi dominus in illo tenimento ſibi aliqua reſeruaſſet. Capi. in ſupra citat. loco. in verſ. feudorum genera. in 4. limi. Et ſic prodeſt retinere aliquid, in eo quod conceditur. Iſer. in §. fin. circ. fin. infra tit. 1. quibus modis feu. amit. licèt alibi noceat, quia retinendo vſumfructum, videtur poſſeſſionem tradere. l. quiſquis. C. de donatio. Iſer. hic, nume. 14. in pri. retentio penſionis eſt ſignum traditę poſſeſſionis. glo. poni ſimil. in c. cum veniſſet. in verſ. annuam. de reſti. ſpoliat. & retentio fidei in alienatione feudi, nõ operatur quin dominus poſſit ad ſe à vocare tamquam appertum, niſi vltra fidem, retinuiſſet & cenſum. glo. Pari. tit. 1. §. 41. in 1. quæſt. nume. 2. & in 3. nume. 9. vſque ad 13.

Limita etiam niſi augmentũm obueniſſet contemplatione feudi, puta ſi legetur pro fabrica in eo facienda. Afflic. in §. ſi vaſallus. num. 8. hic finitur lex. Simile in legato intuitu eccleſiæ, & non perſonæ. cap. requiſiti. cum ibi not. de teſtam. cap. 1. de ſucceſſi. ab inteſta. glo. 1. in cap. cum tibi. de verbo. ſignifica. Nota quòd diſpoſitio rei principalis trahitur ad acceſſoria quę de per ſe ſtare non poſſunt, ſicut ſeruitus quæ intelligitur eſſe pars feudi, ſecus ſi eſſet res penitus ſeparata quæ de per ſe poteſt ſtare: quia tunc res addita non reputatur feudum. Aluarot. in §. rei autem. nume. 3. & in §. econtrario. fere per tot. de inueſti. de re alien. facta. vnde res additę & vnitę prędio feudali, licèt unum fiant cum feudo, ut ſint hæredum poſſeſſoris: non tamẽ vniuntur feudo in quantum eſt feudum, quia non vniuntur in qualitate feudali eiuſdẽ feudi, ſed quo ad illam ſunt ſeperatę & diſtinctæ & indigent ſeperata poſſeſſionis apprehenſione & præſcriptione. glo. 5. Pari. tit. 1. §. 1. nume. 20. niſi accedat augmentum per modum vnionis eandem rem conſtituens: nam tunc omnes qualitates, & conditiones rei cui vnitur ſuſcipit, & omnino iudicatur ſicut eadem res. glo. 1. tit. 1. num. 63. & ſupplementum ſequitur naturam eius cui ſuppletur. ea. glo. in §. 25. num. 44. in prin. tunc appendices ſunt pars rei. Frederi. de ſubfeu. lib. 2. ibi, tertia authoritas. poſt nume. 10. & augmentum regulatur ſecundum naturam pręexiſtentis. Cagn. in l. 1. nume. 9. ff. de iudicis, nec iudicatur de per ſe, ſed ſecundũ illa quibus accedit. Pau. de Caſtr. in conſi. 390. num. 1. in fin. prim. volum. trahit ſe ad aliam, & inducit communionem cum alia. Præpoſ. hic poſt nume. 5. & idem iudicatẽ de augmento, quod de principali pẽſione. Deci. in conſi. 141. nume. 2. & augmentum extrinſecum augetur cum eadẽ qualitate, nec opus eſt noua apprehenſione vel titulo, nec augetur canon. dict. glo. Pari. tit. 1. §. 1. nume. 115. Nam augmentum & diminutio non concernit niſi quantitatem uel qualitatem, non autem mutat eſſentiã vel ſubſtantiam, vnde poſt augmentum vel decrementum manet. idem corpus numero quod ante fuit: ſicut de naue Theſei, eadem gl. Pari. tit. 1. §. 41. poſt nume. 54. vnus & idem cenſus licèt auctus. Et glo. tit. 1. §. 51. in glo. 1. poſt num. 15. & eſt ſimile ei qui aleam emit, quia precium nõ augetur nec minuit, quamuis alea ſit lucroſa vel damnoſa. ea. glo. Pari. poſt nume. 11. tit. 2. §. 58. & ſic additum eſt eiuſdẽ conditionis & naturæ, & eodem modo regulatur, ſicut id cui additur, ſiue fiat per contractum, teſtamentum, ſiue per legem. Vnde ſi ſtatutum auget legitimam, iura communia habebunt locum, etiam in augmento. ſimilia glo. Pari. tit. 1. §. 7. nume. 32. vnicum. verſ. in §. 18. in fin. poſt num 25. & conſuetudo territorii, extẽditur ad loca addita territorio: & eadem dicitur iuriſdictio cum prima. inſuper, quando vnum diſponitur per reſpectum ad aliud, intelligitur cum omni qualitate diſpoſitum. Paul. de Caſtr. in conſi. 418. poſt medi. 2. volum. & adiectio ſiue incrementum non requirit inueſtituram. in conſi. feu. diuer. pri. nume. 50. nec ſuppletio habet immutare naturam rei cui adiicitur vel ſuppletur. in dict. conſi. feu. diuer. 12. nume. 4. In dubio

non

non præſumitur quòd acquirens habuerit animum faciendi vnionem: quia eſt præiudicialis, & non tenetur eam facere. glo. Pari. tit. 1. §. 23. poſt nume. 46. ſed contra, adahærentia non faciunt quem ſortiri eundem ſtatum, cum eo cui adderet. Zabar. in clement. 1. in 5. not. de religio. domi. acceſſiones rerum depoſitatarum vel locatarum, non uidentur depoſitatæ vel locatæ. leg. 1. §. quæ depoſitis. ff. depoſiti. qui ędes emit, non tigna neque colũnas emit, quæ acceſſiones ędium ſunt. leg. eum qui ædes de vſucapi. gloſ. 1. in leg. fin. de pauperie. in Longobar. cenſus non debet augeri, non auctis prædiis. ſi augentur prædia, poteſt augeri cenſus. Zabar. in clement. vnic. §. eadem. numer. 2. circ. mediũ. de ſupple. negligen. Prælat. ſecundus vaſallus ſi augmentauit feudum per viam præſcriptionis, quod præſcripſit vltra terminos conceſſionis, remanet pęnes præſcribentem, & non reſoluitur per reſolutionem auctorum. Curt. in tract. feud. in 4. parte pri. numer. 90. ſoluitur laudemium, nedũ de pretio conuento, ſed etiam de augmento vel ſupplemento. gloſ. 5. Pari. num. 2. circ. fin. titu. 2. §. 55. & reſpectu partis habitæ a emphiteota Hierony. Gabri. in conſi. 2. poſt nume. 11. Dic, quòd pars addita non cenſetur cęmiterium: alibi oleum non ſacrum admiſtum ſacro fit ſacrum. Sed illud in liquidis quæ recipiunt commixtionem, ſecus in tęmiterio, cuius pars non commiſcitur alteri, ſed omnes ęqualiter ſunt partes. Zabar. in element. 1. poſt nume. 11. de ſepulturis. de materia augmenti, natura, & cuius ſit. Caſſa. Remi. in conſue. Burgu. rubr. 4. §. 25. numer. 2. in fin. & debet regulari ſecundum naturam ſui præexiſtentis, ſeu eius cui accedit. Idem Caſſa. rubr. 6. §. 5. ibi, & faiet les. poſt nume. 5. & quod eſt dictum in feudo, non habet locum in emphiteoſi: nam in hoc feudum habet naturam ſeperatam ab emphiteoſi: ex quo omne incrementum latens ſiue apparens ad emphiteotam ſpectat: niſi eſſet augmentum inſolitum, de quo veriſimiliter non fuit cogitatum: tunc debet augeri canon, aliàs non. Præpoſ. hic nume. 6. & poſt. aliàs ſi ſoluit cenſum, redditum ſiue penſionem, non poteſt res auferri, nec cenſus redditus ſeu penſio augeri. Caſſa. in conſue. Burgn. rubr. 11. §. 5. ibi, & les appliquer, in princ. licèt feudatarius vel emphiteota, ſi ſollicitudine vel cultura vberiores fundos fecerit, non poteſt propter hoc emphiteoſis auferri, nec canon augeri. Quod enim contingit proſperitate fortunæ aut induſtria ipſorum, ad eorum cõmodum debet cedere. Bald. in leg. pennl. nume. 1. C. de ſolutio. Iſer. in princ. eſt clarus, & expoſitiones per eum relatæ, cũ non conſonent auribus vulgi, non ſunt tenendæ. Ludouic. de Moli. de Hiſpa. primogen. lib. 1. cap. 4. nume. 36. in princ. Sed dum ponit, quot tabulæ conſtituunt perticam, & quot paſſus conſtituunt manſum, adde quòd paſſus eſt quindecim pedum: pes eſt quindecim digitorum. gloſ. 1. in cap. ſicut antiquitus. 17. quæſt. 4. Aleaand. in conſi. 145. nume. 12. ſeptim. volum. & capitur pes tripliciter. Lucas in leg. 3. in princ. C. qui morbo ſe excuſat. In dubio (dicit ipſe) iſte §. habet locum, quando ſimpliciter datur territorium, ager vel tenimẽtum. quia intelligitur totum: cum inde finita ęquipollet vniuerſali. leg. ſi pluribus. de legat. 2. leg. quidã. triti. uino & oleo legat. & quòd non erat datum ad menſuram ſeu ad certam quantitatem: aliàs ſecus, puta ſi dixit, do tibi in feudum uiginti iugera talis tenimenti mei, tunc quicquid creſcit, non erit vaſalli ſed domini. & intelligitur de viginti iugeribus terræ quæ tunc erant, quando limitauit: & ſi minus aſſignetur, debetur complementum. capi. per tuas. de donationi. ſecus ſi eſt certum, & expreſſum corpus per demonſtrationem confinium. Alexan. in conſi. 176. poſt nume. 1. ſeat. volum. & 127. poſt princ. ſecund. volum. Deci. in conſi. 347. nume. 1. & 2. poſt medi. & 500. ante & poſt num. 14. quia idem eſt, ac ſi fuiſſet ad menſuram: nam is qui dedit ad certum ſpatium certaſque mẽſuras terræ, taxauit feudum. leg. cum certus. dict. titu. de triti. vino & oleo legat. & tunc non refert ſi augmentum eſt diſcretum, vt inſula in flumine; vel coniunctum accreſcens alluuione, quæ eſt incrementum latens: nam ſimpliciter dixit, non diſtinguendo augmentum coniunctum à diſcreto: Vnde nec nos diſtinguere debemus. leg. 1. §. quod autem. & ibi glo. in verſ. ſimpliciter. C. de aleę luſu & aleat. etiam quia hęc lex noua nihil dixit de incremento contiguo vel diſcreto; quod potuit omiſit, & ſi voluiſſet dixiſſet. Et licèt lex noua porrigatur ad caſus ad quos porrigebatur lex antiqua. leg. ſciendum. Qui ſatiſdare cogãt. Aut. offeratur. C. de litis cont. tamen quãdo emanat ad correctionem iuris antiqui, numquàm limitatur, neque interpretatur per antiquam. Anto. de Alex. in conſi. 52. inter conſi. Loffr. nume. 57. & 59. poſt medi. Afflic. in §. hoc quoque. poſt num. 38. de ſucc. feu. Quod in augmento focularium. Sed ante pauca dicam de numeratione. & iſta fuit antiquiſſima, ut Paralipomenon. pri. cap. 21. deſcribuntur nomina municipum. Lucas in l. ſuſceptores. in fin. C. de ſuſcepto. Præpoſ. & Archa. Iſta focus & lar dicũtur: hoc eſt ignes & domus. Caſſa. in conſu. Burg. rub. 9. §. 18. ibi, taliabres, nume. 12. alibi focagia. & quomodo fit numeratio hoſtiatim. Boer. in deciſ. 212. nu. 4. & ſoluuntur pro quolibet fumante ſeu foculario decem domino. Bar. in l. placet. num. 18. C. de ſacroſan. eccl. olim ruſtici non ſoluebant Imperatori, niſi viginti ſex denarios pro quolibet capite. Capi. in ſua inueſt. in verſ. feudorum clauſulę. ibi, collectis. verſ. temporibus. cir. medi. In Francia olim ſoluebant. 31. denarios. hodie ita excoriant, vt vix precario dimittant ſpiritũ. Caſſ. in conſu. Burg. rub. 1. §. 4. in princ. num. 13. & iura certorum militum & equorum, cęperunt in pecuniam conuerti, ſed debentur ſoli ſupremo Principi tamquàm monarchæ & rempublicam repræſentanti. glo. Pari. 6. titu. 1. §. 1. poſt num. 13. & quantum à Senatu Imperatori pro expenſis fuerit ſtatutum. Lucas in l. quicũque. col. 3. poſt medi. C. de omni agro deſer. hic olim dabatur ducatus pro foculari, vt in prag. Ferdinandi, de fiſcalibus iuribus de cętero exigendis. & facit. l. id ab una. C. de annonis & tribu. nunc pro ordinariis & extraordinariis vſque ad ſummã ducatorũ duorum cum dimidio. Pater & filius habentur pro vno fumante ſeu loco vnius capitis, etiã ꝙ eſſent doctores, niſi eſſent emancipati: nec refert ſi ſunt vxorati. Idem ſi mortuo patre ſimul habitantis viuerẽt in cõmuni, viduę inhabiles pęnitus & pauperes numerantur ꝓ focularibus, ſed cedũt ad onus aliorũ. ſicut in mortuis, vidua non ſoluit nec taxatur, qñ non habet in bonis vnciam anntuatim pauperis, non q̃a pro aqua, igne & aere, non

ſoluitur collecta, Et hoc ſi non habent poſſeſſiones, nec aliquid lucrantur pro induſtria. Capi. in verſ. feudorum clauſulæ, ibi filiifamilias, vſque ibi, forenſis. Afflic. in verſ. plauſtrorum, nume. 5. poſt princ. quæ ſint rega. vbi etiam quòd pater & filius habentur pro vno fumante, nume. 6. & 7. Iaſon in leg. in ſuis, nume. 16. de liber. & poſt. & in l. ſciendum, num. 27. qui ſatiſdare cogant, & non debent duo ſubire onera, ſed ſufficit quòd pater ſubeat pro ſe & filio. Ita & monaſterium comprehenſiue ſubit pro ſe & hoſpitali, Bald. in conſi. 205. num. 3. ante & poſt, tert, volum. & filius qui eſt in eiuſdem familia patris, non debet taxari in collectis, ſed pater tantum, Lucas in l. 3. poſt prin, C. de filiisfami. & quomo. pro his pater teneat. & focus & lar non extinguitur in dãnum Regis, etiam quod illius bonis ſuccedat vilis dominus; quia alii grauarentur, ſed poſſet compelli ad alteri concedendum bona cum onere. Caſſa. in conſu. Burgu. rubr. 9. §. 15. ibi, & auſus plus, & noua ſit ſumpta occaſione ex prima, & oriundi qui habent ibi domicilium. pro rebus quas ibi habent cogendi ſunt cum aliis ſoluere. Bald. in conſi. 142. num. 1. vſque ad 2. & in fin. ſecun. volum. & facit contra plurimas ciuitates Italiæ, in quibus numquàm fit quinternus liber, vel deſcriptio incolarum & originalium ciuitatis. Lucas in l. cum antea. in fin. de agrico. & cenſi. occupantes autem focagia tempore quo fit numeratio per regiam curiam, quomodo puniantur, Freder. de ſubfeu. lib. 2. ibi, ſecunda authoritas. poſt num. 31. & ſic augmentum focularium nouæ numerationis an erunt Baronis, qui habet functiones fiſcales illius oppidi, vel Regis. Afflic. in conſt. dignũ. multa Loffr. hic, pro & contr. in fin. huius tit. Videtur tenere quòd ſit Baronis, & ſi cõceſſit caſtrum, reſeruatis ſibi quibuſdam vaſallis, ſi eſt multiplicatum caſtrum hominibus, augmentum erit illius vnde proceſſerunt familię: quia ſuffecti progenitorea ſuos ſequi debent, Bal. hic nu. 6. Affli. nu. 20. Alua. nume. 5. cir. fin. & Præpoſ. poſt num. 6. Capi. in ſua inueſt. in verſ. feudorum augmenta, colum 2. in fin. & 3. in prin. & hoc modo diuiduntur vaſalli, & filius mei vaſalli dicitur meus vaſallus. Afflic. in §. præterea ducatus, in 3. not. poſt nume. 3. & in §. illud quoque. in pri. not, in fin. de prohi. feu. aliena. per Frederi. pignus dicitur quod accreſcit pignori, l. ſi conuenerit. §. 1. de pign. acti. quod accreſcit peculio, peculium eſt, licèt pręſens ſtatus peculii ſpectandus ſit, leg. 4. §. ſi ęrc. & leg. ſi ex duobus. §. 1. ff. de peculio. quod accreuit fundo empto, eſt emptoris, leg. id quod, de peri. & commo. rei vendit. additamentum dotis non eſt noua dos, ſed veterem auget. leg. 4. & leg. ſi ſeruo, ff. de iure doti. leg. inter ſocerum. §. 1. ff. de pactis dotal. leg. ſi marito, §. fin. ſolut. matrimo. leg. quod dicitur, la 1. cir. fin.
6 pri. de impen. in rebus dotal. factis. & augmentũ eſt eiuſdem conditionis & naturæ, cuius eſt id cui accedit, leg. ſi fundus. ff. de pigno. leg. ſi ex toto. de legat. 1. quia quod iuris eſt de principali, idem debet eſſe de augmento. Paul. de Caſtr. in leg. Ariſto. nume. 3. circ. fin. de acquiren. hæredit. Alexand. in conſi. 20. nume. 5. circ. fin. prim. volum. ſequitur cauſam eius cui accedit, leg. item ſi fundi, in verſic. pertinere. ff. de vſufruct. & priuilegium datum principali, ad eum porrigitur. Iaſ. in leg. quod in rerum, §. ſi quis, poſt nume. 2. de leg. 1. eadem actione petitur. leg. ſi ego. §. fin. & ibi glo. quod tamen, cum ſeq. de publici. Pacta inita in aliquo ſubiecto, intelliguntur repetita in eius augmento, leg. etiam. cum ibi not. & leg. cum dotem. C. de iure doti. ex quo aſſumit eandem naturam. Afflic. in §. fin. numer. 24. circ. princ. de capi. Corrad. eſt eiuſdem conditionis & prætogatiuæ, cuius eſt ſuum principale. Loffre. in conſil. 11. nume. 32. pro eo quod accreſcit, non eſt neceſſaria noua agnitio. not. Bal. in capitu. 1. nume. 3. de duobus fratr. à capi. inueſti. non augetur merces nec dupplicatur ſeruitium. glo. in leg. ſi merces. §. vis maior. ff. locati. leg. 1. in glo. penult. & fin. de iure emphi. leg. 2. & 3. C. de alluuioni. & palu. leg. penul. C. de omni agro deſer. leg. 2. C. de fundis rei priua. Præpoſ. hic nume. 7. ante & poſt. ſicut ſi laicis dentur decimæ & aliqua noualia creſcunt, non creſcunt decimæ noualium. glo. in cap. peruenit. in verſ. laicalibus. in fin. pri. quæſt. 3. quia adiectio non immutat id cui adiicitur. leg. ſenatores. vbi ita Sum. Bald. de ſenatori. lib. 11. Immò efficitur eius naturæ cuius eſt illud ad quod fit acceſſio. Loffred. in conſi. 1. poſt numer. 177. Iter. & Afflic. in §. ſed & res. numer. 18. per quos fiat inueſt. & habet augmentum naturam veteris feudi, nec ſortitur naturam noui. Afflic. hic. nume. 21. & de vaſal. decrept. ętat. nume. 1. cir. fin. & iſtud additamentum non eſt pars. leg. malum. de verbor. ſignificat. & quando legatur vniuerſitas, augmentum & diminutio contingens etiam viuo teſtatore, pertinet ad legatarium. l. peculium; cum ibi not. & leg. Lucius Titius. in princ. de leg. 2. leg. 3. & leg. ſi mancipia. de fundo inſtru. l. grege. & leg. quod in rerum. §. ſi quis. de lega. 1. reſtituitur fideicommiſſario vna cum augmento. l. ſæpe. de leg. 3. & cedit vſufructuario incrementum alluuionis, ſicut emphiteotæ. glo. 1. poſt medi. in leg. de quibus. ff. de legib. leg. ſi Titio. in fin. ff. de vſufru. & ratio eſt, quia emimus quandoque rem propter acceſſionem. leg. ſi in emptione. ff. de contrahe. emptio. glo. 2. in leg. in lege, la 2. ff. ad legem Falcid. & intuitu partus pluris matrem emit. leg. in bello. §. fin. in verſic. proinde. ff. de capti. & poſtli. reuer. & cum portio accreuit ad fideicommiſſarium pertinet, nec noua reſtitutione opus eſt. leg. Papinianus tractat. ff. ad Trebelleia. ſicut nec noua aditione, leg. 3. §. fin. ff. de bono. poſſeſſ. & in feudo non eſt neceſſaria noua inueſtitura, vel nouum iuramentum. Bald. in conſi. 301. poſt nume. 9. prim. volum. Loffred. in conſi. 15. ante & poſt num. 13. Capi. in ſua inueſti. in verſic. feudorum augmenta. cir. fin. & in verſic. feudorum inueſtituræ. ibi, inueſtitura noua. Præpoſ. hic, nume. 8. tutor necnon uel curator ſimpliciter datus, tenetur pro eo quod accreſcit. leg. quoties. §. fin. ff. de admini. tuto. & quod accreſcit bonis debitoris, poteſt creditor poſſidere ſine noua iudicis authoritate. leg. quamuis, in glo. 2. de bonis authorit. iudic. poſſi. licèt contra, pars addita parti, partem facit. leg. plures. de damno infect. leg. ſi conſtante. C. de donatio. ante nup. vendito peculio ſi quid ipſi accedit, reddendum eſt venditori. leg. ſed & ſi quid. ff. de contra. empti. quicquid cõmodi vel incõmodi pignori accedit, ad debitorem pertinet. leg. ſi inter. §. 1. ff. de pigno. venditioni ſi quid accreſcit, venditori reſtituitur. leg. 1. poſt princ. & leg. quod ſi nolit. §. 1. in fin. de ędili. edicto. ſecus in leg. qui filio. §. fin. de hære. inſti. vbi pro iis quæ accreſcunt pupillo, datur alter tutor. leg. quoties. §. fin. de admini.

mini. tuto. & ſi hæreditati venditæ pnſt ſtatutum precium plures res incipiunt eſſe, xugmentum non debetur niſi augeatur precium. l.fin. §.primo, in ver. vniuerſas. de lega.2. Immò in parte addita fundo noua emptione,&nnua præſcriptione opus eſt.l.qui fundum.§.j.ff.pro empto.Sed replicatur, quòd eſt eiuſdem enndìtionis & naturę: quia res ſuccedit rei,dignitas dignitati,& pſona pſonę.gl.ī extrauagan.cnm.vni. in ver. & alios. iu ſin. de nſfic. delega. Et erit concesſionarij, legatarij, uel domini, ſecundum voluntatem concedentis, ut in d. iuribus. & lege,denique. §.final. de peculio legat.

Infertur ex prædictis ex intentinne Iſer. quòd in caſibus, in quibus incrementum pertinet ad dominum, ſi non poteſt iri niſi per loca feudi, tenetur vaſallus dxre viam etiam ſine precio. Præpo.hic num.6.cir.med. ſed non per quamlibet partem feudi, ſed per locum vnde minus incommodum ſentiat vaſallus. l.certo generi. §.ſi totus. & l.ſi mihi, la 2.& ſeq.l.via.§.fin.de ſerui.ruſti.prædi. facit.l.ſi. de aqua quoti.& æſtiua.tenet Aluar.hic,colum.penul.& Cap.vbi ſupra in ver. feudorum augmenta. colum.2.poſt pri. Affli.hic num. 11.cir.fi.ibi, nũc quæro,diſputat ad partes, ideo non inſiſto. Limita tamen,non procedere in diuiſione vel venditione: nam etiam quòd frater non haberet aditum ad portionem domus ſibi contingentis, uel vicinus nõ haberet aditum ad prædium emptum, non per hoc frater vel vicinus in ſuo teneretur dare, niſi obueniſſet portio ex legato.Socin.in conſi 159. poſt pri. pri.volum. & 233.2.volum. Boeri. in Deciſ. 322. poſt num.2.gloſ.in l.binas.in ver.quæri. de ſeruitu. Vrba.prædi.l.cum eſſent. de ſeruitu. ruſti.prædi.& Iſer. in eo quod æquiperat hominis & legis prouiſionem. l.fin.C.de fideiuſſo. Dic,ſed non ſuccurrit lex ſicut homo, Cam.in c.Imperialem, colum.18. in fin.2o.cir.fi.& car.31. colum.2.in fi. & 49.col. 4.cir.med.licet factum legis potentius ſit facto hominis.Bald.in conſi.454.num.3.pri.volum.& nota vnum ex caſibus, in quibus quis cogitur vendere rem ſuam,cum ſint plures. glo.in §.fin. in ver.hoc agere.Aut.de fideiuſſo.not.in reg.ſemel Deo.de regu.iuris.in 6.glo.in c.fin.29.quæſt.2.l.2.in verbo, iube.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iuris.glo.1.in l.is qui.de relig.& ſum.fune.l.quamuis, & ibi gloſ.in ver.inhumanum.de pig.actin.l. Iulianus.§.idẽ Celſus,& in ver.totum. ff. de actio.empti.Bal.in conſi. 414.cir.fi.& 439.cir.pri.pri.volum.Affli.in §.poſt natale.num.10.de pace tene. Lucas in l.2.colum. fin.poſt pri.de debito.ciui.& in l.vni.col.3.poſt pri. de expen. ludo. & ita limitatur. l. nec emere. C.de iure delibe.

7 Infertur etiam ad quæſtionem, † ſi ſecundo genito debetur vita & militia ex corporibus reintegratis ex cauſa de præterito, & me aduocante fuit determinatum quod ſic, pro Don Cæſare Cabanilia, cõtra Don Marcellum Cabaniliam fratrem, vt in Deciſ.Domini de tranchis.61.Sed pro parte negatiua adducitur. Legitima æquiperatur uitæ & militiæ,& quod ſuccedit loco portionis hæreditariæ. Iſer.in conſt. comitibus.legitima non augetur ex cauſa de præterito. Afflict.in Deciſio 382. ita & in uita & militia.de renuntiatione in ſimil.Hiero. Gabri.in conſil.8.poſt nume.41.In detractione Falcidiæ tempus mortis conſideratur, & augmentum vel diminutio non prodeſt legatarijs.l.in quantitate.l.in ratione,la 2.l.in duplicibus. & ibi glo.pen.l. in lege Falcidia,la 2.in ratione.la pri.§.Imperator. ff.ad legem Falcid. ius de futuro non competebat re,nec ſpe,licet ſumeret originem ex cauſa de pręterito.Bald.in l.tres fratres.in pri. rep.in fi.ff.de pactis.ratione partis accreſcentis euictæ non agitur ad euictionem,in l.ex mille.§.quod ſi. ff.de euictioni.Rurſus iſtud augmentum hæres aut acquiſiuit ex ſua diligentia,aſtutia, alterius ſtultitia,uel per iudicis imprudentiam:in omnibus iſtis caſibus quæſita non computantur in hæreditate. l.3. ff. ad legẽ Falcid.l.debitor.§.fin. & ibi glo. vlti. ad Trebellia. ſicut quod hæres ſoluit propter ſuam ſtultitiam,nõ nocet legatarijs.l.alienus.ff.ad leg. Falci.& ſucceſſio erronea non inducit collationem. l.filius. ff. de colla.dotis.Bald. in conſil.404.cir.fin. pri. volum. portiones enim liberorum, ex male quæſitis non augẽtur.Lucas in l.3.in 22.quæſt.C.de quibus mune.vel præſtat.nemini liceat ſe excuſa. Item minus eſt habere actionem, quàm rem. Vnde ſtatuta loquentia de habente rem, debent intelligi de re quã quis verè habet, non de re ad quam quis habet actionem,etiam ſi fuit ſua, & recuperari poteſt per actionem in integrum. & ſtatutum ſi imponit penam vendenti rem ſuam, non habet locum in uendente rem ad quam habet actionem.glo.3.Pari.licet ad alium finem.nume.7. & 8.ti.2.§.55.iden, ſi mulier uirtute conſuetudinis, debet habere dimidiam in rebus emptis vel acquiſitis per virum, ſi. vir habet feuda antiqua propria, antequam matrimonium contraheret, etiam quod conſtante matrimonio uiro obueniant, non habet vxor partem: quia non ſunt de conquæſta. Et ſi domus fuit donata alteri ante contractum matrimonium, traditio vero fiat poſtea,non efficitur cõmunis.ſed propria illius cui erat debita.ea.gl.Pariſ.tit.1.§.30.poſt num.175.177.& 187.

Pro affirmatiua, quòd debeatur: Vltra regulas generales, videlicet,vniuerſitas ſumit augmentum & diminutionem.Pa.de Caſt.in conſi.456.in prin. pri.volum. Bal.in l.pri.num.7.ff.de edendo.hæreditas eſt nomen iuris,quod acceſſionem & deceſſionem in ſe recipit. l.pecuniæ. §.hæreditas.de ver. ſignif.l.item veniunt.§.item non ſolum.ff.de peti.hære.Fundus qui peruenit ad hæredem occaſione debiti hæreditarij,debet cenſeri hæreditarius. Pau.de Caſt. in conſi.326.nume.1.2. volum. augmentum dotis dicitur eadem & non noua. l.4. ff.de iure dotium.peculium creſcit quando augetur fętibus pecorum vel ſimilibus; & decreſcit cum res peculiares moriuntur.Azo in Sum.nume.16. c.quod cum eo.ex euentu augetur hæreditas, & computabitur fuiſſe in hæreditate tempore mortis. Idem Azo in Sum.num.17.& 19.cir.medi.C.ad leg. Falcid.habet cauſam de præterito,vel præſens ſtatus ordinatur ad id. Ideo conſideratur quod euenire poteſt. Bald. in leg. ſi idem cum eodem. in ſecunda repet. §.ſi una.poſt num.3.de iuriſdi.omni. iudi.de eo tantum quod habet cauſam de pręterito,idem in lege penul.in pri.rep.& l.fin.ſi ex noxa.cau.ago. & in l. & ſi poſt tres.in ſecunda rep.nume.17.cir.med.ſi quis cautio.contractus non trahitur ad futura niſi conneza præſentibus. idem Bald. in lege, non tamen circa fin.ff.de procurato. ſuperuenuẽs ex cauſa de præterito fingitur retro in l.non quemadmodũ. pri.rep.poſt med.ff.de iudicijs. vnde augmentũ vel diminutio poſt mortem teſtatoris contingens, iu-

dicanda ſunt ac ſi viuo teſtatore contigiſſent, quã
pendent à cauſa trahente originem à vita teſtato-
ris. Ludo. de Moli. de Hiſpa. primog. lib. 1. cap. 26.
num. 8. cir. prin. Ideò quod erat in potentia ſi dedu
citur ad actum, nõ eſt quid nouum. glo. Pari. in tit.
1. §. 1. poſt nume. 65. ſed poſt mortem patris quę-
ſita non conferuntur, niſi retro fingantur quæſita.
leg. omnimodo. in princ. C. de inoffic. teſtam. quæ
ex bonis defuncti pendent, tranſeunt per reſtitu-
tionem. l. qui ita. §. ſi damnum. ff. ad Trebelle. atten
ditur quod obuenit poſtea. l. verum. ff. de manu.
teſta. vnde quicquid accreſcit infra parrochiam ali
cuius ad eam pertinet, cap. quoniam. & cap. cũ con
tingat. de decimis. Archi. in cap. lege, cir. fin. 10. diſt.
pro iure quod ſuperuenit ex cauſa de præterito &
condemnatio ex eadem inſtantia. Bald. in l. non po
teſt. pri. rep. circ. medi. ff. de iudiciis, quod dominus
debuit ſeruo augebit peculium, niſi caſualiter hoc
contingat. Azo in Sum. de pecu. legat. nam peculiũ
acceſſionem, & deceſſionem habet. l. ſi hæreditas.
ff. de statu libe. bona aucta per repudiationem bo-
nis accedunt. l. proponebatur. ff. de caſtr. pecu. ali-
menta augentur & minuuntur auctis vel diminu-
tis facultatibus. l. 3. §. fi. ff. vbi pupi. edu. debeat. aug-
mentum & diminutio æquiperantur. Bald. in l. pa-
cta conuenta, colum. 1. in fin. ff. de pactis. Idem iu-
dicatur de augmento qđ de re aucta. Bal. l. 2. in 2.
rep. colum. 2. poſt princ. ff. de iudiciis. & quando
creſcit ius actoris ex cauſa de præterito, creſcit ius
ſucceſſoris ex cauſa de futuro. Idem Bald. in l. pro
inde. cir. prin. ſi certum petat. l. ſed & ſi quis. ff. de
contrahen. emp. ſi ſuperuenit ex cauſa de præteri-
to non requirit nouam traditionem. ſi ex cauſa de
futuro ſic, Idem Bald. in l. ſi quis alienam. de actio.
empti. hęreditas aucta ſicut prodeſt, ita ſi eſt dimi-
nuta nocet. l. ſi mortis. ff. qui & à quibus. & ſolent
adiungi curatores ob augmẽtum facultatum. l. fin.
C. in quibus caſib. tutor. vel cura. habent. tutor vel
cura. dari poſſit. Portio hæreditatis dicitur incre-
mento fructuum augeri. l. non eſt. C. familiæ erciſ.
vnde ſi conceſſit in feudum vineam vel fundũ fru-
ctibus plenum, an veniant fructus pendẽtes vineæ.
Ripa in l. cum filiusfamilias. quòd ſic. numer. 55. de
legat. 1. facit etiam: nam mei & tui appellatione,
etiã actiones continentur. l. ſi legatus. in fi. prin. ff.
ad Trebelle. & ſunt nomina in patrimonio, pro
quibus tenetur tutor. l. cum pupillus. ff. rem pupi.
ſalu. fore. & proinde ex euentu augetur vel minui
tur patrimonium. l. 1. §. id quod. & l. Neſennius. §.
fin. & l. cum quo. ff. ad leg. Falci. facit adhoc. l. & ſi
contra tabulas. in fin. de vulgar. & pupilla. vbi quæ
accreſcunt per bonorum poſſeſſionem augent le-
gata, & ſi decreſcunt minuũt. Ita & in vita & mili-
tia, quę ſicut diminuitur diminuto patrimonio poſt
mortem. Pariſ. de reintegra. feud. cap. vlti. in fin.
179. ſic debet augeri: vt ſicut operatur propoſitũ
in ꝓpoſito, ita oppoſitum in oppoſito. l. fin. §. fin.
de leg. 3. l. fin. §. vlti. de ſenten. paſ. & iſtam opinio.
in feudo, quod nunquam fuit poſſeſſum à patre,
ſi primogenitus recuperauit, quod debeatur ſecun
dogenito vita & militia, tenuit Afflic. in dict. conſt.
Comitibus. colum. penult. nume. 21. & in fortio-
nibus, ſi fuit augmentum ex re feudali cum indu-
ſtria hæredis, augetur vita & militia. Idem Afflic.
in §. ſi vaſallus. nume. 19. hic finitur lex. & tunc de-
ductis expenſis, de illo augmento debetur vita &
militia. addit. ad Odoff. in Sum. Vtrum vaſal. poſſit

naturam poſſe. datæ in feudum cõmu. in verſ. ſol-
uit. cir. medi. & ratio eſt: quia quod eſt in iure &
obligatione, dicitur eſſe in patrimonio. leg. facere.
vbi not. Bald. ff. ſolut. matrimo. & venit in diuiſio-
ne. leg. arbiter. & fin. ff. de diſtra. pign. Et tenendo
iſtam, non obſtat dictum Afflic. nam doctores per
eum allegati fundant ſe in leg. ſi patronum. §. fin.
ff. de bonis liber. cui de diametro contradicit. l. ſer-
ui qui apud hoſtes. ff. ad leg. Falci. Ideò Salic. in l.
ſcimus. §. repletionem. in vlti. verbis. C. de inoffic.
teſtam. tenet, quòd augeat tamquàm æquiorem,
vltra quod, ſi eſſet verum dictum Afflic. deueni-
retur ad inconueniens, quòd hæreditas quę eſt v-
niuerſitas iuris, ſi contineret tantum nomina &
iura. l. Sticho. circ. fin. de ſtatu libe. filio non debe-
retur legitima, & tamen. l. hæredes. ff. famili. erciſc.
dicit, quòd ſi conſiſtit in nominibus, diuiditur pa-
trimonium, & quæ hæres non poſſidet, is cui eſt
reſtituta hæreditas omnia perſequitur. leg. cum hæ
reditas. ff. ad Trebelle. & iſto modo incipiunt actio
nes etiam à perſona hæredis: quæ ex parte actoris
augmentum, ex parte rei diminutionem patrimo
niũ inducunt. leg. pęnales. cum ibi not. & l. in quan-
titate. §. magna. ff. ad leg. Falci. & ſic attenditur
futurus euentus, vt hæreditas videatur eſſe præ-
tioſior. leg. 1. §. id quod natura. cum ibi not. leg. in
lege, la 2. dict. tit. ad leg. Falci. licèt quæ in nomi-
nibus ſunt, antequàm deducantur in eſſe, non re-
cipiunt diuiſionem. leg. ea quæ. C. famili. erciſc. Vl
tra quod contra Afflic. In fortioribus terminis in
ſubſtitutione fideicommiſſaria & ſpe improbata
expectandi mortem cohæredis ſine liberis, tenet
Craue. in conſi. 109. num. 7. prim. volum. videlicet,
quòd detur pars actionis in augmentum legitimę,
nec neceſſario ſumitur argumentum de legitima
ad vitam & militiam. Loffr. in capitu. 1. §. quid er-
go. colum. fin. verſ. non obſtat. de inueſt. de re alie-
na facta. ex quo legitima non debetur tranſuerſa-
libus, vita, & militia ſic. Capi. in deciſio. 211. col.
1. æquiperatur hæreditati. Iſer. in conſti. in aliqui-
bus. colum. fin. verſ. ſecus in vita & militia. & quã-
uis quo ad æſtimationem æquiparetur alimentis,
& legitimæ, quo ad taxationem, non procedit ſimi
litudo in aliis. vnde qui vult arguere à ſimili, de-
bet probare ſimilitudinem in caſu de quo agitur.
Abba. in cap. conſtitutus. de appellat. Iaſ. in leg. cre
ditori. colum. fin. ff. de noui operis nunci. tanto ma
gis, quia vita & militia debet taxari, habita conſi-
deratione ad tempus erogationis. glo. in d. conſti.
Comitibus. in verſ. & diligenter. quæ nunc fit, &
per ſingulas præſtationes noua naſcitur actio: ſi-
cut in alimentis quæ præſtantur iudicio teſtatoris.
leg. ſicut in annos. & ibi glo. de annuis legat. vltra
quod legitima eſt quota bonorum. Zaba. in clem.
paſtoralis. in princ. nume. 15. in fin. de ſenten. & re
iudi. in conſu. feu. diuer. 12. nume. 1. circ. fin. & 9.
portio ſuccedit portionis loco. Hierony. Gabri. in
conſi. 3. nume. 16.

Non obſtat quod dicebatur de Falci. nam aug-
mentum facultatum contingens prodeſt legatariis
in detrahenda Falcidia. l. cum quo. ad legem Falci.

Nec obſtat aſtutia vel ſtultitia iudicis: nã debet
intelligi de eo quod obuenit per ſentẽtiam ex cau-
ſa de præterito rite & rectè latã: aliàs non diceretũ
ſententia. l. 4. §. condemnatum. de re iudi. l. non pu-
uit. §. non quæuis. de bon. poſ. contratabu. Vltimò,
diſpoſitio legis magis æquiperatũ vltimę voluntati
quàm

quàm contractui.§.diſponat. Auth. de nuptiis. Bart. in l. tranſlato. de adime. legat. & in l. 1. C. de his quibus ut indig.

Proſequendo Iſer. nota etiam ex intẽtione eiuſdem, quòd reſoluto feudo & iure quod in eo habet feudatarius, reſoluitur contractus ſuper eo initus. Illud non procederet de iure cõm. feudorum: nam poterat in totum vel pro parte ſubinfeudari tribus concurrentibus. Primò, quòd fiat ſincere & ſine fraude. Secundò, quòd fiat ſimili. Tertiò quòd fiat ſub eiſdem pactis & conditionibus, licèt nõ ſit niſi vnum, videlicet ſincere & ſine fraude. glo. Pari. tit. 1. §. 35. poſt num. 18. & 23. cap. 1. qualiter olim pote. feud. aliena. In regno feudatarii non dant in feudum niſi excadentias, vt in conſti. conſtitutionem diuę memoriæ. Ibi, excadentias autem. dixi in §. rurſus, infra tit. 1.

Limita duobus modis vt per Bald. infra de alien. feu. pater. in 9. not. poſt nu. 6. & in conſi. 333. poſt num. 1. quin. vol. Capi. in ſua inueſti. in verſ. feudũ dant. ibi, infeudat. in 3. limita. Ioan. de Anania, inter vſus feudales. Bald. de aliena. feu. in princ. num. 31. & poſt nume. 34. Vtrum autem ſecundus feudatarius teneatur ſeruire priori domino. glo. fin. hic nõ
8 determinat. tu dic, † dicit Iſer. quòd nõ, per ea quæ
dicit glo. mag. cir. fin. ex intel. Ioan. in l. 2. C. de iure emphi. à ſimili de emphiteota, qui facit aliũ: nam ſi ſecundus ceſſat à præſtatione ſeruiij, vel ſolutione canonis, dominus ab eo vendicabit: & ſi excipiet, replicabit quòd non ſeruabit fidem non ſeruanti, per reg. frangenti fidem. &c. Idem Iſer. in cap. beneficium. circ. fin. ſi de feu. defun. milit. contro. fue. & vendicat à ſecundo, vt ſoluat canonem, vel reddat rem. glo. in l. ſi vſusfructus. in verſ. condici. vſusfructuarius quemadmo. caue. & ſic poteſt ſeruire ſi vult, vt per Iſer. hic. Poſſet forte dici, ꝙ cogatur neceſſitate cauſatiua, ſi non vult ius ſuum amittere. Bald. in ſimil. in conſi. 427. colum. 2. cir. fin. quart. vol. cum ſimilibus, de quibus in §. præterea ſi inter duos. de prohi. feu. aliena. per Frede. & ſic ſi non directè, indirectè. Loffr. hic, & Pernus in cap. ſi aliquem. in prin. Licèt Iacobi. teneat contrarium, in verſ. Ita etiam quod ipſi. nume. 6. cogitur autem ille qui promiſit, dicit Iſer. actione ex ſtipulatu, ſupra in præambu. in 6. quæſt. num. 45. cir. fin. Quo ad ſecundum infeudatum, contractus claudicat, & iura feudalia patroni, ſunt in pendẽti. glo. Pari. poſt nume. 60. tit. 1. §. 22. nec poteſt dominus reuocare, ſi ſubinfeudatus vellet ſeruire. Sed videtur quòd non ſit iuſtum, quòd vnus teneatur ſeruire, & alter non. Bald. in conſi. 18. nu. 2. prim. volum. & iſta claudicatio appellatur iniquitas. Idẽ Bald. in §. fin. poſt nume. 3. de noua forma fidel. ex ea contractus præſumitur ſimulatus. Afflic. in cap. 1. poſt nume. 25. ibi, ſeptimo. de feu. dato in uicem legis cõm. tamen quia multi contractus claudicãt, vt teneant ex vna parte, & ex alia non. glo. fin. in capitu. de illis, lo pri. de deſpouſa. impuber. capitu. pri. in glo. fina. de eo qui duxit in matri. quam polluit per adulte. l. Iulianus. §. ſi quis a pupillo. ff. de actio. empti. l. ſicut. in ver. interdum. ff. locati. glo. in l. pupillus. §. pri. ff. de auto. tuto. l. orphanotrophos, in glo. fin. de epiſco. & cleri. §. hoc autem. cir. fina. Authen. de non eligen. ſecun. nuben. Alexan. in conſil. 121. nume. pri. 5. volum. Bald. in conſil. 309. nume. pri. cir. medi. 2. volum. Loffred. in conſ. 38. nume. 31. cir. medi. Cam. in capit. Imperialem. cart. 59. colum. pri. circ. medi. & in ſpecie quando fit ſubinfeudatio. Cam. vbi ſupra. colum. 19. circ. medi. ſicut quando celebratur actus ſine aſſenſu. ibi. car. 27. colũ. 3. cir. medi. & 28. in prin. Licet regulariter vtrumque valebit, aut neutrum. ibidem car. 89. colum. 4. circ. fin. & eſt textus in l. pri. ff. de reſcinden. vendit. Quid ſi vendat, an emptor teneatur ad ſeruitia. Iſer. in §. ſed nec eſt alia iuſtior, nume. 36. vbi late. quæ ſit prima cau. benef. amit. & ſi iſte ſecundus alienauit, an primus feudatarius vel dominus vendicabit. Bald. in §. ſimiliter. poſt nume. 3. & Affli. num. 11. de lege Corra. in §. illud,
9 nume. 2. & 5. de prohi. feu. alien. per Frede. † Quid
de incremento, quod acceſſit ſubfeudo, an ſit domini uel ſubfeudatarii. & Iſer. diſtinguit, quòd aut obuenit poſtquàm feudum redit ad dominum, & eius eſt: aut non, & eſt feudatarii, etiam quòd accreuerit viuo primo feudatario; & eſt ſecundi, qa habet ex voluntate eius cuius eſſet, ſi non dediſſet in feudum iſti ſecundo, ut per Bald. in §. ſequen. in princ. vbi dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Aliquis, dictio, maſculos & fœminas comprehendit.*
2 *Aliquid, etiam minimum continet.*
3 *Quicquid, eſt ſignum vniuerſale diſtributiuum.*
4 *Seruitium an debeatur pro eo quod accreuit.*
5 *Feuda in regno Siciliæ valoris. 20. vnciarum licèt Rex poſſit feudum facere valoris centum unciarum.*
6 *Flumen ſi eſt inter tuum & meum, ſi relicto alueo aliò fluit, locus intermedius cuius erit. & numer. 7.*
8 *Flumen ſi eſt in confinio duarum ciuitatum, in dubio præſumitur commune.*
9 *Citra, & ultra, uoces ſignificant ſeparationem.*

AD §. RVRSVS.

RVRSVS.) l. 1. §. ſi cui. ff. vt lega. nomi. caue. Si aliquis.) tam maſculos
1 quàm fœminas complectitur. † Paul.
de Caſtr. in conſi. 276. in princ. ſecun. volum. Acceperit inueſtituram feudi cum omni incremento.) Nullum dimittẽdo. ſimil. Archi. in cap. ſi Romanorum. circ. medi. 19 diſtin. Quod ei obueniret.) Ideſt ſi ei obueniret. Nam relatiuum iunctum uerbo futuri temporis importat conditionem. Paul. de Caſtr. in conſi. 93. nume. 3.
2 ſecun. volum. † Et aliquid.) etiam minimum. clem.
vnic. in verſ. aut earum. de foro compe. Accreuerit viuente eo.) Vel eo viuo. l. neminem. ff. de acquirẽ. hæredi. A quo acceperit.) Cum accipere ſit ab alio ſumere. Archi. in cap. lector. 23. diſtin. Ipſius erit.) ſcilicet ſecundi vaſalli, & ſic ſi primus inueſtitus inueſtiuit ſecundum cum omni incremento, ſi aliquid accreuit viuente primo à quo accepit, erit ſecundi uaſalli, ſi incrementum fit poſt mortem primi decedentis ſine maſculis, adeò quod feudum reuertatur ad dominum, tunc omne incrementũ ſicut & feudum pertinebit ad dominum. Et dum dicit, Ad eum.) intellige in feudo nouo: ſecus ſi eſt antiquum, vel paternum. Præpoſ. hic, poſt num. 1. nam nõ ſemper dñs ſuccedit uaſallo decedenti ſine herede, ſed agnati, in feudo ex pacto & prouidẽtia,

etiam quòd eſſet cõmiſſa culpa in dominum. Iſer. in §. denique. §. ſi verò. & §. fin. Quæ ſit pri.cauſ. benef.amit. Idem ſi eſt antiquum vel paternum, & habet agnatos; quia eis aperitur, ſi culpa non reſpicit dominum. Si nouum, quia non habet agnatos, vadit ad dominum immediatum. Idem Iſer. in §.callidis. in verſ. reuertatur. & in verſ.& ad dominum.de prohi.feu.alien.per Frederi.& in §.niſi. num.4.cir.fin.ſi vaſal.feud priuetur cui deferatur. Et tunc.
3 †Quicquid.) Quod eſt ſignum vniuerſale diſtributiuum. Lucas in l.vnic.in pri.C.publicę lætitię vel conſu. Poſt mortem eius qui dedit, accreuerit, ad eum pertinebit ad quē regreſſum fuerit.) Principali, ſcilicet. Nam idem iudicamus de augmento, quod de principali. Curt. in tracta.feu.in 4.par.in 3.reg.poſt nume.148.

Declarato textu, dubia reddebatur conſultatio ex eo, quia incerta portio ratione loci & quotæ, poſſideri non poteſt, glo. Pari.nume.15.cir.fin.tit. 1.§.18. Item primæuus ſtatus rei ſemper durat, nec ex poſt facto per ſuperuenientem caſum immutatur. Pau.de Caſtr.in conſi.15.colum.1.poſt medi. prim.volum. Rurſus videtur, quòd non feudo, ſed propter feudum vaſallo accreſcat, vt in ſimil.l.1.§. vtrum. de coniungē.cum emancipat.libe. His non obſtantibus, ſeruatur contrarium; quia quod ſibi non reſeruat, aliis cõceſſiſſe videtur, ſicut in Papa, loquitur Ioan. An.in cap.penul.poſt prin.de cenſibus. in 6.

Nec obſtat primum: nam poſſidetur cum principali, ſicut & perimitur cum eodem.l.2.de peculio legat. Nec ſecundum: nam immò res mutata in priſtinum ſtatum redire non poteſt.glo.fin.cir.fin. in l.homo liber. de ſtatu homi. Vltimum non obſtat; nam ſecundum Iſer.hic, quando accedit incrementum primo vel ſecundo domino, non dicitur accreſcire feudo, ſed ſtabit per ſe: ſicut fundo diuiſo duo fundi dicuntur.glo.fin.cir.fin.in l.Pomponius.ff. de peti. hæred. & de vna domo efficiuntur duæ pariete intermedio.l.ſi finita.§.ex hoc in. verſ. domus. de dam. infec.l.ſi quis duas.§.ſi quis partē. ff.cõm.præd. vnde ſumitur regula, quod augmentum intrinſecum non vnitur feudo, nec intrinſecū.

Limita duobus modis, & ſublimita, vt per glo. Pari. 5.titu. 1.§. 1. numer.67. ante & poſt, vſque ad 67.

Nota, quòd idem iuris eſt de augmento, quod erat de ipſo vniuerſali cui fit. Pau.de Caſt.in conſi. 8.colum.2.in fin. & 293. nume.2.circ.medi.prim. volū. conſolidata ſortiuntur eandem naturam rei cui fit conſolidatio.glo.Pari.tit.1.§.30.nume.175. 176.178.& 181. Quod additamenti cauſa in dotē datur, eadem actione repetitur.l.etiam.C.de iure doti.in conſ.feu.dnit r.16.poſt num.3.& 15. Nam ſicut res eius periculo deteriores fiunt, ita augmētum lucro ſuo cedit. leg. cum dotem. dict.titu.de iure doti. Nota etiam, quòd regulariter acceſſoriū ſine principali eſſe non poteſt.l.ſi Stichum aut Pāphilum. in glo.fin.de fideiuſſo. plerūque ſic.glo.in l.intelligere.C.de luitio.pig.glo.in l. cum principalis.de reg.iuris.& in l.1.in verſ.ſtipulatio. C. de iudiciis.

Quærit Iſer. ſi pro eo quod accreuit, teneatur
4 vaſallus ad maius ſeruitium, †pro rata valoris incrementi. Et videtur quod non: nam obligatio non naſcitur ſine conuentione. Lucas in l.penult. poſt medi.C.de curſu publi. hic non eſt conuentū, ſucceſſiue igitur non debetur.l.ſalarium.ff.manda. Itē vendito fundo cum promiſſione euictionis, ſi fundus diminuitur vel augetur, promiſſio euictionis non augetur vel imminuetur. l. ex mille.ff.de euictio. Ita & in ſeruitio; quia diligentia poſſeſſoris res melioratur, & econtra negligentia deteriorat. Vnde non datur lęſio, ſi res minus vendatur quàm fuerit empta.l.4.& ibi glo.C.de reſcin.vendi. Facit etiam. l.damni infecti. la 1.§.ſi is qui.de damno.infec. vbi promiſſio damni infecti, non auget obligationem, ſi is qui promiſit redemit alteram partem, vel fuit ei adiudicata. Res cõceſſę in emphiteoſim ſi meliorentur, non debet augeri penſio, ſed datæ. de nouennio in nouennium, pro eo quod ab aliis reperitur, primi pręferuntur. Pau.de Caſt.in conſ. 142.ſecund.vol.ponit duo ſimilia Bald.in l.ſi idem cum eodem.in 2.rep.§.ſi vna. ibi, prima eſt. de iuriſdi.omni iudic

Facit pro alia parte; augmentum eſt eiuſdē naturæ cuius eſt id ad quod fit acceſſio, vt ſupra. Sed pro feudo debetur ſeruitium. Iſer.in §.huius autē generis.nu.12.ex quibus cau.feu.amit. ergò & pro augmento. Item facit.l.fin.§.1.de leg.2. vbi ſi teſtator mandat portionem quam habet cõmunem cū fratre, illi dari pro certa ſumma: ſi poſtea creuit induſtria teſtatoris, qui poſt teſtamentum ſuperuixit, non debetur niſi detur precium incrementi, ut ibi. vbi glo.in verſ.vniuerſas. ſic ſi debetur preciū; ergò & ſeruitium, cum loco precii debeatur ſeruitium. Afflic.in §.& quia.nume.5.in fin.& 6. de his qui feu.dare poſſu.adducitur etiā. l. 2. cum ibi not. ff.de cenſi. Vbi ſi poſſeſſio demitur à cenſuali, minuitur cenſus, & is ſoluit cui accreuit. Vnde conductoribus gabellarum augetur penſio ꝑpter augmentum ciuitatis; ſicut in eo qui conduxit molendinum cum quatuor rotis, ſi additur alia, debetur penſio etiam pro addita. Deci. in conſ. 4. Capi. in ſua inueſt.in verſ.feudorū augmenta.col.3.cir.fin. Boer.in deci.213.num.10. & iſtam videtur tenere Aluar.hic, nume.7.

Et tenendo iſtam, reſpondetur primo loco adductis: nam mandatum licèt ſit gratuitum.l.1.ff.mandati. tamen procuratori debetur ſalarium, ēt quòd eius officium ſit gratuitum.glo.in cap. 1.§. nec. in verſ.procuratorum. de fore compe.in 6. Idē in aduocato cui iudex conſtituit honorarium pro modo cauſæ fori conſuetudine, & facundia, dūmodo non excedat centum aureos.l.1.in glo.fin.C.mandat. ſi quia cępit prædium ad colendum, & nihil eſt conuentum de reditu, debetur ſecundum prædii qualitatem, vel conſuetudinem concedentis. Bart.in l. domini prædiorum.in fin.C.de agrico.& cenſi, vel ſub ea penſione, pro qua apparet fuiſſe ſolitū concedi. Alexan.in conſ.107.poſt nu.1.& 2.prim.vol. & 206.num.1.ſecund.volum. & in eo qui conduxit ęquum ad vecturam, etiam quod nihil ſit conuentū de mercede, debetur merces conſueta. Lucas in l.penu. cir.medi. de curſu publi. ita in feudo, põt eſſe ſeruitium indeterminatum, quod intelligitur ſm morem. & venit quod ex natura feudi debetur. Iſer.in §.ſimiliter.in princ.de Capi. qui curi.vendi. Item emolumentum debet comitari onus. glo. in l.ſi merces.§.vis maior.ff.locati. In euictione ſecus: nam qui vendit ancillam pręgnantem, non tenetur de euictione partus euicto. glo.1.in cap. ſi quicq d. de conſecrat.diſt.4. Inſuper locatio a vectigali differt; q a in vectigali tranſit effectus domini vtilis, in

loca-

locatione non.gloſ. in leg.prior.in verſic. ſui. ff.de admini.rerum ad ciui.perti.§.quidam, Authen. de non aliena.

Sed ſi velis tenere primam partem, reſpondetur ſecundo loco adductis. Nam augmentum eſt eiuſdem naturæ cuius eſt & principale, vt non ſit opus noua inueſtitura vel nouo iuramento, vt per Iſer. hic. Et dixi (dicit ipſe) in §. ſed & plures. nume. 6. cir.medi. Per quos fiat inueſt. non autem vt debeatur ſeruitium, quia ſeruitium non reſpicit res ſingulares feudi, ſed ipſam feudi vniuerſitatem. Lucas in l.2.colum 2.cir.fi.C.de omni agro deſer. Quo ad precium & ſeruitium quod ſuccedit loco eius, dixi an ſit modicum vel magnum. l.hactenus. l.ſi vſufructus. §. ſed ſi. in verſ.facere, & l. cum fructuarius. ff.de vſufru. & quemadmo. quis vta. l.ſi domus. ff. de vſu & habit. l. damni infecti. la 1. §. ei cuius. in verſ.quia. l.inter fructuarium. in verſ.pertinet. & l.ſi proprietarius. de damno infe. l.cum. C. de vſufru. & habi. Nec obſtat quod dicitur de locatione, quia ſecundum Iſer.hic, quod accreſcit, nõ fuit expreſſe datum in feudum, ſicut expreſſe locatum. Vnde ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli. de minori. Vnde diſtingue ſecundum Iſer. Aut incrementum eſt tanti valoris, vel pluris; quantũ eſt totũ feudum cui accreſcit, & tunc tenetur ad ſeruitium pro modo valoris: aut minus, & non tenetur. Vel ſi eſt incrementum modicum, vt paludes melioratę, cura cultorum, non debet ſeperatim cenſeri; nec obeſſe, quòd cura eorum auctum eſt. Inno.in cap. 1.in fin. de inſtitutio. & in cap. cum in. nume. 8. de conſtitu. Aut eſt incrementum propter vbertatem fructuum, vel nouæ parrochiæ, ſeu diuitiæ accedunt, & augetur cenſus. Idem Innoc.in cap. prohibemus. de cenſib. ſimilis diſtinctio (aut periit res in totum vel pro parte) fit in emphiteota: vt ſi tota res periit pertineat ad dominum; ſi pro parte, ad emphiteotam. Loffr. in conſi. 1.poſt num.11.& 24.late Ludo.de Moli.de Hiſpa.primog.lib.1.cap. 27.in prin. modica non ſunt in conſideratione. l.in rebus.§.poſſunt.ff.cõmoda. multa Afflic. in §.fina. poſt num. 17.de Capi.qui curi.vendi. & in cap.Imperialem.in 12.not.col.fin.per tot. de prohi. feud. alien. per Frederi. Licèt modica quandoque ſunt in conſideratione. Patet pro ſingulis. 20.miliariis datur dies ad comparendum. l.1. ff. ſi quis cautio. l.ſcire.§.qui autem. & ſeq. ff. de excuſa. tuto. & tamen ſi ſunt viginti vnum miliaria, pro illo vno datur alter dies. l.3. de verbo. ſing. & ſic modica ſunt in conſideratione. Alibi decem dies dicuntur modicum tempus, multa glo. fin. in cap.præterea. de ætate & qualita. & dicitur, ſtatim, infra octo dies. glo.in c.prudentiam.§.ſexta.in verſ. ſtatim.de offi. delegati. & tempus vnius anni, breue. Bar.in l.quãuis.nume. 2.C.de decurio.lib. 10. & dicitur magnũ vel paruum incrementum, ſecundum Iſer. hic, reſpectu rei, cui accreſcit, ſicut reſpectu domini, vaſalli, & ſeruitii. Idem Iſer. in §. ſed ſi feudũ. ſere per tot. l.Epiſco. & Abbat. & ſic lectura prædicta apparet bona, æqualis. Et non obſtat dictum Bulg.in l. 1.in glo.penul.C.de iure emphi.vt Iſer.hic, eſt generalis, & continet omnes ſuas ſpecies. Bald.de noua for.fide.in prin.num.3.cir.fin. & tollitur inconueniens, vt cõmodum non ſit ſuum & damnũ ſic, contra. l.ſi igitur.in fin.ff.pro ſocio. l.Item ex diuerſo.ff.famil.ſercit. l.humilioribus.cir.fin. C. de ſuſpecto, Præpoſ. & Archa. vnde ſi augetur, ſicut tenetur ad maius ſeruitium, ita diminuitur propter peſtem vel alium caſum. Addit. vlti.in fin.ad Odoffr. in Sum. quid vel quę iura conſequatur vaſal.in feu.

Quid in augmento, qđ obuenit facto domini: puta Rex dedit Titio feudũ valoris vnciarum. 20.
5 ſub ſeruitio vnius militis, vt ſunt feuda in regno Siciliæ. Iſer. in §. huius autem generis. poſt nume. 6. ex quibus cau. feu. amit. & in §. ſed nec eſt alia iuſtior. num. 40. cir. medi. ibi, ſic eſt. & cit. fin. quæ ſit prima cau. beneſ. amitten. poſtea in augmentum feudi, dedit domum valoris quanti totum feudũ, dicens, dono in augmentum feudi vt de feudo ſit. An pro iſto augmento teneatur ad maius ſeruitium vltra ſeruitium vnius militis. Et videtur, quòd ſi dixit, non ſit dubium: nam aliàs nõ tranſtuliſſet, niſi fretus conuentione, l.fin.C.de pactis inter empto. & vendi. & poteſt Rex facere feudum valoris centum vnciarum. Iſer. hic, & eius quantitatis, quã deſtinauit. Loffr. in conſi. 36. nume. 6. in fin. cum poſſit etiam in regno ſuo, cuius eſt monarcha, nouam dignitatem erigere, ſicut & Papa. Idem Loffr. in conſi. 4. nume. 1. & 39. nume. 1. Lucas in l.vnic. colum. fin. cit. medi. de metro. Berit. & Imperator. Bald. in conſi. 333. nume. 1. prim. volum. Aut non dixit. & tunc, quia paria ſunt prouidere, & prouidere debere, & non debet, ſi non dixit. & imputet ſibi ſi non prouidit. l. qui fundum. §. qui ſciens. ff. pro emptore. l.cum quæritur. de rebus dub. leg. in contrahenda. de regu. iuris. aliàs non. Iſer. in §. ſimiliter. poſt nume. 16. de Capi. qui curi. vendi. Sed videtur, quòd ſi ſimpliciter dedit, & nihil dixit, quòd venit ſeruitium conſuetum. Et conſuetum intelligitur etiam reſpectu augmenti ad rationem vnius militis pro ſingulis. 20. vncius. Ita poſt multa pro & contra, Lucas in leg. vnic. colum. 1. poſt medi. C. de vendi. rerum fiſcali. cum pri. com mu. Et licèt cum Iſer. tranſeat Afflic. hic poſt nume. 12. & alii vt per Capi. in ſua inueſti. in verſ. feudorum augmenta, colum. 3. cir. medi. tamen opinio Lucæ videtur verior. Nam per prouiſionem hominis, ceſſat prouiſio legis in pęnalibus: ſecus in beneficialibus. Afflic. in conſti. vt de ſucceſſionibus. poſt nume. 73. & in prouiſione extraordinaria, Bart. in l. ſi cum dotem. nume. 5. ſolut. matrim. Nec obſtat. l. ſed addes. §. ſi quis mulierem. ff. locati, quam Iſer. ponderat. & l. cum antea. in glo. 1. C. de agrico. & cenſit. facit. l. fin. §. 1. de publicã. glo. publi. C. de anno. & tribu. nam illud in minimis, vt in præcedenti queſt. etiam quòd Iſer. dicat, naulum minimum dici magnum quo ad dominum nauis, ſi non eſt diues. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. penu. in fine ff. de iudiciis.

An autem Rex poſſit augere ſeruitia bonorum feudalium, maximè antiquorum. Lucas in l. vnic. colum. 3. cir. princ. C. de ſuperindic. & citat Iſer. quæſtionem, quam dicit vidiſſe de facto. Rex dedit mihi in feudum caſtrum, & tibi aliud. Inter
6 tuum & meum eſt flumen, † quod diuidit territorium tuum à meo, vltra quod eſt terminus: & citra flumen nihil habes, nec ego vltra. Accedit qđ flumen relicto alueo antiquo & naturali rupit in tuum territorium, & vadit per magnum ſpacium terræ tui territorii. Quæritur cuius ſit illa terra media inter alueum veterem & locum, vnde nunc flumen fluit? Et uidetur, quod ſit eius cui accreſcit. leg. ergo. §. alluuio. & leg. Martius. ff. de acqui. rerum domi. quia inundatio tollit, & reſtituit.

l.ſi ager. & ſequ. ff. quibus mo. vſu. amit. flumina
enim vice cenſitorum, ideſt iudicum vel Principū
dicuntur, per frequentem alienationē, de te in me,
& poſt de me in te. Iſer. hic colum.fin.poſt princ.
in §.& iterum ſi clericus. poſt nume. 32. de capi.
Corrad.& in §. ſimiliter, lo.ulti. poſt nume.28.de
Capita.qui curi.vendi.& iudex vel Imperator ſæpe
quod vnius eſt, alteri adiudicat, iuſte vel iniuſte,
bona vel mala fide. Azo in Sum.Inſti.de rerum di-
uiſio.poſt nume.31.facit etiam quod dicit Bald.de
Capi.qui curi.vendi.poſt nume. 6. ibi, quarto, vbi
tenet, quòd ſi in medio non eſt aliquid quod eorū
vnitatem impediat, totum eidem domino ſeruit:
quia quæ circa id ſunt, eius ſunt, cui illa, quorum
partes nexæ ſunt, & ex diuiſione contigerunt. l. ſi
ſepulchrū.C. de religio. et ſump. fune. & iſto mo-
do dicimus, quòd amnis ſundo alluit: ideſt accre-
ſcit per alluuionem.l.& puto. iuncta glo. in verſic.
alluit.ff.famil.erci.& nobis quęritur dominium per
alluuionem.l.adeò.§.1.dict.tit.de acqui.rerum do
mi.flumina, montes, & vię ſunt fines iuriſdictionū,
& ſolent limites diſtingui per riuos aquarum. Bal.
in cap.ex literis.nume.11.de probatio. & in conſil.
286.nume.3.cir.fin.2.volum.

Pro alia parte, quod ſint primi domini, facit glo.
fin.in cap.in ſingulis.16.quæſt.3.vbi tenet, ꝙ fines
non variantur per alluuionem, & ita Bald. hic, nu.
6.& Afflic.nume.22. Item ſi inundatione fluminis
fines confundantur, debent per agrimenſorem re-
ſtitui.l.ſi irruptione.ff.fini.reg. & faciunt iura quæ
dicunt, vel fluminis portata poſſe condici.l.ſi quis
nec cauſam.in fin.ſi certum peta.ſeruitutem re na-
ſci.l.& ſi. ſi ſerui.vendi. & reſtitui.l.locus.ff.quem-
admo.ſer. amit. Vnde poſſet diſtingui, vt in dict.l.
adeò.§.quod ſi. in verſ.ſed vix. vel ſi diuiſio locorū
eſt facta ipſo ſitu, puta vnus vltra flumen, & alius
7 citra. Bald.in conſi.328.nume.6.cir.fin.1.volum.
ſicut vnus vltra Rhenum & alter citra Rhenū.gloſ.
1.in l.quid ergo, la 2. de legat.1.l.Lucius.ff.de eui
ctionibus. Procederet prima opinio, quia flumen
eſt terminus inter te & me, vt per Iſer.hic: aliàs ꝓ-
cederet ſecunda opinio, & poſſet primus dominus
territorium ſuum vendicare, vt ſupra. (Et inferiur
ex iis ad donationē Comitis Subaudię, qui vni con
ceſſit omnes poſſeſſiones quas habebat vltra mon
tes, alteri quas habebat citra. Bald. in §. ſi duo fra-
tres.nume.4.de duobus fratrib. de nouo benef. in-
ueſti.& ibi Afflic.nume.6.vbi dicunt, quod no ve-
niunt vaſalli & alii, qui ſunt in montibus: nā citra
& vltra, ſignificant ſeperationem, aliquo termino
exiſtente in medio. Bald.in conſi. 405. in princ. 5.
volum. Quæ autem probant confinia, idem Bal. in
conſi.420.prim.volum.& 459 in prin.tert.volum.
Loffr.in conſi.44.num.13.& 14.cap.cum cauſam.
de probatio.cap.quia iudicante.& cap. ad audien-
tiam.in verſ.librum cenſualem.de præſcriptio.glo.
2.in c.ſi Papa. de priuilegiis.in 6.Cuius ſit flumen.
† Capi.in verſ.feudorum clauſulæ. ibi, fluminibus.
8 verſ.flumen exiſtens. Iacobi. in verſ. fluminibus.
nume.7.Afflic.hic, nume.21.circ. fin. Et ſi eſt in
confinio duarum ciuitatum, in dubio cōmune prę-
ſumitur; & iuriſdictio cuilibet ciuitati vel domino
competit in ipſo flumine vſque ad medietatē. Caſſ.
in conſu.Burgu.rubr. 13. §. 2. in princ. nume. 21.
Quid ſi in medio eſt lapis.l.pro regione. ff. de acq.
rerum domi. Alueus verò relictus, qui dicitur ve-
ter fluminis.clement.2.in verſ.alueum. de ſepultu-
ris. qui eſt ſterilis & ſaxoſus, nec curatur cui, pro-
pter timorem, ne ſequenti tumore redeat ad eun-
dem alueum. Iſer. hic. cui acquiratur. Alexand. in
conſi.91.nume.7.quint.volum.& 177.colum.2.in
fin.3.in princ.num.3.cir.ſin.& poſt num.16.ſext.
volum. Bart.in tracta. de aluio. in verſ.fluere. licèt
vicinorū noui conſenſus, additis vel detractis agris,
vetera monumenta ſæpe permutant.l.2.C. finium
regiund.& huiuſmodi coniunctione fraudem tege
re laborant.l.penult.C.de interdicti.matrimo.vt ex
eo quod plus eſt, ſemper quod defuit impleatur.
Authen.de menſur.ordina.cleri. Poteſt tamen flu-
men ſuo incremento mihi dare, ſicut Nilus Ae-
gyptum operit.l.1.de flumi.& Rhenū creuit adeò,
quod tranatari non potuit. glo.in cap.venerabilib.
§.porro.in verſ.impedimento. de ſenten. excōmu.
in 6.adeò quod diſtinguit fines ſicut placuit.l.ꝙ in
rerum natura.§.penul. de leg.1. & peræquat dam-
no ſterilia, ijs qui habent fertilia. leg. 3. & 4. C. de
cenſi. cenſito. peræqua. & inſpect. & quod caue-
tur.l.quiſquis conductor.& l.qui vtilia.C.de omni
agro deſer.nam flumen vice cenſitorum eſt, vt ſu-
pra: licèt cenſitor aliter capiatur in l. forma. ff. de
cenſibus. Vnde q̄rit Iſer. terra media cuius erit? &
videtur quòd ſit eius cui accedit, quando prior al-
ueus remanſit ſiccus, uel in eo modica pars flumi-
nis: nam flumen dicitur, ubi maior pars decurrit,
vt per Iſer.hic.l.ſi fideicommiſſum. ff. de iudiciis.l.
nulli. quod cuiuſque vni. ſicut cadauer, vbi caput.
l.cum in diuerſis.de relig.& Sum.fune. Facit quod
dicit Afflic.in conſti.terminum vię.poſt num.47.
& in conſti.ſi damna clandeſtina. num.22.vbi Iſer.
colum.antepenul. quòd locus de feſtiuitate ſancti,
debet celebrari vbi eſt caput: & pro clandeſtino
homicidio ciuitas tenetur, in qua reperitur caput
occiſi: quia vnum quodque maximum eſt quod
melius in eo eſt. Diuus Thom.in 4.3.nocturn.quē-
admodum deſiderat. ibi, in voce exultationis. Et
ita quandoque exponitur flumen, ideſt pars flumi-
nis.l.adeò.§.inſula.in verſ. proruperit. de acqui. re-
rum domi.l.1.§.pro inde.de flumi.

Quid ſi fiat inueſtitura ſimpliciter de quatuor
modiis terræ? non meliores, nec deteriores, ſed
mediocres debent dari. Innocen. in cap. per tuas.
de donatio. & de ijs, quæ erant tempore infeuda-
tionis. Idem Innoc. in cap. tua, lo 1. circ. medi. de
decimis. Et tenet in capte à Rege, quando Rex
domino, dicit, vt à ſe tantum teneat, & nullū alium
ſuperiorem dominum recognoſcat. Iſer. hic, &
Pernus tamulluę in capit. ſi aliquem. in princ. &
vaſallus propter crimen amittit terram incultam,
quam fecit cultam vel vineatam. Innocent. in cap.
fin. de peculio.

Vltimò dic, quòd omne incrementum regula-
riter eſt vaſalli, niſi dominus reſeruauerit ſibi ali-
quid in illa curte: nam tunc domino acquiritur in-
crementum: & de quo incremento eſt intelligen-
dum, de eo quod accreſcit alluuione, uel quando
paludes ad nouam culturam deueniunt non au-
tem de inſula in flumine nata. Odoffred. in Sum.
quid vel quæ iura conſequatur vaſallus in feudo.
numer. 14. vſque in fin. vbi latè addicio. in text.
ſuum.

Quibus

Quibus modis feudum amittatur. Tit. V.

AD RVBRICAM.

VT ſequentibus imponatur freni temperies. Io. Andr. in ſimil. in c. ſi clericos. in fin. de pœnit. & remi. in 6. & habentes feudum ſciant eſſe in magno periculo perdendi. Præpo. in §. fin. cir. pri. quæ ſit pri. cauſa benefi. amit. ac index omnia cum lege emendet. l. fin. de his qui aldiones defendere debeant. In Longo. ponitur iſte titu. qui non ſuperfluit per alium, Quibus mo. feu. ami. & in quibus cau. feu. amit. ſed eſt congrue poſitus: quoniam in illis addnntur aliæ cauſæ amittendi feudum vltra hic expreſſas. & eſt congruum repetere materiam antequam vt aliquid addatur. Præpo. hic poſt num. 2. amittit itaque vaſallus feudum quandoque propter culpam: quandoque propter cauſam. & culparum aliæ conſiſtunt in faciendo, aliæ in non faciendo. Item quandoque del nq uitur in dominum, quandoque in extraneum. & culpæ ſunt 30. late Odoffr. in Sum. Quibus mo. feu. amit. poſt num. 3. & per tot. Nam licet vaſallus iurauerit fidelitatem, non tamen priuatur feudo niſi in caſibus a iure expreſſis. Iaſ. in l. quod te, nume. 32. ſi certum peta. in l. prima, nume. 13. C. de tranſact. in l. cum quidam. num. 17. de libe. & poſthu. in l. illam. num. 13. C. de collatio. & reſoluitur, ex lege contractus. l. lex vectigal. de pignorib. Aliqui iſtorum caſuum ponuntur in nigro: ideo illud aggredior.

SVMMARIVM.

1 *Quia, hac dictio una eſt: & notat rationem.*
2 *Res per quaſcumque cauſas naſcitur, per euſdem reſoluitur.*
3 *Nunc dictio, quid importet.*
4 *Amittere verbum, intelligitur per ſententiam.*
5 *Enim, pro quia.*
6 *Prælium dicitur a præmendo hoſtes: unde & prælignea dicuntur.*
7 *Mortifere vulneratus, quando quis dicatur. & remiſſiue.*
8 *Debet, verbum, importat neceſſitatem.*
9 *Vaſallus ſi dimittit dominum in bello, non mortuum nec vulneratum ad mortem, amittit feudum.*
10 *Vaſallus tenetur adiuuare contra inimicos, etiam aduerſus violentiam iudicialem.*
11 *Bellum unde, deriuatur, & quotuplex ſit.*
12 *Bellum ut ſit iuſtum, quæ requirantur: & quando iniuſtum dicitur.*
13 *Vaſallus non tenetur iuuare dominũ in bello iniuſto: quid ſi dubitatur ſi eſt iniuſtum.*
14 *Vaſallus an teneatur præſtare ſeruitium extra iuriſdictionem.*
15 *Seruitium vaſallus quando præſtat ſumptibus propriis, & quando domini.*
16 *Bello iniuſto ſi vaſallus capit iuuare, & deſerit, an teneatur.*
17 *Vaſallus ſi perdit feudum, an teneatur dominus de alio prouidere.*
18 *Vaſallus æquiperatur homini ab hoſtibus redempto.*
19 *Pecunia quid: & an ſit de per ſe bona.*
20 *Bonum triplex, magnum, mediocre & minimum.*
21 *Fœlix quis, & quis infælix.*
22 *Vaſallus an teneatur alere dominum.*
23 *Frater an amittat, uel retineat feudum, propter delictum uel probitatem fratris.*

AD TEXTVM.

QVIA.) Quandoque dictio, Quia, reſtringit. Aliquando oſtendit. Bald. ſupra de his qui feu. dare poſſunt. in pri. nume. pri. poſita in priuilegijs dicitur aliquid ponere, vel conditionaliter ſtare. glo. in ca. ex ore. in ver. aliqua. de priuileg. hic eſt vna dictio,
1 † & notat rationem. leg. prima, in ver. quia. de aqua quoti. & æſti. Dicit enim quare ſit poſitus hic titulus; Quia ſupra dictum eſt quibus modis feudũ acquiritur & retinetur.) Nam omnes res per quaſ-
2 cumque cauſas naſcitur, per eaſdem reſoluitur, nõ per alias ſeparatas; quia ab eiſdem & per eaſdẽ ortus eſt & occaſus. Bald. in cap. inter dilectos. poſt num. 11. de fide inſtru. eadem eſt cauſa obligandi & ſoluendi. glo. 2. in l. 1. vt mulieres lege maritiui-
3 uant. in Longoba. ideo, Nunc) ſine dilatione. Arch. in cap. ego. cir. pri. 63. diſti. Videamus qualiter,) c. 3. de pactis. c. qualiter & quando, lo pri. & 2. de accuſatio. l. ait prætor. in 1. ff. de minori. Amittatur.) Quod fuerat quæſitum; nam non quæſitum non intelligitur amiſſum. l. nec vtilem. ff. ex quib. cauſ. maio. & intellige per ſententiam. Iſer. in ca. primo,
4 num. 3. in fin. de capitu. Corra. nõ ipſo iure; † nam priuatio nunquam infertur a iure, niſi in caſibus expreſſis. Prępo. hic poſt num. 1. & 2. Si enim) ideſt,
5 quia. † Diuus Thom. pri. ad Corint. 7. ibi, ſeruus. eolum. pri. poſt medi. Si dominus prælium) Ab im-
6 primendo hoſtes dictum: inde prælia lignea quibuſcum præmitur. Archid. in cap. fin. poſt med. 7. quęſt. pri. Campeſtre) Idem ſi ſit priuatum; nam inter eos nulla ſit diſtinctio. Cur. in tracta. feu. in 4. par. prin. in pri. poſt nume. 5. Habuerit) Quod deſignat effectum. Io. An. in c. ſi tibi. ante & poſt. nume. 2. de pręhend. in 6. Et vaſallus eum motaniem in ipſo prælio) Alibi in acie periclitantem. §. Item qui dominum. Quæ fuit pri. cauſ. benef. amit. Dimiſerit non mortuum nec vulneratum ad mortem) Et cum eo ſi potuerit non laborauerit. a. 2. de feudo ſine culpa non amit. adiuuando. Præp. hic, poſt num. 1. ſed ſimilit, ſicut collegam cõtra inimicum pugnantem. l. 6. de malefic. & publi. crimi. in Longobar. Non vulneratum ad mortem. (Quando au-
7 tem dicatur mortifere vulneratus. † Cur. vbi ſupra
8 in 4. parte prin. poſt num. 4. † Debet) ideſt neceſſe habet. Aluar. in c. fin. ante num. 1. de feu. dato in uicem legis com. Amittere feudum. (Quia cõtractus feudalis dicitur habere quandam temporalitatem in ſe. ſ. quouſq; vaſallus obtemperat ſtatutis feudalibus. Iacobi. in ver. qui quidem inueſtiri. poſt nume. 37. & conditionẽ hẽt, ſcilicet, ſi res in eodẽ ſtatu permanſerit. Afflic. in §. mutus. nume. 2. Epiſc. vel Abba. in §. pręterea. in glo. 3. poſt num. 21. Quę ſit 1. cau. benefi. amit. vel ſi poteſt ſeruire. Bald. an mutus vel aliter imperfectus l. 2. poſt med. vel ſi eſt poſſibile, & caſus fortuitus [illegible] impediat. Idem Bald. in conſi. 145. poſt nu. [illegible] 5. [illegible]
[illegible] et de-

tit domino fidelis. Afflict. in §.porro.num.28.cir. medi.ea quibus cau. feu.amit. Iſta enim ſubintelligantur; quia ius intelligit, & agi dicitur prout iua ſtatuit. Lucas in l.agentes.colum.3.cir.medi.C.de agentibus in rebus. Propterea contraueniendo, debet amittere feudum vt hic.

Explanato textu, reddebatur dubia iſta conſuetudo, ex pluribus.& in ſpecie, quod non liceat defendere dñm ſuum vel ſocium, ſed ſeipſum tantũ. glo.per illum textum in capitu. cum à iudæis. 23. quæſtio.8. alias imputatur ei qui ſe proiecit in periculum. glo.in l.Item Mela. in vér. quæri, ad leg. Aquil.nec percliitari profuit. l. ſi mulier, la 3.ff. ad Velleia. lnimo protuſor ſui erga ſo facilitate non adiuuatur, argum.l.1.ff.de donatio.inter virum, & vxo. Secundò, timere mortem eſt naturale.glo. in capitu.nolite timere. 11. quæſtio. 3. vnde neminẽ reperies, quem arma & gladius euaginatus nõ terreat, ex quo quilibet eſt de vita ſua ſollicitus. Bald. in conſ.107.4.vol. & naturaliter ineſt animis hominum trepidatio, cum veniũt ad conflictum hoſtium. Idem Bal.in c.1.poſt, num.8. ex intentione vegetij, de his quæ vi metuſue cau. ideo vitã amittere metuentes, fuga propter timorem vtuntur. §. ſi autem. Aut.de armis. cum ergo homo ſapiens in omnibus metuat. Ecclesiaſticus, c.18. iſte metus tã quam infirmitas voluntatis, conſilij vulnus & animi triſtitia; Barb.in addi.ad Bal.de his qui feu.dare poſſu.in ſ.in ver.in nouella, debet excuſare, ſi dominum periclitantem non adiuuet. Tertiò, quod quis patitur ab inimicis proprijs, ſua culpa pati intelligitur.l. ſi merces.§. culpæ. ff. locati. quia effectus denotat cauſam. Præpoſi.hic nume.5.cir. fin. ſi fuit culpa & malo, conflictum quod inde ſequitur eſt malum tanquam cauſatum.glo. fina.in cap. cum clerici. de cenſibus. ſed in malis non tenetur vaſallus, quia non opem fert qui ad peccatum non iuuat. Iſer.hic cir.pri. ergo nõ tenetur vaſallus adiuuari dominum in prælio. Contrarium tamen ſeruatur virtute huius conſuetudinis. & ratio eſt; quia procurare mortẽ, & ſtudioſe negligere parificantur. not. in capitu. quæſitum. de pœniten. & remiſſ. vnde ſi amittit feudum, procurando mortem dñi & aſſaliendo. §. ſimiliter. inſ.eo.ita & ſi negligit; quia vbi pendet cauſa pendet cauſatum. l. ſed & ſi quis. §.prim.ff.de vſufruc.

Et ſic non obſtant contraria. & primum; nam licet vaſallus tenetur defendere dominum, non tamen debet ſalutem domini ſuæ præponere. Iſer. in cap.2.§.fina.poſt nume.5.de alie. feu.pater. Cur.in tracta.feu.in 4.par.princ.in j.quæſt.4.nume. 8. Alciat. de præſump. in pri. reg. pri. ibi quinquageſimoſecundo. nume. 3. nec tenetur ſe exponere morti pro ſalute domini, Alberic.in l.hæc demum.ff.de operis liber. ſicut tutor non tenetur pupillo prouidere contra ſuam vtilitatem. Azo in ſum. poſt nume. 6. C.arbitrium tutelæ. ſeruus tamen debet præponere vitam domini, vitæ ſuæ; & domino inſidijs mortalibus circumuento auxilium ferre, & corpus ſuum opponere clamando ne moriatur; alioquin vltimum ſupplicium patitur. l. 2. & fina. ff.ad Sillania. glo. pri. in l. 2. de homici.libero. hominum. in Longobar. & priuatur ſi aduerſus vim potuit opem ferre, alias non. Azo poſt nume.13. C.de his quib. vt indig. vel non tenetur quando nõ poteſt. gl. fin. in capit. petitio. de iureiuran. Bald. in conſil. 429. nume.2. pri. volum. nam impotentia excuſat a pœna priuationis. Aluar. in §. ſi quis miles.nume. 3. de feu. ſine culpa non amit. & ſufficit quod faciat quod poteſt. Zabal.in clemen. ſæpe in 5.not. de verbo. ſignificatio. Secundum non obſtat: nam metus non omnino excuſat, ſed attenuat delictum.glo.in capitu.eos.in ver.timore. de conſecra.diſtinctio.4. non enim miliuet, qui miles non eſt. §. fina. in ver. ſi quidem. Auth.de mandat. prin. Vltimum non obſtat, nam prædicta intellige in bello iuſto, de quo infra, cum Iſer.cum in eo tantum vaſallus teneatur ſeruire. Loffr.in conſi.5. nume.41. Et ſic firma remanet concluſio, quòd ſi vaſallus dimiſit dominum in bello non mortuum, nec vulneratũ ad mortem, perdit feudum. Iſtam concluſionem amplia & limita, vt per Cap. in ſua inueſtit.in ver.feuda amittuntur.colum. 1.cum 4. ſeq.& Afflic.hic poſt num. 17. Tu autem amplia & dic quod amittit, ſiue feudum ſit nouum, ſiue paternum, Bal.infra de allodijs, poſt nume. 24. & deuoluitur ad dominum, exclusis filijs & agnatis. Cap.vbi ſupra. colum. 5. poſt medi.ibi deuolutio feudi. Amplia & ſecundo, etiam ſi dictum feudum habuerit vaſallus ex eo, quia liberauit dominum præliando: nam ſi nunc dimiſit priuatur, quia vltima culpa nocet. Bal.ſi vaſal.feu.priuc.nume.4. Tertio procedit, etiam ſi ſit impotens, dummodo culpa præcedat. Afflic.in capitu. 2. in §.not.d. titu. de feu.ſine culpa non amitten.

Limita tamen, non procedere ſi dominus eſt mortuus vel vulneratus ad mortem, aliàs ſi dimitteret dominum acriter vulneratũ nõ tenetur. Bar. in l.ſi quis, nu.1.ff.ad Sillania. q. mortuus & vulneratus ad mortẽ, Aluar.hic fictione iuris, parificat. licet alibi mors ficta nunquam æquiparetur naturali, niſi in certis caſibus.glo.in capitu. ſuſceptum. de reſcriptis, in 6. Præpoſi.hic, num.21, cir.fin. Vaſallus tamen admittitur, ſi velit probare, quod dominus deceſſit propter mala medicamenta. idem Præpoſi.hic poſt nume. 5. & Aluar.nume. 8. & 9. & Cur. in tracta. feu.in 4. par. prin. in vndecima quæſtio.nume.16. Secundò limita, ſi poteſt iuuare, aliàs non tenetur. Afflic.in §. item qui dominũ. Quę ſit pri.cau. bene.amit. & in §.fina.nume. 2. & 3.de aliena.feu.pater. Bal.hic finit lex. in pri.nu. 5. & Aluar.in capitu. 1. colum. ſecunda, poſt med. Quot teſtes ſint neceſſ. ad probat. feu. ingra. Quia impoſſibile in omni diſpoſitione cẽſetur exceptũ. glo. Parili.titu.pri.§.45.poſt nume.2. nec imputatur ſi non fecit, quod & ſi facere vellet non poſſet. l.cum quidam.§.ſi pupillo.& ibi glo.pri.ff. de vſuris. Facit l. 3. in pri.ff.ad Sillania. nam impotentia excuſat etiam a lucro.l.ab adminiſtratione, in ver. nec enim. C. de legat. & excuſat. Bald. in conſil. 429.nume.2.pri. volum. quando impedimentum eſt graue & non leue, idem Bal.in capit. ſi quis miles.nume.5.de feu.ſine culpa non amit. ex quo, qui non facit quod debet cum poſſit, punitur. l. non omnes. in ver. pro transfuga. ff. de re milit. Item nõ procederet, ſi vaſallus eſſet acriter vulneratus; nam tunc dimittendo dominum in bello nullatenus teneretur. Barto.in d. l.ſi quis in graui.ad Syllania. nec haberet locum, ſi dominus eſſet excõmunicatus vel bannitus, quia tunc eſſet etiam in totũ abſolutus. Odoffr. in ſum. vtrum vaſa.tenea. ſine denuntiat. dominum adiuuare. num. 7. alias limitationes ponit Iacob. in ver.& promiſerunt. in 13. quæſt.num.17.

Nota

Nota, quòd vaſallus tenetur adiuuare dominũ
contra eius inimicos. Caſſa. in conſu. Burg. rub. 3. §.
4. in prin. nume. 19. & ſi non poteſt defendere, nõ
tenetur. Odoffr. in Sum. vtrum vaſal. tenea. ſine
denuntia. num. 4. cum addi. ad eum. & quando nõ
poteſt defendere, poteſt fugam arripere, & ſi pu-
gnando moritur non peccat. Archi. in cap. fin. 23.
quæſt. 1. quid in conflictu iudiciario, an dominũ
10 tenetur adiuuare. †Iſer. dicit quòd ſic; quia, cui dat
quod eſt plus, datur etiam quod eſt minus. Caſſa.
vbi ſupra rub. 4. §. 5. ibi, & droicts. nu. 18. in princ.
Nam aduocati æquiperantur militibus. l. aduocati.
C. de aduoca. diuer. iudi. aliàs priuatur feudo. Abb.
in cap. cum ſacerdotis. nume. 3. de poſtulat. Gra. in
deci. 80. Nec debet iuriſdictionem aliorum contra
dominum defendere. Bocr. in deci. 8. nume. 2. ſicut
non poteſt clericus aduocare contra eccleſiam à
qua habet beneficium gratuitum. Afflic. in conſti.
aduocatos. nume. 19. ibi, tertia concluſio. de pſta.
ſacra. & amittit feudum, vt ſupra, ſi volẽs hoc agit;
ſecus ſi coactus à iudice. 10 §. ſed & qui delator. nu.
43. cir. fin. Quæ ſit 1. cau. benef. amit. & ſi feudum
eſt magnum, aliàs pro modico non prohibetur pa-
trocinari contra dominum. Idem Iſer. in cap. 1. in
verſ. ſed quia. nume. 1. cir. fin. de forma fideli. Nota
etiam, quòd negligentia vt factum punitur. Arch.
in cap. dictum. poſt medi. 81. diſt. & dicitur turpis
iactura, quæ per negligentiam fit, ſecundum Sene
cam. Idem Archi. in cap. fin. 81. diſt. Inſuper vaſal-
lus non agendo, perdit ius rectè incohactum. cap.
fin. vbi not. Ioan. An. in fin. de iureiuran. in 6. Iſer.
autem declarãdo textum, intelligit de bello iuſto;
nam iniuſto, non tenetur eum vaſallus adiuuare.
Bart. in l. ſi quis. §. ſi maritus. nume. 1. ad Syllani.
Alberi. in l. rem non nouam. num. 3. C. de iudiciis,
nec adeſſe. Archi. in cap. latorem. 33. quæſt. 2. non
enim opem fert, qui ad peccandum nos adiuuat.
glo. in cap. de forma 22. quæſt. ulti. Curt. in tracta.
feu. in 4. par. 1. in prin. quæſt. 2. nume. 6. Aluar. in c.
1. nume. 18. hic finitur lex. & Præpoſ. hic nume. 3.
& 4. Et quod dicitur de domino, idem in confœde-
rato. Iaſ. in l. quidam cum filium. nume. 28. & 29.
de verbo. obligat. Sed antequam vlterius progre-
11 diar, †dic quòd bellum vocatur duellum, eo quod
duæ ſunt partes, vna vincens, & altera perdens: po-
ſtea mutata, & detracta littera. d. bellum dicitur.
Alii per antiphraſim dicunt bellum à bono dimi-
nutiue, eo quòd minimè ſit bonum. Archi. in Sum.
23. quæſt. 1. & iſtud reperitur ſeptem modis. Ioan.
An. in cap. 1. nume. 9. de homicidio. in 6. Archi. in
cap. Iuſtum. 23. quæſ. 2. hic autem fit tantum men-
tio de iuſto & iniuſto. Vt autem dicatur iuſtũ, tria
12 requiruntur. † Loffr. in conſi. 45. nume. 26. & poſt
nume. 28. Aluar. in dict. cap. 1. nume. 17. cir. medi.
& 21. hic finitur lex. uel quinque, latè Bald. in cõſ.
432. quin. vol. Iuſtum autem vel iniuſtum ex cau-
ſa bellandi iudicatur. Archi. in dict. cap. iuſtũ. vnde
iuſtum eſt, in terminis. l. ſi quis in hoc genus. circ.
fin. C. de Epiſco. & cleri. l. vni. vbi glo. C. vt armor.
uſus. vel ſi mouet guerram pro conſeruando iure
ſubditorum, cõtra opprimentes illos. glo. in extra.
Io. eccleſiæ Romanæ, in uerſ. ſuorumque. de maior.
& obedi. quia iniuria illis facta, tendit in dominũ,
ſi illi non præbuerunt cauſam. glo. in ſimil. in l. 3. in
verſ. impetrauit. de cõtrar. & utili actione tute. Ideò
Papa punit iniuriam factã eccleſiæ. Pernus in trac.
de Regina & Rege. cir. prin. Imperator uel Rex pu
nit iniuriam factam imperio uel reipublicæ, ut ibi.
& Epiſcopi uaſallos ſuos defendunt, defendendo
non ulciſcendo iniurias. glo. in cap. ſcire. 23. quæſt.
8. Iniuſtum bellum eſt, ſi ſit pro uindicanda iniu-
ria propria uel defendenda, non propter publicam
expeditionem. Iſer. in §. firmiter. num. 30. cir. med.
de prohi. feu. aliena. per Frederi. pro auiditate do-
minandi. 23. quæſt. 1. per tot. & non pro defenſio-
ne regni. Afflic. in §. ſed nec eſt alia. num. 7. Quæ ſit
pri. cau. benef. amit. & alia ut in glo. in cap. 1. 23.
quæſt. 2. cap. ſi quis. cum ſeq. ead. cau. quæſt. 4. Iſta
ſunt iniuſta. Lucas in l. uni. colum. 1. poſt princ. 2.
cir. fin. & 3. in prin. dict. tit. C. ut armo. uſus. Iſta in-
dicens, male agit, Iudicum. cap. undecimo. & cõtra
eum facit pſal. 67. exurgat Deus. ibi, diſſipa gentes
quæ bella uolunt.

Sed uidetur, retentis primis terminis, quòd ua-
ſallus teneatur iuuare dominum etiam habentem
cauſam iniuſtam. Iaſ. in l. qui ſeruum. nume. 7. de
uerbo. obligat. ſeruitia ſecundum Auguſt. quanto
magis indebita, tanto gratiora. Archi. in cap. Iam.
cir. medi. 28. quæſt. 1. ſerui cuiuſdam Baronis Sara
ceni, parendo mandato domini ſui, credunt ſaluari.
Ioan. An. in cap. 1. nume. 11. de homici. in 6. & cau
ſa euitandi ſcandali præcipitur uxori obedire ui-
ro, ubi aliàs non. Archi. in cap. quod Deo. in prin.
33. quæſt. 5.
13 †Pro alia parte: in delictis ſuperioris authoritas
& iniuſta licentia non excuſat. Zaba. in clemen. 1.
nume. 5. de teſtibus. Archi. in cap. ſi quis. in princ.
17. quæſt. 4. præcepto iniuſto ſuperioris non eſt
parendum. Zaba. in cle. uni. §. eorundem. poſt nu.
3. de foro compe. Immò populus debet reſiſtere
Regi, cum contra ius uoluerit arma mouere. Arch.
in cap. fin. cir. medi. 23. quæſt. 3. poſſet tamen diſtin
gui, quòd authoritas ſuperioris non excuſat, in iis
quæ lædunt eccleſiam: ſecus in iis quæ perſonam.
Idem Archi. in cap. quoniam. 16. quæſt. 7. uel in læ-
uibus excuſatur, ſecus in atrocioribus, ſicut in ſer-
uo. Archi. in cap. 2. 22. quæſt. 5. glo. 2. in l. 5. de de-
bitis & guadi. in Longo. Et in iudice cuius iuſſus ut
excuſet, diſtingue, aut eſt contra legem, aut ſecun-
dum legem: aut eſt dubium. Archi. in cap. Saloni-
tanæ. poſt prin. 63. diſt. Inde ſumpta occaſione quæ-
ritur, ſi eſt dubium, ſi bellum ſit iuſtum uel iniu-
14 ſtum, an ſtetur dicto domini. † & uidetur quod præ-
lato ſit obediendum, ſi mandata ſunt ſalubria: ſi
dubia non tenetur. Archi. in c. qui iuſſus. 11. quæſt.
3. ſed debuit credere ſuperiori propter honeſtatẽ
perſonæ. Zaba. in dict. clem. uni §. eorundem. poſt
num. 4. de foro compe. & ſtatur dicto domini di-
centis eſſe bellum iuſtum. Iſer. in cap. 1. num. 4. &
Aluar. nume. 22. hic finitur lex. & hic, nume. 3. etiã
ſi cauſam non reddat. cap. ſi quando. in glo. fin. in
fin. de reſcriptis. nam ſatis plena ratio eſt, quia ſupe
rior iubet. Lucas in l. 3. colum. 2. in princ. C. de ex
acto. tribut. ſuſcipiendi belli authoritas & conſiliũ,
eſt penes Principem: unde ſi præcipiat nunc bella-
re, excuſatus eſt ſubditus. cap. quid culpatur. 23.
quæſt. 1. & ſtandum eſt quoad eius excuſationem.
Afflic. in deci. 265. nume. 49. nam authoritas maio
ris excuſat. l. iniuriarum. in uerſ. propter. ff. de iniu-
riis. excuſatur (dico) neceſſitate poteſtatis. l. diuus.
ff. de falſis. & ſic ratione incertitudinis iudicat iu-
ſtum. l. ſi ea lege. & l. oleo. C. de uſuris. & eſt paren
dum, ſicut nunciationi noui operis. l. de pupillo. §.
Sextus. in uer. fecit. in fi. de noui operis nunciat. nec

uidetur

videtur dolo facere, quia parere necesse habet: ſed is qui iubet damnum dat. l. non videtur. & l. is dam num, de reg. iuris & datur actio mandati ad impendia, vel damna ſibi contingentia ratione vocationis. Innocen. in cap. ſicut. in prin. de iureiuran. & ſi non eſt conſecutus in bello, an poſſit conſequi in iudicio. glo. fin. cir. medi. in cap. dominus. 23. quæſt. 2. & procedunt prædicta in quolibet Rege, quia quilibet Rex in regno ſuo eſt monarcha. c. ſciote. 6. quæſt. 3. Idem Iſer. ſupra in Prælud. 2. quæſt. col. 2. cir. fin. & ipſe inducit Aluar. in dict. cap. 1. nume. 2. & 3. hic finitur ſex. & quando Sarracenis. Innoc. in cap. maiores. de baptiſmo. & debet fieri iuſtum bellum ſine grauamine ſubditorum, expendendo prius aurum ſuum. Caſſa. in conſu. Burgu. rub. 2. §. 1. in prin. ibi, quadrageſimus octauus. in fi. & ſic cũ Papa mandat vel præcipit aliquid, Episcopi & alij ſubditi tenentur obedire, ſi iuſtum ſit. Arch. in cap. ſi quis. poſt medi. 81. diſtin. aliàs non tenentur obedire prælato, & poſſent cõtradicere. Zaba. in clem. 1. poſt nume. 9. de ſepultur.

Sed an hoc ſeruitium à vaſallo ſit præſtãdum extra regnum, † ſeu extra ſuam iuriſdictionem? & vi-
14 detur quòd vaſallus nõ teneatur. Facit lex, Mæuia. §. vxore. de annu. lega. nam extra ſuam iuriſdictionem eſt tanquàm priuatus. l. 3. ff. de offic. Præfec. vrbis. dixi ſupra in Prælud. in 2. quæſt. vnde vaſallus non tenetur adire, nec quærere patronum extra locum dominantem. glo. Part. tit. 1. §. 45. poſt nu. 11. & domicilium adeundum eſt, dummodo ſit in eadem prouintia, & non ſit tam remotum quin commode infra biduum adiri poſſet. ea. glo. tit. 2. §. 54. poſt num. 25. nam patrias ſedes relinquere eſt impium: & in generali mandato, nõ venit vt quis cogatur ad patriam relinquendam. in conſ. feu. diuer. 15. num. 11. Præpoſ. hic, nu. 6. & poſt. Inde Longobardi dicunt, quòd non tenentur tranſire alpes propter hoſtes, vel petendam inueſtituram. Iacobi. in verſ. qui quidem inueſtitu. num. 52. in fin. Cur. in tracta. feudo. in 4. par. pri. in princ. nume. 7. nam ex remotione locorũ, inducitur ius diuerſum. Zab. in clem. cauſam. §. quod ſi. in 2. not. de electio. Iſer. tamen dicit, quòd ſi bellum eſt iuſtum, vt quia vaſalli iniuriam paſſus ad vlciſcendum, quòd is requiſiuit dominum iniuriantis, & ille neglexit emendare. cap. ſeditionarios. 46. diſt. poteſt pugnare extra iuriſdictionem, & tenentur Barones pro defenſione Regis vel hominum regni, ſeruire extra regnũ. Afflic. in §. fin. nume. 8. circ. medi. de capi. qui cur. vendi. in §. ſed nec eſt alia. nume. 6. quæ ſit pri. cauſ. benef. amit. hic poſt num. 9. & in deciſio. 265. num. 50. Et ideò male dicunt vaſcones, non teneri ſub Rege Angliæ, niſi ſit in vaſconia, & extra dicunt eũ priuatum, & non eorum Regem. glo. 1. in l. 3. ff. de offic. Præſid. quod ſi Galli dicerent, priuarent eorum feudis. Bald. hic poſt nume. 4. iuriſdictio enim magis cohæret perſonæ quàm territorio. Paul. de Caſtr. in conſi. 99. in princ. ſecun. volum. & quod dictum eſt de Lombardis, procedit ex priuilegio, vt in textu, qui cõmuniter non habetur. Bald. quæ ſit pri. cau. benef. amit. in fin. princ. Iacobi. in verſ. & promiſerunt. in 4. quæſt. Quo ad alia, ſi eſſet nimis abſens, reputatur ac ſi nõ eſſet. Iſer. ponit exẽplum ex intellectu Hoſt. in compromiſſo, quòd abſente Rege Romanorum poteſt fieri in Archiepiſcopum Ebreduſię, de re feudali. Refert & ſequitur Afflic. in cap. Imperialem. in 12. not. poſt num. 22. vbi etiam & Cam. car. 74. colum. 1. poſt princ. & ſeq. & Capi. car. 27. colum. 2. cir. medi. & 28. col. 2. Idem Afflic. de conſue. recti feu. in prin. colum. fin. cir. princ. Vxor quæ non poteſt vigore ſtatuti contrahere ſine præſentia & conſenſu mariti, ſi maritus ſe abſentauit, & neſcitur vbi, poteſt contrahere: quia ſtatutum intelligitur de viro, cuius præſentia haberi poteſt. Bald. in conſi. 488. nume. 1. prim. volum. & conſi. 394. quint. volum. vel poteſt cum authoritate iudicis. Caſſa. in conſu. Burgu. rubr. 4. §. 1. ibi, contracts entreles, nume. 45. ubi requiritur licentia Epiſcopi, ſi multum diſtat, nec eſt officialis à quo poſſit peti, facta requiſitione in loco habitationis prędictorum, poterit procedi. Zabar. in clem. vni. §. volumus. poſt nume. 2. de foro compe. nec Romanus Pontifex in longinquo conſiſtens, pro modica pęna eſt conſulendus. Lucas in l. 2. colum. 2. in fin. C. de quibus mune. vel præſta. nemini liceat ſe excu. Vnde Capitulũ poteſt conferre ſine conſenſu Epiſcopi, quando agit in remotis, ita quòd in breui non poteſt haberi eius præſentia. cap. vni. §. fin. ne ſede vaca. in 6. Epiſcopus miniſtrabit iuſtitiam, ſi facta perquiſitione iudex non reperitur in loco. clemen. vni. in verſ. diœceſanis. cir. medi. de foro compe. quia iudex in iudiciis, non eſt diutius expectandus, ſed eius loco ſumendus eſt alter. l. ſi longius. cum ibi not. ff. de iudiciis. In conſtituẽdis alimentis pupillo, tutor abſens non expectatur. l. fin. ff. vbi pupil. educari debeat. Italus item vbi eſt Imperator appellans, nõ tenetur ire ad Alemaniã. Bald. de pace Conſta. in verſ. hoc quod. nume. 13. facit quod dicit Hoſti. in Sum. de feudis col. penul. in prin. non enim debet cogi venire ad tàm remotum tribunal propter modicam litem. Iſer. in capi. ſancimus, lo 2. nume. 4. poſt medi. Quo tempore miles. ne de rebus exiguis maximas attritiones homines ſuſtineant. §. fin. Authen. de inſtru. caute. & fide. & ſic abſens eſt expectandus, ſi commode poteſt expectari. ſicut expectatur magiſtratus, niſi expectatio eſſet fruſtra. Bald. de conſu. recti feu. nu. 5. & in fin. poſt nume. 8. ſi quis eſt remotus adeò quòd conſuli non poteſt, & vrget neceſſitas non eſt conſulendus. Archi. in cap. Aurelius. 26. quæſt. 6. nam quòd propter locorum diſtantiam eſt valde difficile, impoſſibile reputatur. l. qui ex liberis. in glo. 1. cir. medi. ff. de bono. poſſeſ. ſecu. tabu. etiam quia ſi eſt vltra mare, illius reditum expectare durum eſt. Bald. in cap. 1. in fin. ſi de inueſti. inter domi. & vaſal. lis oriat. Pares qui pro noua inueſtitura eſſent citandi, non procederet, ſi eſſent abſentes in loco multũ longinquo, adeò quòd non poſſent adeſſe ſine magna difficultate. Aluar. in cap. 1. col. penul. nume. 8. Quid ſit inueſti. Et vaſallus qui tenetur ire ad locum vbi eſt dominus, ad petendam inueſtituram, nõ procederet ſi eſſet nimium in remotis. Idem Aluar. in cap. 1. poſt nume. 6. quæ ſit pri. cau. benef. amit. licèt examinare teſtes abſque iudice, quando iudex eſt nimis remotus, & periculum eſt in mora, quatenus vellet iudex adiri. In con. feu. diuer. pri. nume. 40. Non valet actus non expectatis expectandis, niſi requiſiti nollẽt adeſſe: nam vbi expectatio eſt fruſtatoria, non debet quis expectari. Aluar. in §. quod autem. nume. 1. & poſt, de conſu. recti feu. Si eſt difficilis & periculoſus accesſus ad Papam, licèt ſibi ius dicere authoritate propria. Zabar. in clemen. 1. colum. 4. in fin. de offic. ordi. vnde propter diſtantiã ſuperioris aliqua conceduntur

ceduntur, quæ aliàs non concederentur. Paul. de Caſtr. in conſi. 13. nume. 1. cir. fin. & 202. nume. 2. in princ. prim. volum.

Quando autem dicatur locus vicinus, & quãdo remotus, & quis abſens Caſſa. in conſu. Burg. rub. 3. §. 1. ibi, en eſſe abſent. in princ. Quando in hortis eſt, præſens intelligitur, ſi in vrbe uel continentibus ędificiis. Quandoque abeſſe dicitur iudex qui in hortis eſt, ſicut qui in vrbe non eſt, vel in loco vbi petitur. Archi. in cap. biduũ. colum. 2. cir. medi. 2. quæſt. 6. quando eſt prope facilius eius conſenſus haberi poteſt, & habetur pro pręſente. Pau. de Caſtr. in conſi. 198. num. 3. ſecun. volum. debet tamen fieri perquiſitio primo in domo ſua propria, ſiue ſit in vico, ſiue in ciuitate: & poſtea per totã prouinciam. Caſſa. in ſimel. in conſu. Burgu. rub. 3. §. 1. ibi, ſil eſt aupais, poſt nume. 3. Ad inueniendũ dominũ, in quo loco ſufficit fieri diligentia. Caſſa. vbi ſupra rub. 9. §. 9. ibi, en quel qui. Zaba. in cle. cauſam. §. quod ſi. nume. 4. circ. medi. de electione. Nam habitatio quæ eſt in remotis, habetur pro non habitatione. vt per Zabar. ibi. nume. 5. in fin. & 6.

Sed retentis primis terminis, quòd vaſallus teneatur ſeruire extra iuriſdictionem, an teneatur expenſis propriis ſeruire? Et videtur quòd qui aliqd facere tenetur, ſuis expenſis illud facere debet, niſi aliud inueniatur à iure expreſſum Archi. in capitu. cauendum. poſt medi. 10. quæſt. 3. Prępo. infra de noua for. fideli. in princ. num. 3. vel tenentur ſequi dominum in iuriſdictione per 30. dies, expenſis ꝓprijs. Caſſa. in conſu. Burgu. rub. 3. §. 4. in prin. poſt nu. 26. extra non. l. antiquatum. de feudis & bene. conſti. Imperi. in Longo. ordinariis. latè Freder. de ſubfeu. lib. 2. ibi, quinta authoritas. poſt nume. 14. Aluar. hic nume. 10. vel tenetur ſequi dominum, ſi vires ſuppetunt feudorum, aliàs non; niſi ſumptibus domini. Bald. in l. penult. in fin. de operis libert. Alexan. ubi ponit etiam alias limit. in l. recuſare. §. ſi quis alio. num. 4. ff. ad Trebelli. & in l. ſi non ſortem. §. libertus. nume. 14. de condi. indebit. licèt tenetur propriis ſumptibus, niſi feudum eſſet adeò tenue quod non ſufficeret ad tales expenſas. Iaſ. in dict. §. libertus. nume. 28. & in l. cum ſeruus. nume. 4. de legat. 1. ꝙ nõ tenetur ſuis ſũptibus, niſi tenor inueſtiturę aliud indicet. Præpoſ. in c. omnes filij. circ. fin. ſi de feu. defun. milit. contro. fue. ſeu de ſuo eſſet impotens. Alexan. in dict. §. ſi quis alio. nume. 10. certas pſtabit ſumptibus domini: incertas ſuo victo. Azo in Sum. C. de operis liber. in diſtin. operarum. num. 4. & æſtimabitur ex quantitate feudi. Odoffr. in Sum Quibus modis feu. ami. num. 107. & quãdo id quod requirit ſumptus apparet factũ, præſumitur factum ab eo cuius expenſis fieri debet. ſimil. gloſ. 6. Pari. titu. 1. §. 6. nume. 30.

16 Quid in bello iniuſto, in quo non tenebatur iuuare dominum, ſed incępit iuuare & deſtitit, an priuetur feudo. Bald. hic nume. 5. & Præpoſ. num. 4. dicunt, quòd licèt iuuare non teneatur: tñ ſi incępit, non poteſt deſiſtere. & ſi deſtiterit, tenetur ad intereſſe. Afflic. hic nume. 12. circ. fin. & Aluar. nume. 4. Curt. in tract. feu. in 4. par. pri. in 5. dubio. nume. 10. etiam ſi gratis faciat. glo. 1. cir. fin. in leg. idem. ad leg. Aquili. Iſer. verò tenet quòd non priuatur, quia non tenetur iuuare: & ſi iuuat, eſt ad peccandum, & quanto diutius iuuat, tanto grauius peccat, ex quo diuturnitas temporis peccata non minuit, ſed auget. not. in cap. ſicut nobis. de regulari. cap. cum haberet. de eo qui duxit in matri. quam polluit per adulter. cap. penul. de conſanguinit. & affinit. nec opem fert, qui adiuuat ad peccandum. c. ſi res. 14. quæſt. 6. Si eſt iuſtum, & tunc ſi eſt vaſallus amittit feudũ, ſi nõ iuuet, vt ſi nõ eſt vaſallus ſed amicus, cognatus, vel ſtipendiarius, bonũ obedientiæ eum non excuſat, ſicut ſubditos, etiam ꝙ credat eſſe iuſtum bellum, nam in dubio nõ debet ſe committere diſcrimini, ut iuuet aliquem in alterius pręiudicium. Archi. in c. denique. 14. quæſt. 5. tenetur tamen ad intereſſe pecuniarium, ſicut in eo qui incępit gerere negotia alterius ad quæ non tenebatur, ſi deſerit tenetur ad intereſſe. l. nam & Seruius. §. ſi uiuo. ff. de nego. geſt. in diligẽ quando acceſſit omnia facturus, vel in defectu ipſius perfeciſſet alter. glo. in l. in comodato §. ſicut. in verſ. peritura. ff. comodati. l. ſi mandauero. §. fin. ff. manda. l. 1. in fin. in glo. penu. & fin. ff. de eo qui pro tuto. vel cura. Vel aut acceſſit omnia facturus, aut vnum tantum. Primò caſu tenetur ad intereſſe. Secundo caſu non, quia ſufficit ſi cui vel in paucis conſuli. l. tutori. C. de nego. geſtis. Iſer. ſupra. Qui ſucce. tenen. colum. 4. circa fin. & in §. ſimiliter, lo vlti. poſt prin. de capit. qui curi. vendi. nam ſatis abunde fuit, vel in vna ſpecie per amici laborẽ domino conſuli. l. tutores. §. 1. in fin. ff. de admini. tuto. & non tenetur, etiam quòd alius feciſſet, ſi non acceſſit omnia facturus. l. 1. in glo. fin. C. de teſtam. tute. Prędicta licèt procedant in rebus, quarum occaſione debetur intereſſe, multo fortius in perſonis. Sed videtur quòd maior ſit alienatio perſonæ, quàm rerũ. glo. in cap. poſt tranſlationem. in uerſ. à priore. de renuncia. c. cum olim. in glo. fin. de maio. & obedi. cap. licèt. in verſ. licentiam. de regulari. & ſucceſſiue videtur, quòd non poſſit de vno ad aliud argumentari: ſed valet di minori ad maius. Authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccl. & in ſpecie in iſta materia. cap. præcipimus. 12. quęſt. 1. Infert Iſer. ad eum qui tenetur præſtare opem contra omnes: nam nõ tenetur contra ſe ipſum. Idem Iſer. in §. in quibuſdam. num. 9. in fin. de conſu. recti feu. Curt. ubi ſupra, in prin. poſt nume. 8. nam quiſque plus diligit corpus ſuum quàm alterius. Archi. in cap. 1. cir. fin. 23. quæſt. 8. & non tenetur præſtare niſi quando indiget. Rurſus ſi indiget, debet moneri. Præpoſ. in §. item qui domino. colum. 2. poſt medi. quæ ſit pri. cau. bene. amit. ſi ſcit imminere magnum periculum, tenetur vaſallus præſtare ſeruitium ſine denunciatione. Odoffr. in Sum. vtrum vaſal. teneat. ſine denuncia. domi. adiuua. in princ. vltro & ſuis ſumptibus. Ripa in tracta. de peſte. de remediis ad conſer. ubertatem num. 255. ſed non ad ſeruitium immoderatum. Præpoſ. in quibus cau. feud. amit. nume. 1. Quando quædam ſunt ſoluenda domino, tenetur etiam non interpellatus: nam ſi ceſſat facere id ad quod ſcit ſe teneri, cenſetur in dolo. gloſ. Pari. tit. 2. §. 54. nume. 11. & poſt num. 14. & hoc ſi poteſt. Iſer. de noua for. fide. in verſ. & omnes. Secus ſi non poteſt, quia factus eſt inhabilis. Aluar. hic. nume. 5. Curt. in tracta. feu. in 4. par. pri. in princ. in 6. quæſt. nume. 11. nam non eſt prudentis inermẽ ſe opponere armatis. Zabar. in clemen. vnic. nume. 25. in fin. de homicidio. & vox plorantis etiã ſuis eſt infeſta. Præpoſ. hic num. 4. cir. fin. dominus patiendo iniuriam, nõ erit alius iniurioſus. l. ſi tecũ. ubi not. glo. fin. C. de iure delib. Inſuper ſi promiſit

præſtare

præſtare patrocinium, vel accommodare turrem, non intelligitur contra ſeipſum. Iſer. de noua for. fide.in verſ.& numquàm.circ.fin.eſt ratio ſecundũ eundem hic: quia non eſt ſeruus, ſed potius æquiperatur liberto, vt in cap.1.in verſ.ſalua riuerentia. de mili.vaſſ.qui contu.eſt.§.in quibuſdam.& §. ſimiliter.de conſue.recti feud.c.ſed & quis delator, in glo.mag. quæ ſit pri.cauſ.beneſ.amit. Iſer.in capit. licèt. poſt nume.4.ſi de feud. defun. milit. contro. ſue.†vel ęquiperatur homini ab hoſtibus redẽpto,
18 & habetur ꝓ liberto, tamquàm excedentia & excelſa: & iura quæ loquuntur de ſeruis, nõ poſſunt adaptari ad vaſallos. Curt. vbi ſupra in 4. par. pri. in prin. poſt num.8. vnde dicimus, quod magis tenetur libertus quàm vaſallus, cum ille conſequatur libertatem, qua nihil gratius conferri poteſt. l. Paulus. ff. de fideicom. libert. vaſallus & animæ, ideſt animata corpora præferuntur rebus. Iſer. ſupra in prælu.poſt nu. 25.glo.3. in l. Imperium.de iuriſdi. omni.iudi. alibi vaſallus ratione iuramenti præſtiti ob feudum datum. voluntarie deuenit homo domini, & plus aſtringitur quàm libertus, vt per Beatum Grego. in homelia, de cõm. confeſſo. & propter ſacramentum vaſallus magis tenetur domino, quàm donatarius: ex quo deſerendo, dicitur perfidus atque periurus. Iſer. in §. ſimiliter. poſt nume. 21. infra eo. ſicut qui Præpoſitum ſuum protegere noluerit vel deſeruerit, eo occiſo capite punitur. l. 3. in fin.& l. omne.§. fin. ff. de re mili. Lucas in l. fin. colum. 1. cir. fin. de re militar. quomodo ſerui fiunt propter iuramentum fidelitatis, idem Lucas in l. 2. colum. 4. poſt medi. C. de omni agro deſer. Tu dic quòd æquiperatur liberto. Afflic. ſupra in prælud. nume. 41. & obtinet vicem liberti, & quodãmodo ſerui. Lucas in l. vnic. colum. 2. cir. fin. de condu. & procura. & iura loquentia de liberto, & patrono, poſſunt allegari in feudis. Affli. hic ante & in num. 19. regulariter ęquiperantur, licèt quandoque differant. Idem Afflic. in §. donare. nume. 37. qualiter olim poterat feu. alien. angarii & perangarii ęquiperantur ſeruis & nõ liberis. Idem Afflic. de capi. qui curi. vendi. in fin. princ. æquiperantur agricolę. Lucas in rubr. in fi. C. de agric. & cẽſi. & ſunt quaſi ſtipendiarii dominorum. addit. ad Bald. in princ. in verſ. hoc vult, poſt medi. hic finitur lex.

17 †Sed quid ſi vaſallus perdit feudum facto domini, an teneatur dominus illi de alio prouidere? ꝙ Iaſ. in l. Barbarius num. 40. ff. de offic. Præto. ſentit; & ſi infert bellum vaſallo ſuo indebitum, aut banniret, adeo quòd mobilia & ſupellectilia ſubiicerẽtur ſacco, & ſtatur iuramento damnum paſſi. Idem Iaſ. in l. ſi quando. nume. 45. & 47. C. vnde ui. Qui acceſſerunt, & aliqua bona perdiderunt in bello, habent actionem mandati, uel aliam, contra vocãtes pro damnorum reſtauratione: ſecus ſi vocati fuiſſent ad iuſtum bellum. Zabar. in clemen. paſtoralis. in princ. nume. 11. de ſentent. & re iudic. bona autem iniuſtè pugnantium poſſunt licitè occupari. ibi, nume. 12. vaſallus ſi dum vadit pro ſeruitio domini derobatur in itinere, non tenetur dominus ad emendam. Sed diſcretus dominus compatiendo ſibi, iuuabit ſaltem in remittendo. Præpo. infra. An agnatus. colum. 3. in princ. Si cum equo & armis Titii iuit pro eo ad exercitum, & fuit captus & in captiuitate fecit ſumptus, an teneatur Titius ſicut in nuntio, qui dum mitteretur pro negotiis, fuit captus à latronibus. Specula. in tit. de iudiciis. §. 3. num. 5. & 6. & ſic licèt liberto detur libertas, & vaſallo bona, mundani dicunt eſſe quandam beatitudinem in bonis, iuxta pſal. 143. Benedictus Dominus Deus meus. in fin. ibi, Beatum dixerunt populum, cui hęc ſunt. Et apparet per ſignificatum huius verbi, bonorum, quod eſt vt beat ſiue beatum reddat habentem. Lucas in l. vni. col. 4. poſt princ. C. de reis poſtul. Inde beneficium à beando. Iaſ. in prin. tracta. feu. num. 31. & qui aufert temporalia, aufert vitam. Archi. in cap. presbyteros. poſt medi. 50. diſtin. quia ſecundum vulgi opinionem, omnia menſurantur numiſmate; & exinde omnis fęlicitas prouenit. Lucas in l. domini prædiorum. colum. 1. in fin. & 2. in princ. C. de agric. & cenſi. nam pecu-
19 nia eſt fideiuſſor futuræ neceſſitatis. †Socin. in l. 1. nume. 57. ſolut. matrimo. omnium Regina. Zaba. in clemen. vnic. nume. 8. cir. prin. de baptiſmo. omnia computantur ad valorem ipſius. Aluar. in fini. in §. ſimiliter. poſt num. 4. de capitu. Corra. per eam omnes alię res æſtimantur. Alexand. in conſi. 79. nume. 8. circ. medi. quin. volum. & eius appellatione venit quodcumque cõmodum æſtimabile. Zab. in clemen. 2. in verſ. inquiſitoribus. in 2. not. de hæreticis. Vel non eſt bonum de per ſe, ſed menſura honorum. Ioan. An. in cap. 1. nume. 2. de vſuris. in 6. ſed quia homo quo ad temporalia nudus naſcitur, & nudus præſumitur, niſi probetur veſtitus: maximè quia diuitiæ accidentales ſunt. Archi. in c. fin. 6. quæſt. 5. & nimia proſperitas procedit à diabolo. Idem Archi. in cap. ſępe. in fin. 41. diſtin. & vt dicatur fęlix vltra rerum mundanarum copiam, oportet concurrere ſpeculationem intellectus, proſperitatem, & ſanitatem corporis: nam beatitudo conſiſtit in habendo quod velit, & nihil habendo quod non velit. Lucas in l. 1. colu. 2. circ. fin. C. de veteranis. Ideo reperitur magnum bonum, medio-
20 cre, & minimum. Archi. in cap. non mediocriter. de conſecra. diſtin. 5. Sunt quoq; bona naturę fortunæ, gratiæ & glorię. Zabar. in clemen. 2. §. viſitatores. poſt num. 3. de ſtatu monacho. etiam beatus pluribus modis dicitur. Archi. in cap. ſuggeſtum. 7. quæſt. 1. proſperitas temporalis conſiſtit in tribus, in diuitiis, voluptatibus, & honoribus. D. Thom. in undecimo. 2. nocturn. noli æmulari. ibi, ſpera in domino. Vnde beatitudinem quidam poſuerunt in bonis temporibus, ſicut Epicurus: quidam in operibus actiuę vitę, vt Stoici. Diuus Auguſt. lib. 14. de ciuitate Dei. cap. 2. quidam in virtutis contẽplatione, ut peripatetici. Idem D. Thom. in 7. 2. noct. Exultate iuſti. ibi, beata gens. aliter ſecundum canones. cap. ſecundum verba. 33. quæſt. 5. & temporalia licèt deſiderare, non vt in eis principaliter finem conſtituamus, ſed ſicut quædam adminicula, quibus iuuamur ad vacãdum beatitudini, quia per ea ſuſtentatur vita corporalis, & inſtrumentaliter deſeruiunt ad actus virtutum. Archi. in cap. habebat. cir. medi. 12. quæſt. 1. horum multa ſunt priuilegia, in quibus ſunt: q̃ proſunt, & q̃ dant incommoda. Idem Archi. in cap. penul. circ. medi. 30. diſtin. ſed dic, quod vera beatitudo eſt meditatio gloriæ magni Dei & Saluatoris Noſtri Ieſu Chriſti. Lucas in dict. l. 1. colum. 2. circ. fin. C. de veteranis. Iſta non eſt in hac vita, & quomodo eam habuerint Moyſes & Paulus. Zabar. in clemen. fin. in prin. colum. 1. in fin. & ibi, quarto, & ibi, quinto. de hæreticis. multa autem quæ faciunt Reges fęlices. Lucas in l. vni. colum. 1. cir. fin. & 2. in princ. C. publicę lætitiæ

tiæ

tiæ vel conſ. & quis dicatur fælix, & quis infælix, Caſſa.in conſu.burg.tit.4.§.7.ibi,ſuppoſſe, num. 11.inde miſer,ideſt infælix & minus aptus: & proprie dicitur miſer,quia omnem fælicitatem amiſit. Archid.in c. tanta,circa pri.86.diſti. Sed Auguſtinus ſuper Io.cap.17.Infælix qui omnia nouit,& te neſcit,beatus autem qui te nouit,& illa neſcit, Zaba.in d.clem. fin.ibi,quinto, cir.med. de hæreticis. beatus eſt,qui adhæret Deo:& miſer qui non adhæret Deo.Idem Auguſt. 12.de ciuitate Dei.c.pri. Et veræ diuitiæ non ſunt opes,ſed virtutes quas cõſcientia ſecum parat, vt non in perpetuum diues fiat. Archid.in c.deteriores.6.quæſt.pri.Zab.in clemen.pri.in ver.quibus.in 3.not. de priuileg.& ueræ diuitiæ ſunt, quæ nos diuites virtutibus faciũt.ſi ergò diuites eſſe cupitis,veras diuitias amate.ſi culmen ver.honoris quæritis,ad cæleſte regnum tendite. ſi gloriam dignitatum diligitis, in illa ſuperna angelorum curia aſcribi feſtinate, vt in homilia S.Grego. Papæ ſuper Luca cap. 8. Spernere mundum, ſpernere nullum, ſpernere ſeſe, ſpernere ſe ſperni, quatuor iſta beant. Zaba. in clemen. vni.in pri.num.2.in fin. de reliquijs & vene. ſanct. & eſt triplex bonum,ſcilicet naturæ,gratiæ,& gloriæ. D. Thom.in 3.tert.noctu. Beatus qui intelligit.ibi,dominus conſeruet. Vltimum eſt optimum,quo quis adepto nihil vltra deſiderare queat. Lucas in l.pri. de fiſcalib. vſuris.& falſa ẽ opinio,quòd beatitudo conſiſtat in rebus temporalibus. Beatus Thom. in 2.3.noctu.Expectans expectaui,ibi, videbunt mul

22 n.poſt medi. An autem vaſallus teneatur alere dominum,ſicut libertus patronum.Iſe.hic ſe remittit, & eum vide in §.mutus.in verſ.ſed ſi feudum.nu.7. Epiſco.vel Abb.in c.licet.in fin.& num.4.ſi de feu. defun.mili.contro. fuc.& in §. & licet. nume.9. & poſt,an Agnatus. Vaſallus eccleſiæ faciens aliquid contra libertatem eccleſiæ, priuatur feudo. Aluar. in c.pri.num.3.de ſtatu. & conſu.contra liber.Eccleſ. Præpo.hic poſt num.2. idem in emphiteota,& eo qui conduxit ab eccleſia: nam ſi ipſe vel eius filius infert manus violentas in Epiſcopum, occidit vel iniuriatur,emphiteoſim vel locationem amittit.not.in clemen.pri. & ibi glo. in ver.generationem.de pœnis.Bald.in conſi.141. num.2.cir.fin.2. volum.& ſi clericus denegat Epiſcopo præſtare auxilium,quis coget.Inno.in c.cum apoſtolus.de cenſibus. ſed debet requiri: quia abſurdum eſt, quòd aliquis faciat ſeruitium perſonæ meæ,antequam velim. Pau. de Caſt. in conſil.110. poſt nu.primum, ſecundo volum.

23 † Quid ſi ſunt duo fratres, vnus reliquit dominum,& alter ſua probitate defendit, nunquid excuſatur vnus propter alterum. Bald.& Aluaro. hic num.12.& poſt tangunt quæſt. & uidetur, quòd beneficium vnius non extinguat maleficium alterius.l.ſi ex duobus. vbi ita ſum. Bald. ff. de noxali. Item ſi ſunt duo fratres, & dominus habuit ſeruitium ab uno, & ab altero non, poteſt feudum ab eo qui non ſeruiuit auferre. Bald.in conſi.301. nu. 11.pri.volum.Rurſus iniquitas deferentis,ſicut nõ nocet ei qui defendit, not.in c. pe.de eo qui cogn. conſang.vxo. ſuæ. ita non debet alterius probitas deſerentem excuſare:ſicut occaſio emancipati præteriti non debet inſtitutum lucro afficere.l.nonnunquam.de lega.præſta.ut ſic, quod operatur propoſitum in propoſito, operetur oppoſitum in oppoſito.l.ſi.§.vlt.de lega. 3.

Aliam partem,quod excuſetur,tenet Bal.& Aluar.ut ſupra,quos ſequitur Afflict.hic ante & poſt num.20.Iaſo.in l.ſi emancipati.num.10.C.de collatio.Cap.in ſua inueſt.in ver. feuda amittuntur. in 8. limi.& in ver. feudatariorum delicta. ibi,ſocius, & feudatariorum excuſationes, ibi, ſocius.Iacobi. in ver.& promiſerunt.in 15.quæſt.nume.20. & in verſ.dictique vaſalli.num.54.Affli.in §.& ſi clientulus.num.14.circa fin.de aliena.feu. Boeri.in Deciſ. 300.num.3.& probatur,quia conſequitur quis iure annexionis,quod aliàs conſequi non poſſet, no. in c.quia ſæpe.de præben.in 6.quod ex ſua perſona non habet,per extraneum habere poteſt.l.3.in fin. ff.quæ res pig. obliga. poſſunt. & ſocius incapax, capit propter ſocium capacem.l.ſi is qui. & l.Aurelius.§.eum qui.de libera.lega.reſtitutio inhabilis,ſuſtinetur ex perſona habilium. Soci.in l.pri.§.ſi autem.poſt num.4.ad Trebelli.hoc modo dicitur ſuo & alieno commodo facere.glo.in l.qui bona.§.pri. in ver.ſuo, de damno infecto.inuicem ſe adiuuare.l. tam collatores.§.pri. C. de re milita. Et quod pars ſeruientis huic proficit. argu. l.prim. in fin.ff.de fideicom.liberta.& quamdiu unus vtitur,poteſt dici vſumfructum eſſe in ſuo ſtatu.l.pri.§.idem. ff.de vſufru.accreſce. & ſicut incapax capit propter capacem,ita ecõtra vnus perdit propter alium.l.ſi duo. in ver.ne proſit.ff.ſi quis cautio. vel delictum conſortis non nocet alteri. Bald.in l.ſi hæredis ſeruus. §.fin.de lega.pri.vnus ex ſocijs propter factum alterius,damnum non patitur.glo.fin.in l.ſi quis. ff.cõmu.diui.& ſi ſunt duo hæredes vnius emphiteotæ, propter delictum vnius, ſua portio redit ad eccleſiam,& non accreſcit cohæredi. Bal.in l.legatarius, de legat. pri. Iſte ergo frater qui dereliquit dominum,proſequetur ius non recte incohatum, in ſimil. Io.An.in c.fin.in fin.de iureiuran. in 6.& aſſurgat ei ex cuius perſona conſequitur, quod aliàs ſibi perijſſet. glo.in clemen. vni. in ver. executorem. cir.fin.de conceſſio.præbe.l.in urbe.in ver. ſeruari. de ſtatu homi.cum innocens nocentem excuſet. l.liberis. in ver.ignorans, de liberal. cau. Intellige tamen,quando feudum eſt indiuiduum: ſecus ſi diuiduum.Cur.in tracta.feu.in 13.quæſt.nume.18. & tunc ratione inſeperabilitatis, permittitur quod aliàs non permitteretur.Bald.in l.Imperator,la 2.in pri.de ſtatu homi.vel contraria procedunt quando vnuſquiſque de per ſe fuit in conſideratione tempore inueſtituræ: nam tunc ſicut delictum unius non præiudicat alteri, ita nec unus repræſentat perſonam alterius.Cap.in ſua inueſti.in ver.feudorum clauſulæ ibi, attentis meritis ſingulorum. Quid ſi reliquit ſtatum reuerſurus, vel cogitauit mortifere vuulneratum,cum non eſſet,deſeruit? timens crudelitatem tiranni fugit,& fuga illi non nocuit.Cur. vbi.ſupra in 7.quæſt.vſque ad vndecimam. nu.11. vſque ad 16.virtus iuuenibus eſt plus quàm in ſenibus.l.pri.C.de athletis.Præpo.in §.& quia,poſt nu. 65.de his qui feu.dare poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Item,eſt dictio continuatiua,non repetitiua.*
2 *Cucurbitare,cucurbita,& arga, quid.*
3 *Uxor,unde dicitur, & de ueteri inſtituto, quo ſe ungebant puellæ limen mariti ingredientes.*
4 *Aut,dictio quomodo accipitur.*

5 Tur-

5 *Turpiter ludit vaſallus, ponendo manus ad pectus uxoris domini.*
6 *Filia unde dicatur, & unde filius.*
7 *Nupta dicitur, eo quòd uelut nubibus caput uelatur.*
8 *Sororis appellatione qua ueniat, & unde dicatur.*
9 *Vaſallus amittit feudum, ſi concubuerit, uel turpiter luſerit cum uxore domini.*
10 *Adulter & adulterium quid modum adulterij & ordinem quem tenet diabolus in decipiendo animam infœlicem.*
11 *Adulterij adminicula quæ.*
12 *Meretrici debetur ſalarium: & quando.*
13 *Libidinis damnum circa animam & corpus uerſatur.*
14 *Dominus noſter in ſuis honoratur, & affligitur.*
15 *Animæ morbus & vulnus:*
16 *Frater, nupta fratri, uiri frater, & illius ſoror, qui dicantur: & circa eorum appellationes.*

AD §. ITEM SI FIDELIS.

ITem) eſt continuatiua non repetitiua.
1 Alua. ſupra de feu. guar. uu. 1. † Continuat enim cauſas, quibus vaſallus amittit feudum: & nõ repetit præcedentem. Et eſt, Si fidelis, ideſt uaſallus. Prępo. hic in pri.
2 Cucurbitauerit, † ideſt per adulterium
cucurbitam fecerit dominum, quem Lombardi appellant, argam, & nos becho. Aluar. hic in pri. & in
c. pri. colum. 2. in pri. de vaſal. qui contra conſti. Lotha. feudum alie. Præpo. hic cir. pri. addi. ad Odoffred. in Sum. Quibus mod. feu. amit. in uer. turpiter
luſerit. cir. fin. quod textus declarando dicit, Ideſt)
Quæ eſt dictio declaratiua. Iaſ. in l. pri. §. item acquirimus. nume. 41. de acquir. poſſeſ. (Cum vxore
eius concubuerit) ideſt ſimul cum vxore domini
3 dormierit, vt dicunt Grammatici. Dicitur autem vxor, quaſi, vnaior. Mos enim erat antiquitus, vt
puellę nubentes ſimul uenirent ad limi. mariti, &
antequam ingrederentur ornabant ſe lineis, & oleo vngebant. Archi. in c. nec illud. in pri. 30. quęſt.
5. Vel,) Quæ dictio ponitur inter diuerſa. Soc. in
conſ. 87. num. 4. in pri. 3. volum. Concũbere ſe exercuerit) Quid ſi exercuit, & poſtea acti pęnituit: Aluar. hic num. 7. & Præpo. nume. 4. vel exercuit, &
non potuerit. Aluar. infra, hic poteſt eſſe titu. quibus modis feu. ami. colum. pen. cir. pri. Aut) Eſt di-
4 ſiunctiua, † & ſufficit vna vel alia. glo. in ſimili, in
l. 4. in ver. purificare. de adulterio. in Longoba. &
dixit, cucurbitauerit aut turpiter luſerit, ponendo
plura exempla ad maiorem declarationem. Præpo.
hic, num. 4. in fin. de hoc turpi luſu. l. ſi quis ammodo. Qualiter quia ſe defendere debet. in longo. &
5 eſt, † quando ponit manus ad pectus vxoris domini ſui. licet ludi appellari non poſſunt, ex quibus
crimina oriuntur. Odoffred. in d. Sum. Quibus modis feu. amittitur, nume. 15. & Præpo. hic circa pri.
6 vel ſi cum filia) † Quæ dicitur a familia. Filius enim
& filia primi ſunt in ordine naſcentium. Archid. in
c. præſens, poſt princ. 20. quæſt. 3. Aut cum nepte
ex filio.) Quę cum diligatur propter filium, non debet eſſe deterioris conditionis quàm filius. Pau. de
Caſt. in conſi. 448. num. pri. in fi. 2. volum. Aut cum
nupta filio.) Quę nurus appellatur. l. adoptiuus. §.
nunc videamus. ff. de ritu nuptiar. & dicitur nupta,
7 † eo quod caput ſuum velat. eſt ſumptum a nubibus, quibus tegitur cęlum. Archid. in d. c. nec illud. cir. pri. 30. quęſt. 5. Filio,) qui gręce dicitur, amor. idem Archid. in d. c. pręſens. poſt pri. 20. quęſt. 3. in c. admonere. in pri. 33. quęſt. 2. Aut cum ſorore) ex ſemine dicta, quia ſola cum fratribus in ſorte cognationis habetur. Lucas in l. hac lege. cir. medi. C. de metatis. vel quaſi ſeorſum nata, & a familia ſeparata. Caſſan. in conſu. burg. rub. 4. §. 1. ibi, en la pueſant, numero 6. cuius appellatione venit frater, lege, Lucius. §. quęſitum. de legat. 3. gloſ. prima, in l. tres fratres. ff. de pactis. & neptis ex patre, quam ſororem Iſaac vocauit. gloſ. penultima in ca. 1. 35. quæſt. 1. cap. quęritur. 22. quęſt. 2. refert Iſer. hic in verſ. aut cum ſorore. circ. medi. Alibi mulieres tertii ordines Sancti Franciſci ſorores appellantur. Zabar. in clemen. cum ex eo. in princ. de ſentẽ. excõmu. Hæc ita obtinent.) In definitionibus cauſarum. In ſimil. Ioan. An. in cap. 1. nume. 14. circ. fin. de conceſſio. præbe. in 6. Si in domo domini maneat.) Vnde, debet probari iſta qualitas: nam quoties lex vel ſtatutum requirit factum cum qualitate, non ſufficit adeſſe factum, niſi adſit & probetur qualitas. Multa glo. 4. Pari. nume. 1. titu. 1. §. 9. Vel illa verba (ſi in domo domini maneat) nõ ſunt in veris libris, ſecundum glo. hic, vel reſtringũtur per §. rurſus. Quę ſit prima cau. bene. amit. Seu & tertiò debent intelligi de vaſallo, qui commoratur ſimul cum ſorore in domo domini: quia tunc vaſallus grauiter iniuriatur domino, qui de eo cõfidebat. Ripa in l. fin. poſt nume. 47. C. de reuocan. donatio. quo vis modo ſit, Iure feudum amittere cenſetur.) Ideſt ipſo iure. l. ſi tibi decem. §. quædã. & l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. Cenſetur.) Quaſi iure nouo. clemen. vnic. in verſ. cenſemus. de conce. præbe. Amittere feudum.) Et ſic ex prędictis cauſis vel vna ipſarum, vaſallus amittit feudum, dummodo ſit conuictus de culpa, & ſequatur ſententia. Iſer. in cap. ſancimus. lo vlti. quo tempore miles. & in §. Inſuper cir. princ. de prohi. feu. aliena. per Frederi.

Declarato textu, reddebatur conſultatio dubia: nã cum vir ſit caput vxoris, & dicitur a virtute, debebat cuſtodire vxorem. Mulier autem dicitur à mollitie. Ideò imputatur viro, ſi delinquit. Vnde in Catelonia, & in nonnullis aliis partibus, vir cucurbitatus per vxorem, licèt inuitus & ignorans, ſoluit fiſco. 40. ſolidos. Pariſ. ducitur maritus talis ſedens ſuper aſinum à verſa facie, per totam villã, vxore trahente aſinum, & pręcona clamante, qui ſic faciet ſic accipiet. Infligit talibus canon irregularitatem. Et ſi ſunt clerici vxorati, conceditur q̃ eas poſſint tenere cum compedibus, & nutriant: quoniam vt inde viri poſſint eas trahere & ligare. & ille lauat laterem, qui caſtigat mulierem: qui plus caſtigat, plus in amore ligat. Zabar. in clem. cum ex eo. poſt nume. 4. de ſentent. excom. Item ratione ſpeciei conſeruandæ, natura cogit vt ſit ſolus cum ſola. Bald. in conſi. 297. tert. volum. Vnde vaſallus tali commiſſo dicitur potius pati iniuriam, quàm peccare, ſicut in eo qui delinquit per ignorantiam. Afflic. de controuer. inter domi. & empto. nume. 6. ſi patitur, non debet per feudi priuationem afflictio iniungi afflicto. c. licèt vbi not. de cenſibus. Tertiò, conatus quando non habuit effectum, non perficit matrimonium. cap. fin. de ſponſali. ita videtur, quòd non poſſit maculare: quæ matrimoniũ cum tot & tantis difficultatibus opprimatur,

mitur, aduentitijs etiam cumulari ponderibus non
debet.l.vni.de impo.lucra.deſcriptio. vltimò, inho-
neſte tangere eſt ſuſpitio adulterij. ſuſpitio eſt
potius repellenda, quàm approbanda.cap. oues 6.
quæſt. pri. ergo non debet per eam vaſallus priuari
feud. etiam quia ſuſpicio eſt modus probandi for-
nicationem, ſed nõ fornicatio.gl.in c. dixit. 32.q.5.
His non obſtantibus ſeruatur contrarium, vi-
rtute huius conſuetudinis, & ratio eſt quia feu-
dum habet duas radices, videlicet amorem &
honorem. Bal.infra, An mutus vel aliter imperfect.
col.pen. in fi. poſt nu. 5.& ibi Affli. poſt nu. 9.inde
vaſallo, ſemper perſona domini debet videri hono-
ſta & ſancta; & debet eius pudicitiã cuſtodire. Iſer.
in c.ſi quis miles. §. domino.cir.med.de feu.ſine cul
pa non amit. Vnde tollendo amorem vel honorem
a feudatario in caſibus prædictis feudum reuerti-
tur ad dominum, ex lege feudi. Loffr. in c.pri.ibi, in
hoc, in quibus cau.feu.amit. Qua ſtante, non obſtat
primum, nam acrius punitur factum in vna regio-
ne, quàm in alia.glo.in extrauag. com. ſuper cathe-
dram in verſi. a iure. circ. medi.de ſepolturis. Aliud
non obſtat: nam delictum prætextu fragilitatis nõ
excuſatur.gloſ.in l.allicitas. §. ſicuti. in ver. prætextu.
de offi.præſid. etiam, quia adulterium ſine dolo ma
lo non committitur. l. penulti. ff.de adulter.& va-
ſallus vt amittat feodum, requiritur quòd ſit in do-
lo. Aluaro.in cap.pri. poſt nume. 11. quæ ſit prima
cau.bene amit. Non obſtat tertium, nam attenta-
tio non fit ſine actu: & attentare eſt, ad actum pro
cedere. gloſ.in cap.ſi quis non dicam rapere.de pœ
niten. diſtinct. pri.in ca.ſi quis non dicam. 36.quæ-
ſtio.2. vel iſta attentatio fuit proxima facto. Bal.in
conſi 210.circ.finem. pri. volumi. & proinde ſen-
ſu corporis corrupta. cap.nec aliqua. 27. quæſtio.
pri. Non obſtat vltimum, nam ſuſpicio alia eſt pro-
babilis, alia temeraria, & alia violenta. per violen-
tam ſuſpicionem probatur adulterium.glo. in d.ca
pi.dixit. quia probare per ſenſum corporis eſt diſ-
ficile, ex quo non videntur niſi cum magna diffi-
cultate. Ideo admittitur probatio etiam per famam
& alias præſumptiones. Lucas, in l. nemo. colum. 1
7.poſt pri. C.de re milita. & ſic remanet firma con
cluſio, quòd ſi vaſallus concubuit, tentauit concũ-
9 bere, vel turpiter luſerit cum vxore filia, ſorore,
vel nuru domini, amittit feudum. Quod eſt di-
ctum de vxore. Idem in ſponſa de præſenti, quæ
venit appellatione vxoris, in ſtatutis & conſuetu-
dinibus.gloſ.Pari.titu.pri.§.25.poſt numer.9. Præ-
poſit. ſi vaſallus feudo priuetur. numer.2.in prim.
Idem in concubina. Odoffred. in Sum. quibus mo
dis feu.amit.nu.10.& 11.de benef.in l.in cõcubina
tu. nume. 5. ff. de concubinis ſecus ſi eſſet prælati.
addi.ad Odoffr. vbi ſupra in ver. turpiter luſerit. vel
hodie, quòd concubinatus eſt prohibitus; vel co-
gnouerit concubinam habentis vxorem. Ripa in d.
l.fin.nume.39. de reuoc. donat. alias ampliationes
circa vxorem ponit. Glo. Pari.titu.pri.§.30. nume.
140. Et procedit non ſolum ſi concubuit domino
viuente. cap.ſi quis miles.infra, de feud. ſine culpa,
non amit. verum etiam ſi eo mortuo cognouerit
vxorem domini in uiduitate manente. Cap. in ſua
inueſti.in ver. feuda amittuntur. cap. 6.cir. medi.in
2.ampliat. quia honor debetur viuo & mortuo pa-
trono. l.apud Celſum. §. aduerſus. ff. de dolo malo,
& ſic amittit feudum ſi concubuit cum vxore do-
mini, tam in vita quàm mortuo domino. Præpoſi.
hic poſt nu.pri. addi. ad Odoff.in Sum. quibus mo
dis feu.amit. in ver. turpiter. poſt prin. licet contra-
rium tenuerit Iaſ.in l.fideicommiſſum. nu.4. C.de
fideicom. amplia etiam ſi vxor eſſet publica mere-
trix. Iſer.hic numer. 10. & procedit tam ſi vaſallus
hoc faciat vxore volente, quàm ea inuita. Aluar.hic
in pri.no. & Cap. vbi ſupra. & quod dictum eſt in
nuru, habet locum etiam ſi ſit vxor eius qui non
eſt ſucceſſurus in feudo. Iſer.hic in ver. aut nupta fi
lio. Et dictum in filia, idem intelligitur in filiabus:
quia numerus ſingularis ponitur pro plurali. l.pa-
ter filium. §. filiam. in gl. fi. cir. fi. de lega. 3. l. Sticho.
in ver. poſt mortem. de vſu & vſufruct. lega. l. 3. in
ver. ſiue.de libe.homi. exhiben. l. officium. §. pri. in
ver. armato. ff. de re milit. & ſic quod dicitur de nu
pta filio. idem & de nuptis filijs, ex quo plerum-
que verbum ſingularis numeri comprehendit plu
rale ex mente diſponentis. Lud.de Moli. de Hiſpa.
primog. lib. pri. cap. 5. nu. 11. nam debent, qui eiſ-
dem matrimonijs procreati ſunt, ſimili fortuna per
frui. l.cum quis. in 6. C.de natural.libe. nam dicere
de hoc & non de illo, eſſet inæquale, & leges om-
nibus æqualem tribuunt ſecuritatem. Iſern. in fin.
ver. aut nupta filio. l.pri. C. vbi no. Bar. de apochis
publi. ſingulis pro ſunt legum adminicula. l. vni. de
ſenten. præfec. præto. quidquid dicat Loffre. hic, &
quod dicitur de ſorore, idem eſt ſi ſit in capillo ma
ritata vidua vel ſponſa: dummodo ſit in domo do-
mini. addi. ad Odoffre. in Sum. quibus modis feud
amit. in ver. in domo domini. in fin. in maritata vi-
detur tenere contrarium Ripa, in d.l.fin. poſt nu-
mer.47. de reuoca. donat. quia eſt in protectione
viri. Aluar. hic poſt num.4. Cur. in tract. feud. in 4.
parte pri. nu.29. Vltimo eiſdem culpis quibus pri-
uatur vaſallus, qui cognouit vxorem domini, pu-
nitur dominus concũbens cum vxore vaſalli: nõ ta
men licet vaſallo occidere dominum, vel regem
repertum cum vxore, ſicut nec dominum banni-
tum. Paris.de ſindi. in ver. adulterium. poſt nu.6.&
in verſ. officialis oſtenſa. num.4 & 5. Limita tamen
non procedere, ſi uaſallus uolente domino. habuit
rem cum uxore domini. Cap. ubi ſupra. in prim. li-
mi.& in uer. feudatariorum excuſationes. ibi, uolũ
tas. circ. fin. item ſi ſcienter hoc commiſſum uaſal.
fecit in dominum, ſecus ſi inuenit dominam in le-
cto iacentem, & credidit uxorem propriam. Iſern.
hic nu.9.cir.fi.& Alua.nu.10.& in c.pri. hic poteſt
eſſe tit. quib.mod. feu. amit.nu. 5.& ibi. Præp. So-
ci. in l.pri. in pri.nu. 16. ff. de eo per quem factum
eſt. Sub limita tamen niſi eſſet craſſa & ſupina igno
rantia.glo. Pari.titu.prim. §.30. numer. 154. Bald.
infra quibus mod.feud.amit. lo 2. poſt nume. 3.&
dicitur fornicator ſolo actu, cum quis copulatur
non ſuæ, quam credit ſuam. Archid. in cap. aliquan
do. 32. quæſt.2. Item non procederet, quando con
ſtat nõ fuiſſe commiſſum adulterium, etiam quòd
turpiter luſerit. Deci. in rub. C.de edendo. col.pri.
cir. fi. ſunt tamen uitandi improbi actus. Zabar. in
clemen. 2. in prim. in 3. nota.de hæreticis. Limita
etiam ſi dolo malo hoc fiat, ſecus ſi colludendi cau
ſa. l. item apud Labeonem. §. neque enim. de iniur.
ſufficit enim quod non oſtenderit. l. cum pater. §.
rogo. de leg. 2. Alias limitationes ponit Cap. in d.
uer. feuda amittuntur. Iacob. in ver. qui quidem in-
ueſti. ante & poſt nu. 19. Cur. in tract. feu. in 4. par
te prin. in pri. in 2. cau. pri. nume. 20. uſque ad 22.
& 24. uſque ad 28. & Affl. hic nu. pri. in ii.

Nota quòd pęna quæ imponitur vaſallo, ſi fecit
aliquid contra dominum, imponitur etiam ſi facit
contra filium domini. Bar. in l. pri. §. domini. lo 2.
ff. ad Syllania. vnde ſi vaſallus concubuerit cũ vxo
re, filia, nepte ex filio, nuru, vel cum ſorore domi-
ni, amittit feudum, vt hic Odoffr. in d. Summa, qui-
bus modis feu. amit. nu. 16. & adulterans vxorem,
filiam, vel ſororem domini, amittit ſeudum, etiam
quòd eſſent meretrices; licet contrarium teneat Ri
pa in d. l. fi. poſt nu. 49. C. de reuoca. dona. & proce
dit tam ſi ſit miles, quàm non. Aluar. In ca. pri. col.
2. cir. medi. & §. ſi quis miles, in pri. de feu. ſine cul-
pa nõ amit. & nõ ſolum in eo procedit qui deliquit
verum etiam & in agnato proximo, qui ſuccedit vt
hæres eius qui adulterauit; ſed non in feudo ex pa-
cto & ꝓuidentia. Fred. de for. inueſt. lib. 3. ibi, diſ-
fere, nec inter feuda ex pacto & prouidentia, ver-
ſic. vigeſimo octauo. & vxor quæ luxuriatur poſt
mortem viri, perdit dotem, tutelam filiorum om-
nia relicta per virum, & illius domicilium. Caſſa. in
conſi. Burg. rub. 6. §. 8. num. 3. Nota quòd turpe, ſe
habet ad animam, veluti ſeminarium, & dicitur qđ
ſit informe & turpeat. Arch. in c. quicumque. 14. q.
4. Item nota, quòd maior offenſa eſt concũbere cũ
ſorore domini manente in illius domo, quàm occi
dere fratrem. Aluar. in c. pri. col. 5. poſt med. An il-
le qui interfecit fra. domi. ſui, maius eſt adulteriũ
vxoris, quàm mors filij, l. codicillis. §. matre, de leg.
2. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. fina. de adulteri.
plus cucurbitare quàm occidere. Afflict. hic ante &
poſt nu. 33. & minorem dolorem mala inferunt
quæ ab extraneis inferuntur, quàm tormenta quæ
ab alijs patimur; de quorum mentibus bene præſu
mebamus. Grego. de quo Iſer. & refert Lucas, in l.
pri. colũ. 2. in pri. C. vt nemo ad ſuum patro. iuxta
Pſal. 54. Exaudi Deus, ibi, ſi inimicus meus male-
dixiſſet mihi ſuſtinuiſſem vtique. & pſal. 40. homo
pacis meæ, in quo ſperabã, peſſima peſtis inimicus
familiaris. Azo in Sum. de ſeruis fug. circa pri. Bal.
in l. idemque. ff. de vſufru. glo. 3. in l. 1. ad Syllania.
glo. pen. in l. lata. C. de appellatio. vnde non eſt de-
terior hoſtis, quàm fictus inimicus: non odium gra
uius, quàm ſimulatus amor. gl. fi. in c. 2. 93. diſt. &
facit pro prælatis, contra eos quibus benefecerunt.
gl. pen. in l. 1. ff. de obſeq. a liberi. patro. præſt. quia
reddere mala pro bonis malum eſt. glo. pen. in cap.
ſane. de renuncia. cum retributio quadruplex ſit,
vna quæ retribuit malum pro malo, & iſta eſt com
munis bonis & malis. Alia quę retribuit bona pro
malis, & hæc eſt proprie bonorum. Alia quę retri-
buit bonum pro bono, & eſt rurſus bonorum, &
vltima, quę retribuit malum pro bono, & hæc eſt
inimicorũ. Beatus Tho. in 12. 2. noct. cir. fi. col. pe.
vltra quòd non debemus reddere malum pro ma-
lo, nec maledictum pro maledicto, ſed econtra. 3.
Petri: prima epiſto. & ſic cum creſcat contumelia
ex perſona eius qui contumeliã facit. l. ſed ſi vnius.
§. pri. ff. de iniur. & ſimulatio inter amicos eſt gra-
uius crimen quàm falſari numiſma. Lucas in l. 2. co
lum. 2. poſt pri. C. de his qui ex publ. ratio. mut. pe-
cu. accep. merito hic cucurbitando dominum, pri-
uatur feudo, iuxta illud, detrahentem ſecreto pro-
ximo ſuo hunc perſequebar. c. inquiſitionis. §. ter-
tiæ. in ver. in occulto, de accuſa. & maiori pęna pu-
nitur. Affli. in §. inſuper. nu. 12. cir. fi. de proh. feud.
alie. per Fred. Vltimò nota, quòd cucurbitare eſt,
quando vaſallus domini vxorem adulterat, vel tur-
piter tentat, vt per Zaſi. de feu. priua. inde adulter
10 dicitur quaſi alienum vterum terens. Arch. in ca.
dominus. in pri. 56. diſt. & adulterium dicitur, quili
bet illicitus coitus. idem Arc. in c. ſolit. in pri. 32. q.
2. & 4. ca. nemo. Modum & illius ordinem, quem
tenet diabolus in decipiendo infelicem animã, tra-
dit idem Arch. in c. ſicut tribus. de pœn. diſt. 2. Iſer.
autem hic in pri. dicit, ex quibus inducatur adulte-
rium pręſumptum. §. his quoq; Aut. vt liceat matri
& auię. Dic, quòd ſine colloquio non committit.
Azo in Sum. C. ad leg. Iul. de adulte. poſt num. 2. ex
locutione præſumitur conſenſus. Arch. in c. excõ-
municatos. in fi. 11. q. 3. præſumptio ſurgit a malis
hominibus, & ex cauſis vilib. pnta, cum vident virũ
ſemel loqui cum muliere, ſtatim pręſumunt malũ.
Idem Arch. in c. oues. cir. medi. 6. qõ. pri. ſed quale
ſit hoc colloquium taceamus, vt detur intelligi ma
ius delictum ineſſe. §. ſed & aliud. in ver. hoc tantũ.
Aut. quib. mod. natu. effi. legi. §. quidã enim. in ver.
tacemus. Aut. quib. mod. natu. effi. ſui. magis poteſt
intellectu percipi, quàm loquutione ex primi. l. quo
enim tutore. ff. rem ratam habe. Zab. in cle. pri. nu.
34. cir. med. de procu. Non enim ſunt ex poſitione
digna, quia turpia. Bal. ſupra eo. in pri. poſt nu. 17.
& quomodo dicamus erubeſcimus. §. fi. Aut. de re
ſti. & ea quæ parit. nã blanda oratione alterius pu-
dicitiam attentant, vt fiat ex pudica impudica. Azo
in Sum. C. de iniur. poſt nu. 9. & per blandi menta
& obſequia conferunt, quæ ſermone, & voce non
dicunt. §. illud quoque. Aut. quib. mod. natu. effi. le
gi. Iſtas blãditias licet multas dederit nobis natura,
plerumque virtus cohibet, & quæ voluntas ſibi võ-
dicat, honeſtate plerunq; negamus admittere. cle.
fi. in ver. placet. de hæreticis. ideo colloquium ſolũ
non ſufficit ad priuationem feudi, ẽt quod ſine eo
raro fiat adulteriũ. l. etſi amicis. ff. de adulte. & hoc
modo videtur Iſer. ponere colloquiũ non cauſam
vt cauſam, glo. in c. bonę. lo 2. in ver. tractatum. de
elect. nam colloquium ſolum licet turpe & inho-
neſtum cum vxore domini, ſi non tangit perſonam
non amittit feudũ. Aluar. hic nu. 9. & ſic adſit am-
11 plexus, oſculum, & huiuſmodi, per quę deprehen
datur fuiſſe corruptã. gl. in c. nec aliqua. in ver. con-
cubitus. 27. q. pri. & alia de quib. Iſer. hic ex inten-
tione ſancti Cipriani, licet oſculũ ex varijs cauſis
præſtet. gl. in extrauag. Io. pri. in ver. oſcula. de ver.
ſig. quid ſignificet, & quale eſſe debeat, quibus in-
terdictum, Lucas in l. pri. de domeſti. & protecto.
Zaba. in clem. fi. in pri. in 3. no. de ſent. excom. quę
dicuntur præcedentia ad venerem. l. quod ait. in gl.
3. ff. de adulte. l. pri. in ver. propter. de extraordina.
crimi. gl. pen. in l. iſti quidem. ff. de eo quod metus
cauſ. actus proximi & qui remoti. Afflic. in conſt. in
quęſtionibus. nu. 12. de raptu virgi. Concubitus ve
ro, amplexus, confabulatio, oſculatio, dormitio,
& quodlibet eorum eſt peccatũ, quamuis non in-
terueniat carnalis cõmixtio. Archi. in c. nec aliqua.
27. q. pri. fornicatio ſimplex & duplex. idem Arch.
in c. lic. & ſeq. 32. q. 4. quæ dr̃ a fornicibus, ideſt ar-
cuatis locis, quibus meretricea proſtituebantur,
Arch. in c. fi. d. cau. q. pri. hic dicitur corporalis la-
pſus, quia non poteſt fieri ſine corporali exercitio,
corpus eneruat, & animã diluit. Idem Arch. in c. do
mino ſanc. in pri. 50. diſt. eſt grande peccatũ. Gene.
26. manifeſte corpus tranſmutat, & quibuſdã in-
ſanias parat. Caſſa. in conſu. Burgen. rub. pri. §. 5. in
pri. poſt nu. 13. Ariſtotel. 7. Ethico. & pri. de regi-
mine

mine principis, dicit Alexandro, o clemens Imperator, crede mihi indubitanter: quia coitus corporis eſt abreuiatio vitæ, corruptio virtutum, legis tráſgreſſio, & generat fęmineos mores. De hoc peccato quilibet magis erubeſcit, quam de alijs, ſemper in eo eſt conſilium contra propria comoda. Affli. in conſt. ſi quis rapere. poſt nu. 4. de raptu & violentia. quia luxuria, vt per Iſer. hic, licet maxime delectet ipſo extinguitur, implet, & tędio eſt, vt in carnis commixtione quamuis voluptas ſit, in prolis vero partu dolor & gemitus. c. ſi mulier. 5. diſt. vnde Seneca in 24. epiſtola, dicit, tale appetitum conuerti in tormentum: nam affert cruditatem epuli, ebrietates, neruorum torporem, tremoremque, pedum, manuũ & articulorum omnium deprauationes. Vltimò diſſipat bona animę quæ ſunt, lętitia, bona fama, libertas, & ſimilia. dicit enim Aug. pri. de confeſſ. Iuſſiſti domine, & vere ſic eſt, vt omnis inordinatus animus ſibi ipſi ſit pęna, & Hiero. ad Suſan. O quàm acerb. luxurię fructus, amarior felle, crudelior gladio. & Boetius, Quid habeat iucunditatis ignoro, ſed potius eſſe triſtes voluptatum exitus, volens libidinum ſuarum reminiſci, libido tranſacta ſemper relinquit poenitudinem, numquam ſatiatur, extincta ſemper reaccenditur. ferrum natat, quia conſtans & firmius vincit & ſuperat, pluuia mergitur, quia leuis & fragilis ſuperat. Ibi ſunt poma exterius pulcherrima, forma mulieris apparens, ſed interius ſunt plena cinere & fauilla, quàm interius immunditiá & turpitudinem, ſi oculis corporalibus videremus, numquam eius laqueis caperemur. Archidiaco. in capi. ſed & continuo. de poeniten. diſtinctio. pri. Vnde Seneca, ſi inquit ſcirem deos ignoſcituros, homines autem ignoraturos, adhuc dedignarer peccare. Refert glo. in cap. meritò. in verſi. nemo. 15. quæſtio. pri. & merito, quia peccatum vitam abbreuiat. cap. dilectiſſimis. & ibi glo. in verſi. propter peccatum. 12. quæſtio. prim. & qui nutrit ſcortum, perdit ſubſtantiam. Prouerb. 29. & de filio prodigo, diſſipauit omnia viuendo luxurioſe, Lucas, cap. 15. dum ad ſaturitatem venter extenditur, aculeis libidinis excitatur. Archidiaco. in capi. pri. in pri. 44. diſtinct. & dicitur, venter aqualitius, quaſi aquarum locus, quia eſt receptaculum omnium humorum. Idem Archid. in cap. tribus. in fi. de conſecrat. diſtinct. 2. vulua quaſi valua, idest ianua ventris, vel quia ſemen recipit, vel quia ex ea fętus procedit, cuius proprium eſt recipere. Archi. in c. naſci. in pri. 56. diſt. & dicitur lubrica eneruatio fornicatio. Vnde verſus, neruans neruum, facie de principe ſeruum. Archid. in c. fi. 2. quæſt. pri. iſta in primis parentibus erant naturales motus concupiſcentię, & clauſi prout in pueris vſque ad pubertatem, poſt peccatum aperti ſunt, coeperunt moueri & diffundi membra, moueri contra rationem, & primum motum concupiſcentiæ contrarium rationi ſenſerunt in genitalibus, & ſua membra contra ſe moueri videntes erubuerunt, vnde illa pudenda dicta ſunt, cætera ad nutum hominis mouentur & ſunt. Archid. in cap. offerebat. 32. quæſtio. 7. Fornicatio autem non tantum vxorem, ſed & virum maculat. glo. fin. in fin. in cap. ſi quis gentilis. & in cap. Idolatria. in poſitione caſus. 28. quæſtio. pri. Vnde adimitur legatum vel hæreditas, ſi grauiſſimam iniuriam teſtatori fecerit: puta ſi concubuerit cum illius vxore. Azo in Sum. C. de his quibus vt indign. nu. 7. circa fin. non minus eſt mori quam de honeſtari in cõiunctis. Iſer. hic. Cur. in trac. feu. in 4. parte pri. poſt num. 13. honor debet præferri cõmodo pecuniario. Zaba. in clem. 2. in 4. no. de poenis. Conſeruatio perſonæ & famæ æquiperantur. Et conſeruatio honoris præfertur vtilitati rerum. Idem Zaba. in clem. vnі. nu. 26. cir. fin. de homici. maius eſt detrimentum famæ, quam ſi eſſet omnium bonorum, vel maioris partis: quia quando agitur de fama, agitur de magna & grauiſſima cauſa. Caſſa. in conſi. Burgen. ſub: 4. §. 7. ibi, ſuppoſſe. nume. 12. ſpoliatio omnium bonorum eſt ſimilis morti. Caſſa. vbi ſupra. numer. 9. §. 9. ibi, les queli. nume. 3. licet magni viri de lucro parum, de honore plurimum contendunt. Zaba. in clemen. 2. §. huius modi. cir. pri. de ſepulturis. dignitas cum vita pari paſſu ambulat. Frede. de Subſe. lib. pri. de origine Baro. ibi, alis, poſt numer. 41. Bonis viris metus ſtupri maior mortis eſſe debet. Azo in Sum. C. de his quæ vi metusve cauſ. num. 4. & milites quando vocantur proditores, æquiperant hanc iniuriam morti. Pariſ. de ſindicato. in ver. poena. cap. 10. poſt numer. 4. vnde dominium repertum cum vxore, põt vaſſ. occidere de iure Lõgobardo, ſecus de iure Romano. glo. in l. 2. in ver. dominum. de homicid. liberi homi. in Longo. & maius delictum eſt committere adulterium cum vxore ſerui, quàm cum percutere. gl. fin. in l. ſi quis liber. de adulterio. in longo. & verſa vice magnum eſt delictum, ſi iacuit ſeruus cum vxore domini. l. Caij Caſſij. in gl. pri. de fideicom. liberta. & hic vaſallus ſi tentauit concumbere ſollicitando. Archid. in cap. ſollicitatores. de poeniten. diſtinct. pri. & per eum non ſtetit, priuatur feudo, vt per Iſern. hic, nam dominus fuit effectus pauper dignitate & forma. l. vt tantum. ff. de ſeruo corrupto. verecundę tamẽ debent eſſe mulieres, & debent magis rogari a viris, quàm rogare. Archid. in c. non omnis. cir. fi. 32. quæſt. 2. verecunda non niſi vera timet pudẽs opinionẽ verá vel falſam. idẽ Archid. in c. honorantur. 32. quæſtio. 2. & traditur adultera in manus parentis mulieris, quando vir conſentijt adulterio. l. ſi quis dia erit. & ſeq. d. tit. de adulterio. in Longo, debet itaque maritus eſſe autor bonorum morum, & non ab vxore exigere pudicitiam, quá ipſe nõ ſeruat. gl. 2. in l. pri. de eo qui vxorem ſuam dimiſſerit. in Lõgo. quod ſit mæcha, vel męchatur, ꝙ ſit l. fi. de ſanctimonialib. in lõgo.

12 Solet quæri, dicit Iſer. ſi meretrici debeatur ſalarium pro meretricio? ſed antequam deueniam ad punctum ſciendũ ꝙ meretrix eſt, q̃ multorum libidini patet. c. vidua. 34. diſt. & multi dicuntur tres. Lucas, in l. 4. col. fi. poſt pri. de ſpectaculis, appellatur etiam infelix. Aur. ſcænicas non ſolum & c. cir. medi. & quaſi ſtercus ab omnibus in via prętereũtibus conculcabitur: & de decus illius non delebitur: Eccleſiaſticus. 5. 9. & 13. cir. fin. de luſionibus denigrat animas perditorum, ſua imagine vrit. Ideo focaria appellatur. Bald. in conſil. 351. poſt nume. 4. 3. volum. Ideo meretrices eſſe, & ad eam accedere dominus prohibet. cap. meretrices. 32. quæſtio. 4. ſuſtinet tamen eccleſia lupanaria propter maius malum vitandum, quod ſolet in domibus honeſtorum virorum exerceri. Iſern. hic, propterea venalis eſt eius turpitudo. gloſſ. ſecunda. in cap. inter opera. de ſponſali. non infamat caſtitatem. gloſ. fin. in cap. ſuper ſpecula. de priuileg. cap. ſed & continuo. de poeniten. diſtin. pri. & ei quamuis turpi nõ tamen denegatur iuſtitia. Bald. in conſilio 124.

nu.3.cir.med.4.vol. Sed pro parte negatiua, quod eidem non debeatur, facit Deuterono. ca.23. vbi dicit, non offeres mercedem proſtibuli nec erit meretrix de filiabus Iſrael. prohibetur dari ob turpem cauſam.l.prim.C. de condi. ob turpem cauſ. etiam quia fictis adulationibus homines ſpoliare ſolent. l.2.C.de donatio. inter virum & vxor. & precio emittit peccatum.c.vendentes.prim.quæſt.3. vnius mulierculæ paſſione vinctus, & obligatus vir in perenne exitium perducatur.c.præcipue.11.quæſt.3. vnde ſi detur feudum propter luxuriam reuocatur Affli.infra eo.§.fi.nu.14. Facit pro alia parte.donationes meretricibus factæ non ſunt prohibitæ.l. affectionis.ff.de donatio.viuunt enim ex hoc quęſtu. §.his conſequenter, cir.medi.Auth.de æqualit.dotis. Immo non debet retineri pretium vſq; mane. Leuiti.c.19.& dicitur Prouerbi.c.6.pretium ſcorti vix eſt vnius panis.mulier autem viri preciosſam animā capit. Vnde Iſer.diſtinguit, aut eſt ſolutū, & tūc quoad meretricem, quia nō turpiter accipit ex quo meretrix.Hoſt.de decimis.§.de quibus rebus.is qui ſoluit non repetit. glo.fin.in l. ea quæ.C.de donatio.ante nupti. aut non eſt ſolutum, & iure fori nō poteſt peti, quia quædam honeſte accipiuntur, quę in honeſte petuntur. Lucas in l. vnic. column.32. cir. medi.C.pub.lęti. vel conſu.ſicut magiſtri honeſte recipiunt, ſed inhoneſte petunt. cap.de quibuſdam.in gloſ.mag. cir. prin. 37.diſtinct.& retinetur iure exceptionis, quod non poteſt peti. gloſ. prim. in l. ſi cum filiofamilias. ff. de compenſatio. & valet, non vt peti poſſet, ſed vt ſoluti non detur repetio.l.ſi id quod. in verſicu. licet.ff. de donatio.inter virum & vxorem.nec tenetur reſtituere, quæ recipit ob turpem cauſam. Bald.in conſil. 202. cum ſequen.in fin.3. volumi. vel honeſte recipit, ex quo meretrix, ſed turpiter datur.gloſ.fina.in fin.in reg. inuitus.ff.de regu.iuris. ſicut quædam dicimus licita reſpectu vnius, & reſpectu alterius non.gloſ.ponit ſimil.in capi. dilectus. in verſicu.conferendam. circ. medi.de præbend. reſpectu recipientis quandoque & non dantis, puta, ſi ſoluatur illicitum metu pœnę licitæ, is qui ſoluit redimit ius ſuum, licet alter illicite recipiat, quia non redimitur vexatio, ſed emitur abſolutio.Hoſtien. extra, de ſimonia.in verſicu.lingua. circ.finem.qui dat, licite dat, redimit enim vexationem ſuam, iuxta illud apoſtoli. Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. glo.in cap.cum pridem: in ver.illicite. de pactis.& in c.quamuis, in ver.prauitate.de elect.in 6.ideſt in eis fit malum, & ita ſeculum dicitur malum. Arch. in c.admonere.in pri.33.quæſt.2.& ita in cauſa ſanguinis licitum eſt aduerſarium corrumpere & mētiri, gl.in c.pri. in ver.criminali.cir.med.de iuramē. calum. aliud ſimile Bald.in l. iurisgentium.§.ſi ob maleficium.ff.de pactis.in pri.rep. & 2.& ſic in eodem facto vnus peccat, & alter non.gl.fi.in c.debitores.de iureiur.delictum commune vni interdum nocet, & alteri non. gl.vlt.in c.dilecti.de exceptio, vnus peccat, & alter meretur. iuxta illud, actio diſplicuit, paſſio grata fuit.remedium eſt mori, ſcelus eſt occidere.gl.in c.vni.in ver. ſanguinis. in fi.& ibi addi.Ioan.And.in marg.de conſecrat.eccle.vel altar. in 6. & dicimus, quòd ſimonia poteſt eſſe ex vna parte, & ex alia non.gl.in cap.quęſitum.in ver. dixi 31. quæſtion. 3. peccat vnus vt aut alter non. glo.pen.in cap.iudices.d. cau.quæſtio.pri.Immo & fortius, punitur & meretur quis ex eodem facto. glo.in cap.maritum.in ver.vel meretricem.35.diſtinctio. meretur & demeretur. gloſ.fina.in fin.in cap.dixit Sarra.32.quæſtio.4.conſequitur pœnam & præmium.glo.2.in cap.ſi quælibet.22.quæſtio.2. non mireris ergo, quòd in eodem facto mulier non turpiter accipit cum ſit meretrix: is tñ qui dat turpiter dat, nec qui dat repetat, quod peti non poſſet, quia turpitudo cum verſetur ex vtraque parte, melior eſt conditio poſſidentis.capi.cum ab omni.in gloſ.prima, capi. penul. in ver. ad alias.de vita & honeſt.clericorum.capi.2. in gloſ.prim. & ibi Inn.de magiſtra. & in cap. & ſi. in pri.de donatio. inter virum & vxorem. & in capi.intelleximus.numer.2.de adulterijs. in pari cauſa potior eſt conditio recipientis.l. 3. §. fina.in verſicul.turpiter.ff. de calumnia. potior eſt qui poſſidet in pari cauſa turpitudinis.l.penul.ff.de condi. ob turpem cauſ.l.fin. ff.de condi. ſine cauſa.l. ſecunda. C. de condict.ob turp.cauſ.l. non dubium.in verſicu.ex eo.de legib. l.cum donationis.in gloſ. fina. in fin.C.de tranſac. & in pari cauſa turpitudinis, potior eſt conditio agentis. Archidiaco. in capi. nullus.circ.fin. prim. quæſtio.prim.licet gloſ.in extrauaga.com.prim.de ſenten.excommun.dicat, quòd extorquiuit a poſſeſſore, & dabit pauperibus. & ſic ſi eſt debitum cum ſoluitur, non repetitur ab eo cui eſt ſolutum, etiam quòd ſit indebitum quo ad ſoluentem. l. qui vtiliter.§. fina.in gloſſ.vltima.ff.de nego. geſt. ſolui poteſt, ſed non habet petitionem.l.ſed & ſi §.prim. ff.de conſti. pecul.& quamuis honeſte accipiunt, in honeſte tamen petunt.l.prim.circ.medi.ff.de varijs & extraordin.cogni. l.iubemus, la ſecunda.§.ſanè.in verſicu.acquirantur.de ſacroſanct. eccleſ. in conſi.feud.diuerſi.54.poſt numer. 13. eſt aliquid vni mortiferum, quod alteri non. Archidiaco.in capi.conſuluiſti. in pri. 2.quæſtio.4. & dominus pro inueſtitura iniuſta, recte & honeſte facit, recuſando aliquid accipere. non tamen inhoneſte facit recipiendo ius a à poſſeſſore etiam iniuſto. glo.Pari. poſt numer.92.titu.pri.§.2a. & turpe eſt accipere pecuniam a conſortibus pro facienda fidelitate, ad quam tenetur.ea.glo. 2.Pari.in 3.quæſtio.numer. 8.tit.prim.§.3.

Non obſtant pro prima parte adducta: nam illud Deuterono. intelligitur de decima vel elemoſyna quæ fieri nō debet de quæſitis in proſtribulo. gl.in c.pri.14 q.5.glo. fi.in c.oblationes.90.diſt.& in c.non eſt, pri.q.pri. Aliorum verò ſolutio apparet ex prædictis. Vnde dabit is qui concūbit, vel qa promiſit, vt de Iuda & Thamar.Gen.38.& facit Ioſue.2. quia quæcumq; ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, in quos fines ſeculorū deuenerunt.c.gloria.12.q.2.c. quis ignoſceret.32.qō.4.c. ſi enim, inquit, §.quomodo autem.de pęn.diſt. 2.ſicut oīs Chri actio fuit noſtra inſtructio.gl.2.in extrauag.Io.ſedes apoſtolica. de conceſſio.præb. vel quia ſeruiuit, cum vir ſit agens & mulier patiens, nam vir ſolicitat mulierem attentando, & eius pudicitiam appellando.l.ſed eſt.in fi.& ſeq.& l.it& apud Labeonem.§.ſi quis virgines.de iniurijs.circumueniendo odioſis actibus. Iſer. quæ ſint regal. in ver. contrahentiū inceſtas nuptias.nu.40.cir.fi.ſecus ſi mulier ſollicitaret virum, vt per Iſer.hic. Vnde mulier ſi ſe commiſcit cum alia vel cum puero, & ipſa eſt agens & puer patiens cōmittit ſtuprum.Ang.de malefi.ibi, che hai adulterato la mia donna, ver.quero quādo dicatur.& ibi, quęro, q̄ ſit pęna.car.386. & 387.

In pri.2.volum.primus tamen emphiteota alienando,transfert in ſecundum: directo domino remanent tantum reliquiæ & ipſi ſoluitur caſſoldum: eius requiritur conſenſus & non primi emphiteotæ. Idem Socin. in conſil. 96. tertio volum. vnde autem dicatur emphiteoſis, & quod eſt medius contractus inter locationem & venditionem, & quod ius epiſcopale vel eccleſiæ non datur in emphiteoſim. Archid.in c.hoc ius.colum.5. cir.medi.10.quæſt.2. & ſic reperitur contractus emphitenticus perpetuus & ſimplicis locationis: & hic duplex,quidam ad modicum tempus,& quidam ad non modicum tempus: & in quo differant Zaba.in clemen.pri.in ver.verum.num.2. & poſt, de rebus eccle.non alie. iſta ſi ſit a vaſallis de regni conſuetudine, eſt vſque ad 20. annos, & dicitur libellus.Azo in Sum.C.de locato & condu.nume.3. in fin.in dubio cenſetur perpetua.Præpo.in §.& ſi clientulus.in pri.infra de aliena.feu. & ſi apponitur pactum in fendo, per quod magis accedit ad naturam liuelli ſeu emphiteoſis, iudicamus de eo prout de liuello.Soci.in l.Gallus.§.etiam parente.poſt num.6.de libe.& poſthu. & dicitur perpetuus,vt ſupra,etiam quòd in eodem contractu apponitur pactum,quòd ſingulis. 29. annis renouetur.Iſer.hic in ver.libellario, & habuit ortum iſta renouatio a.§.locationes.& §.licentiam.Aut.de aliena.& emphite. & tenetur concedens renouare in ſcriptis,& cum eiſdem clauſulis,nec agit ex primo:cum tot ſint locationes, quot tempora, aliàs ſi nollet,poſſet compelli actione perſonali. Affli.hic poſt nu.24.ſoluto laudemio, ad quod conceſſionarius tenetur.Alexan.in conſi.165.2.volum.Deci.in conſi.204.Boeri.in Deciſi.234. Et licet iura loquentia in emphiteoſi, habeant locum in liuello,& econtra.Iaſ.in Aut.ingreſſi. poſt num.45. de ſacroſan. eccle. tamen in taxando reditum rei emphiteoticæ, quædam attenduntur.§.quia verò. in ver.imputandum.in ver.accipiat.& in ver.computari.Aut.de non aliena.aut permuta. ſit enim diminutio in ſexta.§.pri.in ver.quantitate. & in ver. in tertia.§.his vero. in ver.decima. Aut.de aliena. & emphi. Iſer.de controuer.inter maſcu. & fęmi.cir.fin.poſt nume.10. non minuitur niſi vſque ad ſextam;vel iuſta penſio dicitur, quæ imponitur arbitrio iudicis.Arch. in d.c.hoc ius, colum.5. cir.medi.10.quæſt.2.Canon condecens dicitur, quando redduntur omnes fructus deducta ſexta. Cur. in tra.feu.in 16.quæſt.2.par.prin.æſtimatio redituũ, & iuſtum pręcium quod dicatur. Caſſa.in conſil.burg.rub.11.§.4.ibi,parmy.per tot.in quo ſit diminutio,vt dicatur iuſtum precium, Azo in Sum. de ſacroſan. eccle.poſt nume.12.ſi res eſt præcioſa & parui reditus,quomodo ſit æſtimatio, idem Azo Aut.de non alien.poſt num.9. & de aliena.& emphi.poſt nume.2.& 3. Magnus autem cenſus dicitur,medietas valoris.Iſer.ex quibus cau.feu. amit.nume.14.in fine. Contractus verò libellarius,poteſt fieri ſub viliſſima penſione duorum denariorum,dummodo a principio interueniat aliqua pecuniarum quantitas pro intratura.Afflict.in §.donare.in 6.no.num.31.qualiter vaſallus iurare debeat fideli.& ſi conceſſio in libellum ſit cum conſenſu domini,vt ſupra,illud annum quod feudatarius concedens recipit a conceſſionario, retinet in feudum a primo domino.Cap.in ſua inneſt.in ver.feudorum locationes.ibi,conceſſio.& poſſet ſecundus conceſſionarius poſt mortem primi feudatarij damtis,ſeruire primo domino. Iſer.infra eo.in ver.vel poſtquam ad libellum. circa pri. Dicitur enim conductor perpetuus. Bald. in conſil.251. in pri.pri.volum.& ſic libellus & emphiteoſis ſunt diuerſa;abutimur tamen iſtis vocabulis; & ſi tempore guerrę,ſicut vnus non tenetur ſoluęre, ita & alter. Diſtingue,aut guerra durauit modico tempore,vel non.Item ſi tempore contractus erat guerra.Præpo.de aliena.feu.pate.in pri. poſt num.2.& quando is qui concedit non eſt dominus,puta emphiteota vel vaſallus,contractus dicitur libellarius: quãdo eſt dominus, appellatur emphiteoticarius. Iaſ.in lege prima,poſt nu.39. C.de iure emphite. Cap.vbi ſupra.ibi,libellarius. ſi concedit emphiteo
9 ta,illa conceſſio dicitur precaria,vt per Cap.ibi,& pręcarie contractus precibus alterius factus, non tranſmittitur ad hæredes.cap.precarie.vbi Archid.10.quęſt.2.c.clerici.16.quæſt.3.glo.2.circa fin.in d.Aut.ingreſſi.Bald.hic,num.primo, & poſt inde, precario,ideſt ad beneplacitum.Pau.de Caſt.in cõſil.440.in pri.2.volum.& precario poſſidet, licet ab alio habeat.Azo in Sum.C.de acquiren. poſſeſ.poſt nume.32. & vaſallus non poteſt dare in emphiteoſim,liuellare ſic, dummodo non in fraudẽ, quæ ſit pro penſione duorum denariorum:nam ſi locatio ſit vno nummo, donationis inſtar obtinet. ſed poſſet perpetuò iuſta penſione, etiam quòd renouetur ſingulis.29.annis.Odoffred.in Sum. quibus modis feu.ami.nume.30.cum addi. in ver.nunquid.& ſeq.& poſſunt, ſaluo iure eccleſiæ libellariæ legari & donari.Bald.de pace Conſta.in ver.libellarię. ad firmam dare, ideſt ad affictum. Zab.in clemen.vni.in ver.præſentatos. poſt pri.de exceſſi.præla. Locatio redituum ad non modicum tempus non probibetur,tanquam alienatio. Idem Zaba.in clemen.prima.§.cum quia annui.in fi.de ver.ſig.ſed ſoluitur in renouatione laudemium vt ſupra,& Bald.in conſi.127. primo volum. ſuccedit filia in libello ſeu emphiteoſi eccleſiæ:ſed an tranſeat ad extraneos. Aluaro.in cap.filiam.nume.2. ſi de feu.defu.mili. contro. fue.Iſer. ibi, vt ad tranſactum,declarat quid ſibi vult hoc, ire ad tranſactũ: cui adde Lucam in l.2.colum. prima, circa fin.&.2.C.de cenſi.& cenſito. & loquitur ſimilitudinarie.gloſ.in extrauagan.Ioan.cap.primo,in ver. paterne.de verbo.ſignif.ſicut reditus ad rationem vnius pro duodecim, non ſolum inſitam & iuratã, ſed neceſſariam habet redimibilitatem:reditus autem ad rationem vnius pro viginti, iuuatam & inſitam habet qualitatem, quod non ſit redimibilis. gloſ.Pariſ.nume.31.& 32.ti.ſecundo.§.58. & propter paribilitatem redemptionis, habetur pro re vendibili certo precio eſtimata. ea. gloſ. ſecunda, poſt num.6.ti.ſecundo.§.55.& ſic vaſallus licet habeat vtile dominium, non tamen debet dilapidare vel deteriorare rem feudalẽ. reg.cum tribus limi.ponit Cap.in ver.feuda amittuntur.ibi,quadragesimoctauo.& expellitur,quando abuteretur,ſicut emphiteota.Aut.qui rem. C.de ſacroſan.eccl. etiam ſi ſatiſdationem pręſtiterit de illis conſeruandis. Ludo. de Moli. de Hiſpa. primog.lib.1.c.16.num.31.

SVMMARIVM.

1 *Rurſus, ideſt econtra: capitur quandoque pro duabus uicibus.*

Poſt

Poſtquam dictio, habet emphaſim, & facit uerba plenius & uberius accipi.
3 *Vel, eſt diſiunctiua, & ſufficit alteram partem eſſe veram.*
4 *Tunc, eſt aduerbium temporis præteriti, quãdoque futuri, ſecundum adiunctum.*
5 *Dominus dicitur habere cauſam antiquiorem.*
6 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*
7 *Malo modo, malo more: & ſimilia.*
Qui alienat, an amittat totum uel partem quam alienat
Emptor an amittat precium.

AD §. RVRSVS SI. aliàs verſic.

1 RVrſus.) Iſta dictio verificatur in dua-
bus vicibus.l.prima. §. ſi cui. vt lega.
nomi.cauea.l.fideicommiſſa.§.ſi quis
decem.de lega.3.& exponitur, quo-
ties. Bar.in d.§.ſi quis decem.cir.pri.
quandoque econtra. l.quidquid aſtringendæ. in
ver.nec rurſus.de verborum ob.ita hic, nam dixe-
rat ſupra de vaſallo, qui amplius medietate libel-
lario nomine,& in feudum dederat, vel plus me-
dietate pro pignore obligauerat: nunc econtra,
quando Fidelis)in fidelitate:ita dictus propter il-
lius raritatem;iuxta illud, Virum fidelem quis in-
uenit. Diuus Thom.in prologo ad Philemonem.
cir.me.minus medietate.)l.illud. §.primo.ff. de tri
buto. Libellario nomine feudum dederit.) Nam ſi
non dixiſſet, non præſumitur datum in feudum,
ſed erit emphiteuta,liuellarius vel cenſuarius.Fre.
de ſubfe.lib.2.in prin.quis dicatur ſubfeudatarius.
nume.2.3.& 4.cum receptio ſit facti ſicut & da-
tio.l.qui hærede.in glo.prima,de cond.& demon
ſtrat.Et ſine hærede) Ideſt, filio maſculo. §. & ſi
clientulus. infra de aliena. feu. qui iuris ſucceſſoe
eſt.l.quoties.§.hæredes.ff.de hære. inſti. Deceſſe-
rit.) l.precibus.C.de impuber.& alijs ſubſti.Et feu
dum ad dominum redierit,) ideſt retrouenerit. l.
cum quidam uxori.de leg.2. & l.verbum redden-
2 di.de verborum ſig.Vel,) Quę eſt diſiunctiua, ad
cuius exiſtentiam ſufficit alteram partem eſſe ue-
ram.Lucas in l.2.circa fi.de pet.bonor. ſubla.Poſt
3 quam,) † Quæ dictio habet emphaſim,& facit ver
ba plenius & vberius accipi.glo.Par.ti.1.§.pri.glo.
3.num.5.in prin.Ad libellum dederit, vel pigno-
ri obligauerit & domino refutauerit.) Cui ſoli po
teſt fieri,& non alteri ſine eius aſſenſu.Iſer. in cap.
primo.§.& ideo,poſt nume.4.de vaſal.qui contra
4 conſti.Lotha.Tunc) † Quod eſt aduerbium præ-
teriti temporis: quandoque futuri.Secundum a-
diunctum.Ioan.An.in cap.ſi eo tempore.poſt nu-
me.2.de reſcriptis.in 6. Qui accepit ab eo,)qui in
regno ſubfeudatarius dicitur.Fre.vbi ſupra, Quis
dicatur feudata.in pri. Nullo iure) ideſt, ne vno
quidem iure. Cicero de amicit. Aduerſus domi-
num,)Pſalm.2. Quare fremuerunt. Se tueri po-
terit), Quia reſoluitur ex cauſa antiquiori & po-
tentiori,videlicet ex lege feudi:eſt enim res feuda
lis a principio primę inueſtiturę hipothecata &
affecta,pro omnibus iuribus dominicis & feuda-
libus.glo.Pari.ti.primo.§.30.poſt num.94.96. in
17.& 18.quæſt.num.102.& 103.Vnde dominus
ſemper dicitur habere cauſam anteriorem: quia a
5 principio generationis feudi reſeruauit † ſibi fide-
litatem:niſi in ijs,in quibus per conſenſum ſuum
ſibi pręiudicauit.Cam.in cap.Imperialem. car.57.
colum. 3. poſt princ. de prohibita feudi aliena.
per Fred.

Declarato textu; reddebatur dubia conſulta-
tio. Nam iure iſto alienatio vel datio in libellum
tenet,dummodo non ſit vltra medietatem, vt ſu-
pra.§. pręce. modò ſi tenet, & feudum eſt penes
iſtos ſine vitio, videtur quòd pro ijs quæ in veri-
tate debentur,detur retentio.l.ſi non ſortem. §. ſi
centum,& ibi glo.in ver.retinebitur.ff. de condi.
indeb.Secundò,qui emit pręedium a non domino,
non tenetur reſtituere, niſi conſequatur precium
cum vſuris.l.emptor, cum ibi no. ff. de rei vendic.
ita qui alienauit,vel in libellum dedit,etiam quòd
non remaneat dominus, tenetur conceſſionario
ad intereſſe.Vltimò facit.l.ſi is cui §.fin. ff. quem-
admodum ſerui.ami.vbi ſi legatur fundus ſub cõ-
ditione,cui hæres interea ſeruitutem imponit, ſi
poſtea legati conditio extitit, ſeruitus legatarium
ſequitur: & ſic remanet ſeruitus impoſita per
hęredem,etiam quod eius ius reſoluatur.

His non obſtantibus,ſeruatur contrarium vir-
tute huius conſuetudinis. Et ratio eſt: quia nihil
contra patronum factum poſſeſſum ve eſt.glo.Pa
5 riſ.poſt num.primo,ti.1.§.18.† & vaſallus ſubin-
feudando,dat cum ſua cauſa.l.ſi debitor. C. de di-
ſtra.pig.l.1.& 2.C.debitor.vend.pign.Impe. non
poſſe. Qua ſtante.

Non obſtat primum,nam illud procedit con-
tra venditorem. lege prima.§.fin. ff. de exceptio.
rei uen.& ſucceſſiue infeudàris: ſecus in damnum
tertij.l.nec auus.C.de emanci.libe.Non obſtat.ſe
cundum:nam illud procedit, quando precium eſt
conuerſum in beneficium rei,& remanet: quia il-
lius occaſione ſoluit.l.in ſumma.C.de pignor. VI
timum non obſtat;nam ibi ſeruitus ſequitur lega-
tarium,& ſic eum qui impoſuit, actione perſona-
li,ſicut in l.pecoris.l.cum fundo.& ſeq.ff.de ſerui
tu.ruſti.prędi.realis verò non præiudicat domino.
Iſer.in §.quid ergo.poſt num.5.de inueſt.de re a-
lie.facta,& imputet ſibi ſubfeudatarius,quia pro-
ſpicere debuit hoc euenire potuiſſe.leg.ſi quis do
mum.§.hic ſubiungi.ff.locati.& ſic remanet firma
6 concluſio, † quòd reſoluto iure datoris, reſolui-
tur ius acceptoris.Iſer.hic in ver.vel poſtquam.in
pri.Et procedit,non ſolum quando reſoluitur ius
datoris per delictum,verum etiam ſi per pactum.
l.ſi cum venditor.in fin.pri.ff.de euictio. & non
ſolum nõ datur perſequutio, verum etiam nec re
tentio.l.debitor.§. fin.de pig. actio. & non ſolum
in contractibus,ſed etiam in delictis. Afflict. in §.
fin.in 3.no.nume.30.de capi. Corra.& reſoluitur
hipotheca ſecundum Ripam & Tiraquel. refert
d.glo.Pariſ.§.30.nume.99.licet ipſa tenuerit con
tra. Intellige tamen, quando acceptor habet ex
contractu feudali. Et fallit,quando ſecundus eſt
paratus recognoſcere a primo.Item niſi refutaſſet
agnato proximiori,qui erat ſucceſſurus in feudo.
Vel ſecundus eſſet factus cum uoluntate domini.
Præpo.in §.fin.num.2.& poſt,ſupra ti.proxi.item
non procedit, quando alienatio, quæ a principio
valuit,facta eſt caduca, ex quo extinctum eſt ius
datoris;poſſet enim tunc is in quem facta eſt alie-
natio,retinere & recognoſcere a primo domino.
Iſer.hic poſt pri. Afflict.in cap. primo,in 7.no.nu
me.7.qualiter olim poterat feu.aliena.& ita intel-
ligitur Bar.in l.murileguli,nume.2. de murilegu.

Et pr ocedit, quando homo dat, ſecus ſi lex. Item
ſi reſolui tur ius datoris: ſecus ſi ex parte accepto-
ris, quia nonquam reſolueretur eius ius, etiam ſi
mille extarent hæredes. Cam. in dicto cap. Impe-
rialem. car. 61. colum. 2. in fin, 3. in pri. & 4. circa
medi. Vltimò non procederet, quádo habuit cum
voluntate eius qui poterat perpetuò dare, Bald, in
conſi. 495. circa med. 2. volum. Nota quòd feudo
apperto domino, non habet ius vel cauſam a va-
ſallo, ſed a ſeipſo, tanquam finito & extincto iure
vaſalli. glo, prædi, Pari. §. 30. num. 107. adeo quòd
ſi miles qui tenebat caſtrum, alienauit certos ho-
mines ſuos, & poſtea commiſit felloniam, alieoa-
tio reſcinditur. Bald, in l. 3. §. ſed quia, nume. 7. C.
commu. de lega. Feudi obligatio facta per vaſal-
lum, reſoluitur quando poſt mortem vaſalli feu-
dum reuertitur ad dominum. Deci. in l. ſi ſocius,
num. 6. ſi certum peta, Quidquid interea fecit va-
ſallus, reſoluitur ipſo iure, & reſolutio retrotrahi-
tur ad tempus felloniæ, glo. prædic, Pari. §. 31. poſt
nume. 9, inſeudatio a ſolo vaſallo facta, per fello-
niam illius in patroonum commiſſam, reſoluitur,
niſi vaſallus ſit paratus ſeruire ſuperiori domino,
& ab eo recognoſcere es. gloſ. Pari, titu. primo. §.
35. poſt num. 19. 20. & 24. Licet ſi vaſallus quæ-
ſiuit ius in feudo, vel præſcripſit infra confines al-
terius, reuertitur cum iure præſcriptionis, Præpo,
in §. fin. num. 3. & 4. ſupra tit, prox. & fingit bonú,
quod quis eligit cito deſerere. Archi, in c. quod in
terrogaſti, poſt pri. 27. diſt,

Dum Iſer. redit ad materiam. §. item ſi fratrem,
& concludit, quòd vaſallus amittit feudum, ſi oc-
cidit fratrem domini proditorie, vel ſuum malo
modo, ideſt ſine iuſta cauſa, dixi ibi, dic tamē quòd
7 aliquando dicimus malo modo, † ideſt ſine iudice
& ordine iudiciario, Iſe. in §. illud quoque pręcipi
mus. poſt num, 70. de prohi. feu. aliena. per Fre. &
ibi, Afflict. num. 19. circa med. l. cum tutor, in poſi,
caſus. ff. de tutel, & ratio, diſtra, Bald, in conſi. 323.
poſt nume, 1. ibi, ſecundo, 2. volum. malo more,
leg. pri. poſt med. ff. de varj. & extra. cog. malo or-
dine etiam dicimus. c. pri. de milite vaſal. qui con-
tu. eſt. vbi Afflict. in 14. no, num. 18. & malo con-
ſilio. l. pupilli, la vlti. in pri. ff. de ſolutio. l. poſtlimi-
nium. ff. de capti. & poſtli, reuerſ. malá vim ratio-
ne. l. quanquam, ff. de ritu noptia. l. 3, C. de re iudi,
& malamente, l. quid ergò. §. fin. de leg, pri. mala
con ſcientia. l. ſancimus, in fin, C. de iudicijs. impro
baro more. l. prima. §. fin. ff. de actio, emp. impro-
babili more. l. fin. in fio. ff. de proxeneticis. Impro
be. l. vendicantem, ff. de euictio. l. nec intentio. C,
de tranſa. l. nec ex vera, C. de acquiren. poſſeſſ. l. pe
nu. C. de ſenten, paſſ. inciuile, & inciuiliter. l. 2. &
3. de varijs & extraordi. cog. l. ſecunda. C. de io of-
fi. teſta. l. cogi de peti. hære. l. in ciuile, C. de rei ven
di. l. inciuile. C. de bonis auto, iudi poſſi. l. prima,
§. pri. in fin, ff. de poſiti, l. ſi defunctus. ff. de procu-
ra. l. Mela, de alimen. & ciba. lega. parum probe. l.
fratris. C. de tranſact. contraria fortuna, l. epiſto-
lam. ff. ad Trebellia. mala ſalutatione, l. 4. §. primo,
gl. ver, poſſeſſionem. ff. de dam, infe. doloſo aoimo,
lege prima. qualiter quis ſe defen. debet in Loogo
bar. per malum ingenium. l. fin. de non ſuæ rei uen
di. in Longo. Malo ordioe, ideſt mala fide. l. ſi quis
res. in glo. prima, de inuaſionibus, in Longo. gloſ.
in lege prima, in ver. reddat, de ſepulchro violat. l.
fin. de eo qui peculi, in damno inuene. l. prima, de
rebus intertiatis, & qualiter emere debet, l. 2. de
præſcripti. in Longob, violento ordine. l. relatum.
de aggreſſio. in vico. fac, io Longobar, Iniquo ani-
mo. l. 4. de eo qui alij anteſteterit in vita. in Long,
l. 7. de damno iniuria dato. l. ſi quis plenum, de fur
tis, l. ſi quis permiſſum, de debitis & guademo, in
Longo. Doloſo animo aut contra rationem l. 2. in
fin, de prohi, nop. l. 6, de coniugio ſeruo. l. 2, de do-
natio. quæ cum chingatione vel lanclich fiunt, in
Long, Econtra dicitur aliquid fieri debito modo,
clemen, prima, de procura, Bono modo. l. 2. in glo,
fin. ff. ſi quis omiſſa cau. teſta, Bono animo. l. Humi
num. §. quanquam. gl, ver. fumarij. cir. me, de dam.
infe. l. 4. de venatoribus, in Longo. bonis moribus,
l. ex ea. §. pri, & l, Titia, de verborum obliga. Bona
gratia, l. cum hic ſtatus, §. ſi diuortium. & l, & ideo
ff. de donatio, inter virum & uxo. l. vxoris circa fi.
de diuortijs. l. ſed & ſi. ff, qui & a quibus, l. vnic. §,
fin. C, de rei vxo. actio. Fide bona. l. cum quis, in
glo. 3, ff. de ſolutio. Optimo conſilio. lege penul.
cir. fin, ff. de ritu nuptia. Ciuile, l. cum in fundo. cir,
med. ff. de iure dotium. æquo iure, l. ſi uerò com-
poſita, cir, fin, ff. de mili. teſta. iure licito, l. vt iuriſiu
rádi, ff, de operis lib. nouo more. l. abſentē, C, de ac
cuſatio, Non per fraudē, nec malum ingenium. l. 2.
de his qui aldiores, l. prima, in fin. de ſcribanno. l.
4. ne liberi homines opprimantur, lege vnic, de eo
qui alium iniuſte inue, adiuuare præſum. in Longo
bar. inhumanis moribus, lege, 3. §. cum quinquen-
nium. ff. de iure fiſci, leg. prima, C. de in ius voca. l.
reprehendenda. C. de inſtitu. & ſubſti. & canoni-
co ordine. l. vt Pontifex. de Epiſco. & cleri. in Lon-
go, licet ſimilia ad copiam & oblectationem iuuēt,
tamen iudicium (quod potiſſimum eſt) plerum-
que obruunt. glo. Pari. titu. primo. §. 41. nume. 40.
in fin. Tamen in propoſito, ſi vaſallus malo modo
& ſine iuſta cauſa occidit fratrem in odium domi-
ni, vt careat ſtrenuo milite, vel hominem liberum
alij ſeruientem, in odium eius cui ſeruit. Iſer. in c,
pri. nom. 2. amittit feudum.

An ille qui interfecit fratrem domi. ſui, ſi feu-
dum eſt nouum, aperitur domino; cum fellonia
túc reſpiciat eú, & dictio, tunc, extremú temporis
notat, l. 4. & ibi glo. fin, de condi. & demo, l. ſi mor
tis, la 2. in glo. 3. ff. de donatio. cau. mor. gloſ. in ex-
trauag. Ioan. c, execrabilis. in ver. ex tunc, de præ-
beo. addi, ad glo. in l. vxori la. 3. ff. de uſu & uſufru,
leg. ſi paternum ad agnatos. Iſe, hic in fin. pri. & ſi
alienat, an amittat totum uel partem quam alie-
nat, tangit Iſer, hic in uer, multabitur. Sed quòd a-
mittat totum tenuit Ioan. Faber in §. ſi uerò, num.
2. Inſti, de lega. & facit quod dicimus de coutra-
ctu nullo ratione gabellæ non ſolutæ: nam tunc
nullitas eſt pęna in totum ratione partis non ſo-
lutę. Bald, in conſi. 227. num. 4. 4. volum. & publica
tur tota nauis, propter vnam mercem fraudantis,
l. cum proponas, de nauti. fęno, Idem Bal. in conſ.
229. poſt nu, 1. 5. vo,

Contrarium tenuit Iſer. hic. gloſ. 2. in cap. 2. de
feudis, & hic in uer. multabitur. & eſt textus in ca,
pri. de vaſa, qui contra conſti. Lotha. & ratio ſecun
dum Iſer. eſt, quia pęna non debet excedere fi-
nes delicti. lege reſcriptum. ff. de his quibus ut
indig.

Contraria non obſtant: nam quando licitum po
teſt ſeperari ab illicito, vnum non confiſcatur pro-
pter aliud. Afflict. quæ ſint regalia. in ver. vectiga
lia.

ſta.num.49.& 65.& in cap.vaſal.ſi feudum.num. 11.vbi ponit ſimilia.ſi de feu.fue.contro.inter domi.& agn.

Contractus (præterea) libellarius, an dicatur perpetuus, Iſer.hic in ver.libellario.quòd ſic:& tu te ſupra in §.præce. Nam licet conceſſio ſit vſque ad.29.annos, propter renouationem quæ fit, dicetur perpetua. Afflict.in cap.primo, num.6.de alienа.feu. Aduerte quia hoc procedit quando finitus eſt dies, aliàs ſi adhuc durat, non dicitur renouari, ſed protelari.l.4.in ver.renouare, & ſeq.ff.de damno infec.& ſi renouatus nõ valet in pluribus, poteſt valere in vno.gloſ. in lege, iuriſgentium.§. adeo, in ver, quoniam.ff.de pactis, & quando dicatur ad longum, vel ad non modicum tempus.Pau. de Caſt.in conſi.4.poſt num.3.primo volum.Et ſi res ſunt melioratæ, an prætextu ceſſionis, vel quia alij plus offerunt, debeant auferri: quòd non tenet. idem Pau.de Caſt.in conſi.386.& 387.2.volum. Sed an emptor poſſit agere de euictione ſuper burgenſaticis? diſtingue, vt per. Iſer.hic, & in cap.2.in fin.apud quem vel quos, in cap. primo, in prin.ſi pro feu. vaſa. ab aliquo interpella. fue.in §. commercium.poſt nume.10.de prohi. feu.aliena. per Lotha.in cap.Imperialem.§.Imperator Lotharius.num. 18.& poſt, & in §.callidis, nume.21.cir. med.de prohi.feu.alienat.per Fred. nam ſi eſt bonæ fidei emptor, agit tantum ad precium, & non ad intereſſe.leg.ſi fundum, de euictioni.ſi eſt malæ fidei, amittit precium.d.§.callidis. Idem ſi ob delictum primi datoris res perueniſſet ad dominum, vel quia alius culpa illius intuliſſet damnum in re feudali, & propterea dominus reuocaſſet feudum, puta dominus caſtri eius culpa habuit bellum, cuius occaſione fuerunt deuaſtatæ ſegetes, arbores, vel uineæ, & amiſit feudum. Afflict.hic nume.13. in fin.& ſeq.Cap.in ſua inueſt.in ver. feuda amittuntur.ibi, ſexageſimoſexto. Pernus in primis nota.colum.fin.circa fin.& in ſecundis etiam.cir. fin. vel in terminis.l.pen.ff.ſolut.matri. de qua re Iſer. in §.præterea ſi inter duos, poſt nume.65.de prohi.feu.aliena. per Fred.Immo & fortius, inimicus ſi ſine culpa illius alicui damnum intulit, tenetur de culpa leuiſſima. Bald.in conſi.61.num.5.& 62. cir. fin.2.volum.licet poſſit eſſe ſine culpa, quando bellum eſſet licitum, puta quia vaſallus damnum paſſus requiſiuit inimicum qui damnum intulit, ut illud emendaret, & noluit, vel inepte reſpondit.c.dominus.23.quæſt.2.Iſer. & Loffred. hic.& Bar.in d. l.pen.

SVMMARIVM.

1 *Præterea, dictio vnde componitur. & eſt continuatina.*
2 *Iure acquiſitum, quomodo intelligitur.*
3 *Conſentiẽdo quis tollit ſe de medio, & facit locum iuri alterius.*
4 *Mos uerus, iuſtus, probabilis, rectus.*
5 *Inueſtiri paſſus aliquem de feudo quod ſpectabat ad eum, ſibi præiudicat.*
6 *Conſentire quando uidetur is qui patitur.*
7 *Præſens non uidetur conſentire in pœnalibus.*
8 *Dos debetur nuptæ, etiam ſine conſenſu patris.*
9 *Dominus poteſt quã vult feudo imponere cond. etiam contra eccleſiam.*

AD §. PRAETEREA.

1 PRæterea) Eſt hæc dictio, præterea, ad-
uerbium diſcretiuum: & componi-
tur ex præter, &, eandeſt, præter iſta.
Lucas, in lege vlti.cir.ſi.C.de numu-
larijs, multiplicat & continuat mate-
riam & qualitatem, præcedentium. Loffred.in §.
Ita tamen ut vaſallus.colum.4.circa medi. Afflict.
in §.præterea ducatus.in primo no.num.3. de pro
hi.feu.alie.per Fre.Cur.in tra.feu.in 4. parte prin.
in 30.quæſt.fallentia.5.poſt num.122.vnde præ-
ter præcedentes caſus, quibus vaſallus amittit feu-
dum, ponit alium: & eſt, Si ille.) Quæ dictio ha-
bet emphaſim: Vergi.in pri. Eneados: ille ego qui
quondam &c. Ad quem feudum per ſucceſſionẽ.)
Nam non acquiritur niſi ſucceſſione, aut inueſti-
tura.cap.pri.in fin.de feu.cog.iure) Quia legis au-
2 ctoritate.ſi iure, iuſte: ſi iuſte, bene.ca.quid dicam.
14.quæſt.4. Obuenire debet) Iure communi vel
ſtatutario. Loffred.in conſ.36.nume.2. Conſenſe-
3 rit eos inueſtiri.) † Tollendo ſe de medio per refu
tationem. Cam.in ca.Imperialem, car.25.colum.
2.poſt pri. Ad quos ſecundum rectum morem) A-
libi probabili more.l.alimenta. C.de nego.geſt.l.
ſi conſentiente.C.de donatio.ante nup.nam dici-
mus aliquid eſſe ſecundum antiquum & rationa-
bilem vſum: aliquid ſecundum iuſtum & verum:
4 † aliquid ſecundum rationabilem vſum, & aliud
ſecundum antiquam conſuetudinem. cap. pri.cir.
fin.de natura feu.c.1.cir.pri. & in fi. de aliena.feu.
§.ſed etiam. Per quos fiat inueſt. Non pertinet;)
Quod verbum latam habet ſignificationem. c.in-
ter dilectos.in ver.pertinere.de fide inſtrum. Nul
lo modo,) cap.pri.quibus modis feu.conſt.poteſt.
Ad eum repetendum regreſſum habet,) Quia ab-
ſurdum eſt redire ad id cui renunciandum puta-
uit.l.ſi quis.C.de rebus credit.remittentibus actio
nes ſuas, non eſt ad eas dandus regreſſus. gloſ.pri.
in c.quam periculoſum.7.quæſt.pri.l.ſi maritus.§.
ſi negauerit. ff. de adulte. ſecundum canones ce-
dens dicitur mortuus, quo ad beneficium cui ceſ-
ſit.glo.in cap.quamuis, lo ulti.in ver. cedentium.
cir.med.de præben.in 6.clemen. ne Romani.§.ſa-
ne.in ver.moriente.de electio. non enim admitti-
tur, ad quod ſemel dedignatus eſt aſcendere.l.nul
li.C.de numerarijs, actuarijs & chartular. nec lex
concedit reintegrari, ad id quod ſemel eſt repudia
tum.l.ſi.C.de cond. inſer.& habere regreſſum am
plius ad repetendum illud, cui renuntiauit. Prepo.
hic in pri.& Affli.nu.18.

Explanato textu, videbatur dicendum contrarium, per c.pri.de eo qui finem fecit ag. ubi qui refutauit feudum, decedente eo cui facta eſt refutatio, ſuccedit non obſtante pacto: & ſic qui refutauit non omnimodo excluditur. Secundo aliud eſt conſentire vt extraneus, aliud vt dominus. l.exceptione.in ver.conſenſum.C.de euictio. ſed iſte agnatus tanquam extraneus non haberet ius tanquam dominus, ex quo nondum competit ius, dicitur extra bona ipſius.l.ſubſtitutio.ff.de acquiren. rerum domi.ergò vno ſiue alio modo iſte agnatus conſentiat, videtur quòd non poſſit ſibi præiudicare. Tertiò facit.§.hoc quoque.inf.de ſucce. feu.vbi frater ſuccedit in feudo fratris, etiam quòd conſenſerit filium fratris inueſtire.

His non obſtantibus, ſeruatur cõtrarium: & eſt

ratio,

ratio, quia conſentiendo alium inueſtiri renunciauit. Iſta renunciatio, n. eſt priuatio. Bald. in l. iubemus, cir. med. C. ad velleia. & non admittit poſtea, ex quo obſtat ſibi factum ſuum & cõſenſus proprius. Iſe. ſup. Qui ſucce. tenea. nu. 11. in fin.

Quia ſtante, non obſtat primum; nam qui refutauit ſuccedit donatario, niſi refutatio eſſet in oẽm caſum, vel vt ille inueſtiat de nouo feudo. Loffr in conſ. 11. nu. 25. quia aliud eſt cedere, & aliud renũciare. Bal. in conſ. 403. nu. 3. & 4. 1. vol. & intelligitur, ex quo renũtiatio fuit perſonalis: Secus ſi realis. Cap. in ſua inueſt. in ver. feudorum diuiſio, in 4. limi. Afflic. in c. ſi quis miles, p[...] num. 10. Imp. Lot. Non obſtat ſecundum: nam refutans ius ſibi quęſitum, vr̃ illud cedere, in iure quęrendo videtur nolle acquirere; ſi recipit præcium, poſſidere videtur. Barb. in addi. vl. ad Bal. da alteua. feu. pater. vbi etiã Affli. num. 2. cir. med. & poſt nu. 20. Vltimum nõ obſtat: nam in terminis d. §. hoc quoque, nõ is qui ſuccedit, ſed is de cuius ſucceſſione tractatur, conſenſit eius filium inueſtiri, ideo conſenſus illius nõ potuit fratri præiudicare: quia renũciatio facta p vnum ex agnatis, non nocet alteri. Afflic. in d. ti. de eo qui finem fecit ag. in 10. no. Et ſic firma remanet

5 concluſio, quòd qui patitur alium inueſtiri de feudo, quod ad eum ſpectat, ad illud repetendum poſtea, regreſſum non habet. Intellige tam in renũciatione expreſſa, quàm tacita per annale ſilentiũ, quod habet vim refutationis, & currit ſcię̃ti. c. ſi Titius. ſi de feu. de func. mili. contro. fuerit. Bald. in §. porro. num. 1. in fin. & 2. qualiter feu. alien. poſſit. Item procedit, nõ ſolum in petitorio, ſed etiam in poſſeſſorio, arg. textus in §. ſi quis, in fin. ſi de inueſti. inter domi. & vaſa. lis oria. & habet locum, etiam ſi ſit pactum cum fratre de non petendo feudum, quia iſta renunciatio hẽt vim pacti perſonalis. Iacob. in ver. & vnus ex dictis vaſal. num. 5. Limita tamen procedere, quando renunciaſſet ſimpliciter: ſecus ſi cum cauſa, quia tuc ceſſante cauſa, ceſſaret renunciatio. Affli. de vaſa. decrepi. æta. in 6. no. nu. 20. Item habet locum quando renunciaſſet omnino, ſecus ſi eſſet perſonalis, vel renunciaſſet in manibus domini. Iacob. vbi ſup. num. 6. poſt med. & 7. poſſet hodie renunciare in manibus domini, & dominus ei inde ad paucos dies concederet tunc videtur actum in renunciatione, vt inueſtiat; adeo quòd remaneat antiquum. Affl. in d. c. 1. de vaſa. decre. æta. nu. 3. cir. me. & hẽt locum quando renunciatio fit reſpectu rei, nam illa eſt q̃ nocet in perpetuũ renuncianti. Idem Affl. in d. ti. de eo q. finem fecit ag. nu. 9. Vlt. procedit, ſi alteri quærit: aliàs nulla renunciatione, is qui renunciat nõ perderet. Iacob. vbi ſup. num. 13.

Nota quòd qui conſentit, iura ſua perdit. Iſe. in §. & licet, col. pen. cir. 1. vbi Bal. nu. 14. in fin. an agna. hic, in pri. & aliena fortificat Pręp. hic, in pri. Nota etiam, quòd ſecundum vſum regni, aliquando eſt vnum, & aliud ſecundum æquitatem: & põt res eſſe bona ſiue praua cõſuetudine. c. 1. de natu. ſucce. vxori. §. porro. Qualiter olim poterat feu. alie.

6 † Iſer. tractat, quando is qui patit̃, videatur conſentire, vt non præiudicet. Arguit pro affirmatiua, & dicit quod qui conſentit inueſtiri collateralem ſequentem, ſibi præiudicat, nec habet regreſſum ad repetendum id quod renunciauit; ſicut proximior agnatus ſi non reuocat, acquiritur ius alteri: quia per conſenſum iura ſua perdit, & alter agnatus præſcribit contra eum præſcriptione vnius anni. Affl. in d. c. ſi Titius, num. 3. cir. med. & in 5. no. num. 7. ſi de feu. fuerit contro. inter domi. & ag. Et poteſt fieri expreſſe & tacite: tacite, quia illo præſente & non contradicente, vt hic ex intel. glo. ſed oportet quod ſit ſciens: ſecus ſi ignorabat ſuum eſſe feudum; quia tunc talis error non inducit conſenſum. Præpo. hic nume. 2. alioqui præſentia pro conſenſu habetur. l. 1. §. magiſtrum. in ver. impoſuiſſe, lo. 2. ff. de exercito. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi furtum, in glo. 1. ff. ad leg. Aqui. & ſi videns tacet, videtur conſentire. l. qui autem. in ver. conſentientibus. ff. quę in frau. credi quia ſcientia inducit conſenſum. Bald. de bene. frat. num. 7. Et propterea dicimus, quòd pręſentia nocet. l. ſi fundum. in ver. reſtitui. de leg. 1. & aliquid operatur. l. quod ſtatuliber. in glo. fi. ff. de don. cau. mor. non ſolum in pręſumendo conſenſum, ſed etiam ad inducendam præſumptionem ſolemnitatis & ueritatis. l. pri. & in Sum. C. de patria poteſt. & qui tacet conſentit. l. 2. in ver. non contradixit. circa medi. ad municipal.

Aliam partem, quod præſentia nõ habetur pro conſenſu, tenuit glo. fin. in fin. l. Caius. de pig. act. Et facit, quòd qui tacit, non conſentit. Loffred. in conſ. 17. num. 62. quia tacere, eſt medium inter expreſſam voluntatem, & contradictionem. gloſ. in reg. qui tacet, de reg. iur. Vnde dicimus, quòd qui negat nõ videtur propterea fateri, adeo quòd poſſet poſtea negare. Bal. in c. 1. num. 5. ſi de feu. vaſa. ab aliquo interpe. fuerit, nec inuenies vnquam, ſilentio aliquos concordari. Idem Bal. in conſ. 321. poſt medi. 5. volum. facit etiam ſecundum Iſer. datio in feudum eſt contractus de per ſe, vt ſupra, in præambu. in 5. quæſt. & tamen ſi inueſtitur aliquis de feudo alterius, ſcientia illius cuius eſt feudum, ſibi non nocet. c. 1. ſup. qui ſucceſſ. tenea.

Tenendo tamen opin. Iſer. dic, quòd præſens non ſemper conſentit. l. Sabinus. in ver. poterit. ff. commu. diui. niſi adſit & aliud, puta ſigillum, ſubſcriptio, vel vocatur ex propoſito ad illum actum: ſecus ſi interuenit ex accidenti. Cam. in d. c. Imperialem. car. 66. colum. 1. poſt pri. & 4. cir. fi. de prohi. feu. alie. per Fre. regulariter enim præſentia habetur pro patientia, & non pro cõſenſu expreſſo, niſi iunctus ſit actui iudicãti conſenſum. Multos caſus ponit Bal. in ca. 1. nu. 5. ſi de inueſt. inter domi. & vaſ. lis oriat. nec ſimplex taciturnitas operat cõſenſum pręiudicialem niſi eſſet authoritas iudicis, & fauor iudiciorum: quia tunc conſenſum operatetur. Loffr. in con. 18. poſt num. 8. Vel diſtinguit, patientia habetur pro conſenſu, in vtilitatem eius qui patit̃, alias non, niſi ratio affinitatis intercedat. l. qui patit̃, in gl. ff. manda. etiam quòd ex illo poſſit aliquid commodi ſentire, vt in procuratore. Alex. in con. 152. n. 9. & poſt. 7. vo. vel in iudicio ſola patientia oblig. l. qui fide. ff. mandati. l. cũ oſtendimus. §. fideiuſ. ff. de fideiuſ. & nominat. tutor. abſq; vocis expreſſione hẽt vim ſtipulationis. Lucas in l. ſi colonus. col. 2. cir. med. C. de agricol. & cenſit. ſed & præſentia cõſenſui comparat, fauore libertatis. Aut. ſi ſeruus. in ver. ſciẽte. C. de epiſ. & cle. l. 1. C. de remiſ. pig. fauore itẽ fiſci. l. ſi hipothecas, & ibi gl. 2. d. ti. C. de remiſſ. pig. & Iſe. hic. cum regula ſit q̃ ſola ſcientia inducat conſenſum, niſi quis cõtradicat. l. ii tamẽ. in gl. 1. ff. ad Macedonia. & fallit mul

ais modis,vt per Affliẽt.hic num.24.& de natura
ſucce.feu.ante,& in nu.36.Sed cautela eſt,vt is cu
ius intereſt,contradicat,& proteſtẽt, ne ille actus
ſibi faciat prȩiudicium.Idem Afflict.de conſuetu.
recti feu.in pri.nu.14. niſi ſciuiſſet ius ſuum ſibi
durare.l.4.§.ſi minor.in ver. noceat, de doli mali
7 &.metus exceptio,vel eſſemus in pȩnalibus,in qui
bus præſentia non nocet, niſi conſenſus expreſſus
interueniat. Exemplum in conſti. fratribus, cuius
virtute,frater prohibetur maritare ſororem, ſine
conſenſu domini a quo tenet feudum.Si ſoror nu-
pſit fratre præſente, & non probatur conſenſus
expreſſus, quo ad inducendam pȩnam,non ſuffi-
cit iſta prȩſentia ſine aſſenſu, argu.l.qui vas.§.ve-
tare.ff.de furtis.Si uerò cum prȩſentia alius actus
interuenit,puta quia tunc quando ſe maritabat ſo
ror,promiſit frater dotem,incidit in pȩnam; quia
intelligitur mandare res ſuas eſſe obligari. l.Pom-
ponius.decimotertio,lo 2.ff.ex quibus cau.pig.ta-
cite contraha.hoc ſi non eſſet aliter nuptura: aliàs
ſecus.l.iure.§.penul.ff.de doli mali & metus exce-
ptio.Diſputat vltimò Iſer. validitatem vel inualidi
tatem conſt.prædictæ, quomodo poſſet ſubſtine-
ri:& quomodo frater qui cõtrauenit, teneatur ad
inte.eſſe. Tu verò circa primum caput theoricam
Iſer.dic,quòd conſt.prædicta,fratribus; habet e-
tiam locum in patre.Cam.in ca.Imperialem, car.
5.colum.3.cir.fin.& ſi pater contrahit matrimo
nium pro filio præſente ie nec contradicit, uide-
tur conſentire, quia poteſt pro eo præſente & nõ
contradicente ſponſalia contrahere.not.in ca.vni.
vbi etiam glo.in ver.ſponſalia.de deſpon. impube.
in 6.Et quod dicit Iſer.de fratre,idem eſt,& in pa
tre, quia conſenſus eius valet ſine ſubſcriptione.l.
2.C.de nuptijs.& hoc de iure canonico, ſecũdum
cuius diſpoſitionem,ea honeſtate requiritur con-
ſenſus parentum,non de neceſſitate.c.fin.& ibi gl.
32.quæſt.2.& in ca.ſufficiat.27. quæſt. 2. nec pa-
ter in tali cauſa intelligitur legitimus adminiſtra-
tor filij.Alexan.in conſi.149.num.4.5.vol.Immo
ſi filia eo inuito nupſit,tenetur eam dotare,dum-
modo elegerit maritum non indignum gl. in c.de
raptoribus.in ver.excuſata.36.quȩſt.1. l.qui libe-
ros.ff.de ritu nupt. nec valet ſtatutum imponens
pȩnam filiæ contrahenti matrimonium ſine con-
ſenſu patris.Alex.in conſ.59.num.5.1.volum.vn-
de ſola prȩſentia illius,ſine cuius conſenſu filia po
tuit ſe maritare,non inducit conſenſum:cum ma-
trimonia debeant eſſe libera.l.2. C.de inuti.ſtipu-
la.l.Titia,de ver.obli.ſecus de iure ciuili, ex cuius
legis diſpoſitione, debet filius vxorem ducere cũ
conſenſu patris.l.paulus. ff.de ſtatu homi. non e-
nim cogitur inuitus ducere, ſed quam vult cum
conſenſu patris.l.nec filium. C. de nuptijs.l.ſi pa-
tre cogente. ff.de ritu nuptia. Et peccaret, qui fi-
liam alicuius contra patris voluntatem, regis be-
neficio æſtimaret poſtulãdam.c.nullus.36. quȩſt.
2.glo.1.in c.fin.qui clerici vel vouentes. quia ma
trimonia non debent eſſe vȩnalia, l.2. ff. de dona-
tio. inter virum & vxo. gloſ.2.in ca.quidquid.pri.
quæſt.1.& tunc,quia de ſubſtantia matrimonij re
quiritur conſenſus,illius ſcientia probata operatẽ
quantum iuſſus.l.ſi ex duub. in gl.mag.poſt prin.
l.3.& 4. de noxali. & ſucceſſiue eſſet locus dictæ
conſti. fratribus.

Circa ſecũdum caput, quãdo vltra præſentiam
aliquis actus interuenit,puta quia perficit,vẽ tunc
perficiẽdo approbare primum factum.gl. in l.me-
tum,la 3.§.ſed quod in,ver.ſiue perfecta, cir. fi.ff.
de eo quod metus cau. licet poſſit hẽre ratum fa-
ctum,& non modum ſeu qualitatem ipſius.Lucas
in l. 2.col.1.cir.fi.de iure fiſci.tamen quia non im-
probat, ratihabitionis pars eſt glo.3.in l.quo.n.ff.
rem ratam haberi.quàmprimum ſciuit,& nõ con-
tradixit,dicitur approbare.d.l.quo enim. §.1. iun-
cta gl.in ver.accipiendum.cum addi.in marg. me-
rito conſentire videtur, quia non teſtificatur diſ-
ſentire.l.1.C.de filijs fami. & quemadmo.pro his
pater tenea.lib.10.

Circa verò validitatem vel inualiditatem.d.con
ſti.licet aliqua dicat Iſer.hic,& alia multa in d.ca.
Imperialem.col.5.cir.fi.vſque ad nu.14. Pro par-
te negatiua,clamant omnia iura quȩ dicunt,ꝙ ma
trimonia debent eſſe libera.c.veniẽs,lo 1.& 2.& c.
requiſiuit.de ſponſa.c.2.de eo qui duxit in matri.
quam polluit per adulter.adeo ꝙ interpoſitio pȩ-
næ,quæ poſſet impedire matrimonia, reijcitur.c.
Gemma.d.tit.de ſponſali.& prohibetur reſcriptis
impetrari.l.1.& 2.C.ſi nuptiæ ex reſcri.petant:&
pro eis dare pecuniam,eſſet peccatum.Lucas in l.
2.poſt medi. C. de murilegu.ſed ſecundum leges
& antiquam conſuetudinem,dẽnt peti a parentib.
vel ab eis ad quos decet, vt cum eorum uoluntate
fiant legitima coniugia.l.vni.cir.fi.C.de rapt.vir
gi.in ſpecie quod nõ valeat ſtatutum imponẽs pȩ
nas directe,vel indirecte ad impediendum matri-
monium,Alexan.in conſ.97.1.volum. quia debet
eſſe liberum;tam à pȩna damni, quàm amiſſionis
lucri.leg. Titio centum.§.primo,de condit. & de-
monſtratio.

Adducitur pro alia parte, ꝙ illa conſtitutio nõ
prohibet dari vel obligari feudum,ad finem impe
diendi matrimonium;ſed ne res domini transfera
tur in alium ſine eius uolũtate.Iſe. hic.vnde poſſit
fieri matrimonium ſine aſſenſu curiȩ, dummodo
feuda vel res feudi non dentur in dotem,vt in c.re
gni, Item ſtatuimus, quòd licitum ſit baronibus.
car.29.colum.1.quia valet pactum, vt is cui datẽ,
non alienet,vel non det tali:puta Titio. Iſer. hic.
Poteſt enim dominus directus feudi,quàm vult le
9 gem imponere.Pernus in cõſ.5.cir.pri.& hoc mo
do dicimus, ꝙ Rex feudalis pt imponere legẽ rei
ſuæ,prohibendo vaſal.ne alienet in eccleſia.Affli.
in §.inde poteſt,ante & in nu.9. de aliena. feu. &
res publica præferendo ſuam publicam vtilitatem
vtilitati eccleſiæ, non dicitur contra libertatem ec
cleſiæ ſtatuere.Bal.in conſi.299. nu.2.1.vol. quia
attenditur, quod principaliter fit, vt ſibi proſit &
conſulat,licet in cõſequentiam alijs noceat. exem
pla ponit idem Bal.in conſ.396.4.vol. & ſic appa-
ret,eſſe reiecta contraria.

Aduerte tamen,quod etiam ex contractu pro-
hibito,transferẽ dominium, idem Bal.in cõſ.491.
ante & poſt nu.3. 5.vol.dicemus in §.callidis. de
prohi.feu.alie,per Fre.& dominus agit rei vendic.
Iſe.in c.1.de contro.inter domi. & emptor. col.1.
in fi.poſt nu.3.& redit dominium in dãtem,ſi fuit
appoſitum pactum in datione rei in vim cõdictio
nis,vt hic in fi.ſed dolus fratris promittẽtis ſibi no
cet.l.ſed & ſi.§.proinde.de inſtitor: nã tenetur ad
intereſſe,quando res fit aliena.l.Stichus.la 3.ff.de
manu.teſta.& hoc rõne pȩnȩ,quȩ debetur quate-
nus cum intereſſe concurrit. Affli. in Deciſi.135.
Loffr.in conſ.41.nu.12.in fin.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Item eſt continuatiua dictio.*
2 *Fratres, cognatione, gratia, affectione, religione et natura dicuntur.*
3 *Poſtea, ideſt poſt hac.*
4 *Diuidere eſt, quando de uno toto fiunt plura.*
5 *Diuiſio, eſt alienatio neceſſaria.*
6 *In feudum dari non poteſt, res alienari prohibita.*

AD §. ITEM SI. il 1.

1 ITem) eſt dictio continuatiua. Bald. ſupra de feu. guardię. in pri. nu. pri. Cõtinuat enim cauſas, quibus feudũ ad dominũ reuertitur: & eſt, Si fuerint) Quod verbum ſignificat veram ſubſtantiam. Pau. de Caſt. in conſi. 151. cir. pri. 1. vol.
2 Duo fratres) non cognatione, † gratia, affectione, vel religione, ſed natura. Diuus Thomas ad Galatas, pri. col. fin. cir. med. Et vnus inueſtituram feudi acceperit) Qui ſtabat pro communi cum alio: vel emerat ex bonis communibus. cap. 1. de benef. fra. Si poſt ea) l. 4. C. de inoffi. teſta. l. cum a ſocero.
3 C. de iure dot. † ideſt poſt hæc, Baruch. c. 3. in fin. Feudum cum fratre diuiſerit) de vno toto faciẽdo
4 plura. Pau. de Caſt. in conſi. 140. co. 2. cir. medi. 2. volum. Et ille qui feudi partem accepit) Quæ feudum dicitur. Afflict. hic num. 13. Loffr. in conſ. 11. num. 33. cir. fi. Poſtea plus medietate vendiderit) ſequuto effectu realis traditionis. glo. Par. num. 1. in fi. ti. 2. §. 56. Et ſine) Quæ facit conditionẽ. Bal. in conſi. 264. num. 3. 1. volum. Hęrede legitimo) Qui filius maſculus dicitur. §. & ſi clientulus, de aliena. feu. nam ſimpliciter venit ei quilibet etiam extraneus. Pau. de Caſt. in conſ. 237. colum. 1. in fin. pri. volum. Deceſſerit,) Alias ſi cum hærede, ille adimplere compelleretur. ſupra, Qui ſucceſſo. tenea. in fi. Feudum ad dominum reuertitur) propter tacitam conditionem, etiam quòd non exprimatſ. l. Publia. depoſi. Loff. in conſ. 1. nu. 114. & 115. & in conſ. 35. in pri. & dixi late in c. 1. an, mutus vel aliter imperfe.

Explanato textu,) reddebatur dubia illius cõſultatio: Nam diuiſio eſt alienatio. Affl. in §. præterea ducatus. in 3. no. num. 2. poſt med. de prohi. feu. aliena. per Fre. Alienatio eſt prohibita. ca. Imperialem. d. ti. ergò & diuiſio. Secundò videtur, quòd ſit minus dimidia, nam ſi facta diuiſione plus medietate vendiderit, reſpectu totius erit tertia, vel quarta, quam poteſt dare in feudum, vel pignorare, ut ſupra eo. §. aut ſi libellario, & ſucceſſiue vendere: quia appellatione alienationis, continetur pignoris obligatio. Aluar. in §. inde poteſt, poſt num. 5. de aliena. feu.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium. Et ratio eſt, quia diuiſio inter eos qui vocantur ad ſucceſſionem, non dr̃ alienatio. Affl. hic nu. 6. & diuidendo non præiudicant domino re nel ſpe. Bald. in conſi. 38. num. 3. 1. volu. n. ad eo quòd alienare non poſſunt vltra medietatem. Qua ſtante, Non
5 obſtat Primum, nam prohibita alienatione, † non cenſetur prohibita diuiſio, niſi ex ea ſequatur alienatio. Deci. in conſi. 38. num. 5. maximè quando fit ex neceſſitate, puta quia prouocatur ad diuiſionem ab altero, Bald. vbi ſupra, nume. 1. cir. fi. & fit inter illos de familia, cum quibus eſt permiſſa alienatio. Idem Deci. in con. 288. num. 12. Secundum non obſtat; nam ſecundum Iſer. hic in pri. defunctus alienauit vltra medietatem, non partem dimidiam. l. ideſt. ff. de hære. inſti. etiam quia. l. pater filium. §. quindecim, de lega. 3. non procedit in feudis. Loffred. in conſ. 7. num 62. & ſic firma remanet concluſio, quòd alienans vltra medietatẽ portionis feudi, ſibi contingentis, apperit domino, intellige idem eſſe, ſi det in libellum, vel pignoret. dicto. §. aut ſi libellario. ſupra eo. aut in feudum dederit. §. rurſus, iſto titu. nec poſſet hæredem extraneum inſtituere. Iſer. hic, licet regulariter quando alienatio ſimpliciter prohibetur, nõ vr̃ prohib. in vltima voluntate tanquam neceſſaria. Bart. in lege quemadmodum. num. 5. in pri. C. de agri. & cẽſit. l. pero. §. fratre. in ver. vel extero, de leg. 2. l. ſi quis. §. cęterum, & ibi glo. fin. cum addi. ad eam. C. de ſecun. nupt. ſecus ſi prohibuit vt remaneat in familia: quia tunc non poſſet etiam matrem hæredem inſtituere. Deci. in conſ. 38. colum. 5. cir. fi. & 177. in 3. dubio. nume. 9. Et quando lex inhibet, is qui alienat poteſt reuocare. l. quemadmodum. C. de agri. & cenſi. l. Iubemus. §. ſane. C. de ſacroſan. eccl. ſecus ſi eſt prohibita per pactum, quia teneretur ad intereſſe. Iſer. hic in fin. Limita tamen habere locum, quando decidit ſine hærede legitimo, vt hic, & procedit iure iſto: ſecus per dictum. cap. Imperialem. Vnde nota circa iſtam materiam alienationis, fuiſſe emanata plura iura: nam iure iſto, & inf. de alienat. feudi. poterat vaſallus alienare feudum, vſque ad medietatem & non vltra. §. donare. Qualiter olim poterat feu. aliena. Prohibuit. n. in dotem dare, pro anima, iudicari, vel in fraudem in libellum dare. §. ex eadem lege, de lege Corra. interdixit etiam dominis alienationem feudorum inuitis vaſallis, niſi vendantur maiori vel æquali: ſecus ſi inferiori. Lotharius quarto loco prohibuit alienationem ſine aſſenſu. ca. Imperialis. de prohi. feu. aliena per Lotha. Quinto loco Fredericus per ca. Imperialem, non ſolum futuras, vt Lotharius, ſed etiam præteritas alienationes declarauit nullas inhibendo alienationem in totum vel pro parte, pignorare uel quoquo modo diſtrahere. Vltimò, idem Fred. per conſti. conſtitutionem diuę memorię. oẽs contractus ſuper feudis declarauit nullos, data contrahentibus facultate reuocandi.

Nota etiam, quod feudum poteſt diuidi inter filios & hęredes. Iſer. hic, nec eſt alienatio, diuidere inter illos qui iure vocantur ad ſucceſſionem. ita quod ſi prohibetur alienatio, non cenſetur prohibita illa quæ fit in filium vel in agnatum proxime ſucceſſurum. Afflict. in dicta conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ. in 3. not. poſt nume. 21. niſi expreſſe dicatur. Idem Afflict. in conſti. ſcire uolumus. in 5. not. poſt nume. 5. quia prouiſio hominis iuncta legis prohibitioni, plus operatur quàm ſola legalis. Vnde ſi fuit conuentum, quod
6 res non poſſit alienari, nun poterit dari in feudũ. Alexand. in conſil. 93. nume. 8. 7. volum. & quòd eſt dictum in diuiſione, intellige de feudo ſimplici, ſecus in feudo Ducatus, Comitatus vel Marchionatus; quia illa nec etiam per partes diuiſas in teſtamento legari poſſunt, niſi eſſet timor ſcandali: quia tum poſſent diuidi conſentientibus vaſallis. Alexander in conſilio ſexto, & 7. 5. volum. Vltimò nota, quòd iure iſto antiquo, po-

terat vaſal. licite alienare vel pignorare feudum, vſque ad medietatem, per iſtum textum. Præpo. inf. in §. ſeq. in pri.

SVMMARIVM.

1 *Quis, uel qui, reſtringit ſubiectum praecedens.*
2 *Feudum in curte, quando dicitur: & quomodo extra curtem.*
3 *Similiter, ſimili ratione: idem quod pariter.*
4 *Reſtrictus quid.*
5 *Honor, quid.*
6 *Feudum poteſt eſſe ſeparatum a iuriſdictione, & quomodo ineſt.*

AD §. ITEM SI QVIS.

1 ITem) † Aduerbium ſignificat ſimiliter ſecundum Grammaticos. Si quis) Reſtrictiue ad ſubiectum præcedens. Zaba. in clem. vni. in pri. poſt nu. 18. de foro compe. Feudum habuerit in curte domini) Et eſt, quando ex camera vel caneua domini habet quid annũ: ita quòd plus remaneat in beneficium domini. Vel poteſt poni exem
2 plum in gabella, in qua dominus cõceſſerat quid annuum. Præpo. hic poſt num. 1. Non poterit) Neceſſitate præciſa, Caſſa. in conſu. burg. rub. 4. §. pri. ibi, ne peut faire, num. 2. Ipſum feudum in aliqua parte) Ideſt aliquam partem ipſius feudi, licet minimam: nã appellatione partis, venit dimidia. Sed quando adijcitur, aliqua, intelligitur etiam de minima. Zaba. vbi ſupra. Si in iure ſit mentio maioris partis, veniunt duæ partes. Idem Zab. in clem. pri. num. 11. de appellatio. Libellario nomine) c. 1. §. donare, Qualiter olim poterat feu. aliena. Alicui ſine conſenſu domini ſui dare, vel pignori obligare) ſicut prædia Cæſaris, ſine eius aſſenſu diſtrahi non poſſunt, Azo in Sum. C. de legatis. poſt num.
3 16. † Similiter) ſimili ratione, eodem modo: & idẽ quod pariter. Cic. de Orato. Si extra curtem detinuerit, & dominus diſtrictum habuerit.) Puta ſi infeudauit aliquem de poſſeſſione exiſtente in villa vel caſtro, retenta ſibi iuriſdictione, diſtrictu & honore. Præpo. hic poſt num. 1. Eſt autem diſtri-
4 ctus, vocabulum Longobardum, † & ponitur pro territorio finibus limitato. Afflict. in §. ad hæc, nu. 19. de pace iura. firma. Licet quidam dicant, quòd ſint homines ſubditi: alij poteſtas & iuriſdictio. Vltimò, quòd ſit territorium. Idem Afflict. hic ante & in num. 11. & iſte poteſt eſſe triplex, conuentionalis, priuilegiatus & præſcriptus. Bald. in conſ. 499. num. 5. 4. volum. & ſonat ſicut territorium in ſuperioritatem coercitionis. Deci. in conſi. 528. nume. 9. in fi. quia territorium dicitur a terrendo, & diſtrictus a diſtringendo. ideo vbi quis habet poteſtatem terrendi ſeu diſtringendi, locus ille dicitur de territorio ſeu diſtrictu. idem Deci. in conſ. 534. num. 7. & 649. nu. 16. & 17. & ſic ſi iſtud feudum eſt in loco, vbi dominus habuerit diſtrictum, vel
5 alium honorem, † qui dicitur adminiſtratio reipublicæ cum gradu dignitatis. glo. 1. in l. 1. C. de mune. & hono. non conti. Si alienauerit ſine domini voluntate) Cuius voluntas pro opere reputatur, in ſimi. Arch. in c. poniſeret, colum. 2. poſt pri. 50. diſt. Iure ad dominum reuertitur,) Ideſt iuſte, l. 1. in ver. iure, de noui operis nunciat. Ad dominum reuertitur, reconſolidando vtile dominum directo: quod facile eſt ſine nouo actu. Iſer. in ca. ſancimus, lo vltimo, nume. 8. in fin. quo tempo. miles.

Explanato textu, videbatur poſſe impugnari ex infraſcriptis. Et primò per c. ſciendum. de feu. cog. vbi dicitur, quòd feudum non conſtituitur, niſi in re ſoli vel ſolo cohærente; adeo quòd ſit ſemper permanens. Bald. inf. de contro. inter vaſa. & epiſ. num. 5. in fi. ſed iſti introitus non ſemper actu permanent: nam augentur, quandoque minuunt. Iſe. de notis feu. in pri. ſucceſſiue videtur quòd nõ poſſit in eis conſiſtere feudum. Secũdò videtur, quòd vnicuique ſit libera rerum ſuarum diſpoſitio. leg. ex facto, de vulga. & pup. Immo caſſantur leges arcentes extraneos ab emptione rerum, præferendo coniunctos. l. dudum. C. de contra. emptio. & l. 3. C. commu. rerum alienat. Vltimò, iuriſdictio a feudo eſt ſeparabilis: quia vnus poteſt habere feudũ, & alter iuriſdictionem, licet iuriſdictio cohæreat territorio. Afflict. in §. econtrario, poſt num. 1. de inueſt. de re alie. facta, modò ſi vnum eſt ſeparatum ab alio, etiam quòd dominus habeat aliquem honorem in feudo, vel ſit infra diſtrictum, ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio. l. fin. ubi ita Sum. Bar. ff. de calumnia. gloſ. fina. in l. ſi maritus, la pri. Codice de donatio. inter vir. & vxo. nec propter iuriſdictionem domini ſuper feudo, requiritur illius aſsenſus, etiam quòd alienauerit infra medietatem.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium. Et ratio fuit illa de qua Bald. & Afflict. hic, qua ſtante; Non obſtat primum, nam annui redditus connumerantur inter immobilia. glo. in clem. exiui de paradiſo. in ver. cumque. de ver. ſig. & in extrauag. Io. 3. in ver. mobiliũ. de ver. ſig. not. in l. Iubemus, la 2. C. de ſacroſan. eccle. & ſucceſſiuè in ipſis tanquam immobilibus, poteſt conſiſtere feudum: & ſufficit quòd habeat ſubiectum permanens, ut per Bald. vbi ſupra, de contro. inter vaſal. & epiſco. Et licet redditus varietur, id quod deficit in uno anno, ſuppletur ex alio. l. ſi fundus. §. fin. ſolu. matri. Non obſtat ſecundum: nam licet legum Romanorum non ſit vilis autoritas, non adeo tamẽ vim ſuam extendunt, vt uſum vincant aut rõnem. ca. 1. de ſeu. cog. & ſic iſtæ conſuetudines feudales iuri communi Romano præferuntur: & ſtatur iuris regulis in feudalibus, niſi inueniatur ſpecialiter cõſtitutum. Bald. in conſi. 37. poſt nume. 5. 1. volum. Non obſtat vltimum: nam licet feudum poſſit eſ-
6 ſe ſeparatum a iuriſdictione, † tamen in agris eſt ſicut ſeruitus in gleba, ſigillum in cera. Idem Bald. in conſ. 322. poſt num. 2. 4. volum. anima in re animata. Afflict. in §. ad hæc. num. 8. de pace iura. firm. & ineſt iuriſdictio in caſtro actiue & paſſiue. Bald. infra de conſu. recti feu. poſt num. 4. actiue, ſi eſt aſſignatum territorium: aliàs paſſiue tantum. Iacobi. in ver. de caſtro Rubei. poſt nume. 5. Cap. in ſua inueſt. in ver. feudorum clauſulæ. ibi, caſtris. cir. pri. & eſt in territorio tanquam in re inanimata, & ſicut nebula ſuper paludem. Bald. de allodijs. in pri. num. 4. & 7. in fin. Cap. in ver. feudorum genera. ibi, feudum iuriſdictionale. & poteſt diuidi ſicut & territorium per regiones. Alexan. in conſi. 7. poſt num. 10. 5. vol. Et licet iuriſdictio nõ ſit de eſſentia feudi, quia poteſt eſſe feudum ſine iuriſdi-

iuriſdictione. Cam. in §. præterea ducatus. car. 101. col. 4. in pri. Cap. vbi ſupra, in ver. feudorum acceſſoria. col. 3. poſt pri. intellige tamen de iuriſdictione ciuili. Idem Cap. in §. callidis, in 8. conc lu. poſt med. de prohi. feu. aliena. per Fre. Afflict. in conſt. Capitaneorum. poſt nume. 15. Merum autem & mixtum Imperium, nõ venit niſi ſpãliter dicatur, vt in conſti. ea quæ ad ſpeciale decus, ſicut non venirent vaſalli, niſi fuerit dictum expreſſe. Multa Cap. in d. ver. feudorum acceſſoria. colum. 6. circa med. licet poſt aliqua teneuerit Afflict. contrariũ, propter latam ſignificationem caſtri. in c. in generali. nu. 15. ſi de feu. fuerit cõtro. inter domi. & ag. Meritò ergò nõ licebit võdere cẽ ſine illius cõſ. ad cuius cõmodũ eſt res illa q̃ petitur vendi. Alex. in conſi. 32. num. 5. in fi. 7. volum. Et ſic firma remanet concluſio, quòd feudum quod eſt in curte vel infra diſtrictum domini, non poteſt in totum uel pro parte alienari ſine conſenſu domini. Intellige habere locum non ſolum in feudalibus; ſed etiam in emphiteoſi, quam ſi vellet emphiteota vendere non poſſet irrequiſito domino: & ſi vellet dominus præfereretur cæteris, l. 2. C. de iure emphi. Idem in officio. Bal. in conſi. 233. nume. 1. 3. vol. quia officium eſt ſicut ſolda: a. Afflic. quis dicatur dux. poſt nu. 26. idem & in re communi poſt motam controuerſiam iudicio familiæ erciſcundæ. l. pri. C. commu. diui. glo. fin. in d. l. dudum, vltima. Idem erit ratione vicinitatis: vel quia fuit maiorũ ſuorum, vt in conſt. ſancimus. de iure prothomiſ. quia iſta habere noſtra intereſt. l. ſi in emptionẽ: iuncta glo. fin. ff. de minori. & acquirere etiam ſupra iuſtam æſtimationem. l. ſi cui fundus. de leg. 2. l. libertus qui. de bonis liber. l. prima, cir. medi. ff. ſi quid in frau. patro. l. lex quæ tutores. de adminiſtra. tuto. Limita tamen, procedere quando lex ſpecialis, conſtitutio loci, vel ſtatutum municipale hoc prohibet. addi. ad gloſ. fin. d. l. dudum. Item procedit, quando vult alteri vendere. Secus ſi domino: quia tunc aſſenſus non requiritur, ſicut ſi pignoraret. Bald. in d. c. Imperialem. num. pri. cir. fin. facit. l. Titius. Quibus modis pig. vel hipo. ſolui. Vltimo habet locum in aſſenſu expreſſo, ſecus in tacito & præſumpto per præſentiam ſine contradictione. Iſe. in c. Imperial. §. hac edictali, poſt pri. & ibi, in regno, nume. 4. & cir. fi. de prohi. feu. alie. per Lotha.

Nota, quòd feudum aliud eſt in curte, & aliud extra curtem. Præp. ſup. in prælu. poſt num. 55. & habet vaſa. in curte & extra curtim. In curte, quãdo dominus habet dominium & poſſeſſionem totius villæ, & coloni recondunt fructus in domum 1
dominicalem exiſtentem in dicta villa extra curtem, ſi dominus infeudauit vnam vel duas poſſeſſiones quas alibi habebat, tunc ille dicitur vaſallus extra curtim. Idem Præpo. de Capi. qui curia. vend. in pri.

Nota etiam, quod curia proprie intelligitur de ſeculari, c. ſi quis, 11. quæſt. 1. generaliter aũt omnium iudicum. l. ſi quando. C. de appel. interdum curia capitur pro fiſco. Lucas in l. decurio. cir. fin. C. de decurioni. in iſta materia vocatur domus dominorum habentium multos vaſal. Et dicitur a cura & cognitione, quam debent habere cir. regimẽ ſubditorum. Afflict. in c. 1. poſt num. 10. ſi de inueſti. inter domi. & vaſa. lis oria: & de hac textus iſte. §. ſi quis de manſo. ſup. de contro. inueſti. & de Capi. qui curi. vendi. vbi late. Vltimò nota ex inc. l. Iſ. quod prodeſt de eo, quod conceditur aliquid retinere: quia ſi nihil, vaſal. alienaret medietatem: licet hodie nihil. Et delegatus ſi ſub delegat aliquo retento, appellatur ad eum. c. ſuper quæſtionum. §. porro, & §. ſi vero, vbi etiam glo. mag. cir. med. de of. delega. c. vt debitus, in ver. abſque. cir. fi. de ap. & ſi euincitur res in qua aliquid retinui, puta quia dedi in dotem, emphiteoſim, vel feudũ, ſtatim perimitur ius reſeruatum, & ſtipulatio de euictione committitur. l. ſi pro re. in addi. ad gloſ. ff. de euiction. & alia de quibus in dicto §. ſi quis de manſo.

Epiſcopum, vel Abbatem, &c. Tit. VI.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus unde dicitur: & quod habet iuriſdictionem.*
2 *Vel, dictio capitur pluribus modis.*
3 *Abbas quis: & quod ſit nomen potius officij, quã dignitatis.*
4 *Abbatiſſa quomodo & qualis eligitur & cuius ætatis.*
5 *Dominus dicitur, fructuarius.*
6 *Plebis appellatio accipitur pro populo.*

AD RVBRICAM.

ISTE titulus videtur idem cum textu, in pri. in pri. cub. de his qui feudũ dare poſſunt. & tunc negatiua in fi. huius rub. poſita reſolueretur in affirmatiuam. glo. pri. in l. eiuam. ff. de inoffi. teſta. uel ut euitetur ſuperfluitas, quæ reprobatur in multis. Lucas in l. 1. cir. med. C. de mancip. & colo. patrimo. ſtabit proprie, excipiendo a regula aliquos caſus, in quibus Epiſcopus, Abbas & alij poſſent dare feudum, vt in nigro. Capitur autem Epiſcopus pluribus modis. Io. An. in c. fin. num. 1. de ſenten. & re iudi. in 6. dicitur Epiſcopus Grece, latine ſpeculator interpretatur. Scopin enim Grece, Latine intendere dicitur: vnde effectus Epiſcopus ſuper intendit curam gerens ſubditorum. c. cleros, poſt pri. 21. diſtin. Vel dicitur ab epi, quod eſt ſupra, & ſcopin, quod eſt intendere. inde epiſcopus, id eſt ſuperintendens. Archiepiſcopus, ab archos, quod eſt princeps; quia ſupra epiſcopos. Aluar. ſup. ti. 1. de his qui feu. dare poſſ. in pri. num. 3. & 4. Azo in ſum. C. de epiſ. & cleri. in pri. vbi ẽt quomodo ordinet. & Aut. quomo. oporte. epi. in prin. dr ſucceſſor Apoſtolorũ. c. eccl. in fi. 35. diſt. c. quorũ uices. 65. diſt. c. legimus. & ſeq. 93. diſt. Vocatur ſũmus. gl. 1. in c. de his. de conſec. diſt. 5. Princeps. ca. 1. in ver. ad principẽ. de reg. ſecũdũ vulgare Anglorũ, perſona. glo. fi. cir. fi. in c. delictum. de reg. iu. in 6. Io. An. in c. 1. nu. 5. de cẽſu. in 6. eſt præordinator in cunctis, & in maiorib. ad eum recurrit. Et diœceſis eſt eius parrochia. Zab. in cle. vni. nu. 14. in fi. de teſt. Multi hñt territorium & iuriſdict. temporalem. Boe. in Deciſ. 264. n. 4. poſſunt capere & punire in quolibet loco ſuæ diœceſis. c. cum epiſco. & ibi no. de of. Ordi. in 6. Habent aliqui ciuitatem & iuriſdictionem temporalem, pro qua tenentur

coram Imperatore vel Rege comparere, licet non
poſſent perſonaliter reſtringi. Bal. de pace Conſt.
in uer. hoc quod nos. nu. 6. Cap. in ver. feudales ap
pellationes. ibi, epiſcopus, ſecus in Francia, vbi Epi
ſcopi non habent territorium, ſed eſt Principis ſe-
cularis. no. in ca. 1. §. contrahentes, de foro compe.
in 6. nec iuriſdictionem temporalem. ca. Romana.
§. debet. iuncta glo. prima, in fi. de appella. in 6. Pa
riſijs verò gerit vicem Comitis, & ibi banna eius
& Regis nomine emanant, glo. in cap. quod cleri-
cis, de foro compe. Congnoſcunt de clericis ciuili
ter, ſiue criminaliter. Iſer. Quę ſint rega. in ver. con
trahentium inceſtas nuptias, ante & poſt numerū
35. Habent iuriſdictionem contra facientes con-
uenticulas, & illos poſſunt excommunicare. Affli.
in §. conuenticulas. in 7. 8. & 9. no. num. 14. de pa-
ce iura. fir ma. & ſicut vigilat & laborat, qui custo-
dit oues, multo magis Epiſcopus, qui cuſtodit ho-
mines & ciues Dei. Lucas in rub. in fi. C. de litorū
& itinerum cuſtod. Poteſt de conſuetudine regni
ſine conſenſu patroni infeudare. §. pri. in uer. licen
tiam. Aut. de alienat. & emphi. cum modificatio-
ne, de qua in nigro, & quod eſt dictum in Epiſco-
pi. Vel dicit ſaltem. l. ſi legato. in ver. vel. ff. de ma-
2 num. t. ita, ſtat quandoque correctiue uel diſiun-
ctiue. l. ſancimus. in uer. articulis. in fi. C. de ſacroſa.
eccle. & quandoque ſapit naturam coniunctiuę.
Bal. in conſ. 383. poſt num. 3. 5. volum. & ex poni-
tur, &, glo. in d. l. ſancimus. & hic, quia ſtat inter di-
uerſa. Affli. de eo qui ſibi & hæredi. ſuis. in pri. in
pri. not. & ſic inter Epiſcopum & Abbatem.) Dici
tur autem Abbas in vulgari, monachus uel rector
3 eccleſiæ maxime parochialis, † ſecundum Iſe. hic:
an ſic vocatur ante benedictionē. Abb. in ca. inter.
num. 25. de ſenten. & re iudicat. eſt nomen officij
potius quàm dignitatis, gloſ. in c. accedens, in ver.
Abbatem. 50. diſt. c. nam. & ibi gloſ. pen. de ætatē
& qualit. Archi. in ca. fraternitatem. circa medi. 71.
diſt. Zabarel. in clemen. prima, num. 3. de reſcript.
vel honoris, oneris, & laboris. gloſ. fin. circa fine
in cap. pen. de corpo. vitiat. no. in c. 2. de iudicijs. ſo
licitudinis, ordinis, vel honoris. Inno. in c. tua. in fi.
de ætate & qualit. Io. An. in c. 2. poſt num. 4. de prę
ben. in 6. Hæremita non poſſet eligi in Abbatem,
cum Abbas monachus eſſe debeat profeſſus, & in
regula inſtructus. Arch. in c. qui uere, colum. 2. cir.
me. 16. quæſt. 1. ut dicatur prælatus, oportet quòd
perpetuam habeat dignitatem. Zaba. in clem. vnic.
in pri. poſt nu. 5. de ſupple. negli. præla. vnde Prior
conuentualis eſt in dignitate. Idem Zaba. in clem.
2. in pri. de reſcriptis. in clem. vni. §. fi. in pri. de ſup
plen. negli. præla. Omnes enim in electione illius
debent intereſſe & conſentire. glo. 1. in c. 2. 66. di-
ſtin. poteſt habere iuriſdictionem. not. in c. P. & G.
de offi. delegat. & ſpecialem in prioratibus ſibi ſu-
biectis. not. in clem. pri. de rebus eccle. non aliena.
& ſi eſſet eccleſia in qua Epiſcopus nullum exer-
cet ius epiſcopale, eſſet vtroque iure ſubiecta Ab-
bati, no. in c. quoniam. de priuilegijs. dicitur tūc ha
bere iuriſdictionem excommunicandi. not. in cap.
cum in eccleſijs. de maiorita. & obedi. & poſſe alia
multa. glo. 1. in ca. cum ab eccleſiarum. de offic. or
di. Inde vocatur pater Abbas. c. fin. de regulari. gl.
2. in clem. 1. de reſcri. & ſi adeſt conſuetudo loci,
poteſt dare modicum, & infeudare ſicut Epiſco-
pus, ſine conſenſu Capituli. glo. in cap. Abbatibus.
4 12. quæſt. 2. Vel Abbatiſſam) iſtā fit per electio-
nem. cap. indemnitatibus. §. ſanc. de electio. in 6. &
non eligitur niſi uirgo ſexagenaria. c. iuuenculas.
20. quæſt. 1. benedicitur, ſed non recipit ordines.
glo. in cap. 2. in ver. ordinata, de teſtamen. non po-
teſt altari offerre incenſum. glo. 2. in cap. primo, de
uita & honeſta. cleri. nec miniſtrare præsbitero, vel
ſedere in choro. not. in cap. primo, de cohabi. cler.
& mulie. habet tamen dignitatem. d. c. indemnitati
bus. §. verum. æquiperatur Abbati quò ad admini
ſtrationem temporalem. Bald. ſupra, de his qui feu.
dare poſſu. in pri. poſt num. 16. & poteſt infeudare,
tit. de his qui feu. dare poſſu. in pri. Vel dominum
5 plebis.) Dominus dicitur etiam fructuarius. leg. in
uenditione. ff. de bonis auto. iudi. poſſi. & qui ha-
bet partem. l. cætera. §. item quęri. in ver. vtriuſque.
de leg. 1. ſicut qui habet proprietatem. l. prima, cir.
prin. ad Sillania. & ſic tam qui habet partē, quàm
vtile dominium poteſt ſubinfeudare. Iſe. in §. præ-
terea. in 2. addi. poſt nume. 12. de capit. Corra. idē
& dominus plebis. Plebs autem capitur pro popu
6 lo. glo. 2. in c. 3. de uita & honeſtat. clerico. vel vo-
catur Parochus; inde Parochianus qui maxime in
Tuſcia vocatur plebanus. Iſe. hic. iſti, (vt ſupra) li-
cet poſſint dare feudum: hic tamē ponuntur caſus
quando non poſſunt. Vel olim poterant, hodie
non, vt dicemus infra in textu.

SUMMARIUM.

1 *Item, non diuidit, ſed repetit, & continuat ad ſu-
periora.*
2 *Plebanus, vel dominus plebis, & plebanea.*
3 *Titulus qui & quot modis capitur.*
4 *Synodus quæ, & unde dicitur.*
5 *Synodus præſidente Urbano. 2. vbi, & quādo fuit
celebrata: & quis de ea meminit.*
6 *Iſte textus loquitur in feudo nouo: ſecus in an-
tiquo.*
7 *Præpoſitus quis dicitur.*
8 *Solita quæ dicuntur, & quæ requirantur ad hoc,
ut ſol ita infeudari, ſi reuertuntur ad eccleſiā, per
dent iſtam qualitatem.*
9 *Epiſcopus & ſimilis, non poſſunt infeudare res ec
cleſiæ, quæ dicuntur tituli.*
10 *Eccleſiæ quæ dicuntur de menſa.*
11 *Eccleſia regularium neceſſitate oppreſſa, ex diſpen
ſatione Epiſcopi, poteſt ad tēpus laico committi.*

AD TEXTUM.

1 ITem) non diuidit, ſed repetit, & con-
tinuat ad ſuperiora. l. ſi ſic. & l. in repe
tendis. de leg. 3. Iſe. ſupra in rub. & Al
uar. vnde eſt pars tit. pręceden. ut ſup.
in rub. Fuit tamen diuiſa, vt melius intelligatur. le
ge prima, & ibi gloſ. prima, de dol. mali & metus
excep. diuiſione iuris leges adiuuantur. §. quibus.
pri. conſti. C. & diuiſiones multum declarant tex-
tum. Abb. in cap. quia diuerſitatem. circa pri. de
conce. præbe. Ideo, Si Epiſcopus) qui eſt illuſtris.
Fre. de ſubſe. lib. 3. ibi, differentiæ inter feuda rega
lia. ver. 53. in pri. & cuſtos canonum. Arch. in ca p.
cum ſimus. in pri. 9. quæſt. 3. & Pariſijs habet tem
poralem iuriſdictionē, uel in parte ciuitatis, & eius
nomine & Regis emanāt banna. Ab. in c. quod cle-
ricis. poſt n. 6. & cir. fi. de fo. cōp. Vel Ab.) q eſt ca-
put

pu: Collegij.Innoc.in c.ea noſcitur.in pri.de his q̃
ſiunt a pręla.ſine conſe.Cap.non dicitur habere ex
cellentem dignitatem. Abb.in c. per tuas.nūme.7.
de ſimonia. habet tamen iuriſdictionem proroga-
bilem,etiam per clericos ſæculares.Idem in c.ſigni
ficaſti.pri.not.de ſoro competen. Abbatiſſa) quæ
habet dignitatem.c.indemnitatibus.§.verum. de e-
lectio.in 6. Vel dominus plebis) Alibi plebanus di-
citur.Pau.de Caſt.in conſi. 66.poſt num.4. primo
volum.Præpoſitus,Aluar.hic poſt nume. 1. & 2.in
fin.& ſupra,de his qui feu.dare poſſ.in pri. poſt nu
me.4. inde plebania,ideſt eccleſia quæ habet ſub
ſe diuerſas capellas,Arch.in ca.plures, in prin.16.
quæſt.pri. Feudum dederit de rebus eccleſiarum
quæ eis ſubiectæ ſunt) Nam quædam ſunt de men
ſa Epiſcopi. c.ut ſuper.vbi Inno.& c.poſſeſſiones,
de rebus eccle.non alien.glo.in clem. pri.in ver.ha
berent,de reſcriptis,& Iſer.hic, cir.med.Quædam
de menſa Abbatis:alia pertinent ad menſam con-
uentus.c.edoceri,vbi not.de reſcriptis. Et tituli vo-
cantur.) Et ſunt de titulo, ideſt dominio eccleſiæ,
Prępo.hic cir.pri.& Aluaro.nume.1.poſt medi. fa
cit quod dicit Zabarel.in clemen.fin. §.ſimiliter.in
pri.de ſent.excom. Nullum habet uigorem,) ideſt
firmitatis robur, Secundum hoc quod conſtitutū
4 eſt a Papa Vrbano,) † Secundo, cum Epiſcopis,&
Abbatibus Galliæ, Lombardiæ & Tuſciæ,in anno
1095.tertiæ indictionis,Placentiæ.Archi.in ca.ſta-
tuimus,pri.quęſt.pri.In ſancta ſynodo,)cap.pri.de
ſponſali.vel in ſancto conuentu.c.1.de teſtibus.ſy-
nodus Concilium generale,dicitur. Bald. in c.ego
enim epiſcopus,poſt num.11. vbi Abb.poſt nu. 5.
de iureiura.& dicitur a ſin, quod eſt , con & oda,
5 † quod eſt via : quia ibi plures per diuerſas vias ſi-
mul conueniunt . Archid.in c.canones. cir.pri.15.
diſt.Zaba.in proæ.clemen. ibi ver.num.2. fit enim
per uocationem Epiſcoporum . Et eſt Concilium
Papę.Abb.in c.pri.in pri.not.de offic. ord. & dici-
tur generale.in c.fin.2.not.de pręſcript. & in ca.2.
de cleri.nō reſiden. & illius editio an fiat ſub nomi
ne Papæ in c.3.de rebus eccle.non alie. c.1.1.nu.5.
de ſponſali.Et licet hanc ſynodum dicat Iſer.non rē
periri in decretalibus neque in decretis.Præpo.hic
circa prin.dicit de ea facere mentionem Archid.in
c.2.de decimis.Hoc eſt illud, quod poſt eius decre
tum,fuerit datum:quod autem ante datum fuerit,
firmiter permanere debet)Et ſic prohibitio Vrba-
6 ni de qua hic,fuit de feudo nouo,ideſt rei nō con-
ſuetæ in feudum dari.Vnde ſi poſt tempora Vrba-
ni fuit facta infeudatio rei aliàs conceſſę infeudū ,
hodie reuerſę ad eccleſiam,illa prohibitio non im-
pedit.Prępo.ſupra,de his qui feu. dare poſſunt. in
pri. nume.13.in fin.& 28.& ſic pręlati olim pote-
rant infeudare,hodie verò quia poſt decretum Vr
bani non: ſed valet quod datum eſt ante,vt hic, &
ſic qui ante habuit licite tenet,ſicut in decimis quę
quis habuit ante Conciliū Lateranenſe, ut.inf.de
feud.Marchiæ.& tit.de clerico qui inueſti.fecit,lo
quitur de iure antiquo,vel de feudo quod erat ap-
pertum.Rurſus in veteri fit diſtinctio , an appertū
ſit,& poſt:immo tenetur ipſe & ſucceſſor. ſi non
eſt appertum, aut inueſtiuit pure , & non : ſi ſub
conditione uel tempore ſic. Odoffred.in Sum.de
inueſti.feu.num.7.vſque ibi,ſed quęro. idem iuris
eſt,vt quod de vno dicitur,de alio neceſſe eſt quod
intelligatur.cap.tranſlato.de conſt.c.3.de iudiciis,
7 † Si prępoſitus,)lege ſecūda,ſi actor Regis res Re
gias per frau.aliena.in Longo.alibi eſt nomen offi-
cij ſęcularis.Abb.in cap.verum,num.12.cir.medi.
de foro competen.Abbatiſſa,vel alia perſona eccle
ſiaſtica,) Aliàs perſona priuata intelligitur quæli-
bet ad differentiam eccleſię vel collegij. Arch.in c.
placuit,lo vlti.colum.pe.poſt pri.16. quęſtione 3.
8 Quæ antiquitus † non ſit ſolita in feudum dare.)
Vnde intelligitur de ſolita, & debita:vel de ſolita,
& pręſcripta.in ſimi.Zabar.in clemen.prima,num.
5.poſt med,de cenſibus.Inde ſolet, per conſuetu-
dinem,lege ſi quis alium.in ver.ſolet,qualiter quis
ſe defendere debet. in Longobar. & conſuetudo
non inducitur vnico actu,ſecus in ſolito, in conſil.
feu.diuer.pri.num.120.Scilicet.)limitatiue.Caſſa.
in conſu.burg.in prohę.ibi,aſcauior.Vt)pro ideſt.
Ioan.An.in c.accuſatus.in pri.de hæreti.in 6.& po
nitur cautatiue.Idem Ioan.An.in c.2.in pri.de con
ſtit.eod.lib.6.Quod dederū) de nouo poſt decre-
tum Vrbani.De iure non ualeat.) Et ſic de neceſſi-
tate,quæ importat illa dictio,de.Io.An.in c.ut cō-
miſſi,num.8.de hęreticis.in 6.

Declarato textu redebeatur dubia illius conſul
tatio ex infraſcriptis.Et primò,molendina & huiuſ
modi ſunt demanialia , & de menſa Comitum &
Baronum. Lucas in l.vni.cir.fin.C.de impone. lu-
cratiua deſcri.iſta poſſunt dari in feudum. Cap. in
ver.feudorum clauſulę.ibi,molendinis,in fi.ita E-
piſcopus & ſimiles qui in datione feudi ęquiperan
tur.d.c.pri.ſupra,de his qui ſeu. dare poſſ. poterūt
dare in feudum demanialia,quę ſunt eiuſdem ge-
neris,& eodem iure cenſeri debent. glo.fin.in cap.
illud.95.diſtin.Secundò, iſta bona eccleſię quę ti-
tuli vocantur,poterant olim dari in ſeudum,vt hic
in textu:ergo & nūc,quia ſi antiquitus res eccleſię
erant tenues,& circa eas magna adbibebatur dili-
gentia,multò magis hodie,quòd ſunt auctę:& nō
requiritur tanta ſolemnitas Iſer.in d.tit.de his qui
feu.dare poſſu.in pri.num.4.cir.medi. & Qui ſuc-
ceſſo.tene.num.12.cir.fin.Tertiò,in ſeudis non at-
tenditur ęquitas canonica,ſed conſuetudo ipſa ſeu
dalis rigoroſa.Cam.in c.Imperialem. car.23.co.2.
cir.med.& 3.Modò, ſi iſta non poſſunt dari in feu
dum,quia probibuit Vrbanus Papa in ſancta Sy-
nodo,non debet attendi;quia hęc iura feudorum
habent locum etiam in feudis eccleſię . Deci. in
conſi.131.num.3.

His non obſtantibus,ſeruatur contrarium virtu
te decreti Vrbani.2.Et ratio eſt: quia pręadia eccle-
ſiarum de mēſa,quę retinent pręlati in dominium
ſeu demanium,non perſonę ſed officio ſeu miniſte
rio ſunt conceſſa.Lucas in l.quicumque, colum. 1.
cir. medi. de omni agro de ſer.ideo etiam alienata
vel conceſſa reuocantur,ut in conſti.dignum.de iu
re ſuo curię obſerua.

Qua ſtante,non obſtat primum, nam diſpoſitū
in vno ęquiperatorū, ita demū procedit ī alio: ſi in
caſu contingenti non inuenitur diuerſa ratio.Lud.
de Moli.de Hiſpano.primog. lib.1.c.3.nu.19. ſed
Comites & Barones poſſunt dare in feudum,dum
modo ſincere & bona fide.Iſe.in d.c.1.poſt num.2.
de his qui feu.dare poſſunt. quia habent vtile do-
miniū.idē Iſe.in §.pręterea.nu.9.de cap.Cor.Epiſ.
verò nō hēt niſi vſumfr.gl.1.in c.3.de probat.ideo
cum ſit diuerſa rō,diuerſa eſt iuris diſpoſitio.l.Pa-
pinian.exuli. de mino.licet videtur,ꝙ hodie ſit ea-
dem rō, quia Barones nō poſſunt cōcedere niſi ex
cadētias.Iſe.in c.Imper.in ver. vel & ſub,& in ver.

facit, In pri. de prohi.feu.aliena.per Loth. Non obſtat ſecundum: nam tanta ſolemnitas, licet per vſum contrarium abierit.c.1.in ver.tractatus, circa med.de rebus eccle.non aliena, in 6.non tamẽ permittitur alienatio, niſi cum ſolemnitate. c.ſine exceptione, 12.quæſt.2. ſublatis requiſitis Aut. hoc jus porrectum, C.de ſacroſan.eccle, Lucas in l.vni.co.4.ibi, ſecundo, de conducto.& proc. Vltimum non obſtat: nam in feudis eccleſię attendũtur iura feudalia, quatenus canones expreſſe non contradicunt. Alc.in cõſ.10.poſt num.4.& 5.5.vol.hic cõtradicit diſpoſitio Vrbani approbata ab vſib. feudalibus, quę põt dici feudalis autoritate extentionis.l.ſi vt certo.§.ſi duobus.in glo.mag. in fi.ff.commeda, l.1.in ver.ait, poſt med.de acqui.poſſeſ.& ſic remanet firma conclusio, quòd Epiſcopus & ſimiles non poſſunt infeudare res eccleſiarum, quæ tituli vocantur. Extende, quòd non ſolum non poſſunt infeudare, verum etiam nec alienare, nec de eis tranſigere vel paciſci Romano Pontifice inconſulto, Addit.ad Bar.in l.ſi vacãtia.num.9. cir.medi.C.de bonis vacan. Item nec poſſent in emphiteoſim perpetuam concedere, vel facere alium cõtractum per quem transfertur vtile dominium. c.nulli.& ibi Abb.in vlt.no.de rebus eccl.nõ alien.ẽt ea de quib. dubitatur ſi ſunt de menſa.c.ut ſuper, ubi Abb.in pri.d.ti.de rebus eccle.non alic. Et nõ ſolũ non poſſunt iſta demanialia, verum ẽt & alia præueniẽdo ante tempus infeudare, in præiudicium ſucceſſoris.Bal.in conſi.431.nu.7.2. vo.Idẽ ſi fuit facta inhibitio: nam non poſſit Prelatus cõtra quẽ fit inquiſitio alienare, niſi ſint res quæ ſeruãdo ſeruari non poſſunt. Arch.in c.ſi.cir.fi.3.quæſt.2.

Limita tamen, non procedere in modicis & terrulis, nam ẽt quod iuret prelatus non infeudare inconſulto Papa, non haberet locum in iſtis. Cap.in ver.feudum dent, in 20.concl.Iaſ.de his qui feu.dare poſſunt.num.17.cir.fi.& 21.ẽt cir.fi. Et propter conſuetudinem eccleſiæ aliquid eſt licitum, quod alias de iure communi non liceret, Archi.in c.pen.cir.pri.50.diſt.& valet arg.ex eo quod quis facere cõſueuit. Idem Arch.in c.iudices.cir.med.1.quęſt.pri. Item non poſſit infeudare de nouo, ſolita autẽ poſſit. Iacobi.in ver. in feudũ.nu.11. vſque ad 13. Limita etiam procedere in non ſolito, niſi eſſet in manibus potentis, & non poſſet recuperare: quia tunc poſſit concedi, dummodo non in fraudem, Iacobi.in ver.in feudum.num.12.& 37.cir.fi. Limita etiam non procedere in caſu neceſſitatis: quia tũc poſſit etiam quòd iurauerit nõ alienare Romano Pontifice inconſulto. Afflict.in c.licet.num.7.poſt med.ſi de feu.fuerit contro.inter domi.& agna. Alex.in ſimil.in conſ.124.6.vol.& poſſet in remunerationem ſeruitiorum ſibi uel eccleſiæ impenſorũ.c.per tuas, vbi Abb.2.no.de donationibus. Poſſeſſiones autem vel reditus temporales ad menſam ſpectantes, poſſit prælatus clericis vel laicis bene merentibus concedere ad vitam, vel ad certũ tempus. Idem in fructib. decimarum: ſecus in decimis ipſis per eccleſiam poſſeſſis. Zab.in clem.1. in pri.num.16.& 17.de rebus eccle.non aliena.& poſſet concedere cõſanguineis, ſicut extraneis: dum modò ſine pręiudicio eccleſię, & rem ſolitam infeudari, ſeu dari in emphiteoſim. Ita & beneficiũ conferre: aliàs non, quia propter carnis vinculum, præſumeretur contra perſonam. Idem Zaba. in clem.vni.in ver.Abbates, in pri.& num.1.cir.fin.de exceſſib. præla. & ſic poſſet ſuos inueſtire de feudo antiquo, Bal.in l.1.num.20.de rerum diuiſio.

Nota quòd bona dicuntur de menſa quinque modis; & quomodo fit incorporatio. Præpo. hic num.2.& incorporatum eccleſię non præſumitur eo ipſo quòd reperitur in poſſeſſione. Aluar.in ca.pri.co.3.cir.fi.& ratione breuis poſſeſſionis, qualitas rei non intelligitur mutata. Prępoſ.ibi cir.med.de clerico qui inueſti.fecit. iſta inquam, incorporata non poteſt Epiſcopus alienare Papa inconſulto, Cap.in ſua inueſti.in ver. feudum dant. vel ſine conſenſu Capituli & Archiepiſcopi, glo.in ca.pri.in ver.defenſore, cir.fin.de rebus eccle.non aliena.in 6. Efficiuntur autem de menſa, ſi Prælatus rem eccleſiæ ad ſe deuolutam, quæ tenebatur in feudũ vel in emphiteoſim, incorporauit patrimonio ſeu menſæ eccleſiæ, deſcribendo eam inter alias poſſeſſiones, quę ſunt de menſa eccleſiæ, vel declarauit velle eam retinere pro menſa eccleſiæ: tunc nõ poſſit illam iterum concedere vel locare. Lucas in l.fin.colum.4.poſt med.C.de bonis vacan. Afflict.in §.præterea ducatus.ante & poſt nu.25. de prohi.feu.aliena.per Fred. & hoc ſi ita retinuit per annum. Barba.in conſi.135.num.7.inter conſi. Alc.4.volum. Vel non dicitur de menſa poſt primam conceſſionem, quia in alium eſt tranſlatum vtile dominium. Alex.in conſi.189.num.17. 2.volum. ſed ſi eſt ſolita infeudari. Idem Alex.in conſi.79.in 2.dubio, ante num.3.1.volum. & ut dicatur ſolita concedi, requiritur ſpatium 40. annorum, inter quos ſaltem quòd bis fuerit conceſſa. Alc.in conſi.5.num.11.5.volum.& in conſ.9.num.1.3.vol. Iacobi.in ſua inueſt.in ver.in feudum.nu.37.vel 30.anni.ſ.requiruntur cum pluritate actuum. Afflict.in pri.rub.de his qui feu.dare poſſu. in pri. rub.de his qui feu.dare poſſu.in pri.poſt num.15.17.18.& 28.quia per lõgam poſſeſſionem res eſt effecta menſalis, & deſinit eſſe ſolita infeudari. Idem Affl.de clerico qui inueſti.fecit, in 4.no.poſt num.5.& ex tribus locationibus ante, præſumitur in infinitum. Bal.in conſi.462.cir.fi. 1.volum. & tunc iſta ſolita concedi, poſſunt etiam infeudari per Capitulum, Alc.in conſ.92.nu.7.6.vol. ſed ſub conditionibus ſolitis; nam ſi ſolitum eſt pro ſe & maſculis, non poteſt dari pro ſe, maſculis & fęminis, Bald.in §.ſimiliter.num.3.de lege Corra.& ſi ſub alijs pactis daretur, non vitiatur, niſi quoad inſolita. Cap.in ſua inueſt.in uer.feudum dant.in 17.concl. Quę autem eccleſię dicantur de menſa; & ſi eſt curata, an poſſit eſſe de menſa Abbatis, & quare non uacat per obitum ibi miniſtrantium, Zaba.in clem.vni.in ver.pręſentatos.in 6.no.nu.3.4.& 5.de exceſſi.præla.

Nota quòd titulus proprie eſt iudicium ſignorum, dictus a Titane, ideſt ſole; quia ſicut ſol mundum vel quicumque obſcura illuminat, ſic titulus librum, Lucas in leg.ſecunda, C.de his quæ ex publi.collat.& in lege 3.colum.ſecunda, in fin.C.de bonis uacan. & in iure capitur pro omni cauſa acquirendi dominium; pro eccleſia, quælibet dignitas uel ordo eccleſiaſticus dicitur titulus. gloſ.in capitu.dudum, Io ſecundo, in uer. in titulatam, de electio.gloſ.prima in capitu.fina, de offic. Archipræsbyt. Archid.in capitu.ſi quis.in pri. 50.diſtin.in cap.clericus, poſt medi.21. quæſtione prima. Zabar.in clemen.prima, nume. primo de cenſibus, Quandoque ſumitur titulus pro cauſa, lege

ſi quis

ſi quis, In glo.pri. C. depoſiti. Inde titulus iudicij, ideſt, cauſa iudicij: puta emptionis, vel alterius cōtractus.gl.pri.in l.non eſt,C.fam.erciſcun.hos dicimus titulos legi cognitos.l. iubemus, C.de natura. lib. capitur quandoque pro priuilegio.gl. rub.Authen.de eccleſiaſt.tit. quandoque pro neceſſitate,l. pri.C.de quib.mune. vel præſt. nemini liceat ſi excuſa.aliquando pro plebe,c. 2.in ver, titulo, de capellis monacho, Capitur quādoq; pro vexillo ſeu ſigno.§.fi.& ibi gl,in ver, titulos,Auth. de manda. Prin.pro ſubſcriptione,vel cedula. Axo in Sum.C. de his qui potent. nom. alibi titulus ideſt pactū vel conditio.l.prim. in ver, titulo, de rebus in tertia.& qualiter emere debet, in Longobar. & eſt duplex, collatorius ſiue iuris acqſitorius:& hic eſt ꝓprie titulus, quidam declaratorius, & hic large dicitur titulus.gl.Pari.titu,pri.§.46,num.13. vltimò,titulus vocatur beneficinm eccleſiæ ſub quo quis ordinatur.Lucas multa in l.abſit,circ.medi.C,de priuileg. domus Auguſtæ, licet beneficium large ſumitur etiam pro eo, quod non eſt titulus beneficij.Zab, in clemen.fin.poſt numer.12.de procuratio,vel de menſa eccleſiæ vt hic.Nota,vnde dicat̄ Papa,& de Cardinalib,& eorum titulis q interueniant in electione,qui in conſecratione Pontificis, de illius poteſtate, & de Patriarchis, Archiepis & epiſcopis, Aluar,hic,num. 2. ante & poſt vſque in fi.Adde,ꝙ prælatorum nomine veniunt omnes cuiuſcumq; gradus Epiſcopi ſiue alij qui præſunt,Zaba. in clemen,vnic.in 5. nota,de conſangu,& affini.& quòd Papa in diſpoſitione ſeudorum eccleſiarum inferiorum, concurrit cum Epiſcopis & aliis prælatis, Concedit,& alienationib, illorum conſenſum præſtat,Hiero,Gabri,in conſ. pri,& quando aſſentitur non excedit poteſtatem concedentium:& videtur vti conſuetudinibus feudalibus quibus ligari voluit,num.75.76.& 80.Et conſideratur feudum eccleſiaſticum tripliciter, quoddam quod ab eccleſia ſuſcipitur, quoddam quod datur ab eccleſia, quoddam quod datur vel ſuſcipitur a clerico,vt hic Cap, in ſua inueſti.in ver.feudorum genera,ibi, eccleſiaſticum, Iaſ.in ſua repe,feu.in pri. nu,120.& Aluar, ſupra in proœ.numer. 24. Et aduerte, quod ſi non apparet quomodo ſit facta conceſſio, præſumitur potius in feudum, quam in libellum, quia pro eccleſia,melior eſt cōditio feudi quam libelli, & differt in multis,Pau, de Caſt. in conſi. 130. poſt nu, 3.vſque in fi.2.vol.

Vltimò nota,quòd ſynodus eſt concilium,quòd facit Epiſcopus, Zaba.in proœ.clem. ibi ver.poſt. nume.pri.prouinciale,vt Archid.in c. multis.poſt. pri.17.diſt.quod facit Archiepiſcopus, Zab.in clemen,prim, in pri.in 8.not. de priuileg.& generale, quod fit auctoritate Papę,de quo hic, & dixi ſupra intextualibus, & Alua. hic poſt num.2.Iſer.verò dicit, quòd prælati non poſſunt de nouo in feudare, prout eſt ſtatutum in ſanct,ſynodo.gl.in capit.2.in verſi. ad feudum. de locato & condu.Res eccleſiæ quæ ſunt tituli.cap.ſanctorum.70.diſt, vel de titulis eccleſiæ,quia quæ ſunt ſpecialis tituli, ſeu ſpeciali denominatione vocata, aut ſpeciali operi deputata, non poſſunt per prælatum dari in feudum, etiam quòd per prædeceſſores aliquibus fuerint in feudata: Lucas in l,omnis,C, de fund, patrimo.puta,fuerunt data ab Imperiali domo. idem Iſern.ſupra titu,pri.de his qui feud.dare poſſ. Solent enim plerumque Reges poſſeſſiones & reditus certos dare Eccleſiæ,loco decimarum.gl.pri. in d.c,vt ſuper qui vocabantur ſecūdum Iſer, hic Regales decimationes, datę pro decimis præteritis: hoc modo eccleſia per inueſtituram laicorum, poteſt recipere vaſſallagia & alia temporalia, Inn,in c.quod ſicut. numer. 3. cir. fin, de elect.& ſi infeudat,requiritur conſenſus Prælati.Cur. in tracta.feud.in 20.quæſtio, 2.par.pri. Iſta ex quo habent ſpeciale nomen (Ponit exemplum Iſer.per l,ſi idem, C. de codicillis,in quadriga & alijs.) alienari prohibentur, quia præ cæteris excellentius nomen hæreditauerunt, & prohibentur alienari; nam ſunt de dominio eccleſiæ C,nulli, 12.quæſt.2.Alij contra,nam panes ciuiles habent ſpāli nomen,l, bene a Zenone,C,de quadrien,præſcri.& tamen ſunt alienabiles.l.2.C. de petitio, bono, ſubla.Secundo adducitur auctoritas Hoſtien,in Sum. de feudis.§. quis poſſit conſtituere feudum. vbi tenet,ꝙ Epiſcopus poſſit cōcedere in feudum,non facta differentia eorum quę ſunt ſpecialis tituli, & quæ non. Cuius auctoritas eſt probabilis licet non neceſſaria. Bar.in l.pri. nu. 20.ff,ſi cer.pet,ſed tenendo primam, dic quod cauſa prohibitionis alienationis in rebus eccleſiaſticis eſt, quia quæ relinquuntur eccleſijs, videntur relicta ea intentione, vt perpetuo ſint ad vſum pauperum,& vt eccleſia ſemper abundet. Auth. vt determina.ſit nume,cleri.cir. fi, & propterea cauendum eſt ab alienatione. Bal.d.titu. de his qui feud. dare poſſ.nu.14. ſecus in panibus ciuilibus,& in ijs quę non erant ſua, vel conſueta dari in emphyteoſim. Pau.de Caſt.in conſi. 260.cir.prin.2. volum.Non obſtat dictum Hoſtiē.nam loquitur ſecundum ius canonicum, quod tantum attendit an fuerit conceſſum a prædeceſſore vel non,cap. 2.de feudis.vel dicit Iſer.Hoſt.diſtin. inter res Epiſcopo ſubiectas & non ſubiectas; eas quas tenet in dominio vel demanio, & quas non. Dominium aut demanium, an ſint idem vel diuerſa.Iſer.in §.nec dominus feudi.nume,50.& poſt, de probib.feu.aliena.per Frede.prædicta procedunt quando dat feudum nouū, ſecus in antiquo, quia tunc poſſet.gl. in capit. non ſatis.in verſi.rem,34.quæſtio. pri.& 2.& quæ non poſſet de nouo incohare, poſſet conceſſa reintegrare, & incępta perficere. capit.per tuas.de donatio. Quid de ſolitis infeudari, qui reperiūtur in dominio tempore ſui introitus. Aluaro.in cap.pri.col. 2. per tot.& ſeq.de cleri.qui inueſti.fecit. Et ſi concedit caſtrum, non intelligitur concedere decimas, ſed tantum temporalia, vel temporalibus annexa. Bal.in conſi.32.num.3.circ.fin.pri.volum.& quod dictum eſt in ſolitis concedi, intellige, niſi eccleſia diu tenuiſſet, & ſic ſpacio.30. annorum. Loffred.in conſi.36. num.9.nam ratione breuis poſſeſſionis, qualitas rei (vt ſupra dixi) non intelligitur mutata Aluaror, in d.cap.pri.colum. 3. circ. medi.de clerico, qui inueſt.fecit. Quod Mediolani non obtinet, nam ibi etiam quòd breui tempore fuerit feudum penes eccleſiam, ſucceſſor epiſcopus non poteſt in feudare. Bal.in d, titu. de clerico qui inueſti. fecit,num.pri. & 2.& ibi Affli, in 4.not. idem ſi fuiſſent aſſignata menſæ. Iſer. hic, quod fit quādo per officiales ad hoc deputatos, de ſcripta in libro aliarum poſſeſſionum de menſa, vel Abbas declarauit eſſe in corporata & effecta de menſa. Barto.in d.l. ſi vacantia,poſt nume.8.C, de bonis vacant, Affli. hic,num.11. Et ſunt menſæ vnita, adeo quòd rectorem vel vicarium perpetuum non habeat niſi

illius

illius eccleſiæ cui facta eſt aunexio. glo. in clemen. vni. in verſic. ad menſam, de exceſſi. Prælatorum. Quę dicuntur de menſa. Abb. in ca. vt ſuper. in pri. not. num. 9. & 10. vſque ad 14. de reb. eccleſ. non alien. & in cap. poſſeſſiones, eo. titu. cap. 2. in 2. no. de feudis. Et ſic, vt dicantur effecta de menſa, diuerſę ſunt opiniones. Cap. in ſua inueſti. in verſic. feudum danti; in 6. concluſ. & quę requirantur ad hoc, vt res ſolita infeudari rediens ad eccleſiam, perdat iſtam qualitatem, ſeptem opiniones cum ſua, ponit Cur. in tracta. feud. in 5. quæſtio. per tot. 2. par. prin.

Quid ſi vult Epiſcopus dare in feudum Capitulo? quod non poſſit. Cur. vbi ſupra, in 9. quæſtio. 2. par. prin. Iaſ. de his qui feud. dare poſſ. in 5. limita. poſt numer. 25. nec dare eccleſię vel monaſterio, Cur. vbi ſupra in 24. quæſt. 2. part. pri. & in 4. par. prim. quæſt. 24. num. 315. glo. Pari. tit. prim. §. 41. poſt numer. 59. quid ſi Epiſcopus dedit vni, & poſtea Papa alteri. Cur. vt ſupra in 12. quæſtio. 2. par. pri. An Epiſcopus poſſit conferre eccleſiam alteri eccleſiæ, ſine conſenſu Capituli. Zabar. in clemen. 2. nu. 2. de reb. eccle. non alien. quod non poſſit donare reditus proprios, vel poſſeſſiones quos habet ab eccleſia. Inno. in cap. pen. cir. fin. de his quę fiunt a præla. ſine conſen. Capit. ſed prædium aſſignatum pro dote, vt poſſet efficaciter vendi, quæ requirantur; & vtrum poſſit patronus reuocare. Pau. de Ca. in conſi. 417. pri. volumi. olim autem prælati oppreſſi, inuocabant nobiles potentiores ad defenſionem ſuam contra opprimentes, faciendo eos aduocatos & defenſores locorum. Ioan. And. in capi. 2. poſt num. 2. de rebus eccle. non alienan. in 6. Et ec-
11 cleſia regularium neceſſitate oppreſſa, ex diſpenſatione Epiſcopi, poteſt ad tempus laico committi. Archid. in cap. iudicatum. poſt pri. 89. diſt. nam multa expediont eccleſiæ diuiti, quæ non expediũt pauperi. Cur. vbi ſupra, in pri. quæſt. 2. par. pri. nume. 13. Vltimò quando Epiſcopus infeudat, vaſallus tenetur non ſolum eccleſiæ ad præſtandum fidelitatem, verum etiam & ipſi prælato. Abb. in capitu. prim. numero tertio. de feudis. & ſynodus de qua in textu, forte eſt, in capitu. nulli. duodecima quæſtio. quinta.

SVMMARIVM.

1 *Quin, dictio, quomodo capitur & exponitur.*
2 *Etiam, eſt implicatiua.*
3 *Tenor inueſtiturę, derogat cuicumque natura feudorum.*
4 *Deſcendentium appellatione, veniunt maſculi: & fœmina.*
5 *Habere verbum, importat dominium.*
6 *Maſculus, vnde dicitur.*
7 *Fęmina regulariter non ſuccedit in feudo: fallit in nonnullis caſibus.*
8 *Fœmina ſemel excluſa a maſculo, amplius non ſuccedit.*
9 *Excluſa perpetuo, quando dicatur ad tempus.*
10 *Conceſſio præſumitur realis, vbi uerba non repugnant.*
11 *Excluſa ſemel non admittitur iterum ad id a quo recte fuit excluſa.*

AD §. QVIN ETIAM.

1 QVin) licet idem ſit, quod non. Bart. in l. non dubium. de lega. 3. & implicat in ſe negationem. l. vbi abſunt. in ver. non eſt dubium. ff. de tuto. & curato. datis ab his, hic exponitur, immo. Ioan. And. in ca. vnic. poſt num. 2. de poſtula. prælat. in 6. in capitu. quoniam. numer. pri. cir. fin. de immu. eccle. eo. lib. 6. Quaſi dicat, non ſolum non tenet datio in feudum, ex eo quod datur res dari prohibita: vel detur per eum qui non poteſt dare: Immo, etiam)
2 quæ eſt dictio implicatiua. † Zaba. in clemen. 2. in ver. inquiſitoribus. in 5. no. de hæreticis. quando datum eſt pro maſculis & fœminis, ſuperſtite maſculo, fœmina non ſuccedit. Aluarot. hic. Nam te-
3 nor inueſtituræ derogat cuicumque naturæ feudorum. in conſi. feud. diuer. 2. num. 44. glo. Pari. titu. pri. §. 22. poſt nume. 125. Vnde, ſi quis eo tenore feudum acceperit, vt eius deſcendentis.) Quorum
4 appellatione veniunt tam maſculi † quàm fœminæ. Loffred. in conſt. 59. nume. 9. & innuit textus, dum dicit, maſculi & fęminæ. Illud, habere) Quod
5 importat dominium. Caſſa. in conſu. Burgen. rubr. 4. §. 18. ibi, totes circ. medi. Poſſint) non ſolum in potentia, ſed in actu. Bald. in conſi. 314. colum. 2. in pri. prim. volum. Relicto maſculo.) Qui dicitur
6 maſc. quaſi maioris ſapientię, quàm mulier. Lucas in l. ſi ſenator. in pri. C. de dignitat. Vlterius fœminæ non admittuntur) Nam ſemel excluſæ cenſentur in perpetuum excluſæ. Aluar. in ca. pri. colum. fin. cir. med. de benef. fœminę. in conſi. feud. diuerſor. 2. poſt num. 50. & 115. ſecundũ verum & com. intellectum, ibidem conſil. 40, numer. 14. & poſt. & Iſern. hic.

Iſte textus habet quatuor intellectus ſecundum Præpoſi. hic poſt numer. 2. & 3. ſecundum Iſern. duos. Primus tamen reddebatur dubius: nam feudum cum fuerit datum pro maſculis & fœminis, videbatur quòd vterque inſimul debuiſſet ſuccedere, ſicut plures coniuncti admittuntur in viriles. l. ſi ſeruus vni. §. fi. de le. pri. l. Lucius, la 2. §. Lucius, de leg. 2. Secundo feudum venit in petitione hæreditatis. Iſern. in §. traditionibus. nume. 4. circ. fi. quid ſit inueſtir. hæreditas debet inter filios & filias æqualiter diuidi. l. inter filios. C. fam. erciſcun. l. lege duodecim tabularum. C. de leg. hæred. ergo & feudum: ne vnam in maſculis, & aliam in fœminis ponamus legem. §. neque illo. circ. fi. Auth. de trien. & ſemi. Vltimo, filiæ & earum deſcendentes, licet legibus repellantur a ſucceſſione feudali: ſuccedunt tamẽ ex pacto. §. hoc autem. ſupra, de his qui feu. dare poſſ. hic ſunt vocatæ in inueſtitura, debet ergo ſeruari lex contractus, l. Lucius, la prim. in fin. ff. de poſiti.

His non obſtãtibus, ſcrutatur contrarium. Et ratio eſt, quia fœmina in feudis videtur appoſita in defectu maſculi, & conſuetudo in hoc interpretatur pactum, Bald. in conſi. 215. poſt nume. prim. 2. volumi. Qua ſtante:

Non obſtat primum nam in feudis, donec ſupereſt maſculus, fœmina non ſuccedit. §. ſimiliter, illo pri. de cap. qui curi. vendi. Non obſtat ſecundũ nam licet feudum veniat in petitione hęreditatis: eſt tamen extra hęreditatem. Afflic. in §. præterea ducatus. nume. 34. cir. medi. & poſt, de prohi. feud. alie. per Frederic. & differt in ſucceſſione, vt hic;

Non

Non obſtat vltimum, nam valet pactum quòd fœminæ ſuccedam: ſed intelligitur quando non ſupereſt maſculus. Idem Afflic. in §. fi. in 8. not. num. 10. quid ſit inueſti. ſed quia lex debet eſſe ſuper dubitabili. l. quod Labeo. vbi gl. in ver. de eo. ff. de Carbonia. edi. & hæc poſitio habet parum dubitationis: ideo Iſern. tranſiit ad aliam: & iſta magis quàm alia placet Petro de Monteforte, vt per Afflic. hic colum. 3. in fi. poſt nu. 9.

Sed reddebatur dubia, ex quo mulier extante maſculo, non dicitur totaliter excluſa a ſucceſſione feudi, ſed eſſe in ſuſpenſo, vt maſculis non extantibus ipſa poſſit ſuccedere: ſicut dicimus, quòd tertius & quartus gradus non eſt excluſus, exiſtēte primo, vel ſecundo, ſed dicitur eſſe in ſuſpenſo. Adeo quod primogenito mortuo ſine liberis, ſuccedit ſecundogenitus, qui eſt in ſuſpenſo, primogenito exiſtente. Affli. infra, hic finitur lex. in pri. in 4. nota. nume. 3. poſt medi. & 4. Loffred. in c. prim. in 12. colum. circ. pri. Impera. Lotha. ita mulier fratre exiſtente, non videbatur excluſa totaliter, ſed eſſe in ſuſpenſo: ſicut dicimus in ſecundogenito, propter exiſtentiam primogeniti. Afflic. in cap. pri. nu. 7. cir. fin. de filijs natis de matri. ad morga. contr. Secundò clarum eſt, quòd non patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec ſupereſt maſculus. cap. prim. de eo qui ſibi & hæred. ſuis. adeo quod cauſa excluſionis fœminæ eſt maſculus. ſi eſt maſculus, & ceſſat, debet ceſſare excluſio: quia quoties vna perſona eſt cauſa immediate excluſionis alterius, illa ceſſante ceſſat excluſio. Bal. in cōſi. 435. nume. 4. cir. fin. 4. volumi. Tertio, ordo verborum ordinem obſeruationis oſtendit. Lucas in l. medicos. col. 3. poſt pri. C. de profeſſ. & medi. in inueſtitura dicitur, pro te, maſculis, & fęminis. Iſta prænominatio maſculorum, eſt ordo ſuccedendi potius quàm inhabilitas & excluſio fęminæ. Affli. de natura feu. nu. 22. poſt pri.

His non obſtantibus, ſenatur contrarium: & ratio eſt: quia ſemel ſublatum non reuiuiſcit ex caſu ſubſequenti. Bald. in conſi. 186. nume. 8. prim. volum. Iſta fęmina fuit ſemel excluſa per maſculum, ideo etiam quod ſequatur illius mors non reuiuiſcit. l. quoties. §. aream. ff. de ſolutio. vel ratio fuit de qua Affli. hic. colum. 2. in pri. Quibus ſtantibus:

Non obſtat primū, nam aliud eſt fœminam excludi ſimpliciter, & tunc ſemel excluſa, etiam momento, ſemper dicitur excluſa. Bal. hic poſt nume. 2. & 3. Cap. in ver. feudorum genera. ibi, matrimonium, poſt medi. Aut excluditur quamdiu frater vixerit, & tunc illo ceſſante admittitur. Bal. in conſi. 111. & 361. 2. volum. & 267. num. 5. 5. volum. hic fuit excluſio perpetua, propter exiſtentiam maſculi. Affli. in cap. 2. num. 19. Impera. Lotha. latè Cur. in tract. feud. in 3. par. pri. in pri. num. 32. Non obſtat ſecundum, nam ceſſante maſculo, & ſic cauſa expulſionis, non ceſſat effectus, qui fuit cauſa impulſiua, ſecus ſi finalis. l. cum ancillam. in glo. fi. C. de condi. ob cauſ. vel ex quo actus eſt perfectus & cōſummatus per natiuitatem maſculi, ceſſante cauſa non ceſſat effectus. Loffred. in cap. pri. in colum. 11. cir. medi. Impera. Lotha. Vltimum non obſtat, nam iſta verba, pro te, maſculis & fœminis, important ordinem ſuccedendi, videlicet quòd ſuccedant fœminæ, quatenus non ſuccedant maſculi, ſed ſi adſunt, & poſtea deficiunt, iſta clauſula non retrotrahitur ad gradum deſtitutū, & caducatum, quia quod ſemel eſt annihilatum, numquam reſurgit. Bald. in conſi. 200. poſt num. 2. 5. volumi. & ſic fœ
7 mina regulariter non ſuccedit in feudo. Bal. in conſi. 252. in pri. 5. volum. tam ſi tractatur de hæreditate aſcendentis, quàm tranſuerſalis. Alexan. in conſi. 29. nume. 3. cir. fi. pri. volumi. & non ſolum non ſuccedit ipſa, ſed nec eius hæres. Bal. in conſi. 150. poſt nume. 50. 2. volumi. intellige quòd non ſuccedit ex ſucceſſorio edicto, ſed ex pacto ſic. vel feudum regulare non tranſit ad fœminam, irregulare ſic. idem Bald. in conſi. 214. nume. pri. poſt medi. & 215. num. pri. cir. fi. eod. volumi. puta, ſi eſt dictum in inueſtitura, pro te, hæredibus tuis, maſculis & fœminis, nam tunc ſuccedit, ſed ordine ſucceſſiuo. Deci. in conſi. 139. nume. 3. & 208. numer. 2. Idem ſi ponatur in copula cum maſculo, nam nō ſuccedit ſimul cum eo, ſed ita demum ſi non eſſet maſculus. Bal. hic in prin. & in §. filia vera. infra de ſucceſ. feud. & in cap. pri. de eo qui ſibi & hæredib. ſuis. Ludo. de Moli. de Hiſpa. primoge. lib. 3. cap. 6. poſt nume. 33. Loffred. in conſi. 39. num. 10. Cap. in ver. feudorum genera, ibi, ligium. Succedit etiā in feudo conditionato, dato ad certum ſeruitiū, quod poſſet præſtari per eam. Alexand. in conſi. 9. 5. volumi. Præpoſi. hic poſt pri. vel per virum, aliàs eſſet iniquum. Lucas in l. 3. colum. pri. poſt medi. & 2. in pri. C. quando & quibus quarta pars debe. Idē ſi eſſet feudum pro quo nullum deberetur ſeruitium. Dec. in conſi. 413. nume. 13. in fi. & 424. nume. 13. & 14. vel ſi non ſit conceſſum pro ſeruitijs, ſed pro mercede. Pernus in pri. not. colum. 9. poſt pri. vel ſit inueſtita amore patris. Bal. in conſi. 308. num. 8. 3. volum. Succedit etiam ex conſuetudine, dummodo ſit rationabilis & præſcripta. Bald. in cōſi. 397. num. pri. & 2. 5. volum. quæ ſeruatur, quod tene menti, dicit idem Bald. in cap. pri. nume. 3. cir. medi. de feud. Marchi. & in conſi. 159. numer. 2. & poſt. 5. volum. vnde hodie per conſti. reg. vt de ſucceſſionibus, & capit. conſiderantes, ſuccedit etiam quod non ſit dictum. Afflic. hic in 3. nota. poſt nu. 15. dummodo ſit indotata, & maſculo non exiſtente. Idem Affli. in §. hoc quoque. poſt numer. 37. & §. filia, in pri. de ſucceſ. feud. & non ſuccedebat de iure communi ex quinque rationibus, cum nonnullis limitat. vt per Curt. in tracta. feud. in tertia par. pri. vſque ibi, alterum membrum. Caſſa. in conſue. Burgen. rubr. 3. §. 5. in pri. num. 27. vſque in fi. princi. Alij diſt. inter feudum maſculinum & fœmineum. Aluarot. ſupra in prælu. numer. 27. Item fœmina ſemel excluſa a maſculo, amplius non ſuccedit, Intelligebā tā ſi excludatur in vltima voluntate, quàm inter viuos. Lucas in l. iubemus. colum. pan. cir. fin. & fin. de quæſtori. & procedit, non ſolum in feudo paterno verum etiam materno. Iſern. infra de benefi. fœmi. poſt numer. pri. dixi ſupra, & Afflic. infra de natu. ſucceſſi. feud. in 3. not. num. 8. & habet locum tam ſi maſculus qui excludit fœminam ſit paris gradus cum ea, quam ſi interioris. Pernus in conſi. 19. etiam ſemel admiſſa, excluditur per ſuperuenientiam maſculi. Cur. vbi ſupra in 3. par. pri. in prin. poſt num. 32. & Aluarot. hic, nume. 3. & poſt. Non tamen procederet, ſi non excluditur ſimpliciter, ſed cum clauſula, Quamdiu ſupereſt maſculus, nam tunc non dicitur excluſa, ſed ſuſpenſa a ſucceſſione, ſed interim maſculus inſolidum eſt hæres, eo mortuo ſublatū eſt obſtaculum, & ſuccedit, & vocatur hæres anomola. Præp.

hue

hie nume. 2.in pri. ſi ſimpliciter, procedit regula, Semel excluſa, in perpetuum durat excluſa. Cap.in ver.feudorum genera. Ibi, maternum.cir.medi.Ludo.de Moli.de Hiſpan.primogen.lib.pri.cap.6.nu.22. Et intellige, quod non admittitur in eo capite a quo excluditur.l.vni.in gl.prim.C. quando non petent.par.alias ſi excluditur ab vno, remanet ius in alio.niſi ſit cum illo annexum. Iſern.ſupra,qui ſucceſſ.teneat.colum.2. poſt medi. & procedit iure iſto: ſecus in regno. Cap.in ver. feudorum clauſulæ. Ibi, quòd fœminæ. Præpo. hic poſt num. prim. Et habet locum in feudo, ſecus in fomimentis caſtro deputatis: nam in eis ſuccederet in ſimul cum maſculo,vel ſine ſi non adeſt. Cap. in verſi.feudorum acceſſoria. colum. prim. cir.medi. dummodo non alleream caſtro. Bald.in d. conſi. 232.poſt nume.pri. 3.volumi.

Nota quòd excluſio alia eſt perpetua, & alia temporalis. Pau.de Caſt. in conſi. 83.colum. fina. cir.pri 2.volumi perpetua, ſi fœminæ non vocantur exiſtentibus maſculis,tunc excluduntur,etiam quòd momento ſuperuixerit maſculus. Caſſa.in conſue. Burgen.rub.7.§.12,ibi,tant.in pri. & poſt. Sed gloſſ. & nonnulli tenent, quòd maſculus ſi ſubito poſt mortem patris deceſſit non cenſetur extitiſſe, & ſic non impedit quin fœmina ſuccedat etiam in feudo,in quo ex lege conceſſionis, ſi maſculus ſemel extiterit,vlterius fœminæ non admittuntur.glo.pri.titu.pri.§.25. numer. 8. poſt medi. Temporalis eſt, quando excluditur, quamdiu ſupereſt maſculus.Pau. de Caſtr.in conſil. 159. poſt nume.3.2.volum. tunc excluditur fœmina, quouſque extant maſculi, eis deficientibus poſſent venire tamquam præteritę.Idem Pau.de Caſt.in conſi.338.cir.fin.eo.volumi.ſicut prohibitum ad tempus, poſt tempus videtur permiſſum. Pau. de Caſt. in conſi. 463. poſt nume.3.& 468.cir.fin.poſt nume.4.pri.volumi.& ſemel excluſa,quando ſit ſemper excluſa,& quando non, Aluarot.hic num.pri. in fi.& 3.Secundo Nota, quòd excluſa propter exiſtētiam fratris perpetuo remanet excluſa,ſicut exiſtentia conditionis ſufficit ad perpetuum admiſſionem, licet poſtea deficiat.Pau. de Caſt.in conſi. 191.colum.2.& 4.poſt pri.2. volum. Vltimò Nota, quòd feudum non tranſit ad fœminas, ſed tantum ad maſculos.l.inter filios.in poſitione caſus.in fi.C.famil.erciſcun.& paria ſunt perpetuo vel ſimpliciter excludi . capitu. ex literis , cum ibi not.de conſtitutio.

Quid ſi ſemel fuit admiſſa fœmina, ſi superuenia tmaſculus,an excludatur. Iaco. in ſua inueſti.in ver.& fœminis,nume.12. Quare autem nō admittatur ſoror poſtquam filius ſucceſſit. Iſer. hic poſt nume.2. dat rationem : quia mutatione perſonæ, deſinit eſſe feudum patris, a quo deſcendit . infra, de eo qui ſibi & hæredib. ſuis. & incępit eſſe feudum filij , a quo non deſcendit . Sed iſta ratio non videtur bona, nam in feudis, mutata perſona poſſidentis, non mutatur natura feudi. Affli. de vaſal. decre.ætatis. nume.21. & in bonis filij delatis patri, ius priſtinum durat, & peculium eſt.l. filiusfamilias.ff.ad leg. Falc. dicitur feudum paternum inter eos qui deſcendunt ab eo , cui feudum datum eſt. Iſer.hic nume.2.in fi. Retenens propterea eiſdē terminis tranſit Iſer. ad aliud exemplum. Deceſſit feudatarius relicto maſculo & fœmina, ſi decedit poſtea maſculus ſuperſtite ex ſe , ſoror non ſuccedit vlterius fratri,quia videtur intellexiſſe de prima fœmina, & vlteriori: nam diſpoſitio hominis ſemper verificatur in prima vice. Deci. in conſilio 621. poſt numer. 7. exempla ponit Idem Deci.in conſi.609.colum.2.in pri. Alexand.in conſi.16.4.volum.& 95.num.10.7.volumi. Feli.in cap.Innouamus. de treug. & pace. ſecus in diſpoſitione legis. Dec.in conſi.512.nume.7. Affli.in conſti. fratribus.poſt nume. 3. Vel affirmatiua verificatur in vno actu , quòd ſuccedat negatiua in infinitum. idem Deci.in conſi.617. poſt num. 4. & ſic neptis excludit amitam , quia illud ius quæſitum ad excluſionem filiarum, ad hæredem tranſmittitur,ſecundum com.opin.cum diſtinctione tamen, quòd aut maſculus moritur viuente patre , & filia non excluditur. Aut filius remanſit poſt mortem patris , & quòd illi fuit ius quæſitum , tranſmittitur ad hæredem.Ita Dec.in conſi.331.in 2. dubio. colum.pen.poſt medi.& ſic primo caſu amita concurrit cum nepte. Cap.in deciſio. 21.collatis dotibus. Gram.in deciſ. 63. In alio ſuccedit neptis, dotata amita de paragio. Affli.in §.& quia, nume. 8. poſt medi.de his qui feud.dare poſſ. & de natura ſucce. feud. numer. 30. Et ratio eſt ſecundum Iſern.hic, quia in dubio ſi non cōſtat de mente,& verba non 30 repugnant, præſumitur conceſſio realis & non perſonalis. Loffred.in conſi.prim. num. 102. Bald. in conſi.442.in fi.3.volumi. in feudis maxime omne pactum cenſetur reale. Affli. de eo qui finem fecit ag. colum.pri. in fi.& conceſſio realis,non perſonalis. Idem Affli. in cap. pri. poſt nume.pri.quibus modis feud. conſt. pote. perſonalis pro prima filia,realis pro omnibus filiabus deficiente maſculo. Loffred.hic in fi.& in verſi. ſeq. & ad dominum reuertitur.cir. fin.Iſer. dum declarando, poſt concordantiam, quam allegat illius dictum impugnans ponit rationem quare non admittitur ſoror , quæ fuerat excluſa per filium: & dicit ipſe, quia non admittitur eodem iure quo fuit rite ſemel excluſa. Addo quòd ſi illa alio iure veniret quā eo quo amiſit , id quod perdit non noceret, ſed prodeſſet id quod haberet.l.ſi filius.poſt pri.ff. de bonis liber. ſicut habens plures vias, licet ſit ſibi præſcriptum in alia, addi.ad gl.in cap. concertationi. in verſi.dubitam.de appellatio.in 6. & in regno ſuccederet, vt ſupra, & Iſer.in cap.pri. in pri. quemadmo.feu.a.d filiam pertineat.

SVMMARIVM.

1 *Mutus quis dicitur, quotuplex.*
2 *Non poteſt: iſta verba excludunt poteſtatem de iure & de facto. nu. 3.*
4 *Scilicet, dictio declarat moderationem.*
5 *Nullo modo, alibi nullatenus, & eſt vniuerſalis negatiua.*
6 *Loqui, alloqui, & obliqui, quomodo differunt.*
7 *Feudum vt dicatur magnum , attenditur conditio perſonarum.*
8 *Exhibere, ideſt perſonaliter præſentare.*
9 *Debet relinqui vaſallo vnde ſe alat.*
10 *Mutus effectus amittit feudum, & ad dominum reuertitur.*
11 *Vaſallus tenetur alere dominum de reditibus feudi & non de bonis propr.*
12 *Prælato depoſito, debentur alimenta.*

AD §. MVTVS. alias verſ.

1 MVtus) eſt homo viuens, licet mutus.
Iſer.hic in ver. & ad dominum reuer-
titur.cir.fin.Et alius eſt a natura,alius
ex accidenti. Bald. & Aluarot. hic in
prin.§. item ſurdis. Inſtit.quibus non eſt permiſſ,
facere teſtamen.ſicut impedimentum aliud perpe-
tuum, & aliud ad tempus, Iſer. hic cir.fin. prin.&
Afflict.poſt nume.4.Si intelligis in muto a natura,
2 non poteſt retinere feudum paternum, ſi in muto
ex accidenti,non poteſt retinere nouum. Præpoſi.
hic in pri.Ideo ſubditur, Feudum retinere non po-
teſt) quæ verba excludunt poteſtatem de iure & de
facto.glo.vni.Pati.in 8.quæſtio.num.15. in pri.tit.
pri.§.4. Nam cum ſeruitium conſiſtat etiam in lo-
cutione. Aluarot. hic colum.2. poſt medi. & Præ-
poſi.nume.cir.fin. cauſa reducitur ad non cauſam.
l.his ſolis.in glo. 1.C.de reuocand.donatio.& in l.
Titio.in glo. pen. de condi. & demonſtrat.ſed in-
4 tellige,Scilicet) declarãdo modificationem.Lucas
in l.omnes.poſt prin.C.de agricol. & cenſit. in eo.
5 Qui nullo modo loquitur)alibi nullatenus. Ioan.
And.in cap.vni.cir.pri.de exceſſi.prælat. in 6.& eſt
dictio vniuerſalis negatiua. Zaba.in clemen. 2. §.il-
li verò. nume. 3. de ætate & qualita. Loquitur,) Et
aduerte, quòd aliud eſt loqui, alloqui & obloqui.
6 Lucas in l.ſi ille.cir.fin.de decurioni.& ſic ſunt om-
nino muti,ſurdi, vel cęci,ex quo carẽt principalib.
ſenſib. qui ſunt oſtia intellectus:ſecus ſi haberẽt in
dictis ſenſibus debilitatem, nam tunc ſuccederent.
Bald.in l.quories.poſt nume. 7. C.de ſuis & legit.
& nihilo minus ſi non poſſunt omnino loqui, Et.
7 feudum fuerit magnum) Attenta conditione per-
ſonarum domini & vaſalli.l.ſed & ſi ſuſcepit.§.pri.
ff.de iudicijs.Iſer.hic poſt nume. 7.Quo ei ablato,
8 ſe exhibere) ideſt perſonaliter præſentare. l. Ne-
ſennios.cir.fin.ff.de neg.geſt.alibi probare.Azo in
Sum.C.de ædilitijs actio.nume. 33. circa medi.vel
facere.l.ſed ſi hac.ff.de in ius vocan.Non valeat.) l.
pri.in fine prin. quod quiſque iuris. Tantum ei re-
linqui debet, vnde ſe ſuſtinere poſſit.) Et ſic, ſi non
habet aliunde,datur aliqua portio, vt vnde ſe ſuſti-
9 nere valeat.l.3. de benefi.& terris tributa. in Lon-
gobar. ſicut decurionibus decernuntur alimenta
de publico, illorum patrimonio exhauſto.l. decu-
rionibus.ff.de decurionibus. Pileus in Summ. poſt
Azonem.C.de decurioni. poſt numer. 32.lib.10.
Et his omnibus caſibus feudum amittitur, (& ſi.
eſt,nouum, ad dominum reuertitur) Idem ſi anti-
quum, & non adſunt agnati, vel adſunt & no-
lunt. Iſern. hic in verſicu. & ad dominum reuerti-
tur.cir.medi.

Declarato textu, rationem dubitandi & declarandi in vtraque lectura, tam ſi ſit mutus a natura, vel ex accidenti,ponit Præpoſi.hic poſt princip.& cir.medi. Ad primum autem intellectum, Iſer.dubium faciebat,quod eſſe mutum,eſt morbus.l.mutum.ff.de ædili.edi.ſed ęgri benigna interpretatione dicuntur ſeruire.l.Stichum.in ver. non liberari. cir.fin.l. cum hæres. §. fin. de ſtatulibe.ergo etiam quòd non poſſit loqui, domino dicitur ſeruire in firmitate durante. Affli. hic, numer. 12.Secundo datum contemplatione certæ cauſæ non repetitur licet illa cauſa reſoluatur.Bald. in l.pri.in 4.not.C. de pactis.Ita hic, etiam quòd feudum datum eſſet pro aduocatione, & cauſa aduocationis ceſſet ex defectu loquelæ, quia non fuit propter delictum, debet habere priuilegium, arg. eorum quæ a contrario ſenſu dicit Iſer.in conſtit. ſtatuimus.colum. 5.poſt prin.de offi. magiſtri iuſti. Tertiò,filius aduocati ſuccedit in feudum,ſi per alium poteſt ſeruire.l.continuus.§.ſi ab eo.in verſicu. poſſibile.de verborum obligat. ita & aduocatusmet videtur quòd poſſit retinere ſeruiendo per alium, ſaltem quia multa prohibentur fieri,quæ facta tenẽt. ca. nec illud.30.quæſtio.quinta.cap.hi qui.& ſequen. 32.quæſtio.7.

His non obſtantibus,ſeruatur contrarium,& ratio eſt:quia ſeruire non poteſt, & ſucceſſiue cauſa reducitur ad non cauſam, & non vtitur ſubſtituto, quia elegerat perſonam & perſonalem induſtriã. Iſern. in capitu. prim. poſt prim. an mutus vel aliter imperfect.

Quo ſtante, non obſtat primum, nam dominus in traditione rei ſui, potuit apponere modum,cap. verum. de condi. appoſit. & ſi dedit vt aliquid faciat,puta vt patrocinetur, ſi non facit, datum repetit. l. 2. C.de condict. ob cauſ.dat.etiam quia illud pro contrario adductum procedit ex benignitate iuris,fauore libertatis. l. ſi ſeruum.in fin. pri.ff.de acquiren.hæred.Non obſtat ſecundum:nam illud procedit, quando fuit datum contemplatione recipientis tantum,vt videtur ibi ſentire Bal. in l.3. no. ſecus quando contemplatione vtriusque, & dicit Iſer.hic,& in §. Valuaſores. poſt numer. 12.de his qui feud.dare poſſunt. Vltimum non obſtat:nam dum viuit feudatarius, ſi impedimentum eſt perpetuum,vt hic,non poteſt ſeruire per ſubſtitutum: ſi temporale ſic. Affli.in c. ſi quis deceſſerit. nu. 2. ſi de feu. fue. contro. inter domi.& ag.

Hæc quo ad primum intellectum, ſi exemplifices in feudo paterno.

Secundum alium intellectum Iſern. in verſi.& ad dominum reuertitur.& Aluarot. hic, nume.pri. poſt pri.dubium faciebat: nam defectus ſuperueniens non priuat,ſecus ſi fuiſſet ab initio.l. Cęcus. cum ibi not.ff.de iudicijs. modo defectus loquelæ ſuperuenit, licet ab initio fuiſſet cauſa ſufficiens ad non acquirendum, ad retinendum tamen non impedit,quia alia eſt incapacitas capiendi,& alia retinendi.Bal.in conſi.270. nume.pri. cir.medi. 1. vol. Secundo, etiam quòd priuetur, videtur quòd potius vadat ad agnatos, quàm ad dominum, per id quod dicit glo. in l.quod dicitur.§. fin. ff.de impen. in rebus dotal.factis. Vbi feudatario mortuo ſine filijs,feudum ſi eſt auitum, tranſit ad fratres; ſi eſt nouum, puta, illi conceſſum,reuertitur ad dominũ Modo ſumus in feudo antiquo, ſi feodatarius efficitur mutus, videtur quòd tranſeat ad proximiorem,& non ad dominum: ſicut dicimus in primogenito, qui ſi efficitur inhabilis, defertur ſecundogenito.Lucas in l.prædia. col. 7. ibi.C.27.de loca. prædio.ciuili.& Aluarot.hic nume. 7. Vltimo, clarum eſt,quòd inhabilis ſicut clericus,ſeruit per ſubſtitutum. Iſer.in cap.pri.in fi.de vaſal. mili. qui ar-
• ma belli. depo. modo etiam quòd vaſallus ſit mutus & inhabilis ad ſeruiendum, poterit ſeruire per alium, quia poſſum ſtipulari ab eo illud quod non poteſt facere, dummodo per alium ſit factibile.l. continuos. §. ſi ab eo. cum ibi nota. de verborum obligationib.

His non obſtantibus,ſeruatur contrarium. Et ratio eſt, quia in quolibet actu, ſemper ſubintelligitur

tur conditio, ſi res in endem ſtatu permanſerit. Alnarot. hic colnm. penult. in fin. & 6. in pri. & ſimiles de qnibus glo. pen. in cap. 2? de reſcriptis. capit. quemadmodum. in ver. conditio. & in ver. oculos. de iureiuran. glo. 2. in cap. oos ſanctorum. 15. quæſtio. 6. etiam quod non exprimantur, adeo, quod eueniẽt eo caſu dominus condicit feudum a vaſallo. Iſern. in capitu. ſi vaſallus, de feudo. poſt nume. 8. ſi de feud. defunct. milit. controu. fuer. & Præpoſi. in fine.

Qua ſtante, non obſtat primum: nam illud intelligitur de ſollemnitate actus: quia tunc quod eſt legitime factum, non debet ex ſuperuenienti actu infirmari. Afflict. in cap. ſi vaſallus. nume. 8. in fi. d. titu. ſi de feu. defunct. mili. contro. fue. quo verò ad ſubſtantiam, animus dantis facit hunc actum conditionalem. l. in conditinnibus. §. prim. in verſi. hoc animo. de condit. & demonſtrat. dummodo potuerit fernire. Bald. in d. titu. an mutus vel aliter imperfec. colum. 3. poſt medi. Secundum non obſtat: nam illud procedit ſecundum iſta iura, hodie ſecus qnia de voluerctur agnatis. Iſern. hic, in verſic. & ad dominum reuertitur. poſt pri. Vltimum non obſtat: nam aut impedimentum eſt perpetuum, & nõ poteſt ſeruire per ſubſtitutum. Aut eſt temporale, & ſic. Iſern. hic cir. fin. pri. & ſic firma remanet concluſio, quòd effectus mutus amittit feudum, & ad
30 dominum reuertitur. Intellige etiam quòd mutus, cęcus vel aliter imperfectus eſſet primogenitus. Boeri. in deciſio. 204. numer. 54. item non poteſt teſtari. l. ſi mutus. ff. de teſtamen. niſi impetrauerit a principe. §. Item mutus. Inſtit. quibus non eſt permiſ. facere teſta. nec tutor dari. l. prim. ff. de totelis. ſicut luminibus captus. l. 3. C. qoi dari tutor. poſſ. l. vni. qui morbo ſi excluſ. minus audiens poſſet. l. penult. & fin. ff. de legit. tuto. Idem in quolibet inhabili, verum ſi ſunt duo, & vnus habiles, & alter inhabilis, poſſet dominus eligere habilem. Bald. in §. prætterea ducatus. nume. 10 de prohi. feu. alie. per Frede. & in indiuiduis, ſi ſunt duo inueſtiti, voo deficiente, totum remanet penes alium: & qui conſequitur totum, tenetur dare partem comoditatis venienti ex parte ſocij, vel ſi apperitur domino, præſtabit partem comoditatis, ſeu comoditatem partis ſuæ, alteri fratri. Cur. in tracta. feudo. in vlum. quæſtio. in fin. 2. par. princip. numer. 80. poſt med. & in fin. Soci. in cou ſil. 66. numer. 13. ante & poſt. 3. volumi.

Limita tamen procedere in feudo, pro quo debetur, ſeruitium, quod non poſſet præſtari per illum, aliàs ſi nullum deberetur, vel ſeruitium eſſet in pecunia, ſuccederet. Lud. de Moli. de Hiſpa. primogenito. lib. pri. capi. 15. nume. 44. Item non procederet in feudo quod conſiſteret in annua præſtatione frumenti. Cap. in ſua inueſti. in ver. feudatarij habiles. Ibi, mutus. Rurſus non haberet locum quando de nouo datur feudum muto, quod poteſt, ſecundum com. opin. Afflict. hic nume. 7. Aluarot. num. 8. & Præpoſi. cir. fin. vel datur propter aliquod ſeruitium, puta ſi eſſet factum præconium quòd quicumque cęperit talem delinquentem, habeat caſtrum in feudum. ſi inhabilis illum capit, debet habere feudum, non obſtante inhabilitate. Afflict. in conſti. pœnam eorum. poſt nume. 74. de boni. & ſor. iudi.

Nota, quòd mutus feudum retinere oon poteſt, nam auxilium ferre dicitur, non ſolum qui opem fert adiuuando corpore, ſed etiam exclamando; & qni non poteſt corpore, debet clamoribus adiuuare. Aluarot. in §. ſi quis miles. colum. 3. cir. prim. de feud. ſine culpa non ami. prohibetur ſtipulari. l. pri. de verborum obligat. oam iuramentum verba deſiderat. Aluarot. in capi. ſi minori. poſt numer. 14. ſi de feud. defuoct. mili. contro. fuer. non poteſt eſſe iudex. l. cum prætor. §. non autem. ff. de iudicijs. & æquiperatur pupillo. l. ſeruo inuito. §. penult. ad Trebellian. non poteſt baptizare, nec eſſe patrimus in baptiſmate. Archid. in cap. paruuli. & in capit. in ſynodo, de conſecra. diſtinctio. 4. An autem poſſet confiteri, & cootrahere matrimonium. Aluarot. in cap. prim. num. pri. in fin. an mutus vel aliter imperfec. Aduerte tamen, quòd homo ſolet effici mutus in fine ſuæ vitæ, maxime malus aduocatus. Afflict. hic, num. 17. in fin. Nota etiam, quod mutus non eſt perpetuo prohibitus, ſed poteſt cum eo gratioſe diſpenſari. Iſern. in §. illud quoque præcipimus. poſt oum. 69. & 71. de prohib. ſeu. aliena. per Frederic. & ſi Princeps facit ei gratiam, quæſtio eſt ſuperflua, ſi ſuccedit vel non. Idem Iſer. in §. nec dominus feudi, nume. 54. in pri. d. tit. de prohib. feud. alie. per Frede. etiam ſi tacite fiat, quia ſi dominus concedit feudum clerico, quem ſciebat eſſe clericum, conceſſio tenet. Alexan. in conſ. 10. num. 17. & poſt 5. volumi. verum qui dicit ſecum fuiſſe diſpenſatum, tenetur probare: & diſpenſatum ab eo, qui habebat facultatem diſpenſandi. not. in cap. 2. de ſciſmaticis. alias etiam quòd poſſideat. Afflict. in conſti. violentias. nume. 54. ſi non docet de priuilegio ſiue diſpenſatione feudo ſpoliatur. Cap. in deciſ. 77. poſt nume. 10. quia poſſeſſio cootra ius commune non præſumitur iuſta, niſi aliqua cauſa tenendi, vel titulo iuuetur. Alexand. in conſi. 75. nume. 48. cir. fi. 4. volumi. Nota vltimò, quòd ſi feudum quod reuocatur eſt magnum, & ille a quo reuocatur, non habet vnde ſe poſſit alere, debet de feudo tantum relinqui, vt valeat ſe alimẽtare. Iſer. hic, & Lucas in rubr. C. de decurio. cir. fin. Cap. in ver. feudorum alimenta. colum. 2. cir. fin. & in ver. feuda amittuntur. ibi quadrageſimotertio. in 2. limita. Idem in Epiſcopo & clerico ægrotantibus: quib. ſunt neceſſaria ſubminiſtranda de facultatibus eccleſiæ. cap. quamuis. 7. quæſtio. prim. ca. tua nos de cleri. ęgrot. vel debili. Prouidetur monacho alimentis, tempore pœnitennę. glo. fin. in capi. fin. de regulari. Idem ſi accuſat Prælatum pro vtilitate eccleſiæ. gl. pri. cir. fin. in cap. ex parte. de accuſatio. ſed arbitrio iudicis. gl. in extrauag. com. pri. in verſic. ſuſpenſ. cir. medi. de electione. Abbas tenetur pro pecunia mutuo accepta a ſyndico vel monacho fugitiuo. glo. in l. ſi non ſortem. §. qui filiofamilias. in verſi. liberatur. ff. de condi. indeb. ſuſpenſis ab homine vel a canone, debet tantum relinqui, vnde poſſent ſe & ſuos alere. glo. fin. in capitu. ſtudeat. 50. diſtinct. quantum ſufficiat ſibi & ſuis, glo. cir. medi. in cap. 2. in verſic. neceſſitatem. 21. quæſtio. pri. Lucas in l. quamuis. colum. 2. in prin. C. de decurioni. Infert Iſer. quod prælato depoſito non ob culpam ſuam, debẽtur alimenta ab eccleſia, in memoriam prioris vinculi paſtoralis, ne in clerici opprobrium mendicare cogatur. glo. fin in fin. in cap. paſturalis. §. verum. de appellatio. & cum hoc tranſit Afflict. num. 13. in fi. & bene dicit Iſern. in non depoſito ob culpam ſuam, alias ſi fuiſſet depoſitus culpa ſua, continua egeſtate laborare deberet.

… glo.pen.in d.cap.ſtudeat.50.diſtinctio. & in c. quamuis,in verſi.miniſtrentur.7.quæſtio.pri.quia delictum excludit priuilegium.l.2. in verſi.reſtitutionem.C.qui & aduerſus quos. & eſſet indignum eis ab eccleſia ſubueniri, per quos conſtat ſcandalum in eccleſia generari.cap. ſacẽtdotibus. ne clerici vel monac.glo. 2. in cap. quanto.de offi.ordin. immo ſi reciperet fructus beneficij quo priuatus fuit,committeret furtum.Bal. in §.iniuria.poſt medi.de pace iura.fir.propterea ſacerdotes Vltramõtani facta excommunicatione nihil percipiunt, nec tenentur ad cenſum.l.inter quos.§. damni,in verſi. percipienda.in fi.de dam.infect. & reſtituti non habent ſtipendia medij temporis.l.3.in ver.reſtituetur.l.qui excubias,cum.l, pen.ff. de re mili.ſicut clerici qui non reſident, nec ſeruiunt in diuinis,aut vt clerici qui recedunt,& c.per tot.addi. ad gloſſ.in l. pri.C.de his quibus vt indig. & hoc vt negligentiæ ſuæ & deſerti officij pœnas exigant, & damna deplorare compellantur. l. 2.in fin.C.de fun.patri& & ſic auferiur officium ex iuſta indignatione, ergo & beneficium.Bal.in §.item.poſt num.2.de feu. gra .quia indigno non confertur beneficium. Afflict.in §.quæſitum.in 2.no.de capita. qui curi.vendi.& ſic æquitas ſuggerit, etiam quòd iure deficeret.l. 2 §. Item varus.cir.medi.de aqua pluuia arc. ſi non eſt remotus ob culpam,debentur alimenta, quia remanent.l.prim.in glo.pri. cir.fin.C.de teſta m n.tutela.Hoſtien.in Sum. de feudis.Ibi, quibus modis ſeu cauſis feudum amit.in fi. ſicut econtra, tenetur vaſallus alere dominum egentem. Iſern.in cap.licet.n me.4 ſi de feu.defun.mili.contro.fue. Barto.in l.alimenta.§.pri.nume.2. ff.de libe. agno. & in tracta. de alimentis.nume. 45.Caſſa.in conſu. Burgen.rub. 3.§.4.in pri.num. 20.ſicut libertus patronũ. Cur.in tract. feu.in 4.par.prim.in pri.num. 9.& vxor virum: nam indecens eſt vxori, ſi videat cum mendicantem, quem ſupra pectus tolerauerat. Azo in Summa.C.de rei vxor. actio.poſt num. 13.adeo quòd Baro ſi eſt debitor ſuo ſub feudatario, non tenetur vltra quam facere poteſt, deducto ne egeat,& quomodo,in 5.cap.Frede.de Subſe.lib. 2.ibi,trigeſimaquarta authoritas. Intellige tamen, vt ſupra, quando non habet aliunde. Idem Frede.Ibi, vigeſima authoritas. & tenetur vaſallus alere dominum de reditibus feudi,non de proprijs bonis.Bald.in l.pri.§. ſed ſcimus.num.3. C.de lati. liber.toll. Aret. in l.ſi quis non quaſi. ff. de acquir. hæred. & ſi tenetur vaſallus domino ,ita dominus vaſallo, iuxta illud, Cur.illum habebit in principẽ, ſi dominus non habet vaſallum in ſenatorem.cap. eſto.95.diſtin.cap.pro illorum. cir.fi.de præbend. & non ſolum vaſallum, ſed filios vaſalli pauperes, & præſtantur alimenta de fructibus, & non debet alienari proprietas.glo.Pari.6.colum.pen. cir.medi.& fin.titu.pri.§.2. Theorica Iſer.eſt plana,& fere tota cõſumitur in dictis duabus lecturis, indiget tantum accomodatione,dum allegat.l. fi.dic tu.§. huius autem generis.poſt nume. 6.in quibus cauſ. feu.amit.Ibi, de facto ſic de iure: dic tu,ſiue de iure. Et condicit dominus feudum , quia cauſa reducta eſt ad nõ cauſam:nam cũ fuerit cõceſſum pro ſeruitijs quæ ſperat conſequi, ſi non præſtantur, poteſt feudum condici. Loffred.in §. ſed nec alia cir.fi.in verſi. ſimiliter.Quæ ſit pri.cau.benef.amit. Et cauſa quando redijt ad non cauſam,perinde eſt ac ſi adiecta non eſſet. Alexand. in conſi. 206.nume.5.6.volumi.adeo, quod etiam ſequuta ſolutione,ſolutum condicitur.Afflict. hic colum.2.in fin. poſt nume.6.nam in iure habetur aliquid pro non dicto,ſcripto,vel facto.Auth. ſiue a me.& Auth. ſi qua.ad Velleia. & titulus pro non titulo.l.prim.in glo. 1.& 2.in fi.C.de inoffic.teſtam.l.2. in glo.pri. in fi.C.de peti.hæredita.dum dicit,moribus dic tu morbus.Ibi,de fideicommiſſis: dic tu, de ſtatuliberis.l.hæres.§. ſed ſi quibuſdam, & ſunt ſpecialia,vt not.ff. locati.l.ſi vno.§. Item cum quidam.in gloſ. mag.poſt medi. Et tenet , quòd ſi impedimentum eſt perpetuum,amittit feudum,quia non ſeruit per ſubſtitutum: ſi temporale, non amittit ſimilis diſtinctio impedimenti perpetui & temporalis, in c. quod ſuper,& ibi gloſſ.in ver.qui temporalem.de voto & voti redemp.cap. tua.in gl. de ſponſa duo. argumen.de clerico ad militem.Cam. in cap. Imperialem.car.21 colum.pri.cir.fin.& 2.& dicetur, dicit Iſer.in cap. ſi minori,dic tu,ſi quis deceſſerit. ſi de feudo:defun.mil. Quid ſi feudum conceditur propter ſeruitia,an tranſeat ad hæredes.Bal. in l.vni.poſt nume.5.de priuileg. dotis. Et ſi detur muro,poteſt accipere, niſi prætendatur ignorantia in dante.§ perſonam. vbi Bal. Per quos fiat inueſtit. nam ex certa ſcientia poteſt fieri gratia inhabili,ſi cui & mulieri propter ſeruitium patris. d. capit.ſi quis deceſſerit.ſi de feud.defun.milit. controuerſ. fue.& magis quia mutitas & aliæ inhabilitates non reſoluunt hominem, ſicut mors ciuilis , nam retinentur quæ ſunt iuriſgentium.l.is cui. de aliment. & ciba.legatis.

De natura feudi. Tit. VII.

SVMMARIVM.

1 *De dis: dictio Latina,& Græcis, & quid ſignificent.*
2 *Feudum habet naturalia & eſſentialia: & quæ ſint illa.*
3 *Natura feudi, alia ſpecialis, & alia generalis.*
4 *Contractus feudalis ſingularitates, in conſeruatione & priuatione.*
5 *Quæ ſunt ſecundum naturam, & quæ contra.*
6 *Regulæ feudorum fallunt propter ſermonem inueſtituræ.*
7 *Natura quatuor conſiderantur in feuds, vt ibi.*

AD RVBRIC.

1 DE) dictio capitur multis modis.Lucas in l.omnes.colum. 15.cir.medi.de decurioni ſignificat inter alia, materia de qua ag.tur.Bal. in conſi. 336.in pri. 3.volu. ita hic,quia per eam demonſtratur de quo tractatur:videlicet de natura feudi. Et idem eſt quod dictio,dis, Græcis, quæ eſt præpoſitio: & tantum valet, quantum,de, quæ eſt etiam præpoſitio Latinis,Archi.in cap.pudenda.in pri.24.queſtio.prim. Huius autem feudi,quædam ſunt eſſentialia, quæ-
2 dam verò naturalia: de eſſentia feudi eſt fidelitas & ſeruitium . Cap. in ſua inueſtitu. in ver. feudalis contractus . in fin. naturalium vero quædam ſunt generalia, & alia ſingularia.Bal.in conſil. 291.nu. 7.2.volumi.& 192. nume.5. 5. volumi.Eſt autem natura vltra Azo.in proœ. ſuæ Sum.in prin. quædam ratio quæ ineſt ipſi actui, per diſpoſitionem legis,

legis cõſuetudinis, vel æquitate iuſdicẽtis. Bal. ĩ cõſ.
352. in pri. pri. vol. vel qualitas innata a principio ge
nerationis feudi, ex qua virtus contractus perfici-
tur, & ſemper videtur ineſſe, niſi per pactum, im-
probetur. Præpoſi. ſupra in prælu. numer. 35. Cur.
in tract. feu. in 6. quæſtio. nume. 25. & 26. pri. par.
princip. Idem eſt quod lex feudi. lex & pactum aſ-
ſumit ſecum certam naturam, quæ non debet, nec
poteſt omitti. Frede. de Subſe. lib. 2. ibi, ſupereſt vt
aliqua in materia aſſenſus, poſt nume. 8. & 10. circ.
fin. nam illa regit & regulat actum, ſiue ſit natura
generalis, ſiue priuilegiata. Bal. in conſi. 363. num.
2. cir. med. prim. volumi. poteſt alterari ſecundum
quod placet contrahentibus, in conſi. feud. diuerſ.
48. nu. 6. quia actus agentium regulãtur, &c. autho
ritate. Bal. in l. ſi vnus. §. quod in ſpẽ. num. 14. in pri.
ff. de pactis. oſtenditur. n. ea ipſius operatione, &
& ſortitur ſpeciem ſecundum propriam formam,
glo. in clemen. vni. §. porro. in ver. intellectiue. poſt
prin. de ſumma Trin. vnde ad naturam feudi gene-
ralem duæ tantum cauſæ ſpectant: videlicet feudi
conſtitutio vel conſeruatio, ſecundo eius priuatio.
Bal. in §. inter pares, num. 2. cir. fin. de lege Corra.
ſpecialitates verò huius contractus & illius ſingu-
laritates, quas non habet communes cum alijs con
tractibus, eſt in conſtitutione vel conſeruatione ip-
ſius. videlicet quod non poſſit probari niſi per cer-
4 tos teſtes, inſtrumenta publica & ſimilia. Bal. in d.
conſi. 352. §. item ſi vaſallus, & ſequen. ſupra, ſi de
inueſti. feu. contro. ſuc. feudi natura eſt, vt in alie-
natione ipſius dominus aſſentiat, Frede. vbi ſupra,
ibi, decimonona quæſtio. colum. poſt medi. quod ſi-
ne aſſenſu ipſius alienatio non valeat: & datum ꝓ
ſe & hæredibus intelligitur de filio & deſcenden-
tibus. Afflict. de feu. non habe. propriam feud. na-
tu. in 6. & 7. not. nume. 6. & 7. & hic in 2. not. poſt
numer. 15. intelligitur ſecundum naturam patriæ
vbi ſitum eſt feudum. Idem Afflict. in decisio. 226.
num. 5. in priuatione verò natura & ſpecialitas hu-
ius contractus eſt, vt non poſſit priuari ſine iuſta
cauſa probata coram paribus. c. 1. de feud. ſine cul-
pa non amit. §. fi. de contro. feu. apud pares, termi.
ſingularis vel ſpecialis natura feudi eſt pactũ. Ideo
pacto feudum naturam aſſumit, & natura feudi eſt
genus, pactum autem ſpecies. Cam. in cap. Impe-
rialem. car. 35. colum. pri cir. pri. & 3. Bal. in conſi.
207. num. 2. 2. volum. pactum enim trahit feudum
extra naturales terminos feudi. Afflict. in §. fin. nu-
me. 3. cir. fi. infra, Quid ſit inueſti. & eſt ſeruandum
etiam quod ſit præter communem feudi rationem
Cur. in tracta. feu. in 4. par. pri. nume. 9. in fi. natura
ſpecialis feudi eſt, vt ſuum ſemper reſpiciat ſtipi-
tem. Loffred. infra, de natur. ſucceſ. feud. colum. 6.
in fi. & principium. Boer. in deciſ. 263. nume. 6. cir.
medi. Afflict. qui ſucce. tenea. nume. 11. medi. adeo
quod tenor primæ & originalis conceſſionis atten
ditur, in conſi. feud. diuerſ. 2. poſt nume. 24. & 25.
ſemper principium & originem conſideramus. Af-
flict. hic, num. 23. & ad tenorem inueſtituræ recur-
rimus. Idem Afflict. in §. notandum. nume. 14. cir.
medi. de his qui feu. da. e poſſu. & infra, An mutus
vel aliter imperfect. in h. quia per pactum recedi-
tur a natura. Afflict. in §. eſt & alia. nume. 5. quę ſit
pri. cau. bene f. amit. ſicut ſi eſſet inſolitum non eſſet
ſine ſuſpicione. Afflict. in d. §. fina. in 3. no. Quid ſit
inueſti. & de feu. l. non haben. propri. feu. natu. nu-
me. 6. & ita procedit regula, quod in feudis magis
attenditur eius natura quàm inueſtitura. Bal. in cõ-
ſi. 198. cir. fin. volumi. & natura potius originaria
rei, quàm accidens naturæ ſuperueniens, quia na-
turalis cauſa vincit accidentalem. Abb. in capit. ex
tranſmiſſa, poſt numer. 6. de foro competen. cum
aliàs dicamus, quòd regulæ feudorum fallunt pro-
6 pter ſermonem inueſtituræ. Bal. in d. conſi. 207. nu
me. 2. in fi. 2. volum. & potuit dominus in traditio-
ne feudi, apponere pactum contra ipſius naturam
Ioan. And. ad Specu. in rub. de feudis, colum. fina.
circ. medi. & ſic legem traditioni dicere. l. ſi quis
duas, com. prædior. Afflict. in cap. feudum. num. 6.
ſi de feudo fue. contro. inter dom. & agn. cum mul-
ta ſint contra, & multa ſecundum ipſius naturam.
Aluaro. infra in nigro. num. 7. tangit Soci. in conſi.
257. poſt pri. 2. volum. & ſic in feudo conſideran-
7 tur quatuor: natura, aptitudo, actus, & conſue-
tudo. Iaſ. in lectu. feud. in pri. poſt nu. 17. de natura
tractatur in nigro.

SVMMARIVM.

1 *Natura quid ſit, & quæ accidentia.*
2 *Natura feudi quæ ſit.*
3 *Ideſt, dictio nedum eſt declaratiua, ſed etiam reſtri-
ctiua.*
4 *Feudum ſine inueſtitura appellatur informe.*
5 *Propriè, dictio, quomodo ſtat.*
6 *Si vero, aduerſatur in iure & in facto.*
7 *Aliud, eſt relatiuum diuerſitatis nec comprehendit
ea quibus aduerſatur.*
8 *Tunc, dictio, quid importet.*
9 *Niſi, pro ſi, & non, accipitur.*
10 *Feudorum conditio hodie eſt exequata.*
11 *Moderni quomod. &c.*
12 *Feuda data magnis Capitaneis, & quæ ipſi alijs de
derunt, non poſſunt a concedentibus reuocari.*
13 *Naturæ & legi feudorum derogat tenor inueſti-
tura.*
14 *Naturam rei in qualibet diſpoſitione inſpicimus.*
15 *Pactum trahit feudum extra naturales terminos
feudi.*
16 *Subtilitas diſcreta, & indiſcreta in bonam & in
malam partem: eſt & ingenioſa & alia fru-
ctuoſa, vt ibidem.*

AD TEXTVM.

1 NAtura) eſt naturalis ratio formæ ori-
ginis ſuæ cohærens: & quod amplius
ſit, non eſt naturale, ſed accidentale,
& differunt, nam natura eſt vniformis
ſed accidentia non, quia poſſunt adeſ-
ſe & abeſſe ſine corruptione ſubiecti. Iſta ſunt pa-
cta, quæ non cadunt in feudo ſecundũ eius, nã ſed
præter: vt ſi fiat pactum de aſſocianda vxore domi
ni, vel maritanda illius filia. §. præterea. quid ſit in-
ueſti. Et dicitur tunc feudum conditionatum. Præ
poſi. infra, quid ſit inueſti. in pri. poſt nume. 2. feu-
2 di autem naturæ ſunt plures. Caſſa. in conſue. Burg.
rubr. 3. §. 7. ibi, & ſelon la natura, in pri. in ſpecie,
quod ſit perpetuum. Præpoſi. in §. fin. in fi. infra de
contc. inter domin. & vaſall. vt mortuis hæredibus
ſanguinis, reuertatur ad dominum, & non tranſeat
ad hæredes extraneos. Bald. in Auth. ſed & ſi quis
num. 5. in fi. de ſecun. nup. & hic ponitur alia, Vt ſi
Princeps) quaſi primum capiens locum; vel in ſpe-
cie,

çię, habens certam dignitatem, vt Princeps Acca-
iæ, & olim Bohemię, quæ comparatur Regiæ di-
gnitati, licet alibi omnes diuites poſſint dici Princi-
pes. Zaba. in clemen. vni. in 6. quæſt. num. 8. de ba-
ptiſmo. Inueſtient Capitaneos ſuos) Qui proprie
ſunt Comites, Duces, & ſimilis. Et dicuntur Capi
tanei, quaſi capita digna habentes reſpectu aliorū.
Iaſ. ſupra, de his qui feu. dare poſſunt. nume. 29. di-
xi late in rub. de Capit. qui cur. vendi. De aliquo feu
do.) c. a. pri. infra quis dicatur Dux. Nō poteſt) Ideſt
non debet, nec poteſt, ſine partis præiudicio. Zaba.
in ſimili, in clemen. diſpendioſam. poſt num. 10. de
iudicijs, ſi inueſtiuit De aliquo) Quod eſt relatiuè
partitiuum, ſupponens diuerſitatem. Idem Zab. in
clemen. 1. §. ad hoc. poſt nume. 9. de præbe. Eos di-
ueſtire) Quod eſt idem, quod degradatio, & fit per
actum retro ſimilem. Inde diſueſtitura, quæ eſt du
plex, Bal. in §. fin. num. 8. per quos fiat inueſt. Sine
culpa.) c. 1. de feu. ſine culpa non amit. Ideſt) decla
rando qui ſint Capitanei, reſtringit. Bal. in l. 1. ad le
gem Aquil. Ad Marchiones, Comites, & ipſos qui
proprie) Idem ſimpliciter, vel ſecūdum quid. Pau.
de Caſt. in conſi. 221. col. 2. in pri. pri. Hodie appel
lantur capitanei,) ſequitur, idem) Eandem ſubſtan-
tiam ſignificat, hoc pronomen, licet ſit adiecta no-
ua qualitas, Bal. de vaſa. decre. eta. cir. princip. eſt, Si
inueſtitura ſit facta a capitaneis.) Alias ſine inueſti
6 tura, dicitur feudum informe. Fred. de forma inue-
ſti. lib. 3. ibi, quia, poſt nu. 4. & præſumeret hæredi
tarium. Fred. vbi ſup. ibi ſed poſtquam: nu. 27. Et
maiorib. valuaſorib.) Qui propriè Regis vel regni
capitanei dicuntur. ſup. de his qui feu. dare poſſunt.
cir. fin. pri. nam res ſumit conditionem a perſona.
Iſer. in §. huius aūt generis. nu. 21. cir. fi. ex quibus
cau. feudum amit. Si verò,) Quæ dictio aduerſat in
iure & in facto. no. in c. pe. de ſent. excom. in 6. Fa-
7 cta fuerit a minorib. vel minimis, valuaſorib.) Dixi
ſup. de his qui feu. dare poſſ. in pri. nu. 6. Aliud eſt)
Quod eſt perſona locoque æſtimandum eſt. l. pen.
8 §. fi. in fi. de condi. & dem. Tunc.) Quandoque re-
fertur hęc dictio ad tempus mortis. Pau. de Caſt. in
conſu. 56. col. 3. poſt med. 1. vol. exponitur aliquā-
do, poſtea. Arch. in c. pen. de pœnit. diſt. pri. hic idē
eſt quod illo tempore. l. maiorib. & ibi Bar. ff. de te-
ſta. tute. Poſſunt.) Quod non ſolum importat po-
tentiam, ſed & promptitudinem. D. Thom. ad He
bręos. c. 4. col. pen. cir. med. Deueſtiri non habita
ratione culpę.) Sed auferebant quacumque hora
volebant, ſicut in feudo guardię. c. pri. inf. de pign.
dato feu. quid iuris ſit.) Niſi pro nō hic exponitur,
fi. Azo in Sum. C. de pact. inter empto. & vendi.
Fecerint hoſtem Romæ) Alibi, dicitur niſi Romā
cum illis in exercitu perrexerint, quo caſu, iure feu
di tranſit & adiudicatur. §. ſi. d. tit. de his qui feu. da
re poſſ. & idem eſt in minimis, quod in maioribus
valuaſorib. vt hic. Vel niſi) Idem eſt, ver. ſi non, l. ſi
9 cum §. qui iniuriarum. in ver. idem, ff. ſi quis caut.
Habuerit, ſed Emerit feu.) quod poteſt etiam a
domino. Iſer. in c. pri. circ. fin. de benef. Tunc enim
pretium reſtituendum eſt, ſecundum antiquum &
rationabilem vſum) Alibi, tunc enim, niſi reſtituto
pretio auferre non poſſunt. d. §. fi. de his qui feud.
dare poſſ. Modeni autem) nouitij, iuniores, alias
minores. Zab. in cle. prim. §. regula. in pri. de ſtatu
monacho: alibi iuniores, alibi iuriſperiti. gl. Pari. in
rub. tit. 2. in pri. poſt nu. 23. Non ita ſubtiliter cer-
nentes,) & ſic in ſubtiliter. l. iuriſgentium. §. adeo.
ff. de pac. & repellitur a iudice. l. ſicut. §. ſi debitori.
ff. quib. mod. pig. vel hipo. ſolui, vnde quę in mera
ſubtilitate conſiſtūt, ſępe a iudicibus non admittū-
tur. ea. gl. Pari. tit. pri. §. 23. poſt nu. 23. Dicunt idē
obſeruandum in minimis, quod dictum eſt in ma-
ioribus valuaſorib. (Quia plus & minus, non con-
ſtituunt differentiam ſpecificam. glo. Pari. titu. 2. §.
25. nu. 19. & per iſtum textum eſt ſublata differen-
tia, inter maiores & minores valuaſores. Afflı. de le
10 ge Corra. in pri. nu. 6. & hodie exæquata conditio
omnium feudorū, valuaſoris, & valuaſini, quo ad
retentionem feudi, & ſic non eſt ſpeciale in curia
Mediolanenſe, remanet tñ differentia quo ad nobi
litatem, quia feudum minoris vel minimi valuaſo-
ris nō nobilitat, feudū capitanei ſic. Præp. in c. pr. in
fi. quis dicatur dux. & ſucceſſiue differunt in aliqui
bus. Alua. hic. nu. 2. poſt medi.

Declaratio textu, dubia reddebatur illius deci-
ſio, nam erat in poteſtate dominorum auferre feu-
dum quando vellent. §. & quia d. tit. de his qui feu.
dare poſſ. ſi olim, ita & nunc, arguendo de præteri
to ad præſens. c. ſcribam. de præſump. Secundò, feu
dum eſt donatio. c. pri. in quibus cau. feu. amit. ſed
donatio poſt ius quæſitum tertio, etiam quod con
ſentiaris facto, cuius eſt quæſitum ius, qui donauit
non poteſt reuocare. l. cum a ſocero. de iure dor.
ita ſi feudū detur tam a magnis, quàm maioribus
valuaſorib. vī quod non poſſit reuocari, quia idē
operatur plus, quod minus. c. non mediocriter. in
ver. in moderatam, de conſecra. diſt. 5. Tertiò in cō
tractibus, qui conſenſu contrahuntur, non recedi-
tur niſi conſenſu vtriuſque, nam ſemel acquiſita a-
ctio, ab inuito non extorquetur. l. ab emptione. &
l. fi. ff. de pactis, quia licet ab initio fuerit volunta-
rium, remanet poſtea neceſſarium. l. ſicut. C. de a-
ctio. & obligatio. Vltimò, pretium arguit vendi-
tionem. l. 2. ff. de contrahen. emptio. glo. Barto. &
alij. in l. fin. C. de præd. decuri. ſed a contractu em-
ptionis & venditionis iure perfecto, alterutro inui
to, nullo recedi tempore bona fides patitur. l. 3. C.
de reſcind. vendi. ita etiam quòd maiores valuaſo-
res reſtituant pretium, videtur quòd inuitos non
poſſint diſueſtire.

His non obſtantib. ſeruatur contrariū, & ratio
eſt, quia vtiliter inuenta, ſi poſtea tendunt ad no-
xiā, poſſunt per ſucceſſores deſtrui. c. quia ſancta.
63. diſt. olim in negocijs ex perſonis & cauſis varie
bant reſponſiones. Iſer. in c. Imperialis. in ver. com
mercium. nu. 10. de prob. feu. alie. per Loth. nunc iu-
ra deſiderant ęqualitatem, & in paribus cauſis, paria
iura deſiderant. idē Iſer. qualiter domi. propriet pri
uc. in pri. & propterea, quod obſeruabatur in ma-
ioribus, mandit hic ſeruari in minimis.

Quia ſtante, Non ob. primum. na natura fictionis
eſt ſupplere, vbi factu vel ius deficit Bal. in conſil.
213. cir. med. pri. vol. ſed hic adeſt & prohibet, vt
non poſſit auferre, ergo nō poſſit ſupplere fictio-
nē eius qđ olim erat, quia præſumptio cedit verita
ti. Iſer. in §. ſi vero caſtaldi. col. pri. cir. med. de feu.
guar. Nō obſtat ſecundum, nā datum minimis val-
uaſoribus, non cenſebatur iure feudi. §. notandum.
d. tit. de his qui feudum dare poſſ. ſed poterat quan
do vellent domini reuocare, d. §. & quia. nunc non
poſſent ſine cauſa. c. pri. de feud. ſine culpa non a-
mit. Non obſtat Tertium, nam actionem quęſitam
ex facto meo, eā cui eſt acquiſita, non poſſunt au-
ferre ſine facto ſuo, niſi ſit quęſita meo nomine ad

meam vtilitatem. l. ſtipulatio. ff. de iure doti. hic
non eſt datum feudum ſimpliciter ad vtilitatem
feudatarii, ſed vt dominum defendat. Iſern. in cap.
ſi quis miles. in princ. Impera. Lotha. Ideo olim au-
ferebat dominus ad nutum, & feuda erant ad be-
neplacitum: quod ſecus nunc. Iſern. in d. §. ſed quia
nume. 14. Vltimum non obſtat: nam licet precium
proprie dicatur in contractu venditionis, Lucas in
l. 3. in prin. de iure fiſci. improprie tamen, & gene-
raliter capitur multipliciter: & inter alia pro om-
ni eo, quod pacto datur, vt hic. Idem Lucas late in
d. l. fi. col. pen. cir. medi. C. de prædi. curia. Et ſic re-
manet firma concluſio: quòd feuda data magnis
12 capitaneis, † & quæ ipſi aliis dant, non poſſunt a
concedentibus reuocari.

Amplia nunc, procedere etiam in minimis val-
uaſoribus: licet olim non niſi ſe fecerint hoſtē Ro-
mæ, vel dediſſent precium pro cōſecutione feudi:
quia non poſſent diſueſtiri, niſi reſtituto precio, vt
hic, & in c. pri. de feu. dato mini. valuaſo. Sed hodie
eſt correctum, quia ſine culpa & cauſa cognita, nō
reuocatur etiam a minimis valuaſorib. Iſer. infra.
An maritus ſucce. vxo. in fi. & in d. §. notandum. in
in pri. & circa reſtitutionem precii, intellige vt per
eūdem Iſer. in c. pri. nu. 3. ſi pro feu. vaſa. ab aliquo
interpellat. fuerit. Amplia & ſecundò, idem eſſe in
priuilegio. Alexand. in conſilio tertio. poſt nume.
6. circ. finem. quinto volumine. Tertio amplia non
ſolum in domino, ſed etiam in vaſallo: nam ſicut
non poteſt dominus priuare vaſallum feudo ſine
culpa, ita non poteſt vaſallus renunciare feudum
domino inuito. Iſern. in dicto §. notandum. nume.
vigeſimoquinto.

Limita tamen, non procedere in Rege, cui ex
prærogatiua Regię poteſtatis eſt conceſſum, reuo
care feudum pro libito, maxime ſi viderit reſpubli
cæ expedire, cum in eo contractus feudalis ſit quæ
dam ſpecies precarij. Lucas in l. prædia. columna
ſecunda. circa medium. C. de locatio. prædio. ciui.
Item non procederet, quando per importunita-
tem fuiſſet a Principe obtentum. Iſern. in §. ſimili-
ter. colum. 5. circa prin. de cap. qui curi. vendi. quia
poſſet reuocare, vt ibi dicitur de curia Capuana.
Limita etiam nō procedere in feudo guardiæ: quia
poſſet illud tranſacto anno reuocari. cap. prim. ſu-
pra, de feud. guar. Alias limitationes ponit Afflict.
hic nu. 9. cir. fin.

13 Nota, quòd naturam rei in qualibet diſpoſitio-
ne inſpicimus. Bald. in conſilio 355. nume. 3. prim.
volum. ipſa enim ſemper ineſſe videtur, niſi per pa
ctum improprietur. Ludo. de Molin. de Hiſpa. pri-
mogen. lib. 3. capit. 4. nume. 35. vnde natura feudo
rum, accidit naturæ verborum: regulariter ab eis
eſt mutabilis et accidentalis: & pacta etiam pro-
priam naturam tranſmutant, verum forma im-
poſita a Rege, non poteſt immutari ab homine.
Frede. de Subfe. lib. ſecundo. in addi. noua. ibi, trige
ſimoquinto. nume. 13. 14. & poſt nume. vigeſimo.
nec poſſet mutare dominus in præiudicium vaſalli.
Afflict. in capi. ſecundo. in quinto not. poſt nume.
3. quo tempo. miles. Tunc noua qualitas non facit
mutare naturam feudi, vt proinde efficiat nouam.
Loft. in conſi. 14. nu. 46. cir. med. Nec poſſet Prin-
ceps feudatariis pro feudis datis nouum grauamen
imponere. Pernus in 4. notabilib. col. 11. cir. medi.
alias ea forma inueſtiturę vr̄ receſſum a lege regni.
Fred. vbi, ſuppra, ibi, vigeſimanona autoritas, col. 5.
poſt pri. & pactum trahit feudum extra naturales
14 terminos feudi. Pernus in cōſi. 12. col. 7. cir. med.
& eſt pro lege ſeruandum. Idem Pern. in conſi. 7.
col. 2. in pri. & 3. c. pri. & trahit feudū ad terminos
pacti, Pern. vbi ſup. in 4. no. col. 18. cir. fi. inſunt pa-
cta quæ formam cōtractui dant, & ineſt quidquid
informat. Bal. in l. iuriſgē. §. ſi ob maleficium. in 2.
rep. cir. fi. ff. de pac. vnde primo ſpectari oportet qd
actum ſit. l. cū in lege l. qui feudū. §. qui agrū. l. ſeq.
& pen. ff. de contrah. emp. l. 2. §. pri. & l. fi. de hære.
vel act. ven. l. ex empto. de act. emp. & l. ea lege. lo-
cat. & regulatur ſecundum tenorem inueſtituræ.
Pern. ibi. col. 7. cir. medi. & ſic ante oīa pacta ſunt
ſeruanda, ſi de eis apparet, ipſis vero deficientibus
conſuetudo regionis: conſuetudine deficiente, ius
ſcriptum. Hoſti. in Sum. de feud. ibi, quid ſit feudū.
poſt pri. & inſpicitur conſuetudo feudi ſeruientis,
non dominantis. exempla ponit gl. Pari. tit. pri. §. 7.
nu. 37. per pactum receditur a propria natura: &
poteſt apponi ēt inſolitum. Alua. in c. pen. poſt pri.
& nu. pri. ſi de feu. defun. mili. contr. fue. & quantū
cumq; extraneum ſeruari debet. Soci. in conſil. 66.
in 2. 3. vol. quia poteſt ex pacto nouam formā aſſu-
mere, & vltima pacta derogant priorib. Prep. in c.
pri. poſt num. 4. Impe. Lotha. & vltimus ſtatus dēt
eſſe in conſideratione. Affli. in dec. 305. nu. 18. &
ſunt ſeruanda pacta ēt contra naturam feudi. Præ-
po. in c. pri. poſt nume. pri. de fra. de nouo benef. in
ueſti. & vſum feudorū, niſi iuri vel naturę contra-
ria. Odoff. in Sum. vtrum pacta poſſent apponi in
feudis. nā pactum contra naturā contractus non te
net. Abb. in c. fi. col. 3. & 4. de preca. contra acciden-
talia ſic. Idē in c. vni. poſt nu. 6. de commodato. Iſto
mō dicimus, quod naturā feudorū eſt mobilis & acci
dentalis, & ſemper reſpicit ſuū principiū. Caſſa. vbi
ſup. in conſu. Burg. rub. 3. §. 7. ibi, & ſe loo la natu-
re, in pri. & nu. 2. priuilegia ſunt facti, & de eis nō
poteſt iudicari niſi p eorum inſpectionem. Zaba.
in cle. pri. in pri. in 7. not. de priui. verba conceſſio-
nis & inueſtiturę ſunt diligentiſſime ponderāda:
nam tenor inueſtiturę derogat omni naturę feu-
dorū. Soc. in conſi. 68. pri. vol. legi & naturę feudo
14 rū derogat tenor inueſtiturę: nā feuda dependēt
magis a lege conuentionis, q̄ a iure ſcripto, vel con
ſuetudinario. gl. Pari. tit. pri. §. 5. nu. 102. omiſſa cō
ſuetudine feudorum, attendit̄ tenor inueſtiturę. So
ci. in conſi. 257. nu. 2. in fi. 1. vol. pōt alterari natu-
ra feudi. Præp. in §. nulla. cir. per quos fiat inueſtit.
per pactum illi derogat̄. Idem Præpoſi. in c. 2. cir.
pri. de feu. Marchię. attēdunt̄ pacta & cōuētiones,
ſi de eis conſtare pōt, per originalem conceſſionē,
aliàs per antiquas recognitiones. gl. Pari. tit. pri. in
pri. poſt nu. 111. nam licitum eſt cuilibet in limine
traditionis apponere rei ſuę legem quam voluerit
non a iure improbatā, alias non poſſet. Zab. in cle.
2. in pri. poſt nu. 5. & 14. in fi. de religio. dom. præ-
dicata intellige circa naturalia, ſed non in ſubſtātia
lib. Pern. in d. 4. notabi. col. 18. poſt medi.

Nota ēt, quod ex conuentione feudum accipit for-
mā. Affli. in dec. 335. poſt nu. 16. forma cōtractus
verba, ideo in feudis qualitas verborū inſpici dēt:
nā forma dat eſſe rei. Iaſ. in repe. feu. in pri. poſt nu.
99. & tenor inueſtiturę dēt pręferri omni feudorū
naturę. Pau. de Caſt. in conſi. 176. in pri. pri. vol. &
245. col. pri. in fi. & 2. in pri. 2. vol. pactis enim au-
get̄ & minuitur, & dēt perpetuo cōſeruari. Bal. in l.
poſt certi. in fi. C. de liberal. cau. verū mutationes
feudi

feuda & iura feudalia, metienda ſunt ex perſona hiſ vaſalli & domini.glo. Pari.tit. prim. §. 22.num. 25.in prim.& circ. medi.& ad originalem inueſtituram ſemper eſt recurrendum,& ſecundum eam recognitiones ſi ſequẽtes corrigendi ſunt, ea.gl.2. Pari.numer.4.titu.2.§. 52. ſi non conſtat de certo modo, vſus & poſſeſsionis, iudicatur ſecundum naturam regularem feudi. ea. gloſ.Pariſ. tit.prim. §.ſeptimo.poſt numer.34. & quæcumque de lege, conſuetudine ſine natura actus ſubintelliguntur, limitant & modificant, eius virtutem executoriam, ea.gloſſ.prim.titu.prim.§.23. poſt numer. 5. Vltimò ſecundum Bald. hic, quod Princeps tenetur ſeruare ſuas conſuetudines, quia ſi tenetur ad obſeruantiam legis, ergo & conſuetudinis. Afflict.in rub. numer.6. de conſuetud.recti feud. ſed an hoc verum, idem Afflic.argumentatur pro & contra,& tandem dicit, quòd non poteſt dari certa doctrina, in cap.in generali.poſt nume.21.vſque ad 25.ſi de feud.fuerit contro.inter domi.& agn.ſed quod teneatur ſeruare, Cap.in ſua inueſtir. in ver.feuda officiorum.colum.6. poſt pri. licet enim Princeps ſit Deus in terris.Bald.in conſi.375.num. 2.primi vol.templum Dei, & eius vicem gerit in mũdo.Lucas.in l.prædia.col.14 cir.prin. ibi,vigeſimoquinto,C.de locatio. prædi. ciui.omni creaturæ præferendus.Afflic.in §.fi. nume. 5.cir.fi.hic finitur lex. obtinet imaginem deitatis.Lucas in l. 2.colum.1. cir.pri. de his qui ex publie. ratioci. mutu. pecuni. accepe.multa Pernus in tracta.de Principe.adoratur, cæteri verò ſalutantur.l.prim. & ibi gl. vlti.C. de ſilentiarijs.l. 2.de proxi.ſacro ſcrini.ſerenus inſcribitur,deuotus, magnanimus & benignus.Bal. de pace Conſtit.in verſ. Imperialis.in prim.habet plenitudinem poteſtatis.Afflict.in §.fina. num.16. de capit. qui curi. vendi. de nihilo facit aliquid,de monacho non monachum:deportatus dicitur quõ mandat deportari, quod vult fieri pro facto habetur: & quod mandat dari, habetur pro dato. Lucas in d.l. prædia.columna prim. in fin.2.in princ. & 22.circ.princi. tamen æquitate ſua ſimilem deo ſe facit. Cap. vbi ſupra.in verſic.feuda officiorum. colum.7.in prin. & quamuis habeat poteſtatem ſupremam,quia eſt creatura rationabilis, debet obedire rationi.Bald.in conſi. 327.colum.2.in fin.pri. volumi.& ratio de iure ligat Regem, de facto non. Lucas in d.l.prædia.colum.11.ibi,octauo.ſupra ipſum eſt lex naturalis. Idem lucas in l. vni.colum. 6.poſt pri.C.de expen.Ludo. vtitur iure communi,& iure gentium obligatur. Loffred. in conſi.38. numer.21. propterea dicimus,quod tam agendo, quàm excipiendo Rex vtitur iure communi.l.pri. C.de conducto.& procurat.lib. 11. Idem in teſtamenti factione paſſiua. l. ſi quis Imperatorem.& ſequen.qui teſta.facere poſſint l.3. C.de teſtamen. imitatur ius. l. ex facto. poſt prim. de vulga. & pupilla.legibus ſe ſummittit.capit. iuſtum.9.diſtinct. Vltimò, eſſet ei verecundia leges non ſeruare.l.ex imperfecto.de legat.3. & Afflict. hic poſt nume.6. & 7. Iſern. theorica eſt plana, indiget tamen correctione, dum dicit,quod non habet, dic tu, nam non habet:ibi,virtutum primo, dic, virtutum præmia.ibi,prohibendo,ſibi vult, dic, pro habendo.& dicitur, tunc(dicit ipſe)feudum abuſiue,nam regulariter datur ob amorem: Idem Iſer.in c. prim.poſt num.2.quemadmo.feu. ad fili.perti. & de feu.dato in vicem legis commiſſ. poſt num.pri. & probetur hic, dicit ipſe, nam feudum eſt gratuita & beneuola actio.c.pri.§.in primis.hi Qui b.cau.feu.ami. & tñ hodie emitur ẽt a domino. Idem Iſer.in c.pri. circ.fin. debẽnt.fra.& ſic talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant. cap.inter dilectos.in verſ. nequiſſent.de fide inſtrum. C.vni. §.pri.in verſicu. ceterorum. de religio. domi.in 6.in extrauag.com. execrabilis. in ver. ratione.de præben.in verſi.non ita ſubtiliter. Dic quod ſubtilitas alia eſt diſcreta,&

16 alia indiſcreta. Archid.in cap.ſancti.24.quæſtio.3. in bonam & in malam partem, quando in malam reprobatur. Zaba.in elemen.2.in pri.in 5.no.de pœnit.& remiſ. ingenioſa, & fructuoſa probatur præciſa & ſcrupuloſa reprobatur, vt hic.& l.vni.in fin. C.vt actio.ab hæredi.& contra hær.l.veteris.C.arbi.tutc.vnde nimia iuris ſubtilitas reprobatur.glo. 2.in cap.ſæpe. de reſt.ſpolia. in legibus eſt pernicioſa.gl.fin.in cap.cum ſancti. 24. quæſt.3.ſecundum Canones & ius ciuile in quibuſdam caſibus reprobatur. Inno.in cap dilecti.de iudicijs.nec eſt in conſideratione. Afflict.de benef.fra.nume.8.& relaxatur aliquandò. Aut. de eccleſiaſti. rerũ alienat.poſt pri. ibi, nam ſi nimia ſubtilitate vteremur, ſubtilitas in earum pernitiẽ reuerteretur. Lucas in l.vnic. cir.fin.C. de præbend.ſala.& voluntas contrahentium, propter nimiam ſubtilitatem impediretur.d. l.vnic.in fi.vt ab hæred.& contra hære. iudicia teſtantium defraudaremur. l.ſi quis hæredem.in fi. C.de inſtitu.& ſubſtitu.quod mirabile. l.cum quidam. C.de neceſſa.ſeru. nam teſtamentum quod iuris ſcrupuloſitate ruptũ videtur, ex bono & equo tuetur.l.poſthumus. & l.filio. ff. de iniuſto rupt.& irrit. teſtament. & non ſubtilitas ſed humanitas & benignitas attenditur.l. ſi tibi dederim.ff. de donatio.l.ſi quis ita, la ſecunda.de manumiſſ.teſtamen. l.ſi ita ſcriptum.de libe.& poſthum. Imperator loquitur ſimpliciter.l.Imperator. ff. de appellatio.& nimia ſubtilitates iudicibus repelluntur. Bald.in conſil.108. circa medi. & 112. etiam circ. medi.1. vol.alias ſubtili reuerentia tenti nollent iurare.l.fi. C.de fide inſtrumen.

12 Nota, quòd pars feudi, eſt feudum de per ſe. l. ſi is qui duas. §. ſi quis partem. ff. commu. prædi. Afflict. hic in primo not. Secundò nota, quòd ſi vaſallus refutat domino, & dominus inueſtit filiam, filia tenebit patre viuo, eo mortuo redibit ad agnatos, ut per Iſer. hic, quia non poteſt uaſallus procurare filiam inueſtiri, agnatis non conſentientibus. Bald. de aliena. feu. pater. num. 2. in fi. ſed qui conſentit ſibi præiudicat: nam conſenſus facit actum perpetuò ualere in recipiente, & legitimis hæredibus. Iſer. ſupra, Quia ſucceſſ. tenea. colum. 4. poſt num. 10. Vltimò nota, quòd habemus feudum nouum, paternum, & antiquum. Iaſ. in lectu. feu. num. 83. Dicitur nouum, de nouo conceſſum in perſona primi inueſtiti, in quo initium cępit. Paternum, ſi pater, auus, vel pro auus acquiſiuit. Odoffred. in Sum. Qui poſſint ſucce. in feu. nume. 49. Soci. in conſi. 66. num. 1. & 12. cir. 1. 3. volum. Hoſti. in Sum. de feudis. ibi, Qualiter feudum diſtinguatur. in pri. Antiquum verò, quod incępit ab aſcendẽtibus, vltra quartum gradum, puta ab abatauo, tritauo vel ſuperioribus; & prouectum ab atauo non eſt paternum, contra modernos. Differentia tamen quæ eſt inter paternum & antiquum, non eſt niſi ſicut inter antiquum, & magis antiquum, quę non differunt ſpecie, ſed vniformiter ſuccedunt etiam fratres & alij proximiores agnati ultimo defuncto: dummodo deſcendant a communi patre. Verum quanto feudum eſt antiquius, tanto uerisimiliter ſuperſunt plures lineę deſcendentes a primo & communi ſtipite. glo. Pari. tit. 1. §. 5. poſt nume. 97. & dicto modo, paternum, auitum, & antiquum uidetur confundere. Paul. de Caſt. in conſil. 462. colum. prima, circa medi. pri. volum. & Soci. in conſi. 272. nume. 5. 2. volumi. & idem feudum poteſt dici nouum & paternum, reſpectu diuerſarum perſonarum. Bal. hic nu. 2. circ. fi. Præpo. poſt nu. 8. & Affl. num. 2. & hæreditarium, vnum ſimpliciter, & aliud ſecundũ quid ſimpliciter, quando eſt conceſſum pro ſe hęredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque. ſecundum quid, quã do pro ſe & hæredibus maſculis. Ripa in l. in quartam. nu. 181. ad legem Falc.

Iſer vſque ad §. filia. diuidit textum in tres partes, quibus ponit caſum ſeperatim: & circa primũ & ſecundam, declarando textum excitat quæſtiones & ſoluit: quo ad tertiã remittit ſe ad §. hoc quoque. de his qui feu. dare poſſ. Et declarando textũ, dum dicit, partem ſuam apperit, quomodo olim, & nunquid qualiter poſſit feudũ alienari. In ſecunda ponit practicã inueſtiturę in perſona filię: quõ durat vita durante patris, & qualiter ꝑ conſenſum agnati eſt perpetua. & ſi cõſenſus agnati pręiudicat alijs, vel filiis natis & naſcituris. ſed tractando, hoc vltimum, cum aliis diſcurrendo, pergimus. Iſern. ex inte. gl. dicit, ꝙ aut is qui alienat viuit, & non reuocat: quia non eſt pręiudicium alicuius uiuente eo qui conſentijt. arg. l. quæritur. ff. de bonis liber. & illa poſſidet, donec is qui conſentijt viuit. In ſimili Afflict. hic in 2. not. poſt nu. 4. & 5. & Alnarot. ex intentione gl. num. 4. circa fin. eo verò mortuo aliue agnatus qui venit poſt illum reuocabit, vt per Iſer. hic; quia ſi agnatus refutauit, non nocet alijs, niſi illo uiuo. Iacobi. in ſua inueſti. in ver. & cum pacto de non alienãdo. num. 37. Sed quid ſi ſequens agnatus eſſet hæres prioris conſentientis? diſtingue, aut eſt feudum hæreditarium, aut ex pacto & prouidentia? ſi eſt hæreditarium, puta quia eſt datum ſibi & hæredibus, ex quo intelligitur conceſſum filio vt hæredi, & ordine ſucceſſiuo, ut poſt mortem patris habeat filius ut hæres illius. Loffred. in d. cap. Titius. ibi, accedit, in pri. & ibi, & eadem ratione, circa pri. & nunc ſi vult habere feudum, oportet quòd ſit hæres: adeo quòd uenit in petitione hęreditatis. l. Item uidendum. §. fi. de pet. hære. nec reuocaret. l. ea quæ. C. de reſti. mili. qui adiuit hæreditatem. Iſer. hic. Si uero eſt
13 feudum ex pacto & prouidentia, † puta quia eſt datum ſibi & liberis deſcendentibus, nulla facta mentione hęredum, tunc quia agitur de ſucceſſione primi inſtitutoris, & non vltimi poſſeſſoris. Ludo. de Moli. de Hiſpa. primog. lib. 3. ca. 9. nume. 4. etiam quòd iſte vltimus gratuitum beneficiũ pręſtiterit, nihil amplius quàm operam ſuam accommodando. l. 3. in fin. ff. de obſequijs a liber. patro. pręſta. ſubiacet enim reſtitutioni ei qui ſequẽs eſt in gradu, ut per Iſer. hic colum. 2. in fin. & ſucceſſiuè iſte vltimus qui rogatus eſt reſtituere, rẽ non videtur habere. l. ſi totam. ff. de acquiren. hęre. & hoc habere eſt, quaſi non habere. l. quærebatur. in ver. compeſiſſet, poſt ver. tres. ad leg. Falcid. & qui

ſuccedit

ſuccedit in feudo, habet a primo, non ab iſto vltimo. ſicut ſtatuliber dicitur habere libertatem a primo, & non a ſecundo. l.ſi quis ita. in glo.ff.de ſtatuliber. & heres dicitur rogantis, & non rogati. Bald.in conſi.79. nume.1.1.volum.electus non dicitur capere ex teſtamento eligentis, ſed eius qui iuſſit reſtitui,l.vnum ex familia.§.primo,de legat. 2. Immò quia pertinet ad iſtum qui ſequens eſt in gradu, etiã quòd defunctus tenuit, minime bonorum eius videri poteſt. l. in teſtamento, C. ad leg. Falcid. illo modo agnati poſſunt habere, licet non ſint heredes, & ſucceſſiue illius conſenſus nõ ſibi præiudicat : in filio ſecus, qui in hoc eſt deterioris conditionis quàm agnati , niſi confecerit inuentarium, dixi late infra. An agnatus.

Sed quid ſi pater uiuens iure francorum , uendit uel conſentit una cum primogenito; Si moritur primogenitus, an alius ueniens poſt eum qui non conſentijt, reuocet? Et uidebatur quòd ſic, per ea quæ dicta ſunt ſupra in feudo ex pacto & prouidentia, quia feudum in quo viuitur iure francorum, cenſetur reſtitutioni ſubiectum. Loffre.in conſi. 1.poſt num.18. capit primogenitus manu propria ius ſibi competens, & non de manu aliorum.glo.2.Pari.in princ.titu.primo.§.8. Non poteſt pater præiudicare filio in primogenitura , ſicut nec in feudo, in conſi.feu.diuer.pri. num.204. Sed contrarium tenet Iſer.hic, videlicet quod primogenitus uiuens iure francorum,ſi alienauit feudum,vel conſentit patri alienanti, frater ſecundogenitus poſtea ſuccedens,vel filius fratris,non poteſt alienationem reuocare. Anto. de Alexand. in conſi.52.inter conſi.Loffred.num.55.cir.fi.& conſentiendo primogenitus præiudicat filiis ,tam ſuis quam patris, & omnibus ſucceſſoribus; dummodo ipſe ſuperuiuat alienanti. Cap. in ver.feudatariorum filii, in decima limitatione; licet alii aliter intellexerint.Iſer.hic,quod reprehendit Loffre. in d.conſi.primo,nume.88.circa fin.89. poſt nume. 90.& 91. Tanto magis , quia primogenitura defertur iure hæreditario.in d.con.feu. diuer.primo nume.33.circa medi.glo. 3.Pari. vbi etiam , quod poſſit ea priuari ; cum ampliatio. & limitat. titulo primo.§.8.poſt numerum decimum , vſque ad decimum quintum.

Non omitto pro declaratione prædictorum, quod ius francorum non reperitur ſcriptum, ſicut non conſuetudinarius.Iſern. in §.donare.nume.7. circa fin. Qualiter olim poterat feu.alienari.eſt tamẽ conſuetudo, & ualet.Bald.in cap.mulier.ſi de feu. fue.contro.inter domi.& agnat.vaſa.& maior natu.Secundum conſuetudinem Franciæ , ſuccedit in toto feudo. Cur.in tract.feu.in 4. par.nu. 149. in fin.& ſuſtinetur,propter honorem familiarum
4 & primogenituræ.† Bald.in conſi.360. 2.volum. Quid autem ſit primogenitura , & de eius prærogatiua, Archid.in cap.quam periculoſum.in pri.7. quæſt.pri.eius origo & dignitas in quibus conſiſtit,& quòd eſt beneficium legis & non patris. gl. Pari.3.in primo,& poſt num.7. tit.primo.§.8. cauſa finalis fuit conſeruatio familiæ.ea.glo.Pari.4.numc.14.tit.primo. §.8.æquiperatur iuri accreſcendi. Præpo.in cap.primo,nume.8.poſt medi.de feu. Marchiæ: & etiam inter fœminas antiquitati defertur,& de eius prærogatiua glo.Pari. in pri.titu.pri. §.26.proprie non cadit niſi in linea directa, cum dicatur reſpectiue ad genitorem ; tribuitur quandoque lineę collaterali ex conſuetudine , nedum maſculo,ſed(ut ſupra)maiori natu fœminę.ea.glo. Pari.poſt pri.titu.primo.§.20.licet regulariter ceſſat in linea collaterali.ea.glo.4.num.8.in fi. & 10. circa medi.tit.pri.§.6.inhæret perſonæ, & eſt impręſcriptibilis, & poteſt eſſe etiam circa rem particularem.d.glo. Pari.3.nume.28.& 29.tit.primo. §.8. & habet locum, ſiue feuda ſint antiqua , ſiue nouiter quæſita: nam ſufficit qualitatem adeſſe tempore quo diſpoſitio ſumit effectum (,ſecus in eo qui naſcitur poſt nobilitatem datiuam,quia poſtea natus non efficitur nobilis. glo.prima. Pariſ. num.15.d.tit.primo.§.8.) & tempore obitus parentis,vt ibi, nume. 32. Et primogenitus quando profertur a lege,intelligitur de legitimo,& non de naturali tantum. ibi,poſt nume.36. nec legitimatus per reſcriptum habet ius primogenituræ , ibi. nume.41.vſque ad 44.& intelligitur,ſi primogenitus eſt aptus ,nam inhabilis non facit numerum, ſed defertur magis apto, ea. glo.num.26. & 27.& non habet locum niſi in feudis quę reperiuntur tempore mortis.ea.glo.3.Pari.titu.primo.§.8.poſt num.15.nec in allodialibus.Prępo.in §.& ſi clientulus,num.3.de aliena.feu. Et iſta cõſuetudo quæ admittit primogenitum excluſis omnibus, quamquam videatur dura, nihilominus ſeruatur, ubi uiget. Aluaro, in cap.mulier.num.2.cir.pri.Si de feu. defun.mili. contro,tunc.in Francia maior frater ſuccedit in feudo.Præpo.in §.ſed & res,poſt nume.3. per quos fiat inueſt. in Gallia melior eſt conditio primogeniti. Caſſa.in conſu.burg.§.quinto.in pri. num,pri.rub.7.& dominus qui in traditione feudi vnum prędilexit, interpretatur primogenitus. Fre. de ſubfe.lib.2.ibi,octauo quæro.poſt num.2.maior natu & antiquior prefertur : quia melius gubernatur per antiquiorem, quàm per iuniorem. Soci.in conſi.252.nume.4. & poſt.2.volum.præfertur minoribus fratribus & cohæredibus ſuis maſculis & fœminis.Idem Soci.in conſi.19.nume. 8.pri.volum.& ligat ſecundogenitum, etiam clericum:quia fuit hæc conſuetudo introducta, antequam ſecundogenitus eſſet effectus clericus . Caſſa.vbi ſupra rub. 7,§. 3.ibi, vn chaſcun.num.4. & licet ſit odioſa, ex quo deprimit ſecundogenitum . Lucas in lege,quicumque,circa medi. C.de princip.agen.in rebus:exorbitans contra ius commune,& reſtringenda.glo.pri. Pari.num.10. titu.
16 pri.§.8.tamen ſi alijs mandat dari alimenta, † nõ eſt irrationabilis.Soci.in dicto conſi.252, colum. antepen. in pri.ſed fauorabilis, glo. 3. Pari.nu.30. tit.pri.§.8.glo.4.num.3.poſt medi. & poſt pri.§. 9.& §.12.& quia vetus conſuetudo comprobat, tollerabilis eſt.l.Imperatores. in fi.ff.de pollicita. dat feudum,& habet vim pacti. Afflict.hic nume. 34.& iura conſiderant quę conſuetudine debentur.Loffred.in conſi.pri.nume.186.circa medi.& datur feudum præcipuum propter onera dignitatis.lege prima. §. nec caſtrenſe. ff. de collatio. bonor.

Habet enim primogenitus, multas prærogatiuas. Afflict.in ca.pri.num.10.21.& poſt : ſup. eo. in pri. Capi.in ſua inueſt. in ver.feudatariorum filij.in 7.amplia. eſt totius familiæ robur et præſidium,tenetur fratres in opes alere, ſororeſque egentes dotare. Ludo.de Moli.de Hiſpa. primoge. lib.2.ca.pri.nume.3. circa pri. c.4.nume.54.circa medi.& c.15.num.42. & ut dignitatem cõſeruet

ſubdi-

ſubditoſque regere poſſit, f. uctus ſunt neceſſarij: qui ſi diuiderentur, reducerentur ad nihilum, & conditio conſtituentis feudum efficerentur deterior. Loffred. in conſi. 39. num. 32. circa fin. & dicitur hoc modo fauorabilis. Affli. ſupra eo. in pri. num. 34. & dignitas. glo. fin. in ca. quam perieuloſum. 7. quæſt. pri. ſolus primogenitus vocatur. Loffred. in d. conſi. pri. nume. 56. vnus & non plures. Ludo. de Moli. vbi ſupra, lib. pri. ca. 11. nume. 9. & proprie eſt, qui inter plures fratres primo genitus & natus eſt. Cap. vbi ſupra, in ver. feudatariorum filij. colum. 2. ibi, primogenitus. Primus eſt per electionem naturæ, nõ per electionem patris. Cam. in §. præterea ducatus, car. 103. colum. 4. poſt pri. de prohi. feu. alienatio. per Fre. vel quia ſuperuixit tempore mortis patris. Bald. in l. cum antiquioribus, nume. 11. circa fin. C. de iure deliber. & firmatum eſt hoc ius lege diuina, canonica, & conſuetudinaria. Iaſ. in l. nemo poteſt. num. 3. de leg. primo. Et defertur feudum primogenito, qui in ſolidum nomine ſuo & hæredum ſeu conſortum, iura exercet. glo. pri. Pari. tit. pri. §. pri. quæſt. 7. nu. 71. circa fin. Habet electionem manſionis etiam nouæ, ſed prout tempore mortis, & cum manſione quid veniat. gloſ. quarta, & quinta, per tot. tit. pri. §. 8.

Quid ſi eodem tempore naſcuntur Regi duo filij, ita quòd ignoratur quis prior ſit natus? Dic quòd pater poteſt eligere quis eorum debeat regere. Et ſi habet vnum utilem, & alterum inutilem; ſi primogenitus eſt inhabilis, ſecundogenitus ueniet ad ſucceſſorem. Et ſi ante Regalem dignitatem habuit filium, & poſtea dũ effectus eſt Rex habuit alium, ſuccedit natus poſt dignitatem regalẽ. Sed vis eſt in verbis inueſtituræ. Præpo. in cap. pri. poſt nume. 4. de feu. Marchiæ. Quid ſi renunciauit primogenitus, & ſi eſt mortuus ante patrẽ. Dic quòd is qui reperitur antiquior tempore mortis patris, eſt primogenitus, niſi mortuus reliquiſſet filios. glo. Pari. in 9. quæſt. num. 29. & 30. titu. primo. §. 30. vel attenditur conſuetudo patriæ, & forma inueſtituræ. Bald. in conſil. 121. poſt num. 10. 3. volum. aliàs poſterior non dicitur primogenitus, niſi fuiſſet mortuus qui erat primogenitus uiuente patre. Iſer. hic poſt nume. 8. & pactum appoſitum in feudis, eſt pro lege ſeruandum. Petrus in conſi. 7. col. 2. in pri.

Sed retentis primis terminis, ad quoque regredior, quando quis conſentijt alienationi, conſentiente mortuo, filij naſcituri uel agnati, an reuocent? Iſer. hic arguit ad partes, & duo adducit pro parte negatiua, ut per eum. In eo autem quod dicit de poſtula. affinitatis, vult dicere, de poſtula. l. cui eorum. §. affinitatis. & ibi, ad Trebel. l. ex facto. §. ex facto. & adde duo alia quę poſſent in medium afferri, videlicet. l. Imperialis. §. his illud. & ibi gl. 1. C. de nuptiis. & l. quicumque. C. de prin. agen. in rebus.

Partem verò affirmatiuam probat Iſer. per l. ſi cognatis, de rebus dubi. quatenus non ſit differentia inter filium & poſthumum. l. 3. §. primo, de inuiſto rup. Et legatum ſi ſit incapaci, ſufficit quòd poſtea fiat capax, etiam quòd ante non eſſet: quia quod ſtatuitur de eo quod eſt productum in eſſe, ſtatuitur & in eo quod eſt actum ad eſſe. Afflict. ponit ſimil. Qui ſucceſſo. tenea. ante & poſt num. 21. & hoc modo natus habetur pro non nato: & econtra. l. Titius. §. fin. & ibi glo. fin. de libe. & poſthum. maxime ſi tempore alienationis eſſet cõceptus, quia habetur pro nato: nam tempus conceptionis inſpicitur. l. emancipatum. §. primo. ff. de Senatori. & hanc tenet Iſer. quia dicit ipſe, quòd eadem eſt ratio in natis, quę eſt in naſcituris: nã in d. l. 3. non eſt ratio diuerſitatis in poſthumo & in iam nato. Intellige tamen quod non omnes agnati ſimul ueniunt ad reuocandum, ſed ſucceſſiue, prout quiſque eſt in gradu proximior. exemplum ex ijs quę dicit Afflict. infra, de aliena. feu. pater. colum. 2. poſt medi. ibi, item quæro: Et ratio eſt, quia hæc deferuntur a genere, non a patre: ideo manent incolumia. & anteceſſor non potuit diſponere, quia res recaſura erat in alterius poteſtatem. arg. l. moribus, de vulga. & pupil. Barba. in addi. vlti. ad Bald. in §. fin. ſupra de feu. guar. cenſentur enim plures donationes ad tempus factæ. Iſer. in §. præterea ducatus. in pri. addi. cir. fin. poſt 38 de prohi. feu. alienatio. per Fred. ſicut in conceſſione facta pro ſe & ſuis heredibus, una conceſſio uidetur in perſona cuiuslibet: & quilibet ius ſuum metitur ex propria perſona: nec ullus agnatus habet cauſam ab alio, ſed quilibet a concedente, & ſuccedit vt ex tunc, non vt ex nunc, & quilibet agnatus habet donec uiuit, ſequens poſt eum. Ideo quaſi ſubiacet reſtitutioni, & defertur a genere non a patres, & agnatus poteſt retinere feudum, repudiata hæreditate vltimi, ſecundum veriorem & magis com. opin. in conſi. feu. diuer. pri. nume. 185. in fin. vſque ad 190. & ſucceditur primo non hæredi grauato, ſicut in fideicommiſſo vniuerſali. Pau. de Caſt. in conſi. 55. in pri. pri. volum. Quid in donatario, ſi habet ex diſpoſitione primi donantis, an dicatur habere a primo donante uel primo donatario. Idem Pau. de Caſt. in conſi. 331. nu. 2. eo. volum. adeo quòd feudum in propoſito dicitur poſſidentis, inſpecto præſenti ſtatu agnatorum, per ordinem inſpecto exitu, ſicut ſerui dotales dicuntur viri, inſpecto præſenti tempore, ſed ſpe futuri ſunt mulieris, lege, ſi conſtante. §. ſi maritus, in glo. fin. ff. ſolut. mat. & prætium inſpectu exitu dicitur eſſe in obligatione. Loffred. in conſi. 32. nume. 12. poſt medi. Vnde iſtud feudum; poteſt dici eſſe obligatum agnatis, quaſi contracta obligatione in præteritum, argum. l. neceſſario, circa medi. ff. de peri. & commo. rei vendi. & quaſi ſubiacet reſtitutioni poſt mortem, ei qui ſequens eſt in gradu. Iſe. hic, & in conſi. feu. diuer. 8. poſt num. 15. adeo quòd eſt hæres primi & nõ vltimi. & in feudo antiquo nullus agnatus habet cauſam ab alio, ſed omnes a primo concedente: nec filius habet iure paterno, ſed a genere, licet miniſterio patris ſuccedat, non vt ex nunc, ſed ut ex tunc, in d. conſi. 8. num 27. vſque ad 30. quia eſt ad inſtar fideicommiſſi; & de vno ad aliud arguitur. Deci. in conſ. 445. poſt num. 18. & 33. Adeo quòd vnuſquiſque ad vitam, ex propria donatione feudum capit, vt cum poſt vitam vnius donatio finem habuit, alter iure ſuo poſt mortem primi vtili rei vẽdicatione capiet. Cam. in d. §. præterea ducatus. car. 95. colum. 2. circa medi. 3. car. fin. & 4. in pri. & 107. colum. 2. poſt pri. nam. Iſtud feudum, cũ requirat perſeuerantiam. & exiſtentiam complurium perſonarum ſi ſuperſunt, videtur ordine ſucceſſiuo vnam poſt aliam vocare. Loffred. ibi. Imperat. Lotha. colum. 6. poſt med. & hoc modo dicimus,

mus,quòd ſępe quis capit reſtiturus, quod nõ caperet
retenturus. Bald.in conſi.407.nume.4.poſt
medi.pri.volum. & licet quodammodo ab vltimo
dicatur habere.§.& ſuper ijs,in fin. iuncta glo.vlti.
Auth.de nuptijs.& iſte,ſi eſſet in vltimis,ex quo
teneiur reddere,nõ poſſet non dotatum, petere.l.
quod de reddenda,ff.de pactis dota. & ſi vni ſuiſſet
aſſignatum,nihil iuris haberent alij,l.filio.§.fi.
ff.de ritu nuptia. Et ex ijs dicit Iſer. patet reſponſio
ſuperius adductis contra naſcituros;nam ideo
in terminis.l.2.de liber. & eorum liber. delictum
patris nocet filio, ad hoc vt reuocetur in ſeruitutem:
quia vitium contrahitur a patre,cuius conditionem
filius ſequitur. Intellige ſi vterque eſt liber,
aliàs ſequitur conditionem matris.§.pri.inſti.
de ingenuis,in l.cui eorum.§.affinitates. ff. de poſtulando,
ideo intelligitur de agnatis qui erãt tempore
conſenſus: quia poſtulare pro alio, eſt beneficium
quod impenditur ab eo qui poſtulat, & potir
ſalarium etiam non conſtitutum. in d. §. ex facto,
publicantur bona deportatis hic verò nõ ſunt
bona conſentientis niſi dum uiuit. Nec in d.§.ex
facto,illa bona erant debita filio ex pacto & prouidentia,
ſicut in caſu de quo quęritur:& propterea
hic ſtatim poſt mortem naturalem patris conſęquitur,
quia non perdit ea quę ſunt a genere,ſed
ea tantum quæ habet a patre, & ea quæ non haberet
ſi pater non fuiſſet.d.l.emancipatum. in fin.ff.
de Senatori.l.placet.ff.de lib. & poſthum.Item in
terminis illarum legum,dum tractatur de hæreditate
Titij,non poſſet non natus nec conceptus uiuente
Titio,ad illam peruenire. l.primo. §.ſi quis
proximior.ff.vnde cog. hic agitur de feudo ex legis
prouidentia, in quo proximi defuncti voluntas
nihil operatur , ut ſupra , & per reſtitutionem
18 hæreditatis non ueniunt feuda nec emphiteoſis:
quia non habentur ut res,hæreditarię,ſed inter hęreditatem;
ſicut iura ſepulchrorum. Paulus de Ca.
in l.quamuis. in fi.vbi Alexan.in §.nihil.num.4.&
in l.ſi patroni.num.9.ad Trebelli. vbi etiam Bart.
num.3.& Pau.de Caſt.num.2. & in conſi.217.in
fin.& 406.in fi.2.volum. in l. Item uidendum. §.
nunc videamus.num.8.de pet.hære. & in l.cum uirum.
nume.4. vbi latè Bald.nume.21. C. de fideicom.
Cur.in tract. feu.in 8.quæſt. pri. par. princ.
num.19.circa fin.reg. cum tribus limi.ponit in eius
lectu.feu.in pri.num.46.48.49.& 50.nam venit
in reſtitutione,ſi eſt feudum hæreditariũ. Hiero.
Gabri.in conſ.3.4.poſt med.& ſic pro ſe & hęredibus
quibuſcumque.Cur.ubi ſupra in 3. parte
princ.in fin.ibi,circa,poſt nume.6.& in 4.par.pri.
num.135.Aluar.in c.In generali.num.4.ſi de feu.
defunc.mili. contro. fuerit. Idem in emphiteoſi,
quando hæres capit ex teſtamento.Hiero. Gabri.
in conſi.9.num.20. aliàs conceſſio emanat a domino,
& cum eo res geſta eſt. Ideo eius factum attenditur
plus quàm patris recipientis & ſtipulantis.
Prępo.in cap.Imperialem. colum.penu. in pri.
de prohi.feu.aliena.per Fred. &.poſiti in diſpoſitione
cenſentur vocati a primo concedente, adeo
quod non habet ius vel cauſam ab illo,in cuius
locum ſuccedit, ſed ab ipſo concedente: & cenſetur
noua conceſſio facta a domino gradatim in
perſona cuiuslibet. glo.Pari. poſt num.83.& 84.
tit.primo.§.22. & ſi eſt de deſcendentibus primi,
ſufficit eſſe conceptum illo uiuo , licet non fuerit
homo,quia non dum eo uiuente infuſa eſt anima
rationalis.l.diuus,de extra.crimi. Quando autem
19 infundatur anima in maſculo , & quando in fęmina,
Napo.in conſ.ſi quis vel ſi qua,in addi.ad glo.
pri. colum.5.poſt pri.glo.fin.in cap.pri.5. diſt.clement,
vni.in ver.ſimul.& §.fin.vbi no.de Sum.Trini.
Sed interdum ſecundum diuerſos tractatus,requiritur
quòd ſit homo. l. in lege, la.2. ff. ad leg.
Falci. & habetur quandoque pro nato, ſi tractatur
de eius commodo.glo.3.in l.cum inter. C.de
fideicom.liberta.in iſto caſu ſufficit eſſe conceptũ.
d.l.emancipatum.in fi.& ſic intellige prædicta, dicit
Iſer. quando mortuo Titio alienante uel conſentiente,
ſine deſcendentibus, adit agnatus tunc
uiuens uel ſaltem eſſet anima cõpleta,quia ſe uiuo
mortuus erat agnatus ; relicta uxore prægnante
duorum trium vel vnius diei , tunc as poſſet reuocare,
quia non fit agnatus poſt mortem, & ſi non
haberet agnatum,rediret ad dominum, ſi alienaſſet
ſine conſenſu domini:aliàs ſi cum conſenſu,eſſet
perpetuò penes emptorem.Idem Iſer. ſup.eo.
ibi,hodie,& ibi,circa ſecundum:dictis caſibus conceptus
ante,ſed natus poſtea uenit ſuo iure ad reuocandum
paternum feudum alienatum ſine conſenſu
ſuo. & uenit non ſicut ad hęreditatem alienantis,
ſed vtilem actionem habet: ad reuocãdum
factum patris negligentis.l.1.& 3.C.de dona.quę
ſub modo:vel datur directa quæ competit hodie
alienanti ſine aſſenſu. d.conſtitut. conſtitutionem
diuæ memoriæ , quia nihil transfertur in emptorem,
ſtante prohibitione legis : Secus ſi alienatio
eſſet interdicta ex pacto, quia tunc transfertur dominium,
ſed reuocabile,ſicut in donatione conditionali,
vel in diem: & ideo feudum conditionatũ,
& non liberum dicitur reſtitutioni ſubiectũ. Bald.
in conſi.202.cir.fin.poſt num.4.5.volum. Caueãt
ſibi propterea dicit Iſer. qui emunt talia feuda ,
quia agnati nati & naſcituri ſemper poſſunt reuocare,
dummodo tempore alienationis exiſtant,uel
eorum aliquis tunc reperiatur conceptus, & admittuntur
attenta gradus prærogatiua. Afflict. in
d.c.ſi Titius.num.3.in fi.ſi de feu.fue. contro. inter
domi.& ag.de aliena.feu.pater. poſt nume.1.
& an agna. nu.8. poſt medi. quod alia remittit ſe
Iſe.ad §. hoc quoque.de his qui feu.dare poſſ. ibi.
late dixi,ideo hic non repeto.

S V M M A I V M.

1 *Filia, dicitur a familia.*
2 *Niſi,ponit exceptionem.*
3 *Pater,a patratione dicitur.*
4 *Differentia, ſi dicatur, pro ſe maſculis tum fęminis:uel pro ſe maſculis & fæminis.*
5 *Fęmina cenſentur vocata ordine ſucceſſiuo,nõ exiſtentibus maſculis.*
6 *Frater unde,& quotuplex dicitur.*
7 *Fratris appellatione,an contineatur ſoror.*
8 *Frater ſuccedit fratri,& filia patri.*
9 *Filia regulariter non ſuccedit in feudis.*
10 *Iura diuerſa circa fęminarum ſucceſſionem.*
11 *Fęmina eſt capax feudi, & non incapax.*
12 *Frater non ſuccedit fratri in feudo nouo.*
13 *Frater an ſuccedat fratri in emphiteoſi.*
14 *Herma phroditus unde,& an ſuccedat in feudo.*

AD §. FILIA VERO.

1 Filia) a familia dicta. † Archid. in cap.
præſens.circa medi.20.quæſt.3. Vero)
Quæ eſt coniunctio aduerſatiua.
Lucas in l.vni. C.ne quid oneri publi
co imponat. Non ſuccedit in feudo.)
Nam dicunt iura, quòd filia non admittitur, niſi re
periatur aliquando, quod tamen fit non niſi virtu-
te pacti. Soci.in conſi.257.poſt nume.3.2.volum,
nonnulla enim fœminam excludunt, tamẽ quidam
admittunt tam in feudo quaternato, quam plano
& de tabula, tam paterno quàm materno. Addi.ad
Odoffred.in Sum. Qui ſuccedunt in proprietate
2 feudi, Niſi.) † ponit exceptionem.in conſi. feu.di-
uer.num.5.conſi.12.Inueſtitura fuerit facta in pa-
3 trem.) † A patratione rei venereæ dictũ, per quá
procreatur filius. Archid. in d.ca.præſens.in pri. &
4 filij & filiæ ſuccedant in feudum: & fit differentia,
ſi dicatur, pro ſe maſculis cum fœminis: vel, pro ſe,
maſculis, & fœminis. Iaſ.in l.Gallus. §.quidam re-
cte.num.32.de liber. & poſthu. tunc enim ſucce-
5 dit filia filijs non extantibus; nam cenſetur vocata
ordine ſucceſſiuo, non exiſtentibus maſculis. in
con.feu.diuer.pri.num.57.59.&60. Admittuntur
fœminæ, ſi maſculi non ſuperſunt. Soci.in con.73.
num.17. cir.fi.4.volum. & intelligitur de fœminis
deſcendentibus. Pau.de Caſt.in conſi.191. nume.
4.2.volum.vel niſi inueſtitæ fuerint de hoc feudo
paterno, propter ſeruitium & amorem patris.ca.
pri. Quemadmodum feu. ad filiam perti.nam tũc
ſuccedit in feudo hæreditario, & in feudo franch.
aliàs non ſuccedit, nec maſculi deſcendentes ex ea.
in conſi.feu.diuer.40.num.11.& 12.Odoffred.in
Sum. Qui poſſunt ſucce.in feu.poſt pri.in alio ve-
rò feudo, ſcilicet nouo, quod habuit initium a fra-
tribus, nam ſi habuiſſet initium ab eorum patre,
tunc eſſet paternum. Præpo. hic in pri.in ver.in a-
6 lio. Et dicitur frater, ex eo quòd ex eodem fructu
& ſemine eſt natus. Lucas in l.licet.C.de decurio-
ni.dicitur etiam multis modis. Afflict. in §.Item ſi
fratrem.nume.12.ſupra, Quibus modis feu.amit.
In iſta materia, eius appellatione non continetur
7 ſoror. Immò exprimendo fratrem, uidetur non ad
mittere ſororem. Fre.de ſubfeud.lib.2.ibi, duode-
cimo quæro.num.21.& 22. Non ſuccedit vnus al
teri) Niſi ſit emptum ex bonis communibus.c.pri.
de beneficio fra.vel ex pacto. Iſer.in c.pri.de duo-
bus fra.a cap.inueſt. & quod diximus de fratribus,
8 ut unus alteri ſuccedat per pactum, idem & de fi-
liabus.c.pri.in fi.de feu. Marchię. Quando dictum
fuerit, expreſſim,) ſcilicet verbis generalibus, ſpe-
cialibus, vel verbis ſingularibus. Pau. de Caſt.in
conſi.442.colum.4.in fi.pri.volum. Vt alter) de
cuius proprio ſignificatu eſt dici de duob. Pau. de
Caſt.in conſil.264.in pri.2.volum. alteri ſuccedat
ut in textu.

Quo declarato, difficultabatur, eius conſulta-
tio: nam nihil intereſt vtrum per filios, an per ge-
neros ciuitatum commoditatibus ſuccurratur. l.ſi
quis.in fi C.de naturali.libe. & mulier licet pugna
re non poſſit. Iſer. in §. ſed quia. eſt tamen in vſu
belli aliter quàm pugnando. Idem Iſer.in §.hoc au
tem.num.19.circa fin. de his qui feu. dare poſſi.
nam ſi non defendit de facto, poſſet adiuuare ver
bo, cum ad hoc etiam teneatur vaſallus. Barto. in
tracta.ad reprime. in ver.totius.nume.4.& fertur
Fuluiam deteximiſſe coniurationem Catellinæ, &
Marcum Tulium Conſulem, in iudicium eius in-
ſtruxiſſe. c.cetis.15.quæſt.3.l.de crimine. in ver.
perſequatur. C.de his qui accuſ.nõ poſſu.l.in quæ
ſtionibus. ad legem Iuli.maieſt. Secundò, fœminæ
cum maſculis debent ſuccedere æqualiter. Bald.in
conſi.402.volum. quia vtrumque eorum creauit.
Deus ad generationis opus, nec dẽt fœmina a ma
ſculo in talibus minui.§.neque illo. Aut.de trie.&
ſemiſ. Tertiò, tacitum & expreſſum æquiparantur
l.iam hoc iure.de vulga.& pupilla. Lucas in l.pri.
in fi.C.de muner.& honor.nõ conti. Sed ſi expreſ
ſe dicatur, quòd frater fratri ſuccedat, admittitur
in feudo nouo.c.pri.in fin. de duobus fra. a Capi.
inueſt.ita & ſi tacite: quia frater ſtipulatur fratri
in feudalibus. Iaſ.in l.quod dicitur. poſt num.41.
& in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.poſt nume.3.de verb.
oblig. Vltimò, conſti.regni, vt de ſucceſſionibus.
admittit fratres ſucceſſione feudorum; quę cum
loquatur ſimpliciter, non facta diſtinctione inter
feudum nouum & antiquum, debet ſimpliciter in
telligi.l.pri.de aleæ luſu.

His non obſtantibus, iure iſto ſeruatur contra-
rium: & rationes quinque aſſignantur, quare fœ-
minæ non ſuccedant. in conſi.feu.diuer.2. nume.
40.add.ad Odoffred.in Sum. Qui poſſunt ſucce.
in feu.in ver.non ſuccedunt.poſt medi.Caſſa. ubi
etiam dat multas fallentias, in conſu. burg. rub.3.
§.5.in pri.num.17.& quia per genus maſculinũ,
conſeruatur memoria domus. Afflict.hic cir.pri.
cum fœmina non ſit de genere. Idem Afflict.ſupra
eo.in pri.poſt num.76. in fratre autem ratio fuit,
ne dominus inuitus alium quàm quem uoluerit,
ſibi acquirat vaſallum.cap.primo, de tra.de nouo
bene.inueſt.

Quibus ſtantibus: non obſtant contraria: & pri
mum, nam licet mulier ſit in uſu belli, regulariter
non pugnat. Iſer.ſupra in prælu.in 4.quæſt.num.
42.cir.ſin.& iura adaptantur ad ea quę frequẽtius
accidunt.c.diuerſis, de cleri.coniuga. not.in c.quia
plærique, de offi.ord.in 6. Secundum non obſtat,
nam illud procedit de iure comm. Romanorum,
cuius licet non ſit vilis authoritas, nõ tamen adeo
uires ſuas extendit, vt vſum vincat aut mores.cap.
pri.de feu.cog. Tertium non obſtat. nam ut per
Lucam ibi. & Afflict.hic in 2.not. non ſemper ta-
citum & expreſſum æquiparãtur, ſed quandoque
vnum plus alio æquiparatur; & multa ſunt quæ
lex non patitur figmento ſilentii conſtare, ſed re-
quirit claritatem verborum. Bald.hic.num. 5. Vlti
mum non obſtat, nam iure iſto non ſuccedunt, ut
hic: ſecus iure regno. & per §.cum verò Corrad.d.
tit.de his qui feu.dare poſſu. & ſic duę firmantur
concluſiones.

9 Prima eſt, † quòd filia non ſuccedit in feudis.
Extende etia in maſculũ deſcendẽte ex ea. Afflic.
hic in pri. Caſſa.in conſu.burg.rub.3. §.quinto. in
primu, nume.66.in conſ.feu.diuer.2. nume.41.&
procedit, non ſolum iure iſto, uerum etiam apud
barbaros fœminę non ſuccedunt. Afflict.hic num.
2. Et uendicat ſibi locum, etiam ſi fieret gratia,
quia non poſſet in pręiudicium agnatorum. Alua
rot.in §.hoc quoque.nume.2.ſupra eo. Idem ſi cõ
cedatur generi vel poſteritati, nam non ueniunt
nepotes ex fœmina, niſi ſecundum ſubiectam ma-
teriam.

teriam.Præpo.hic,& in d.§.hoc quoque.poſt nu
me.7. Vltimo. idem eſſet in feudo materno: nam
etiam in eo filia non ſuccederet,niſi adſit pactum
quod ſpectet ad p. olem fœmineam. Iſer.infra,de
benefi.fœmi.in pri. Reſtringe, niſi feudum detur
eo tenore ut filij & filiæ ſuccedant:nam tunc ſuc
cedunt deficien.ibus maſculis, vt hic Alexand. in
conſil.19.nume.5.pri.volum. Item procedit iure
iſto,ſecus in Francia,nam virtute conſuetudinis fi-
liæ admittuntur in ſucceſſione feudorum. Boe.in
Deciſi.204.num.12.in pri.Idem in regno Apu-
leæ. Alua.in d.§.hoc quoque.colum. pen.poſt pri.
addi.ad Odofred.in Summ, Qui poſſint ſucce. in
feu.in ver.non ſuccedunt, circa med. eſt conſt. re-
gni,vt de ſucceſſionibus.& Affli.hic num.4.& do
tatæ de bonis patris ſuccedunt in feudo materno,
Petrus in conſi.12.in 2.dubio,colum.14. cir.me
di.& ſeq.Item non procederet in feudo conditio-
nato, & eſſet ſeruitium tale quod poſſet præſtari
per fœminam, ſicut per maſculum: vel eſſet feu-
dum cenſuale.Soci.in conſilio 257. ſecundo vo-
lumine.

Alia concluſio eſt,quod frater non ſuccedit fra-
tri in feudo nouo: Extende,per ea quæ dicuntur in
textu,etiam ſi ambo ſint inueſtiti de eodem feudo.
Et habet locum tam ſi vno quàm vtroque latere
ſit coniunctus, arg. eorum quæ dicit Bald. in §.hîs
verò.nume.primo, & poſt, de gradi. ſucce.in feu.
Idem in ſorore,cui nec frater ſuccederet,ſi ipſa ha
beret feudum nouum. Fre.vbi ſupra lib. ſecundo:
ibi,duodecimo quæro,num.23. Immo conſt. re-
gni,quæ admiſit fratrem, non comprehendit ſo-
rorem. Idem Frede. de for. inueſt.lib. tertio.ibi,
ſed poſtquam.ad num. decimum ſeptimũ, & 20.
in fin.21.& 23.

Limita non procedere, ſi detur pro ſe & hære-
dibus ex ſuo corpore, & illa forma præſumitur,&
non iuris feudorum. Fred.ubi ſupra, ibi,duodeci-
mo quæro.num.10.& 19.in fin. Vnde ſi Rex con
cedit feudum,pro ſe & hærede nominando, ue-
nit filius,nulla feudi huius facta nominatione per
feudatarium.Fred.vbi ſupra.ibi,quadrageſimoſex
to quæro.& de form.inueſt.lib.3.ibi, ſed poſtquã.
ante & poſt num.8.poſt num.14.17.20.& 26.li-
cet videatur intelligere de omnibus heredib. Mul
ta pro & contra,cum 16.limit.idem Fred. vbi ſu-
pra,ibi,ſecunda formula.per tot.& ſuccederet fœ-
mina non extantibus maſculis. Aluar.hic ante nu
me.pri. Nam habens facultatem nominandi ſucceſ
ſorem in feudo,poterit nominare fœminam, maxi
me in regno,in quo ſuccedunt fœminæ. Idem Fre.
vbi ſupra, lib.2.ibi, quadrageſimo nono quæro.
tres limitationes ponit Afflict. hic poſt numerũ
ſecundũ,& quartũ. Bald. in cap.primo, in pri. de
bene.'fra.

Nota primò, quod in admiſſione fœminarum
10 ad ſucceſſionem,diuerſa emanarũt iura:nam, Nu
meri.c.27.homo cum mortuus fuerit abſque filio,
ad filiam tranſibit hæreditas. Lege duodecim ta-
bulatum maſculus & fœmina admittebantur ad
defuncti hæreditatem. l.lege duodecim tabularũ.
C.de legit.hæredi. Medea iuris prudentia ſorores
tantum admittebat.§.cæterum.& ſeq.Inſt.de legi.
agna.ſucceſſ. Ius.ff.orum fœminas penitus exclude
bat.l.vni.ff.ſi tabulæ teſta.nullæ extab.Ius.Cod.&
Authenticorum æqualiter admittit maſculos &
fœminas.l.maximum uitium. C. de liberis præter.
Ludo.de Molin.de Hiſpa.primogen. lib.3. cap.4.
in prin. Ius Longobardum filiam ſolam ad totam
admittebat hæreditatem:ſi cum maſculo, ad ter-
tiam tantum. gloſ.in §. & quia, in ver.legibus.ubi
etiam Afflict.ponit differentiam iuris Romani &
Longobardi.d.titu.de his qui feu. dare poſſunt.
Hoc ius conſuetudinarium, ſuperſtitibus maſcu-
lis & fœminis maſculos tantum admittit. Vltimò,
conſti.de qua ſupra, admittit fœminas non extan-
tibus maſculis,ſicut a principio in filiabus Machir,
filiabus Manaſſę, cui nõ erant,niſi fœminæ tantum.
Ioſue.c.17.Nota etiam caſum,in quo deterior eſt
eſt conditio fœminarum quàm maſculorum. Al-
ua.ſupra eo.in pri.ante num.primo,& poteſt hoc
conſuetudo. Afflict.in d.§.& quia. num.23. adeo
quod feudum non tranſit ad eas, etiam ex expreſ
ſa diſpoſitione feudatarij, niſi fuiſſet dictum per
concedentem.Pau.de Caſt.in conſi. 166.num.2.
circa med.pri.volum. in regno ſuccedit tam in frã
cho quàm in Longobardo,tam plano quam qua-
ternato vel nobili. Fred.ubi ſupra ibi,inter quater.
nata.nume.30.& poſt. & dicitur hæres anomola
Aluar.in §.quin etiam.num.3.circa fin. cum addi.
11 ad eum ſup.Epiſcopũ: vel Abba. † capax feudi &
non incapax.Socin.in d.conſi.257.nume.2. circa
fin.2.uolum.iure iſto non uenit, niſi fuerit dictũ
in conceſſione.Abb.in c.dilecti.nume.11.cir.me-
di.de arbitris,non poteſt fieri pactum etiam cum
conſenſu domini,in præiudicium agnatorum.Ca-
gnolus in l.fin.nume.158.in fin.& 159. C.de pa-
ctis.Non conceditur maxime ſi eſt iuriſdictionis
& dignitatis,nec ſuccedit in regno,allodiali: niſi
ex priuilegio.in conſi. feu.diuer. pri.nume.56.&
poſt num.60.Secus in emphiteoſi. Barto.in §.em
phiteotim.num.pri.Aut.de nõ aliena. Vltimò no-
2 ta,quod frater non ſuccedit fratri in feudo nouo;
niſi ſit dictum: in feudo paterno ſic,ſi non adſunt
deſcendentes.cap.pri.de natu.ſucce.feu. in §.in a-
lio.de gra.ſucce.in feu.& quod dicitur de fratre,
intelligitur de tota linea tranſuerſali. Iacob.in ſua
inueſt.feu.in ver.præſentes.num.15.& non ſolum
de fratre utrinque coniuncto,ſed etiam de cõſan-
guineo tantum; quia in feudo non ſucceditur quia
cognati,ſed quia agnati. Alexan.in conſi.9.nume.
14.5.uolum.& non ſolum in feudo paterno, ſed
etiam hodie in regno in nouo,ſi eſt datum pro ſe
hæredibus & ſucceſſoribus. Afflict.in cap. Impe-
rialem.in pri.poſt num.34.de prohi.feu.alien.per
Fred.Lotired.in conſ.primo,poſt num 42.& 44.
in fin.& ita antiqui periti noſtri, dicit Ioc.in conſt.
ut de ſucceſſionibus,colum.6.circa pri. niſi fuerit
dictum,pro ſe & hæredibus ex corpore, ut ſupra.
Item quando uacat per mortem alterius; ſecus ſi
uacaret per culpam, quia tunc deuolueretur ad
dominum,non obſtante pacto. Præpo. in §. Item
ſi fuerint. num.pri. circa medi. & ſic ex delicto v-
nius,inſurgit præiudicium in perſona alterius, ſu
pra, Quibus modis feu.ami.licet uideatur quod
non amittat ex quacumque cauſa uel culpa, inte-
modo culpari non poſſit, qui ſuccedere intendit.
Iſer.in §.ſed quia uidimus. num.14.poſt med.de
his qui feu.dare poſſi.Item non procederet, ſi da-
tum eſt eo tenore a concedente, ut eſt inductum
a lege municipali,uidelicet ut primogenitus ſuc-
cedat ? nam tunc ſtatur legi datæ, & obſeruatur,
quod

quod actum eſt inter contrahentes.l.pen.§.fin.ff. ſi ſeruitus uendi. etiam quia conuentio lege confirmatur.l.legitima.cum ibi not.ff.de pactis. Nec ſuccederet etiam ſi emiſſet ex pecunia communi, ſed proprio nomine; quia tunc non haberet niſi partem precij. Alex.in con.134.5.volum.& 152.num.5.& 6.7.volum.niſi qui emit eſſet tutor alterius.Idem Alex.in conſi.49.poſt num.11.pri.volum.vel frater commune negotium gerendo fratri quæſierit.Iſer.in c.pri.col.pri.cir.medi.de beneſic.fra.in dubio vnuſquiſque intelligitur accipere pro ſe & deſcendentibus.Affl.ex quib.cau.feu.a mitta.nu.63.& expreſſio hęredum iniure eſt ſuperflua: quia ſina expreſſione ſemper tranſit obligatio in hæredes actiue & paſſiue. Multa Caſſan conſi.burg.rub.11.§.6.ibi,contre,poſt num.ſecundum.

Quid ſi quis recipit feudum,pro ſe & liberis? dic quod veniunt maſculi & eorum deſcendentes, & non fęminæ.Alex.in l.ſed ſi hac.§.liberos.nu.5.ff.de in ius voca.Nec dicitur ſuccedere qui petit ſolum legitimam:ſed dicitur ſucceſſor qui in vniuerſo vel quota hæreditatis ſuccedit. In conſi.feu.diuer.12.num.7.& 8.Vnde fęminæ & earum filij a ſucceſſione feudi repelluntur, niſi ſit fęminæum, hoc pacto quæſitum vel redemptum: & tunc etiam non ſuccedunt donec ſuperſint maſculi.Hoſti.in ſum.de feudis.ibi, in quibus caſib. mulier in feu.ſuccedat,per tot.& non ſuccedunt, quia earũ artificium eſt texere & ſuere.l.ſi paterno. in ver. magiſtris,C.de negot.geſtis. minus audent quam maſculi.l.quiſquis.§.ad filias.in ver.minus. C.ad leg.Iul.maieſt.earum conſilium inuenitur laborare aduerſus propria commoda.l.4.in fi.C.de ſponſalib.nam varium & mutabile ſemper producũt.not.in c.forus.de ver.ſig.ideo prohibentur pro alio poſtulare.l.1.§.ait Prætor.ff.de poſtulan.& in feudo ſuccedere,ut hic:& quare.quando poſſit rigore ſtatuti,& feudum in dubio quomodo præſumatur conceſſum.Soci.in conſi.19.in pri.pri.vol.nec filia venit appellatione filij.& ſimpliciter uocata venit ſi non extat maſculus. uenit tamen appellatione generationis vel liberorum.gl.Pari.tit.pri.§.12.

13 † Quid in emphiteoſi data ab eccleſia vel alio, duobus fratribus,an vnus ſuccedat alteri? Iſer.ſe remittit vt per eum. Sed facit pro parte negatiua.l.ſi mihi & Titio.de verb.ob.vbi in contractibus non habet locum ius accreſcendi.l.ſi familiæ.C.fami.herci.datio in emphiteoſim eſt contractus.§.ſcire autem.in ver.meliorationum.Aut.de non aliena.aut permu.Eſi ſtricti iuris,quia non enumeratur in §.actionum.Inſti.de actionib.vnde nõ extẽditur vltra naturam verborum.l.quidquid aſtringendæ.de ver.ob.etiam quia alter alteri non ſtipulatur.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.de ver.ob.§.alteri.inſti.de inuti.ſtipulati.& omnes concordant: quòd quando pluribus ab initio conceditur emphiteoſis,vno mortuo alteri non accreſcit.Refert Deci.in conſil.263.nume.primo,in fin.quia non eſt de natura contractuum,ſed procedit per interpetrationem extenſiuam & iuris fictionem.Bal.hic.nu.2.circa fin.

Partem verò affirmatiuam vr̃ fundare Lucas in l.vni.in fi.C.ſi ſocius Impe.liberali.l.ſi ſeruus cõmunis Męuij.& l.ſi alienus ſeruus.ff.de ſtipu.ſeruo.l.fi.in gl.C.de inutili.ſtipu.& adducta in cõtrarium procedunt,ſi non apparet contrarium tacita vel expreſſa cõuentione partium.Bal.in con.280.nu.2.3.vo.vel dic,quod aut emphiteoſis ſumit originem in perſona vnius, aut in perſona plurium.Si in perſona vnius,nõ eſt dubium quod hẽt locum ius accreſcendi.Si in perſona plurium,quia ſtipite diſcreti ſunt,non hẽt locum ius accreſcendi, niſi ſit appoſitum pactum de vno in alterum reuertendo.Bal.in conſi.431.2.vol.vel ſi fuit facta omnib.inſolidum.Deci.in conſ.327.lo.pri.ſeu pro ſe & hæredibus,ſuccedit frater.Bal.in conſi.70.2.vo.& intelligas de fratre proprie & naturaliter.l.fi.cum ibi no.C.de his qui veni.ęta.impetra.cuius appellatione nõ venit frater conſobrinus.Bal.de feu.Marchiæ.poſt num.7.

14 Quid in hermaphrodita,an ſuccedat? & dicitur hermaphrodita,ab andros quod interpretatur vir,& geneos,mulier.Arch.in c.hęc imago.poſt medi.33.quæſt.5.& nõ ſuccedit.Affli.hic nu.3.Cap.in ſua inueſt.in ver.feudatarij habiles.ibi,hermaphroditus.& ſeq.Iacobi.in ver.Marchio.nu.4.vbi & de eo,qui habet foramen rotundum,per quod emittit vrinam,ſed roſtrum non habet intra teſticulos.de hermaphrodita & extracto de vẽtre matris,Præpo.an mutus vel aliter imperfectus.nu.3.& an poſſit promouari ad ordines.Arch.in c.diaconiſſam.27.quæſt.1.

Qui ſucceſſores teneantur. Tit. IX.

SVMMARIVM.

1 *Repetit,ut aliquid addat,dare reſpondeat,uel diſtinguat.*

2 *Leges quę conueniunt pluribus titulis, in eis reperiuntur repetita de verbo ad uerbum.*

2 *Iſta rubrica in quo differt ab alia,quę eſt tertia in ordine.*

AD RVBRICAM.

RVbricam iſtam ne dicamus eſſe ſubludibrio, contra.l.adoptare, in gl.ff.de adoptioni.l.fi.§.fi.in ver.non aũt.C.de bonis quæ libe.vel ſoperfluam,ut dicit Affl.hic ex inten.gl.ſup.eo,Quis ſucceſ.tenea.dic eſſe eandem cum illa quæ eſt tertia in ordine.Et compilatores redeunt ad illam,vt
1 aliquid addant.gl.in l.ab Anaſtaſio.in ver.occulte.C.mandati.Repetunt quæſtionem, quia nõ clare reſponderunt.l.ſi non ſolus.§.fina.in ver.ſed vtrum.ff.ſi quis omi.cau.teſta.ſed vt addant.l.librorum.in ver.quod ſi.de leg.3.glo.fina.in l.pri.C.de quadrie.pręſcri.§.primo,in ver.ſancimus.Aut.ut defu.ſeu fune.eorum.l.4.in ver.nec.ad Trebellia.& diſtinguant.l.prima.in glo.3.ff.pro ſuo:nam vt dicit Affli.hic, ille titulus loquitur de ſucceſſione eccleſiaſt.hic de laicali.vnde poteſt dici, quod compilatores addãt,& non corrigant.l.pe.in glo.2.ff.de manumi.vindi.addendo notent.l.apud Iulianum.in glo.pri.ff.de hære.inſtitu.& notando quod dictum eſt approbant.l.Iulianus.in glo.prima.ff.ad legem Falcidiam. Repetunt necnon quod prius

dixerant.l.ut inter diuinum, in ver.ſiue itaque. Co
dice, de ſacroſan.eccl. materiam (dico) antiquam
vt aliquid addant. Capit. in ſua inueſt. in ver.ſeu-
da amittuntur, ibi, octuageſimo.in fin. & non mi-
8 reris: † nam lex quæ poteſt conuenire multis ti-
tulis.gloſ.pen.in fin.in pri.ff.gloſ.pri. in extrauag.
com.vni.de officio deleg.reperitur ſituata de ver-
bo ad verbum ſub diuerſis rub. l.mulieres. de di-
gnitat. eadem cum. l.mulieres. de incolis. l.Iube-
mus nullam nauem.C.de ſacroſanct.eccle.repeti-
ta in l.iubemus nullam nauem, Codice de nauic.
non excuſa.l.qui ſub prætextu. Codice de ſacro-
ſanct. eccle. ſecundum Barto. ibi eſt eadem cum
lege prima, Codice, de collegia. vbi etiam glo.pri.
lex, ſi quis in conſcribendo. Codice de epiſco. &
cleri.ſecundum glo. ibi, eſt eadem cum.l.ſi quis in
conſcribendo. Codice de pactis.l.addictos. Codi
ce, de epiſco.audi.ponitur de verbo ad verbum, vt
glo. ibi, in lege addictos. Codice de appellatio. &
lex, diem functo, de offic. aſſeris eſt in l. diem
functo.locati.glo.in lege, nemo, la. ſecunda, Codi-
ce de epiſco. audi. ponitur per verba formalia in
lege nemo. Codice de poſtula. ita non erit abſo-
num poni eaodem rub. diuerſis legibus, ean-
dem materiam reſpicientibus, videlicet illa, Cleri-
calem, iſta laicalem. vt ſic rubrica textui conue-
niat. Lucas in lege vnica, poſt pri. Codice de peri-
cul.ſucce.pare.& iſta lectura ſecundum Iſer. eſt ve
rior: licet idem ad differentiam tertiæ rubricæ ex
intentione gloſ.ibi, addat, hic poteſt eſſe titulus,
3 † Qui ſucceſſores teneantur, Quod quid ſit, ſtan-
dum eſt conſuetudini, vt per Aſſlictum hic: nec
debet iſta adiectio diſpoſitionem immutare. Idem
Afflictus in conſti.vt de ſucceſſionibus, circa fin.
numero 74. de ſucceſſio. nobi. in feu. Et con-
tinua ad proxima, ut per Aluarotum & Affli-
ctus hic.

SUMMARIUM.

1 *Quis uel qui, eſt relatiuum ſubſtantia, & iun-*
ctum verbo futuri temporis importat condi-
tionem.
2 *Alienum, ſicut, meum & tuum, & alia poſſeſ-*
ſiue, præſens tempus ſignificant.
3 *Mors, quid, & vnde.*
4 *Inueſtitura poteſt fieri puro ſub conditione, & ex*
tempore.
5 *Inueſtitura conditionalis, cum conſenſu poſſeſſo-*
ris tenet.
6 *Siue, eſt incluſiua: & capitur pluribus modis.*
7 *Heredes & domini, idem ſunt: & differunt a*
ſucceſſore.
8 *Licet eſt coniunctio aduerſatiua.*
9 *Debent, neceſſitatem importat.*
10 *Nam, pro quia.*
11 *Non ualet, intelligitur ipſo iure.*
12 *Succeſſor prælati, quando tenetur ſtare conceſſio-*
ni facta per prædeceſſorem.
13 *Singula, ſingulis diuerſis reſpectibus referenda.*
14 *Succeſſor laici, tenetur habere ratã inueſtituram*
factam de feudo uiuentis:
15 *Lex, quoties .C. de rei uendicatione, habet locum*
etiam in feudis.
16 *Dominus, ſi promiſit inueſtire, & non inueſtiuit,*
ad quid teneatur.
17 *Prælatus, ſi concedit cum conſenſu Capituli, ob*
liget & ſucceſſorem.

AD TEXTVM.

1 SI quis.) Quis, vel qui, eſt relatiuum
ſubſtantiæ, & qualitatis. Pau. de Ca.
in conſ.284.num.4.in pri. 5.& poſt.
pri.volum. & iunctum verbo futuri
temporis importat conditionem. l.
Stichum qui metus erit. de leg. 1.ideo, Si quis fue
rit inueſtitus, de alieno) Quod præſens tempus ſi-
2 gnificat, ſicut, meum & tuum.l. ſi ita.de auro & ar
ge.legat. Feudo, poſt mortem) Quę.ſ.mors eſt diſ
3 ſolutio animæ & corporis: & dicitur quaſi, amara,
vel a morſu primi parentis, qui pomi vetiti morſu
mortem incurrit: vel dicitur a Marte, qui eſt effe-
ctor mortium. Io. An. in ca. præſenti.nume.pri.de
præben.in 6. Eius) ſcilicet, qui tenet. Vel ſi quis
fuerit inueſtitus ſub conditione aliqua.) Nam in-
2 ueſtitura poteſt fieri iure, † & ſub conditione, uel
ex tempore: tunc adueniente conditione vel tem-
pore, is qui inueſtiuit, vel eius hęres tenetur eam
adimplere. Et quod dicitur de conditione, poteſt
intelligi de expreſſa & tacita: & intelligitur in lai-
cis, ſecus in prælatis eccleſię. Odoffred. in Sum.
cum addi. ad eum, Qualiter fiat inueſt. Præpo. in
cap. moribus. Si de feudo defunc. mili. contro. fue.
Vel tempore quo nullus) Quaſi, non aliquis, vel
ne vnus, vt dicunt Grammatici. Erat inueſtitus,)
Vel erat in poſſeſſione cum conſenſu poſſeſſoris,
5 † inueſtitura conditionalis tenet, in conſi.feu.di-
6 uer.pri.num. pri. Siue) † quæ dictio eſt incluſiua,
& capitur pluribus modis. Arch. in ca. ſi. colum. 2.
in pri. 5. diſt. Præmoriatur tenens feudum, ſiue in
ueſtitor ſiue inueſtitus.) Inueſtitor, & inueſtitoris
7 hæredes, † qui idem ſunt quod domini. l. his uer-
bis. in glo. ff. de hære. inſti. & differunt a ſucceſſo-
re. Afflictus ſupra, Qui ſucce. teneant. lo pri. num.
37. Tenentur.) l. prima. vt bonorum rapto. ideſt o-
bligantur. l. ſi in patria. C. de incolis. Inueſtito, uel
hęredi, eius ueniente tempore vel conditione,)
Quia quando gratia eſt perfecta, non expirat mor
te concedentis. Bald. in l. beneficium. poſt num. 3.
ff. de conſtitutio. Prin. Licet) quæ dictio eſt con-
8 iunctio aduerſatiua. Lucas in lege 3. Codice, de de
curioni: Alij dicant, ſi moritur inueſtitus antequã
tenens feudum, vel ante condõnem exiſtentẽ, uel
ante tẽpus quod hæredes eius non debeãt) Quod
9 verbum neceſſitatem importat. Io. An. in c. nõ ſo-
lum. in pri. de appe. in 6. Inueſtiri) Quia in dona-
tione ſubintelligitũ conditio, ſi donatarius ſuperui
xerit. l. a marito. l. res vxoris. & l. creditor. C. de do
natio. inter uirum & vxo. adeo ꝙ ſi præmoritũ do-
natarius, donatio conuertitũ in cauſam caduci. Bal.
con. 352. 2. vo. & 108. nu. 1. & poſt n. 10. 3. vo. idẽ
in legato & refutatione cauſa mortis. Idem Bal. in
con. 292. nu. 1. & in con. ſeq. in pri. co. vo. & hic in
ueſtitura clericorum non eſt rata, nec tranſmittitũ
ad hæredes. Alua. hic nu. 3. & Loſ. in con. 5. nu. 5.
10 Nam) pro quia. D. Tho. ad Hęb. c. 5. in pri. col. 1.
cir. me. Si quis fuerit inueſtitus pure de alieno feu
11 do, nõ valet.) Intellige ipſo iure. Caſ. in cõſu. bur.
rub. 2. §. 1. ibi, il conſiliq;. nu. 3. Habita inueſtitura,
hoc ita eſt niſi fuerit ab aliqua eccleſiaſt. perſona)
Et ſic tenetũ ſucceſſor adimplere inueſtiturã ꝙ fecit

Præla-

Prælatus defunctus; ſi fuit pura, uel conditionalis, & conditio extitit; puta, quia uaſallus mor-
12 tuus eſt in uita Prælati qui inueſtiuit; aliàs nō, niſi conſentiēte vaſallo miſſus fuerit in poſſeſſionē. Odoff. in Sum. de inueſti. feu. cir. fin. aliàs, ſi, præmoritur inueſtitor antequam feudum tenens, vel
13 conditio vel tempus extitat) Singula ſingulis diuerſis reſpectibus referendo, glo. fin. in l. qui in futurum. ff. de pactis. Non obligatur ſucceſſor illius, vt probatur per legem Lotharij de precarijs) Quę eſt lex. 2. & incipit, de precarijs. Quando liceat rectoribus eccleſiaſt. acta anteceſſorum ſuorum reſcindere. In Longobar. Et hoc intelligendum eſt in vaſallis, qui feudi ſucceſſionem non habent.) c. 3. de feu. dato in uicem legis comm. Et ſic, quod dicitur de intentione illorum, quando moritur inueſtitus antequam tenens feudum, non tenetur ſecundum. Iaco. de Beluiſo, Et dicta ſuperius procedunt in legato & donatione cauſa mortis. l. 1. in gl. fin. & in l. cum filiofamilias. in ver. retenturum. de leg. 1. l. fi. §. fi. in ver. acquirēdis. C. de curat. furio. Feudum verò de quo hic, habet naturam contractuum, & non vltimarum voluntatum. Aluar. hic, co. 2. cir. fi. & Affli. in pri. not.

Declarato textu, reddebatur dubia eius conſultatio, ex infraſcriptis. Et primò, quia feudum habet naturam contractuum, ut ſupra: ſed cōtractus non ſunt in ſuſpenſo. Iaſ. in l. ſerui electione. num. 16. de lega. pri. Ita & feudum: naturam enim rei in omni diſpoſitione inſpicimus, & eam oportet ſequi, quia ipſa regit cōditiones. Bal. in con. 355. num. 1. pri. volum. Secundo videtur hoc periculoſum & triſte, poſſeſſoris mortem ſine liberis expectare. l. cum tale. ff. de condi. & demn. quia multi qui ſe deſperant habere filios, habent tamen poſtea, ex quo quod hodie eſt inutile, cras erit vtile, natura iuuante. Iſe. in §. præterea ducatus. co. 2. circa med. de prohi. feu. aliena. per Fre. Tertiò facit, quod dicit Affli. in ſimi. in §. ſi verò. num. 9. de pace iura. fir. vbi tenet, quòd ſi Papa concedit mihi beneficium, quod poſtea dat, tenetur mihi prouidere de alio ſimili. Ita in propoſito, etiam quòd iure fiat conceſſio feudi, quod alter tenet, cū non ſit ciuile neque naturale liberi hominis aduerſam fortunam expectare. l. ſi in emptione. §. pri. in fin. & ibi glo. ff. de contrahen. emptio. deberet ſaltem conceſſio ualere & ſortiri effectum in alio ſimili, quod diceretur idem propter omnimodam ſimilitudinem, ſicut in operibus dicit glo. in lege, nemo eſt, in ver. adhiberi. cir. fin. & in glo. fina. ff. de duobus reis. Quartò, Imperator non vult deficiētiū infringi volūtates. Aut. Vt factę nouę cōſti. poſt prin. & cir. fi. ergo ſiue dicedat inueſtitor ante, ſiue poſtea quàm tenens, adhoc vt ſeruetur illius voluntas. l. 3. ff. de ſepul. viola. ſucceſſor tenetur. Vltimò, feudum poteſt dari ad diem. Afflic. de eo qui ſibi & hære. ſuis. nume. 7. cir. fin. & quod ſit feudum vſque ad certum tempus, & poſtea allodium. Idem Afflict. in ca. feudum ea lege. in 7. no. nume. 8. ſi de feu. fuerit contro. inter domi. & ag. modo etiam quod is qui tenet decedat cum filiis quam ſine, ſtante ſecunda conceſſione, videtur prima fuiſſe ad tempus; & illo elapſo cæpiſſe aliam, quia quod vni eſt collatum, alteri eſt ſublatū. Præpo. in c. pri. poſt num. 10. de feu. Marchię, & generatio vnius, eſt corruptio alterius. Bald. in conſilio 496. in fin. 4. vol.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium: & ratio quia dum tractatur de inueſtitura facta per laicum, hęres tenetur habere ratum factum defuncti. l. cum a matre. C. de rei vendi. circa inueſtituram prælati, ſępe abſconſe, & ſine præſentia ſuorum confratrum conceſſiones facere ſtudent. cap. primo. in fin. pri. ſi de inueſtitu. inter domi. & vaſa. lis oriat. Ideo non tenentur ſucceſſores habere ratum.

Quę ſtante, non obſtant contraria: & Primū, nam actus viuentium ſunt in pendenti. l. obſeruare. in glo. fina. ff. de offi. Procon. & ſunt in pendenti propter ſpem futuram, quo ad nos: ſed nō quo ad naturam naturantem Deum. Iſer. in cap. ſi quis miles. colum. pen. poſt pri. ibi, multa enim, Impera. Lotha. Non obſtat ſecundum, nam per iſtam conceſſionem videtur facere, ne teneatur poſt diē. glo. in lege. 4. in uer. pacti. ff. de ſeruitut. & quatenus decedit ſine liberis, non poteſt dici periculoſum & triſte, quia filiorum conſeruatio ad Deum pertinet. glo. in l. ſi paterfamilias. §. fin. in uer. procreationi. in fin. ff. de adoptio. Non obſtat Tertiū, nam quādo concurrunt duo in eodem beneficio, is erit potior, qui prius ad ſententiam peruenit. Iſer. in c. ſi quis per triginta, columna pri. in fin. vbi dixi late, ſi de feu. defuncti milit. controue. fue. Quartum non obſtat: nam deficientium diſpoſitiones, quæ legibus non repugnant, adimpleri debent. §. pri. Aut. de hære. & falci. iſtæ repugniant iuris diſpoſitioni, & ſucceſſiue non debent adimpleri; quia nemo poteſt facere quod leges non habeant locum in actibus ſuis. l. nemo poteſt. de legat. pri. Vltimum non obſtat, nam feudum licet non ſit datum ad tempus, eſſet tamen vſque ad certam generationē, arg. in §. eum vero Corradus, de his qui feu. dare poſſu. vel ad tempus in certum quo vſque durant hæredes proprij corporis; ipſis ergo deficientibus finitur conceſſio ipſo iure. Pau. de Caſt. in conſi. 68. poſt pri. 2. volum. & ſic firma remanet concluſio, quod ſucceſſor laici tenetur habere ratam inueſtituram factam de feudo uiuentis, & eam confirmare.

Extende conclu. prædictam, non ſolum in ſucceſſore priuati, verum etiam in ſucceſſore Regis vel Principis, qui acta prędeceſſoris irritare non debet. Afflict. ſupra, Qui ſucce. tenea. lo pri. ante & in numero trigeſimo. poteſt enim Rex obligare ſucceſſorem donando maxime ſub conditione. glo. in cap. Abbate. de ſenten. & re iudi. in ſexto, quia in eo non cadit præſumptio, quod uelit aliena largiri, & extendere manus ad iniquitatem quo ad bona fidelium. Lucas in lege vnica, columna quarta, poſt medi. Codice de impo. lucrat. deſcriptio. nec ſucceſſor in dignitate, etiam Imperator legitime inueſtitum priuabit. Alexander in conſilio 124. columna prima, circa finē, primo uolum. & tenetur habere ratas collationes factas a prædeceſſore, etiam quod ſit ſucceſſor in regno non iure hæreditario, ſed per electionem. Cap. in Deciſ. 121. poſt nume. 4. tam ſi feudum eſt apertum in uita prædeceſſoris, quàm tempore ſucceſſoris. Idem Cap. in Deci. 162. in ſecundo dubio. poſt pri. nam quando gratia eſt perfecta, non expirat morte, ut ſupra, Quid de obligationibus & priuilegiis, an illa teneatur ſucceſ-

ſor ſeruare. Pernus in trat. de Principe. co. 3. circa
med. & an pacta inita cũ aliqua ciuitate vel Baro
ne, teneaẽ ipſe vel eius ſucceſſor ſeruare. Bal. in cõ
ſi. 271. nu. t. 1. vo. Loſ. in cõſ. 38. poſt n. 17. & 18.
& procedit, non ſolum in iſta datione in feudum,
verumetiam & in alijs contractibus. Afflict. hic in
pri. not. poſt pri. & habet locum etiam ſi non iure
facta eſſet conceſſio. glo. 1. hic.

Limita tamen, quando conceſſio fit ſub conditi-
tione vel die, ſecus ſi pure: nam tunc eſſet nulla, vt
per Iſer. hic circa pri. Item procedit in laico, ſecus
in Prælato vel perſona eccleſiaſtica, vt hic: quia cõ
tractus in diem vel ſub conditione celebrati cum
Prȩlato, non aſtringunt ſucceſſorem. Bal. hic nu. 1.
cir. fi. Limita vltimò, dummodo is qui tenet feudũ,
decedat ſine liberis, vt hic & d. ti. Qui ſucce. tene.
lo pri. vbi Affli. poſt nu. 30.

Nota, quòd ſucceſſor tenetur ad id, quod fecit
prædeceſſor. Intellige de facto, non de delicto. In
no. in cap. quoniam. in fi. de offi. delega. & io c. ac
cepimus. cir. fin. de ȩtate & quali. Item quod ſolus
Papa confert ius in vacaturis. glo. in extrauag. Io.
ſedes apoſtolica, in ver. vacaturis. de conce. præbe.
Immo ſi ad alienum quis vocatur epiſcopatum, ne
ceſſarius eſt conſenſus epiſcopi. gl. in c. epiſcopus.
lo 2. 7. queſt. pri. & fortius, Papa nõ poteſt inuito
Epiſcopo, in eius dioceſi nouum facere epiſcopa
tum. glo. 1. in c. multis. 16. quæſt. 1.

Iſer. poſt diuiſionem textus, ſumpta occaſione
ex eo, quærit de duobus. Primò, ſi duo ſunt inue-
ſtiti, quis erit potior. Secundò, ad quid tenetur do
minus, ſi promiſit inueſtire, & non inueſtiuit. Et
cir. primum Iſe. ſecundum Affli. hic colum. 2. poſt
med. tenet, ſecũdum donatarium qui adeptus fuit
poſſeſſionem, eſſe potiorem, ſi primus corporalẽ
poſſeſſionem adeptus non fuit. Idem Iſe. in c. ſi fa-
cta, ſi de feu. defun. mili. contro. ſue. Afflict. ſupra,
de contro. inueſt. poſt num. 5. in 7. limit. & de va-
ſa. qui contra conſti. Loth. poſt num. 6. & quia iſta
eſt quæſtio diutius ventilata, & eam diſputat ad
partes Lucas in l. prȩdia. poſt pri. C. de locatio. prȩ
dio. ciui. ideo aliter non inſiſto. Dicam tãtum pau
ca circa. l. quoties. C. de rei vendi. quæ ſecundum
15 Iſer. hic & ſupra in citatis locis, habet locum in
feudis: & ſic in prophanis, non in beneficijs. not.
in c. ſi tibi. de præben. in 6. in contractibus laico-
rum, non autem clericorum vel eccleſiæ. Alexan.
in conſi. 83. poſt num. 5. 7. volum. Et quãdo prior
adeptus eſſet poſſeſſionem ſoluto precio, adeo
quòd uterque eſſent pares, ſecus ſi prior eſſet pri-
uilegiatus: puta eccleſia. l. ſiue. §. pri. in uer. peten-
tis. ff. de publicia. Et quòd non procedit in princi-
pe, nec de iure canonico. Iacobi. in uer. princeps
Pedimontium. ibi, quid ſi Princeps, num. 17. In ec
cleſiaſticis autem, habentes ſimiles gratias, qui
prior eſt in data, ille præfertur: etiam quod ſecun-
dus primò præſentaret. c. quamuis. & eum ibi not.
de reſcriptis. in 6. c. cum cui. c. ſi eum, & c. ſi poſt-
quam. in glo. 1. de præbe. eo. lib. 6. ſecus ſi uterque
eſſet eodem die, & non conſtaret de anterioritate
& poſterioritate: quia tũc qui primo eſſet adeptus
poſſeſſionem illius beneficii, is præferetur. not. in
c. ſi a ſede. d. tit. de præben. in 6. in reg. qui prior.
poſt pri. & in reg. damnum. de reg. iuris in 6. & ſic
de iure ciuili, ille eſt potior cui poſſeſſio eſt tradi-
ta. l. ſi ea res. §. fin. de actio. empti. prior in poſſeſſio
ne, præfertur habenti priorem titulum. Alexan. in
conſi. 228. num. 3. 6. volum. quia præſumitur res
primò tradita habenti priorem titulum. Idem A-
lexan. in conſi. 81. nume. 4. 7. volum. & præfertur
ſecundus emptor, qui precium ſoluit: niſi res pri-
mo fuiſſet tradita. Alexan. in conſi. 86. num. pri. 6.
volum. etiam per præcarium. Bald. in conſi. 369.
5. volum. & ſic d. l. quoties. loquitur in priuato: &
eſt extraordinaria glo. in leg. vt inter diuinum. in
ver. in rem. in fi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & per alia
quæ Afflict. hic num. 17. tradit qui etiam colum.
3. cir. pri. cum tribus ſeq. poſt diſputationem arti-
culi ad partes, firmat cõcluſionem prædictã cum.
16. limitat. vt per eum.

Circa ſecundam quæſtionem, ad quid teneatur
16 dominus, ſi promiſit inueſtire, & nõ adimpleuit,
diſting. Iſer. hic, Aut nullus fuit inueſtitus, vel v-
nus, & dominus tenet poſſeſſionem, & ſucceſſiue
habet facultatem rei tradendȩ, & tunc tenetur prȩ
ciſe tradere, nec liberatur præſtando intereſſe. d. c.
ſi facta. & de contro. inueſt. cir. pri. ſi non habet fa
cultatem rei tradendæ, tenetur ad intereſſe. l. qui ti
bi. C. de hæred. vel actio. vendi. propter ruptam fi-
dem. l. ſi ancillam. C. de actio. empti. Sed an tenea
tur pȩna falſi, ſicut qui vendit rem duobus. l. qui
duobus. ff. de falſis. Afflict. in c. 2. in 3. not. ante &
poſt num. 2. quo tempore miles. tenet quod non.
Ita etiam Iſer. hic, num. 5. poſtquam in textu non
adſint verba, quȩ alium inueſtiri prohibeant, ſicut
in l. non dubium. C. de legib. & quatenus inueſti-
uit & non tradidit, quia non habet facultatem rei
tradendȩ, tenetur ad omnem utilitatem, etiã quia
per inueſtituram non acquiritur poſſeſſio, nec di-
citur perfecta, niſi interueniat traditio corporalis.
Afflict. in conſti. proſequentes. in 8. quæſt. poſt nu
me. 17. Sed dicitur abuſiua: & quod eſt abuſiuũ,
eſſe non dicitur. l. 2. §. pri. ff. quemadmodum teſta.
aperia. Itẽ in donatione ſimplici eſt hoc clarum,
per d. leg. quoties. quæ intelligitur etiam, quando
quis ſcienter cum duobus contraxit. glo. in c. pri.
in ver. emeret. 29. quæſt. pri. multo fortius in do-
natione ob cauſam, ſicut eſt infeudatio. diximus,
) dicit ipſe) in d. c. ſi facta. Rurſus inueſtitura non
enumeratur inter caſus quibus dominium tranſ-
fertur. l. traditionibus. & ibi glo. C. de pactis. ergo
firma remanet reg. in aliis. Idem Iſer. ſupra eo. tit.
Qui ſucce. tene. colum. ſecunda, poſt pri. Probat
ultimo authoritate Innocen. ut per eum. Alij ta-
men diſtin. quòd aut alienatio non eſt a iure pro-
hibita: & tenetur crimine ſtellionatus, ſicut qui
rem ſuam duobus obligat. l. ea quæ nondum. §.
qui res. ff. de pig. Aut eſt interdicta a iure, & tum
is qui alienauit poſſit reuocare, vt in conſt. conſti
tutionem diuæ memoriæ. Sed primum caput di-
ſtinctionis non eſt verum: nam crimen ſtelliona-
tus datur quando eſt delictum, & titulus deficit. l.
ſecunda, & tertia, de crimi. ſtellio. hoc non eſt de-
lictum, cum omnia ſint permiſſa, quȩ per legem
non ſunt prohibita. gl. in lege, nec non. in ver. pro
hibeant. ff. ex quibus cau. maio. glo. fin. in lege ma
giſtratus. ff. ad municipales. nec habet locum quã
do contractus eſt nullus. Bald. in conſ. 15. primo
volum. meritò ſi tradidiſſet ſecundo, ille eſſet po-
tior: quia primus per inueſtituram imagina-
riam ſibi factam per fuſtem uel aliquid corpo-
reum, non acquiſiuit ius aliquod in dominio

vel

vel poſſeſſione, niſi in caſibus in quibus dicitur in
fra, Quid ſit inueſt. in pri. Aliàs ſi primus habuiſ-
ſet veram poſſeſſionem, non eſſet difficultas: nam
litera huius. ca. non dicit, quòd facta promiſſione
primo, non fiat ſecundo: & factam non annullat.
d. l. non dubium, & c. Imperialem, §. pen. in glo. de
prohi. feu. aliena. per Fred. Sed quid ſi inueſtitura
eſt facta per prælatum, an illo mortuo ſucceſſor
teneatur, glo. & Iſe. hic, quod ſic, in certis caſibus,
vt per eos, & latius in c. pri. eo. tit. qui ſucceſſ. tene.
17 vbi late dixi. Quid ſi prælatus concedit cum con
ſenſu Capituli, an liget ſucceſſorem. Afflictus ſu-
pra, Qui ſucce. tene. in pri. nume. 6. circa medi.
vbi vide.

De contentione inter dominum & fidelem de inueſtitura feudi. Tit. X.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium in quibus conſiſtit.*
2 *Dominus quis.*
3 *Fidelis feudatarius dicitur.*
4 *Inueſtitura, ideſt poſſeſſio.*

AD RVBRICAM.

1 OMne iudicium conſiſtit in actione &
defenſione; in agendo, replicando, &
excipiendo. Bal. in conſi. 150. num. 5.
cir. medi. 5. volum. idem hic Contétio
appellatur, quæ quandoque eſt, inter
2 dominum,) † Cuius appellatione in iſta materia
venit dominus feudi. Caſſa. in conſu. Burgu. rub.
13. §. 5. ibi, an ſengneur. in pri. & poſt. Et fidelem)
3 qui feudatarius dicitur. † Idem Caſſa. vbi ſup. rub.
8. §. 5. & in conſ. num. 66. De inueſtitura) Ideſt de
4 poſſeſſione. gloſ. in l. de inueſtitura, qualiter quis
ſe defen. debeat. In Long. Feudi.) A fide vel fide-
litate dicti. Infra, per quos fiat inueſt. in fin. nec eſt
hęc rub. ſuperflua, ſtante alia generali, de qua ſup.
de contro. inueſt. nam cum genus dicatur de pluri
bus differentibus ſpecie, & ſpecies prædicetur de
pluribus differentibus numero. glo. in l. 2. §. pri. in
ver. in creditum. ff. ſi certum peta. licet genus quan
doque pro ſpecie ponatur. glo. in l. non uidetur. ff.
de iudicijs: & ſpecies nomen generis ſibi aſſumet.
glo. fi. in l. 1. ff. de adoptioni. & copulantur aliquã
do. Lucas in l. vni. cir. med. C. de tractato. & ſtatu:
Et a quo remouetur genus, remouetur & ſpecies.
l. pri. in glo. fin. de ſtatis & legi. Iſe. in d. c. 1. poſt nu
me. 2. Per quos fiat inueſt. intellige tamẽ aptitudi-
ne prædicationis, non neceſſitate cõcluſionis. Bal.
in §. noui uero. num. 4. d. ti. per quos fiat inueſt. vn
de iſta non eſt ſuperflua, ſtante alia generali, ſed
dicitur interpetratio & adiectio: diſtinguendo ge
nus per ſpecies. Idem Bal. de noua forma fideli. in
pri. poſt num. 4. vnde varie deducitur controuer-
ſia inueſtituræ prout uarij ſunt tituli. In hac ma-
teria Præpo. infra, Qui teſtes ſint neceſſar. ad pro-
ba. nouam inueſt. colum. 3. circa fin. & 4. poſt pri.
& generalitas illa non comprǽhendit iſta, quæ
hic & alibi per alias leges fuerunt prouiſa. Affl. in
c. in generali. nu. 5. cir. medi. ſi de feu. fuerit contr.
inter domi. & ag.

SVMMARIVM.

1 *Contentio & contemptio differunt.*
2 *Pares curiæ, qui dicantur.*
3 *Teſtes idonei pagenſes uel legitimi.*
4 *Probatio unde dicatur.*
5 *Sacramentales qui ſint. & quando plus & minus duodecim.*
6 *Dictio, ſecundum, quid.*
7 *Cæterum, alibi pro, certe, hic exponitur idem eſſe quod, ſed.*
8 *Niſi, de eius natura excipit.*
9 *Serui dominis blandiuntur, ut adepto eorum fauore manumittantur.*
10 *Idem, eandem ſubſtantiam ſignificat.*
11 *Iuramentum defertur, dummodo præcedat præſumptio.*
12 *Poſſeſſio tuetur poſſeſſorem, & eſt fauorabilis maxime in feudis.*
13 *Controuerſia inueſtituræ inter dominum & uaſallum, debet terminari per teſtimonium parium, uel ſacramentum poſſeſſoris, cum duodecim ſacramentalibus.*
14 *Iuramentum, an debeat deferri.*
15 *Ius Longobardum eſt ius aſininum, & fex.*
16 *Doctrina nulla eſt tam falſa, quę non immiſceat aliqua uera.*
17 *Perſona approbata & non dictum; quandoque econtra.*
18 *Sacramentales an iurent in defectu probationis.*
19 *Mutuum petenti, ſi dico ſoluiſſe, fateor mutuum.*

AD TEXTVM.

1 SI contentio) Cõtemptio, vt in l. obſer
uandum. ff. de offi. Præſi. differt a con
tentione; de qua hic, in c. 1. inf. de cõ
ten. inter me & dom. de porti. feu. fra.
mei. & Lucas. 22. poſt pri. Ideo ſi iur-
gium. c. 2. de ſenten. & re iudi. Fuerit inter domi-
num & fidelem de inueſtitura) Ideſt de conuẽtio-
ne, feudi; nam inueſtitura generali ſumpto uoca-
bulo conuentio eſt. Iſer. in rub. ex quibus cau. feu.
2 amit. poſt pri. Per pares curiæ) Qui tenent feudũ
ab eodem domino. Aluar. in §. ſi verò, poſt num. 5.
de feu. guar. & in ca. 1. cir. 1. de contro. feu. Apud
pares term.) Qui vel ſimilia feuda habent, Immo. in
c. cæterum. nu. 3. in fi. & Deci. nu. 13. de iudicijs.
Diriматur) Ideſt diſſoluatur, vt dicunt grammati
ci. Alij enim) improprie, l. non ſolum. §. quæritur.
in ver. creditores. ff. de procurat. Teſtes) legitimi:
l. quicumque, de vltimis volunt. in Longob. Et ſi)
Ideſt quamuis. Arch. in c. panem, cum ſeq. de cõſe
cra. diſt. 2. Idonei ſint) Pagenſes, vel quales melio
3 res inueniri poterint. l. pen. d. ti. de vlti. volunta. in
Longo. Admittendi non ſunt.) Hoc tunc verũ eſt,
cum dominus vaſallos alios habuerit; alioquin ad
hibeat dominus quos meliores potuerit, liberos
tamen. inf. de nouis feud. cir. pri. Inopia.) penuria
ſeu indigentia. Arch. in c. pręcipimus. cir. med. 12.
4 quæſt. 1. Tamẽ probatiorũ.) Quę dicunt a probo

 aduer-

aduerbio. Probe enim agit, qui probat. Azo in
Sum. Cod. de probatio. in prin. Dirimatur.) Per
religionem clientuli poſſeſſoris feudis: nam plures
ſunt caſus, in quibus ſtatur iuramento poſſeſſo-
ris domino deficiente in probatione. Paul. de
Caſt. in conſi. 279. colum. 2. poſt medi. 2. volum.
& ſtatur iuramento, niſi contrarium probetur.
Caſſa. in conſu. burg. rub. pri. §. 6. ibi, parlaurs ſer-
mens. num. 6. adeo quod iſta facultas non tranſit
ad hæredem. Ibidem num. 5. cir. medi. & poſt nu.
10. Sed contra videtur tenere Alua. in cap. primo,
num. pri. & 2. ſi de inueſt. inter domi. & vaſal. lis o-
ria. Vel cum duodecim ſacramentalibus,) De ſa-
cramentalibus fit mentio in lege quarta, de præ-
ſcriptio. in longo. l. pri. 2. 3. & 5. Qualiter quis ſe
defendere debet, in Longo. Et dicuntur teſtes de-
ponentes ſecundum conſcientiam & credulitaté,
5 ad purgationem conſcientię. Aluaro. hic colum. 3.
cir. medi. & in §. & cum datur. fere per tot. de con
ſu. recti feu. alibi coniuratores dicuntur. l. de libe-
ris. de teſtibus, in Longobar. iurat enim principa-
lis ſic eſſe, deinde ſacramentales iurant per ſancta
Dei euangelia, quod credunt illum verum iuraſſe:
& ſi cauſa eſt. 20. ſolidorum, vel plus, deciditur cú
duodecim ſacramentalibus, quorum ſex eligunt
per dominum, quinque per vaſallum, & vaſallus
erit ſextus. Si feudum de quo quæritur, valet. 12.
ſolidis, iuratur cum ſex: de quibus tres eligit domi
nus, duos vaſallus: & ipſe erit tertius. Si feudum
valet minus. 12. ſolidis, vaſallus iurat ſolus. Addit.
ad Odoffr. in Sum. Cui incumbat probatio in cau
ſa feudali, in ver. cum ſacramentalibus. Et ſic iura-
bit cum 12. ſacramentalibus, numerata perſona
ſua. glo. fin. in lege prima. Qualiter mundualdus
amittit mundium, facit l. 3. & l. de chartis. la 2. d. ti.
6 Qualiter quis ſe defendere debet, in Longobard.
Secundum quoſdam,) Quæ dictio, ſecundum, cú
ſit poſita poſt ſpeciem, demonſtrat: poſt genus, ha
bet naturam limitationis. Bald. in conſi. 187. num.
7 2. 4. volum. Cęterum.) Alibi pro, certe: hic expo-
nitur, ſed, Imola in c. cęterum. de reſcriptis. glo. in
lege penul. in ver, Cęterum. ff. de uino tr ti. & o-
leo lega. Si dominus poſſideat etiam,) Quæ dictio
etiam, implicat. Zaba. in clemen. vni. §. fin. num. 1.
de ſupple. negligen. pręla. Per ſuum iuſiurandum
cum duodecim ſacramentalibus deſinatur) Nam
ſi nulla parium quidquam probat, licet poſſeſſor
debeat abſolui, tamen ſi iudici videtur, poterit de-
ferre poſſeſſori ſacramentum defenſionis, quan-
doque remittitur. iurat quandoque dominus ra-
tione perſonæ: & eſt caſus ſpecialis in quo qui pe
tit iurat, cum diſtinctione de qua Odoffred. late
in Sum. Probationibus deficientibus, quid eſt fa-
cien. in cauſa feu. Et eſt quaſi teſtis in re ſua, cum
credatur eius ſacramento ſibi ab alio delato; vel
ſtatur eius confeſſioni. Azo in Sum. C. ne quis in
ſua cauſa. nume. 2. Cum duodecim ſacramentali-
bus.) l. fin. ne ad regem venienti iniuria fiat. In Ló
gob. ſeu iuratoribus legitimis per ſacramentum
affirmantibus. l. ſi quis ea leui. & l. de homicidio.
de homicidio liberi homi. in Longo. qui iurát ita
credere, Aluaro. in §. hoc quoque. nume. 8. de his
qui feu. dare poſſunt. facit quod dicit Iuno. in ca.
ex literis. de iureiuran. Hoc ita niſi.) Natura huius
dictionis, niſi, eſt excipere. in conſi. feu. di ner. 11.
8 num 9. Clientulus ſit, caſtaldus, vel actor domini)
lege prima de acquiſitionibus actorum Regis. in
Longo. & ſic iurat dominus ſolus, quando is qui
dicit ſe inueſtitum, eſt clientulus, caſtaldus vel a-
ctor. Odoffred. in Sum. Probationibus deficienti-
bus quid fieri debet in cauſa feudali. nume. 3. &
poſt. Niſi habeat) ſupple clientulus caſtaldus uel
actor. Teſtes pares idoneos) nam cú præſumptio
iuris transferat onus probandi in reum. Specu. in
titu. de probationibus. §. primo, nume. 11. circa fi.
purgatores debent eſſe boni & iuſti, in uita pro-
bati, bonæ famæ; nec in iudicio pro crimine con-
demnati. Archid. in cap. omnibus. colum. 2. poſt
pri. 2. quæſt. 4. Nam aliquando malignando mul-
ta bona auferuntur domino, hoc modo) Vnde ſę
9 pe ſerui dominis blandiuntur; & cum habent ad-
miniſtrationem peculij, impendunt dominis obſe
quia, ut ſic eorum fauore adepto manumittãtur.
Archid. in c. epiſcopus, circa med. 12. quæſt. 2. hoc
modo uitia ſunt uicina virtutibus. glo. 1. in c. ita er
go. 12. quęſt. pri. & ſic uitia virtutes imitantur, &
omnia mala exempla ex bonis initijs oriuntur. A-
zo in Sum. C. ne liceat potẽtioribus. in pri. Et hoc
colligitur, per legem, quæ eſt in titulo, de acqui-
ſitione actorum Regis, in Lombarda, (Credo
quòd vult dicere, ſi actor Regis res Regias per
fraudem alienauerit. lege prima. Idem) quod deno
tat omnino eandem in diuerſis caſibus cenſuram.
Bald. in conſi. 94. num. 2. 3. volum. Dicendum eſt
de guardia) Ideſt ijs qui acceperunt aliquid no-
mine guardiæ. capitulo primo, ſupra, de feud.
guardiæ.

Declarato textu, reddebatur dubia eius con-
ſultatio ex eo, quia quilibet videntur teſtes idonei
ad probandam inueſtituram; probationum enim
materia non eſt anguſtanda. l. quoniam. C. de hæ-
reticis. Sed verſatur in hoc publica utilitas. Aut. de
teſtibus. in pri. & ęquitas naturalis. Inno. in cap. di
lecto. de teſtib. tanto magis, quia fides veritatis ver
borum adminicula non deſiderat. lege prima, C.
ſi minor, ab hæredit. ſe abſtineat. Secundò, quan-
do deficiunt teſtes legales, ut eſt in hoc caſu, per
defectum parium: vel quia non adeſt breue teſta-
tum, admittuntur alij. cap. ſi mala. ſecunda, quæſt.
quarta, & ſic non eſt locus iuramento principalis
cum duodecim ſacramentalibus, ſed emergente
inopia probationum recurritur ad iuſiurandum.
Afflictus in §. ſi verò inueſtitura. nume. 4. Quid
ſit inueſt. Tertiò, iurare de facto alieno, eſſet an-
ceps ſubire periurium. glo. prima in cap. ex literis,
lo ſecundo, de ſponſali. in ca. præſens. in ver. quod
nunquam. vigeſima, quęſtione tertia, quod non
debet permitti, quia leges puniunt periurium, nec
uiam periurij aperiunt, lege ſecunda. C. de indi.
uid. tollen. & eſt indignú credere alicui de eo qđ
non vidit. Lucas in lege nemo, columna quarta,
circa princ. de re milita. Quartò inducere duode-
cim, & ſic multitudinem ad iurandum, non eſt
tutum vel honeſtum. gloſ. in cap. ut circa. in uer.
adhærentes, circa medi. de electio. in ſexto, cum
nemo, etiam Papa, debet eſſe author periurij,
nec eccleſia dare debet materiam peierandi. c. ſi
verò. ca. mulieri. in gloſ. final. de iureiurando.
Quinto facit lex, de ętate. §. qui interrogatus.
ff. de interog. actio. vbi dicitur, quòd in reſpon-
ſione alicuius nihil facit Prætoris authoritas,
ſed illius reſponſum ſiue mendatium. Ita ſa-
cramen-

cramentalium authoritas & iuramentum, nihil debet prodeſſe, ſed tantum depoſitio principalis. Vltimo videtur, quod non debeat fieri differentia inter caſtaldum & guardatorem, uel alios ſubfeudatarios, quia poſt motam controuerſiam omnes poſſeſſores pares fiunt. lege. etſi lege. §. etiam. ff. de petitio. hæredi. gloſ. fina. in lege, ſi homo, ff. de rei vendicat. & iuramentum quod defertur poſſeſſori, debet habere effectum, tam ſi ſit feudum rectum, quàm ſi tenecat in guardiam vel caſtaldiam.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, per iſtam conſuetudinem: & ratio eſt quia ne quid falſitatis incurrat, per duos forſitan teſtes, compoſitum maiorem numerũ teſtium expoſtulat, vt per ampliores homines periculoſiſſima veritas reueletur. l. quæſtionem. C. de fideicommiſ. & adhibetur iuramentum poſſeſſoris: quia in pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis. Afflict. qui ſucceſſ. tene. la 2. num. 6. niſi ſit caſtaldus vel actor, quia iſti aliquando malignando, multa bona hoc modo auferunt, vt hic. 1

Qua ſtante, non obſtat primum, nam iſtæ ſunt probationes iuris, quæ liquidę dicuntur. l. ſi tutor. in ſum. & in glo. fin. in fi. C. de periculo tuto. & nõ reſtringitur probatio, ſed requiruntur plures teſtes, vt in certis caſibus de quibus glo. in l. teſtium. in ver. præſto. poſt medi. C. de teſtibus. Non obſtat ſecundum; nam teſtes legales ad probandam nouam inueſtituram, ſunt pares curiæ & breue teſtatum. c. pri. quot teſtes ſint neceſſ. ad prob. nouam inueſt. in defectu ipſorum recurritur ad iuramentum poſſeſſoris cum duodecim ſacramentalibus vt hic: quia iuramenti delatio habet locum in omni materia mere ciuili, ſiue penali, pro qua poteſt tranſigi. glo. Par. tit. pri. §. 30. nume. 35. Non obſtat tertium, nam licet ſacramentalis iuret vt principalis, conſuetudo tamen aliter obtinet. l. ſi quis alij. in ver. iuret. d. tit. qualiter quis ſe defendere debet, in Longobar. vnde iurat de conſcientia ſua, & non de facto alieno. Afflict. in c. pri. nume. 41. de contro. inueſt. & ſic de credulitate non de ueritate. & in hoc differt a iuramento principalis. Idem Afflict. in §. fin. ante & poſt uum. pri. de noris feu. Quartum non obſtat, nam iſtud iuſiurandum cogitur ſubire. l. iuſiurandum, la 2. in glo. prima ff. de iureiuran. quia iudex non poteſt æſtimare rem quæ non extat ſine delatione iuramenti. l. in actionibus. in fin. ff. de in litem iuran. factum tamen alienum iurabit de credulitate, ſuum de veritate. Afflict. in §. ſi a iudice. in princ. & 2. not. de conſu. recti feu. Quintum non obſtat, nam iſti ſacramentales non aſtringantur ſempliciter iuramento principalis, ſed ipſi iurabunt ad ſancta Dei Euangelia, quod credunt illum verum iuraſſe. cap. quotiens, in fin. de purga. canoni. Vltimum non obſtat, quia illud procedit circa malam fidem, alias eſt differentia, an quis ſuo vel alieno nomine poſſideat. l. pri. ff. pro ſuo. l. quod meo. de acquiren. poſſeſſ. & ſic firma remanet concluſio quòd controuerſia inueſtituræ inter dominum & vaſallum, debet terminari per teſtimonium parium, vel iuramentum poſſeſſoris cum duodecim ſacramentalibus.

Ampliã, idem eſſe ſi eſt quæſtio inter filiam & agnatos defuncti. cap. inter filiam, ſi de feu. de fu. mili. contro. fue. Rurſus idem erit ſi vaſallus eſſet in poſſeſſione medietatis, vel alicuius partis feudi, ſeu teneret cambium: nam tunc in caſu controuerſiæ, defertur iuramentum cum duodecim ſacramentalibus. §. cum autem. Si de inueſti. feu. contro. fuerit. Vltimò, haberet locum in æconomis & chartularijs: nam in conceſſione in emphiteoſim, vel hypotheca rei eccleſiaſticæ, iurabunt, quòd non efficitur contractus ad præſcriptionem iuris. §. emphiteotis vero. Auth. de alienan. & emphit.

Limita tamẽ procedere, quãdo eſt cõtrouerſia circa nouam inueſtituram: ſecus in ueteri. ca. 1. d. titu. qui teſtes ſint neceſſa. ad proban. nouam inueſt. Item procedit, quando poſſeſſor habet ſacramentales, aliàs crederetur ſuo iuramento. glo. fin. in fini. in cap. cum P. Manconella, de accuſatio. Et habet locum in principali & ſacramentalibus bonę famæ, aliàs ſi fuiſſent ſemel periuri, amplius non admitterentur ad iurandum, glo. fin. in c. litteras, de præſumptio. cap. per tuas. in ver. adiiciẽtes, de ſimonia. Periurus enim non debet alterius iurator exiſtere. cap. paruuli. vigeſima ſecunda quæſtione quinta, recipitur tamen quandoque. gloſ. penul. in cap. quæſtioni. de appellatio. cum diſtinctione tamen de qua glo. in dicto ca. paruuli. Item procedit, quando principalis ſcit: quia tunc iurat, aliàs non. Auth. hoc ius porrectum, in uer. exiſtere, de ſacroſan. eccle. glo. fin. in lege, cum etiam. C. de rebus credi. tunc ſi principalis non poteſt iurare, non coguntur ſacramentales; quia neceſſe eſſet alterum periurare. lege, etiam. in gloſ. penultima. de manumiſ. vindi. Aliàs limitationes ad primam partem concluſi. ponit Afflictus hic in primo notabili.

Tu nota, quòd ſacramentales ſunt teſtes expurgatores iurantes & deponentes, per ſacramentum credulitatis. Aluaro. in §. fin. colum. 2. cir. medi. ſi de inueſt. inter domi. & uaſa. lis oria. vnde duodecim ſacramentales, de quibus in textu, dicuntur duodecim teſtes deponentes de credulitate & conſcientia ſua, non de ueritate: ſed vbi duo deponerent de veritate ſufficerent. Præpo. ſupra, Qui feu. dare poſſu. in pri. poſt num. 11. illa enim eſt certior & fortior, quam ſacramenti: quia per teſtes poteſt probari contra ſacramentum, non e contra glo. in lege, ſi quis alij, la ſecunda. io fin. de debitis & guadimonijs. in Longuba. & illa probatio per ſacramentum eſt antiquiſſima: nam applicabitur ad Deos, & iurabit, & ſic ſopitur omnis quæſtio, omnis controuerſiæ finis. Ad confirmationem eorum, eſt iuramentum ad Hebræos. c. 6. ibi, Abrahę namque, vbi Diuus Thomas colum. 2. circa medi. Azo in Summ. Codic. de rebus credit. & iureiuran. nume. 26. Vnde in cauſa monachationis, conuerſionis, vel matrimonij forte, defertur iuſiurandum ad ſimilitudinem aliarum cauſarum. Archi. in c. viduas, circa medi. 27. quę. 1. purgatur filia per parentes, ſacramento vel pugna, quando filia inquiritur de tentata morte uiri. l. fin. de conſilio mortis. in Long. liberis datur per ſacramentum purgare innocentiam ſuam. ſeruus ad iudicium mittitur ut interrogetur. glo. fin. in l. ſi quis caballos, de damno iniuria dato. in Long. & defendit per ſacramentum vel per pugnam. l. pri. de his qui aldiones defendere debeant. in Longo. & hic, vbi veritas iureiurando diſcernitur. c. §. & ſimiliter. de capitu. q. curi. vẽdi. admittẽdo ex-

purgatores & iurantes de conſcientia. §. cum an-
tem.ſi de inueſti.feu.contro.fue.cap.2.vbi Bal.nu
me.2.ſi de inueſti.inter domi.& vaſa.lis oria. & di
cuntur expurgatores ſecundum canones. c.quo-
ties.2.queſt.quarta.qui adhibent quinque.ca.om-
nibus.d.cau.& quæſt.c.ſignificaſti. de adulterijs,
quandoque ſex.glo.in cap.Inſinuatum.in ver. ſex-
ta.de ſimonia,in cauſa frigiditaris, ſeptima manus
adhibetur, quamuis mulier probauerit pri. aſpe-
ctum corporis: nam ſæpe oculus obſtetricis falli-
tur.Archid.in c.requiſiſti.cir.med.33.quæſt.1. ca.
ſi duo.cir.pri.35.quæſt.5.& 6.c.quotiens.de pur-
ga.cano. glo.in cap.2.& in c.continebatur.de de-
ſpon.impube.c.pri.c.licentiam.& c. fin.ubi Inno.
de frig.& malefi.hic duodecim,& in ca. nobilis,2.
quæſt.4.Inno.in c.inter.de purga. cano. aliquan-
do ſeptuaginta duo.c.qui præsbiterum.17. queſt.
4.& ſic numerus eſt arbitrarius. Inno.in d.c.Inter.
poſt medi.cap.auditum.2.queſt.4. numerus vero
duodecim ſacramentalium de quo hic, fuit fauo-
re ſpeciali,Iſer.hic nume.8.cir.medi. & iſti debent
eſſe propinqui,& in defectu eorum vicini honeſti
& bonæ famę.cap.laudabilem. de frig.& malef.c.
cum dilectus, lo pri.de purga. canon. debent ſci-
re uitam illius qui purgari debet. Archi.in c.2.co-
lum.2.cir.fin.82.diſt.nec debent eſſe inimici. Af-
flict.in §.Item ſi vaſallus,poſt num.15.de contro.
inueſt.& licet eadem ſit forma iuriſiurandi ſacra-
mentalium & principalis. gloſ.pri.in fi.in l.pri. de
ſucceſſionibus.in Long. iurabit tamen primò prin
palis:deinde ſacramentales per ſancta Dei Euan-
gelia.Iurant quod credunt principalem uerum iu
raſſe.d.c.quoties.2.quæſt.4.Iſer.hic nume.7.& nõ
iurabunt,ſic eſſe,ſed credere ſic eſſe uerum.ca.re-
quiſiſti.in ver.hi qui 33.queſt.pri.c.ut circa.in ver.
probare.cir.fin.de electio.in uer. & ſi de creduli-
tate quęritur, ueritatem reſpondebunt: ſic ſe ha-
bet conſuetudo eccleſiæ.Inno.in cap.cum dilecti.
num.6.circa fin.de electiooe.Licet ponens & re-
ſpondens,non quod credit,ſed quod nouit dicere
debet:quia,ſi quod non credit, confitetur & aſſe-
rit uerum eſſe,deierat.Io.An.in c.2.num.10.poſt
numer.& 13.& 22.in fi.de teſtibus.in 6.Præſtatur
in loco ubi interpellatus eſt:in ſimi.in l.fin. Qua-
liter iudices iudicare debeant.In Longo.non par-
ti,ſed iudici,cui fides debet fieri.Archid.in cap.il-
le,in pri.27.quæſt.5. & iurabunt in propria perſo
na.Io.An.in c.vt circa,poſt num.13. de electione.
in 6.hoc modo compellitur anceps ſubire periu-
rium:ſicut quando iuratur io odium fraudis com
miſſæ.Caſſa.in conſu. burg.rub.10.§.12.in fin. &
de alieno factoiurare. l.Prætor ait. in ver. fuiſſe.l.
qui bona.§.pen.in ver.deboo, poſt medi. de dam-
no infecto.& dicitur iureiurando negotium deci-
di.l.ſi ſeruus.circa fin.ff.de noxali. & iurant in ani
mam principalis.Iſe.hic num.7.ſicut in procurato
re no.Bald.de pace Conſta. in uer. nomina verò.
Barto.in l.in iſto.§.quod obſeruari.nume.2. C.de
iureiura. Hoſti.in Sum.de iuram. calu.§.quis de-
bet iurare.ibi, in his autem . quando autem cogi-
tur,& quando non,anceps ſubire periurium.Alua
ro.in §.& cum datur.num.3.de conſu.recti feudi.
& defertur hoc iuramentum,dummodo pręcedat
11 aliqua præſumptio,quæ ad id moueat iudicē.Iſe.
hic poſt num.8.& infra.titu.primo,cir.fin.poſt nu
me.5. ſicut ad formandam inquiſitionem,requiri
tur,quòd fama præcedat.l.3.ubi Barto. C.de of-
fi.Præfec.vrbis. e.qu aliter & quando, lo 2. de ac-
cuſatio. Et mouet ſuſpitio quandoque iudicem ad
condemnationem.l.in lege, ad legem Aquili.l.ius
iurandum.§.pen.ff.de iureiur.

Nota etiam,quòd ad plenam probationem po
teſt a iudice ſacramentum deferri. Arch.in cap.vi-
duas.cir.med.27.queſt.pri.ſtante inopia probatio
num,recurritur ad auxilium ſacramenti. Aluar.in
§.ſi verò inueſtitura.num.2.Quid ſit inueſt.& hic
dicitur, quòd domini religioni ſtatur,ideſt credi-
tur.glo.in ſimi.in l.ſi quis ammodo.in ver.quanto
magis de debitis, & guaudimonijs,in Lōg.Sed an
ſacramentum ſit legitima probatio. Caſſa.in con-
ſu.burg.rub.pri.§.7.in fin.num.9.cum ſeq. Quòd
non ſit proprie probatio.Prępo.in cap. ſcięndum.
num.5.circa med.de feu.cog.adeo quod non ſta-
tur dicto ſuo,etiam cum iuramento,niſi probetur
per pares curiæ.Idē Pręp.hic, & in §. ſimiliter.nu.
pri.infra eo.

Vltimò nota, quòd commodum poſſeſſionis
eſt multiplex.Bald.hic late,num.quinto. poſſeſſio
12 enim poſſeſſorem tuetur.Idem Bald. & Affli. de
contentio.inter domi.& vaſa.in pri.maxime in feu
dis,quorum poſſeſſio eſt fauorabilis, & facit pre-
ſumi pro poſſeſſore:& habet varios effectus. Bald.
in §.ſi quis de manſo.num.5.de controue. inueſt.
& haberi pro poſſeſſore prodeſt ad multa.glo.in
l.ſicuti.§.ſed etſi.in ver.poſſeſſoris.ff.ſi ſeruitus vē
di.defendit illum in ea,niſi liqueat clam,vi,vel pre
cario poſſidere.glo.in ca.duo ſimul.in ver.conſue
tudo,de offi.ordi.& defendit donéc conſtet de iu
re,not.in c.cum veniſſent, de inſtitutioni. quia in
pari cauſa,melior eſt conditio poſſidentis.l.ſi ſer-
13 uum ſtichum.§.ſequitur.de verbo.obliga. Bald.in
conſi.489. in fin.pri.volum. nec quæritur in hoc
iudicio,ſi iuſte vel iniuſte poſſidet:quia in petito-
rio quæritur de bona fide.gl.2.in l.ſi coloni. C.de
agrico.& cenſi.

Iſer.autem.in pri.vſque ibi,inſuper.diuidit,ſup
plet & declarat textum,cuius lectura eſt plana. ex
errore tamen in ſecunda parte,ibi,hoc ita.dum al
legat §.ſed notandum.vult dicere, ſed nedum ta-
lia, non enim eſt danda alicui occaſio ad malum,
propter fauorem, auxilium, vel correctionis ne-
glectum.Lucas in l.3.C.de fundis patrimoni. ſed
occaſio prædæ aufertur.lege prima,de frum. Ale-
xan.Vnde non ſtatur iuramento caſtaldi poſſeſ-
ſoris;quia multa perderent, per malitiam malo-
rum caſtaldorum,vt hic in textu.& Iſe. qui depra
uate loquitur.

14 † Sed videtur, quòd ſacramentalium materia
ſit contra omnia iura,nam pro accipitre, & ſpata,
periurium committitur.l.in compoſitione,de ho
micidio liberi hominis. in Longo. vnde lex debet
potius prohibere peccatum,quàm cauſam præbe
re peccati,& leges quę puniunt periuria, non de-
bent viam periurij aperire.Lucas in l.3.colum.3.
poſt pri.C.de prędijs curia.c.penul. de his quę vi
metusve cau.& pars non debet ſperare ſe perfidię
neque periurij autrices futuras.lege prima,Codi-
ce,ſi aduerſus vendit.pollicentur cohibere periu-
ria, & non ſine re talia ſubire iuramenta , in qui-
bus omnino periurium promptuum eſt.§. quę
verò. poſt pri. Auth. de nuptijs. eſt enim ini-
quum cogere quem ad peierandum. gloſ. in leg.
de dic.§.penul. in ver. cogitur, qui ſatiſdare co-
gan. ideo conditio reijcitur quę vrget ad iuſiu-
iurandum

iurandum. l. quæ ſub conditione. in fin. pri. ff. de
condit. inſtitut. & prohibetur, ne homines pro-
pter iudicum ignorantiam peierare compellantur,
§. quia verò. Auth. de iudicibus, &. ſi aliquem iuran
do peierare fecerunt, ſuam & illius animam inter
fecerunt. Lucas in l. 2. colum. 2. in prin. C. de tabu-
la. ſcribis, logogra. Reuocatur ſacramentum præ-
textu periurijs. §. quia verò ex conſenſu, in verſic.
teſtimonium. Auth. vt liceat matri & auiæ. & tene
tur periurus crimine ſtellionatus. l. fin. in glo. ff. de
crimi. ſtellio. Temerario iuramento imponitur pœ
nitentia. Innocen. in cap. tua nos. de periurio. ha-
bens inſtrumentum * non tenetur iurare. Caſſa. in
conſu. Burgen. rub. 10. §. 12. Ibi. & a preſ. num. pri.
quia non eſt leue, immo valde difficile eſt plenam
veritatem dicere. Ideo non debet nec cogitur an-
ceps ſubire periurium. Innocen. in capit. licet heli.
poſt nume. 4. de ſimonia. in cap. accedens. de pur-
gat. cano. & ſi ſcio te falſum iuraturum, non debeo
tuum recipere iuramentum. Archidiac. in cap. ille.
poſt pri. 22. quæſt. 5. ſæpe aduerſarii ſuis mentiun-
tur aduerſarijs Zaba. in clemen. cauſam. poſt num.
4. de electione. ſi ſunt perplexi inter duo iuramen
ta ita contraria, ſi vnum ſeruant, alterum ſeruare
non poſſunt. Innocen. in d. cap. tua nos. Nec obſtat
diſpoſitio huius textus; nam loquitur ſecũdum ius
Longobardorum, quod multi, vt eorum verbis v-
tar, dicunt eſſe ius aſininum. ita Iſer. hic, Lucas in l.
15 3. colum. 4. cir. fin. C. de prædi. curial. in l. vni. col. 6.
cir. medi. C. de conducto. & procurat. in l. omnes.
colum. pen. cir. med. de decurio. qui appellat beſtia
lem legem Longobardam, alibi fecem. Idem Lu-
cas in l. Princeps. colum. 4. nu. 75. C. de principibus
agen. in rebus & in l. quicumque. colum. 2. cir. me-
di. C. de re mili. Nec appellatur lex, ſed fex, quia fe-
ce verborum ſordeſcit. in proœ. ad leges Longob.
cir. fin. eſt odioſa, procedens a barbaris. Afflict. in
c. pri. num. 4. in fi. & 6. de feud. cog. caret ratione,
& propterea non ſeruatur vbilibet. Iſern. de notis
feud. in verſicu. ſi qua. in fi. immo dominus Bartho
mæus de Capua, conatus fuit ius illud auferre. Lu-
cas in d. l. quicumque. circ. finem. de re mili.

Pro alia parte vltra adducta, in prim. not. iura-
mento conſtringi nolumus propter periculum per
iurij. l. fin. in fi. de decimis. in Longobar. & infirmi
tas hominum, fuit cauſa huius inſtitutionis, nec de-
bet præſtari, niſi in dubijs & neceſſarijs: cum pigri
ſint homines ad credendum. glo. prim. in capit. pri.
22. quæſt. prim. nec ſine magna & neceſſaria cauſa.
Lucas in l. 2. colum. 4. cir. finem. C. quando & qui-
bus quarta pars debeat. non promittere dare teſti-
nes. §. ſed neque, Auth. de manda. Princip. ſed ha-
bebunt certum ſpatium ad certiorandum. Iſer. hic
& ſi dubitant, datur tempus ad deliberandum, ſi-
cut in iuramento calumniæ. glo. prim. cir. medium.
in cap. cum cauſam. de iurament. calum. ſi eſt fa-
ctum de quo poſſet certificari: alias ſi non poſſet,
non debet cogi anceps ſubire periurium. l. 4. de
in litem iura. cum l. videamus. eodem titu. l. iuſiu-
randum. §. pupillo. in verſic. non compell. ff. de iu-
reiurand. Afflict. in §. ſi a iudice. nume. 4. de conſue-
tud. recti feud. quia anceps fides vacillat. l. eos. ff.
de falſis, & datur hoc iuramentum ad cautelam,
vel quia habuit illum ſuſpectum. gl. prim. in capit.
anteceſſor. 11. quæſt. 3. ideo cogitur quis quan-
doque ſe purgare proprio iuramento. l. quoties. §.
Prætor. ff. de noxali. Et hoc verb. iuro, ponitur pro

religione. Quaſi dicat, per ius, ideſt, per religionem
firmiter aſſero: vel ius, ideſt per Deum firmiter aſ-
ſero. Azo in Sum. C. de rebus credit. & iureiuran.
& officialis qui ex neceſſitate officii exigit hoc iu-
ramentum, non peccat, etiam quod ſciat iuramen-
tum eſſe falſum. Lucas in l. 2. colum. 3. cir. medi. C.
de delatorib. licet præſumptio ſit quod ſciat, non
debet admitti ad iurandum quod ignorauit. Afflic.
in cap. ſi vaſallus. nume. 2. cir. finem. ſi de feud. fue.
contro. inter domi. & agno. & hoc modo proce-
dunt, pro prima parte adducta. Et ſuſtinentur ſa-
cramentales, qui iurant in animam principalis, vt
per Iſern. hic: ſecus in ſyndico, tutore, vel curatore,
qui habent legitimam adminiſtrationem, capitu. in
pertractandis. & ibi glo. fin. C. de iuramen. calum.
& ſic prohibetur recipi ſacramentum, quando ſci-
mus aliquem falſum iuraturum. gloſſ. pri. in capi.
quamuis. 22. quæſt. pri. Nam tunc eſt ad præuari-
candum, non quod ille ſit iuramentum ſeruaturus.
§. quia verò multum. Auth. vt ſine prohibit. matres.
iurans, & qui ad iurandum induxit peccant. capit.
pri. & 2. 22. quæſtio. 5. Lucas in l. fin. column. 2. in
pri. C. de ſpectaculis, & procedunt ſacramentales,
quia non coguntur affirmatiue de alieno facto iu-
rare. l. generaliter. in verſicu. a principali. C. de re-
bus credit. ſed dicunt, quod credunt illum verum
iuraſſe, vt Iſer. hic, aliud non. nam nihil ſibi licitum
ſciant, quod ſuæ non eſt ſubiectum poteſtati. l. mi-
litantibus. C. de decurioni. lib. 10. & ſi ſe ſubtrahit
ſacramentalis, quomodo compellitur. l. ſi quis a-
lii. Qualiter quis ſe defendere debet. in Longobar.
Nec obſtat quod ius Longobardum appelletur ius
aſininum: nam ſecundum Iſern. hic, multa bona
continet, nec mirum dicit ipſe ex intentione Beati
Auguſtini: nam nulla falſa doctrina eſt, quæ ali-
16 qua vera non immiſceat. Afflict. hic nume. ſecun-
do. in fin. & 1. Et philoſophi, ſi qua vera dixerunt,
non ſunt reijcienda, ſed tanquam ab iniuſtis poſ-
ſeſſoribus vendicanda. Lucas in proœ. trium lib. C.
cir. finem. Zaba. in clemen. pri. poſt nume. 9. de ma
giſtris. quidquid infidelis ſcripſit pro fide, poteſt fo-
uens fidem pro ſe recipere, & alia non Abb. in c. fi.
nume. 6. de vita & honeſtat. clericorum. quidquid
boni dixerunt, a Spiritu ſancto eſt. Afflict. in §. fir-
miter. nume. 7. de prohibita feud. aliena. per Fre-
de. ſancti approbauerunt & in ſuis reſcriptis inſer
uerunt. Lucas in l. exemplo. cir. medi. C. de decu-
rioni. cum omnia ſint iuſtorum, iuxta illud, Aufere
tur a vobis regnum, & dabitur genti facienti iuſti-
tiam, labores impiorum iuſti edent, & alia vt per
Archid. in cap. quo iure. in princ. 8. diſt. & ex falſis
ſcriptis quis condemnatur, quia per ipſa alii veri-
tatis inueſtigandæ materia præparatur. Ioan. And.
in data Sexti cir. finem. Videtur tamen, quod licet
in eo vtilia inueniantur, ſint reſpuenda. cap. cano-
nes. 16. diſtinctio. nam ratione autoris aliqua repel
luntur, licet ſint bona. glo. penult. in cap. 2. 96. di-
ſtin. & ſcripta illa reprobantur, quorum reproban
tur autores. not. in cap. nouerit. de ſenten. excom-
munic. quia a malis, nec etiam bonum eſt intelli-
gendum: ita Chriſtus, dæmonib. dicentib. Tu es fi-
lius Dei viui, non ſinebat ea loqui. Lucas. 4. pecca-
tori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias
meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum.
Pſal. Deus Deorum, nec videtur gratum ius Lom-
bard. inter candorem ſcripturæ ſacræ, ciuilia iura,
& authoritates ſanctorum. Lucas in l. omnes om-
nino.

nino.colum. 2. in princ. C.de decurioni. ſed diſtin-
gue per glo.in cap.fraternitatis.de hæreticis. appro
17 batur dictum,ſed nō qui dicit.† Exemplum ponit
Archid.in cap.dominus. pri. quæſt. pri.ſicut dam-
natur dictum, & non perſona,vt de Ioachim,qui
paratus fuit corrigi.Zaba.in clemen.vnic.in verſic.
porro. circa finem.de ſum. Trin. tunc ex ore fatui,
auferte parabolam.Eccleſiaſti.10.& aufertur pro-
pter indignitatem proferentis, iuxta illud: Quare
enarras iuſtitias meas. Nam iuſtum eſt, quod nō
habeat linguam, qui non habet vitam. Archidia.in
cap.nolite.poſt pri. 11. quæſt.3. & omnia ſunt iu-
ſtorum.Idem Archid.in cap.quæcumque.23.quæ
ſtio.7.Notat Iſer.pro Longobardis,quòd non im-
pulſantur ſacramentales, niſi aliqua ſuſpicio,vel ſe
miplena præcedat probatio,ſicut non poteſt ad in
quiſitionem procedi:niſi fama præcedat.l.2.de offi
fic.præfec. vrbis.dummodo non ſit orta à maleuo-
lis.de accuſation. idem in purgatione canonica,de
qua Iſern. hic, & eſt textus in cap.nos inter alios.
de purg.cano. aliqua ergo præſumptio debet mo-
uere iudicem,antequam deferat hoc iuſiurandum.
& reſidet in hoc Iſer.licet arguat in contrarium,&
patet,quia ſciens quandoque falſum iuraturum nō
prouocat ad iurandum.capit.ille,& ſeq. 22.quæſt.
5.Aliquando ad maiorem commutationem à per iu
ro exigitur iuramentum.no.in capitu. cum in eccle
ſijs.de maio. & obedien. relaxatur quandoque, vt
veritas reueletur. capit. penult. in ver.de tacenda.
de accuſatio. niſi propter diuerſitatem eorum quæ
iudicem mouere poſſent, merita perſonarum be-
ne cognoſcendo.capitu. perpendimus. de ſentent.
excommunica. & ita æſtimare oportet qui ius di-
cit,pro conditione cauſæ, perſonæ, vel temporis.l.
nonnumquam. ff. de iudicijs. eſt enim arbitraria
iſta delatio iuramenti.Bald. ſupra, de contro.inne
ſtitu.nome. 10. & videmus de facto dicit Iſer.quia
præſumptiones & ſuſpiciones debent probari iu-
dici,& vt eū moueant,quęlibet ipſarum debet pro-
bari per duos teſtes,l.fin. in verſicu.vel iudicijs.C.
fami. erciſcun. & eſſe de circumferentibus eius,de
quo tractatur.Bald.in conſi.360.in prin.5.volum.
& ſic præcedente ſuſpicione compelluntur ſacra-
mentales, quia in principali, ſi non vult iurare pro
condemnato habetur. capit. excommunicamus.§.
penulti. in fin. de hęreti. ſi neutra pars vult iurare,
debet decidi cauſa pro poſſeſſore. Aluarot.in cap.
fin.nume.2.in fi. de feud.dato in vicem legis com.
Cui primò defertur, tenetur iurare vel referre, a-
liàs eſſet in manifeſta turpitudine, & ſi vult termi-
num ad deliberandum, iudex debet ei dare.Idem
Aluarot.in §. item placet. nume.pri.de inueſtitu.in
mari. facta. niſi ex recuſaret iuſta cauſa, vel ſuper
eo eſſet interlocutum. Alex. in conſi. 128.num.6.
2.volumine.

18 Quid ſi cępit probare ordinarie & defecit, an
compellantur ſacramentales.Iſern.hic,verſic. quid
ſi aliquis cępit probare,vſque in fi.diſputat articu-
lum ad partes, & videtur reſidere quòd ſic,etiam
quòd non fuerit proteſtatus. Et infert ad quæſtio-
nem ſimilem, ſi verificatis indicijs ex defectu pro-
bationum,poſſit deueniri ad torturam. & dicit ip-
ſe, licet qui agit vel accuſat, debeat eſſe certus de
probatione. l. qui accuſare.C.de edendo.Et quan-
do agit vel accuſat, dicitur proſequi cauſam ordi-
narie, & ſucceſſiue ceſſat extraordinarium, quan-
do cępit probare per modum ordinarium.l.in cau-
ſa,la ſecunda.ff. de minori: Vnde ſi certum eſt per
probationes, non debet torqueri. Iſern. in conſtit.
ſi damna clandeſtina.colum.vndecima.circ.princ.
tamen ex quo probationes quo ad eum, contra
quem fiunt, etiam quod plene probent,quo ad a-
lios non.l.ſæpe.de re iudic.Ideo ad ſciendum com
plices,etiam exiſtente plena probatione, deueni-
tur ad torturam.l.pri.§.qui quæſtionem.ff.de quę-
ſtio.l.ſi certus.in gl.pri.ad Syllan.

Circa verò quæſtio. propoſitam adducitur pro
parte negatiua, ſimile eius qui eligit cauſam teſta-
ti:nam non poſſit poſtea redire ad cauſam in teſta
ti.l.fina. C. de codicillis quia contentus eſſe debet
eo quod elegit. l.pri.§.fin.in verſicu. non ſunt. de
ſeperatio. vt via quàm elegit, ſibi pateat.l.ſi mu-
lier. §. fin. ff. de eo quod metus cauſa. Alexand.in
conſi. 3. nume. 11.circ. finem. & 105.nume.32.&
poſt.3.volum. & propterea multi dicunt,quod re
quiritur proteſtatio, videlicet quod ſi deficeret in
plena probatione, probatis indicijs, poſſit deueni-
re ad ſacramētales. Simile in creditore,qui poteſt
bona debitoris capere propria authoritate virtute
pacti.l.creditore.C.de pigno.tamen ſi adiuit iudi-
cem, ſibi præiudicat. Intellige ſi ſimpliciter, ſecus
ſi cum proteſtatione. Deci. in conſil.146. in 2.du-
bio.num. 4. nume.9. ante & poſt.& in conſi.460.
colum.prim.& 2 per tot. Cap.in deciſ.119.nume.
9. Sed verius ſecundum Iſer. hic, vbi ſunt qui iudi-
cem mouere debeat, dantur iſti ſacramentales,
etiam quòd non fuerit proteſtatus. Probat textus
iſte.& ſimiles,quos adducit gl.l.admonendi.in ver
ſicu. exacto. de iureiuran. qui loquuntur ſimplici-
ter, nec dicunt quòd ſe purget cum ſacramentali-
bus, quando fuit proteſtatus:ſucceſſiue nec nos de
bemus diſtinguere.l.ſi rem. in verſic.præfinitur.ff.
de euictio. Item ius intelligit, ſiue exprimantur à
parte, ſiue non,conditionē non mutant.l.nō recte.
C.de fideiuſſo. quia lex quando repræſentat factū
ab homine faciendum, pro facto habetur. Bald.in
conſil. 14. nume.2.4. volumi. adeo quod non fa-
ciunt rem conditionalem.l. quæ ſub conditione.§.
fin. in gloſſ. fin. ff.de condi. inſtit.ſed eſt quaſi ex-
preſſa proteſtatio,quæ inerat. l. hæredes.quando
dies legati cedat. Tertiò lex ſemper eſt certa de eo
quod eſt.l.cum quidam. §. ſuum.de acquiren.hæ-
redit. ſed iſto textus & ſimiles ſcientes non adeſſe
plenam probationem vrgente ſuſpitione, admitte-
runt ſacramentales,nulla facta mentione proteſta-
tionis.Ita dicendum eſt,quòd leges recte iuſpicien
do ſancierunt.l. penult. in fin.pri.C. de præſcript.
3. vel 4.ann. & retenta iſta,replicat adductis in cō
trarium. & ſimile de tortura, dicit ipſe,non poteſt
accommodari petitioni factæ ex teſtamento vel ab
inteſtato, quia ſemiplena probatio ineſt plene,
& vocatur adminiculatiua probationum. Et licet
ſint diuerſa, quia vnum non eſt aliud:non tamen
ſunt contraria, ex quo tendunt ad eundem effe-
ctum.Lucas in l.profeſſio.colum.5.poſt prin.C.de
munc. patri. teſtamentum verò dicere nullum vel
irritum ſunt contraria, quia in fine & origine in
nullo conueniunt. Ideo ſimul eſſe non poſſunt.l.ſi
Mutius.vbi Sum. Bald.ff.pro ſocio.

Non obſtat quod dicitur, de ordinario & ex-
traordinario iudicio.d.l.in cauſa. nam ius non re
propter magnitudinem rei, puta feudi, quod re-
net penes poſſeſſorem, non putauit ſufficere, vt iſ
ſolus iuret,qui debet abſolui,ſed induxit ſacramē-

tales,

tales, & tunc non ſunt duæ, ſed vna probatio: vna adminiculatiua alterius. l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtibus. Et dictum in materia torturæ nõ obſtat: nam quando non eſt plene probatum, ſed per præſumptiones, quia ex præſumptione, nemo damnatur. l. 5. §. prim. ff. de minoribus, vt aliquid operentur, per eas deuenitur ad torturam, & conſtit, reg. Monomachiam. dicit expreſſe, in duello debere præcedere indicia, & inquiſitionem, per quam ſi plene non conſtat, indicitur duellum, replicat etiam motiuo habentis duas actiones, quia vna contemtus eſſe debet. inſuper, quando diuerſa iura & cõtraria concurrunt in eadem perſona, tunc aut eſt actor, aut reus, ſi actor, neceſſe eſt quod eligat, alias, ſi vtrumque proponeret, ſeipſum excluderet. l. 2. §. ſed ſi alius. ff. quando appellat. ſit. Puta, ſi petit ex teſtamento, excludit ſe ab inteſtato. l. quod in heredem. §. eligere. de tributor. ſi eſt reus, non prohibetur vti pluribus exceptionibus etiam contrariis. Boer. in deciſio. 43. nume. 10. intellige non de contrarijs penitus, nam ſecundum Iſern. hic, ad euitandum periurium, non fit ab eodem, nec ab aduerſario poſitio contra poſitionem. ſed ſi petis a me rem, poſſum excipere quod me ſpoliaſti: nam exceptio dependet ab eo quod petitur. c. ſtatuimus. de confeſſis. in 6. excipiendo fateor, ſicut, ſi petis pecuniam mutuatam, ſi ego dico quòd ſolui, fateor habuiſſe mutuo, & meum eſt onus probandi reſtitutionem. idem in eo qui mittit repudium: nam fatetur matrimonium. §. neque. Authen. quibus modis nat. effic. leg. Ideo cautela eſt, vt negem aſſertionem petentis, dicendo, prout aſſeritur. c. ad hæc, ſicut aſſeris. vbi Deci. de appellatio. vel vt dixit late Alexan. in conſi. 49. nume. 10. 7. volumi. Non fatetur autem qui excipit, quando reus litem conteſtando negauit quòd non habuit mutuum, ſi poſtea ſine proteſtatione dicat, quòd vult probare quòd reſtituit, intellige ſi conſtat de intentione actoris, quia ſemel negauit. quando autem obijciens exceptionem fateatur, ſi non adeſt proteſtatio, Bald. in §. cum autem, poſt nume. 4. de contro. inueſti. & non fatetur, qui, quando lis eſt conteſtata vnam habuit voluntatem, quando excipit, habet aliam. l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. de dam. infec. verba ſunt clara, cum dicit, nego, & ſi apparet per probationem tuam me debere, probabo quod ſolui. Aliud exemplum eſt in iudicio rei vendicationis. Proponit actor dicendo rem ad ſe pertinere iure dominij. ſi reus negat, & poſtea dicat ſe præſcripſiſſe, hæc non ſunt contraria: quia poteſt eſſe quod non fuerit tua nec mea, ſed Titij, contra quem dico præſcripſiſſe. Sicut libertus ſi iurat, te ſuum patronum non eſſe: non per hoc probat alterum non eſſe. l. ſed et ſi. & l. ſi duo, cum ibi not. de iureiuran. & iuramentum ei tantum nocere debet qui detulit. l. cum qui. §. ſi petenti. de publiciana. & aliud eſt, ſi iuro, rem meam eſſe, aliud ſi dico, ex aliquo contractu ad me pertinere. d. §. ſi petenti, in ver. competit. Non obſt. l. ſi debitor. de fideicom. liber. cum ſimil. quia intelliguntur, quando legatario petenti hæres excipit ſine proteſtatione, quia tũc iudicium teſtatoris diceretur agnoſcere. Vltimum quod dixi. ſi de aditione iudicis, nõ obſtat, nam intelligitur de eo quod ſibi partes prę cauerunt, ſecus de eo quod ius intelligit: renunciare enim quod ſibi partes præcauerunt, eſt ex libero arbitrio. l. pri. §. ad hæc. in verſic. pro ſocio. poſt prim. C. de anna. exceptio. Ius vero publicum, pacto priuatorum tolli non poteſt, capitu. ſi diligenti, de foro competen. l. Neratius. circ. medium, de religio. & ſump. fune.

De pignore dato feudo quid iuris ſit. Tit. XI.

SUMMARIUM.

1 *De, dictio, accipitur pro ſi.*
2 *Ablatiui abſoluti important conditionem.*
3 *Quis, & quid, pluribus modis in iure accipitur: hic vero interrogatiue.*
4 *Ius, multis modis intelligitur.*

D RVBRIC.

1 DE) ideſt ſi. l. pri. in princip. ff. de dolo
2 malo. & probat ablatiuus abſolutus qui ſequitur. Dato feudo) qui importat conditionem. l. a teſtatore. de condit. & demonſtrat. iuncta. l. iubemus. §. pen. C. ad Trebell. ac ſi diceret, ſi detur feudum, ideſt obligetur pignori. cap. 3. quod alibi, vadium dicitur. capi. prim. de pigno. Quid.) interrogatiue.
3 licet capiatur in iure pluribus modis. Archid. in capitu. ſi ſacerdos. in princip. de pœniten. diſtinctio. pri. Iuris ſit.) Quod actio vel obligatio detur. Iſta
4 enim inter alia, hoc nomen, ius, ſignificat. late Azo in Summa. Inſtit. de iuſtit. & iure, nume. 10. dicitur infra in nigro.

SUMMAIUM.

1 *Similiter, hæc dictio ſignificat idem quod pariter.*
2 *Iuramentum ſuccedit loco defenſionis, non probationis.*
3 *Inſuper, ideſt præterea.*
4 *Scilicet, eſt reſtrictiua & declarat.*

AD TEXTVM.

1 SImiliter) idem eſt quòd pariter, ac ſi diceret, ſimili ratione, vt dicunt Grammatici, in verſic. ſimilis. Si quis voluerit dicere.) Ideſt dixerit ponendo futurum pro præterito. l. ſi vxori. §. fin. in verſic. ſolebat. de auro & argent. lega. De.) quæ, dictio deſignat materiam. Lucas in l. omnes. colum. 15. circa medium. C. de decurionib. Pignore ſibi dato inueſtitum eſſe.) Et ſic eſſe feudum, quod pars dicebat eſſe datum in pignus: nam inueſtitura facit feudum, licet non tribuat ius. Iſern. in §. ſi vero contingerit. poſt nume. 49. de pace iuramen. firma. Non
a credatur ſuo iuramento.) Nam iuramentum ſuccedit loco defenſionis, & probationis. l. ſi quando. C. vnde vi. gloſſ. fin. in fin. in l. 4. de teſtibus, in Longob. Sed) ſupple, creditur, quia vnum verbum regit duos caſus diuerſos. gloſ. prim. in l. ſi me & Titium. ff. ſi certum peta. Teſtibus idoneis paribus domus vel curiæ.) cap. pri. cir. princ. de nouis feud. inſuper) id eſt, præterea, vt Grammatici in verſicu. inſuper, Sciendum eſt) reddendo rationem. Lucas in l. cum ſcimus. in prin. C. de agr. & cenſi. feudum guardię & caſtaldiæ,) de quo ſupra, de feud. guar.

Qua-

Quacumque hora,) Daniel, cap. 3. Vult, auferre
poſſe a domino.) Sicut olim, in omni feudo. §. &
quia in pri. ſupra, de his qui feu. dare poſſi. & pre-
cario. cap. fin. de precarijs, ſed in feudu guardiæ,
4 intellige. Scilicet) Que vox reſtringit & declarat.
Bald. in conſi. 300. num. 3. 4. volumi. poſſe aufer-
re Poſt annum.) Ante non Poteſt inferri, quòd fi-
nito feudo, dominus poteſt diſponere. de eo, non
expectata alia ſententia, & ad poſſeſſionem ma-
num apponere, dummodo reperiat eſſe vacantem.
Præp. in c. pri. cir. fi. de feud. ſine culpa non amitt.

Declarato textu, reddebatur dubia illius conſul
tatio, nam eſt rationabile facere vim in paribus, vel
in alijs teſtibus. Iſern. infra. Qui teſtes ſint neceſſa.
ad proban. nouam inueſtit. in fin. pri. Sed veritas
magis, quàm iuris ſolemnitas attenditur. Bald. in
conſi. 10. nume. 3. prim. volum. item videtur quòd
non poſſit reuocari: nam a forma contractus non
poteſt recedi. Bald. in conſi. 452. nume. 2. 5. volu.
etiam, quia in contractibus, non habet locum pœ
nitentia. Afflic. in c. ſi facta. nu. 7. in pri. ſi de feud.
fue. contro. inter domi. & agn.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, &
ratio ponitur in textu præcedēti ibi, nam aliquan-
do mitigando, & quæ ſequuntur.

Quæſtante: non obſtat p annum, nam inueſtitu-
ra probatur per pares. cap. prim. Quid ſit inueſtitu.
ad euitandum ſuſpitionem. I. cap. pri. de nouo feud.
Non obſtat Vltimum, nam hoc tanquam natura-
le ſubintelligitur, accidentale non. Pernas in con-
ſi. 14. colum. 2. in pri. & ſic firma remanet conclu-
ſio, quòd datum loco pignoris, ſi vaſallus allegat
fuiſſe datum in feudum, debet probare per pares
curiæ.

Amplia etiam ſi ad ſit pactum quòd pecunia nō
ſoluta teneat in feudum: nam poſſet quandocum-
que ſoluta pecunia pignus recuperare. cap. prim.
de feu. datu in vicem leg. com. Limita tamen, quan
do origo rei probari poteſt. l. nec creditores. C. de
pigno. actio. item niſi probet ſe poſtquam pro pi-
gnore accepit, feudi nomine accepiſſe. §. ſimiliter,
ſupra, ſi de inueſtitu. feud. contro. fuer. Nota, quòd
ponitur tempus pro tempore. §. ſiue igitur. in ver.
nullum. Auth. vt cum de appellat. cogn. Archidia.
in cap. miror. cir. med. 17. quæſt. 4. c. in adoleſcen-
tia. 33. quæſt. 2. verba autem, volo in matrimonio:
volo contrahere, vel vendere, quid importent. Za
ba. in clemen. vni. num. 16. de conſangui. & affinit.
Caſſa. in conſu. Burgen. rubr. 4. §. 16. & volo lega-
re, idem eſt quod, lego. Caſſa. vbi ſupra. rubric. 8. §.
5. & in conſil. poſt nume. 27. item nota, quod feu-
dum guardiæ poſt annum poteſt reuocari ad li-
bitum. Iſern. quia legit iſtum textum cum præce-
denti, dum dicit, volebat ſoluere dubium, dic
debitum.

De contentione inter me & dominum de portione feudi fratris mei. Tit. XII.

SVMMARIVM.

1 *Contentio quid, & vnde dicatur.*
2 *Litigare cum potentioribus, non eſt ſanum.*
3 *Fratris appellatione, quis veniat.*
4 *Meum, adiectum certo corpori ſtat demonſtratiue.*

AD RVBRIC.

Lites pecuniariæ ſunt execrabiles occa-
ſiones criminum, & cauſa malorum.
Lucas in l. 2. colum. 4. circ. medi. C. de
delatoribus, dicuntur principium cor
ruptionis, Idem Lucas in l. vnic. colū.
7. poſt princip. ibi, duodecimo. de publicæ lætitię
vel Conſul. in l. litibus, colum. pri. poſt princ. C. de
agrico. & cenſit. tradunt litigantes afflictioni. Alua
rot. de reſtitu. fidei. cir. prin. & dant cauſam conten
tionis. §. fin. in verſic. concedentes. Auth. de his qui
1 ingre. ad appellat. lis autem a contentione limi-
tum, nomen accepit. capitu. forus. de verborum ſi-
gnificationib. extr.

Quæ ex ſnīa Senecæ, firmaī, ſi, inqt ſi ſit cū pari,
anceps eſt, cum ſuperiore furioſum, cum inferiore
ſurdidum. Bald. in conſi. 218. colum. 2. circ. princ.
3. volumi. hæc, quia eſt Inter me & dominum) de-
bet ei finis imponi. l. fratris. & ibi glo. penult. C. de
tranſact. nam cum eo litigare ſanitas non eſt, quia
2 potentioribus pares eſſe non poſſumus. Iſer. in §.
porro. nume. 21. poſt medi. Quæ ſit pri. cau. benefi.
amit. §. quia vero, in ver. in potentatu. Auth. de non
aliena. dicitur enim Eccleſiaſtici, ca. 8. Non litiges
cum homine potente, ne forte incidas in manus
illius: ne contēdas cum viro locuplete, ne forte cō
tra te conſtituat litem. Multos enim perdidit aurū
& argentum, & vſq; ad cor Regis extendit, & diui
ti dicitur, non affligas eum per potentiam. Leuiti-
tici. 25. propterea intereſt ſubditorum non con-
tendere cum ſuperiore. Bald. in conſi. 414. cir. pri.
prim. volum. Illarum multitudinem amputare, ad
rem publicam pertinet. not. glo. prim. cir. finem. in
prin. conſtitu. C. & bona concordia ſedare eſt via
amica naturæ. Bald. in conſi. 218. colum. 2. in prin.
3. volumi. tamen quia vaſallus non debet ius ſuum
indiſcuſſum dimittere. Iſern infra in nigro. ibi, non
vt ego, ſed iure ſuo vſus. poteſt ius ſuum tueri. l.
fluminum §. fin. in fi. & l. quid de creditore. de dā-
no infect. quia iuris exceptio vel perſecutio non
habet iniuriam. l. iniuriarum. §. prim. ff. de iniurijs.
ideo datur quandoque contentio inter me & do-
minum, De portione.] de qua voce. l. nomen filia-
rum. §. partis. de verborum ſignificatio. Feudis fra-
tris.] Vtrinque coniuncti, vel ſaltem conſanguinei.
3 Pau. de Caſt. in conſi. 196. poſt nume. 2. prim. vo-
lum. & dicit, Mei.] quia hoc pronomen adiectum
4 certo corpori, vt hic, demonſtrat: ſi incerto, & ſub
verbo futuri temporis, facit conditionem. l. nuper.
de legat. tertio. de hac contentione videbimus in-
fra in nigro.

SVMMARIVM.

1 *Partis appellatione quid venit.*
2 *Feudum, nouum, antiquum, & paternum.*
3 *Tanquam, eſt expreſſiua veritatis, alibi ſimilitudi-
nis.*
4 *Siue eſt coniunctio disiunctiua, quandoque ſtat co-
pulatiue, diſcretiue vel expoſitiue, & poſt nu-
mero 9.*
5 *Iuramento ubicumque ſtatur alicuius, intelligitur
dummodo aſſerat veriſimilia.*
6 *Si vero, dictio ponitur aduerſatiue.*
7 *Nec, abundat in litera.*
8 *Niſi, ponitur pro eo quod, quando negatiua præce-
dit,*

dit, quandoque diſponit, poſt nu. 10.
9 *Tamen, dictio modificat.*
10 *Alioquin, id eſt aliter.*
11 *Iuſiurandum defertur vaſallo in lite inter dominũ & vaſallum, de qualitate feudi.*
12 *Vaſallus non tenetur ius ſuum indiſcuſſum relinquere.*
13 *Iuſiurandum datur pro parte quam petit.*

AD TEXTVM.

1 SI contendio.) de qua ſupra, de conte.
inter domi. & fidelem, in prin. & in-
fra, apud quem vel quos. c. pri. in pri.
ſi cõt. fuerit inter me & dominum de
portione feudi fratris mei, defuncti,)
Puta eramus duo fratres, diuiſimus feudum, poſt
diuiſionem frater deceſſit, nullo relicto maſculo.
Contentio erat inter dominum & me ſuperſtitem
de portione fratris prędefuncti: nam dominus di-
cebat eſſe feudum nouum: ego paternum, & ſic ad
me pertinere. Præpoſit. hic in prim. not. allegabat
enim dominus, partem me habuiſſe per nouam
inueſtituram factam in mea perſona, & ſucceſſi-
ue non poſſem ſuccedere. Idem Præpoſi. hic circ.
princip. Et ſic appellatione partis, venit dimidia. l.
etiam. ff. de vſufruct. & quemadmod. quis vtal. l. de
ętate §. ſi quis interrogatus. ff. de interrog. actio. ni-
ſi dicatur, aliqua pars, vel quæcumque: quia tunc
veniret quota. Alexand. in conſil. 102. nume. 4. 6.
volumi. Afflict. in conſtitu. fratribus. in 5. not. poſt
nume. 14. vbi idem quando agitur de parte viſibi-
li. de fra. oblig. part. feud. quandoque venit totum.
cap. 2. §. ſtatuimus. in addit. ad glo. in verſicu. vltra,
2 de decimis. in 6. Tanquam.] dictio hoc erit expreſſi
ua veritatis, alibi ſimilitudinis. Zaba. in clem. vnic.
3 §. ſane. in 3. not. de vſuris. ego replicabam non eſſe
nouum. quod eſt in recipiente, quando venditur
vel alienatur. Cam. in cap. Imperialem. car. 75. co-
lum. 2. in prin. ſed eſſe Paternum) Quod eſt vſque
ad quartum gradum, vltra dicitur antiquum. Soc.
in conſi. 68. nume. 19. primo volumi. Iſern. in cap.
ſi quis miles, nume. 5. circ. finem. Impera. Lotha.
vel quod fuit agnationis communis. Idem Iſern. in
4 §. niſi. numer. 3. ſi vaſa. feudo priuileg. cui defera.
Alex. in conſi. 30. colum. 3. in pri. & 136. col. pri.
circ. finem. prim. volumine. dicitur hic quod Sine
poſſideo partem) Siue; quæ dictio eſt diſiunctiua,
Lucas in l. omnes. cir. medium. C. de agric. & cen-
ſit. licet ſtet quandoque copulatiue, diſcretiue, vel
expoſitiue: hæc, hoc totum pendet ex mente pro-
ferentis. Bal. in conſi. 229. not. 2. pri. volumi. Alie-
naui, dabitur mihi iuſiurandum.) Et vbicumque
ſtatuto vel conſuetudine ſtandum eſt iuramento
5 alicuius, intelligitur dummodo veriſimilia afferat:
ſecus ſi præſumptio ſit in contrarium. gloſſ. Pari. 6.
poſt numer. 29. titu. primo. §. 6. & iurabo, Scilicet)
Declarando. Lucas in l. omnes. circ. medium. C. de
agricul. & cenſit. Patrem meum iure.) Id eſt iuſte. l.
pri. in verſi. iure, de noui operis nunciatio. Inueſti-
tum fuiſſe. Licet) Id eſt, quamuis. Archid. in c. quo-
modo. in prin. 31. quæſt. prim. Ego non poſſideam
portionem Fratris mei,) De qua eſt contentio: qa
qualis eſt pars, præſumitur & totum. gloſſ. in capit.
pri. in ver. magna. de controuer. inter maſcu. & fœ-
mi. poſſeſſio partis, facit præſumptionem ad totũ,
cuius portionis appellatione continetur maior,
vel minor pars quam dimidia. Præpoſit. hic nume.
6 2. in prim. & 3. Iſte vero.) Quæ eſt dictio aduerſa-
tiua. Iſern. qui ſucce. tenea. lo primo. nume. 10. cir.
finem. & reperit qualitatem præcedentis diſpoſi-
tionis, in iis in quibus aduerſati non reperitur.
Bald. in conſi. 175. nume. 2. 5. volumi. Nullam par
tem.] Etiam quotam, vt ſupra: Habuero illius feu-
di] Precium vel cambium, quia tum haberer pro
poſſeſſore. Bal. hic ante num. pri. Nec mihi.] Nec,
7 quæ dictio in litera abundat, vt aliãs in l. Præſes.
gloſſ. fin. C. de poſtli. reuer. Domino dabitur iuſiu
randum.] Quia deficit poſſeſſio, quæ multum ope
ratur vt ſacramentum deferatur poſſeſſori. Præpo.
8 hic num. 2. Niſi] Ponitur pro, eo quod, quando ne
gatiua præcedit. Ioan. And. in cap. pri. num. 2. poſt
medi. de conſtitutio. in 6. Propter ſupradictam ra-
tionem] Quia vaſallus ſit caſtaldus vel actor domi-
ni; vt ſupra. de conten. inter domi. & fidel. de in-
ueſtitu. feud. Domino non,] Nec domino datur,
ſupple iuramẽtum, vt ego propter hoc aliud meũ
feudum amittam,] Quod alienaui: nam illam tan-
tum partem perdo, quam alienaui ſine conſenſu
domini, non aliam. Iſern. in §. callidis. numer. 29. de
9 prohib. feud. aliena. per Frede. Si tamen.] Quæ di-
ctio modificat. Lucas in l. prim. in pri. C. de fugiti.
colo. patrimo. Vaſallus poterit probare.] Per pa-
res curiæ vel teſtibus idoneis, vt ſupra tit. præced.
Paternum fuiſſe.] Et quomodo probabit eſſe pa-
ternum, ſi non poſſidet totum vel partem, ſeu alte
ri alienauit. gloſſ. fin. & Iſern. hic fere per tot. Siue
poſſideat ſiue non.] Quæ dictio, ſiue, vt ſupra eſt
diſiunctiua de ſui natura, diſiungit enim verba, &
coniungit ſenſum. Lucas in l. 3. poſt pri. C. de exa-
ctori. & executo. Deci. in conſi. 399. colum. 2. circ.
finem. poſt num. 4. nec reſtringit. l. cum quis dece-
dens. §. fin. de leg. 3. ſed ponitur ampliatiue, decla-
ratiue, ſeu alternatiue. Bald. in conſi. 203. poſt nu-
me. 2. 5. volumi. Obtinebit.) Alibi retinebit. l. clam.
in verſic. obtinendæ. de acquiren. poſſeſſio. Alio-
10 quin.) Id eſt, alter. Archidiac. in capitu. vt conſti-
tueretur. in 50. diſtinc. Niſi probet paternum fuiſ-
ſe, vel niſi] Quæ dictio diſponit. Bald. in cap. niſi nu
me. 3. de offic. legati. Poſſideat.] Supple. vaſallus,
Dominus obtinebit.

Declarato textu, dubia reddebatur eius conſul-
tatio: nam domino ex æquitate aufertur defenſio.
in cap. prim. in fin. pri. ſi de inueſtit. feu. controuer.
fue. delatio iuramenti in defectum probationis, ni-
titur etiam æquitati. Afflict. de gradi. ſucce. in feu.
in fi. nume. 20. ergo ſaltem domino debet deferri,
quia ſuccedit loco probationis. cap. prim. in gl. pe-
nulti. in fi. de feud. cogn. ne illi denegetur defenſio
nis facultas, quæ nemini denegari debet. l. defen-
ſionis facultas. C. de iure fiſ. lib. 10. Secundo, iura-
mentum defertur poſſidenti. cap. prim. de conten.
inter domi. & vaſal. de inueſt. feudi. dominus, pro-
pter ſuperioritatem quam habet in feudo. Iacob. in
verſi. cum pacto de non alienando. numer. 14. circ.
medium. ſemper dicitur poſſidere, quia iuriſdictio
continetur appellatione maioritatis & obedien-
tiæ. Bald. in conſi. 194. colum. 2. poſt prim. 5. volu.
ergo ſemper ei debet deferri iuramentum. Tertio,
ſacramentum, infra, de conſu. recti feu. modo ſi eſt
arbitrarium, clarum eſt quod domino deferetur,
quia potentioribus pares eſſe non poſſumus. l. pri.
in ver. potentiori. ff. ſi ex noxali cau. agal. Quartò,
preſtatio iuramenti eſt probatio. l. in contractibus,
§. illo.

§. illo.in verſi. offerre, C. de non numera.pecun.ſi eſt probatio, non debet ſumi de domo rei. l.nimis graue. C.de teſtibus, & ſic de domo vaſalli, ſed domini actoris.

His non obſtantibus ſeruatur contrarium. & ratio eſt, quia inopia probationum deuenitur ad iuramentum. Bald. ſupra, titu.prim.ante nume.prim.& in §. ſi verò inueſtitura.nume.2. quid ſit inueſtitu. ceſſante illa recurritur ad iuſiurandum, Afflict.in cap.defuncto.nume.2. ſi de feud. fue.contro.inter domi.& ag. & magis vaſallo quàm domino ratione partis quam poſſidet.§. ſi quis de manſo.in fi.ſupra, ſi de inueſti.feu.contro.fue.

Qua ſtante, non obſtat primum, nam in terminis, d.cap.pri. ſi de inueſtitu. feud. contr. fue.propter præſumptionem quæ erat pro domino, vaſallo non poſſidente, remittitur domino defenſio, & ſic non tenetur probare, ſed onus probandi erit vaſalli, cui probatis aliqb. quę iudicem mouere poſſent ad delationem iuramenti, puta quia poſſidet p annum vti paternũ, iudex iuſiurandũ deferet. Iſe. hic circ.finem. & in capit.prim. poſt nume.prim.ſi de inueſtitu. inter domin. & vaſal.quæſtio oria, & tunc iuramentum dicitur inſtrumentum decidendi lites.l.videamus. in princ. finis. ff.de in litem iuran. Non obſtat ſecundum; nam non eſt ſimpliciter verum, quòd propter poſſeſſionem domino deferatur iuramentum cum duodecim ſacramentalibus; nam vltra poſſeſſionem, debet eſſe aliquid quod moueat iudicem ad dandum ſacramentum. Iſern.ſupra titu.proxim.ibi, cæterum. Non obſtat tertium, nam in iſta materia delationis iuramenti, certa regula tradi non poteſt, ſed ex varijs figuris cauſarum, quod iudici equum videbitur, decernet. Bald. in quibus cau.feud.amit. lo ſecundo.numer. pri. Vltimum non obſtat; nam delatio iuramenti, non eſt vera probatio, ſed loco probationis. Bald. in capi. 2.poſt nume.2. ſi de inueſtit.inter domi.& vaſa.lis oria, & dicitur probatio ficta, adeo quòd ſimpliciter prolata non comprehendit probationem per iuramentum. Idem Bald.in §.conuenticulas.nume. 8. circ. finem.de pace iuran.firma. Et ſic remanet firma concluſio, quòd vaſallo defertur iuſiurandum in lite inter eum & dominum, de qualitate feudi.

Intellige habere locum, tam ſi vaſallus poſſidet medietatem, quam aliquam partem. Afflict.hic in pri.not. Item habet locum, ſi probauerit aliam partem ſuam fuiſſe de feudo paterno.idem Afflict. hic nume.14. Rurſus habet locum, ſi non iſta ſunt, ſed alia, quæ mouent iudicem ad dandum hoc ſacramentum. Iſern.in cap.pri.poſt num. prim.infra, de vſu Mediola.

Limita tamen, quando non poteſt probare per teſtes vel inſtrumentum, in ſimili Pau.de Caſtr.in conſi.162.poſt prim. prim.volumi.& habet locum quando vaſallus poſſidet, alias non: ſed actore non probante reus abſoluitur. l.qui accuſare. C.de edendo. Afflict.hic nume.3. ſecus ſi eſſet tertius, & non dominus, quia tunc illa regula non procederet in feudis. Idem Afflict. in cap.pri. in 5. & 9.not.num. 23.& poſt num.39.ſupra de conſu.inueſtitu.item procedit in feudo, de quo tractatur, alias iuramentum præſtitum per dominum, non præiudicat in alio feudo ipſius fratris viuentis, de quo nulla eſt controuerſia, vt hic in textu, vbi etiam. Afflict.poſt nume. quartũ. ibi, vltimo, item habet locum niſi aliter iudici videbitur.dicto §. cum autem.de contro.inueſtitu.

2 Nota, quòd vaſallus non tenetur, ius ſuum indiſcuſſum relinquere. Bald.in conſi. 24.in princ.3. volumi. quia iuris executio non habet iniuriam.l. iniuriarum.§.pri.ff. de iniur. Pau.de Caſtr.in conſi. 156.poſt pri.pri.volumi.l.4.in ver.actionem.ff. de aqua pluuia arcend.glo.in l. 3.§.pri.in verſicul. iure licito. ff. de eo quod metus cauſ. nec dolo facit, qui iure ſuo vtitur.glo.in l. ſi donaturus.§. pri. in verſi.dolo facit. ff.de condi. cau. data, vel iniuriã facit, qui vtitur iure ſuo.capi. cum Eccleſia, vult terrana, de electione.nec, vt dixi, de dolo facit.gloſſ. fin.cir. medium.in l.quia redhibitio.ff. de aliena.iudi. mutan. cau.fact. quia, & iterum, non eſt fraus, vbi quis vtitur iure ſuo, glo.Pari.poſt nume. 14.tit. pri.§.18.licet. n.vnicuique ſuo comodo vigilare, ſi ne alterius iniuria. Pau.de Caſt.in conſi. 265.poſt pri.2.volumi.& licitum eſt vnicuique pro eo quod ſibi debetur in iudicio experiri. Loffred. in conſi. 34.numer.6.etiam contra fiſcum ſe defendere permiſſum eſt. ſ.l. defenſionis facultas, de iure fiſci, & ſi princeps tollit alicui actionem, poteſt implorare officium iudicis, & ſuam iuſtitiam proſequi. Loffred.in conſi. 38.nume. 33. vnde vaſalli in Catelonia & Hiſpania, faciunt guerram domino, quãdo ab eo non habent iuſtitiam. Iſern.in §. & ſi dominus.nume.11.poſt medi. de milite vaſa.qui contu. eſt, poſſunt hoc facere. Afflict.in cap. ſi facta.in pri.not.poſt nume. pri.ſi de feud. fue.contro.inter domi.& agn.quia non videtur vim facere, qui vtitur iure ſuo.l.factum.& l.nullus.de regu.iuris.nec deteriorem cauſam facimus actionem exercentes, ſed meliorem.l. aliam.de nouatio.debet tamen iudici comendare æquitatem petitionis, omni honore domino reſeruato. l. ſi manumiſſorem. C.de obſequijs patro.præſta.eum hortari ſalua reuerentia. l.cum affirmes.C.de liber. cau. vt ſic reuerentia nõ retrahit a vero falſa non reprobes, Archid.in capit. fin.colum. 2. poſt pri.22.quæſt.4.quod facit contra miſeros prælatos, qui in tantum timent literas domini Papæ, vt non audeãt reclamare, quod facere non debent, quia per hoc non deſeruiunt legi. Immo in hoc ſeruiunt Papæ vel Principi. §.ſi quis autem.in verſi.nuncians.Authen. de mand.Princi. dummodo non animo vexandi, quia tunc tenetur actione iniuriarum.d.l.iniuriarum. §. ſi quis per iniuriam.ff.de iniurijs.Iſern. & Afflict.hic.nume.10. & 11.in dubio videtur magis ſuis rebus voluiſſe prouidere, quàm iniuriam inferre.l. filijs matrem. C.de inoffic.teſtamen. ſicut poteſt quis ſibi conſulere cum alterius iniuria, dummodo non eo propoſito faciat, vt alij noceat, ſed vt tantum ſibi proſit. gloſſ.in capi.primo.in verſiuc.cum alterius. 22. quęſt.2.nec videtur voluiſſe fraudare edictum, qui ſibi proſpicit, ne pupilli hæreditas oneribus patris implicetur. l.ſi pupillus. poſt pri. ff. de acquirend. hæredit. & an videtur dolo facere, qui vtitur iure ſuo, ſed in necem fideiuſſoris, Gloſſ.l.ſi fideiuſſor. ff.de fideiuſſo. porro non licet alicui vti iure ſuo, ſi ſibi non prodeſt, & alij nocet. l. virilis.in verſic.de dolo. ff.de lega. præſtan.l.pri.§.ijdem aiunt.in ver. habere.ff.de aqua pluuia arcend. quia nemo debet eſſe ita curioſus rerum ſuarum, vt alij iniuſte noceat.ead.l.pri.§.Neratius. Immo & fortius, ſic debet quis meliorem agrum ſuum facere, ne vicini deteriorem faciat.ead.l.prim.§. de eo.& licet face-

re in ſuo, dummodo non noceat in alieno. l. fluminum. §. fina. in gloſſ. penultima. de damno infecto. nec dolo malo videtur habere, qui iure ſuo vtitur. l. 3. poſt prin. de libe. homic. exhib. vel qui iure perpetuo vtitur. l. ſi duorum. de actio. empt. & ſic vaſallus non debet indiſcuſſum dimittere ius ſuum, etiam metu pœnæ. Bald. in §. inter pares. poſt nume. 10. de lege Corra. quia iuris beneficium nemini debet auferri, & qui eo vtitur, non debet inde pati detrimentum. Zab. in clemen. vnic. numer. 2. de rerum permuta. in tantum quòd qui iurat non eſſe contra aliquem, non videtur remittere ius ſibi competens. Afflict. de pace iuran. fir. in gl. poſt nume. 3. prædicta procedunt, niſi ſit ancilla, quia non auditur, ſi conqueritur de domino, niſi ſit mercenaria. Innocen. in c. ex parte. num. 5. cir. medi. de reſti. ſpoliat.

Secundo nota, ſecundum philoſophum primo Politicorum, quòd principatus eſt duplex, diſpoticus, & politicus, primus eſt domini ad ſeruum, & iſte non habet ius reſiſtendi. quia eſt domini totaliter. Secundus eſt liberorum, & illi habent ius in aliquo reſiſtendi. gl. fin. in fin. in extrauag. com. vnic. de dolo & contume. inde decimus, quod licet vaſallo ſemper debeat videri perſona domini honeſta & ſancta. Iſern. in §. domino. cir. medium. de feu. ſine culpa non amit. non tamen eſt culpandus, ſi ſimpliciter ſuum gerit negotium. Archid. in cap. nos. cir. finem. 17. quæſt. 8. & proſequenti ius ſuum, non obſtat exceptio criminis. Innocen. in c. ſuper his, nume. 7. circ. medium. de accuſa. nec per negationem, prohibitionem, vel appellationem debet dimitti, vel excommunicari, quin vtatur iure ſuo. Idem Inn. in c. venerabili. num. 3. & 5. circ. fin. de cenſibus.

Sed pro qua parte detur hoc iuſiurandum, an
9 pro parte quã petijt a domino, vel pro parte ſua? & videtur, dicit Iſern. quòd vt detur hoc iuſiurandum vaſallo, non eſt propter comodum poſſeſſionis: nam ſi intelligimus de parte quam petijt a domino: tunc, aut eſt alienata cum conſenſu domini directi, aut ſine: ſi ſine, aperitur domino. capit. pri. de vaſal. qui contra conſtit. Lotha. ſi cum conſenſu, ad quid petet quod alienauit, ſi forte reemit, & cecidit a poſſeſſione quæ peruenit ad dominũ, ſi petit ab eo non datur, quia illa pars non reincidit in priſtinum ius, ſcilicet patrium, etiam quod paternum feudum ante fuiſſet, quia habet eo iure quo reemit. capit. prim. vbi Iſern. nume. 2. in fin. quid iuris ſi vaſal. poſt aliena. feud. id recupe. & in ſimi. in cap. Imperialem. nume. 3. poſt medium. de prohibit. feud. alien. per Freder. ſi intelligimus de parte vaſalli, & non de ea quam petit, aut agit contra dominum, ſi illum alienauit ſine conſenſu domini perdit, & non debet de hoc eſſe quæſtio. ſi cum conſenſu domini, non poſſideret. Et ſic arguendo ab antecedenti deſtructo. gloſſ. 2. in l. cum qui. ff. de publicia, hoc iuſiurandum non datur ꝓpter comodum poſſeſſionis, ideo gl. reſpondet altero de tribus modis, vt per eam, quam refert & reprehendet Iſern. cuius litera eſt plana, credo tamen, quòd dum format oppoſitionem, ibi, item ſi intelligitur de parte mandatis, vult dicere, de parte mea, & in eo quod replicat ſic, vnde reſponſioni gl. & dicit ſupra tit. prim. dic, titu. 2. §. cæterum. quatenus dicit, quod qui alienauit, dic, quod hic qui alienauit, ſed Iſern. reiectis omnibus tranſit ad aliam, videlicet quod vaſallus vendidit partem ſuam, cum conſenſu domini, & quia habet precium, rem habere videtur: nam precium ſuccedit loco rei, & pecunia loco cuiuſlibet rei, qa ad hoc eſt artificialiter inuenta, non ita in alijs rebus. Bal. in conſil. 53. nume. 2. pri. volumi. ſed videtur quòd non ſit verũ in cambio, nam ſi Rex regni, in quo viuitur iure Franchorum, permutat cum feudo militis, in quo viuitur iure Longobardorum, omnes filii militis ſuccedunt æqualiter. Loffred. in conſi. 11. numer. 27. idem videtur in precio: nam precium redactum ex re furtiua, nõ eſt furtiuum: adeo quod ſi dominus rei furtiuę aufert precium, furtum committit. l. qui vas. §. fin. ff. de furtis. & vaſallus pro precio quod obuenit ea feudo, non tenetur domino ſeruire. Afflict. in §. ſed nec eſt alia. nume. 22. & poſt nume. 27. quæ ſit pri. cau. benef. amitt. niſi dicamus, Iſern. intellexiſſe hoc actum, quod illud precium ſit, ac ſi eſſet feudum paternum, ſicut res empta ea pecunia patrimoniali, ſi eſt hoc actum efficitur patrimonialis. Ludouic. de Molin. de Hiſpan. primogenit. lib. 4. cap. 4. nume. 28. & vna ſpecies ſuccedit loco alterius, ex voluntate defuncti. l. filię. §. pri. de condit. & demonſtra. vide multa pro & cont. in d. §. ſed nec eſt alia. In quæſtione, ſi venditor teneatur ad ſeruitium pro pro precio. Et dum Iſern. dicit, vt ſicut poſſederit ſicut paternum, dic, feudum ſicut paternũ. tranſit tamen Iſer. ad aliam declarationem, videlicet quòd vaſallus partem ſuam dedit in feudum alii, quod hodie poteſt. idem Iſern. in cap. pri. poſt nume. 2. & in fin. pri. poſt num. 6. de his qui feud. dare poſſe. & tunc dicitur poſſidere, quia per alium poſſidet. capit. cum veniſſet. de reſtitu. ſpoliat. cap. ſi diligenti. de præſcrip. & idem ſi alienaſſet ſine conſenſu domini, & perdidiſſet etiam precium, vt per ca. Imperialem. §. callidis. de prohibi. feud. alien. per Freder. quia tunc probando quod partem illam tenuit per annum ſicut feudum paternum, dabitur iuſiurandum pro alia parte quam petit, & nõ perdidit. & iſta eſt vera, quia etiam quod tractaretur de feudo, & non de qualitate ipſius vt hic, præſumitur totum eſſe illius ratione partis, & iſta eſt præſumptio, non plena probatio: nam non ſequitur, portio quam poſſideo eſt paterna, ergo totum feudum fuit paternum, quia potuit dari auo meo, & alteri cui pater meus non ſucceſſit. Iſern. in d. §. cum autem. nume. 5. in princi. & poſt nume. 6. de contro. inueſtit. Et iſta etiam quòd non ſit probatio, eſt tamen præſumptio, quæ inducit iudicem ad dandum ſacramentum vaſallo, vt ſupra. In vltima parte dicit Iſern. quòd in quibuſdam libris in fi. huius cap eſt litera, ſi tamen vaſallus, ſed pro alijs qui nõ habeat talem literam, erit ſenſus, quòd ſi vaſallus agit contra dominum, & probat eſſe paternum per pares curiæ vel breue teſtatum, vendicat ab eo ſi poſſidet, vt hic & ſupra in præludiis in 6. quæſtio. nume. 45. cir. medium. ſi non poſſidit, agit vaſallus & vincit contra dominum vel eius hæredes, quia cum prætendat cauſam ab eo, non poterit refricari quæſtionem, quod non fuit dominus, argumen. l. fin. ff. de publicia. & ſi non probarem eſſe paternum, abſoluetur dominus, quia vaſallus non poſſidet, ſi autem poſſideret, ꝓpter ſi daretur iuſiurandum, vt ſupra: ſi agit contra alium vt vendicet, oportet probare concedentem fuiſſe dominum, alias non potuiſſet transferre

quod

quod non habuiſſet. item qnod dedit ſibi in feu-
dum, alias ſi non probar vtrumque, pronunciatur
pro poſſeſſore. Idem Iſern. in capit. ſi vaſallus de
feudo. colum. prim. cir. medium. Ibi, ſed ſi hic, ſi de
feud. defun. milit. contro. fue. not. in ſimil. in capit.
penult. de cau. poſſe, & propriet. ſed an hic textus
ſit ſuperfluus, per §. cum autem. d. titu. ſi de inue-
ſti. feud. contro. fue. euitat Iſern. quæſt. hic in prin.
ideo dicas, quod quando leges ſunt generales, il-
la quæ eſt minus generalis pro ſpecie reputatur.
& ſi leges ſunt ſpeciales, magis ſpecialis attendi-
tur: quia indiuidua derogant ſpeciei, & qualitas
quæ pautioribus competit facit legem magis ſpe-
cialem. Deci. in conſi. 382. poſt nume. 4. 5. volum.
& tunc quod ſpecialiter declaratur validius ope-
ratur, quàm quod io genere prædicatur. l. 2. vbi ita
fum. C. de pigno. dato ſeruo manumiſſ. hic in tex-
tu magis ſpecialiter declaratur quod dictum fuit,
in dicto §. cum autem. Ideo eſt tanquam ſpecies,
& genus & ſpecies quando non ſunt diuerſa, quia
inter ſe non repugnant, ſimul poſſunt procedere.
Loffred. in cap. pri. colum. 21. cir. medium. Impera.
Lotharius.

De alienatione feudi. Tit. XIII.

SUMMAIUM.

1 *Alienatio proprie, improprie, & improprijſſime accipitur.*
2 *Feudum capitur pro ipſo contractu feudi, & pro re beneficiaria, ſeu prædio ipſo in feudum conceſſo.*

AD RVBRIC.

ALienationis verbum plenius eſt quã
veoditionis. Lucas io l. 2. colum. pri.
in fin. C. in quibus cauſ. colo. & pro-
1 prio eſt, quando proprietas transfer-
tur. Bald. & Afflict. in §. aut ſi libella-
rio, in fio. nume. 8. & 15. circ. finem. quibus modis
ſeu. amit. improprie, quando alieoatur vſus, vſuſ-
fructus, vel ſeruitus imponit. l. fi. C. de reb. alie. vel
nõ; improprijſſime ſeu largiſſime, eſt oĩs actus per
quem domionm transfertur. l. pri. C. de fundo do-
ta. §. pri. in verſic. alienari. Authen. de reſtitu. & ea
quæ parit. & tunc comprehendit coodinonem, do
narionẽ, venditionem, permutationem cum ſimi-
libus, ſed & contractum emphyteuticum perpe-
tuum. cap. nulli. de rebus eccleſ. non alienã. c. cum
venerabilis, in verſic. omoe. de offic. delega. l. alie-
nationis verbum. de verborum ſignificat. veniunt
donationes perpetuæ. no. in cap. tua nuper. de his
quæ fiuut a prælat. & obligationes bonorum, quę
improprijſſime alienationes dicuntur. Dec. in con
ſi. 645. nume. 5. 5. volumi. c. Imperialem. de pro-
hib. feud. aliena. per Freder. Afflict. infra in nigro,
ante & poſt numer. 3. hic, quia non eſt abſolute
prohibita alienatio, ſed eſt data certa forma, vt in
nigro, eſt permiſſa vſque ad meditatem, niſi ſit
fraudulenta, per libellum. §. donare, qualiter olim
poterat feud. alie. loquitur de alienatione impro-
prie feudi, ideſt rei beoeficiariæ, ſeu prędij in feu-
dum conceſſi, licet alibi feudum pro ipſo feudali
contractu accipitur. gloſſ. Pariſi. tit. primo. in prin
cip. nume. 115. in princip.

SUMMARIUM.

1 *Clientulus, vaſalus alio modo fidelis appellatur.*
2 *Partis appellatio in dubio intelligitur dimidia.*
3 *Ideſt, ponitur expoſitiue uel determinatiue.*
4 *Secundum, ideſt, iuxta.*
5 *Derogare & abrogare differunt inter ſe.*
6 *Irrationabiliter, ideſt ſine ſufficienti ratione.*
7 *Vaſallus poterat olim medietatem feudi ſine conſenſu alienare.*
8 *Diſpoſitiones inutiles, pro vtilitate communi receptæ ſunt.*
9 *Dubitare de ſingulis non eſt inutile.*
10 *Duabus quæſtionibus propoſitis, aliquando reſpondetur vni, & non alteri.*
11 *Uxor eſt domeſtica viri, & debet ab eo honorari.*

AD TEXTVM.

1 SI clientulus) Ideſt vaſallus, quia alio
pacto fidelis appellatur. Aluarot. in c.
prim. poſt prin. ſupra, de contro. inue-
ſtit. & hic cir. prin. nam in iſta materia
vt plerumque in alijs diuerſitatis magna attulit tẽ-
porum mutatio: quas enim illi clientulas, nos feu-
da, quos illi patronos, nos dominos: quos deni-
que illi clientes, oos mutato nomine vaſallos dici-
mus. Cur. in tract. feud. circ. medium. proœ. & ſic
ſi clientulus, ideſt vaſallus. Iſern. ſupra in prælu. in
4. quæſtio. in fi. Voluerit partem ſuam.) Cuius ap-
2 pellatione venit medietas. Præpoſitus hic poſt nu
me. pri. & probat hic textus dum dicit, Ideſt) Con
tra §. ſi filius. ff. de pactis. & expoſitiua eſt præce-
dentium. Abb. in cap. 2. prim. not. de verborum ſi-
gnificat. ſtat igitur expoſitiue vel determinatiue.
Bart. in l. quæſitum. §. ſi quis fundum, poſt nume.
6. ff. de fund. inſtru. Medium feudi alienare.) In
larga ſignificatione, quia comprehendit, non tao-
tum dominium, ſed & poſſeſſionem. Zaba. in cle-
men. 2. in princ. poſt oume. 15. de religio. domin.
Sine domini voluntate poterit hoc facere.) Iure
ſcilicet hoc antiquiſſimo. Vlterius) §. Quinetiam.
ſupra, Epiſcop. vel Abb. Progredi non poteſt, ſe-
cundum,) Ideſt iuxta. gloſſ. 2. in l. Marius, alias,
Atrius. de acquiren. rerum dom. Iuſſu. Quod cum
æquo conuenit. Freder. de Subſe. lib. 2. ibi, quadra
geſimoſecundo, nume. 7. in fin. Et verum vſum.)
Ad differentiam abuſus, ideſt mali & praui vſus,
Ioan. And. io cap. generali. poſt nume. 4. de alect.
in 6. Alioqnin) Ideſt aliter, & dixi in cap. præcedẽ-
ti. Feudum amittit & non valebit.) Non ſortietur
effectum. Iaſ. in l. vniuerſa. colum. 3. in prin. nume.
6. cir. medium. C. de precib. impera. offe. Quod fa
ctum eſt.) Sed, quod dictum eſt, alienare poſſe vſ-
que ad medietatem, & non plus, ſine domini con
ſenſu, iure aonquo reſtringebatur, & intelligas in
libello. §. donare. Qualiter olim poterat feud. alie-
na. Afflict. hic in prin. Huic conſuetudini deroga-
tum eſt.) Differt derogare & abrogare. l. nec man
5 dante. §. pri. in ver. abroget. ff. de tuto. & curat. da-
tis ab his. intellige iure nouo, Per legem Lotha-
rii.) Et Frederici, adeo quod non poteſt ſine con-
ſenſu domini aliquid alienari, dari in libellum, nec
pigno-

.pignorari. Hern. hic post pri. & sic conſiderantur
trifaria. Propo. hic poſt nu. 3. Mediolanenſes ve-
rò irrationabiliter.) Ideſt ſine ſufficiente ratio-
6 ne. Præp. hic nu. 3. Dicunt clientulũ etiam poſſe
alienare in totum &c.) ſtat, pro, ideſt. Archidia. in
c. ſcire. cir. fi. 7. q. pri. Sine domini voluntate.) Sed
iure iſto partem quam alienat amittit. §. aut ſi li-
bellario. in ver. multabitur, ſupra, quib. mod. feu.
amit. nunc per conſti. conſtitutionem diuę memo
riæ, vſque alienat poſſet reuocare, & non cõcedit
niſi ex cadẽmias, vt ibi in ver. ex cademias autem.

Declarato textu, reddebatur dubia eius conſul
tatio, nam vr, quod non poſſit alienari pro parte,
niſi in totũ. l. pri. §. item quæritur. ff. de aq. quot. &
æſti. vbi in aqua, non poteſt fieri vis in parte, quin
fiat in toto ita & in feudo, quod eſt vniuerſitas fa
cti. Iſer. in §. traditionib. nu. 4. cir. fi. quid ſit inue-
ſti. Videtur, q. non poſſit alienari in parte, quin
cenſeatur alienari totum, quia dr, quod vna res nõ
poteſt ſeparatim vendi. l. fi. §. non ſolũ. in fi. ff. Quę
in frau. credi. Secundò per c. Imperialem. de proh.
feu. aliena. per Fred. vbi prohibetur alienatiõ feu
di in totũ vel pro parte. & cum in ſpecie non per-
mittatur de parte, nihil intereſſe dẽt, de vniuerſo
quæratur, an de portione. l. ſi ſeruus eius. de acq.
hær. quia quod dr̃ de toto quo ad totum, idem de
bet eſſe de parte quo ad partem. l. qui ſcit. in verſi.
quemadmodum. ff. de vſur. Tertiò, clarum eſt, q
totum feudum vt hic, nõ poteſt alienari. ergo nec
pars, quia turpis eſt pars quæ ſuo non congruit
vniuerſo. c. fi. de ſponſa duo. no. in c. pertioſus. de
celeb. miſſa. gl. fi. in c. alienus. 24. q. pri. facit tex-
tus in c. fi. de baptiſmo.

His non obſtãtib. ſeruatur contrarium iure feu-
dorum antiquiſſimo, & ratio eſt, quia in altera par
te quantuncumque modica, ſaluatur ius dominij,
& aliud eſt in parte ſeparata a toto, quàm de ipſo
toto in ſe integre perſiſtente, ſicut in ſpeciebus. ſub-
tractis a genere. gl. in extrauag. com. vni. in ver. va-
cantium. poſt medi. ne ſede vacante.

Quo ſtante, non obſt. Primum, nam illud pro-
cedit in indiuiduis, in quib. res ſinguli non dicun
tur pars. not. in l. quamuis. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt.
ſecus in feudo, quod eſt vniuerſitas facti, vt ſupra
Iſer. in §. præterea. ſi inter duos. nume. 75. cir. fi. de
prohi. feudi aliena. per Fred. & eſt diuiduum, niſi
ſit feudum. dignitatis §. præterea ducatus. d. tit. de
proh. feu. aliena. per Fred. Secundum non obſtat:
nam hoc iure veteri vaſallus poterat alienare vſ-
que ad medietatem, ſine conſenſu domini. c. pri.
qualiter olim poterat feu. alie. iure nouo non po-
terat vẽdere, ſed libellario nomine dare. §. rurſus.
ſupra, quib. mod. feu. amit. iure nouiſſimo per di-
ctum c. Imperialem, nullo modo. Bal. in §. item ſi
quis poſt nu. 3. d. tit. quib. mod. feu. ami. Vltimum
non obſt. nam pars quæ vendebatur olim, non e-
rat alterius naturæ quàm reſiduum, ſed ante legẽ
Lotharii, ſi vaſallus non habebat proprium vnde
poſſit ſatisfacere debitis, poterat vendere partem,
& retinere altam, quod poſtea Lotharius prohi-
buit. Bald. de vaſa. qui contra conſti. Lotha. in pri.
7 nu. pri. Et ſic firma remanet concluſio, quòd va-
ſallus olim poterat medietatem feudi ſine conſen
ſu domini alienare.

Quam extende idem eſſe in infeudatione: nam
poſſit vaſallus ſine conſenſu domini alteri dare
in feudum, dummodo ſi vere & bona fi. do. Affli.
in d. c. pri. col. 2. cir. medi. ibi, ſi vero, qualiter olim
poſt feu. alie. item poterat non ſolum alienare, ve-
rum etiam cedere, argu. eorum quæ dicit Bald. in
conſi. 349. 2. volu. & poterat, non ſolum vende-
re, ſed etiam vſque ad medietatem in libellum cõ
cedere. Iſer. hic poſt pri.

Limita tamen nõ procedere in feudo Cameræ
alicuius dominæ, vel gabellæ: nam ſine medieta-
tem vel partem illius aliquam etiam de iure anti-
quo, non poterat alienare, ſicut nec poſſet ſine
conſenſu domini alienare feudum, quod eſſet in-
tra curiam vel diſtrictum domini. §. fi. vbi Afflict.
in pri. & in gl. nu. 13. d. tit. quib. modis feud. amit.
& procedit iure antiquo, ſecus iure nouiſſimo, cu
ius virtute nihil poteſt alienari ſine domini aſſen
ſu. Bal. in d. §. fi. nu. 3. niſi eſſet ſub conditione, ſi
dominus conſenſerit, quia poteſt aſſenſus præce-
dere & ſubſequi. Affli. in d. c. pri. poſt pri. de vaſa.
qui contra conſtitu. Lotha. item non procederet,
quando frater fratri alienaret nam poſſet ſine aſ-
ſenſu, ſicut in emphyteoſi. Pan. de Caſt. in conſil.
433. nu. 3. in pri. vol.

Notat Iſer. hic ex intentione glo. quod ratio-
ne partis, licet, quod in toto licitum non eſt: & li-
cet aliquando in totum, quod in parte non lice-
ret. l. quemadmodum. in verſicu. vendi. in fi. C. de
agri. & cenſi. & licent multa in genere, quæ non
licent in ſpecie. Lucas in l. 2. colum. 4. in prin. C.
de omni agro de ſer.

Et econtra, vt per glo. dare pignori non eſt alie
nare, quia pignus remanet in bonis debitoris. l.
qui pignoris cauſa. ff. de acquir. poſſeſ. l. ſciendum.
§. creditor. ff. ſi qui ſatiſda. cogan. Alienatio vero
eſt pactum per quod transfertur dominium, vel
ius quod habet alienans. l. ſi domus. in fi. de lega.
prim. & propterea prohibita alienatione, non vi-
detur interdictum dare pignori, ſed nunc quali-
bet alienatio, etiam pignoratio prohibetur. dicto
capitu. Imperialem, quia quod non licet in gene-
re, nec in ſpecie, vt ſupra. & ſic licet iſte textus cor
rigatur per Lotharium, & ſupra dictæ diſputa-
8 tione ſint inutiles, tamen multa iure ciuili contra
rationem occaſione diſputandi pro vtilitate com
muni recepta ſunt. l. ſi ita vulneratus. circa finem.
ad lege. n Aquil. diſputare autem eſt, diuerſa men
tis ratione perquirere, vt ad rei veritatem perue-
nire poſſit. Cauillare vero eſt, per quaſdam conſe
quentias deceptorias falſitatem concludere: Ar-
chid. in ca. vides. 25. quæſtio. 6. vnde diſputatione
pugnandum, ratione vincendum. Idem Arc. in c.
cum quibus. 24 quæſt. 3. notando & diſputando,
bene & optima ratione aliqua diſcernuntur. glo.
in extrauag. Ioan. 2. in ver. aperitur. de verborum
ſigni. & iſta acuunt ingenium ſtudioſorum. Iſern.
hic. & hoc modo dubitare de ſingulis non eſt inu-
9 tile, ſecundum philoſophum. addit. ad gl. pri. in c.
2. de ſent. exc. in 6. adijcere prioribus, bene ſe
habere credimus. §. aliud vero. Auth. de non elig.
ſecun. nube. incremento. quæſtioni addito. l. ſi. C.
de dot. promiſ. dũmodo nõ ſit incerti certaminis
cõpoſitio, q̃ iter hoĩes imperitos ſępe accidit. l. ne
in arbitris. cir. fi. pri. C. de arbi. licet aliqñ duab. qõ
10 nib. propoſitis rñdetur vni. qñque. & non alteri.
Arc. in c. ſi quis per ignorantiã. cir. med. pri. q. pri.

Dum Iſern. dicit, quod vxor eſt domeſtica,
& dicitur eſſe in ſeruitio ſeu officio viri, dic quod
adeo eſt domeſtica, quod lex præſumit vxorem

ſeire quod vir ſcit. l.aut qui,in verſicu.ſed & Ser-
uius.ff.quod vi aut clam. & eſt ſubdita viro, non
ſolum diuina,ſed communi lege naturæ,cap.cum
caput.33.quæſt.5. quidquid ſit,eſt ſatis rationa-
bile ipſam honorari a marito. Lucas in l.mulieres,
colum.2.circ. medium. C.de incolis, quia dicitur
de ara Deorum. Iſern.in cap. pri.in verſi. turpiter
luſerit.colum. 4.cir. princ. poſt numer.13.d.titu.
quibus modis feu. amit.

S V M M A R I V M.

1 *Inde,ideſt propter hoc.*
2 *Præſumi,quaſi prius ſumi dicitur.*
3 *Variatur caſus,principio non mutato.*
4 *Suum,quandoque denotat dominium ſeu proprie-tatem.*
5 *Eccleſia capitur pluribus modis.*
6 *Ideo,infert.*
7 *Scilicet,ſtat declaratiue:nonnunquam ponitur pro quia.*
8 *Nunquam,ideſt raro.*
9 *Dominus pluribus modis accipitur.*
10 *Eccleſiam vulgo dicunt manus mortuus.*
11 *Sed,dictio eſt aduerſatiua.*
12 *Eccleſia eſt cultrix & autrix iuſtitiæ.*
13 *Sæpe,quomodo capitur.*
14 *Vaſallus iure iſto non poteſt medietatem feudi per libellum eccleſiæ concedere.nu.15.*
16 *Ex deciſione unius queſtionis, uia aperitur ad alia.*

A D §. I N D E.

1 INde)Ideſt pp hoc.Are.in c.canones,
in pri.15.diſt. Poteſt, pſumi.) Ante ſu
2 mi,ſecundum Grámaticos,ad differē-
tiā alterius caſus,qui ſequitur,Si cliē-
tulus.)Ideſt vaſallus,Præp. ſupra eo. in prin,iure
Romano clientes, domeſtici, ſeruitores,& fami-
liares dicuntur.l.3.ff.de vſu & habet,in extrauag.
com.c,ſaluator,de præb.Iſer.ſup.eo.cir. fin,pri.&
3 ſic variatur caſus principio non mutato. Arch.in
c.Iudas, in pri,17.q,4.& eſt,Si fecerit libellum in
perpetuum.)Sine præfinitione temporis. Arch.in
c.pen.in fi.89.diſt.& in ea, quia.in fi.10.quæſtio,
De feudo ſuo alicui eccleſiæ.) Dando feudum,
ſuum, quod denotat dominium ſeu proprieta-
4 tem.l.Quintus, §.argento.& §.cui legatum.de au
ro & arg.leg.l.ſolum.in fi.ff.de rei vend.hic,ſuum
dicit pro parte,& ſic per fictionem, Iaſ.in l.ſerui
electionem.§.Labeo. num.21.& 22.quia quo ad
vtile dominium,c.pri,de contro,inter vaſa. & aliū
de bene. Alicui eccleſię)Quæ capitur plurib,mo-
dis;nam quandoque capitur pro domo ad hono-
rem Dei ędificata. c.ſi quis obierit,cum ibi no.pri.
5 q.3.dicitur aliquando congregatio fidelium. Lu-
cas in l.fi.col. 2,poſt medi.C.de ann.& tribu,iſta
ſpiritualis ſemper eſt, & nunquam moritur,ſicut
Imperium.c.liberti eccleſiæ.12.quæſtio,2.glo,in
cap.fi.59. diſtin, Iſer.hic,ſemper eadem quæ fuit
centum annis retro. Loffred. & Aluar.hic,col.2.
cir.fin.ſicut idem populus,qui multis annis retro
fuit,licet ex illis nemo nunc viuat. Iſern. ſupra in
2.quæſt.prælu.col. 2.num.30.cir.fin. Non valet,
Ideo.)Licet inferat concluſionem intentatam,Di
6 uus Thomas pri.ad Corin,11. ibi non enim,col.
2.cir.pri.tamen Scilicet.) Quæ ſtat declaratiue. l.
7 pe.de iuſt.& iu,Quia nunquam ad dñm.)Ideſt ra
ro,gl.pri.in c,nunq̄.pri,q.pri. Reuerſurū ſit ad do
8 minum.)Qui dicitur plurib. mod. Bal.in l.domi-
9 nus. C. de appellatio. Cum eccleſia non definat
eſſe hæres. Ideſt vulgo manus mortuas vocant.
10 Specula.in tit.de emphyteoſi. poſt num. 142.gl.
Pari,tit,pri,§.22.poſt nu.130.& §.13. gl. in fi.vbi
etiam, quod non poteſt acquirere, nec retinere
prędia feudalia, ſine licentia ſuperioris immedia-
ti & principis. Immo poſſet cogi ad dimittendū,
& extra manus ſuas ponendum ſubfeudum, niſi
eſſet de demanio eccleſiæ admortizato, qa nun-
quam moritur.l.liberti, de feu.& benef.conſt. Im
per.in extraor.nūquam moritur.c.liberti,lo 2.12.
q.2.ſicut collegium & dignitas.Zab. in cle. pri.in
prin.nu. 22.in fi. de rebus eccle. non alien.quòd
ſi deſtruitur, & reprobatur, bona eius tanquam
vacantia pertinent ad fiſcū.ſecus ſi omnes de col-
legio moriātur, Caſſa.in conſu.Burg.rub.2.§.pri.
in fi.ibi,dicimus ſeptimus caſus. Affli.in §.fi.num.
12.& 15.& Iſer.in §.& iterum ſi clericus. nu. 24.
25.de capi. Corra. Quod obſeruatum eſt in pri-
uato, quando dat eccleſiæ, Ex natura) Ideſt pro-
pter naturam.in ſimil.Io.And.in c.3. nu.5. in fin.
de app.in 6. Perpetui libelli,) De quo in §. aut ſi
libellario. & ſeq. quib.mod.feu.amit. & ſic priua-
tus poteſt recipere ab eccleſia.ſup. de his qui feu.
dare poſſ.in pri.Qui ſucceſſio.tene.lo pri. & Epi-
ſco.vel Abb.& eccleſia non poteſt recipere ab eo.
12 Sed) Quæ eſt aduerſatiua, & denotat idem factū
& diuerſum ius.Iaſ. in l. patris & filijs. nume. 6.
vulgari & pupillari. ideo ſubſequenter dicit. Di-
uerſum obſeruatur in eccleſia, quàm in priuato,
Eccleſia enim eſt cultrix & autrix iuſtitię, Refert
Odoffr.in ſum.Quib.mod. feu.amit.nu.39.Et nō
patitur quidquam iniuſtum in me vel alium fieri.)
Adeo quod non recipit eleemoſynas,quiſquis fa
cit de alieno vel cum alterius præiudicio. Pau. de
Ca.in conſi.70.nu.7.in pri. pri.vol. nec præſumi-
tur quod velit aliquid in iuſtum, & ſoluere dene
get,Idem Pau.in conſi.10.poſt num.2.eo.volum.
quia vt res proprias amittere non dēt, ita rapaci-
tatis ardore res alienas nō debet inuadere. Caſſa.
in conſi.Burgeo.rub.8.§.5.& in conſi.nu.63.cir.
fi.Priuatus.) l.vt inter diuinum.C. de ſacroſ.eccl.
13 vero ſępe,l.in fraudem,la pri.ff.qui & a quib.Ob
uiat iuſtitię.)Ideo beati qui faciūt iuſtitiam in om
ni tempore.Pſal.105.Confitemini domino.

Declarato textu,reddebāt dubia eius conſulta
tio; nā eccleſia non dēt eſſe deterioris conditionis
q̄ priuatus,gl. Pari.tit.pri.§.22. nu.129.io pri.tan
to magis, quia eccleſiæ maxime cathedrales de-
bent habere facultates,quæ dicuntur charum præ
ſidium, Zaba.in clem.in pleriſque.in princ.de ele-
ctione,Adeo quod nec fiſcus poſſit ꝓhibere alie-
nationes in eccleſiam,quia eſſet contra eius liber-
tatem,Bal.in conſi.248.in fin.2.vol.contra quam
nō debet fieri directe nec indirecte.c.eccleſię ſan-
ctæ Marię,de conſtitu.aut. caſſa & irrita.C.de ſa
croſ.eccle,Secundò,quando datur feudum eccle-
ſiæ, recipit eo modo quo alij ſimilia feuda tene-
re debent.Iſern.in §.& iterum ſi clericus. numer.
21.circ. medium, de capi. Corra. ſi feudum fuiſ-
ſet datum alteri in libellum, reſoluto iure dato-
ris,reſolueretur ius acceptoris. d. §. rurſus. Qui-
bus modis feud, amit.l.lex vectigali.ff.de pignor,

ita ſi

ita ſi fiat conceſſio eccleſiæ. Tertio, ratio cur prohibeatur alienatio in eccleſiam, eſt: quia eccleſia eſt cultria & auctria iuſtitiæ, vt hic. Sed eccleſia quandoque locupletatur cum alterius iactura. l. iubemus. la 2. §. ſanc. in verſi. acquirantur. C. de ſacroſan. eccle. Auth. qui rem. in gl. fin. eo. titu. ceſſante cauſa, debet tolli prohibitio. l. 3. §. ſed & ſi, in verſi. deſinere ff. quod vi aut clam.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, & ratio eſt, quia dando feudum eccleſiæ, dicitur peruenire ad manus perpetuas, nam eccleſia nunquam moritur. Afflic. in §. donare. nu. 5. cir. fi. qualiter poterat olim feu. alie. multa Aluaro. hic, poſt nu. pri. & eccleſia cum ſit cultria & auctria iuſtiti, non patitur quòd in damnum domini ipſa in
12 perpetuum habeat feudum. Afflic. hic, num. 1. non debet adhibere fraudem in contractu. ca. per tuas. vbi Abb. numer. 5. de donatio. tenetur defendere dotea viduarum, non tamen contra iuſtitiam. cap. nuper. numer. 3. de donatio. inter virum & vxorẽ. & intercedit pro homine quantumcumque facinoroſo. in cap. nouimus. in fi. de verbo. ſignifica.

Qua ſtante, non obſtat primum: nam prohibitio alienationis quædam eſt imperſonalis, quædam perſonalis, quædam perſonaliſſima, & quædam realis, exempla ponit Capit. in deciſio. 108. numer. 2. hic tractatur de prohibitione reali, & fuit fauore publico, cum prohibeatur interdum fauore cauſæ, quandoque fauore perſonæ, aliquãdo occaſione tertij. Vltimò, quia ita placuit legislatori. Bald. ſupra eo. in prin. culum. penult. circa fi. concedens tamen potuit ſtatuendo, imponere onus rei ſuæ, & ligat ſubditum, tempore quo potuit, & dicitur realis: & ſucceſſiue ligat clericos reſpectu rei quæ peruenit ad eos. Idem Bald. in conſil. 174. 5. volumin. nec eſt directum contra eccleſiam, ſed contra vaſallum cui lex feudalis potuit legem imponere. Afflict. hic colum. fini. in princip. poſt numerũ. 8. Non obſtat ſecundum,
13 nam procedit quando feudum reſoluitur ex perſona datoris, ſecus ſi ex perſona acceptoris, vt hic, quia tunc eſſet diuerſum inter priuatum & eccleſiam. quæ numquam moritur, vt per Loffred. & Afflict. hic numer. 6. circ. finem. Non obſtat Vltimum, nam eccleſia locupletatur cum aliena iactura, quoties venit culpa eius qui feudum accepit. §. ſi autem. in verſicu. habet. Authen. de non aliena. aut permutan. ſecus in alijs, cum ſit religionis & fidei mater. d. l. iubemus. la ſecunda. in fin. C. de ſacroſanc. eccle. hoc caſu, quia agitur de mero præiudicio tertij eſt peioris conditionis, quam priuatus. Iſern. hic circ. finem. Et ſic firma remanet concluſio, quod vaſallus iure iſto non poteſt medietatem feudi dare eccleſiæ in libellum. In-
14 tellige habere locum, etiam quod ſit data licentia alienandi feudum, nam non poſſet alienare in vniuerſitatem vel eccleſiam, quę nunquam moritur. Capit. In ſua inueſtitur. in verſicu. feudorum clauſulæ. ibi, ad vendendum. verſicu. aduerte, quia licentia. Idem ſi alienaret in curiali, ex quo eſt difficilis ad conueniendum, vt per Capit. ibi. Vltimo, idem eſſet, ſi adſit pactum de non alienando: nam tunc vt pactum aliquid operetur, non poſſet etiam laicum infeudare. Alexand. in conſilio 93. poſt numerum octauum. ſeptimo volu. Deci. in conſilio 667. poſt numerũ ſeptim. quinto volumine.

Limita tamen procedere in conceſſione quæ fit ab eo qui recognoſcit ſuperiorem: ſecus, ſi ſit ab Imperatore vel Rege, quia tunc valeret, vt per Afflic. hic, num. 3. Et procedit, quando fit a priuato ſine aſſenſu domini: ſecus ſi cum aſſenſu ipſius. Idem Afflict. hic in primo notabi. Vltimò limita, niſi eſſet feudum Franchum, quia tunc poſſet alienari in eccleſiam. Cap. vbi ſupra.

Nota, quod per ſolutionem vnius dubitationis, inducitur alia fortior, gloſſ. in clemen. ſæpe. in verſicu. poſſibile. de verborum ſignific. per deci-
15 ſionem vnius quæſtionis, via apperitur ad alias. Lucas in l. vni. colum. 4. cir. pri. C. de profeſſo. qui in vrbe Conſtantinopoli. oriuntur aliæ, occaſione vnius quæſtionis. l. naturalis. & ibi gloſſ. 3. ff. de præſcrip. ver. dubitatio huiuſmodi in alio dubitationis ſpecie ventilata eſt. l. fin. C. de natura. lib. de vno reſpondendo, incidit in aliud. l. prim. in gloſſ. magna. circ. medium. C. de ſeruis fugit. Sed poteſt dici idem eſſe, qñ vnũ ſit conſecutiuũ ex altero. l. hinc quæritur, in verſicu. quæſtio. ff. de peculio, nam ex reſponſione, oritur occaſio diſputandi. capit. inter alia. de ſentent. excommunic. & dum anſam ſoluit, nodum dicitur ligauiſſe. c. cum olim. de verb. ſign. vnius rei origo, etiam intermedio accedente, contrarios effectus parere qñ poteſt. Lucas in l. nullus, in fin. C. de decurio. & quoties erunt duæ quæſtiones. l. in lege cenſoria, de verb. ſignif. ſed quia connexę, ſi reſpondetur ad vnam, etiam ad reliquum ſatis intelligitur eſſe reſpõſum. Lucas in l. his quidem. in fin. C. qui milit. poſſunt vel non. vnum dicendo, duo dixiſſe videtur. Archid. in cap. quo iure. in fi. 8. diſtinct. Ex reſponſione facta ad alterum ipſorum, ſequitur deciſio vtriuſque. Pau. de Caſt. in conſi. 385. poſt medi. 2. volumi. & quaſi ſub ſilentio procedit expediendo ſecundum membrum. Inno. in c. requiſiti. nu. pri. cir. medium. de teſtam. & dicitur antiphora, alterius dubii ſolutio. Zabar. in clemen. ſi de beneficio, in fi. de præben. compendioſa, congrua petitionibus. Adeo quod reſpondendo vni, cæteræ ſoluantur. Lucas in l. eos. de excuſa. mun. lib. ſup. eo. in fi. pri. licet ponit quandoque lex quæſtionẽ & non ſoluit. Azo in Sum. C. quod cum eo. num. 10. Duob. queſtionib. propoſitis, reſpondetur vni & non alteri. Arch. in c. ſi quis per ignorantiam. cir. med. pri. q. pri. occaſione vnius articuli, ad aliũ obrepere non debent. Inno. in cap. cum olim. cir. pri. de offi. deleg. ne finis vnius litis, ſit principiũ alterius. l. 3. de fructi. & liti. expen. & attendendo ad ſecundum, primum dubitationem non ſoluat. §. pri. in ver. reſtitutione. Auth. de reſtit. & ea quæ parit in vndeci. menſe, & propter primam obligationem, incidat in ſecundam. Pau. de Ca. in conſi. 419. nu. 2. cir. fi. pri. vol.

Secundo nota, ꝙ eccleſia non poteſt appetere niſi bonũ, infra. de ſtatu. & conſu. contra lib. eccl. in pri. Qđ ſeruat in perſona aliorum, dẽt ſeruare in ſua. ſi tenetur facere iuſtitiã de alijs, multo fortius de ſe ipſa. gl. pe. in fi. c. quã ſit. 18. q. 2. c. quod vero. 25. q. 2. Lucas in l. iudicib. cir. med. C. de curſu publ. l. eum proponas. C. de pactis. Non cenſetur velle alicui nocere, ſed omnib. prodeſſe. Pau. de Ca. in conſi. 402. poſt nu. 4. pri. vol. Præpo. hic nu. 3. ei non conuenit lucrũ quærere de alienn. Arc. in c. ſecundum. cir. med. 23. qõ. 8. eſt ſine macula, & vota ſua deludi non patitur. Ioan. Andre. in c. a

num. pri. in fi. de electio. in 6. ſine ruga debet eſſe ſponſa Chriſti, ideo eſt euitanda macula in religione, Zaba. in clemen. a. in 3. not. de ſtatu mnoa. & multa ſunt facienda propter manſuetudinem, & ſinceritatem eccleſiæ conſeruandam. Arcbid. in cap. pœna. 23. quæſt. 5. dicitur mater, filia & domina. Zaba. in clem. vni. num. 3. de ſum. Trin. nun quam moritur nec mutat dominum, licet prælati & rectores cedant vel decedant. Freder. de Subfe. lib. 2. ibi, hic quæro, de noua quæſt. nume. 11. circ. medium. licet ſecundum canones, nmne malum proceſſit a ſacerdotibus. Arch. in cap. ſi quis. cir. medi. 5. quæſt. 4. Vnde prælatus eccleſiaſticos maiōr lenitas decet. l. ſi quis in hnc genus. C. de epiſco. & cle. & non anhelant inhoneſtis quæſtib. cum aliena iactura ditari. c. ſuam. de pœnis. eccleſia tamen iure eſt tutrix iuſtitiæ, & non debet deſiderare quæ ſunt contra rerum naturam. Bald. in conſi. 174. circ. finem. 5. volumi. ad illam occurrit oppreſſus, tanquam ad matrem. gln. in extrauag. Io. 3. in verſic. commue. de verborum ſignific. adit tur in ſubſidium laicorum, ratione in iuſtitiæ & peccati, quod non poteſt villa tergiuerſatione celari. Bald. in conſi. 184. nume. 2. cir. finem. 5. volu. eſt aūt refugium Chriſtianorum, ſicut olim erant ciuitates refugij. Deuterono. capit. 4 & 19. & qui opprimebantur a Saule, recurrebāt ad Dauid. Regum. prim. c. 22. & Pſal. 89. Domine refugium factus es nobis. Iſer. in §. præterea, ſi inter duns, ante & poſt ou. 82. de prohi. feu. aliena. per Freder. dicitur mater fidelium, no. Gemi. in c. pri. de exceptio. in 6. refugium oppreſſorum. Bal. hic io 6. no. nu. 5. compatitur ſicut pater filijs ſuis. Idem Bald. in conſi. 519. in fi. pri. vol. quia eſt mater pietatis. Afflict. hic nu. 10.

Iſer. Theorica licet ſit facilis, aduerte, quòd ſi detur aliquid eccleſiæ, quod de iure cōi poteſt, intelligitur perpetuo datū. Puta ſi legatur vſusfructus, durat vſq; ad centum annos. gl. in c. poſſeſſiones. 16. q. pri. c. ſi. in gl. ſi. ea. cau. q. 3. l. an vſusfructui. ff. de vſufruc. l. ſi vſusfructus. ff. de vſu & vſufru. lega. & non poteſt petere vltra vires hæreditarias. Caſſa. in conſu. Burg. rub. 7. §. 13. ibi, per beneficen, poſt num. 5. Idem in ciuitate quæ cum non deſinat eſſe de facili, & difficile ſit cum ea litigare. Alua. hic cir. fi. ſi in eius poſſe ſit alienatio, quia ſemper viuit, & raro moritur, ſi ei conceditur ſeu dnm in regno, ſingulis quinderim annis ſoluitur releuium. Freder. de Subfe. lib. 2. ibi, tertia authoritas, nume. 15. circ. medium. & ſemper viuit, quia vnus ſubrogatur loco alterius. Afflic. de noua for. fideli. poſt nu. 5. ita fructus regni & grex, perpetuus dicitur. Lud. de Mnl. de Hiſpa. primoge. lib. pri. c. 11. nu. 10. cir. med. l. grege. in glo. 2. ff. de pignor. l. grege. & ſeq. de leg. pri.

SVMMARIVM.

1 *Et pro vel.*
2 *Clientes, & iura communia quæ faciunt de eis mentionem.*
3 *Vel dictio, inducit ſimilitudinem, & coæqualitatem.*
4 *Hæres dupliciter, & quis venit eius appellatione in iſta materia feudali.*
5 *Alienatio, ſi fit cum conſenſu domini uidetur ius utilis dominij remittere. In manu domini, & breui manu ex domino, peruenit in emptorem.*
6 *Hæredis appellatione veniunt deſcendentes.*
7 *Filij appellatione qui ueniant.*

AD §. ET § I.

1 ET.) Pro, vel. Arch. in c. ſi quis donauerit. cir. pri. 12. q. 2. quaſi dicat, non ſolum amittit feudum vaſallus ſi de eo fecerit libellum eccleſię, vel, ſi Clientulus.) De quo ſupra in pri. & §. ſeq. alibi clientes
2 liberi homines ſunt, quibus nec minus quàm ſeruis vtimur, licet ſint ingenui. l. pr. de colo. Thracē. l. pri. vt nemo ad ſuum patroci. lib. 11. C. Iacob. de Ard z », in ſum. Quare fuerunt conſuetu. feud. in ſcrip. redactę. Fred. de Subſe. lib. pri. in pri. conſederati. l. non dubito. ff. de capt. & poſtlim. reuer. & debitores, qui quomodo ſerui & clientes creditorum dicuntur. Pau. de Caſt. in conſi. 144. cir. prin. 2. vol. illorum inſtitutionem, & iura de eis loquentia, ponit gl. Pariſ. tit. pri. in pri. num. 6. 7. 14. 15. & 16. Fecerit libellum, Vel.) Quę dictio inducit ſimi
3 litudinem & coęqualitatem. Bald. in c. ſedes apoſtolica num. 2. de reſcriptis, Aliud.) ſimile. l. pri. in ver. quodcunque, ff. mandati. De medietate feudi ſine domini voluntate.) Cuius conſenſus requirebatur, cum tractetur de eius præiudicio. Paul. de Ca. in conſi. 156. nu. pri. cir. fi. pri. vol. Eo.] Scilicet clientulo. Mortuo ſine legitimo hærede maſculo.) Hæres enim, licet alius ſit hæreditatis, & alius ſan
4 guinis. Afflic. de gradib. ſucce. in feu. nu. 13. in fin. & ſit aptus comprehendere omnes. Pernus in cōſi. 8. & in quart. notabi. col. 2. poſt med. in feudo nouo de quo hic, ſecus in feudo hæreditario, vel ex pacto & prouidentia. Loffr. in conſi. 14. nu. 50. cir. fi. Intelligitur de maſculo.) deſcendentes quia in ijs, quæ non tranſeunt ad heredes extraneos, etiam ſecundum ciuiliſtas. Pern. in conſu 4. col. 8. in pri. nomen hæredis intelligitur, de filio. l. pro hærede. §. pri. ff. de acq. hęr. Pau. de Ca. in conſi. 139. nu. 3. a. vol. legitimo. Abb. in c. nuper. nu. 4. de donat. inte virum & vxor. ſicut in emphyteoſi, ſi fit mentio filii hæredis, non ſufficit eſſe filium, niſi ſit hæres, & ſi fit mentio fratris & hæredis non ſufficiat eſſe fratrem, niſi ſit hæres. Bald. in l. tale pactum. in prim. repet. circ. princip. ff. de pactis. & ſignificat qualitatem ſucceſſoris, & non ſucceſſionis. Loffre. in conſilio primo. poſt num. 18. Quod verbum ita intelligendum eſt in feudo, ideſt declaratiue. l. ſecunda. ff. de adoptio. l. auxilium. ff. de minori. Sine filio maſculo. Vnde hæres & filius in diſpoſitione feudali, ſunt ſinonime. Freder. de for. inueſt. lib. tertio. ibi, tertia formula. numer. 3. 11. 19. & 21. & ſupponit filium primi & immediati gradus, & non ſtat pro cæteris deſcendentibus. glo. pri. Pariſ. titu. prim. §. 9. Reuertitur feudum ad dominum.) Nam natura feudorum eſt, vt non recipiat extraneos. Bald. ſupra, in præſud. numer. 25. Si vero.) Stat continuatiue, vt per Loffred. hic. Cum dominus voluntate, totum vel medium alienauit, ſtabilis permaneat alienatio.) Quia quando fit alienatio cum conſenſu domi-
5 ni videtur ius vtilis domioi remittere in manu domini, & breui manu ex domino peruenire in emptorem. Præpoſitus. in capitu. ſi facta. poſt numerum tertium. ſi de feud. defunct. militis controu. fuer.

Decla-

Declarato textu, dubia reddebatur eius conſultatio, nam videtur quod conceſſio medietatis feudi in libellum, teneat, etiam quòd is qui conceſſit, decedat ſine filijs. Nam clarum eſt, quod vaſallus poteſt alienare feudum in libellum vſque ad medietatem, vt hic in princip. modo ſi poteſt, & actus perficitur, non vitiatur, etiam quòd concedens decedat ſine filiis, quia legitime factũ non debet irritari, licet deueniat ad eum caſum a quo incipere non poteſt, nota. in c. conſultationibus. de iure patro. l. ſi. Gaudentius. C. de contrahen. emptio. l. fin. C. de nuptiis. Secundò, actus vt pariat effectum, debet eſſe legitime factus. not. in clement. vnic. de cau. poſſeſſio. & propriet. ſi eſt legitime factus & habuit effectum, non debet ex ſuperueniente actu infirmari. Afflict. in capitu. ſi vaſallus, lo vlti. num. 8. in fi. 9. & poſt, ſi de feu. fue. contro. inter dom. & agn. Tertio, actus hominum non recipiunt conditionem, l. & ſi conditionalis, ff. de auto. tuto. l. eum qui, §. fina. ff. de acquiren. hæred. modo ſi conceſſio in libellum tenet, dummodo is qui conceſſit decedat cum liberis, huius conceſſionis actus erit conditionalis, & præſentia quo ad nos non poſſunt eſſe in pendenti. Iſer. in capitu. primo. columna penultima, poſt pri. Impera. Lotha.

His non obſtãtibus, ſeruatur contrarium, & ratio eſt, quia reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris. Bald. in dicto §. rurſus. Quibus modis feud. amit.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam procedit quando actus eſt perfectus, hic licet ſit perfectus quo ad dominum directum qui non interuenit, non eſt perfectus, & ſucceſſiue, ſtipulatio vitiatur, ſi ante rem perfectam deuenit ad eum caſum a quo non potuit incipere. l. ſi ſub vna. §. fina. l. pluribus. §. prim. & l. exiſtima. de verborum obligat. quia non potuit incipere ab eo caſu, in quo per mortem concedentis ſine filiis debuit finiri. l. Titio. in gloſſ. ff. de vſufruct. l. item illa. §. prim. in verſicu. exierit. ff. de conſtitu. pecu. Non obſtat ſecundum: nam actus licet ſit legitime factus, quo ad eſſe ſuum: eſt tamen in ſuſpenſo, quo ad reſolutionem, ſicut in actione adiectionis in diem. gloſſ. magna. circa medium. in l. 2. ff. de in diem adiectio. Non obſtat vltimum: nam actus viuentium ſuſpenduntur, morientium non. l. 2. in gloſſ. fi. ff. de donatio. cauſ. mort. & multa ſunt in pendenti propter ſpem. Afflict. in capitu. 2. nume. 20. d. tit. Impera. Lothar. & ſic firma remanet concluſio,
6 quòd appellatione hæredis in feudis, intelligitur deſcendens, puta filius, nepos, iure communi continet extraneus, & generaliter omnis deſcendens. Præpo. ſupra in prælu. nu. 21.

Extende, idem eſſe in emphyteoſi eccleſiaſtica, quæ non tranſit ad extraneos, etiam quòd nõ habeamus textum expreſſum. Pau. de Caſt. in conſi. 287. colum. 2. in pri. pri. volumi. & 189. vbi etiam quòd non tranſit ad rempublicam laicorum. 2. volumi. & veniunt tantum maſculi & deſcendentes ex Caſſa. in conſue. Burgen. rubr. 3. §. 5. in pri. numer. 20. & 22. & veniunt omnes deſcendentes ex eo maſculi, in infinitum, qui fuit ſtirpes agnationis communis. Capt. in ſua inueſtitu. in verſic. feudatariorum hæredes. ibi, heredis nomen, & ſeq. Vnde, ſi quis acquiſiuit feudum pro ſe & hæredibus maſculis, intelligitur de deſcendentibus, & non comprehendit hæredes extraneos in feudo & emphyteoſi eccleſiaſtica. Bal. in l. etiam. in pri. & ibi glo. ſoluto matrimo. Iaſ. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. nume. 16. de liber. & poſthum. & verbum, ſine hærede, intelligitur de filio maſculo. idem Iaſ. in l. pro hærede. §. ſi quis. nume. 9. & 10. de acquiren. hæredi. vel ſine deſcendente. in conſi. feudo. diuerſi. pri. num. 7. 8. & 199. circ. finem. & intelligitur de ſolis liberis, etiam in vita patris Pau. de Caſt. in conſi. 411. num. 4. cir. prin. prim. volumi. vel includuntur nepotes, etiam concepti poſt mortem aui. Bald. in conſi. 176. numer. 6. 5. volum. nam, ex vſu loquendi venit filius, & nomine filii ſignificatur nepos. Idem Bald. in conſilio 202. in fi. 4. volumi. & intellige de filio maſculo, non de maſculo deſcendente ex fœmina. Odoffred. in Summa. Qui poſſunt ſucce. in feud. in pri. Item ſi dictum fuit quod tranſeat ad quoſcumque hæredes: nam tunc veniunt etiam extranei. Alexand. in l. etiam filios, poſt nume. 6. ſolut. matrimon. Vel ſi in conceſſione fuit dictum, tibi & cui dederis. Præpoſi. in capi. penult. circ. finem. ſi de feud. defun. milit. contro. fuer. vel quibuſcumque: nam intelligitur etiam de extraneis. in conſi. feuda. diuer. 40. nume. 40. & poſt. Nec procederet in regno, vbi licet hæres exponatur pro filio, intelligitur etiam de fratre cum qualitate hæreditaria. Loffred. in conſi. prim. num. 211. & 212. & 14. nume. 30. quia ſuccedit per cap. regni, conſiderantes. Afflict. in cap. fi. in 3. not. num. 3. ſi de feu. fue. contro. inter domi. & ag. & habet locum in feudo nouo, ſecus in antiquo, in quo venit nepos, pater, ſoror, & patruus: prout rei natura patitur. Cam. in c. Imperialem. car. 21. col. 4. 22. & ſequen. intelligitur de eo de quo poteſt intelligi, ſecundum ſubiectam materiam. Bal. in l. pacta conuenta. §. pactorum. poſt num. 2. ff. de pact. & ſi datur exiſtenti in poteſtate, pro ſe & hæredibus, intelligitur de agnatis, ſi filios habere non poteſt. Bald. in capit. naturales. poſt nume. 8. d. titu. ſi de feu. fue. contro. inter domi. & agna. vaſſ. Quid ſi addatur, ita vt viuatur iure Franchorum. Pernus in conſi. 7. col. 3. cir. medi. & 4. Vltimò reſoluitur & declaratur per ſequentia, vnde in emphyteoſi veniunt etiam extranei, ſi additur, pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus. & ſi dicitur, pro ſe & ſucceſſoribus quibuſcumque, venit etiam ſucceſſor ſingularis. Præpo. infra, an agnatus. num. 4. circ. fi. & poſt nu. 5.

Nota, quod hæres capitur diuerſo modo, ſecũdum diuerſa iura. Pernus in conſi. 14. col. 3. circa medi. nam quandoque veniunt hæredes in infinitum. l. in annalibus. C. de lega. Pau. de Caſt. in d. cõſi. 189. in pri. & 453. 2. vol. oẽs directe ſuccedentes in vniuerſum ius quod defunctus habuit Bal. de nat. ſucc. feu. poſt nu. 2. intelliguntur ſecũdum naturam rei de qua eſt facta conceſſio. Ale. in conſi. 20. poſt pri. pri. vol. Nã in re tranſmiſſibili hæres vniuerſalis, in non tranſmiſſibili, veniunt tñ filii hæredes, etiam in re certa. Idem Alex. in conſi. 22. poſt nu. 6. 8. & 9. 5. vol. vel in materia trãſmiſſibili, mentio heredis nihil operatur. Affl. infra, de duobus fra. a Cap. inueſt. poſt nu. 7. in non tranſmiſſibili, coarctatur ad primũ hæredẽ. Bald. in addi. ad gl. in l. nulla. ff. pro ſocio. & tunc hæres deſcendens tantum, & non large. gl. pri. in l. ſi libertus. de ſucceſſioni. in Longobar. intelligitur de primo.

mo.l.ſciendum.& l. ex ilia.de verbo.ſignific. & in perſona primi finitur.l. antiquitas. C.de vſufructu.capitur io potiori ſignificatu, pro eo qui dignior eſt, nobilior eſt maſculus primus & oon in infinitum. Freder. de Subſe. lib.2.ibi, quinquageſimo quæro, n.1. in fi. & ibi, quinquageſimoſexto quæro, & ſequen. nume. 5. in pri. vnde ſtatutum faciens mentionem hęredis, intelligitur de vero & iuſto. Caſſa.in conſu. Burgen.rub.7.§. pri.ibi, hæritier habile.nume. 5. & diſpoſitio loquens de aliquo, habet locum in eius hęrede. Idem Caſſa. vbi ſupra §. 13.ibi, ſi accuſans, nu.13.& 14.qui ſuus, proprius quandoqne extraneus dicitur, ſuus dicitur filius.glo.in l.quoties. in princi. de regu.iuris. adeo quòd ſi conceditur feudum vel præcarium, ſibi & ſuis hæredibus, de filijs intelligitur, alias duraret ſine fine, quia raro occurrit quod quis decedat ſine hærede, cum ſaltem fiſcus ſit hæres.l.ex facto. §. fin.in glo. fi.ff.ad Trebel. & tunc nomen hæredis, non tantum demonſtrat, quantum diſtribuit.in conſi.feudo, diuer.49. poſt oume.21.proprius eſt, defuncto ſanguine coniunctus. Lucas in l.prim.colum.2.in fin. C.de anno. ciui.ſi non poteſt aliter intelligi, ſalua ratione recti iuris. Bald. in conſi.346.circ.medium. primo. volumi. magis ponderandum eſt nomen appellatiuum hæredis, quam nomen proprium fratris. Bald. in l.tale pactum.in prim.repe. §. fin.nume. prim.ff.de pactis.& iſta ſi ſubintelligatur a iure communi feudorum, inducit feudum ex pacto & prouidentia, ſi exprimitur ab homine facit hæreditarium. Loffred.in conſi. pri.nume.129.cir. finem.extraneus autem eſt omnis, qui feudum poſſidere non poteſt. Bald.in conſi.16.poſt nume.2.prim.volu. vnde non venit in iſta materia. Idem Bald.in capi. fin.de titu. ſi de feud. fuer. controu.inter domi.& agn. vaſa.ſed ſecundum naturam rei, de qua ſacta eſt conceſſio. Deci.in conſi.295.2. volumi. Quid ſi dicatur, hæres & ſucceſſor. Soci.in conſil.257. nume. 3. & poſt oumer. 5.2.volum.appellatione ſucceſſoris venit hæres, & quis dicatur vniuerſalis ſucceſſor, & dictio quoſcumque ampliat & extendit ſignificationem vocabuli, in conſil. feudo. diuer.46.nume.2.hæres vnde, quotuplex, & ſucceſſo: is appellatione quis veniat. Caſſa. vbi ſupra rub.7.§.2. in princip. item nota, quod in materia
7 indifferenti, nomen (filius) ſignificat totam lineam deſcendentium: ſi eſt differens, intelligitur ſolum de liberis primi gradus. Bald. in capit.quæ in eccleſiarum. nume.39. de conſtitu. & capitur diuerſimode. Idem Bald. in §. & quia in 2.notab. poſt nume. tertiũ. de his qui feudu.dare poſſunt. in contractibus nepotes & alij deſcendentes non veniunt, Capit. in verſicu. feudatariorum filij.in princip. in materia perpetua, omnes deſcendentes comprehendit. Ludouic.de Moln. de Hiſpan. primoge-lib.pri. cap. 6.nume.21.poſt pri.& 27. vulgariter tamen loquendo, veniunt tantum exiſtentes in primo gradu.§.cum igitur.in verſicu.filios. Hoſtien. de non eligẽ.ſecũ. nube.vel veniunt filij fratres & alij qui ſucceſſuri ſunt, & proprie etiam viuente eo qui deliquit. Iſern.in capitu.ſi verò.in verſic.hæredes.in princ. de pace tenen. non continet hæredem extraneum, ſecundum Bald.in l.libertum.§.ſenatuſconſult.ff.de ritu nuptia. ſtatutum quando facit mentionem de hærede, vel legatario, intelligitur de primo tantum. Loffred. in conſi.7.nume.57.Came.in capit. Imperialem. car.60. colum.4.cir.medium. in tranſmiſſibilibus omnes veniunt. Frede. de forma inueſtitu. ibi, ſecunda formula, colum.4.cir.princip.& nume.3.in iſta materia veniunt omnes deſcendentes in infinitum.gloſſ.hic, in verſicu. reuertitur.in fi. Capit. in verſic. feudatariorum filij, in princip. Afflict.de de natura ſucceſſ. feud.in fi. nome.46. Quid appellatione prolis & agnatorum. Alexan. conſi.26. nu.8. & poſt 5. vol.proles & poſteritas idem ſunt veniũt appellatione poſterorũ proprie qui ſunt vltra trinepotem, nam vſque ad trinepotem vocantur liberi, ſicut parentes dicimus vſque ad tritauum, vltra verò maiores appellamus. Lucas in l.prædia, colum.penult. circ. finem. C.de locatio. prædi. ciui. Poſteri aliquando dicuntur hæredes non extranei, capiuntur interdum pro ſucceſſoribus, vltimo intelliguntur liberi. idem Lucas in l. pri. C.de fun.rei priua.

Nota etiam, quod verbum, hæres, exponitur, ideſt filius. Iſern.in §.filiũ tantum.de ſucceſſ.feu. & idem eſt dicere, ſine hærede maſculo, quod ſine filio maſculo. Alexand.in conſi.17.nume.2.5.volu.& ſine hæredibus, ideſt, ſine filijs. Pau.de Caſt. in conſi.352. colũ.2.cir. finem. pri.volu.& quare hoc. Bal.in c.io præſentia, poſt num.10. & 21.de probatio. Quid ſi dicatur, de hærede, indefinite, hæredibus quibuſcumque, quouis, ſeu quolibet. Alex. in conſi.40.poſt ou.14.& 15.5. vol.& 95. col.3.in pri.poſt ou.7. 7. vol.hæredes vt ſucceſſores coniunctam, veniunt etiam ſingulares ſucceſſores. Idem Alex.in conſi.102.col.pri. 2.vol.in ſubſtitutione, appellatione hæredis, veniunt tantum filii, non extranei: alias raro conditio poſſet verificari: Dec.in conſi.594.nu.pri.4.vol.idem in odioſis, & intelligitur de primo hęrede. Affli.in conſt. eos qui ſcienter.in 4.qõ. ibi, ſed pro declaratione de perpetuariis. in materia aſſecurationis, ſecus. Idem Affli.in conſti.mulier quæ dotarium.io prino.de dota.conſti. Iſer. Theorica eſt facilis.

SUMMARIUM.

1 *Frater quis, & quot modis accipitur.*
2 *Nepos, ſtricte & large ſumituri*
3 *Etiam, dictio abundat.*
4 *Uſurpare, in bonam & in malam partem accipitur, & hic quomodo cir.ſi.*
5 *Filius regulariter ſuccedit patri in feudo.*
6 *Alienatio uel datio in libellum facta fratri ſine aſſenſu domini an teneat.*

AD §. FRATRI. aliàs verſ.

FRatri,) Continuando dictum, ſecundum Iſer.modificat §. præcedentem: nam dicebatur in eo, quod feudum reuertitur ad dominum, ſi clientulus fecerit libellum vel aliud de medietate feudi ſine domini voluntate, hic limitatur, niſi fiat fratri, ex eo
1 dem ſemine nato. Affli.infra tit. pri.c.pri.in §.not. nu.13.& in §.item ſi fratrem, ſupra quibus modis feu.amit.non autem clerico, fideli, vel ei qui fraterna charitate diligitur, qui ſimiliter fratres dicũtur.c.ſi quis ex fratribus.11.quæſt. pri.c. ad menſam.ça.q.3.l. nemo. ff.de hæred.inſti. Vel.) Ideſt

&.Ar.

& Arch.in c.quotiens.in pri. 2. quæſt.6.Nepoti.)
2 Qui large dicitur filius fratris. d. §. item ſi fratrē.
proprie non dicitur niſi in linea deſcendente.gl.in
conſt.de ſucceſſionib. in ver.nepotes,in fi.quia ne
pos ex filio, dicitur amatus poſt filium,quaſi de-
ſcendens ex guttamine patris,de linea in lineam,ſi
cut gutta in guttam.Iſe.in c.fi. in ver.ideſt,de pro-
hi.feu.aliena.per Lotha.Per libellum facta aliena-
3 tio,tenet etiam.] Abundat dictio etiam.Bar.in l.ſer
uus quoque,nu.4.ff.de hæ.inſt. Sine voluntate do
mini.] Intellige in feudo paterno,ſecundum Iſer.
hic,in quo ſuccedunt collaterales vſque ad ſepti-
mum gradum.§.cum vero, & §.hoc quoq;.de his
qui feu.dare poſſ.item quia in d.§.præcedenti,di-
cebatur quod hæres In feudo eſt filius maſculus,
hic limitatur non procedere, in feudo Comitatus
Marchiæ,vel aliarum dignitatem,] De quib.infra,
tit. proxi. nam in eis, non eſt ſucceſſio ſecundum
rationabilem vſum,] Quia cum huius modi feudi
magna concedantur, non niſi perſonis, quibus
conueniūt,ob ſingularem induſtriā, explorata eo
rum fide & grauitate.Fred. de Subſe. lib.2.quis di
eatur Marchio.nu.8. & poſt, ſi tranſirent ad hęre
dem,non cenſeretur electa induſtria perſonę.l.cui
bonis.ff.de curato.furio. ſed hodie hoc eſt vſurpa-
tū.] Ideſt frequenter vſitatum, contrarium conſue
tudinem obſeruando,vt in gl.in l. ſi qua.in ver.v-
ſurpatam,ex quib.cau.maio. huiuſmodi feudis re-
galib.ſuccedāt filij.Præp. hic in §.in feudo.nu.pri.
licet alibi,vſurpare,in bonam & in malam partem
4 legimus.gl. in extrauag.Io.ca. eccleſię Romanæ,
in ver.vſurpata.in extrauag.ſi fratrum.in ver.vſur-
pationis. ſeden.vacan. Lucas in l.vni.C.de ſtud.li-
be.vrbis Romæ.cir.pri.Iſer.hic in fi.

Declarato textu, dubia eius reddebatur conſul
tatio,nam exceptio non facit,q ſub regula genera
li comprehendatur,vltra q̄ de ſui natura debet re-
gula vel generalis diſpoſitio comprehendere.Alc.
in cōſi.28.nu.11.& 59.poſt n. 9.pri.vol.&.51.nu.
5.5.vol. Regula erat, quòd feudum reuertitur ad
dominum,ſi clientulus fecit libellum,vel aliud, de
medietate feudi ſine domini volūtate:ergo reſtrin
gere eam in extraneis, & determinare quòd facta
fratri vel nepoti etiam ſine aſſenſu tenet,eſſet am-
pliare materiam ſucceſſionis fraternę,de qua in §.
ſin autē.de his qui feu.dare poſſ. & in c.pri.de duo
bus fratrib. & ſucceſſiue operaretur exceptio vltra
quam de ſui natura eſſet apta comprehendere re
gula,contra l.generali. §.vxori.de vſuf.lega.l. Lu-
cius.§.plurib.ad Trebel. Secundò Deus & Cęſar
non faciunt fallere regulam. Bal.in conſi.291.nu.
6.in fi.2.vol.regula eſt, quòd hæres in feudo ſit.fi
lius maſculus.ſupra in §.præced.ergo reſtringere
eam in alijs feudis, quàm titularis, eſſet fallere re-
gulam,quòd Cęſar non poteſt,quia poſſe dicitur,
quòd de iure & de facto & efficaciter facere po-
teſt.Bal.in conſi.334.col. 2.in pri.pri.vol.Tertio,
vſurpatio proprie non eſt vſus, ſed abuſus.gloſſ.in
extraua. Io.ſi fratrum. in ver.abuti,ne ſede vac.ſed
abuſus ſunt tollendi, quia male adinuenta & ma-
la conſuetudo longo tempore non firmantur.no.
Bar.in §.pri.Auth. vt nulli iud.ergo non poteſt fi-
lius ſuccedere in feudis titularis per vſurpationem
ſi per legis diſpoſitionem prohibetur.

His non obſtantib. ſeruatur contrarium, & ratio
in primo dicto eſt,quia non eſt alienare,ſi detur il-
li qui ſine alienatione ſucceret.§.ſed etiam res.per
quos fiat inueſt.c.pri.de alie.feu.pater. in ſecundo
dicto.Ratio fuit,quia feuda nobilia non tranſeunt
ad hæredes,niſi ſpecialiter a Rege per inueſtiturā
impetrauerint. Alex. in conſi. 30. poſt num.pri.
in fi.pri.volumi.

Quib. ſtantib. non obſt.Primum:nam exceptio
firmat & ampliat regulam, & facit eſſe ſub regu-
la, quæ de ſui natura non comprehenduntur.Bar.
in §.vt autem.Auth. de non alie.dum tamen ſit de
regula vt ibi.In caſu noſtro eſt de regula,quòd te-
neat alienatio facta per libellum, fratri vel nepo-
ti, ſine aſſenſu. & ſic non cōprehendit pluſquàm
eſſet de natura ipſius regulæ.Alex.in conſi.86.nu.
4.4.vol. & dictum, retento eodem themate, limi-
tat. Non obſt. ſecundum, nam Principi Deus le-
gem ſubiecit.Auth.de conſuli.cir.fin.ideo eius fa-
ctum ad conſequentiam trahi non debet.c.pri.in
ver. priuari.de calumnia. ſicut factum Dei. glo.in
c.maiores.§.item quæritur.in verſi.contrarium.de
baptiſmo.Vltimum non obſtat,nam irrationabilis
conſuetudo valet, etiam quòd ſit contra apices
iuris, dummodo non contineat in ſe peccatum.
Bald.ſupra, de aliena. feudo. nume. 6.circ.ſim.&
ſic firma remanet concluſio, quòd alienatio vel
datio in libellum facta fratri,etiam ſine aſſenſu
domini tenet.

Amplia idem eſſe in refutatione, quę ſi fit im-
mediate ſucceſſuris,non requirit aſſenſum.Iſer.in
c.pri.§.ſed & plures. poſt nu.10.per quos fiat in-
ueſt.Item quod dicit de fratre, idem in nepote ex
fratre, vt hic, vbi Iſer. Vltimo habet locum tam in
fratre vtrinque coniuncto, quàm ex vno latere tā-
tum, quia hæc eſt natura feudorum, vt in eorum
ſucceſſione non fiat differentia, an ſit frater vtrin-
que coniunctus,vel ex vno latere tantum.Alex.in
conſi.9.nu.14.5.vol.

Limita tamen procedere,quando alienator nō
habet filium, alias ſi haberet & fieret fratri,dicere
tur alienatio,ſicut in refutatione.Iſer. in §.& licet.
nu.3.de alie.feu.pater. item habet locum in feudo
paterno,in quo ſuccedunt collaterales vſque ad ſe
ptimum gradum.Iſe.hic:ſecus in feudo nouo.§. in
alio.ſup.de ſucce.feu.Vltimo procedit in fratre,&
filio fratris proximis agnatis ſecus ſi fieret remo-
tiori, quia tunc non poſſet, niſi cum aſſenſu domi
ni & proximi, agnati,ex quo eſt alienatio.Iſern.in
§.& ſi libellus.vbi loquitur in refutatione.num.6.
de alie.feu.pater. Alia regula eſt, quòd filius ſuc-
5 cedit patri in feudo:fallit ſeptem modis. Alua.in
c.pri.nu.2.de natura ſucceſ.feud. & appellatio fi-
lij in feudis titularis,non intelligitur de filio vt hę
rede, ſed de filio vt filio, & veniunt nepotes in con
ceſſione facta,pro ſe & filijs.Freder. de for.inue-
ſti.lib.3.ibi,differentiæ inter feuda regalia.ver.vi-
geſimatertia,& trigeſimaſexta, quia eorum appel
latione veniunt nepotes.glo.pri. Pari.nume.7.tit.
pri.§.3. & filius etiam emancipatus.Aluarot.in §.
& quia nu.11. & §.hoc quoque.nu.11. de his qui
feu.dare poſſ.& in tantum ſuccedit, quòd non di-
citur acquirere, ſed acquiſitum capere, non ſoluit
laudemium ſeu caſſoldum. & ſtatutum quòd ſol-
uatur gabella in acquiſitione hæreditatis,non ha-
bet locum in filio ſuccedente patri.gl.pri.Pari.tit.
pri.§.2.per tot.

Nota, quod vſurpatur, ſumitur in malum,&
differt a detinere.Zabar.in clemen.prima.in prin
cip.& nu.21.in fi.de decimis,hic in bonum.Præ-

po. hic in §. in feudo, poſt nume. pri. licet tempore iſtorum iurium, poteſt capi in malam, habito tamen reſpectu ad tempus Imperialium conſtitutionum, ponitur in bonam partem, quaſi additum a compoſitoribus iuris & conſuetudinis feudorum. in conſi. feud. diuer. 2. poſt num. 60. & 61. idem dicimus de conſpiratione, & dolo, quòd poſſit capi in bonam & malam partem. l. vlti. in verſic. magiſtros C. de profeſſo. & medic. gloſſa prima. in l. vni. de ſtud. liberal. vrbis Romę. l. quemadmodū. in verſic. vſurpare, C. de agrico. & cenſi. de ver. audacter. l. Gallus. §. videndum. in verſi. audacter. de libe. & poſthum. aſſicere. l. ſeruus, ea lege. in gloſſ. fin. de ſeruis export. famoſus. §. primo. in verſic. famoſiſſimus. Auth. iuſiuran. quod præſta. ad his, & verbum, vſurpare, ſemel poſitum capitur diuerſimode. l. tertia. in gloſſ. C. de ſolutio. ſicut verb. amittat, & verb. redeat. l. prim. in gloſ. pen. C. de pœna iudi. qui male iudi. l. ſancimus. in verſi. reddere. C. de fideiuſſo.

De feudo Marchia, Ducatus, vel Comitatus. Tit. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Feudum regale, & aliud non regale.*
2 *Feuda non fuerunt ab origine mundi & gentium.*
3 *Vaſallos habere, eſt dignitas.*

AD RVBRICAM.

1. FEudum.) Aliud Regale, & aliud non regale. Aluar. ſupra in præło. in 6. q̄ō. num. 21. vbi etiam Præpoſi. nu. 3. Regale dicit̄, quia fluit ab Imperatore vel Rege in regno ſuo tāquam a fonte. Soc. in conſi. 68. num. 3. cir. fi. pri. volum. Alua. infra, in nigro. in pri. eſt & titulatum. Cap. in verſi. feudorum genera, in pri. & habet annexam dignitatem, vt Marchionatus, Ducatus, & Comitatus.) Alexan conſi. 25. num. pri. 5. volum. iſtud non poteſt concedi, niſi a Rege vel Imperatore. Cam. in §. præterea ducatus. in pri. de prohi. feu. aliena. per Fredeeic. non peruenit ad humiles. Bald. in conſi. 203. in fi. 5. volumi. & ſui nobilitate præcipua ſubiectum ſuum illuſtrat. idem Bald. in conſil. 353. nume. 2. poſt medi. prim. volum. dicitur nobile ex perſona concedentis. Alexand. in conſi. 30. nume. 19. pri. volum. quia tenetur immediate & in capite Rege. Afflict. in §. fin. num. 19. de capi. qui curi. vendi. cumque præſit vniuerſitati, omnis conceſſio perpetuæ iuriſdictionis dignitatem habet. Bal. in conſi. 352. poſt nume. pri. prim. volum. cohæret perſonæ & ſanguini. Frede. de for. inueſtitu. lib. 3. ibi, differentiæ inter feuda regalia. verſic. decimaſeptima. & ſeq. hæres non ſuccedit, vt infra in nigro in prin. licet hodie ſit vſurpatum, ſupra tit. proxi. §. fin. in fi. Non Regale eſt, quod recognoſcitur ab alijs inferiorib. §. ſi capitanei. inf. eo. vel a Principe: ſed non cum dictis dignitatib. Alua. vbi ſup. in prælu. nu. 21. & iſta non fuerunt ab origine mū-
2 di & gētium, ſed ſunt vſu inueteratiſſimo nata & iuſtificata. Bal. in conſi. 431. col. 3. cir. fi. 3. vol. habere vaſallos eſt dignitas. Cap. in ſua inueſt. in ver.
3 feudum dant, ibi, in feudat. cir. pri. ſicut ſubditos in numero copioſo. Affli. in rub. cir. fi. & ibi Bal. in ver. Marchio. poſt nu. 8. de his qui feu. dare poſſ. Immo dicitur pręmium dignitatis. §. volumus. & ibi gl. in ver. pręmium. Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. quia in terra cum vaſallus dominus habet iuriſdictionem. Cap. vbi ſup. ibi. non regale, De huiuſmodi terris cum iuris dictione, tractatur infra, ſecundum vnam lecturam.

SVMMARIVM.

1 *Marchia quid.*
2 *Vel, ſolet cadere inter diuerſa, hic inter ſimilia.*
3 *Regales dignitates dicuntur, quaſi procedentes ex regali munificentia.*
4 *Beneficium, ideſt feudum.*
5 *Vllo modo importat nullitatem actus ſicut nullatenus.*
6 *Marchia, & ſimilia, poſſunt eſſe cum adminiſtratione, & ſine.*
7 *Feuda dignitatum, non tranſeunt ad hæredes.*
8 *Decimæ, an poſſint dari in feudum.*
9 *Concilium Laterane, quando fuit, & quare ſic dicitur.*
10 *Filij Regum Hiſpaniæ, qui Reges non ſunt, Infantes vocantur.*

AD TEXTVM

1 DE Marchia.) Marchiæ, vulgo limites prouinciarū appellantur. Fred. de Sub. fe. lib. pri. de offic. magiſtri iuſtitiarij. nu. 39. poſt med. inde Marchia. i. confinium. & eſt volgare Franchorum, & iure Romano Marchio liminarcha appellatur, quaſi limina ſeu fines imperij cuſtodiens. Odof. in Sum. q. poſſint ſucce. in feud. poſt nu. 22. hic eſt nomen tituli. Fred. vbi ſup. lib. 2. quis dicatur Marchio. poſt nu.
2 12. ideo de iſto titulo Vel.) Quæ dictio licet ſolet cadere inter diuerſa, ponitur inter ſimilia. Anch. in c. firmiſſime. nu. 2. de hæreticis. Ducatus vel Comitatus.) De quib. iſer. inf. Quis dicatur dux. nu. 2.
3 Vel aliqua Regali dignitate,) Procedente ex regali munificentia. Alua. hic col. pri. cir. fi. Soc. in conſi. 68. nu. 3. pri. vol. Si quis inueſtitus fuerit per beneficium,) Quod eſt nomen generale, & idē eſt, cum beneficentia, benignitate, & liberalitate. Appoſtol. ad Hebręos. c. 13. ibi, beneficentię & cōmunionis nolite obliuiſci. Iſe. in §. fi. in fi. inf. eo. & ſic per dignitatem & liberalitatem Imperatoris, licet alibi
4 beneficiū exponitur, i. feudū. Iſe. in c. primo. n. pri. de contentio. inter domi. & vaſa. de inueſtit. feud. Ille.) Cui facta eſt conceſſio. Tantum.) Et nō plus, quia eſt dictio taxatiua. Lucas in l. vni. cir. fi. C. non licere habitato. metrocomiæ. loca ſua ad extra. trāſfr. Dēt.) Quod neceſſitatē importat. cle. attendētes, in ver. debeant. de ſtatu monacho. Habere.) Cū poteſtate petendi. l. id apud ſe. & l. habere. de ver. ſig. Hæres enim.) Qui eſt filius maſculus. §. & ſi clientulus, ſup. tit. proxi. Nō ſuccedit vllo modo,) Quæ dictio importat, ſicut dictio nullatenus, nullitatē actus. Iaſ. in l. explicito. §. ſubtata. nu. 13. ad Trebellia. Niſi,) Quæ componitur, ex ſi, & poteſt ſtare conditionaliter & exceptiue. Idem Iaſo. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. num. 32. ſi quis cautio. Ab Imperatore per inueſtituram acquiſierit.) & ſic nō ſuccedunt, niſi ſucceſſores ipſi acquiſierint per inueſti-

inueſtituram. Sed hodie eſt uſurpatum ex conſuetudine alia quòd dantur deſcendentibus in infinitum. Aluaro. in §. præterea ducatus. columna tertia, poſt medi. de prohibit. feud. alienand. per Fredericum.

Declarato textu, dubia reddebatur eius conſultatio: nam ſecundum primum intellectum Iſern.
6 exemplificatur in eo qui purum honorem, & ſolam habet dignitatem. Aut. vt ordinariæ præſe. circa pri. Dignitatem dico ſine adminiſtratione. lege prima, in ver. coloniæ. ff. de cenſibus; nam illuſtrem dignitatem conſequutus. l. nullus. Codice de decurio. indulti honoris inane nomen retinet. lege neminem. d. titu. Codice de decurio. lib. 10. vt Comes ſine comitatu. Aut. vt ab illuſtri. & qui ſuper eam digni. in uer. Comites. Dux uel Marchio ſolum titulum tamquam officium tenebant. Cam. in §. præterea ducatus. columna ſecunda in pri. & car. 92. colum. 3. poſt medi. de prohi. feu. alienan. per Frede. Ideo Marchia, ducatus, vel comitatus nõ tranſit ad hæredes, vt per Iſer. & doctores hic. Sed videtur, quòd Comes & Prælatus non ſit, niſi qui de iure eſt Comes ſeu Prælatus. Bald. ſupra, de his qui feu. dare poſſu. in ver. Marchio. in pri. modò Comes & ſimilia quòd ſapiunt cauſam proprietatis non debent eſſe abuſiua, ſed cum effectu, & ut ius ſignificat. l. nomen filiarum. in fin. de verborum ſign. Secundò heres in feudo, eſt filius maſculus, vt ſupra, ergo etiam quòd Marchio & ſimiles iſtam adepti fuerint dignitatem, fortunam quam naſcendo meruerunt, ſuffragijs atque ambitione non mutent. l. decurio. d. ti. C. de decurio. Sed quem primum militando elegerunt ordinem perſequentur, l. quidam. C. de palati. ſacra. largi. Tertiò; per nomina rei veritas habetur. §. pri. Aut. de defen. ciui. modò dicendo Marchiam, Ducatum uel Comitatum, debet intelligi de vero Ducatu, Comitatu vel Marchionatu: quia verba debent intelligi de actu valido & perfecto. Loffr. in con. 1. nu. 43.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium: & ratio eſt, quia beneficia perſonalia non tranſeunt ad heredes, niſi expreſſe ſit dictum. Afflict. in §. fina. in ſecundo no. poſt numerum tertium, ſup. de aliena. feu. & de natura ſucce. feu. nume. decimo quinto.

Qua ſtante, non obſtat primum: nam ſunt Comites, ſed habent inane nomen honoris. Lucas in dicta l. neminem. circa fin. Codice de decurio. exempla ponunt Iſern. & alij hic. Non obſtat ſecũdum, nam licet non ſuccedat in illa dignitate, erit tamen hæres in patrimonio, ſicut miles vnum in vno & alterum in alio habebit hæredem in patrimonio. l. cogi. §. ſed & ſi. ff. ad Trebellia. l. Ius noſtrum. cum ibi not. de regu. iur. Vltimum non obſtat, nam conceſſio tituli perfecta eſt, quatenus in ſe eſt, poteſt perfeci tamen amplius. glo. in pri. in ca. quapropter. 27. quæſt. ſecunda, per realem conceſſionem.

Sed quia dignitas ſine ſubiectis contemnibilis eſt. Archid. in cap. diaconi, lo prim. circa medi. 93. diſt. & potior eſt qui cum honore habet adminiſtrationem. Bald. in conſi. 387. circa medi. primo volum. ideo alter intellectus & communis eſt, quod iſta dentur in feudum rectum, & contineant ſub ſe terras, caſtra, & villas ac vaſallos, ut Ducatus Calabriæ & ſimiles. In quibus pro dubio videbatur dicendum, quòd ſuccedant filij: quia cum hæres quis factus eſt, omnia iura in eum tranſeunt. l. eum hæres. de acquiren. poſſe. maxime in filio. l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. tanto magis, quia ſucceſſor dicitur capere dignitatem, & eam habere principali beneficio, a quo proueniunt dignitates. Lucas in lege ſecunda, columna penultima poſt medi. Codice de fun. rei priua. & non a defuncto. l. ſi arrogator. de adoptio. Secundò, omnia iura æquitatem præponunt. Iſer. in §. his conſequenter, circa fin. hic finitur lex. modò æquitas, & ſecundum naturam eſt, quòd filius ſuccedat patri. Afflict. de natura ſucce. feu. in glo. ſecunda, num. 41. poſt medi. ergò ſuccedit in omnibus: quia una determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet ea pariformiter determinare. l. iam hoc iure. de vulga. & pup. Tertiò, contra exemplum de quo ſupra facit: nam clarum eſt, quòd dignitates de quibus hic, ſunt regales, ut in textu, & tamen regalis dignitas inuenta fuit pro feudo, licet non ſit feudum. quia non eſt in rebus ſoli. Iſern. hic num. ſecundo, in fine, & ſucceſſiue filius non ſuccedit, ac ſi eſſet feudum.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, & ratio eſt, quia data fuerunt perſonis, & cum perſonis extinguuntur. l. prima. §. fin. ff. de aqua quoti. & æſti. nec tranſeunt ad heredes, lege, priuilegia. de regu. iu. Qua ſtante, non obſtat Primum, nam in hoc voluntas principis inſpicienda eſt, quæ noluit ad hæredes tranſire. facit. l. ex facto. de vulga. & pup. Sed hodie eſt conſuetudine abrogatũ. Præpo. hic in pri. not. Non obſtat ſecundum: nam vna determinatio, & reliqua: procedunt niſi ſit diuerſa ratio. l. fin. Codice de ſenten. & interlo. omni. iudi. Hic eſt diuerſa ratio, in feudis titulatis, ab aliis, ut in §. ſeq. Vltimum non obſtat, nam ſi ſecundum iſtum intellectum, hic textus non loquitur de dignitate ſolum, ſed de dignitate cum ſolo in quo conſiſtit feudum. cap. primo, de feu. cogni. & ſic firma remanet concluſio, quod feuda dignitatum non tranſeunt ad heredes.

7 Extende primo, procedere non ſolum ſi ſit dignitas cum territorio, uerum etiam ſi ſit dignitas conceſſa ratione ſolius adminiſtrationis, ut hic: ſecundum vtrunque intellectum. Secundò, idem eſt in feudo quod eſt datum ad tempus: nam in eo non ſolum non ſuccedit heres, ſed etiam elapſo termino, is cui datum eſt priuatur. cap. primo, de feu. guar. cap. primo, de pig. feu. dato quid iuris ſit. Vltimo idem erit in quolibet alio priuilegio, quod ſi vni ſigillatim conceditur, non ſtatim omnibus conuenit. cap. hinc eſt. 16. quæſtione prima.

Limita procedere iure iſto, in Italia tamen & in aliquibus partibus Alemaniæ, etiam in prædictis dignitatibus ſuccedunt omnes filij, & inter eos diuidunt. Præpo. in §. & quia. num. 2. in fin. de his qui feudum dare poſſ. quia iſta feuda magnifica redacta ſunt ad inſtar aliorum feudorum. Afflict. hic nume. 11. circa fin. Sed hodie non diuidunt, ſed ſuccedit primogenitus. §. præterea Ducatus. de prohi. feu. aliena. per Fred. Loffre. in conſi. pri. num. 93. & 46. num. 14. & 15. & eſt conſuetudine uſurpatum. Præpo. hic in pri. & in d §. præterea ducatus. poſt medi, ſicut quòd in eo ſuccedant feminæ. Bald. in conſi. 275. num. 3. 2. volum. nam in dignitatibus regalibus, & earum ſucceſſionibus

nibus, attenditur conſuetudo, in con. feu. diuer. 1. num. 48. vnde ex conſuetudine approbata Regibus & principibus filij ſuccedunt iure hæreditario. Archid. in c. Moyſes, cir. fin. 8. quæſt. prima & conſequuntur filij honorem ex dignitate paterna. Idem Archid. in cap. quia, circa medi. de conſecra. diſt. 2. Secundò non procederet, ſi dignitas concederetur cum oppidis; quia tunc tráſiret ad primogenitum. ſed vrbanius eſſet, ſi litteras Regis expectaret. Ludo. de Moli. de Hiſpa. primog. lib. pri. ca. vndecimo, num. 12. vſque ad 21. & 28. ſed diceretur tunc per inueſtituram acquiſiuiſſe ut hic. Et procedit in feudis dignitatum, ſecus in alijs, vt in §. ſeq. Quid in dignitate Regali? vltra ſuperius dicta diſt. vt per Iac. in tract. de feu. in ver. dux. ibi, quid ſi Rex, ad numerum tertium, & in ver. Marchio. num. 6.

Nota nomina dignitatum, & eſſe dignitatis, tam ratione concedentis, quàm illius cui facta eſt conceſſio. in d. conſi. 2. feudali. diuer. nume. 32. & poſt. 155. vt de Marchia Anconitana & Treuiſana. Frede. de ſubſc. lib. ſecundo, quis dicatur Marchio, nume. pri. circa fin. Et aduerte, quòd natura dominiorum eſt, quod ſit perpetua. Bal. de eo qui ſibi & hære. ſuis. nume. 5. in fin. adeo quod vnuſquiſque videtur proſpexiſſe ſibi & heredibus ſuis, etiam quod non dicatur. Loffre. in conſ. 9. num. 2. nam quod eſt in potentia propinqua, cẽſetur eſſe in actu. glo. Pariſ. tit. pri. §. 41. num. 7. in fin. etiam quod a principio non ſperaret liberos. Bald. in ca. pri. poſt num. 3. de duobus fra. a Capi. inueſt. & ſi Princeps concedit per inueſtituram, in terminis huius textus, conferendo facit habilem, & tollit obſtaculum. Fre. de ſubſc. lib. 2. ibi, quadrageſimo octauo quæro. num. 4. circa pri. & illo actu tollit legem poſitiuam, & poteſt quando vult. Iſer. in §. nec dominus feudi. nume. 53. in fin. de prohi. feu. aliena. per Fred. Iſern. hic notat, quod feuda dignitatum non tráſeunt ad hæredes. Con. dicit ipſe, ſupra tit. prox. §. fin. & male, ſecundum glo. ibi, quia dicit eſſe uſurpatum: quod verbum ponitur in malam partem: ſi male, conſuetudines prauæ ſunt extirpandæ. Et quomodo hodie tranſeunt ad hæredes. d. §. præterea ducatus. & ſi tranſeunt, non poteſt eſſe una & eadem dignitas. l. prima, in glo. C. de metro. Beri. duobus inſolidum: ſicuti in prædio vectigali. l. communi diuidundo, la 2. §. pri. ff. com. diui. quia monſtruoſum eſt, vnum corpus habere duo capita. c. quoniam in pleriſque. de offic. ordi. & ab ipſa natura, nullus in dominio uel poteſtate deſiderat habere conſortem. Lucas in lege fin. cir. pri. C. de delatori. ideo pro ſolutione dicit Iſer. quod, vſurpatum, ponitus in bonam partem. dixi in d. §. fin. & eſt glo. in §. & quia, in ver. vſque ad vitam. de his qui feu. dare poſſ. & iſta iura tanquam incorporalia, poſſunt reſidere, apud plures. glo. in c. tuæ fraternitatis. in uer. ſectionem. de præbendis. c. pri. & ibi glo. pri. & in c. ex inſinuatione. de iure patronat. & duo habere dominium & iuriſdictionem inſolidum. gloſ. ſecunda, circa med. in ca. non autem. 7. quæſt. prima. ſicut poteſt idem ius reſidere apud quemlibet, & quilibet habere ſeparatum & ſpeciale ius. glo. in ca. loquitur. in uer. inſolidum. 24. quæſt. prima: nam ius aliud eſt, & aliud ipſa res. Hoſti. in Sum. de feudis. ibi, quis poſſit. circa med. & dicimus plures in uno fundo dominium iuris intellectu, non diuiſione corporum obtinere. lege, Mæuius. §. duorum. circa medi. de leg. ſecundo.

Infert Iſern. ad quæſtionem, ſi decimæ poſſunt
nulli licet eccleſiam de manu laici recipere. Intellige quando dat vti prælatus, & recipit ut a prælato. Archi. in cap. nullus. in fin. & ſeq. poſt pri. 16. quæſt. 7. Poſſunt tamen per inueſtituram laicorum recipere vaſallagia & alia temporalia. Archi. in d. c. Adrianus. Ita in propoſito, poſſit dari in feudum commoditas decimarum. Bald. in conſ. 274. circa pri. 5. volum. & illarum fructus poſſunt etiã hodie concedi laicis in tempus uitę. Præpo. qui feu. dare poſſu. in pri. poſt nume. 30. nam licet ius decimandi non cadit in laicum, fructus decimæ ſic. Pau. de Caſt. in conſil. 46. colum. fin. in pri. 2. volum. Et decima quæ a laico poſſideri non poteſt, ad certum uitæ tempus concedi poteſt. Fred. de ſubſe. lib. 2. ibi, pluribus, num. 44. circa medi. & ſi excedit limites in exigendo punitur. glo. in clemen. prima, in ver. eccleſijs. & in ver. prohibuerint. circa finẽ, de decimis, & dicitur tunc feudum incorporale. Iaſ. in ſua repe. feu. in pri. nu. 124. quod conſiſtit in iuribus. Aluar. ſupra in proœ. num. 41. & patientia ſufficit pro traditione. Bald. in ca. pri. in pri. num. 4. & §. ſacramentum, num. 16. in fin. de conſu. recti feu. intellige ſi fuerunt conceſſæ ante Concilium Lateranenſe. ca. 2. §. ſane. de decimis. in 6. quod ſancte prohibuit. ca. prohibemus. de decimis. Petrus Rebuf. In trac. decimarum d. quæſt. 10. num. 12. non poſſet tamen illas ſubinfeudare. Iaſ. de his qui feu. dare poſſi. cir. fin. in 4. limi. Cur. in tracta. feu. in 4. par. prin. num. 87. Præpo. in ca. 1. num. 6. de feu. cog. Poſſunt tamẽ dari in feudum. Cap. in ſua inueſt. in ver. feudum dant. ibi, pręlati eccleſiarum, in quinta conclu. & ibi, infeudat. in 4. limi. Iacobi. in ver. cum mero mixtoque Imperio. in fi. poſt num. 21. aliàs non poſſidentur ſine titulo. not. in cap. 2. de reſti. ſpolia. in 6. nec ſufficit bona fides ad præſcribendum. Afflict. in ca. ſiquis per 30. in glo. poſt num. pri. ſi de feu. fue. contro. inter domi. & ag. ſed debet probare conceſſionem fuiſſe ante Concilium Lateranenſe. Bald. in conſil. 462. pri. volum. & ſi de tempore non apparet, pręſumitur habuiſſe ante Concilium Lateranenſe. Præpo. ſupra, qui feu. dare poſſi. in pri. poſt nume. 29. Pau. de Caſt. in conſi. 139. poſt nume. 2. 2. volum. & licet non poſſit acquirere etiam per tempus immemoriale, niſi ſit ante Concilium Lateranenſe. Caſſan. in conſu. burg. rub. prima. §. 2. ibi, & la pruue, num. 12. ſufficit tamen ſi conſtet de poſſeſſione cuius initij non eſt memoria: quia tunc uidetur facta conceſſio ante Concilium Lateranenſe. Loffre. in conſ. 40. colum. 12. cir. fi. poſt
9 nume. 48. quando autem fuerit dictum Conciliũ. Io. An. in c. nemo. in glo. 2. num. 3. de electio. in 6. Abb. in ca. cum apoſtolica. poſt nu. 11. de his quæ fiunt a præla. ſine conſe. capitu. & fuit in anno. 1179. ſub Alexandro 3. ſic dictum, quia fuit celebratum in eccleſia ſancti Io. Lateranenſis. & quia prohibuit, quod eccleſia non poſſit infeudare decimas. pro infeudatis, quia fuerunt ſemel expropriata, non potuit laico iure ſemel quæſito præiudicare, de quibus cognoſcit iudex ſęcularis priuatiue ad omnem eccleſiaſticum. glo. Pari. titu. 1. §. 46. num. 16. vſque in fin. tunc laicus habens decimam in antiquum feudum ab eccleſia, dat eam Capitulo, cum conſenſu Epiſcopi. Zaba. in clem. 2. §. quod ſi. ibi, tertiò quęro. de rebus eccle. non aliena. & licet non poſſit alienare in laicum, poſſet in eccleſiam. Præpo. in ca. ſecundo, in fin. apud quem uel quos. Prohibetur alienatio & tranſlatio; non autem pignoratio uel hipotheca, etiam quod fiat laico ſine authoritate epiſcopi. d. glo. Pari. tit. pri. §. 46. num. 16. in fin. poſſet tamen clerico de conſenſu dioceſani. Abb. in ca. fin. num. 4. de decimis. nec poſſit vltra quinquennium vendere ius percipiendi fructus ſine conſenſu domini. Alberi. in l. monumenta, nume. 3. Codice de lega. an autem poſſit capere ad firmas, vendere vel pręſcribere. Caſſa. vbi ſupra. §. ſexto. in pri. num. 34. Zaba. in clemen. diſpendioſam. num. 21. de Iudicijs, & ſi eſt conceſſum priuilegium ſuper decimis, nõ extenditur ad quæſitas poſt Cõcilium. Idem Caſſa. rub. 9. §. 16. ibi vademeurer, num. 29. & dicitur concilium, a con, & cilium, quia ibi homines congregantur & conueniunt, ſicut cilia oculorum quando clauduntur. Archid. in cap. canones. 15. diſtinctio.

Quid ſi decimæ fuerunt datæ ab antiquo laicis, ut defendant eccleſiam ab hęreticis, ſuccedũt, etiam quòd non deberent ſuccedere. Præpo. vbi ſupra, de his qui feu. dare poſſ. in pri. poſt nu. 29. vnde illarum fructus poſſunt concedi ad uitam pro patrocinio eccleſiæ. Zaba. in clemen. 1. in pri. poſt num. 17. & 19. de rebus eccle. non aliena. ita laicis in feudo antiquo debentur decimę. Zaba. in clemen. 2. poſt nume. 4. de decimis. quando retineant, & quomodo docebunt per inueſtituras antiquas habitas ab eccleſia, Petrus Rebuf. in d. tracta. de decim. in 13. quæſt. nu. 69. 70. & 71. Prędicta in decimis ſpiritualibus: tẽporales uero, quas habent domini terrarum a laborantibus in eorum territoriis, poſſunt dari in feudum. Cap. in ſua inueſt. in uer. feudorum genera. ibi, feudum decimarum, & conſtituitur ſuper annua præſtatione, ſicut in feudo de caneua, & de camera, & in omnibus quæ ſunt inter immobilia. §. hęc ergo. Aut. de non aliena. & licet ſint incerta, ſicut ſoldata gagia ſeu ſtipendia, tamen ſi euacuatur in uno anno, expectatur in ſequenti. Iſer. hic, & de notis feu. in prin. ſicut in partibus Francię conſtituuntur decimę ad faciendum quædam officia, quæ communiter pertinent ad Epiſcopum & Archidiaconum. Innocen. in c. adhæc. circa fin. de offic. Archid. & dicitur feudum corporale, quia conſiſtit in mobilibus, incorporale (de quo ſupra) quia conſiſtit in iuribus. Præpo. ſupra in prælu. num. 62. in illis ceſſio habetur pro traditione. Idẽ Præpo. de conſu. recti feu. circa fin. prin. in hac inueſtitura. c. 1. in fi. de feu. cog.

Quid in iure patronatus? per ſe ſtans, & principaliter conſideratus, non poteſt dari in feudum: ſecus ſi eſt rei annexus, quia ſimul cum ea poteſt transferri, & in totum alienari. glo. 10. Pari. nu. 5. tit. pri. §. 37. Iſer. indiget accommodatione, ut late per a poſtillantes. ibi, ſi uero in feudum detur, trãſit ad ſecundum intellectum, de quo ſupra. & eſt, ut non ſolum gerat officium Comitis, Ducis, uel Marchionis. Idem Iſer. in cap. pri. poſt nume. 2. de feu. guar. & in cap. primo, in uer. quod ſi ueritatem. poſt nume. 3. ſi de inueſt. inter domi. & vaſa. quæſtio oria. uerum etiam habeat effectum feudi, videlicet quod ſit uere Comes, Dux uel Marchio, ut in Comitatu Sancti Seuerini, Ducatu Calabriæ, & Marchionatu Piſcarię, quę tranſeunt

ad

uaſores. circa fin. ibi, notandum eſt. de his qui feu.
dare poſſ. Vnde res quæ erat Regalis munificen-
tię, mutatione perſonę mutatur conditio rei: &
quod penes me erat vno iure, ſi transſertur in a-
lium, erit alio iure. Iſern. Qualiter vaſa. iurare de-
beat fideli. num. 3. poſt medi. ita etiam reſponde-
tur Secundo. Non obſtat vltimum, nam illud pro
cedit in eo, quod obuenit ratione rei, ſecus in ijs
quę veniunt ratione perſonę concedentis, ut ſu-
pra eo. circa prin. nam in iſtis, mutata perſona mu
tatur qualitas beneficij, ca. vni. §. fin. de iure patro.
in 6. & ſic remanet firma concluſio, ꝙ feuda quę
7 dantur a Capitaneia maioribus vel minoribus val
uaſoribus, tranſeunt ad hęredes.

Amplia procedere tam in feudis planis & de ta
bula, quàm etiam in quaternatis, quorum collatio
ſpectet ad baronem. Afflic. in conſt. poſt mortem.
num. 2. de morte baronis. Iſer. in §. ille tamé. poſt
num. 7. & 10. de contro. feu. apud pares termi. itē
habet locum tam in feudo nouo, quàm antiquo,
vt hic. Et procedit etiam in feudis dignitatum, in
quibus hęres ſuccedit ex pacto, ſupra eo. in pri. &
ſupra tit. proa. §. fin. ubi Afflict. poſt num. 8. Limi
ta tamen procedere in feudis datis a Capitaneis
vel valuaſoribus, ſecus in regno, principatu uel gu
bernio populi: nam illa non ſanguini deferuntur,
ſed uitę, & illi traduntur quem Deus elegit. cap.
Moyſes, & c. ſi ergo. 8. quęſt. pri. Afflict. in d. § fin.
num. 5. in fin. Item procedit in uero feudo, ſecus
in adminiſtratione officij, ſupra eo. in pri. ſecun-
dum pri. intellectum. Vltimo procedit in hærede
ſanguinis: nam hęres extraneus, non ſuccedit in
feudo. Iſern. in c. Titius. lo vlti. cir. fin. ſi de feu. de
fu. mili. controue. fue. Nota, quòd feudum perpe-
tuum tranſit ad hęredes, non quod non perpe-
tuum, de quo ſupra eo. in principio Hoſt. in ſum.
de feudis. ibi, qualiter feudum diſtinguatur. poſt
medi. & inueſtitus a Principe eſt magis nobilis
quàm inueſtitus ab inſeriore. Prępo. infra, Quis
dicatur dux. poſt num. 2. Item quòd feudum digni
tatis cohęret perſonę & ſanguini. Fred. de forma
inueſt. lib. 3. ibi, differentię inter feuda regalia. ver.
decimaſeptima. & ſeq. & feuda alia mortiritia, &
alia gentilitia. Idem Fre. de ſubfe. lib. primo, de an
tiquo ſtatu regni. poſt num. 65. 66. & 67. Ad Iſer.
theoricam, adde quę ipſe dixit, de eo qui ſibi & hę
re. ſuis. in pri. & in §. ſimiliter, lo pri. de Cap. qui
curi. vendidit. vbi ponit, quando frater excludit ſo
rorem, conſobrinam, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Et, auget non determinat uel reſtringit, ſed diuer ſa copulat.*
2 *Similiter, denotat ſimilitudinem facti, quandoque iuris, ad præcedentia.*
3 *Intelligere, importat ueritatem, quandoque fictionem.*
4 *Conſobrini, ſobrini, & patrueles qui.*
5 *Simul, denotat ſolam temporis identitatem.*
6 *Niſi, diſponit, quandoque non.*
7 *Tenor inueſtituræ derogat omni naturæ feudorum.*
8 *Idem, eandem ſubſtantiam ſignificat.*
9 *Valet conſuetudo, quod fœmina ſuccedat.*
10 *Frater non ſuccedit fratri, in feudo nouo.*
11 *Pactum proficit ad nouum contractum.*

AD §. ET SIMILITER.

1 ET,) Auget non determinat vel reſtrin-
git hæc dictio, ſed diuerſa copulat. Lu-
cas in l. prim i, colum. 3. circa medi. Co-
dice, de caſtrenſ. pecu. mili. Similiter.)
2 † Denotat ſimilitudinem ad præcedentia. l. Cle-
mens patronus. ff. de hære. inſti. ca. cum tu. de teſti-
bus. §. ſimiliter. inſt. de excuſa. tuto. ſ. facti. Soci. in
conſi. 281. num. 3. 2. volum. quandoque iuris, ut
hic. Bald. in l. Gallus. §. nunc de lege. circa med. de
3 lib. & poſthu. Intelligendum eſt,) Quod impór-
tat veritatem, quandoque fictionem. Caſſa. in con
ſu. burg. rub. 9. §. 12. ibi, & ſe entend ſeperation, in
4 pri. In conſobrinis,) Qui proprie dicuntur filij dua
rum ſororum. glo. ſecunda, in cap. primo 35. quæ-
ſtione prima, improprie, vt hic, ſunt patueles filij
duorum fratrum. Bald. ſupra in §. pręce. nume. 5.
circa medi. ybi Afflict. in fi. pri. aliàs ſi proprie, o-
porteret textum iſtum intelligere in feudo mater-
no, vel obuento ab auia materna, ut per Iſern. hic.
ſobrini vero vocantur conſobrinorum filij. cap. de
inceſtis. in ver. conſobrinæ. d. cau. quæſtione ſecun
da, & tertia, & ſic in beneficio paterno non ſolum
ſuccedunt filij & nepotes occaſione inueſtituræ
patris vel aui, verum etiam filij duorum fratrum.
5. † Si duo fratres ſimul.) Quod denotat ſolum
temporis identitatem. Zaba. in clemen. vni. in pri.
num. 7. circa fin de Sum. Trini. Inueſtiti fuerint de
beneficio nouo, & non de paterno.) Quod habuit
initium a fratribus, non a patre. §. fin. ſupra, de ſuc-
ce. feu. licet poſſit dari feudum nouum poſſiden-
dum vt antiquum. in con. feu. diuer. 49. num. 19. in
pri. Si vnus eorum ſine deſcendentibus maſculini
ſexus mortuus fuerit.) Dicit, maſculini ſexus, cum
appellatione deſcendentium veniant etiam fœmi-
næ. Loffred. in conſi. 39. nume. 9. Dominus ſucce-
dit, non frater.) In feudo nouo. Affli. in §. & quia,
6 columna ſecunda, in pri. de his qui feu. dare poſſ.
Niſi,) Quę dictio diſponit, quandoque non. Bald.
in ca. niſi. poſt num. 3. de offi. legat. Pactum fuerit
in inueſtitura, quòd frater fratri ſuccedat,) Nam
7 tenor inueſtituræ derogat omni naturæ feudorũ,
ideo ſemper eſt ad eam reccurrendum. Afflict. de
duobus fra. a capita. inueſt. in quarto not. num. 5.
pactum proficit ad nouum contractum. l. ſi unus.
§. pactus ne peteret. & l. ab emptione. in fin. ff. de
pactis, & æquiperatur conſuetudini. Lucas in lege
ius emphiteotici. col. ſecunda, poſt pri. C. de iun.
patri. Per pactum enim frater ſuccedit, & non do
minus, quia plus operatur pactum quàm lex. Af-
flict. hic in 4. not. Immo dicitur lex, quia ſeruatur,
vt lex. l. ſecunda, in gloſ. 2. de aqua pluuia acce. &
idem poteſt vnum quod aliud. l. domini prædio-
rum. in gloſ. prima, in fin. Codice, de agrico. & cen
ſi. & quod. p teſt fieri per legem, poteſt fieri &
per pactum. l. non impoſſibile. vbi Bart. & glo. fin.
in fin. ff. de pactis. Et quod diximus de fratribus, vt
vnus ſuccedat alij per pactum, Idem,) Quod ean-
8 dem ſubſtantiam ſignificat. Bald. de vaſa. decrepi.
ęta. in pri. Dicēdum eſt de filiabus, ſi hoc pactum
concilieт.) Ideſt, per pactum fuerit conuentũ. nam
conciliatione capitur, vt dicunt Gramma. in ver.
concilio. in fine, & ſic filia quæ non ſuccedit in feu
do. §. filia. d. titu. de ſucce. feu. nec uenit in ſubſtitu
tione fideicommiſſaria. Soci. in conſi. 73. 4. volum.
vel in materia differenti. Zaba. in clemen. prima,
poſt

poſt num. 7. de electio. per pactum ſucceditur, ſicur per conſuetudinem, quæ valet & inducitur vnico actu. In conſi. feu. diuer. pri. nume. 6. 7. & 120.

Declarato textu, impugnabatur eius conſultatio. & primò, conuentio priuata, ſicut non poteſt facere liberum neque ſeruum. l. conuentio. ff de libera. cau. ita videtur quòd non poſſit admittere qui nō debebat admitti; quia priuatorum conuentio iuri publico non derogat. l. neque pignus. de reg. iur. Secundò, frater non ſuccedit fratri in feudo. §. cum uerò Corradus. de his qui feu. dare poſſu. ergò pactum quod ſuccedat eſt reprobatum, & tanquam reprobatum non debet ſeruari. Iſern. infra, de feu. dato inuicem legis com m. poſt num. Vltimò femina non ſuccedit; quia non poteſt facere pugnam. §. hoc autem, & ibi Iſern. d. titu. de his qui feu. dare poſſunt. modò ſi admitteretur ex pacto, ius reipublicæ mutaretur: quod fieri non poteſt. lege prima. §. fina. circa medi. ff. de magi. conueni.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium. & ratio eſt, quia pactum ſpeciale facit licere, quod alijs non liceret ſine pacto. Iſer. in §. fratri. nu. 16. d. tit. de his qui feu. dare poſſ.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam quod frater vel filia non admittatur, eſt, quia dominus noluit. vnde ſi vult poteſt, de re ſua facere quod libet. l. in re mandata. Codice, mandati. Non obſtat ſecundum, nam non eſt verum quod ſit reprobatum, admitti fratrem ad ſucceſſionem: ſed eſt inſpicienda voluntas dominorum. Bald. in §. ſi duo fratres. num. 3. in fin. de duobus fratri. de nouo bene. inueſt. ideo ſi non dixit, noluit: ſi dixit, ſic. quia uoluntas probatur per verba. Lucas in l. fin. colum. 2. in pri. Codice, de fundis patrimo. Vltimum non obſtat: nam licet fæmina non poſſit facere pugnā per ſe, poſſit per alium. d. §. hoc autem. nec refert per quem fiat. glo. fin. in l. ſecunda, Codice, de donatio. ante nupt. dummodo ſit idoneus & acceptabilis domino. Iſern. in §. firmiter. in pri. de prohib. feu. aliena. per Fred. & ſic firma remanet concluſio, quod frater non ſuccedit fratri in feudo nouo.

10 Idem in filia, niſi ex pacto, ut hic. & textus eſt in l. ni. C. ſi ſocius Imperia. libera. & in l. j. ff. de iure immu. ſecundum Iſer. hic.

Et habet locum, etiam ſi is qui acquiſiuit feudum, ſtetit in communione cum alijs: nam tūc fructus tantum eſſent communes, & poſt mortem non ſuccederent. Iſern. in cap. ſi duo fratres. poſt pri. de duobus fratr. de nouo bene. inueſt. Vltimo haberet locum in feudo etiam antiquo, de quo defunctus cum conſenſu alterius fuit inueſtitus, ut de feudo nouo: nam tunc frater non ſuccederet. Iſern. in cap. primo, num. 9. infra, de natura ſucce. feu. Limita, niſi frater ex communibus bonis, uel ſimul cum alio habitans emerit, domino ſciente: nam tunc etiam quod ſit nouum, ſuccederet. Iſer. infra de benefic. fra. num. ſecundo & tertio, & habet locum in feudo nouo, ſecus in paterno ut hic. Item procedit iure iſto, hodie ſecus. Lof. de notis feu. circa fin.

Nota, quod per pactum augetur effectus obligationis naturalis, qua aliàs quis non cogeretur, ſed per pactum ſic: & deducitur in pactum id ad quod tenetur. Zaba. in clemen. vni. in pri. poſt nume. 21. de uſuris. Item nota, quod feudum in dubio præſumitur magis antiquum quàm nouum Ludo. de Moli. de Hiſpa. primog. lib. 2. ca. 2. num 16. Afflict. in cap. fin. poſt nume. 15. quo tempore miles. & ſic eſt nouum, & conceditur Marchioni, non dicitur eſſe de Marchia. Bal. in §. præterea ducatus. nu. 7. cir. fi. de prohi. feu. alie. per Fre. Iacobi. in ver. Marchio. nu. 8.

An maritus ſuccedat uxori in beneficio. Tit. XV.

SUMMARIUM.

1 *An, eſt aduerbium interrogandi.*
2 *Maritus, unde dicitur.*
3 *Succedere dicitur etiam is, cui per ius accreſcēdi emolumentum acquiritur.*
4 *Uxor, vnde appellatur.*
3 *Mariti, & uxoris nomen, ſolum coniugio carnali copula conſummato, uerificatur.*

AD RUBRICAM.

1 AN.) Eſt autem hoc aduerbium interrogandi. Lucas in lege ſecūda, in pri. de iure reipubl. & in l. litibus, colum. 2 ſecunda, in pri. Codice, de agri. & cēſitis. Maritus.) Ideſt, maritus in cognoſcendo carnaliter uxorem. Archid. in cap. viduam. 34. diſt. vel a mare, quaſi mas, vnde proprie dicitur habens vxorem. Lucas in leg. ſecunda, poſt pri. Codice, de periculo. bono. ſubla. & in l. mulieres. in pri. Codice, de incolis. Succedat.) Quod ver-
3 bum conuenit etiam illi, cui per ius accreſcendi emolumentum acquiritur. Loffred. in conſi. 15. nume. 10. hic non eſt acquirere, ſed acquiſitionem defuncti intrare & continuare. glo. Pari. tit. ſecundo.
4 §. 56. poſt nume. 18. Vxori,) Sic dicta, quaſi in vſu viri. Pau. de Caſt. in conſi. 154. num. 3. circa fi. pri. volum. vel quaſi vnctio. Mos enim erat antiquitus, vt nubentes puellę ſimul venirent ad limē mariti, & prius quam ingrederentur, ornabant hineis viros, & oleo vngebant: & in ipſa feſtiuitatē nuptiarum, accipiebant aquam & ignem, in cuius locum hodie apud fideles, eſt ſacerdotalis benedictio; quæ fit cum aqua benedicta. Lucas in l. 3.
5 in pri. C. de fide inſtrum. † Et prædicta nomina ſolum in coniugio carnali copula conſummato verificantur. Abba. in c. tertio loco. colum. fi. cir. pri. de præſumptio. & eſt textus in l. non ſinē. C. de bonis quæ libe. In beneficio,) Ideſt, feud. dixi ſup. de feu. Marc. in pri. num. 4.

SUMMARIUM.

1 *Si, multis modis accipitur: hic uero exponitur, an.*
2 *Fęmina, a flexu dicta: & ſignificat inferiores partes corporis.*
3 *Habere dicitur, qui dominus eſt.*
4 *Nullo modo, idem quod nullatenus: & poſita in lege, tantum importat, quantum clauſula decreti annullatiua: & impedit ne poſſit diſpenſari contrarium.*
5 *Niſi, exceptiue ſumitur.*

6 *Specia-*

6 *Specialiter, ideſt ſingulariter.*
7 *Aequitas quæ ſit.*
8 *Hæc, hoc, & dicta, cum ad aliud ſe habeant, in du bio referuntur ad proxima.*
9 *Maiores ualuaſores, minores & minimi, qui dicantur.*
10 *Maritus non ſuccedit uxori in feudo.*
11 *Uxor ſi uigore ſtatuti debet aliquid habere in bonis uiri, non procedit in feudis.*

AD TEXTVM.

1 SI,) Particula iſta, ſi, multipliciter ſu-
mitur: hic verò exponitur, an. Lucas
in l.4. in pri. C. de bonis vacantib. Fę-
2 mina.) Quæ a flexu dicta eſt, & infe-
riores partes corporis ſignificat, vt
dicũt Grãmatici. in ver. fęmen. eſt enim viro ſubdi
ta. Apoſto. pri. ad Corin. c. 11. & illi tenetur ſerui-
re commmuni lege naturæ. ca. eſt ordo, cum ſequen.
c. cum caput, cap. cum Adam. & ſeq. 33. quæſt. 5.
3 Habẽs.) Quia domina. l. ſtipulatio iſta, habere lice
re. §. hæc quoq́ue. de ver. obl. Beneficium.) Quod
ex beneuolentia habuit. Ita quòd proprietas re-
manſit penes dantem, & vſuſtructus tranſiuit in
fęminam. §. huius autem generis. In qoibus can.
4 feu. amit. Et maritum, moriatur, nullo modo,)
Quod idem eſt, quod nullatenus. & poſita in lege
tantum importat, quantum clauſula decreti annul
latiua: adeo quòd impedit, ne poſſit diſpenſari in
contrarium. Iaſ. in l. in pecuniarijs, num. 15. & 26.
ff. de ferijs. Succedit in beneficium maritus, niſi.)
5 Excipiendo a dicto. c. vni. §. pri. in ver. niſi, ne ſede
6 vacant. in 6. Specialiter,) Ideſt ſingulariter. l. 4. §.
quęſitum. in ver. ſpecialiter. ff. ſi quis cautio. Inue-
ſtitus fuerit.) Scilicet maritus, & tunc haberet ex vi
contractus, non iure ſucceſſionis: non beneficio v-
xoris, ſed eius qui dedit. Iſern. in §. donare. num. 6.
circa fin. & poſt num. 8. Qualiter olim pote. feu. a-
liena. Et ſi ipſa fęmina filios dimiſerit, dicunt qui-
dam, filios non debere ſuccedere.) Cum ſit præte
riti imperfecti. Innuit quòd de præſenti non de-
bent ſuccedere. Pau. de Caſt. in conſi. 235. colum.
pen. circa fin. pri. volum. In beneficium matris, niſi
ſpecialiter ſit dictum, in inueſtitura matris, uel ipſi
inueſtiti fuerint, quia ſecundum conſuetudinem
regni.) Itali & Teutonici. Iſern. de noua for. fi-
deli. in fin. vocatur feudum paternum & non ma
ternum. Idem Iſern. de bene. fęmi. poſt prin. Sed,)
Quæ eſt aduerſatiua. l. vbicumque. in ver. ſed ete-
nim. ff. de uentre in poſſe. mitten. & aduerſatur
pręcedentibus. Alexan. in conſi. 29. nume. 3. circa
fin. 7. volum. Secundum æquitatem,) Quæ eſt re-
7 rum conuenientia, quæ cuncta æquat ratione: &
eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata. & æ-
quitas pro iuſtitia ponitur, nec eſſet ius, niſi æ-
quum. Lucas in l. in ſacris. colum. pen. circa fin. C.
de proxi. ſacro. ſcri. & ipſa præfertur rigori. c. vni.
de rerum permuta. in 6. no. in clemen. ſecunda, de
appella. Dicamus filios dẽt ſuccedere: hoc.) nomẽ
demonſtratiuum, hoc, in dubio refertur ad pxi-
8 me dicta, ſicut dicimus de dictione, dicta, Aret. in
l. qui iuraſſe. §. Idem Pomponi. nu. 25. ff. de iurein.
Dicimus de Capitaneis & de maioribus valuaſo-
ribus & de minoribus.) Dicuntur autem maiores
ualuaſores, qui tenent a Capitaneis, minores qui
9 habent a maioribus. Odofre. in Sum. Qui poſſunt
ſucce. in feu. num. 24. & 25. glo. 3. Pariſ. nume. 2.
& poſt tit. pri. §. 9. De minimis autem, &c) Et pro,
ideſt. Archid. in ca. Iubemus. in pri. pri. quæſtione
pri. De his qui beneficium tenent a maioribus
valuaſoribus ſic ſeruetur, ſicut inferius.) titu. ſ.
proximo.

Declarato textu, reddebatur dubia eius conſul
tatio: nam feudum eſt ſeruitus. Lucas in l. prędia.
colum. 9. poſt medi. Codice de locatio. prædio. ci-
ui. modò ſi uxori debetur ſeruitus, viro quoque
ius habitandi competit. l. penul. de ſerui. leg. multa
Bald. in con. 214. poſt num. pri. pri. volum. ergò v-
ni conceſſum, cenſetur conceſſum altera. & ſucce-
dit, quia videmus nuptam Regi, etiam uiro mor-
tuo uocari Reginam. ca. ex parte. & ibi gloſ. fin. in
fin. de foro competen. in extrauag. Io. execrabilis.
in ver. Regum. de pręben. Secundo argumentan-
do a maiore, quod eſt ualidum in cauſis feudali-
bus. Afflict. in §. ſed quia. in 6. not. num. 9. quæ ſit
pri. cau. bene. amit. videtur quod etiam in uita ſit
dominus: nam in Francia ex conſuetudine non-
nullorum locorum, quęſita per alterum ex coniu
gibus, efficiuntur communia. Hoſt. in Sum. de do-
natio. inter uirum & uxo. & ibi. Abb. in cap. ſigni-
ficauit, poſt num. 3. In ſimili dicimus, quod mari-
tus poteſt ire ad habitandum cum vxore, in do-
mo in qua ipſa habitat, & vti bonis ipſius. Bald. in
conſi. 308. 4. volum. & ſecuritas conceſſa viro, in-
telligitur conceſſa uxori. Idem Bald. in conſ. 408.
num. pri. 5. volum. Vltimo, quod non ſuccedat fi-
lius in feudo materno ſicut in paterno adducitur:
nam licet patris & matris ſit ęqualis pietas, eſt ta-
men inęqualis poteſtas. Deci. in conſi. 535. poſt
num. 3. 4. vol. etem. in con. 62. poſt num. 11. inter
con. Alex. 4. volum.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium: &
ratio eſt, quia ſucceſſio tribus concluditur gradi-
bus, aſcendentium, deſcendentium, & ex latere. §.
pri. poſt pri. Aut. de hęred. ab inteſta. veni. cum er-
gò maritus non ſit de iſtis, propterea non ſucce-
dit, niſi ſit ſpecialiter inueſtitus, ut hic: & ſecũdum
æquitatem, detrahendo aliquid ſeueritati. cap. fin.
de tranſactio. admitti filium in feudo materno,
qui aliàs ſecundum rigorem non admittebatur.

Quia ſtante, nõ obſtat Primum, nam, illud pro-
cedit in ſeruitute perſonali, quę cum perſonis a-
mittitur. l. pri. §. fin. de aqua quoti. & æſtiua. & du-
rante uita uxoris, utitur vir. quia uxor debet eſſe
in ſeruitio illius. glo. fina. in l. libertæ. C. de operis
liber. ea mortua, etiam quòd habeat nomen pa-
rum eſt, ſi non habet effectum. Auth. de priui. do-
tis. in ver. impoſuerint. Non obſtat ſecũdum, nam
procedit in allodialibus ex conſuetudine regio-
num, & in augmento poſt matrimonium facto;
nam illud debet eſſe commune. l. ex morte. in ver.
ſimiliter. Codice, de pactis conue. & tunc ſucce-
dunt, propter expenſas quas ſolent mariti facere
in ducendo uxores. Pau. de Caſt. in conſ. 154. nu-
me. 3. in pri. pri. volum. Vltimum non obſtat, nam
de æquitate admittitur filius in feudo materno, iu
ris ſubtilitate reiecta, ſicut de iure canonico. cap.
primo. cum ibi not. de dolo & contu. & ſic firma
remanet concluſio, quòd maritus non ſuccedit v-
10 xori in feudo, nec filius matri, niſi de æquitate,
intellige etiam quòd maritus ſit inueſtitus de uo-
lontate vxoris tanquam de re dotali, vel parafer-
nali; nam talis inueſtitura ſoluto matrimonio ca-
reret

reret nomine & effectu. Bald. hic, nume. primo,
poſt medi. Rurſus procedit, etiam quòd vxor de-
cederet ſine filijs vel alijs deſcendentibus. Iſern.
hic in pri. & quod dicitur de viro; ita econtra, vxor
non ſuccederet marito. Aluaro. in ca. primo, num.
3. de inueſt. quam Titius accepit a Sempron. Vlti
mò, non ſolum non ſuccederet vxori, verumetiam
nec filio in feudo materno, vel obuento ex linea il
lius. Iſern. in cap. primo, nume. 8. de natu. ſuc-
ce. feu.

Limita tamen non procedere ex pacto, quia
tunc maritus ſuccederet, vt hic, vbi Afflict. in pri.
not. poſt num. 3. & ſuccedit ex vi pacti. Bald. in cō
ſil. 273. nume. 1. pri. volum. Item habet locum in
feudis, ſecus in allodialibus. Aut. preterea, Codice,
vnde vir & vxor. qui titulus non habet locum in
feudis. Iſern. in cap. pri. in fin. d. titu. de inueſti.
quam Titius accepit a Sempro. Vltimò procedit
ſecundum ius commune feudorum, ſecus ex diſpo
ſitione iuris Longobardorum. lege fina. de ſucceſ-
ſioni. in Longobar. & Iſern. hic, cuius theorica
eſt plana.

Nota quòd maritus non ſuccedit vxori in feu-
do: ſecus de iure Longobardorum. Afflict. ſupra
eo. in rub. vel in regno Franciæ. Caſſan. in conſu.
burg. rub. 3. §. 5. in pri. num. 35. nec in iſtis per mor
tem viri ad vxorem aliquid pertinet. §. fin. de inue-
ſti. de re aliena facta: quia vt ſupra tit. C. vnde, Tit.
vnde vir & vxor, non habet locum in feudis. Caſſ.
vbi ſupra, num. 26. vnde, ſi vxor de iure municipa-
li debet aliquid habere in bonis viri, non procedit
in feudis. Aluar. in §. fin. num. 2. de inueſt. de re a-
lie. facta. Caſſa. in conſi. burg. rub. 4. §. 2. ibi, & ac-
quiſita, num. 5. circa medi. & 14. Cap. in ſua inueſt.
in ver. feuda bonorum appellatione. ibi, ſtatutum
valeret tamen in alijs: & lucratur ſi ſubſtinuit o-
nera matrimonij. Bald. in conſi. 110. 2. volum. Sed
non haberet locum in ſponſa de futuro. Idem Bal.
in conſi. 90. in fin. eo. volum. & iſto modo modi-
ficantur, quæ dicit idem Bal. hic, nume. 3. aliàs vir
teneretur reſtituere bona vxoris conſanguineis il-
lius. l. vlt. C. quorum bono.

Quid in filijs ipſorum maſculis & fœminis. l. iu
galis. de feu. & benef. conſti. Imperia. in extraordi.

Itē nota, quòd aliud bonum, & aliud æquum: &
æquum præfertur quandoque bono. l. hac lege. in
glo. 2. Codice, de pactis. & capitur æquitas in iu-
re pluribus modis. Bald. infra, de allodiis. poſt nu
me. 18. & ipſa eſt ſeruanda & non fauor. not. in c.
cum inter. de exceptio. c. in cauſis. de ſenten. & re
iud. debet enim iudex potius ſequi miſericordiam,
quàm iudicium: æquitatem quàm rigorem. & ſciē
tia quæ miſericordiam vetat, fugienda eſt. gloſſa
in cap. licet, & in ca. diſciplina. 45. diſtin. quia in iu
dicijs quod æquum eſt quæritur. Lucas in lege, cō-
gruit. C. de locato. prædio. ciuil. & præualet æqui
tas ſubtilitate repulſa. Idem Lucas in l. vni. colum.
6. circa fin. C. de expen. ludor. & ſeruabit iudex po
tius miſericordiam quàm rigorem. gloſ. in cap. al-
ligant. 26. quæſt. 7. glo. fin. in ca. veniam. 35. quæ-
ſtione 9. Sed non recedere a iure ſcripto, propter
æquitatem non ſcriptam. l. prima, cum ibi not. C.
de legi. l. placuit. C. de iudic. glo. ibi. nam debet ſe-
qui æquitatem legis, non proprij capitis. Bald. in
conſi. 97. num. 2. circa medi. 4. volum. bonum ta-
men præualet æquo. idem. Bald. in conſi. 464. num.
8. pri. volum. & ipſorum diuerſitatem ponit glo.
in l. prima, in ver. ius. de iuſti. & iure. l. prima, in gl.
prima. in fin. de vſucapio. Iſern. autem dicit quòd
iure Longobar. ſi maritus habet mundium, præpo
nitur etiam filijs in ſucceſſione vxoris: de quo mū
dio intelligitur, ſi maritus poteſt eſſe mundualdus
uxoris, Lucas late in l. quicumque. colum. ſecūda,
circa medi. cum duabus ſeq. de re milita. & dum
continuat iſtum textum ad §. & ſi clientulus. ſupra,
de aliena. feu. & §. ſi Capitanei. ſupra tit. proxi. dic
ut per eum. nam tenet, quòd filius & deſcenden-
tes ſuccedunt in feudo nouo collateralis in pater-
no, quod eſt datum a Capitaneis maioribus uel
minoribus valuaſoribus. Quod datur a minimis, re
uocat dominus quando vult: niſi precium recepe-
rit, quia tunc non reuocat niſi reddat precium. §.
notandum. de his qui feudum dare poſſunt.

De feudis datis minimis valua-ſoribus, quid iuris ſit. Tit. XVI.

SVMMARIVM.

1. *Datum, eſt nomē uerbale: ius ſignificat, nō actum nudi miniſterij.*
2. *Valuaſores, maiores minores & ualuaſini.*
3. *Quid, pluribus modis accipitur.*

AD RVBRICAM.

DE feudis,) Valuaſini, minores valuaſo
res dicuntur. Iſern. quis dicatur dux.
in ver. qui vero. in fin. Iſti tenēt a ma
ioribus valuaſoribus, ſupra tit. proxi.
in fin. maiores valuaſores dicuntur
Barones. gl. Pari. poſt nu. 6. tit. pri. §. 20. Nos verò
eos, qui tenent ab illis, quos in regno ſubfeudata-
rios, & quod tenent ſubfeudum appellamus.
Fred. de ſubfe. lib. pri. de origine Baronum, num.
44. & proinde feuda de quibus hic, ſubfeuda mo-
re noſtro dicemus. & ſic de ſubfeudis, Datis.)
1 Quod eſt nomen verbale. glo. prima, in ſimil. in l.
prima, Codice, de procurato. l. ſi ita vulneratus. ad
leg. Aquil. nam dependet a verbo, dare, quod ius
ſignificat, non actum nudi miniſterij. Decius in
conſi. 589. colum. fin. in pri. Vnde ſi detur ſubfeu-
dum, non ſufficit quod is qui donat, inducat dona
tarium in feudum donatum, & patiatur eum uti
frui. l. 3. ff. de vſufru. & quemadmodum quis vta-
tur. perſiſtendo in re donata. l. 3. ff. de actio. empt.
ſed proprie ſecundum iuris ſignificatum, tenetur
ad tranſlationem dominij. §. ſic itaque. Inſtit. de a-
ctioni. improprie, ut hic, cū transfert poſſeſſio, re-
tenta proprietate. §. huius autem generis. In qui-
bus cau. feu. amit. & ſtat improprie, ne alteretur
natura contractus. Alexand. in conſi. 156. num. 5.
6. volum. glo. in ſimil. in §. ſi quis autem. in ver.
quid datur. Aut. de non aliena. aut per muta. §. pri
mo, in ver. depoſitum. Aut. de inſtru. cautel. & fi-
2 de. Minimis valuaſoribus,) dixi ſupra, & declarat
Iſern. in §. valuaſores. nume. 9. de his qui feu. da-
re poſſu. Quid.) Interrogatiue accipitur, vt infra.
Quid iuris ſit, ſi poſt alienat. feu. Vel declarat. c. 1.
infra, in quibus cau. feu. amit. Iuris ſit.) Sine iuris
vlla

vlla cauillatione. lege, Titia. de conditio. & demonſtratio.

SVMMA IVM.

1 *Fendi conceſſio non extenditur vltra tertiam perſonam.*
2 *Tollere & ſuſpendere, differunt.*
3 *Licet, ideſt licitum eſt.*
4 *Excepto, idem quod ſecus: eſt aduerſatiua, & infertur per eam contraria diſpoſitio.*
5 *Feudum emptum mercenarium dicitur, non gratuitum.*
6 *Tunc, eo caſu, & de dictione, aut.*
7 *Plus & minus ſe habent ut pars & totum, non ut ſpecies ad inuicem reperata.*
8 *Beneficia ſudoribus deferuntur, non laſciuijs, ſolatijs uel ebrietatibus.*
9 *Maiores ualuaſores poſſunt auferre feudum a minimis.*
10 *Bona fides non patitur, quod infeudans habeat rem & precium.*

AD TEXTVM.

SI minores,) Prior dominus poterat
1 dare feudum in infinitum: in quibuſdam curijs, vltra tertiam perſonam
feudi conceſſio non extenditur. §. ſimiliter. de lege Corra. adeo ꝙ Princeps inueſtit Capitaneos, qui maiores valuaſores
appellantur. Maiores dant nillam, vel rem ſimilem ſubinfeudando minoribus, dummodo nõ ſit
cum magna diminutione iuriſdictionis, ſed modica, habito reſpectu ad totam curtim. Alexan. in
conſ. 1. poſt nu. 17. uſque ad 19. 28. ante & poſt num. 39. 5. volum. minores minimis. ca. pri. de natu. feu. qui alio vocabulo ſubfeudatarij appellantur. Fred. de ſubfe. lib. 2. quis dicatur ſubfeudatarius. num. 5. Ideo hic dicitur, quòd iure iſto, ſi minores valuaſores, qui dederunt minimis, volue-
2 rint beneficium tollere in totum, quod differt a ſuſpendere. Alua. in c. pri. nu. 13. in pri. hic finitur
3 lex. Licet, ideſt, licitum eſt. Io. An. in c. 2. nu. 3. cir.
4 med. de decimis. in 6. Eis facere, excepto.) Idẽ eſt, exceptum, quod ſecus: eſt aduerſatiua, & infertur per eam contraria diſpoſitio. Zab. in cle. vni. §. ſecus, colum. 2. poſt med. de conceſſio. præbe. Si beneficium uendiderint eis,) Nam tunc dicitur feudum mercenarium, non gratuitum, acquiſitũ mediãte pecunia. Cur. in tract. feu. in 6. quęſt. pri. par-
5 tis prin. nu. 14. in fi. & 17. Si verò precium de beneficio acceperint. tunc.) Eo caſu. Boe. in Deciſi. 38. num. 34. Aut precium reddant.) Cum non ſit ratio cur non reddent. l. diuortio. §. non ſolum. in ver. reddat. ſol. mat. Aut.) Quæ lex eſt alternatiua. §. aut nupta. & §. aut cum ſorore. ſup. Quib. modis
6 feu. amit. Beneficium dimittant. &c.
7 Declarato textu eius deciſio impugnatur ex inſraſcriptis. Et primò, plus & minus ſe habent, ut pars & totum, non ut ſpecies ad inuicem ſeperatę: ſicut eſt merum Imperium & iuriſdictio. Zaba. in cle. vni. in pri. nu. 15. cir. med. de cõceſſio. præben. Quod dr̃ de parte, dr̃ de toto. l. quæ de toto. ff. de rei vendi. Ita de maiore & minore. Idem obſeruandum in minimis, quod dictum eſt in maiorib. valuaſorib. d. c. pri. in fi. de natu. feu. & ſicut i magnis, ita & in minimis membris ſuis firmatã eccleſia habet vnitatem. c. maiorib. de prębendis. Secũdò ex nominatione acquiritur ius. no. in c. pri. de electio. in 6. adeo ꝙ eligentes non poſſunt uariare in præiudicium electi. c. pen. in ver. eligere. de reſcriptis. eo. lib. 6. multo magis vr̃, quòd non poſſit reuocare id quod eſt conſignatum: quia quod ab initio fuit uoluntarium, ex poſtfacto efficitur neceſſarium. l. ſicut. C. de actio. & oblig. Tertiò vr̃, quòd non ſit in electione valuaſorum relaxare feudum, uel reſtituere precium: quia in alternatiuis vtrumque debetur. l. cum illud. in glo. 3. ff. quando dies leg. cedat. & tunc alternatiua ponit̃ pro cõiuncta. l. generaliter. In Sum. C. de inſtitu. & ſubſt.

His non obſtantib. iure iſto ſeruatur cõtrariũ. & ratio eſt, quia iſta feuda cum ſint ruſtica, & non habeãt vaſallos, non cenſentur iure feudi. Afſli. in c. pri. poſt nu. 10. per quos fiat inueſt. & de cõtro. feu. apud pares termi. nu. 25. cir. fin. & iure iſto reuocantur ad libitum, niſi in caſibus, ut hic. quod eſt correctum, ut infra.

Qua ſtante, non obſtat primum; nam ſecũdum glo. fi. ſup. tit. prox. Iſe. & Præpo. hic, iſte textus in totum eſt correctus, quia quod dictum eſt in maioribus, idem obſeruãdum eſt in minimis. d. c. pri. in fi. de natu. feu. Fre. de ſubfe. lib. pri. de orig. Baro. ibi, fuit dubitatum. nu. 7. Non obſtat ſecũdum, nam licet poſſit prætendi, quòd electio non tribuat ius. l. ex eo. in glo. 2. ff. de milita. teſta. in caſu tamen iſto conceſſionarius erat dominus, quamuis reuocabilis. l. pri. de in diem adiectio: & bene-
8 ficia ſudoribus deferuntur, & non laſciuijs, ſolacijs, uel ebrietatibus. Lucas in l. pe. cir. fi. C. de apparit. magiſt. mili. licet acquiratur quandoque precio dato. Iſe. in §. ſed & plures. nu. 5. in fi. per quos fiat inueſt. & illud precium in caſu reuocationis ſecundum diſpoſitionem huius textus, neceſſe erat reſtitui. Nõ obſtat vltimum, nam in alternatiuis vtrumque eſt in oblig. l. cũ hæreditas. in gl. pe. ff. qui & a quib. l. obligationũ fere. de act. & obl. l. græce. §. ſi quis. in ver. ſtichum. de fideiuſ. hoc modo dr̃ vtrumque deberi, ſed vnum eſſe in ſolutione: & ſolutione vnius liberari. l. illud. in glo. pri. de cõſti. pecu. l. ſi illud. cũ ibi no. l. Męuius. §. duorũ. in ver. homines. de leg. 2. & in l. ſi quis ita. de auro & arg. leg.
9 & ſic firma remanet cõcluſio, ꝙ maiores valuaſo. poſſunt auferre feudum a minimis quãdo uolunt.

Amplia idẽ eſſe in feudo guardiæ & caſtaldiæ, quia tranſacto anno. c. pri. de pig. dato feu. quid iuris ſit. & iure antiquiſſimo in alijs feudis, quia ad domini nutum qñ volebant, poterant auferre. §. & quia. de his qui feu. dare poſſu. Vltimò, idẽ eſt in feudo dato ad tempus, quod põt fieri per Regẽ: nam tunc elapſo tempore poſſet reuocari, ſicut fieri allodium. Afſdi. in c. feudum ea lege, in 7. not. nu. 8. ſi de feu. fue. contro. inter domi. & ag.

Reſtringe tñ, ſecundũ diſpõnem huius textus, q hodie eſt correctus ut ſup. Secũdò nõ procederet ſi feu. eſſet emptum, quia tunc tenet̃ reſtituere precium vel dimittere rẽ, ut hic. Vltimò hẽt locum in feudis ruſticis datis minimis valuaſ. alia uero non põt auferri ſine cognita culpa p laudamẽtum parium. c. 1. de feu. ſine culpa non amit. Quid aũt ſit feud. ruſticum. Cap. in ſua inueſt. in ver. feudorum genera. ibi, ruſtic. feudum. Nota qđ vaſallus Comitis, Baronis, põt ſub ſe hẽre alium vaſallũ. Afſl. in conſt. ſi quando. in 10. not. nu. 10. de pęna ſor.

ſudi. & quod dat, non iure ſeudi cenſetur. §. fin. d. tit. de his qui ſeu. dare poſſu. qui accipit non eſt vere nobilis, eum ſuleat parum aut tenue feudum obtinere reuocabiliter, dicitur planum & de tabola, ac teneſia, ac tenimentum terrarum, quod eſt alterius naturę quàm feudum quaternatum. Fred. de ſubfe. lib. 1. de origene Baro. ibi, ſuit dubitatum. num. 31. io fi. 34. poſt medi. & lib. 2. quid dicatur
10 ſubfeudum. in regno. num. 10. & 11. Item nota, quod bona fides non patitur, quòd infeudatus habeat rem & præcium. Præpo. hic. nu. 2. in Iſe. non ſunt alia præter ſuperius dicta. Ideo aliter non inſiſto.

Quibus modis feudum amittatur. Tit. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Relatiuum, quis vel qui, poſitum ſine copula, reſtringit ſuum antecedens.*
2 *Amitiatur, uerbum per ſententiam intelligetur.*
3 *Titulus iſte, quod non eſt ſuperfluus.*

AD RVBRICAM.

MOdus) & cauſa licet differant. gl. rub. ff. de condit. & demonſt. & alibi, modus, pro qualitate capiatur. l. pri. in ver. adeo odum. ne quid in flu. publi. in iſta materia videtur quod ſit idem quòd cauſa, vt in rub. in quibus cau. feudum amit. & qui fuit pri. cau. beneſ. amit. in pri. & ſic cauſæ, quibus ſeudum amittatur, hic ſubijciūtur, nam cū non ſufficiat omnis occaſio. c. pri. d. tit. In Quibus cau. feu. amit.) Immo propter modicam ingratitudinem non priuetur ſeudo. Bal. in c. cum adeo. nu
1 me. 5. de reſcriptis. Relatiuum poſitum ſine copula, reſtringit ſuum antecedens. Pau. de Caſt. in cōſil. 418. colum. pri. poſt medi. pri. volum. ſ. ad cauſas tantum, quibus ſeudum amittitur per ſenten-
2 tiam. Hoſti. in Summ. de ſeudis. ibi, quibus modis ſeu cau. ſeu. amitta. in fin. nec iſte titulus eſt ſuper-
3 fluus, licet ſit idem cum tit. Quibus modis feu. ami. lo pri. cū hic clarius aperiatur, quod erat prius diſpoſitum. Deci. in l. fin. num. 9. C. de pactis: prius confuſe dixerat, nunc apertius. aut. de fideiuſſoribus. in ſum. io fi. poſt nu. 12. & licitum eſt repetere materiam, vt aliquid addatur. Alnato. in rub. hic poteſt eſſe tit. quibus mod. feu. ami. cir. medi. & ſi de inueſt. inter domi. & vaſa. lis oria. in rub. in fi. & de contro. ſeu. apud pares termi. col. 3. cir. pri. Et quando aliquid noui additur. Deci. io l. cum quidam. num. pri. C. de inſtitu. & ſubſti. & potius declarare quàm addere. c. vni. in ver. & filio. de Sum. Trini. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Capitanei qui, & unde dicuntur.*
2 *Proprie aliquid ſecundum unam materiam, & ſecundum aliam improprie intelligitur.*
3 *Seniores pluribus modi: dicuntur: & quomodo hic.*
4 *Credentia quid.*
5 *Manifeſtans ſcienter ſecretum domini, amittit feudum.*
6 *Delictum cum inſultu grauius punitur.*
7 *Similia uel maiora expreſſis, non excluduntur, etiā per dictionem, tantum.*
8 *Vaſallus una ex culpis hic innumeratis, uel ſimilibus, amittit feudum.*
9 *Proditor & prodere quid.*
10 *Reuelans conſilia Regum hoſtibus punitur.*
11 *Conſiliarius, ſi alij quàm hoſtibus reuelat ſecretū, an amittit officium. & nu. 11.*
12 *Amicitiam copulās cum inimico domini, amittit feudum. Quid ſi facit conſęderationem, ligam, uel praſtat uiam inimicis domini.*

AD TEXTVM.

SI Caplianei.) Duces Comites vel Mar
1 chiones. Alua. in §. notandum. nume.
pri. cir. medi. de his qui ſeu. dari poſſ. Qui dicuntur Capitanei, quaſi tenentes capita ſeudalium dignitatum. Fre. de ſubfe. lib. 2. quis dicatur Comes. num. 49. in pri. vel hodie, iure iſto: aliter, in l. ſi is aquo. ff. vt in poſſe. leg. Maiores valuaſores vocantur, licet.) Ideſt, quamuis Io. An. in c. vni. in pri. de rerum permu. in 6. improprie dicantur Capitanei etiam minores.) Nam Capitaneus capitur tribus modis. Alua. in §. ſi Capitanei. nume. pri. ſupra de feu. Marchiæ. & ſic dicitur
2 proprie aliquid ſecundum vnam materiam, & ſecundum aliam improprie. Bal. in conſi. 176. nu. 5. 5. volum. Seniores in bello dimiſerint,) dicuntur
3 autem ſeniores certæ conditionis homines. lege, vt gradatim. iuncta gl. 2. de mune. & hono. puta Primates Rectores & Principes. Iſe. de pace iura. firma. in pri. ante & poſt num. 2. præsbiteri. c. fina. 84. diſt. eccleſię ſeniores. c. qualiter & quando. lo 2. de accuſatio. Epiſcopi. glo. fin. poſt pri. in cap. ſiquid. 86. diſt. prælati vel domini. c. quicumque. & ibi glo. fin. 33. quęſt. 2. milites & ſeudatarū. Iſe. in c. ſi. poſt nu. pri. & in ver. ſi controuerſia. in pri. de prohi. ſeu. aliena. per Lotha. habentes feudū. Cap. in ſua inueſt. in ver. ſeudatariorum nomina. ibi, ſenior. Hic, ſeniores, domini vaſallorum appellantur. Bald. Alua. & Præpo. hic, in pri. ſi iſtos Capitanei in bello dimiſerint, non mortuos uel vulneratos ad mortem. §. pri. Quibus modis ſeu. ami. lo
4 pri. Vel ſi credentiam) Ideſt ſecretum. Aluaro. hic poſt nume. 1. quod dominus noluit ſciri ab alio. Præpo. hic in pri. In eorum damnum.) Iacobi. in ver. qui quidem inueſtiti. num. 4. ſecus ſi reuelauit ut prodeſſet. Iſern. de forma fidelit. ibi, item tutum. Scienter manifeſtauerit.) Et ſic vaſallus manifeſtans ſcienter ſecretum domini, delinquit, quia facit contra iuramentum fidelitatis, & amittit ſeudum ex quo reuelat ſecreta, ſi animo dānificādi. Et probatur ꝙ non animo inferendi dānū, ſi illum laudādo manifeſtauit ſecretū. Prępo. hic. nu. 2. 3. & poſt. & dn̄s qui dicit habuiſſe animū dānificandi, probabit. Iſe. hic nu. 2. Sed caueat vaſallus, ne pro nouo beneficio vetus eligat grauamē. l. ſcimus. §. ſinaūt. C. de iu. delibe. & pro pręmio pęna reportet. arg. l. ne quis. C. de decurioni. l. 10. Si valuaſ. ſeniorū vxo. adulterauerint.) Cucurbitādo dominos. §. Itē ſi fidelis. e. ti. Quib. modis ſeu. ami. lo pri. Si ſciēter ſenio. aſſalierint.) Delictum. n. cū i
6 ſultu grauius punit. Sed dēt ꝓbari ꝙ fecit excogitatus.

nus. Caſſa. in conſu. burg. rub. pri. §. 7. ibi, de ſimpli. golum. 1. cir. med. Vel ſimiles culpas cõmiſerint,)
7 Et ſic ſimilia vel maiora expreſſis non excluduntur, etiam quòd exprimantur aliqua, cum dictione, tantum. Ludo. de Moli. de Hiſpa. primog. lib. pri. c. 9. num. 32. Beneficio carere debent,) Ipſo iure, an per ſententiam, dixi ſup. in rub. & Aluar. hic num. pri. in fi.

Declarato textu, pro dubio videbatur dicendũ, quòd etiam quòd vaſallus deſeruerit ſeniorem in bello, niſi ille fuerit occiſus, quod non teneatur. l. 3. in ſi. ff. de re mili. Tanto magis, quia non tenebatur vitam domini ſuæ præferre. Iſern. in c. 2. §. fin. de aliena. feu. pater. ſed parcendum eſt, ſi aufugit, quia per mortis cogitationem humana fragilitas turbatur. Lucas in l. 3. cir. pri. C. de priuile. ſcholar. Secundò, quod non teneatur vaſallus etiam quòd credẽtiam domini manifeſtauerit, adducitur quis non poteſt arguere factum, cuius ipſe autor fuit: glo. in c. Nabucdonoſor. in ver. ex prædeſtinatione. 23. quæſt. 4. dominus non debebat credẽtiam ſuam manifeſtare vaſallo. Hiere. c. 9. Vnuſquiſque ſe a proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam; quia omnis frater ſupplantans, ſupplantabit: & omnis amicus fraudulenter incedit. & ſic quatenus vaſallus manifeſtauit, non poteſt dominus illum arguere, ſed ipſe de ſe conqueri debet. l. Item. Mela. cir. fin. pri. ad leg. Aquili: nam ipſe manifeſtauit vaſallo, & ſucceſſiue ſi dominus ſibi nequam fuit, cui alij bonus erit? Eccleſiaſti. 14. Tertiò, etiam quod vxores Seniorum adulterauerint, vel illos aſſalierint, quòd non debeant per hoc priuari feudo, patet: Manſuetudo eſt illa quæ ordinat hominem ad Dei cognitionem. Multa Afflict. in conſt. fidelium noſtrorum. numero vndecimo. de defenſis in poſi. ab offici. & propterea quouſque habetur ſpes emendationis, amicitiæ beneficia non ſunt ſubtrahenda. Idẽ Afflict. ex intentio. Ariſtotel. in rub. conſti. ſi quis mulieri violentiam patie. & c. Immo, debet parcere: quia mundani principes habent pro gloria parcere eis qui eos offendunt. Iſern. in §. ſatisfactionem. cir. fi. de ſtatu. & conſue. contra liberta. eccl. ergò etiam quòd vaſalli adulterauerint, aſſaliuerint, vel ſimilia fecerint contra dominos, non propterea priuantur feudo.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium: & ratio eſt: quia ingratitudo facit vaſallum indignum beneficio. Afflict. in §. Item qui dominum. nume. pri. quæ ſit prima cau. bene. ami. cum nõ ſit aliud, niſi reddere malum pro bono. Affli. eo. tit. Quibus modis feu. amit. lo pri. in pri. poſt num. 3. propterea reddendo malum pro beneficio illo priuari debent, quo ſe fecerunt indignos. §. ut ergo. Aut. de tabellio. c. quia aliquanti. 82. diſt. Quo ſtante, non obſtat Primum: nam illud procedit ſecundum ius Romanum, cuius licet non ſit vilis authoritas, non vſum tamen vincit aut mores. c. pri. de feu. cog. & ſecundum iſtos vſus feudales, vaſallus amittit feudum, ſi reliquit dominum in bello campeſtri non mortuum, vel vulneratum ad mortem, vt ſup. Nõ obſtat ſecundum, nam vbi conſilium, ibi ſalus. Prouer. 34. & ideo quæri debet conſilium etiam in litibus ab amicis: nam confabulatio cum amicis, etiam imperitis, eſt ſatis vtilis: & amicus fidelis protectio fortis. Afflict. late in conſt. dilationes. in 13. not. per totum, nume. 42. de dilatio. & exceptio. Ideo ſi vaſalſus eſt infidelis. & credentiam in damnum domini ſcienter manifeſtauerit, amittit feudum. Vltimum non obſtat, nam famam amittere, & notam inferre, non eſt leuis iacturæ. Alexan. in conſi. 215. poſt num. 1. 2. volum. & propterea debuit vaſallus omnia mala potius ſuſtinere, quàm huic malo conſentire. Innoc. in ſimi. in c. conſtitutus. de conuer. coniuga. & dominus non tenetur remittere iniuriam, ſed ranchorem. Lucas in l. 2. colum. 2. poſt pri. C. in quibus cau. colo. & per huiuſmodi remiſſionem, non eſt remiſſum ius vendicandi feudum occaſione conceſſionis. Alexand. in conſi. 168. nume. pri. & 5. 2. volum. & ſic firma remanet concluſio, quòd vaſallus ob unam ex culpis hic enumeratis, vel ſimilibus, amittit feudum.

Amplia idem eſſe, ſi alienat ſine conſenſu domini. c. Imperialem. §. callidis. de prohi. feu. alien. per Fred. Alex. in conſi. 44. nume. 2. 3. volum. vel ubi poteſt præſumi vaſallum eſſe inimicum domini. Cur. in tract. feuda. in 4. par. prin. 16. cauſa. nume. 38. poteſt etiam & tolli ſine cauſa, quando præcario fuit conceſſum. Alex. in conſi. 216. 2. volum. & habet locum etiam quòd adſit pactum, quòd non amittatur feudum propter delictum. Iacobi. in ver. qui quidem inueſtiui. nu. 71.

Reſtringe tamen in caſibus, in quibus reperitur expreſſum. Alexan. in conſi. 92. 6. volum. Item quando prędicta committuntur contra uoluntatem domini: ſecus ſi cum uoluntate ipſius. Cap. in ſua inueſt. in uer. feudatariorum excuſationes. ibi, voluntas domini, quia quod dominus prohibet, omnino fieri non licet. Io. An. in c. pri. cir. pri. de ſepulturis. in 6. & procedit in feudis, ſed non in eo quod fuit datum, quia eripuit dominum a manu hoſtium vel latrũculorum. Cap. vbi ſupra, ibi, cauſa, & ſeq. Nota quòd circa amiſſionem feudi, illud intelligitur actum, quod fuit expreſſum. Afflict. in §. fin. poſt num. 25. eodem tit. Quibus modis feu. ami. lo pri. & dicitur expreſſum, quod ſub ratione comprehenditur. Ludo. de Moli. de Hiſpa. primog. lib. pri. c. 5. nume. 11. quod venit ex natura verbi. Afflict. de Capi. qui curi. ven. in pri. nume. 8. cir. fin. & quæ ſuis caſibus in propria materia ſuas habent rationes. Iſern. in §. in alio. num. 11. in fine. de ſucce. feu. Item nota, quod non omnis occaſio ſufficit ad auferendum feudum. Bald. in conſ. 419. poſt num. 2. 1. volum. & priuationem vaſalli. Cap. in ver. feuda amittuntur. ibi, vigeſimooctauo. Sed quia datur ex cauſa, non poteſt auferri ſine cauſa. Alex. in d. conſi. 216. num. 5. 2. volum. Cauſa autem debet eſſe magna ingratitudo. §. ſed quia. & ibi Afflict. poſt nume. 3. qui ſit pri. cau. bene. ami.: non enim omnes infamia, ex qua grauatur opinio vaſalli, ſufficit ad priuationem feudi. Capi. vbi ſupra. ibi, ſexageſimoprimo, poſt medi. nec perdit feudum, etiam quòd veniat contra iuramentum fidelitatis, niſi in caſibus in quibus iura hoc exprimunt. Iaſ. in lege, cum quidam. num. 17. de libe. & poſthum. & pęna priuationis nunquam habet locum, niſi ubi reperitur expreſſum. Alexand. in dicto conſi. 92. poſt num. 16. 6. volum. cauſæ ſunt eodem tit. per tot. In quibus cau. feu. ami. & quæ ſit pri. cau. bene. ami. & hic dicitur unum nouum, quod ponderat Iſern. in pri. circa manifeſtationem credentiæ: videlicet, quod qui manifeſtat amittit feudum: quia tranſgreditur terminos fidelitatis, & ad infidelitatis deuium declinat.

glò.in extra.Io.c.dierum.in uer. egreſſi. & in uer.
erigere. de pęnis. Immo omnis ſine cauſa reue-
lans arcana, fraudulentus eſt. Lucas in l.fin.in
fi.C.de nauicularijs.& dominus, ſi poſt iuramen-
tum ſibi præſtitum reuelat vaſallo aliquod ſecre-
tum,& mandat ſibi illud tenere ſecretum, ſi reue-
lat eſt etiam periurus.Idem Lucas in l.fin.cir.fi.C.
9 de vende. rebus ciui,dicitur proditor, ſicut ſi rem
ſibi commiſſam exponit hoſtibus, vel crimen ſibi
ſoli notum manifeſtat, vel ſibi commiſſum reue-
lat.glo.in c.clericus,lo pri. 46.diſt.glo.2. in c.noli
te.11.quæſt. 3.Inde dicitur prodere,quod eſt ver-
bum generale.Iſern.hic num.5.& eſt in publico di
cere.glo.in c.ex pęnitentibus.in ver.non prodidit.
cit.medi. 50.diſt.proditio eſt,quando attentat ali-
quid domo domini. Iſern. in §. turpiter.in luſe-
rit. circa fin. eodem titu. quibus modis feu. amit.
lo pri.

Quid ſi vaſallus manifeſtauit credentiam non
animo damnificandi;puta dum voluit laudare do-
minum,vt per eum laudis augmenta quærantur.l.
quiſquis.C.de poſtula. manifeſtauit ſecretum? vi-
detur quòd puniatur:nam dicitur Eſaiæ.c.58.No
li loqui quod non prodeſt, & qui inconſiderate lo
quitur ſentiet mala c.ponderet.50. diſt.etiam quia
culpa quandoque ineſt facto, quandoque præce-
dit factum, quandoque ſequitur factum, ut eſſet
hic.gl.1.vbi Bal.ff.ad leg.Aqui.l.ſciētiā.q̃ ſi datur
pera rei illicitæ ſemper imputatur quod ſequitur:
& præcedens aggrauatur per ſubſequens. gl.in c.
ſicut.in ver.& adulterio.cum ſeq.de teſtibus.c.pri.
cum ibi not.de præſumptio.tanto magis,quia ini-
tium non ſpectamus, ſed ſingula momenta. l.qui
bona.ff.de acquire.rerum domi.Gloſſ.tñ & Iſer.te
nent, quòd non: nam cauſa facti magis quàm ip-
ſum factum inſpicitur. Archid.in c.non omnis.cir.
med.5.quæſt.5.in delictis inſpicitur initium. Bart.
in l.quod ait lex.§.quod ait lex.nume.2.ad leg.Iu-
li.de adul.adeo quod non poteſt dici delictū,quod
habuit principium ab eo quod fuit licitum. Deci.
in conſi.37.ante nume.9. & etiam quòd ſequatur
manifeſtatio credentiæ, initium tñ quod fuit lici-
tum ſpectatur.glo.fin.in ca.principatur.pri.q.pri.
Item quando intentio fuit bona a principio, non
inſpicimus euentum,ſed principium.Bald.in conſ.
144.num.3.2.volum. & præſentem ſtatum, non
quod euenire poteſt. Paul.de Caſt. in conſi.429.
poſt num.1.& 2.pri.volum. cauſamq. faciendi po
tius quàm ipſum factum. Lucas in l.3. colum.2.
poſt pri. C.de exacto:tribu.nam uoluntas & pro-
poſitum diſtinguunt maleficium. l.qui iniuriæ.ff.de
furtis.Rurſus,occaſio non eſt ſumenda pro cauſa.
c.ſolitæ.de maio.& obedi.Alexan.in conſ.43.poſt
num.4.4.volum. vnde licet reuelatio fuit occaſio
huius delicti, non tamen eſt accipienda pro deli-
cto: quia occaſio potuit eſſe falſa, & cauſa uera
Iſern.in §.conuenticulas.poſt num.25. de pace iu
ra.fir. Vltra,quòd animus alicuius præſumitur eſ-
ſe talis, qualis eſſe ſolet animus aliorum ſimilia
agentium. Bal.in conſ.155.cir.fin.3.volum.& om
ne bonum factum recte præſumitur actum,& ma
le factum,praue præſumitur actum, niſi rōne per
ſonę cōtraria oriatur præſumptio. Arch.in c.oues.
cir.med.6.q.pri.nam ex qualitate perſonarū actio
formatur,& cōdemnatio moderatur. Bar. in §.eoa
autem.in'ſi. Aut.ut iudices ſine quoquo ſuffra.glo.
pri. poſt pri.in l.Pomponius. lo 2.de nego. geſt.l.
vni.C.ſiquis Impe.maledi. & ex iure actoris actio
metitur.l.1.§.pri.ff.ſi pars hære.peta. Virtuoſum
tamen eſt compeſcere linguam, ut refert Iſer.hic,
& c.pri.Iacobi.in fine. vbi dicit, Si quis putat ſe re
ligioſum eſſe,non refrenans linguam ſuam, huius
vana eſt religio.

Sed quando non conſtat, quis probabit vaſal-
lum non habuiſſe animum damnificandi? Iſern.te
net,quòd ſit onus vaſalli: quia cum faciat rem illi
citam reuelando contra iuramentum, ipſe probet
quòd non animo damnificandi hoc fecit. l. ſi qui-
dem.C.de exceptio.etiam quòd conſiſtat in nega
tiua. Alex.in conſi.109.num.5.5. volum.quæ licet
ſit improbabilis,ſecundum rerum naturam.c.quo
niam contra.de probatio. ſumitur tamen proba-
tio ex coniecturis, inſpecta perſona, ne lubricum
linguæ ad pęnam trahatur. l.famoſi.ff.ad leg. Iuli.
maie.probabit quo animo dixit.l.3.ff.de diuortijs.
ſi impetu mentis,quia tunc nō eſſet imputandum:
tamen ſi iterauit, non videtur ex iracundia, ſed ex
deliberatione dixiſſe.gl.in c.ſiquis iratus,in ver.ite
rare. & in c.ſi.in ver.& incon ultus.2. quæſt. 3. &
ſic animus colligitur ex facto.l. qua ratione.§.fin.
in glo.fi.de acquire.rerum domi.l.pri.& ibi gloſſ.
2.C.ad leg.Corne. de ſicarijs.,& ſufficiunt argu-
menta in iſtis, quæ non poſſunt dilucide probari.
Bald.in conſi.152.num.6.pri.volum. prædicta in
caſu ſuo: ſecus ſi dominus dixiſſet ſibi in ſecreto,
quia ſi promiſit, vel tacuit, tenetur tenere ſecre-
tum. Et quod dicatur ſecretum, Afflict. hic poſt
num.3.Bald.in conſi.438.num.3. & 4. 5.volum.
& nullus dicitur ſcire,niſi ille uerbis exprimat: &
propterea magis ex uerbis quàm mente animus
colligitur.l.iuriſgentium.§.pactorum.in glo. pri.
ff.de pactis,& quia multa fiunt in ſecreto. Affli.
hic num.vndecimum, & poſt. ſecretorum ſecre-
ta debet eſſe ratio. l.de bonis. in ver. differendas.
poſt medi.de Carbo.edi.& vaſallus non debet ma
nifeſtare. Quid ſi deliquiſſet? Dic quòd in delictis
pręſumitur malus animus.l.pri.§.pri.ff. de ſicarijs.
Iſe.hic nume.2.circa medi.in §.porro. nume. 22.
circa medi.quæ ſit pri.cau.bene.amit. & in §. diſ-
fidamns.num.26.circa fin.de ſtatut. & conſu.con
10 tra liber.eccle. An autem reuelans conſilia Re-
gum hoſtibus puniatur? Iſern.hic,quod ſic: & pri
uatur feudo quod tenet ab eo, quia cadere a feu-
do eſt pęna.Bald.in conſi.301. nume.13.in fine.
primo volum.Iacobi.in ver. dictique vaſalli. nu-
mero 28.

Quid in Regio Conſiliario, ſi alij & non hoſti
bus reuelat ſecreta Concilij,qualiter puniatur? eſt
textus in l.ſiquis teſtamentum. §.pri.ad leg.Aqui
li. Afflict.hic.num.9.circa fin.& adeeſt prag.Ca-
roli V.quæ incipit, Cum verò.& uidimus tempo
12 ribus noſtris Regium Conſiliarium hac occaſio-
ne ordine priuatum. Quid ſi vaſallus non contra-
xit amicitiam copulando ſe cum inimicis domini,
an amittunt feudum? Iſern. videtur tenere quod
non,tangit Odoffred.in Sum. quibus modis feu.
amit.poſt nume. 118. cum add.ad eum. vbi tenet
quòd poteſt quis eſſe amicus duorum inimico-
rum,ſicut tutor duorum pupillorum litigantium.
l.accipientis.de auto. tuto. & facit cap.lane.circa
fin. 24.quęſt.2.ubi aſſeritur, exiſtentes in dignita-
te,communicaſſe cum Dioſcoro,quē poſt mortē
oportuit anathematizari:nō.n.poſſumus quemq̄
a cōmunione prohibere, q̄a nō poſſunt hoīes in

hoc

hoc mundo manentes niſi cum talibus uiuere. ca. multi.2.q.1.Item homo habet a natura, ut audiat & loquatur.l.diſcretis.in glo.3.Cod.qui teſta. facere poſſ.Si alloquitur inimicum domini, ſuſtinetur, quia naturaliter fit.l.ſi mihi.§.pri.in ver.ſecundum.ff.de ſeruitu.ruſti.prędi.Curius bono non nocet malorum conuerſatio,vel cohabitatio. gloſ. in c.quælibet.in ver.peruerſa.40. diſt.quia non inſpicimus quod euenire poteſt.glo.fin.in l.pri.ff.de in litem iura.nec ſemper prohibetur bonum,propter malum quod ſequi poſſet.glo.fi.in ca.de occidendis.23.q.5. Vltimò, is qui communicat cũ malis, magis pati quàm agere videtur.c.ſacris,de his quæ vi metusve cauſ.ſi patitur,nunquam credi dẽt fuiſſe malum,quod factum eſt bonum.glo.fin.in c.vides.23.quæſt.6.

Contrariam verò partem tenuit glo. in l.pri. in ver.cum inimicis.ff.de offi.præte.vrbis.Bal.in conſil.150.num.3.2.volum.Lucas in l.vnic.colum.2. cir. fin. ſi propter inimicitias coitio amicitiæ ſit. Cap.in ver.feuda amittuntur.car.4. colum.2.circa medi.& ſeq.& car.5.in pri.Iſern. quæ ſint regalia. in verſ.& bona committentium,poſt num.84. qui nec hic tenuit contrarium, ſed excitauit quæſtionem,& remittit ſe ad §.porro. quæ ſit pri. cau.bene.amit.& iura quę prohibent auxilium præſtare inimicis, & amicitias prohibent cum inimicis copulare. Paul.de Caſt.in conſi.296.colum.2. poſt medi.pri.volum. Et qui probatur amicus inimici mei,meus dicitur inimicus.l.liberi.Codice,de inoff teſta.quam ad hoc Pileus citat poſt Sum. Azo.de legat.poſt num.4.Conuerſantes enim cum inimicis & ipſi ſunt inimici.c.repellantur.& ibi glo.2.& c.cum oporteat.de accuſatio.c.2.93.diſt.Inimicus meus dicitur,qui ſequitur inimicum meum: & paria ſunt eſſe inimicum,vel amicum inimici.Loffre. in con.5.ante & poſt num.21.& peccat,qui in familiarem habet, quem a prælatis pro ſuis delictis uitare videt. Archid.in ca.ſi inimicus.in fi.93.diſt. Lex prohibet numerarios a communione actuariorũ.l.ne diutius.C.de numera. & actuarijs. quia mores a coniuncto formantur. Bald.in conſi.95. num.pri.cir.fi.pri.volum.vnde ſocietatẽ malorum tenetur quilibet deuitare. Arch.in c.2.23.quæſt.4. quia ſępe malorum conſortio,corrũpuntur mores bonorum.Zaba.in clem.vni.§.cæterum.in ver.porro.nume.3.poſt medi.de iure iura. Eſt ſuſpectus, quia eſt inimicorum amicus.glo.in d.ca.2. in ver. nolite.93.diſt.dr̃ indirecte offendere, per quamdam conſequentiam.Lof.in d.conſ.5.nu.32.cir.fi. & 33.Iacobi.in ver.dictique vaſalli.nu.14.adeo ꝙ filius poteſt matrem exhęredare,ſi iniit amicitiam cum inimicis ſuis.l.liberi. C.de inoffi.teſta.gl.pri. in c.accuſatoribus.3.quæſt.5. Non poteſt ergò vaſallus facere amicitiam cum inimicis domini. tangit Pernus in pri.nota.colum.pen.cir.pri. Alua.in §.Item ſi fidelis.num.5.eo.ti.quibus modis feu.amitta.lo pri.& hic,poſt num.4. alias priuatur feudo.Soci.in con.87.nu.15.3.volum. Afflict.in d.§. Item ſi fidelis,poſt nu.25.& 26.Deci.multa in cõſi.624.nu.2.& 606.num.3.5.volum. Et procedit etiam in eccleſia feudataria; & dummodo amicitia fuerit in perniciem domini. Cur.in tra.feu.4.q.1. 15.cau.nu.37.

Et vaſallus,ſi fecit confęderationem, parentelam,ligam,fędus cum inimico domini, vel permiſit venire in territorio domini, vel pręſtitit viam, amittit feudum.Albe.in rub.ff.de offi.pręfe.vrbis, gl.& Bal.quibus modis feu.ami.lo pri. in pri. poſt num.22.Idem Bald. in l. ſumma.nume.33.& 34. de rerum diuis.& in conſe. 111.num.pri. cir.fin.3. volum.glo.& Bal.in d.§.porro.num.2.& ibi Affli. num.10.quæ ſit pri.cau.bene.amit. & in Deciſi. 265.num.109.& ſicut ſubditus non poteſt facere ligam, confęderationem, ſeu pactionem aliquam in pręiudicium domini;ita econtra,non poteſt dominus in præiudicium vaſalli.Cap.in ver. feudorum dominia.ibi,duodecimo, Nocet igitur habere amicitiam cum malis.glo.fin.cir.fin.in cap.nulli Epiſcoporum. de accuſatio. illorum eſt euitanda familiaritas,ne bonus corrumpatur ab eis, not.in c.ad hæc.de Iudæis.& voluntate peruerſa, in alterius mutatur errorem.c.ſacro.in fi.de ſent.excom. Nam coarctando ſe cum his, cum quibus conuerſatur.Zaba.in clem.2 in 4.not.& num.5. de celebra.miſſa.propter ſimilitudinem,computatur in illorum numero, etiam quòd in illorum numero in ueritate non eſt.c.nuper.de bigamis. glo.mag. circa med.in c.beneficium, de regulari.in 6. vnde uiro & proditori non eſt ſubueniendum. Arch.in c.non omnes.5.quæſt.5.quia fauens criminoſo directe vel indirecte,pęnas incurrit.Zab.in clemen. pri.in ver.prædictis.num.pri.poſt med.de relig.domi. ſed non procedit uxore, quę licet habitaret cum viro rebelle,non propterea ipſa eſſet rebellis. Iſe.& Affli.in conſt.patres pro filiis.in 5.not.poſt num.6.ne filius pro patre,& in conſt.pęna carere. in 5.not.poſt num.4.de vxo.furit. alias in perniciem uxoris,maritus eſſet punitus.l.ſi maritus metuus.ſolu.mat. licet verum ribellem teneatur vxor indicare.§.quia verò plurimas. Aut.vt liceat matri & auiæ.Quid in patre, an teneatur indicare filiũ, & econtra.Affli.in §.quęſitum,nu.3. de Capi. qui curi.vendi.& in §.pręterea,num.9.quę ſit pri.cau. bene.ami.Lucas in l.quicumque.cir.fi.C.de cohortali:facit glo.in c.pri.in ver.& Chriſtiani.de cõuerſio. infideli.Sed hoc in proditore Regis, quia illum tenetur indicare,aliàs non.Afflict.quæ ſint regal.in pri.num.113. ſed melius eſt ipſos ab accuſatione repelli.l.3.§.pri.ff.de ſuſpe.tutori.Et tenendo iſtam,reſpondetur contrariis.Et primo, nam ſi non facit malum,nec approbat factum,licet cõuerſari: quia tum ſolum ſociatur malis, ſi aliquid mali,cum eis committit. c.ita plane. cum duobus ſequ.23.q.4.& amittit feudum, ſi facit aliquid ex quo poſſit pręſumi, vt magis videatur inimicus quàm amicus.Præpo.hic,poſt nu.2.& 3. & iura quæ prohibent fidelem lauari in balneis, in quibus ſe lauauit inimicus fidei.c.omnes.24.q.1.c.nullus.& ſeq.28.q.pri.procedunt religionis intuitu, quãuis etiã iura ciuilia hoc mulieribus inhibent. l.ii.§.fi. C.de repudijs.§.has itaque.Aut.de nuptijs.)ne temere ſe uirorum cœtib. immiſceant.cap.mulieris. de iudicijs.6 Et ita,Non obſtat aliud, nam multa prohibentur,non propter ſe,ſed propter modum l.ſed cum dies.§.ſed ſi in aliquem de arbitr.§. Lucas in l.mulieres,colum.10.in pri. Cod.de incolis uel propter mala quę ſequi poſſent.Inno.in ca. & ſi Chriſtus.in fine de iureiura. & in ſimi.in c.fi. de ſortilegiis.& conſtituitur aliquid propter id quod accidere poteſt. Archidiaco. in capit. dixit. 32. quæſtione prima, vnde cum ad ipſum non pertinet,etiam ſi eſſet bonum.ſed quia nõ bene,improbatur.c.bene quidã.95.diſt.gl.in c.dilect in ver

irritum.de appellatio.& abſtinere debemus a licitis,ſi eorũ occaſione peruenitur ad illicita.gl.1.in c. legitur.8 1.diſti. Non obſtat alterum:nam iura loſpiciunt quod euenire poteſt.l.cum res.in glo.fin. de lega.pri.l.naturaliter.§.pri.in ver.quod verius, de acquiren.rerum domi.l.3.§ ſed quia.in ver.ſpẽ. C.comm.de lega.l.ſancimus. §. fin.in ver.poſſibile.C.de donationi. vnde exponitur, nocet, ideſt, nocere potuit.l.Labeo.ff.de ſtatulib.Azo in Sum. Inſti.de capitis dimi.nume.7.in fin. ſicut actiones dicuntur præiudiciales,non quia ſemper præiudicãt,ſed ex aptitudine.gl.rub.de præiudiciali. actio. In Longobard.& lex vbi conſiderat quod poteſt euenire, non debemus requirere quid actualiter euenerit.l.ſi verò.§.prætor.vbi ita Sum. Barto. ff. de his qui deiecerint vel effuder.licet quandoque non conſideret, quod conſecutiue fit, ſed quod principaliter fit.Barba.in addi.ad Bald. hic finitur lex.in pri.in ver.hoc vult,circa fin.vel non factum, ſed cauſa faciendi inſpicitur.glo.in ſimi.in l. vni.in ver.nupturam.de depoſitis.in Longoba.Vltimum non obſtat, nam prohibetur propter futurum periculum euitandum.not. glo. in l.comparationes, in ver.ſancimus. C. de fide inſtru. Lucas in l.pri. colum.8.poſt pri. C.vt nemo ad ſuum patroci.ne illorum venenis vaſallus inficiatur.l.pri. C.de natura.libe.vel imitatione, deterior fiat.l.ædiles.de ædili.edicto.nam præſumitur pro aliquo, vel contra ipſum ex conuerſatione. Zaba.in clemen.vni.in pri.poſt nume.3. de concesſi.præben.cum debeat ſeruare mores eorum cum quibus conuerſatur. Idem Zaba.in elem.2.in 3.not.de cenſibus. & ſic non prohibetur recte, ſed per quamdam conſequentiam.l.ſi quis ex argentarijs.§.prætor.in ver. prohibet.ff.de edendo.facit.l.ſi finita. §.ex hoc.in ver.iuncta.de dam.infec.quia quædam non curamus,niſi propter finem.glo.rub. de confeſſis. in 6. in c.denique.in glo.fin.21.diſt.c.in nouo 22. q. 1. & eo prohibito mala ſequentia prohibentur.gl.in extrauag.comm.c.ſuper cathedram. in ver.diſſentiones. de ſepulturis, & ſic vaſallus ſi facit amicitiam cũ inimico domini,debet priuari feudo. Iaſ. in l.ſi non ſortem.§.libertus.poſt num.2. de condi.inde.& in l.liberi.num.3.C.de inoffi.teſt. & requiruntur duo cupulatiue, ꝙ copulauit amicitiã, & quòd in damnum domini. Affli.in Deciſi.307. nume.18. & amicitia non prohibitur propter ſe, ſed propter id quod inde ſequi poſſet. not.in ſimi. in c.2.de celebra.miſſa.& in c. pri. de torneamen. & quia alienum factum per conſenſum faceret proprium. Lucas in l.ſi quos. colum.2.poſt princ. C.de decurioni. & licet ex iure præſumatur quod agi debet. Zaba.in clem.pri.num.6.in fi.de iure patro.debet vaſallus potius omnia mala pati, quàm malo conſentire.Idem Zaba.in clemen.2.poſt nu. 14.de ſenten. excom. & ſicut vaſallus non debet copulare amicitias cum inimicis domini: Ita nec offendere amicum domini ſui. Præpo. in §. aliud quoque.num.pri.cir.fin.de prohi. feu. aliena. per Fre.Iſe.dum in fi.allegat de offi.præfec.ut, dic tu, de offi.præfe.vrbis.l.1.§.cum patronus.

Apud quem uel quos, controuerſia feudi definiri debeat. Tit. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Res humanæ ſine iuris dictione contentioſa, diu gubernari non poſſunt.*
2 *Iuriſdictiones non debent confundi.*
3 *Iuriſdictio ſua, ſi unicuique non ſeruatur, eccleſiaſticus ordo confunderetur.*
4 *Apud, præpoſitio, ſcribitur per, d: capitur multis modis.*
5 *Controuerſia, lis, cauſa, & quæſtio, quæ ſint.*
6 *Diffinitur cauſa per ſententiam.*

AD RVBRICAM.

1 RES humanæ ſine iuriſdictione contẽtioſa diu gubernari nõ poſſunt. Arch.
11.q.in pri.cir.med. ideo, ne confun
2 dantur iuriſdictiones. Zab.in cle.1.co.
3 4.cir.fi.de offic.ordi.cum ſi ſua vnicuique iuriſdictio non ſeruaretur, eccleſiaſticus ordo confunderet.Idem Zab.in cle.pri.in ver.quibus.in fi.de ma
4 giſtris. ponitur hic, Apud quem, vel quos.) Apud eſt præpoſitio,& ſcribitur per d. Archid. in c.apud. 36.q.2.plus in ſe habet quàm dictio penes.glo.fi. in l.penes, de ver.ſig.& capitur multis modis.Lucas in l.pri.in pri. C.de cohartali. & principi. cornicu.exponitur quandoque,apud,ideſt, contra.l. 3.ff.de requiren. reis aliquando idem eſt quod penes.l.pri.de tabu.exhibe.demonſtrat interdum locum,ubi aliquid eſt ſcriptum.l.etiam.§.apud.& §. non ſolum. ff.de peti.hæredi. Vltimò oſtendit coram quo quæſtio eſt terminanda. l. quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonem.de ædili.edi. vel terminari debeat, vt hic,& ſicubi,ideſt coram quo, uel apud quem iudicẽ.Hoſti.in Sum.de feu.co.ſi.in pri. Vel,) Pro ſaltẽ.c.licet.in ver.vel.de teſtib.& ideſt, Alua.in ſ.eo.§.ſi aliquis,col.2.in fi.Quos.) Verificatur in vno.Io.de Ana.inter vſus feodales. Bal. ibi, ad partem negatiuã.nu.15. & in pluribus, vt hic: & in rub.de controuer. feu.apud pares termi.Cõtrouerſia.) Quę differt a lite, cauſa, & quæſtione. Alua.in rub.in fi.de cõtrouer.inueſti.nã ſi eſt articulus inter partes,ſuper quo fuit proceſſum ad cõteſtationem,dicitur lis.Quando ad libelli oblationem & citationem,eſt cauſa vel quęſtio: quando ad contẽtionem extraiudicialem,dr̃ controuerſia. Pau.de Ca.in con.25.n.2.cir.1.1.vo. & ꝑp iurgiũ vocatᷣ calũnia.Geneſis 26.Feudi diffiniri debeat,)
6 Per ſniam.c.cauſam quæ.de teſtibus. vbi Deci.abſolotione vel cõdemnatione.c.1.poſt med.20.diſ. tranſactione vel poſt concluſionem.c.2.in gl.fi.cũ addi.ad eã.de reſtit.in integ.in 6.Vel & magis proprie dr̃ finiri controuerſia,quando in totum eſt lis ſopita.Bal.in con.106.cir.med.2.vol. ſine canonico,quandoque ſine debito terminata.c.ex conqueſtione.vbi gl.de reſti.ſpolia.c.veniens.de teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Si, conditionaliter ponitur.*
2 *Contentio eſt impugnatio ueritatis, cum confidentia clamoris.*
3 *Coram Imperatore dicitur fieri, quod fit eo ſciente & intelligente, licet non conſentiente.*

4 *Impe-*

4 *Imperator cognoſcit inter Comites & Barones, qui proprie Capitanei appellantur.*
5 *Curia in quibus ventilantur cauſæ feudales, ſunt quatuor.*
6 *De, ſignificat originem.*
7 *Siue, non coniunctiue ſiue copulatiue, ſed expoſitiue accipitur.*
8 *Debet, ideſt, poteſt.*
9 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*
10 *Controuerſia feudi, inter eos qui habent cauſam ab Imperatore, coram eo terminari debet.*
11 *Dominus feudi habet iuriſdictionem ordinariam.*
12 *Iudex in cauſis feudalibus quis eſt hodie.*
13 *Vaſalli litigantes de feudo non poſſunt prorogare iuriſdictionem.*

AD TEXTVM.

1 SI.) Conditionaliter ponitur hæc dictio, ſi. Lucas in l. ſi coloni. in pri. C. de agrico. & cenſi. Contentio,) quæ
2 eſt impugnatio veritatis cum cõfidẽtia clamoris. Diuus Tho. c. 2. ad Timothæum. 2. ibi, memor eſto, colum. 3. cir. pri. Fuerit de beneficio inter Capitaneos,) ſubaudi & do-
3 minum, ſcilicet Imperatorem: Coram Imperatore, definire debet.) Et dicitur fieri coram eo, quod fit eo ſciente & intelligente, licet non conſentiente. glo. in cap. vt circa. in ver. coram. de electio. in 6. in clemen. pri. in ver. coram. de iure patro. Zaba. in clem. pri. §. porro. in pri. de hæreticis. quia hoc eſt priuilegium Imperatoris & aliorum principum ſupremorum, iudicare in eorum cauſis. Si uerò fuerit contentio inter minores valuaſores, vel maiores,) Subaudi ſcilicet, & dominum inferiorem. De beneficio, iudicio parium definiatur, vel per iudicem curtis.) Nec corrigitur iſte textus per §. præterea. de prohi. feu. alie. per Fred. quia hic erat contentio inter dominum & vaſallum: ſecus ſi inter duos vaſallos, vt ibi. Præpo. hic poſt nu. 4. vſq;
4 ad 5. & ſic ſolus Imperator eſt iudex inter Comites & Barones, qui proprie capitanei appellantur. Cur. in tract. feu. in 7. parte, in pri. & de feudis habitis ab eo, ipſe cognoſcit: adeo quod vaſalli etiã clerici non poſſent iuriſdictionem prorogare in alium, Socin. in conſi. 87. nu. 1. vſque ad 3. & poſt. 3. volum. in alijs diſti. ut per Hoſti. in Sum. de feudis. ibi, apud quem vel quos. fere per tot. Quando cognoſcat iudex curtis, vel iudex ordinarius. Aluar. in §. ſi inter. num. pri. de lege Corradi. Si aliquis de Capitaneis,) ideſt de origine Capitaneorum. in ſimili in conſt. quiſquis, de burgenſibus. de reuocan. tranſeun. ad alic. habi. nam dictio, de, ſignificat
6 natiuitatem. Pau. de Caſt. in conſi. 310. poſt pri. pri. volum. Vel,) ideſt, ſaltem. glo. in ca. decet. in ver. vel. de immu. eccle. in 6. De maioribus valuaſoribus vel de minoribus, ſuum beneficium, ſiue
7 totum.) Siue, pro immo, nec ponitur diſiunctiue, vel copulatiue, ſed expoſitiue. Pau. de Caſt. in cõſi. 379. colum. 2. poſt med. pri. volum. Partem alienauerit.) Quod gloſſ. hic legit duobus modis: alio modo Iſe. quarto modo Præpo. hic in §. ſi aliquis. in princ. qui intelligit de alienatione, quæ fit ex tenore inueſtituræ. Et ipſe uel hæres eius.) Qui eſt filius maſculus. §. & ſi clientulus. de aliena. feu. Sine hærede deceſſerit, quia beneficium.) Supple nouum. c. pri. §. ſimiliter. de feu. Marchiæ. a Senioribus.) Vt ſupra tit. præceden. Apperiiur, & totũ
8 quod fecit reuocari debet.) Ideſt, poteſt ſi vult. Iſern. hic. & Præpo. in §. ſi aliquis. nume. pri. circa pri. & fi. & econtra. l. obſeruare, in ver. debet. & l. ſolet. in ver. debet. ff. de of. l. Procõſu. l. vni. in ver. poteſt. ff. de furtis aduer. nau. nulli. in ver. poterat. Codice, de iudicijs. Aut. ſed & periculum. in glo. 2. Codice, ſine cenſu uel reliq. glo. fin. in l. creditores. C. de pigno. alibi, debet, ideſt, ſolet. glo. 1. in l. pri. ff. de hæred. inſti. & ſolitum eſt. §. rurſus, quibus mo. feu. amit. lo pri. & ſic, reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris. Afflict. hic in c. 2. in pri. & 3. not.

Declarato textu, videbatur dicendum quòd debeat cognoſcere ordinarius, etiam quòd vterque litigantium habuerit cauſam ab Imperatore uel Rege. per l. adoptiuum. Codice, de adoptio. vbi adoptatus beneficio principis, poteſt authoritate ordinarij diſſolui: ita videtur quòd poſſit ordinarius cognoſcere, etiam quòd illi habeant cauſam a Principe, ſicut poteſt præſes cognoſcere cauſam ad Imperatorem remiſſam. l. ad Imperatorem. ff. de appellatio. Secundò, pares curię ſunt iudices feudorum. ca. pri. de contr. inter domi. & fidel. ergò ſiue contentio ſit inter maiores, ſiue inter minores valuaſores, ipſorum debet eſſe cognitio, cũ idem ſit obſeruandum in minimis, quod dictum eſt in maioribus valuaſoribus. cap. pri. in fi. de natu. feu. Tertio, per cauſam cognoſcimus effectum. Bal. in rub. ff. ſi certum petat. cauſa huius reuocationis eſt alienatio, quia quod non eſt, caſſari non poteſt. glo. in c. auditis. in ver. caſſatum. de electio. ſimi. in c. pen. in ver. accuſari, circa medi. de deſponſa. impube. Iſta alienatio ceſſat, quia effecta alienabilis, ſemper durat alienabilis. leg. pater. §. quindecim. de leg. 3. ſucceſſiue, effectus huius alienationis, & ſic reuocatio, debet ceſſare; effectus enim operi nomen imponit. l. ſed ſi vir. §. primo, in ver. donandi, ff. de donatio. inter virum & vxo.

Non obſtantibus his ſeruatur contrarium: & ratio eſt: quia Princeps imponendo manum in illa conceſſione, non poſſunt alij ſe intromittere: ſicut in Papa multa Loffred. in dicto §. præterea ſi inter duos. in 11. colum. in pri. & ſeq. maxime ſi quæſtio eſſet de priuilegio. Afflict. hic poſt nume. 3. qui dedit, debet interpretari & non alter. l. leges. Codice, de legi. cap. cum uenitſent. de iudicijs. In ſecundo dicto, Ratio fuit, quia pares curiæ habent iuriſdictionem a lege, & poſſunt quibus nolunt mandare. Innoc. in c. cæterum. num. 3. cir. fin. de iudicijs. & propterea nunc magna curia cum voto ipſorum cognoſcit de perſonis feudatariorum. Affli. hic circa fin. in vltimo dicto. Ratio fuit, quia reſoluto iure datoris, &c. ut ſup. l. lex uectigali. de pigno.

Quibus ſtantibus, non obſtat Primum: nam procedit de conſenſu partium: alias non poſſunt, ſicut nec poſſent pares renuntiare reſeruationi facti per Papam ſuper beneficiis, niſi & quatenus particulariter illos tangit. Afflict. in c. adoptiuus. nume. 8. ſi de feu. fue. contro. inter domi. & ag. Non obſtat ſecundum, nam licet non ſit differentia inter maiores & minores valuaſores, tamen ratione concedentis, vnus eſt altero maior. c. pri. de feu. Mar. & quanto quis a maiore ordinatur, tanto maioris eſt dignitatis. gloſ. in c. penul. in

ver. elegit. 93. diſt. & dicitur maius & efficatius bonum a maiore datum. glo. in l. 2. ff. de albo ſcribe. Non obſtat vltimum, nam illa reg. procedit quādo prohibitio alienationis eſt perſonalis: quia tunc effecta ſemel alienabilis, ſemper durat, ſecus quando eſt realis. Lud. de Moli. de Hiſpa. primogen. lib. 4. ca. pri. nu. 32. & ſic firma remanet concluſio, quòd controuerſia feudi inter eos qui ha-
10 bent cauſam ab Imperatore, coram eo terminari debet.

Extende concluſionem prædictam procedere quòd non ſolum debet coram eo terminari, verū etiam & exequi, quia verbum cognoſcere hoc importat. cap. 1. in ver. feudorum clauſulę. ibi, cognitione; nam ad officium iudicis pertinet, non ſolum ferre ſententiam, ſed etiam mittere in poſſeſſionem, not. in ca. cum contra. de pigno. Et procedit, non ſolum in feudis antiquis, ſed etiam in nouis. Aluar. In §. eſt & alia. num. 2. quę ſit pri. cau. bene. ami. & non ſolum in feudis, ſed etiam in perſonis: quia de eis cognoſceret Princeps. l. 3. Codice, vbi ſenato. vel clari. tamquam ordinarius & dominus feudi. Iſern. in c. pri. cir. fin. num. 4. in fin. & poſt num. 9. quid ſit inueſt. & in c. ſancimus, lo vlti. nume. 3. circa medi. quo tempore miles. Vltimò habet locum, nō ſolum in petitorio, verum etiam & poſſeſſorio. Immo poſſit vtrumque, coram eodem ſimul & ſemel proponi. gl. in c. in literis. de reſti. ſpolia. l. 3. ff. de itinere actu. pri.

Limita tamen procedere, quando vterque litigantium allegauit eundem inueſtitorem, ſecus ſi diuerſos: nam tunc pares curiæ cognoſcerent. Loffred. hic in ſecunda par. & Afflict. in cap. pri. in 4. no. poſt num. 10. de feu. ſine culpa non amit. Item non procedit ſi ...us ex eis qui tenet, a domino habuit mediante pecunia: nam tunc propter euictionem ad quam tenetur, non conueniur coram domino vel paribus, ſed coram ordinatio uel arbitris. c. pri. & ibi Iſern. in pri. de inueſt. in mari. facta. & in c. pri. an apud iudi. vel curi. domi. Licet aliter per §. præterea. d. titu. de prohi. feu. alie. per Fre. §. ſi verò. circ. medi. & § ſi tres uel plures. cir. fin. de pace tene. Vltimo procedit, quando difficultas eſt in priuilegio, ſecus ſi eſſet in priuilegiato: quia tunc etiam inferior poſſet cognoſcere. Bald. Afflict. & alij hic. Item vbi non agitur condictione ex lege feudali, non itur ad pares curiæ, ſed ad ordinarium. Fel. in c. cęterum. numero vndecimo. de iudicijs.

Nota, quòd dominus feudi habet iuriſdictionem ordinariam, reſpectu cauſæ concernentis feudum. Abb. & Deci. in d. c. cęterum. in pri. & determinatur & appellatur ad ſuperiorem dominum, qui conceſſit feudum, etiam ſi ſit laicus, & dominus vaſalli clericus. Idem Abb. in c. verum. nume. pri. 4. & 25. de foro compete. Zaba. in clemen. pri. num. 14. poſt medi. de offi. ordi. & tenetur vaſallus conuenire alium vaſallum, pro cauſa quæ pertinet ad forum ſeculare, coram iudice competente regni. Afflict. in Deciſi. 265. poſt nume. 99. & 100. in Regno Sicilię dominus feudi noli cognoſcit de feudo, ſed illorum cognitio eſt delata certis perſonis, Iuſtitiario, ſi non ſunt quaternata, magiſtro Iuſtitiario ſi ſunt quaternata. Iſern. in c. pri. in fi. an apud iudi. vel curi. domi. & in d. §. præterea. ſi inter duos. num. 81. circa medi. Afflict. in conſt. Iuſtitiarij nomen & normam. in 23. not. poſt nume. 29. Fred. de ſubfe. lib. 2. ibi, vigeſima quarta authoritas: & ferebatur ſententia per Mag. curiam cum voto parium. Afflict. in conſt. ſtatuimus. in 4. not.
12 poſt num. 10. de offi. magi. Iuſti. Hodie in locum illius ſucceſſit, & eſt Regia Camera. Loffr. in conſ. 36. poſt num. 11. Affl. in conſti. præſes prouincię. in 5. not. cir. fi. Iure iſto ſi vterque prætendit habere ab eodem, ipſe cognoſcit vt hic: ſi a diuerſis cognoſcunt pares. Iſer. in d. c. pri. poſt nu. pri. & 2. de lege Corra. In alijs dominus terræ eſt ordinarius vaſallorum. §. ſi verò. Aut. de Quæſtor. Iſern. in §. ſcriba. poſt num. 26. d. titu. de prohi. feu. alien. per Fre. Quatuor curias in quibus cauſę feudales poſſunt ventilari, refert Alua. hic in pri. & in §. ſi inter. poſt num. 5. d. titu. de lege Corra. Item nota, quòd cauſa eorum, qui tenent ab Imperatore, coram ipſo terminari debet, ſicut delinquentes contra Principem, Principi remittūtur. l. vni. C. ſiquis Impera. maledi. Ordinatus a Papa ſine eius licentia, ad ſuperiores ordines non promouetur. c. cum in diſtribuendis, de tempo. ordi. licet dicatur ordinatus ad honores; nec facit pręiudicium ordinario, cuius iuriſdictioni eſt fauendum. c. ſi Papa. in ver. non exiſtunt. de priuile. in 6. ſed ſubeſt epiſcopo. glo. 2. in c. filium. pri. queſt. pri. Vltimò nota, quòd qui conceſſit caſtrum in feudum, non poteſt cognoſcere de primis cauſis ruſticorum, qui præſertur qui habet iura utilia. Et quādo ſunt duo, quorum quilibet habet ius efficax, melior eſt conditio pręuenientis. Bald. in l. ſumma. num. 35. ff. de rerum diuiſio. & ſi retinet penes ſe cauſas appellationum, an poſſit in alieno territorio conſtituere iudicem appellationis. Fred. de ſubfe. lib. 2. ibi, vigeſima octaua authoritas. clericus ratione feudi, nunquam mutatorum. Archi. in c. nemo. in pri. 11. quę. pri. nec poſſunt vaſalli litigantes de
13 feudo, prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu domini. Abb. in conſi. 3. num. 5. 2. volum. & in ca. ex tranſmiſſa. de foro compe. Cur. in tracta. feu. in 7. par. num. 19 & poſt num. 28. ponit regulā cum 13. limita. Fel. in c. cæterum. num. 6. fere vſque ad 14. de iudicijs. Quis autem cognoſcet in cauſa appellationis. Alua. hic. colum. pen. ibi, quis autem erit ordinarius. & in § fin. colum. 4. in pri. de inueſti. in mari. facta. & pares non compellantur cognoſcere, niſi cæpiſſent. Idem Alua. in c. 1. nu. 5. an apud iudi. vel curi. domi.

In terminis huius textus, ſi ſunt duo inueſtiti a Principe, quis eorum præfertur? dic quòd primū priuilegium ſecundo pręponitur. §. pri. in ver. priuilegium. Aut. ut inſta. exactio. dotis. quia, l. quoties, Codice, de rei vendi. habet locum in feudis, tam ſi fiat traditio vere, quàm ficte. Cam. in c. Imperialem. in pri. car. 7. colum. 1. in fi. & ſeq. in pri. & fi. tangit Afflict. ſupra in prælu. poſt nume. 73. & quid ſit inueſt. in pri. poſt num. 5. quis dicatur primus. Iſe. in c. ſiquis, per 30. colum. 1. in fi. ſi de feudo defu. mili. contro. fue. Iſe. theorica eſt plana, & pauca quæ addenda putaui, colliguntur ex prædictis.

Conſtitu-

Conſtitutiones feudales domini Lotharij Imperatoris, quas ante ianuam Beati Petri in Ciuitate Roma condidit obſeruandas. Tit. XIX. C.I.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio quid, & vnde dicitur.*
2 *Ceſar Auguſtus ſe dominum vocari edicto prohibuit.*
3 *Lotharius fuit Imperator, & filius Ludouici.*
4 *Roma antiqua, & noua.*
5 *Roma laudes.*

AD RVBRICAM.

1 COnſtitutio) Vel edictum eſt, quod
tantum Rex vel Imperator conſtituit
ſeu edidit. cap. conſtitutio. 2. diſtinct.
Ideo ſequitur, Domini Lotharij Im
peratoris. & dicitur quaſi communis
vel ſimul ſtatutum. Abb. in rub. de cõſtitutio. ſimul
enim & cum Concilio ſuorum procerum Impe-
rator condidit conſtitutionem. l. humanum. C. de
legi. & hic in textu dicitur fuiſſe ſtatutam per lau
damentum ſapientum Papiæ, Mediolani &c. vel
dicitur, quaſi commune ſtatutum. Ioan. Andr. in
rub. in pri. de conſtitu. in 6. propterea in fine dici-
tur, Condidit obſeruandas. Et dicit, Feudales.) ad
differentiam conſuetudinis in genere: nam con-
ſuetudo in ſcriptis redacta, conſtitutio ſiue ius vo
catur: quæ vero in ſcriptis redacta non eſt gene-
rali nomine conſuetudo appellatur. cap. conſue-
2 tudo. §. cum itaque. pri. diſtin. Domini.) Licet Cę
ſar Auguſtus ſe dominum vocari edicto prohi-
buit. Lucas in l. mulieres. colum. pri. poſt pri. C. de
3 dignitat. Lotharij Imperatoris.) Et Regis Lom-
bardorum. Iſern. de noua forma fideli. cir. finem.
poſt numer. 8. Fuit filius Ludouici Imperatoris.
idem Iſern. in §. iniuria. in verſi. puniatur. cir. med.
de pace iuran. firm. iſte diuiſo regno inter filios,
renunciauit ſeculo, & ingreſſus fuit monaſterium.
Afflict. in capi. prim. cir. finem. nume. 19. de alie-
na. feud. pater. & dicas Lotharij, & non Rotha-
rij. Iſern. ſupra in prælud. in 3. quæſt. cir. princip.
poſt nume. 37. nam Rotharius, non fuit Rex Ro-
manorum, nec Imperator. idem Iſern. in §. ſimili-
ter in oſtenditijs. num. 13. poſt medium. de capit.
Corra. Quas in ciuitate Romana,) Antiqua, nam
4 alia eſt noua. l. 4. C. de oper. publi. l. fin. C. in qui-
bus cau. pig. tacite contraha. Auth. vt ordinariæ
præfec. poſt medi. §. pri. Auth. de eccleſ. titu. glo. in
l. ſi duas. in ver. maxime. l. ſed & reprobari. §. fin. in
glo. vlti. ff. de excuſ. tut. in l. vnic. C. de Metrop. Be
re. iſta antiqua in iure vocatur pluribus modis. Lu
cas in l. vni. de priuileg. corpo. vrbis Romæ. §. pri.
in glo. 2. Authen. vt eccleſia Roma. cent. ann. gau.
præſ. & ad notandam iſtam differentiam, dicitur,
Ante.) Ideſt coram. Archid. in cap. ſtatuimus. circ.
medium. 11. quæſtio. prim. Ianuam Beati Petri in
Ciuitate Romana,) Vltra dicta ſupra in prælud.
5 in 2. quæſtio. dic, quòd appellatione ciuitatis, rei-
publicę & vrbis, ipſa venit. l. pri. in glo. ciuitatem.
ff. ſoluto matrimo. Zabar. in clemen. paſtoralis. in
prin. nume. 5. & in 13. not. de ſenten. & re iudic. &
in clemen. vni. in verſi. dudum. in 8. not. de iureiu-
ran. eſt caput Italiæ. glo. fina. in l. cum furioſus. ff.
de iudicijs. Immo totius mundi. Aluarot. hic eſt
in Italia, & eius caput: non autem prouincia. Azo
in Sum. de offic. proconſu. in prin. ſola dicitur re-
ſpublica, licet quãdoque quodlibet oppidum. l.
ſed & ſi per prætorem. §. fina. in verſieu. non ab
ſit. ff. ex quibus cau. maio. & alia de quibus Lucas
in l. 3. cir. finem. de Conſuli. & non ſparg. Roma
verò noua eſt ciuitas Conſtantinopolitana a qua
propter hoſtes, a Græcis translatum fuit Impe-
rium in Germanos. Iſern. in d. §. fin. de noua for-
ma fidelit.

SVMMARIVM.

1 *Ex, denotat cauſam proximam.*
2 *Miles, vnde: & primus Romulus ex populo ſumſit milites.*
3 *Ordo accipitur pluribus modis; hic uero pro electione in militiam.*
4 *Legis quam non habemus, ponit tenorem.*
5 *Conſtitutiones antiquiores, in opere feudali.*
6 *Hibernus, Hibernia, Græcia.*
7 *Betica pars Hiſpaniæ.*
8 *Cõiunctione plurium capitulorum, vnum per aliud declaratur.*
9 *Proœmium eſt neceſſarium ad tractatum.*
10 *Princeps debet omnia facere cum concilio baronum.*
11 *Summa, eſt rei finis & perfectio breuis.*

AD TEXTVM

1 SI quis.) Pro introductione & notitia
huius literæ. Præpoſit. in §. ad hæc. in
prin. hic finitur lex. Iſte textus eſt præ
ambulum ad ſequentia: & ſecundum
Iſern. hic, continet illud de quo tractant ſequen
tes leges Lotharij. Dicitur Summa, breuis, prima,
vel digna diuiſio. gl. in l. ſumma. ff. de ſtatu homi.
ideo declarando, dicas, Si quis ex.) Quæ dictio de
notat cauſam proximam. l. eo tempore. §. fin. & ibi
Bart. ff. de peculio. Militum.) Quos primus Ro-
2 mulus ex populo ſumpſit. & dicuntur, quaſi vnus
ſit electus ex mille. Archid. in cap. pen. 23. quæſt.
prim. Ordine.) Per electionem ad militiam voca-
tus, cum pluribus modis, ordo capiatur in iu. e.
3 Idem Arch. in ca. cleros. colum. 2. poſt medium. &
3. in prin. 21. diſtin. Deceſſerit.) Deorſum cecide-
rit, reuertendo vnde exiuit. In ſimili Lucæ capit.
21. quia omnis homo terra, & cinis. Eccleſiaſti-
cus. 17. in fi. & reuertitur in terram de qua ſum-
ptus eſt. Geneſ. 13. Qui de feudo inueſtitus fue-
rit.) Feudi inueſtituram acceperit, §. ſed etiam. per
quos fiat inueſtit. Obſeruetur, vt conſtitutum ha-
bemus.) Ideſt vt conſtituimus ponendo tenorem
4 legis quam non habemus. Innocen. in ca. ſuper
quæſtionum. in prin. de offic. delega. vel leges ſe-
quen. vt hic in gloſ. pri. Si vnus inculpatus.) Ideſt,
valde culpatus. glo. rub. ſoluto matrimo. culpatus,
vero frequentatiuum eſt, contrarium vero, lauda
re, vt dicunt Gramma. in verſi. culpo, Vna) Et ſic
non requiruntur omnes, de his nominatis culpis,
Vt obſeruatur & eſt inſertum per conſtitutionẽ
Domi-

Domini Lotharij Imperatoris.] Et iſtę conſtitu-
tiones fuerunt factæ in anno. 825. & ſunt anti-
5 quiores omnium quæ ſunt in hoc libro,factæ per
Lotharium primum nepotem Caroli Magni.Illas
promulgauit in ciuitate Romana ante ianuam
Beati Petri coram Eugenio Papa & vniuerſo po-
pulo.gl.Pari. ritu.pri. in pri.nume.32. Per lauda-
mentum.]Ideſt,quia ita laudauerunt.cap. prim.in
fra, de vſu Mediolani.Et dictio,per, ſtat occaſio-
naliter,non cauſatiue. Archidiac.in capit. fin.co-
lum.2.cir.finem.13.diſtin.Sapientum.] Quorum
virtus & ſcientia ſupperunt.Lucas in l.2.colum.2.
circ. finem. C.de ponderato. & auri illatio.& ha-
bēt plenum animi iudicium.l.diem proferre.§.pe-
nult.in gloſ. verſicu.coram.ff.de arbitris.quorum
conſilio leges iſtæ ſunt factæ.Iſer. hic. Papiæ at-
que Mediolani,Mātuæ,Veronæ.] Quæ Verna di
cebatur, ſed in pronunciatione additur, o,litera:
& dicitur figura pleonaſmos,ideſt adiectio ſuper-
uacua.l.fin.in verſic.maxime.C.de teſtam. manu.
tamen cauſa euphoniæ, ideſt melioris conſonan-
tiæ,additur,litera, o, & dicitur Verona.Aluarot.
hic cir. pri.q̃ Brenus alias Hibernus vocatur,alibi
6 Hibernia & Græcia,Zaba.in clemen. prim.§. de-
mum.& §.verum.in prin. de verborum ſignifica.
7 Betica)Eſt pars Hiſpaniæ.Archid.in capi. in deci-
ma.12.quæſtio. 2. Parmæ, Lucæ Piſæ,& Sypon-
ti.) Iſtæ ſunt ciuitates Lombardiæ & Tuſciæ.Iſe.
hic, quæ Liguria a ligure Rege vocatur.Iſtria vo-
catur Marchia Teruiſina, & Aquilegia. quantum
protenditur lingua Latina, vſque ad Sclauoniam.
Archid.in cap.de Liguribus.in pri.22. quæſtio.5.
de Burgendia,Francia,Flandria, Vaſconia & Bri-
tania,idem Archid.in cap.in Galliarum.25.quæ-
ſtio.2.Et Marchionum atque Ducum vel Capita
neorum,atque valuiſorum maiorum.) Et ſic fe-
cit Princeps cum Concilio ſuorum Baronum &
ſapientum.not.Pau.de Caſtro in l. placet.in prin.
C.de ſacroſanc.eccleſ.nam 4.Regum.capi.6.Initę
Rex Syriæ conſilium, cum ſeruis ſuis.Cōſiliatus
eſt ſimiliter Dauid cum Tribunis & Centurio
nibus,& vniuerſis Principibus.Paralipomenon.1.
cap.13.Iſern.hic finitur lex.numé.9. cir. medium.
& debet quilibet hoc facere.Iſaias.c.16.& debet
eſſe conſilium cum ſenibus: nam Roboam reli-
quit conſilium ſenum, & cum iuuenibus tractare
cępit,ideo perijt.2.Paralipomenon. ca.10.ſed non
præpoſtere, vt quidam, qui prius requirunt ho-
minum concilium, & poſtea Dei. capit.omnis.in
poſitione caſus.in fin.de conſecra. diſtinc. pri.lu-
men quippe conſilij, donum eſt ſpiritusſancti.
Lucas in l.omnes,la prim.colum.6. circ. finem.&
7.in prin. C.de decurioni. & poſtea cum magna
cautela ſunt peritorum conſilia oportuna ſequē
da.addit.ad glo.in verſic. expedient.cap. vt com-
miſſi. de hæreticis. in 6. vt per ampliores homi-
nes manifeſta veritas reueletur.glo. fin. in cap. fi.
20.diſtin. Et cum de iure tractaretur, debuit Lo-
tharius cum conſilio peritorum reſpondere. l.ſo-
let. in verſicul. reſpondere. ff. de officio Pro-
conſulis & leg.

Explanato textu, videbatur dicendum, quòd
cum ſit procœmium aliarum conſtitutionum, vt
dicunt doctores,non ſit lex,ſicut procœmium ſta-
tuti non facit ius, ſed ipſum quod ſequitur ſta-
tuendo eſt ius.Bald.in conſi.443. nume.4.3.vo-
lum.& ſi non eſt ius, non debebat poni, quia le-
ges non debent eſſe ſuperuacuæ & inutiles. Lu-
cas in l.vnic.in prin.C. non licere habitato.metro
co.Secundò, ſi hic per premiſſa, vel loco ſumma-
rii, dicitur idem quod infra, vltra quòd eſſet ſu-
perfluum, eius quod multipliciter exponitur, ve-
ritas ignoraretur. Bald. in l.nec quidquam.§.vbi
decretum.in prin. ff.de off. procon. & lega.& ta-
men lex debet eſſe clara & non obſcura.c.erit au-
tem.4.diſtin.Tertio,referre pluries idem, non eſt
niſi ſæpius loqui.Iſern.ſupra in procœ. in prin.co-
lum. 3. poſt numer. 13. & tamen iſta loquacitas
eſt parum vtilis, & malum tędioſa.Bald.in conſi.
155.in prin.2. vol.

His non obſtantibus, ponitur hic textus.& ra-
tio eſt, quia præfationes ſunt neceſſariæ. l. pri.de
orig. iuris.ipſæ enim denotant mentem & ratio-
nem legis & conſtitutio. Bar.in l.pri. num.pri.ff.
ad Macedo. & propterea ab ipſis tanquam vtili-
bus & non ſuperuacuis, cęperunt compilatores.
pri.conſtit.C.§.quibus.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam procœ-
mium,quatenus narrat factum,non facit ius: ſed
quatenus per illud deuenitur ad ſenſum legis,pro
cœmium habet vim legis.Bal. in conſi.51.nu.7.5.
vol.Secundum non obſtat,nam diuerſitas rerum
facit obſcurum legatum.l.ita fidei.cir.fi.ff.de iure
fiſci.Sed quando bis idem repetitur, vna pars ora
tionis declarat aliam.L. ſtr.in conſi.19.poſt num.
33. Vltimum non obſtat,nam non eſt repetere
idem per omnia,ſed refert, addit vel minuit, adeo
quòd tranſit in aliam ſpeciem. l. ius ciuile.de iuſt.
& iure.& ſic colligitur concluſio,quòd ex coniū-
8 ctione plurium capitulorum, vnum declaratur
per aliud,ſicut per coniunctionem plurium rerū.
L.aſtr.in conſi.41.num.4.& vnum caput legis de-
claratur per aliud.Bald.in conſi.480. num.13.5.
volum.intellige,tam ſi præcedat, quàm ſubſequa
tur.Alex.in conſi.170.nu.5.5.volum.nam ſi præ-
cedit, præcedentium virtus eſt quadruplex: decla
randi, ſupplendi, ampliandi & reſtringendi. Bald.
in conſ.357.poſt num.1.5.volum. ſi ſubſequitur,
ſequentia exponunt primum.l.vtimur. in gl. fi.de
ſepul.viola.& ſequentia per pręcedentia intelligū
tur.glo.fin.in. l.quoties.C.fami.herci. & eſt bona
illatio à præcedentibus ad ſequentia.Bal. in conſ.
3.poſt nu.4.cir.medi.2.vol. & extende idem eſſe
in ſcriptura: nam ex poſteriore intelligitur prima.
l.quiſquis in glo.fin.de leg.3.ex vna parte ſtatuti,
declaratur mens ſtatuentis in alia.Alex.in conſil.
32.nu.3.7.vol.lex noua per antiquā. Aut.offera-
tur. C.de litis conteſtat.cum.l.ſecundum.qui ſatiſ-
dare cogant.Reſtringe tamen in declaratione,per
quam declarans non ponit aliquid de nouo, ſed
detegit id quod dixerat.Iſer. in c.1. §.ſinautē.nu.
12.cir.fi.de pace tenē. nam tunc declarando nihil
datur,ſed datum ſignificatur. l. hæredes palam.§.
2.cir.medi.ff.de teſtamen.item habet locum, niſi
implicaret contradictionem, per ea quæ in ſimili
tenet Bal.in conſ.357.4.volum.Vltimò procedit,
quando eſt par ratio: ſecus ſi diuerſa.Alex.in cōſ.
42.num.7.3.volu.[Nota, quòd initium cuiuſque
rei debet incipere ex procœmio.§.h. Aut.in medio
9 litis.ipſum enim eſt multum neceſſarium,quia oſtē-
dit cauſam finalem. Aff. de prohi. feu.aliena. per
Frede.in pri.nu.1.& poſt declarat regulam.Alex.
in conſi.37.poſt.nu.1.1. volum. in ſtatutis habe-
tur pro ratione.Bal.in conſi.254. nume.3.4. vol,

iudicat

in licat mentem. Alexand. in conſi. 7. numer. 3. 2. volumi. & 41. poſt pri. 3. volumi. datur ex eo intelligi mens & intentio diſponentis. Idem Alex. in conſi. nume. pri. & 79 poſt nume. pri. 5. volum. probatur cauſa finalis diſpoſitionis. Deci. in conſi. 600. nume. pri. & 2. & 640. nume. 13 ratio finalis & inductiua priuilegij. Afflict. in cap. Imperialis. nume. 2. de prohib. feud. alie. per Lothar. & ſi eſt poſitum in lege, vt hic, mentem legiſlatoris demonſtrat. Deci. in conſi. 523. nume. prim. & 532. poſt nume. 9. dat intellectum toti legi, præſtat lumen diſpoſitioni: tollit incertitudinem, & cauſam finalem oſtendit. Ludouic. de Molin. de Hiſpan. primogen. lib. prim. §. 5. nume. 2. Secundò nota,
11 quòd ſumma, eſt rei finis, perfectio breuis, & confirmata collectio. Lucas in l. pri. in prin. C. de fiſcali. vſuris. alia capitula quæ iſte Imperator edidit circa electionem & obedientiam ſummi Pontificis, in Longobar. Dominus Lotharius Imperator egregius, edidit ad lumen Beati Petri Apoſtoli iuxta Ciuita. Roma tempore, & cæt. per tot. Vltimò Verona libertus vocatur. Iacobus de Ard z v. in ſumma. quibus modis feud. acquir. poſt princ.

Imperator Lotharius Eugenio Papæ, & vniuerſo populo. Tit. XX.

SVMMARIVM.

1 *Imperatores quomodo olim, & quis nũc. Per quos creatur. & quot fuerunt Imperia.*
2 *Papa præfertur Imperatori.*
3 *Populus quis dicatur.*

AD RVBRIC.

1 Imperatores apud veteres dicebantur, qui in numero præerant: vnde Imperatores, ideſt poteſtates ſeculares. Archid. in capitu. ab Imperatoribus. 23. quæſt. 3. poſtea vero ille tantum apud quem ſumma rei militaris conſtiterit, ſed dum diu duces titulis Imperatoris fungerẽtur, ſenatus cenſuit Iulij Cæſaris tm̃ hoc nomen eſſe, quod ſequentes Cęſares habuere, vt hoc nomine diſtinguerẽtur a cæteris Regibus. idem Archid. in capitu. Iulianus, 11. quæſt. 3. vnde autem dicantur, per quos, quomodo, & vbi creẽtur, quot fuerunt Imperia, & in quibus conſiſtit Imperialis poteſtas, late Aluaro. infra, quis dicatur dux. in prin. poſt nume. 5. vſque ad 15. huius Imperialis fortuna omnes alias ſupereminet. l. cum multa. C. de bonis quælibe. eſt ſup omnia terrena. Bald. in conſi. 347. circ. finem. pri. volumi. Dei ſimilitudinem in terris gerit, adeo quod apud Romanos, diui vocabantur. & eſt vicarius Dei in ſecularibus, ſicut Papa in ſpiritualibus inter conſilia feud. diuerſ. 2. numer. 126. vſque ad 128. eum tanquam terrenum dominum adoramus, cumque Auguſti nomen acceperit tanquam corporali Deo fidelitas eſt præſtanda. Peleus in Sum. poſt Azo. C. de cenſi. & cenſito. poſt nu. 3. eſt ſuper omnes Reges tanquam ſtella matutina in medio nebulæ. Iaſ. in repeti. feu. in prin. nume. 107. cir. finem. Aluarot. in cap. prim. numerum ante coronationem. Præpoſit. hic nume. pri. & in eo ſunt omnes theſauri dignitatum reconditi. Cap. in ſua inueſt. in verſiculo, feudum dant. ibi, Imperator. Nomen ipſius eſt ſupre me potentiæ, 4. d. titu. quis dicatur dux. Dicitur Rex Romano & eius poteſtas eſt anomola, quia nulla clauditur regula. Bald. in conſi. 327. poſt numer. 11. & 13. cir. finem. pri. volumi. olim Imperator Rex vocabatur, quia hoc nomen eſt magis antiquum quàm Imperator. Afflict. de his qui feu. dare poſſunt. in princ. 37. circ. finem. Rex dicitur Imperator. Archid in cap. in apibus. poſt prin. 7. quæſtio. pri. in capit. duo. 23. quæſt. 4. Aluarot. in capi. pri. colum. 3. cir. prin. ſi de inueſtir. inter domi. & vaſa. lis oria. Præpoſi. quæ ſiut rega. colum. 5 in pri. vel Rex ante coronationem. Zabar. in clement. vni. in verſic. dudum. in 1. not. de iureiuran. Nomine tamen, maior eſt Rege. Cap. vbi ſupra. in verſiculo, feuda officiorum. col. 4. poſt prin. ſemper eminet tanquam ſtella matutina, vt ſupra. Præpoſit. in §. fin. poſt nume. 2. de prohib. feud. alien. per Freder. omnes dignitates ſunt ſcabellum pedum ſuorum; poteſt eas infringere, remouere, & transferre. Bald. in conſi. 333. numer. pri. poſt pri. pri. volumi. in dubio omnis temporalis iuriſdictio ſua eſt de iure immobilis & perpetuo manens. Idem Bald. in conſi. 218. colum. 2. ibi, nam in dubio. 3. volumi. ipſe enim dat dignitatibus eſſe, ſtatum, & ordinem. Bald. in dicto conſi. 333. colũ. 1. poſt medi. dicitur enim, Dux, Comes, Marchio, & omnis dignitas in eo eſt. Idem Bald. in conſilio 328. nume. 11. in fio. prim. volumin. Eugenio Papæ.) Summa occaſione ex quo Imperator ſcribendo ſe præponit Papæ.

Quæritur quis maior ſit? Pro Imperatore ponderat Iſern. in ſcriptionem iſtam, & aliam in cap. fin. de prohib. feud. aliena. per Lotha. in epiſtola, inter claras. C. de ſumm. Trinit. & quod dicitur in pſalm. 98. dominus regnauit. Ibi, Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius. & facit capit. victor. 97. diſtinctio. capit. dilectiſſimis, & ibi gloſſ. prim. 12. quæſtio prim.

2 Sed q Papa ſit maior verũ eſt: nam dña Papæ, quod eſt interiectio admirantis, maior pater & cuſtos. Archid. in capit. quia. poſt medium. 10. quæſtio. pri. in capit. fin. 33. quæſtio. 2. Zab. in clemen. fin. in prin. de ſenten. excommunic. eſt ſupra ius, cum ſit Locum tenens Dei, Vicarius verus in terris: maximus adminiſtrator, & ab omni regula exemptus. Hiero. Gabrie. in conſi. pri. numer. 68. in prin. dicitur ſtupor mundi. gloſſ. in §. quoniam. in verſic. Papa. in proœ. clemen. cæteris pręeminet dignitate, officio, & poteſtate. Zaba. in clemen. 2. in verſic. ſuper chatedram. in 2. no. de ſepulturis. non habet ſuperiorem vel parem. Bald. in conſil. 353. poſt nume. prim. pri. volumi. immo eſt fons omnium dignitatum Pernus. in trac. de Principe. colum. 9. poſt prin. dicitur pater patrum, eſt in eo omnis dignitas & iuriſdictio, & concurrit cum omni prælato cumulatiue. Affli. quis dicitur dux. in prin. not. poſt nume. pri. eius poteſtas & iuriſdictio immediate pendet a Deo. Zaba. in clemen. fi. colum. pri. cir. finem. de ætate & qualita. & in clemen. paſtoralis. nume. pri. de ſenten. & re iudica. eſt gubernator vniuerſi, & poteſt auferre, vni, & dare alteri, maxime ex cauſa. idem Zabar. in clemen. ſi de beneficio. poſt nume. pri. de præben. recipere

cipere

12 terita enim & præſentia non ſunt in pendenti, quantum ad nos. §. quoniam. cir. finem. & ibi glo. Authen. de nuptijs. Afflic. hic num. 20. inde dicimus, quod matrimonium pendet vno tantum ſuperſtite, §. prim. in verſi. pendente. Auth. neque virum quod ex dote. & patria poteſtas ratione impedimenti. l. pri. §. pri. & ibi glo. in verſi. ſi minus ff. ad Macedo. & ius matris. l. 1. poſt prin. l. in ſuſpenſo. cum l. fi. ff. ad Tertul. item dominia. l. pen. §. fi. ff. de caſtre. pecu. l. ſed & ſi, la tertia. §. prim. in gl. fin. ff. de vſufruct. & quemadmod. quis vtat. vſucapio. l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucapio. ſtatus, l. boni. §. prim. de capti. & poſtli. reuer. l. 3. §. quod in tempus. ff. de Carbon. edict. l. ſi minor, la. tertia. ff. de manum. vindi. l. ſi tibi homo, §. cum ſeruus, de lega. prim. l. cum filius. §. ſeruus. de legat. 2. l. 1. ff. vnde legi. l. prim. ff. ad Tertullia. patris intentio. l. pater. ff. de inofficioſ. teſtamento. l. liber homo, §. Titius, la ſecundo. ff. hæredib. inſtituen. ex morte pendet libertas. l. qui duos. de manu. teſtam. ſi ſunt legatarius, vel oc. l. videamus. de libera. ligat. conditio. l. ſi quis ita lo ſecundo. ff. de hæred. inſtit. vnius portio altero adeunte. gloſſ. 1. in l. fin. de vulga. & pupilla. ratio legis Falcidiæ. l. ſi propterea. & l. in lege Falcidia. ff. ad leg. Falcid. voluntas promiſſoris. l. qui ex pluribus. de verborum obligationib. ſtipulatio. l. 1. §. prim. eodem titu. de verborum obligationib. l. filiusfamilias. ff. de caſtre. pecu. obligatio. l. ſi is. ff. de donatio. inter virum & vxorem. traditio. l. ſi ſeruus communis, in verſi. non tibi & in verſic. ratio. ff. de ſtipulat. ſeruo. rurſus conditio. l. penult. cap. de peri. & com. rei vendi. venditio. l. boue. §. fin. de ædil. edict. promiſſio euictionis. l. 1. in gloſſ. fi. ff. de euictio. & vt dixi traditio. l. ſed interim. §. penult. in fi. de donatio. inter virum & vxorem. promiſſio dotis. l. ſi debitor, la prima. & 2. ff. de iure dot. l. ſi nuptura, de fundo dota. actio de dote. l. ſi maritus. ff. famil. erciſcun. donationes a marito in vxorem collatæ. l. res vxoris. C. de donatio. inter virum & vxorem. donatio cauſa mortis, l. mortis cauſa, la quarta. de donatio. cauſ. mort. literæ impetrare ad iudicem eccleſiaſticum, ſunt in pendenti, quo vſque appareat de negligentia ſecularis. ca. ex tenore. & ibi gl. fin. de foro compet. idem in reſcripto, quo vſque perueniatur ad ſententiam. gl. pri. in cap. licet. eod. tit. de foro compet. ſententia quoque. l. duo iudices. ff. de re iudic. & confirmatio, donec infirmetur vel confirmetur ſententia. not. in capit. bonæ. & in c. cum dilecta. de confir. vtili vel inutil. fideiuſſio. l. fideiuſſor obligari. §. pen. ff. de fideiuſſo. ſolutio, l. ſi quis offerenti. §. final. de ſolutio. pars ſolutionis, ſi integra non ſoluatur. l. 5. §. ſi decem. ff. de ſtatulibe. l. liberatio, ſi vendito pignore creditor non eſt certus de pretio. l. reſcriptum. §. fin. de diſtrac. pignoris. & dicitur hoc etiam tempore rei iudicatæ. l. Prætor. de noxa. actio. Idem & in mutuo. l. proinde. & l. non omnis. ff. ſi certum petatur. & eſſe expectandum in caſibus prædictis. l. quod Seruius. in glo. fi. cir. fi. ff. de cond. cau. data, quia eſt in pendenti cui quæratur. l. eo. & l. ſeruus qui. §. fin. ff. de acquiren. rerum domin. & euentus declarabit. l. iure noſtro. §. fin. ff. de teſtamen. tute. licet præſens quandoque eſt in pendenti. §. hoc autem. in verſic. ſuſpenſo. Authen. de non elige. ſecun. nuben. quia quod ſub conditione debetur, eadem conditione ſuſpenditur. l. id quod. de conſti. pecu.

Sed contra, nihil eſt in pendenti. gl. fi. in l. fi. §. pri. C. de ſent. paſſis. & in ſpecie de actu teſtantium, & dominio maioratus. Lud. de Mol. de Hiſp. primog. lib. 3. c. 10. nu. 4. vſque ad 7. & 27. vſque ad 35. in datione tutelæ. l. muto. §. fi. ff. de tutelis, ſtipulatione. l. ſi ſeruus communis, ita ſtipuletur. ff. de ſtipula. ſeruor. & ijs quæ ſunt de præſenti. l. cū hic ſtatus. §. ſine, in ver. non ipſam, ff. de don. inter

virum & vxorem, quia poteſt eſſe incertum ratione futuri temporis, ſed non præſentis. dict. l. ſi ſernes communis. §. fin. in verſicu. in pendenti. de ſtipulat. ſer. Sed dic, quòd pendet effectus, ſed non ipſe actus. ſicut effectus acceptilationis, non ipſa acceptilatio. l. cum hic ſtatus. §. fina. ff. de donatio. inter virum & vxorem. pendet conditio magis quàm ſit in pendenti dominium. l. ſi furt. in fin. ff. de vſufr. & quemadmodum quis vtat. capit vires ex præſenti, ſed petitio ſuſpenditur. l. vſusfructus. de ſtipulat. ſeruo. & hoc modo poſſent prædicta concordari, & ſic cum multa dicantur eſſe in ſuſpenſo. capit. dilectis. in verſic. ſuſpendendum. capit. ſæpe. in verſi. ſententia. cir. medium. de appellatio. Iſern. hic intelligit de futuris: nam dicit ipſe, quòd quantum ad nos præterita & præſentia non ſunt in pendenti, quæ enim de præterito ſunt, nõ recipiunt incertitudinem, ſecus in ijs quæ ſunt de futuro. l. fina. in glo. ſecunda. ff. de bonorum poſſeſſione ſecund. tab. nam quæ ſunt de futuro, non ſunt in cognitione humana, ſed tantum vt poteſt ſunt præcauenda. gloſſ. in extrauaga. Ioan. ſi fratrum. in verſic. obuiare. ne ſede vacan. & de eis nemo eſt certus. gloſſ. in extrauag. com. cap. execrabilis. in verſic. expectant. in fin. de præbendis. ſed ſolius Dei eſt cognitio, nec Paulus ſcire potuit. gl. in extrauag. Ioan. capit. quia. in verſic. humani. de tornearmentis. Ideo futura ſunt incerta quo ad nos, ſed certa quo ad Deum. l. pri. §. fin. in verſi. incertum. ff. ſi pars hære. peta. & dicuntur ſe habere, ſed non in ſcientia noſtra. gloſſ. fin. in l. 3. d. titu. ſi pars hæred. peta. ſicut præterita & præſentia. l. ait prætor. §. prim. in verſicu. ex teſtamento. ff. de re iudic. in rerum vero natura omnia certa. ſunt. l. hæredi. in glo. tertia. ff. de acquiren. hæred. intellige, quantum ad naturam naturantem Deum. l. ſed & ſi reſtituatur. §. fina. de iudic. & Iſern. hic. ſed nos non rerum naturam, ſed noſtram ſcientiam accipimus. l. prim. in verſic. veteres. circ. medium. ff. de bonorum poſſeſſio. ſecun. tab. Iſer. in ead. col. pen. cir. medium. dum allegat. l. ſiue. §. ſi vxori. dic, fin. de condic. furt. ibi, de ſolutio. l. res. dic, qui res. §. aream. dum dicit, de ſerui. vrban. prædio. l. Attilicinus. dic, de ſerui. ruſtic. prædio. l. & Attilicinus. In eolum. fi. in prin. ibi ſi inge. eſſe dixe. dic, ſi libertus ingenuus eſſe dicatur. l. 2. & addi. §. ſerui, lo ſecundo. Inſtit. de iure perſo. circ. finem. dum dicit, ſecus enim ſi eſſet priuati. eodem. l. in tantum, dic eodem tit. de rerum diuiſio. l. in tantum, poſtea dum dicit, diximus ſupra in tertia rubric. qui ſucceſſ. tenea. in feud. dic, qui ſucceſſ. tenea. num. 11. circa finem.

De beneficio fratris & qualiter freter fratri in feudum ſuccedat. Tit. XX.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ſtricte, ſtrictius, & large accipitur.*
2 *Frater, pluribus modis intelligitur.*
3 *Et, dictio, ſignificat ordinem, non ſemper ſimilitudinem.*
4 *Qualiter, dictio, licet ſit generalis reſtringit.*
5 *Succedere, eſt verbum commune, & comprehendit omnem iuris ſucceſſorem etiam particularem.*

AD RVBRIC.

1 BEneficium.) Accipitur tribus modis. ſtricte, pro præbenda beneficiali, ſtrictius pro titulo beneficij, large vt hic pro omni eo quod gratis tribuitur. Zaba. in clemen. cauſam. §. quod ſi. nume. 3. in princi. nume. 3. de electio. cumque feudum non prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini quæratur. cap. pri. de feud. dato inuicem legis com. ideo beneficium fere per totum hunc librum, pro feudo accipitur. Iſern. ſupra, de feud. Mar. circ. finem. Cap. in verſi. feudalis contractus. poſt princip. & ſic de feudo Fratris.) Dicitur autem frater, pluri-
2 bus modis. Afflict. in §. item ſi fratrem. nume. 12. quibus modis feud. amit. in marigarita decreti. in verſic. frater. hic pro eo qui eſt frater conſanguinitate. l. prim. ff. de gradi. affini. cuius appellatione ſolus frater carnalis continetur. Bald. in l. ſciendum. ff. de inofficio. teſtamento. & quinque modis reperitur. Iaſ. in l. tres fratres. nume. 17. ff. de pactis.
3 Et,) Quæ de ſui natura non ſemper denotat ſimilitudinem, ſed ordinem. Paul. de Caſt. in conſilio 455. nume. 3. ſecundo volumine. ſucceſſiue, Qua-
4 liter.) Quæ dictio, licet ſit generalis. l. ait Prætor. in princip. ff. de minori, reſtringitur tamen, ſicut dictio, qualiſcumque. Pau. de Caſt. in l. ſecunda. §. Prætor. numer. 3. qui ſatiſdare cogan. ad caſus in quibus frater ſuccedit fratri in feudo. Succedere
5 autem eſt verbum commune. Barto. in l. Centurio. numer. 52. de vulgari & pupillari. comprehendit omnem iuris ſucceſſorem. Bald. in conſilio 175. nume. prim. cir. medium. quinto volumin. & quando aducitur certæ rei vel quantitati, nunquam trahitur ad vniuerſum. idem Bald. in conſilio 299. num. 3. 4 volum. vnde frater etiam quod non ſit hæres vniuerſalis fratris, in caſibus in quibus infra, ſuccedit fratri, quia verb. ſuccedit, de quo hic, eſt adiectum certæ rei, & ſic feudo. Propterea dicitur ſucceſſor particularis, non vniuerſalis: nam ſuccedere dicitur etiam, qui conſequitur vnam rem. l. fluminum. §. adicitur, de damno infec. & appellatione ſucceſſoris, etiam ſingularis continetur. no. Bal. in l. nec ei. §. ſatisdatio. nu. 10. ff. de adoptione.

SVMMARIVM.

1 *Relatiuum, ſi quis, repetit eandem qualitatem in diuerſis ſubiectis.*
2 *Frater nõ ſuccedit fratri in feudo nouo: niſi in quatuor caſibus.*
3 *Frater ſtipulatur fratri, in feudalibus.*
4 *Frater quod emit, præſumitur emiſſe de pecunia communi.*
5 *Feudum nouum in quo differt ab antiquo.*
6 *Pecunia quando præſumatur ſua, & quando alterius.*

AD

AD TEXTVM.

SI quis.) Relatiuum adiectum verbo
futuri tempori, inducit conditionẽs
i vnitur cum verbo præſentis tempo
ris, inducit demonſtrationem. l. Sci-
cimus. de leg. per. poſitum ſine copula, præceden-
tia reſtringit, cum copula auget. l. ea tamen adie-
ctio, de leg. 3. repetit eandem ſubſtantiam, & in-
diuiduum, de quo ſupra eſt facta mentio. Loffre.
in conſi. 33. nume. 5. poſt medium. necnon & ean
1 dem qualitatem in diuerſis ſubiectis. Bald. in con
ſi. 87. circ. medium. 4. volumi. ita hic repetit ean-
dem qualitatem ſucceſſionis fraternæ, de qua ſu-
pra in capit. ſi quis miles. Impe. Lotha. etiam quod
ſint diuerſa ſubiecta: nam in d. cap. ſi quis miles,
tractatur do feudo paterno; hic de feudo nouo.
Ideo Afflic. ſupra in rub. ex intentione gloſ. dice-
bat, quod hic non debet eſſe rub. quoniam Impe-
rator in nigro proſequitur eandem ſucceſſionem,
& dicit, Acquiſierit beneficium. Per conceſſionẽ
feudi, quod dicitur beneficium. Pau. de Caſtr. in
conſi. 166. nume. 2. cir. medium. prim. vol. & non
acquiritur niſi inueſtitura aut ſucceſſione. c. pri. in
fi. de feu. cogn. Et ſine filio maſculo.) Qui eſt hæ-
res in feudo §. & ſi clientulus. ſupra, de alien. feu.
Mortuus fuerit & fratrem reliquerit, frater non
ſuccedit fratri, ſed dominus habeat.) Iure proprie
tatis. Pau. de Caſt. in conſi. 221. in princ. pri. vol. &
ſic ſi feudum eſt auitum, tranſit ad fratres mortuo
fratre ſine filijs; ſi eſt nouum, fratri conceſſum,
2 redit ad dominum. Albe. in l. quod dicitur. nume.
3. & 4. de impen. in rebus dotal. factis, niſi in qua-
tuor caſibus, quorum primus eſt, ſi per inueſtitu-
ram a domino ordinatum fuerit, vt frater ſucce-
dat fratri, ſi mortuus fuerit ſine hærede maſculo:
vel ſuccedat frater fratri morienti ſine filio.] Pu-
ta quia ambo inueſtiti ſunt. capit. pri. de duob. fra.
a capita. inueſti. vel vnus acquiſierit pro ſe vice &
nomine fratris abſentis, quia in feudis frater ſti-
3 pulatur fratri. Iaſ. in l. quod dicitur. poſt num. 4. ff.
de verb. oblig. ſecus ſi detur ſibi & fratri ſuo ab-
ſenti. Idem Iaſ. in l. huiuſmodi. num. 19. de leg. pri.
Vel niſi beneficium de communibus bonis fuerit
emptum.] Quia iure iſto præſumitur emiſſe no-
mine cõmuni; ſecus de iure Romano. l. ſi patruus.
C. com. vtriuſque iudi. & ſic eſt ſpeciale in feudis.
Præpoſi. hic, num. pri. circ. medi. & præſumitur de
4 commun. Alexand. in conſi. 30. in fi. nume. 10. 2.
volu. & communi nomine, ſi præcedit contractus
vniuerſalis ſocietatis. Bal. in conſi. 493. num. 4. 4.
vol. vel ſi ſimul ſteterint, & vtriuſque nomine do-
mino ſciente.] Supple fuerit emptum: ſin autem
non de communi pecunia, tunc ita demum ſucce-
deret ſi ſimul habitauerint. Quid ſi vnus frater no-
mine ſuo tantum, non autem ſimpliciter emerit
feudum de communibus bonis, ſciente domino?
an procedit textus iſte. Præpo. hic colum. fin. poſt
pri. Vel in hoſtem.] Ideſt exercitum. Idem Præpo.
hic nume. pri. in fi. Regis.] Vel cuiuslibet Princi-
pis in regno vel principatu ſuo. Præpoſ. hic nu. 1.
Acquiſierint.) Quia fortius vinculum eſt, vbi labo-
ratur quàm vbi non laboratur. Iſer. in capit. ſi va-
ſallus de feudo, num. 7. poſt medium. ſi. feud. de-
fun. mili. contr. feu. & magis dicitur meum, quod
eſt acquiſitum per me, quàm quod a patre con-
ſequor. Idem Iſe. in c. pri. nu. 3. an mutus vel aliter
imperfectus.

Explanato textu, dubia reddebatur eius con-
ſultatio, nam videtur quod nunquam frater fratri
ſuccedit: nam iuri ſtatuenti certam formam non
poteſt renunciari. l. nemo poteſt. de leg. pri. Boer.
deciſ. pri. num. 47. Sed ius ſtatuit, quod frater non
ſuccedit fratri, in feudo nouo, vt hic in prin. ergo
etiam quod dicatur contrarium in inueſtitura, tã-
quam conditio in fraudem legis adiecta, habetur
ac ſi non eſſet poſita. l. Seius & Augerius. vbi ita
Sum. & in glo. fin. ff. ad leg. Falci. l. Cuedonem. de
oper. lib. Secundò, res empta ex pecunia mea non
eſt mea, nec poſſum vendicare. l. ſi ex pecunia. C.
de rei vendic. ita ſi ematur ea pecunia communi,
vel redacta ex rebus communibus non eſt com-
munis. l. patruus. C. commu. vtriuſque iudi. & pro-
prie in iſta materia, acquiſitum ex re mea, quòd
non ſit meum, tenuit Afflict. hic nume. 3. Ratio,
fratres etiam quod ſteterint in communi, fructus
tantum cenſentur cõmunicati, & ex cõmunione
lucri, non infertur ad communionem ſortis ſeu
capitalis. Idem Afflict. in conſi. ſi aliquis Baro. an
te, & in numer. 6. nec communio fructuum, facit
quod proprietas bonorum communicata ſit. De-
ci. in conſi. 455. nume. 5. 3. volum. Alexan. in con-
ſi. 30. poſt nume. 8. & 9. & 48. nume. 6. 2. volum.
adeo quod ratione communionis, non poſſet frater
ſuperſtes ſuccedere. Vltimò, parentib. non minus
quàm liberis debet relinqui. l. nam & ſi parentib.
ff. de inoffi. teſtam. ſed parentib. etiam quod filios
habeant in poteſtate, non quæritur vſusfructus
in feudis datis filiisfamilias, per Regem, quia ſunt
ſicut peculium caſtrenſe. Iſe. in §. valuaſores. poſt
nume. 12. de his qui feud. dare poſſunt. multo ma-
gis in vtili dominio ipſorum non debet ſuccede-
re frater, qui eſt in vlteriori gradu. l. pri. ff. de gra.
affinit.

His non obſtantibus, determinatur contrariũ:
ponendo regulam negatiuam cum quatuor limi
tationibus. Et eſt ratio, quia feudum conceſſum
ob ſingularem induſtriam & fidem vnius, non de
bet poſſe in alium transferri. Bald. Qualiter feud.
alienar. poſſit. in princ. ne dominus inuitus habeat
alium vaſallum quàm illum, cui dedit feudum, vel
ipſe voluerit. Iſern. in capit. 2. nume. 2. circ. medi.
de duobus fra. de nouo benef. inueſtit. gloſ. 2. hic,
& Aluarot. colum. 5. cir. finem. vnde in caſibus de
quibus hic, ſemper intellige domino ſciente, quia
ſcientia inducit patientiam, patientia conſenſum.
gl. in l. Labeo. ff. de aqua pluuia arcen. cuius ratio-
ne, de voluntate domini mortuo fratre dicitur
tranſire in alium. l. vni. ſi ex liberalita. Imper. ſo-
ci. ſine hæredi deceſſ.

Quæ ſtante, non ob. Primũ, nam licet nõ poſſit
renunciari legi inducenti certã formã, poteſt tñ quod
in eius fauorem eſt inductũ renunciare. Bal. in cõ-
ſi. 336. nu. 3. pri. vol. & ſic dñs in cuius beneficiũ
appertinebatur feudũ per mortẽ vaſalli ſine liberis,
poteſt cõſentire in caſib. In textu ſpecificatur, quòd
non ipſe, ſed frater ſuccedat, dicẽdo legem quam
voluit. l. in re mandata. C. mandati. Non ob. Secũ-
dum, nam in milite, & ſic in feudatario, qui plerũ-
que miles eſt. Iſer. ſup. tit. prox. Imper. Lotha. c. ſi
quis miles. in pri. eſt illud ſpãle, quod id quod oc-
caſione rei ſuæ peruenit, illius eſſe dicat. idẽ Iſer.
in §. & pro merc. de. nu. 6. cir. me. de feu. guar. Nõ

obſtat Tertium, nam feudum emptum in communi, eſt commune, & alter alteri ſuccedit, licet emptor ſit creditor in pecunia, quatenus ſua & non communi pecunia emiſſet. Deci. ponit ſimili in conſil. 238. colum. penulti. in fin. & ſequen. in prin. 2. volum. & 348. nume. 3. 3. volu. Vltimum non obſtat, nam in feudo nouo pater non ſuccedit filio. Iſer. in d. cap. ſi quis miles. colum. 3. in fi. & 4. in prin. frater vero ſic, per conſtit. regni, vt de ſucceſſionibus, quando eſt datum pro ſe & hæredibus ſimpliciter: ſecus ſi pro ſe hęredibus ex corpore. Afflict. in §. & quia. colum. 3. in 7. notabi. de his qui feu. dare poſſunt: & ſic remanet firma concluſio, quod frater non ſuccedit fratri in feudo nouo.

Extende, etiam ſi feudum ſit datum per dominum duobus fratribus, vel acquiſitum de communibus bonis, niſi in inueſtitura ſit ſpecialiter dictũ quòd frater ſuccedat fratri decedenti ſine filio vel nepote ex eo. Affli. in d. §. & quia. col. 2. in pri. Secundò, idem eſt in filio fratris, c. pri. circ. fi. de feu. mar. Vltimo, idem eſt in patre, qui nec ſuccedit filio in feudo nouo, vt ſupra.

Limita tamen quatuor modis, vt hic in textu, Afflict. in 3. not.

Nota, quòd feudum nouum eſt in perſona primi acquirentis. Loffred. in conſi. 8. poſt no. 21. Anto. de Alex. in conſi. 52. inter con. Loffred. nu. pri. & poſt num. 2. & qui dicit iſtam qualitatem, tenetur probare. Bal. in §. fin. num. 3. de ſucceſſ. fra. vel
5 de gradi. ſucceſſio. in feud. & differt ab antiquo in ſubſtantia, quia nouum ſubſtantia factum, antiquum non. Bald. de conten. inter me & domi. de portio. feud. poſt nume. pri. Alias differentias ponit Iſern. in §. hoc quoque. d. tit. de his qui feud. dare poſſunt & in §. aut nupta filio. poſt num. 16. Quibus feud. amit. Natura huius feudi eſt, quòd mortuo vaſallo ſine hærede maſculo, feudum redit ad dominum. Io. de Anania, inter vſus feud. Bald. de alienat. feud. ibi, ad partem negatiuam. num. 23. Afflict. an apud iudic. vel curi. domi. in prin. not. num. 1. niſi in quatuor caſibus, vt hic. Fateor tamen, quòd idem feudum habito reſpectu ad diuerſas perſonas, poteſt dici nouum & antiquum. Afflict. infra, de eo qui fin. facit agn. in 12. not. num. 13. Freder. de forma inueſti. lib. 3. ibi, ſecunda formula. nume. 7. Nota, quòd appellatione fratris, non venit ſoror: nam licet alibi veniat. l. Lucius. §. quæſitum. de leg. 3. glo. prim. in l. tres fratres. ff. de pactis. illud intelligitur, quando profertur in plurali. Pau. de Caſt. & Iaſ. in d. l. tres fratres. nume. 11. hic non venit, quia dicitur frater in ſingulari. Tanto magis, quia iure iſto fęmina non ſuccedit, niſi fuerit dictum in conceſſione. §. filia. ſupra, de ſucceſſ. feud. ſuccedit tamen frater, quando quæſiuit pro ſe & fratre, licet non veniat linea tranſuerſalis poſt mortem fratris. Frederic. vbi ſupra, de formu. inueſtitu. ibi, ſecunda formu. numer. 2. item quando ſtant in communi, & vnus ſciente domino emit de bonis communibus. Iſer. hic. Lucas in l. vnic. colum. 8. poſt prin. C. de impone. lucra. deſcri. Petrus in conſ. prim. colum. 4. cir. fin. Nam licet regula ſit, quòd res empta ex pecunia mea non ſit mea. Bald. in conſi. 97. numer. pri. cir. fi. 5. volum. ſed datur tantum actio ad precium. Ludo. de Moli. de Hiſpa. primoge. lib. 4. ca. 3. num. 35. tamen, quia feudum æquiperatur militiæ. §. optimum. Authen. de exhib. reis. Iſern. hic. cir. fin. ſicut dicimus, quod fauore militiæ res ſuccedit loco precij. l. pri. & ibi glo. C. de caſtr. pecu. lib. 12. l. fi. C. de pignor. ita in feudis, precium ſuccedit loco rei. Iſern. in cap. prim. §. ſiue. numer. 4. poſt medium. de contentio. inter me & domin. de portio. feud. fra. mei. ſicut in vniuerſalibus. l. Imperator. §. fin. & l. ſequen. de legat. 2. l. qui a debitore. in gloſſ. fina. Qui in frau. credi. l. venditor. vbi ita Sum. Bald. ff. de hæredi. vel actio. vendit. & in conſi. 112. num. quinto. primo volumi. intellige prædicta ſecundum Iſern. hic, niſi de pecunia communi pro ſe tantum emiſſet. l. ſolum. §. meum. ff. de rei vendic. quia tunc eſſet tantum emptoris: nam videtur hoc actum. Simile ponit Ludouic. vbi ſupra, numer. 28. ſecus ſi occaſione fratris, quia illi quæritur, & ei eſt reſtituendum. not. in capit. cum liberum. de ſepulturis. Ita ſi eſt acquiſitum occaſione rei illius, quia & illi reſtituendum eſt, nota. in capit. in noſtra. eod. tit. de ſepulturis. facit. l. ſed & ſi quid. ff. de vſufruct. & textus hic: tanto magis, quia emuntur feuda etiam a domino. Iſern. hic cir. finem. & in §. ſed & plures. columna prim. in fi. & 2. in princip. vbi late, per quos fiat inueſtit. Aluarot. hic poſt nume. 5. & Iaſ. in lectu. feud. in princip. numer. 9. ſicut & militia. l. omnimodo. §. imputari. C. de inofficio. teſtamen. intellige ſecularem. l. creditor. §. inter venditorem. de act. emp. gloſſ. fin. in capit. fin. prim. quæſtio. 6. etiam quod pro honoribus ſecularibus adipiſcendis, non debeat dari pecunia. capitu. penulti. ea. & dignitates non debent eſſe venales, ſicut nec matrimonium in ver. ſortiendis. prim. q. 7. Quidquid ſit, qui emit Baroniam a Rege fit Baro, etiam ſi eſt ruſticus. Freder. de Subſe. lib. 2. quis dicatur Comes nume. 53. in fi. & ſi emit frater, in dubio præſumitur quod de communi. Iſer. hic num. 3. nam valet argumentum de ſocietate ad fraternitatem, quia ſocietas, ius quodamodo fraternitatis in ſe habet:
6 l. verum. in princip. ff. pro ſocio. etiam quod ſecundum iniunctum onus, modo ſua, modo alterius præſumatur eſſe pecunia. Bald. in conſi. 416. numer. 4. ſecundo volumi. & quando quis negotiatur, & poteſt facere actum legitime, tam nomine ſuo, quàm communi, ſuo tantum nomine videtur negociari, & non communi. Alexan. in conſi. 172. nume. 8. quinto volum. l. merito. ff. pro ſocio. circa id quod not. Iſern. ex inten. glo. quod licet gratis, id quod non liceret pretio accepto, & econtra vltra Bald. hic nume. 6. Afflict. nume. 10. & 11. & textus in l. mariti. §. prim. in fi. ff. de adulter. l. furti. §. prim. in verſic. inhumanum. in fi. ff. de his qui not. infam. Iſern. dum dicit regnum Imperatoris vocate Italicum & Teutonicum, vult allegare. capit. tibi domino. 63. diſtinct. idem Iſer. in cap. pri. in verſicu. Regis. in princip. de his qui feud. dare poſſunt. & ſupra, conſti. feud. Dom. Lotha. Impe. in fi. princi. in cap. prim. in fi. de noua form. fideli. capit. prim. nume. 2. cir. finem. de pace tenen. cap. Imperialis. in verſi. pro iuſtitia. in prin. de prohib. feud. aliena. per Lotha. §. ſi ruſticus. poſt num. 18. de pace tenen. §. fi. in princ. poſt nume. 51. de pace iuram. firm. cap. Imperialem. poſt nume. pri. de prohib. feud. aliena. per Frede. & quæ ſint rega. in princ. cir. medium.

De

De feudo ſine culpa non amittendo. Tit. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Feudo non priuatur vaſallus, ex abrupto ſine cauſa cognitione.*
2 *Sine, dictio, facit conditionem.*
3 *Culpa quid & vnde.*
4 *Admittere, quis dicitur per ſententiam.*

AD RVBRIC.

1 FActa conceſſione feudi, non poteſt
dominus ex abrupto vaſallum eo pri
uare. Bal. in conſi. 343. num. 3. 5. vol.
ſine cauſa. Loffred. in conſi. 17. nume.
42. ſed ob culpam feudatarij. Bald. in conſil. 182.
nume. 2. in fi. d. volum. cum cauſę cognitione. Boe
ri. in deciſ. 211. num. 23. nec poſſeſſione deſtitue-
re, vt fuit prouiſum per Honorium in eius capitu
2 lis. Sine.) Quæ dictio facit conditionem. Bald. in
3 conſi. 264. num. 3. pri. vol. Culpa.) Ideſt reatu vel
offenſione, quaſi calumnia dicta. Arch. in ca. ſunt
plurimi. cir. princip. 6. quæſt. pri. Quaſi dicat, non
amittit vaſallus feudum, ſi non adeſt culpa: nam
pęna non eſt, vbi non adeſt delictum. l. lege duo-
decem tabularum, in verſi. vitium. C. de legi. hære
di. & ex cauſa poteſt fieri, quod ſine cauſa nõ. Bal.
in l. contra iuris §. ſi filius. 5. notab. ff. de pactis. &
non poteſt dominus reuocare feudum a vaſallo
ſine cauſa. Iſern. in §. ſimiliter lo 2. nume. 24. cic. ſi
nem. de Cap. qui curi. vend. Alua. in §. notandum.
nume. 7. de his qui feu. dare poſſ. Nec amittit.) In-
4 tellige, niſi per ſententiam. Iſer. in cap. pri. num. 3.
quia nullus q̃ hẽt dominium feudi amittit ante cõ
demnationem. Afflict. in deciſ. 385. nume. 7. nec
poteſt priuari ſine conuicta culpa. Præpoſi. in ca-
pit. pri. ſupra de natu. feud. etiam quod ſit Impe-
rator. Bald. in d. conſi. 182. ſed debet culpa proba
ri, antequam poſſeſſio auferatur. Iſer. d. tit. de na-
tu. feud. in prin. numer. primo. in fi. ſecus in feudo
guardiæ, caſtaldiæ, & ſimilibus, in quib. ius eſt ſpe
ciale. Aluarot. infra eo. capit. prim. colum. 2. circa
finem. & priuatur quandoque propter factum
domini ſine culpa ſua. Bald. infra de allodijs. nu-
mero decimoquinto.

SVMMARIVM.

1 *Sancimus, eſt verbum Imperatorium: & latius ibi.*
2 *Ut, cauſatiue ponitur, licet alibi pluribus modis.*
3 *Nemo, verbum vniuerſale negatiuum eſt, & ſonat, quaſi ne homo, vel nullus homo.*
4 *Culpa cognita, ideſt certa.*
5 *Culpa, iſto iure uocatur pluribus modis.*
6 *Laudamentum parium quid.*
7 *Vaſallus requiſitus, ſi noluit ſeruire, priuatur feudo, per condictionem cauſa data.*
8 *Onus ſi non eſt impoſitum uaſallo, uel dominus centum annis non eſt uſus iuriſdictione, quia caſus non occurrit, non præſcribitur.*
9 *Vaſallus non amittit feudum, niſi fuerit conuictus de culpa.*
10 *Papa uel Imperator, non poteſt diſueſtire uaſallũ ſemel inueſtitum, niſi conuicta culpa per ſententiam.*
11 *Culpa alia in faciendo, alia in non faciendo.*
12 *Vaſallus ingratus, punitur, non ſolum amiſſione feudi, ſed etiam criminaliter.*
13 *Vtile dominium facilius reuerti ad proprietatem.*
14 *Utile dominium non eſt ſeruitus, ſed quædam inferior proprietas, quam habet feudatarius.*
15 *Utilis dominus, eſt feudatarius.*
16 *Utile dominium eſt, quaſi nihil, ſicut chimera.*
17 *Dominus ſi remiſit culpam uaſallo tacite uel expreſſe, an ſit opus noua conceſſione.*

AD TEXTVM c. 1.

1 SAncimus.] Verbum eſt Imperatoriũ,
& ex hoc fundat Iſer. ſupra conſt. feu.
Domini Lotha. Impe. in pri. ante nu.
pri. iſtas eſſe leges, non vſus feudo-
rum. Vtitur etiam & Papa in clem. ſæpe. de verb.
ſig. inde ſanctio quælibet conſtitutio Imperialis.
in proœ. ff. glo. pri. in pri. & eſt iſta duplex, late &
ſtricte. glo. in proœ. clem. §. quoniam in verſi. ſan-
ctio. late dicitur quęlibet iuris ſanctio, vt ibi: Stri-
cte, eſt illa cui pęna adijcitur. c. ſtatutum. in verſi.
ſanctione. de reſcrip. in 6. & in extrauag. com. pri.
in ver. anathematizamus. cir. medium. de ſent. ex-
commu. & differt a conſtitutione. no. in d. clemen.
ſępe. vnde hic dicitur, Sancimus, Vt.) Stat dictio,
2 vt cauſatiue, & non cõſequutiue. l. ſenatus. in ver.
vt aliquid. ff. de donat. cau. mort. alibi exponitur,
ſicut. l. 1. in verſi. vt ff. locati. per l. ſi a primo. in ver
ſi. idem. cum addit. in marg. de lib. & poſt. In con-
tractibus & vltimis voluntatibus ſignificat cau-
ſam finalem. Bal. in conſi. 106. num. 3. pri. vol. &
eſt coniunctio caſualis. Lucas in l. fi. col. pri. poſt
medi. C. de bonis vacant. & in l. miſſi. poſt prin. C.
de exact. tribu. & præſupponit militem inquiſitũ
de crimine, & reſpondendo Imperator propoſi-
tioni factæ. l. pri. C. de edi. dicit, vt Nemo.) Quod
eſt verb. vniuerſale negatiuum, & ſonat quaſi, ne
3 homo, vel nullus homo. Io. An. in c. nemo. in pri.
de elect. in 6. Miles.) Idem in alio vaſallo, niſi re-
datur ratio diuerſitatis. Præpoſi. hic in fi. & c. ſeq.
cir. fi. Sine cognita culpa.) Ideſt certa. l. ſi quis per
4 30. in glo. pri. de præſcriptioni. in Longobar. Be-
neficium ſuum amittat.) Et ſic maiores valuaſo-
res & eorum milites, ſine conuicta culpa ſuum be
neficium non amittunt. l. 4. de benefi. & terris tri-
buta. in Long. &, Si ex culpis ijs vel cauſis.) Quæ
5 fellonia, interdum cauſa, ingratitudo, & hic culpa
appellatur. Alua. in c. domino. in pri. ſi de feu. mi-
lit. contro. ſue. Conuictus non fuerit.) Et damna-
tus. Iſer. hic col. 2. in fi. Quas (culpas vel cauſa) mi
litis vſi ſunt.) Soliti ſunt. Nominare quando fide-
litatem.) Ideſt iuramentum fidelitatis. c. pri. quid
præcedere debeat, an inueſti. vel fideli. Faciunt.)
Ideſt præſtant. Dominis ſuis.] c. pri. de for. fideli.
item, & de noua forma fideli. Vel per laudamen-
tũ parium ſuorũ.] Iure. n. iſto, feudatarius Comi-
tis vel Baronis ſi delinquebat, ſi ille hẽt ſub ſe a-
lios feudatarios pares delinquentes, qui pares cu-
riæ dñr, facta electione illorum per dñm, lex illis
dat iuriſdictionẽ. Iſer. in §. ille tamen. nu. 4. in pri.
de contro. feud. apud pares tet. illi pronunciabãt
eum deliquiſſe & amiſiſſe feudum. Iſta pronun-
ciatio dicebatur ex guardium, hodie dicitur lau-

6 damentum, vt hic. Iſern. in d. §. ille tamen. colum. ſi. cir. prin. inde laudare culpam. Idem Iſer. in cap. ſin. in verſic. ſi controuerſia. in prin. de proh. ſeui. aliena. per Lotha. eſt hoc iudicium de per ſe. Iſer. in c. pri. in ſi. nu. 4. de milite vaſa. qui contu. eſt. & habet multa ſpecialia. idem Iſer. in c. pri. in verſic. quod ſi veritatem. num. 3. circ. fin. ſi de inueſt. inter domi. & vaſa. quæſt. oria. Vel ſi dominus ſuis deſeruire noluerint.) Intellige ſi dominus indiguit & vaſalli requiſiti noluerunt ſeruire. Loffred. hic:
7 nam in præſtatione ſeruitiorum, non conſtituuntur in mora, niſi mediante interpellatione. Aluar. in §. ſi. nume. pri. an ille qui interfe. fra. domi. ſui. Tunc condictio cauſa data proponitur ad repetẽdum feudum.) Et hoc ſecundum Iſer. & doctores hic, quandu agit contra infeudatum vel eius hæredes: ſecus ſi poſſidet tertius, puta quia infeudatus alium ſubinfeudauit: nam tunc agit rei vendicatio, & ſic dominus non poteſt de facto ſpoliare vaſallum, ſed cauſa cognita debet priuari poſſeſſione. & poſſeſſio non tranſit in ſiſcum, niſi in notorio, rebelli actu permanentis. Loffred. in conſil. 5. num. 28. ſi vult ſeruitium promiſſum, agit dominus actione ex ſtipulatu, condictione vel actione ex moribus informata per pactum in feudatione appoſitum. Loff. hic, & ſi is in quem eſt facta alienatio non ſeruit, amittit feudum, quia eo iure eſt apud emptorem, quo fuit penes venditorem. Iſe. in §. ſed nec eſt alia iuſtior, num. 38. cir. prin. Quæ ſit prim. cau. beneſ. amit. & Repetitur feudum, ex quo non ſeruit domino.) Nam videtur dediſſe ea conditione, & reuertitur ad dominum, & ſic ad priorem naturã, qui regreſſus eſt fauorabilis. Caſſa. in cõſu. Burg. rub. 7. §. 15. ibi, & au ſurplus. col. pri. cir. ſi. & dicitur potius reuerſio ad cauſam antiquam, quam noua acquiſitio. glo. Pari. tit. pri. §. 30. num. 186. cir. pri. Nam ſi ſteterit viginti annis, & vltra.) Quæ prolata a lege, refertur ad modicum tempus. Pau. de Caſt. in conſi. 26. num. 3. pri. vol. Quod non ſeruierit domino, quia non fuit neceſſe, non amittit feudum.) Sed ſi vult admittitur ad ſeruiendum. Præpo. hic num. 2. & Afflict. in 5. not. ſi enim per centum annos non ſit impoſitum
8 onus a domino vaſallis, vel non ſit vuſus iuriſdictione, non per hoc præſcribitur. Iaſ. in l. beneficium. num. 55. ff. de conſtit. Prin. Caſſa. in conſue. Burg. rub. pri. §. 4. ibi, nouelli. nu. 13. §. 8. in princ. poſt nu. 6. & 7. & rub. 13. §. 2. in prin. nu. 10. cir. ſi. ſi caſus vtendi non euenit, nunquam iuriſdictio perditur. Soci. in conſi. 187. nu. 20. in fin. 2. vol. & vaſallus ſi per longiſſima tẽpora non ſeruiuit domino, vt dictum eſt, quia dominus neceſſe non habuit, non præſcribit libertatem. Bal. in cap. ex parte num. 3. de teſtib. & ſi ceſſaret vaſſallus per mille annos, non caderet a feudo. Soci. in conſi. 167. nu. 4. 2. vol. niſi neceſſe fuerit domino, quantum etiam requiſitus tenetur præſtare. §. ad hoc. hic finitur lex.

Declarato textu, eius conſultatio impugnabatur his rationibus Beneficium eſt perpetuum. gl. fin. in l. ſi. ff. de pactis. l. pri. in glo. fin. C. in quibus cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſe. perpetuum eſt ſine temporis præſinitione. l. ſicut. in verſi. perpetue. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. ergo dominus, quod ſemel dixit, non videtur quod poſſit poſtea repetere pertextu delicti. Deci. in conſi. 609. nu. 4. 5. vol. Secundò, non poteſt obijci culpa ex qua obijciens ſentit comodum. l. Iulianus. §. ex vendito. in ver. poſt diem. in ſi. ff. de actio. empt. modo, ſi ex prędicto feudum aperitur domino, & dominus eſſet is qui obijceret, ſentiret lucrum ex alieno damno: quod eſſe non debet. l. itaque. §. pri. ff. de dolo malo. Tertiò, delictũ ſanguine piandum ad inſtar crimen læſæ maieſtatis. l. ſi quemquam. in ver. piaculari. C. de epiſco. & cle. gloſ. pri. in l. 2. C. ne ſanct. Baptiſ. rei te. modo ſi vaſallus vltra pœnã amitteret feudum, ſiſcus haberet ius in aliena calamitate, & de re tam luctuoſa, contra. l. pri. C. de naufra. & ſic videtur, quod vna allegatio firmet aliam, & ex pluribus conſiderationib. fit vna ſufficiens. Bal. in c. accedens. in ſi. vt lite conteſta. Afflic. in conſti. pęnam eorum. poſt num. 43. in ſi. de banni. & foriu.

His non obſtantibus, determinatur contrariũ, & ratio eſt, quia ſtante fidelitate, non poteſt dominus priuare vaſallum feudo. Afflict. in deciſio. 265. nume. 47. de abſoluta potentia, ſed requiritur ordo iudiciarius & ſententia, & vt ob culpam omiſſionis puniatur, requiritur monitio, ſecus in culpa commiſſionis. Præp. in §. quicumque. num. 3. ante & poſt, de pace tenen. vltra quod, amittere, auferre, & ſpoliare, intelligitur per modum iudiciarium, non violentum. & ita tit. ff. de his quibus vt indig. Iſer. in §. quibuſdam. poſt princip. & in §. ſi fuerit. poſt nume. 15. de lege Corrad. alias ſi iudicium refugeret, oſtenderet ſe de iuſtitia diffiſum. ſimilia gloſſ. prim. in capit. nullus. de præſumpt.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam feudum dicitur a fidelitate vel fide. §. ſi. per quos fiat inueſtit. Vnde conditio, dummodo ſeruetur fides, ſubintelligitur. cap. quemadmodum. in verſic. conditio. de iureiurand. & ſucceſſiue ſi vaſallus non ſeruauit fidelitatem delinquendo, dominus condicit feudum, vt infra eo. cir. ſi. Non obſtat Secundum, nam faciendo vaſallus actum, quo veniebat feudo priuandus, ipſe ſe ſubijcit huic legi diſponenti de illo actu. Alex. in conſi. 103. nume. 8. 2. volumi. & delictum ſuum ipſa punit, & non dominus. glo. fin. in princip. in l. cum probatio. ff. de probatio. Non obſtat Vltimum, nam in crimine hæreſis & læſæ maieſtatis, iura induerunt etiam confiſcationem. Iſern. quæ ſint rega. in verſi. contrahentium inceſtas nuptias. colum. 3. circ. medi. Et ſic firma remanet concluſio, quòd vaſallus nõ amittit feudum, niſi fuerit conuictus de culpa. Intellige tam ſi ſit maior, quàm minor valuaſor. Aluarot. ſupra de feud. datis mini. valuaſ. circ. princi. & tam ſi eſt feudum nouum, quam paternum. & non habet agnatos, vel habet & nolunt ſuccedere. Iſern. in §. ſi. nume. 52. poſt medi. ibi, item perdit, de pace iuran. firma. & non ſolum amittit ex culpis notatis ſupra Quibus modis feud. amit. & Quæ ſit pri. cau. beneſ. amit. verum etiam amittit, ſi facit aliquid contra pactum expreſſum in inueſtitura. Afflict. ſic in 3. not. poſt nu. 10. Et quod dictum eſt feudo, idem eſt & in priuilegio. Bald. hic. cir. princ. Aluarot. col. 2. poſt prin. Alex. in cõſi. 3. poſt nu. 6. circ. ſi. 5. vol. & priuatur quandoq; etiam ſine culpa. Bald. Prępo. & Aluar. in §. ſi verò. per illum tex. de pace iura. firm. & ſi Princeps vel communitas facit ſtatuta contra libertatem eccleſiæ, ſunt ipſo iure priuati feudis, quæ tenent ab eccleſia. Præpo. ſupra, quibus mod. feud. amit.

in pri.

in pri. poſt nu. 2. idem ſi princeps percutiat uel deuſtat Papam. Idem Præpo. infra in c. ſeq. nume. pri. in fin.

Reſtringe tamen quatuor modis vt per Afflict. ſupra, de natu. feu. nu. 9. poſt medi. & olim etiam ſine culpa, hodie non Aluar. in §. & quia num. pri. tit. pri. de his qui feu. dare poſſu.

Nota quod Papa vel Imperator non poſſunt diſueſtire vaſallum ſemel inueſtitum & infeudatum, niſi conuictum ex cauſa vel culpa per ſententiam. Car. in tract. feu. in 12. quæſt. num. 4. 2. par. prin. nec priuari feudo, etiam per Principem antequam de culpa ſit conuictus. Abb. in c. pri. num. 5. uer. fin. de cau. poſſe. & proprie, nam ius quæſitum tertio, & ſine facto ſuo auferri non poteſt. Bald. in l. ſtipulatio de dote. ff. de iure dotium. nec dominus poteſt vaſallum priuare feudo de abſoluta potentia, ſed requiritur ordo iudiciarius & ſententia. Aluaro. in §. quicunque. num. 2. de pace tenen. & ſic non ſemper qui dat, poteſt auferre. Arch. in cap. ſexta. poſt medi. 15. q. 7. ſed datur quandoque rei vendicatio, ſicut cohæredibus: quandoque actio in rem. Odofr. in Sum. per quas actio. reuo-
11 cetur feud. Item nota, quòd culpa alia conſiſtit in faciendo, alia in non faciendo. l. ſi ſeruum ſtichum. de ver. oblig. & ſic vna in committendo, alia in omittẽdo. Cam. in c. Imperialem. §. firmiter. colum. 3. in pri. de prohibit. feu. aliena. per Fre. conſtat autem, quod maius delictum reputatur affirmatiuũ, quod in faciendo conſiſtit, quàm negatiuum, quod in non faciendo, ſeu in negligentia verſatur. Deci. in conſi. 37. num. 9. & 418. ante nume. 21. Alex. in con. 172. num. 9. 5. vol. & ratio eſt: quia maius crimen eſt peccare, quàm peccanti conſentire: nam peccando committitur, at conſentiendo omittitur ſeu negligitur. Lucas in l. omnes. colum. 4. poſt pri. C. de decurioni. Vltimò nota, quòd ſi vaſallus nõ ſeruiuit, quia non accidit caſus, non amittit feudum: ſicut ſi ciuitas debet facere exercitum, quando Princeps vel eccleſia Romana bellum facit, ſi per centum annos Princeps vel eccleſia bellũ non fecit, non per hoc perdit ius ſuum. Bar. in l. in filiis. num. 2. C. de decurio. vbi etiam Lucas. dicit circa fin. quòd ſi habeo ius eligendi rectorem in aliqua eccleſia, & ſtetit per centum annos quòd non elegi, quia non expediebat, non per hoc perdo ius eligendi. Verumque affirmat Iaſ. in l. falſo. nume. 1. C. de diuerſ. reſcri. in aliqua eccleſia perſonę ſi ita bene ſe habeat, quòd per quinquaginta vel plures annos non expediebat ſuperiori exercere viſitationem vel iuriſdictionem, non propter hoc illam iuriſdictionẽ amittit. Innoc. in c. 2. nume. 3. in fi. de capell. monacho. Ioan. An. in c. fin. num. pri. de conſuetud. in 6. ſicut ſi quis ita bonus ſit & uiuit, quòd nec conueniat, nec conuenitur ordinarie vel extraordinarie, dominus nihilominus habet iuriſdictionem in talem, ſed ligatam. Archi. in c. per ſingulas, cir. med. 9. quæſt. 4. priuilegiatus gaudet priuilegio, ſi commode ſe offert & tempore congruo, licet inter, in vſus nõ ſit cõtinuus. Ioan. An. in c. fi. circa fin. de verb. ſig. in 6. ſi vicinus tuus propter paupertatem, vel quia forte non curauit, per centum annos habuit ædificium ſuum depreſſum, nõ extollens illud, non propterea debet tibi ſeruitutem. glo. 3. in c. Abbate Sancti Siluani. de ver. ſigni. dicens tamen contrarium, erit onus probandi. Exemplum in qualitate iuris francborum, quod ſi pretendatur in aliquo feudo, ſi illud per mille annos ſemper peruenit ad primogenitum, quia non ad fuerunt alij, ſi vltimo loco ſuccedunt plures fratres, primogenitus qui vult excludere alios, tenetur probare. Afdi. in c. ſatis bene. in 2. not. de prohibi. feu. aliena. per Loth. Et quod dictum fuit, requiſitum teneri ad ſeruicium, procedit, niſi fuiſſet datum feudum cum pacto, quod tempore uẽdemiarum det tantum vinum, vel detineo do equum ad omnem requiſitionem domini, tunc ſi non præſtiterit etiam non requiſitus, cadit a feudo. Bal. in conſi. 324. 2. volum. & punitur quando-
12 que vaſallus ingratus, non ſolum amiſſione feudi, ſed pro modo delicti, punitur etiam criminaliter. glo. Pari. titu. pri. §. 30. in quęſt. 47. num. 168. & utile dominium tunc dicitur potius in priſtinam cauſam redire, & potius reuerti ad rem ſuam: & dominus ius antiquum recuperare, quàm lucrari & de nouo acquirere. ea. glo. Pari. poſt num. 101. & ſic plenum ius incipit habere. l. Iulianus. §. ſi ut ſi. ff. de rei vendi. & facit hoc uirtus directi dominij ſemper acta permanenti, ex vi atractiua. Bald. in conſi. 188. poſt num. pri. 3. volum. quia feudum ſemper deſiderat venire ad primam cauſam, & ſic ad concedentem, & ad id vnde proceſſit, vt poſſit conſolidari vtile cum directo. Afflict. hic ante & poſt num. 5. & 6. & in c. ſi quis miles. num. 7. circa fin. Impera. Lotha. & per uiam conſolidationis vnitur directo. In ſimul. glo. Pari. pri. tit. pri. §. pri. q. 4. num. 55. & 56. & gl. 4. num. 23. facilius hoc fit. Lucas in l. vni. colum. antepen. circa med. C. de importe. lucrat. deſcrip. nam res redit facilius ad ſuam
13 naturam propriam, quàm aſſumit extraneam. in conſi. feu. diuer. 2. num. 136. leuius eſt conſeruare, quàm ſuſcitare. l. cum quis. §. ſi quis. in verſiculum reuerſo. poſt medi. ff. de ſoluto. debet dominium potius reſtitui ei cuius aliquando fuit, quàm de nouo tribui ei cuius nunquam fuit. l. ſi ſeruus communis. §. pri. in ver. nõ ſibi. ff. de ſtipu. ſeruo. ſuccurere domino prætor debet. l. in omnibus, la pri. de Prætor. ſtipulat. & in obſcuris melius eſt facere repetitioni, quàm aduentitio lucro. l. non debet. ff. de reg. iuris. d. glo. Pari. §. 30. poſt num. 85. nam ille reuerſus eſt naturalis, cum vnaquęque res de facili reuertatur ad ſuam naturam. Caſt. in conſil. Burg. rub. pri. §. 8. ibi, le ſenguieur, poſt num. 5. Soci. in conſi. 4. num. 12. & poſt num. 17. 3. volum. & applicatur magis directo, quàm utili. l. ſi defuncto. ff. de vi & vi arma. ex vi attractiuam, ut ſupra. Bal. in conſi. 9. poſt num. pri. pri. volum. Ludo. de Moli. de Hiſpano. primog. lib. pri. c. 26. num. 18. & fauorabile eſt, vt feudum redeat ad primęuam naturam. Fred. de ſubſe. lib. 2. ibi, quinto quæro, num. 10. circa medi. & ſicut dominium, eſt diuerſum, a quaſi dominio, rei vendicatio a publiciana, ſic directum dominium ab utili. Pau. de Caſt. in conſil. 369. num. pri. 2. volum. illud vtile dominium nõ
14 ſeruitus, ſed quædam inferior proprietas. glo. Pari. 6. titu. pri. §. pri. poſt num. 7. vnde Barõ in feudo alteri ſub conceſſo, habet dominium quodam modo anomalum, præter regulas iuris: quia utile utilis domini, ſeruitus ſeruitutis non inuenitur. ſed dominium directum, inferius, non directum, directo & uni dantur actiones directæ, & altari exercitium directarum. Fred. de ſubſe. lib. 2. ibi, ſed ut verius dignoſci poſſit. per tot. & lex conſiderat hoc utile dominium, poſtquam is qui habet poteſt

de iure fiſci. & exponit ſe miſericordiæ, quam nõ habuit. l. necare. ff. de libe. agno. ſtat itaque eum abundantiori cautela, in quo timetur regreſſus. gl. prima, in ca. quoties. pri. quæſt. 7. vt ſit memor delinquens, quod turpitudo licet intermittatur, non tamen deletur. glo. pri. in fi. in c. non poteſt. 2. q. 7. nec aboletur turpitudo quę intermiſſa eſt. l. palam. §. pri. ff. de ritu nuptia. quia criminoſum, non dignitas, ſed pęna debet comitari. l. ne quis. & l. curiales. vbi Lucas in fin. Codice, de decurioni. etiã quòd poſterior cauſa tribuerit poſtea manumiſſionis iuſtam rationem. l. nam & mali. ff. de ſeruo corrup. deijciatur propterea a gradu, quo ſe fecit indignum. Aut. epiſcopo, Codice, de epiſco. & cleri. & omnis honor atque militia a contagione huiuſmodi ſegregetur. l. ſi cohartalis. in fin. Codice, de cohartalib. 12. & ſi eſt ſuſpectus cogatur comedere ſiue goſtare. glo. in c. fin. 30. diſt. ne ſolatia impunitatis eum ſequantur. l. quamuis. d. tit. C. de decurio: & contra dominum dicatur ſępę iactorem ferit ſua ſagitta. ca. vni. ante poſitionem eaius. de his quæ ui metuíve cau. fiunt. in 6. & priuatus vel remotus ab aliquo officio, non poteſt ad illud iterum reaſſumi. add. in marg. in l. teſtamento. de manu. teſta. ut ſic formidine pęnæ, ceſſent peccare ma h. l. j. in ver. metu. de iuſti. & iure.

Iſer. in ver. ex quo non ſeruit, poſt pri. dom allegat, de donat. ob cau. ſi donatarios, dic ſi donaturus, licet poſſet argui contra eum quod non poteſt, ab eo quod nondum eſt, ſubijci regulæ. §. neque illo. in fin. Aut. de trien. & ſemi. Replicatur tamen ex ijs quę dicit Iſern. quòd matrimonio non ſequuto, agitur cõdictione ob cauſam, non vigore promiſſionis non ſequutæ, ſed quia retinet indebitum. l. pri. ff. de condi. cau. data. dum dicit, quòd quando vaſallus non præſtat ſeruitium, condictione ob cauſam, non agetur tunc rei vendicatione; dic, condictione ob cauſam agetur tunc, non rei vendicatione, quia nemo condicit rem ſuam niſi a iure. l. fin. §. fin. ff. de vſufru. & quemadmodum caue. l. prima, in fin. & 2. ff. de condi. triti. Afflict. hic cir. med. num. 7. vbi etiam Loffred. ibi, itẽ contra illum cui feudatarius dedit in feudum, ſi ſeruitium domino non præſtaret, dominus vendicaret, dic, ſi ſeruitium domino non pręſtaret primus infeudatus dominus uendicaret. ibi diximus, ſupra in rub. qui ſucce. tenea. in fin. dic, in c. pri. §. ſiquis de manſo. de contro. inueſt. & ſequitur: eadem vel pari ratione vendicabit a ſecundo infeudato, ſi nõ ſeruit ſubinfeudatus, dum aſſignat rationem diuerſitatis, quare condicit ab eo eum quo contraxit: & contra ſubfeudatarium, cum quo non contraxit agit rei vendicatione: ſequitur, contrahentes in feudo ab in feudo ab infeudato, dic tu, quia contrahentes cum infeudato. Ibi, per quam actionem reuocat feudum, culpa commiſſa dicitur, qđ dicit, & vendicat, dic tu, quod condicit & vendicat, & adde eumdem Iſer. de vaſa. decrep. æta. poſt num. pri. ibi, quomodo vendicat ſi condicit, vult dicere, quomodo vendicat vel condicit. & ſequitur cum hæc non niſi in iure. l. pri. de donati. quæ ſub mo. datur, vt in l. in rem. dic, cum hæc condictio in rem non detur, niſi in iure. l. prima, de donatio. quæ ſub modo. dum allegat de pactis inter empto. & vendi. qui tibi, & ſequitur, bene concurrit vtilis cum condictione ob cauſam. dic, de pactis inter empto. & vendi. qua ea lege bene concurrit actio in rem vtilis, cum condictione ob cauſam. Ibi concurrit cum condictione ex lege, ſic euenit. ff. de donatio. cau. mor. dic concurrit cum condictione ex lege. ſic euenit in donatione cauſa mortis. dum exponit ex intentione aliorum utilem, ideſt efficacem, vt in gloſ. ibi, dic ut in gloſ. l. qui mortis. ff. de donatio. cau. mor. ibi, quia tunc illud utile vaſalli reconſolidabitur. & c. dic, quia tunc illud utile uaſalli reconſolidabitur. ibi, facilius redit ad ius primum. ff. de libe. & poſthum. filium quem. dic, filio quem pater, circa fi. 2. colum. illud verſiculum, vtile dominium ad directum, nõ eſt in libro antiquo, ſecundum Loffred. hic in fin. dum allegat. ff. pro ſocio, cum duobus, alíàs, ſi fratres. §. idem reſpondit. & ibi, ne ſit contra. l. fructus. vt §. dicitur, vult, ne ſit contra. d. l. ſi. ff. de vſu fru. & quemadmodum caue.

SVMMA IVM.

1 *Miles quis, & unde nomen deſumitur.*
2 *Omne & totum differunt.*
3 *Iuſſus pro conſenſu. & intelligitur quocumque modo, & per quacumque verba.*
4 *Vaſallus, ſi domino irrequiſito alienat & tradit, non requiritur ſententia: quia ſatto proprio ſe priuat.*
5 *Decernimus, hoc uerbum inducit ius nouum.*
6 *Vaſallus amittit feudum, ſi concubuerit cum uxore domini, illo uiuo uel mortuo: dummodo non tranſierit ad ſecunda uota.*
7 *Verbum, laborauerit, ideſt pugnauerit.*
8 *Vaſallus amittit feudum, non ſolum committẽdo, ſed etiam omittendo.*
9 *Voluntas quid, eius appellatione quid uenit: & quod durare ſemper præſumitur.*
10 *Iubere, rogare, permittere, oportere, debere, perſuadere, conſulere, hortari, præcipere, iniungere, videri & uelle, quid ſignificent.*
11 *Præceptum unde appellatur.*
12 *Iuſſus, differt a mandato.*
13 *Vaſallus amittit feudum, ſi concubuerit cum uxore domini mortui.*
14 *Vaſallo debet ſemper perſona domini uideri honeſta & ſancta.*

AD TEXTVM. cap. 2.

1 SI quis miles.) Militem intellige, qui eſt in actu militiæ. l. filiusfamilias. §. ueterani. in gloſ. pri. ff. de procura. & dicitur a mille: quia olim in uno loco erant mille, vtpote per millenarium diſtincti. Lucas in rub. Codice, de Comi. & Tribu. ſchola. vel quia de mille eligitur unus. Aluaro. in c. pri. colum. 3. circa med. Impe. Lutha. & fuit inuentus miles, vt per eum prouinciæ vindicentur & defendantur. Azo in Sum. de offi. Præfec. Præto. Aſti. in pri. hic pro feudatariu. Iſern. in c. pri. poſt num. 2. infra, Quo tempo. miles, & ſic ſiquis feudatarius, Beneficium ſuum.) Quod alibi denotat proprietatem & dominium. Zaba. in clemen. ſi. in 3. not. da procurato. hic dicitur ſuum, etiam quod non pertineat pleno iure. Archid. in c. frater. colum. ſecunda, circa fin. 16. quæſt. pri. Vendiderit

diderit totum.) Idem & de parte,glo.hic,& differt
2 omne & totum.Caſſa,in conſu.burg.rub.pri.§.pri.
ibi,toutes.Sine voluntate vel iuſſu.) hic iuſſus po
3 nitur pro conſenſu,vt per glo. & intelligitur quo-
cumque modo, & per quæcumque verba appa-
reat de voluntate.l.ſiquis mihi bona.§.ſed ſi quid.
ff.de acquire.hære.& iſta notificatio,quæ fieri de-
bet domino,eſt agnitio & recognitio ſuperioris,
honoris & reuerentiæ exhibitio.glo.Pari.titu.2.§.
54.num.13. Ideo ſi alienauit ſine voluntate Do-
mini ſui.) Ad cuius voluntatis probationem eſt ne
ceſſarius actus.l.potuit.in ver.& voluntas.Codice,
de iure delibera: quia eſt ingratitudo quædam ta-
lis contractus:& de alia delicti,dicitur infra. Alua
ro.in c.ſi vaſallus,lo pri.poſt pri. ſi de feu. defun-
cti milit.contro.fue. Vt proprium:) Quod dicitur
pluribus modis.Lucas in l.3. in fin. Codice,de ca-
ſtre.pecu.mili. Beneficium amittat.) Quia facto
proprio ſe priuat,alienando & tradendo irrequi-
4 ſito domino. & hoc eſt ſpeciale in culpa quæ com
mittur alienando, cum aliàs propter felloniam nó
priuitur ipſo iure,ſed per ſententiam.glo. Pari.tit.
pri.§.30.poſt num.37.Pau.de Caſt.in conſi.369.
colum.2.poſt pri.2.volum. Decernimus.) Quod
5 verbum,ius nouum inducit.not.in clemen. ſecun
da,de appell. in clemen.ſecunda,de rebus eccleſ.
non aliena.& in clem.pri.de ſepulturis. Dominus
verò habeat.)Nam facilis eſt reuocatio. Innoc.in
c.pri.de feudis,vt res ad ſuum principium reuoce-
tur.Ioan.An.in c.ſicut,poſt pri.de electione,in 6.
& eſt fauorabilis retractus feudalis ratione patro-
ni,qui beneficium contulit.glo.10.Par.num 5. &
6 6.tit.pri.§.13.Vel ſi concubuerit cum vxore do-
mino uiuente.) Idem ſi mortuo domino,vt dice-
tur infra cum Iſern. quamdiu alteri non nubit.l.ſi
mulier.in glo.pri.de religio. & ſumpti. fune.tran-
pillo albo, mali autem lapillo nigro. Idem Azo in Sum. C. de errore calculi.: & ſumpſerunt dies nomẽ a planetis. Azo in Sum. C. de ferijs. nu. 4. & qđ eſt dictũ de anno & die ad petendũ inueſtiturã. procedit in ſeudo antiquo: nam in ſeudo uouo ad petendam inueſtituram nouam realem, nõ eſt certum tempus ſtatutum. Aluaro. in d. c. pri. columna ſecunda, cir. pri. qui ſit pri. cau. benefi. ami. Itẽ nota, quòd induciæ aliæ legales, & aliæ conditionales: legales aliæ ex parte vaſalli, aliæ ex parte patroni. Conuentionales, quędã habent tempus determinatum, quædam non, ſed omnes ſunt reales. glo. Pari. tit. pri. §. 27. in pri. Annus & dies de quo hic, ſunt inducię legales. ea. glo. §. 28. nume. 5. ante & poſt. & terminus iuris arctat, ſicut terminus hominis, quia cenſetur certus: aliàs non arctaret, Zaba. in clemen. ſecunda. §. ſimiliter in pri. de appella. habet vim præcepti, de comparendo intra illum terminum. Zaba. vbi ſupra. §. fiu. nume. 5. in fin. & non minuitur: Immo ſi iudex minueret, ſuppletur a lege. Præpo. hic ex inten. Iſern. poſt num. 13. Quid ſi fiat pręceptum ſub pęna amiſſionis, quod recognoſcat ſeudum uel emphiteoſim, an talis pęna ſit exigibilis. Cag. in l. vni. in pri. nume. 87. ff. ſiquis ius dicen. non obtempera. in regno iſtę pęnę amiſſionis feudi, conueniunt remitti, nõ ſolum militibus, ſed etiam alijs: dummodo nõ ex contemptu. Iſern. hic. Pernus in 4. notabi. colum. 18. poſt pri. & in conſi. 24. in ſecundo dubio. quia Rex munificus non debet auguſtare vaſallos iuris ignaros, per auguſtiam temporis; paria enim ſunt aliquem tueri cauſam ſuam ex circumuentione vel ex tempore. Lucas in l. ius emphiteotici. circa fin. Codice, de fundis patrim. & curſus temporis
19 non immutat ſubſtantiam ueritatis. Paris de ſyndi. in uer. ſententia. ca. 6. nume. 9. Sed temporalix obiectio, quæ per incuriam generatur non obeſt. c. licet. & c. dilecto. 16. qnæſt. quarta. præſcriptiones ſunt odioſæ. gl. ſecunda, cir. med. in Aut. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. maxime breuis temporis, quæ contra iuris rationem ſunt introductæ. Lucas in l. 2. colum. penul. poſt pri. C. de naufragijs. nec exceptio poteſt tam breui tempore, ſcilicet una die finita eſſe. §. pri. in ver. nuptiarum. circa fin. Aut. de tempore non ſolutæ pecu. inde Imperator conſulit ijs, qui fortunę circumuentione lęduntur. §. pri. Aut. de his qui ingre. ad appella. conductoribus prædiorum ſterilium mandat, non augeri penſionem: quia illud velut quadam circumuentione depoſcitur. l. pe. Codice, de omni agro deſer. & qui tempore liberatur, non eſt ſimilis ſoluenti. glo. in l. item illa. §. pri. in ver. exegerit. ff. de conſt. pecu. l. ſi pupillus. in fi. ff. de admini. tutor. ſed videtur, quod lapſus termini inducit excluſionem & tacitam repudiationem. Caſſa. vbi ſupra rub. pri. §. 8. ibi, paſſe. cir. med. & eſt mirabile, quòd lapſu temporis de nihilo fit aliqnid ſed quod eſt aliquid non mutat, Inno. in c. atteſtationes, poſt nume. 3. de deſponſa. impu. maior eſt excluſio inducta tempore quàm repudiatione. Pau. de Caſt. in conſi. 281. poſt nume. 2. pri. volum. & quo ad quędam, qui liberatur ſimilis eſt ſoluenti. l. cum notiſſimi. §. fin. in ver. cuiuſque. de pręſcri. 30. vel 40. ann. l. ſi ſideiuſſor. §. fin. ff. mandati. præſidium pręſcriptionis eſt iniquum & odioſum, adeo quòd ſi eſt commiſſa cauſa arbitratori, qui cognoſcat vt vir bonus, poterit ſecundum Deum & bonam conſcientiam reijcere pręſcriptionem, tamquam iniquam, in conſi. feud. diuer. pri. nume. 208. & 209. & 210. & in conſi. 2. nume. 72. & 73. dominus etiam diuturnitate temporis, non excluditur. lege aſſcueratio. Codice, de non nume. pecu. etſi diu ſteterit quominus debitum petat, maxime ſi propter occupationes, quia non videtur remittere debitum. l. aduerſus. C. de nego. geſtis.

20 Quid ſi vaſallns moritur, an hæres habebit reſiduum vel integrum tempus. late Aluar. hic poſt num. 8. ſed quod detur reſiduum, in teſtitutione, exceptione non numeratæ pecuniæ & inſtantia cauſæ ſunt iura clara. l. interdum. ff. de minori. l. ſi intra. Codice, de non numi. pecu. not. in capit. ſecundo, & ibi glo. fin. vt lite pende. in 6. non enim debet ex perſona ſucceſſoris ampliari terminus, ſicut nec mutari contractus. l. penult. Codice, de reſti. mili. l. ſecunda, de his quibus vt indig. ſed ſuccedit in eius locum, in quo hęres relictus eſt. leg. hęres abſens. de iudiciis, & l. ſi is qui. ff. de iure fiſci. lege, ſi ſub pignore. de fiſca. uſu. ſed quod detur integer annus: & quòd non continuentur tempora tenuit Aſſlict. in quarta not. num. 15. cir. fin. & 16. & incipit ex integro ex perſona ſucceſſoris. Bald. hic in §. niſi in pri. Cap. in ver. feudorum inueſtituræ. ibi, & ſi infra annum, adeo quòd ſecundum Iſern. hic, hæres petit ſuam & non defuncti inueſtituram. glo. in ſimi. in §. fin. in ver. ad præſentem. ibi, quintum, Aut. de tempo. non ſolu. pecu. ſuper dote. vnde diſtinguit Præpo. hic poſt nume. quintum, ſed fuit prouiſum per cap. regni. quod incipit, prouiſum eſt. & ponit de verbo ad verbũ Loffred. hic.

Sed quomodo iſte vltimus habet ſucceſſorem, ſi deceſſit ante inueſtituram, & priusquàm ſibi iurent homines feudi? dic ex intellectu Iſern. quòd ſucceſſor non ſolum dicitur filius, ſed etiam agnatus; & frater fratri: vnde quando vltimus amutit feudum, ex eo quòd non petijt inueſtituram ut hic, infra annum & diem: ſi ſumus in ſeudo nouo, vt ſupra, excluditur filius; quia quod obſtat defuncto, obſtat hæredi. In feudo antiquo agnatus vel frater ſuam inueſtituram petit, & non defuncti, quæ proprie nõ eſt inueſtitura; ſed in ſucceſſore, eſt confirmatio inueſtiturę veteris, quando autem iuretur per homines ſeudi & ab illis aſſecuretur; quod in regno eſt loco inueſtiturę. Cap. in ver. feudorum inueſtituræ. in princip. Sed petẽs inueſtiturã, an teneaĩ offerre id ad quod tenebatur prędeceſſor? glo. Pari. tit. 1. §. 45. & ſi oblatio debet eſſe realis, teneatur offerre fidelitatem. nume. 23. 26. 27. & 28.

Quid ſi vaſallus eſt impeditus, an requiratur proteſtatio? quòd non, poſt multa pro & contra, Prępo. hic, nume. 6. circa fin. & iuſto impedimento impedito non currit terminus ſicut in electione. Innocen. in cap. ne pro defectu. poſt nume. ſecundũ, de electio. Idem in metu iuſto. gloſ. fina. in cap. veniens. lo ſecundo, de ſponſali. puta, quia fuerunt minæ de occidendo. Alexandes in conſil. decimoquarto, nume. 4. 3. volumine, & minans eſt malæ famæ & ſolitus exequi. Aſſlict. in §. iniuria in 4. not. nu. 20. de pace iura. fir. Ang. in tracta. malefi. in ver. quòd fama publica præcedat. ibi, quęro, quid ſi aliquis. nam conſideratur qualitas minantis. Aſſlict. in conſt. qualitas. poſt

num. 5. de euden. falſam mone. & minarum ſactarum. Deci. in conſi. 189. nu. 14. necnon qua mente ſunt dictæ, quia non loquitur ex dicto & uerbo factum: nam ſępe plus cogitat quis facere quàm faciat, & plus dicit quàm efficiat. Bal. in con. 410. nu. 5. poſt medi. 2. obl. et ſæpe minas faciũt homines, qui magna minantur. Idem Bal. in conſi. 77. nu. pri. in fi. 3. uol. ideo non ſufficerent minę eluſorię. l. 3. ff. ſi cui plus quam per leg. Falci. quia uani timoris nulla eſt æſtimatio. l. eleganter. §. fi. in gl. fi. cir. medi. ff. de condi. inde.

Verum ſi ſunt inimicitiæ capitales excuſarent, vt hic: tam ſi ſunt cum domino, quàm cum alijs, adeo quòd ſecure illuc accedere non poſſet. c. cũ R. & ibi not. de offi. deleg. in tantum, quod is cui eſt promiſſa ſolutio in uno loco, ſi non poteſt ibi ſecure moram trahere, poteſt compellere debitorem ad promittendum in alio loco. l. vſuras. iuncta glo. C. de ſolutioni. nec tenetur illuc accedere etiam cum litteris de conductu, quia non tenetur ſe inimicis capitalibus exponere. glo. in c. ſtatutum. §. pri. in ver. ſecure. de reſcrip. in 6. poterit tamẽ mittere procuratorem ad petendum inueſtituram, & facere fidelitatem, quia qui per alium facit, &c. l. poſtulare. ff. de fideiu. & nomi. & hære. tuto. comparebit ſic per procuratorem. l. Papinianus exult. cum ibi not. ff. de minor. et per amicum opus perficiet. l. de pollicitationibus. ff. de pollicitatio: quia videtur eſſe præſens quando adeſt procurator. Bal. in conſi. 115. circa fin. 4. uol. & paria ſunt aliquid expediri per ſe, vel p procuratorẽ ſeu nuntium ſpecialiter conſtitutum, in feudis: nam vox procuratoris, vox domini eſt. Afflict. in c. pri. in 18. not. ante & in num. 27. ſi de inueſt. inter domi. & vaſa. lis oria. & quòd deduxit procurator perinde eſt, ac ſi dominus per ſe ipſum deduxiſſet. Bal. in conſi. 288. num. 2. 4. volum. & dicitur aduenire, qui per ſe vel ſuum procuratorem peruenit ad locum. Idem Bald. in conſil. 379. nume. 9. 3. volumine.

Pro alia parte, quod nõ teneatur mittere procuratorem, arguit Iſern. hic, & eam tenet Soci. in conſi. 66. poſt num. 15. 3. volumine, & facit, nam aut iſta cauſa eſt iuſta, aut non: ſi eſt iuſta, habens iuſtam cauſam, non tenetur mittere procuratorem. l. quæſitum. in ver. iudicata. ff. de re iudi. l. pri. C. de diuer. & temporal. præſcri. quia vſus procuratorum eſt introductus in fauorem conſtituentium. Bald. in conſi. 167. num. 3. 3. volum. item impeditus cauſa reipublicę, non tenetur mittere procuratorem. Afflict. in conſt. hoſtici. num. 22. in fi. de excep. hoſti. l. ſed & ſi. ff. de vſuris. quia abſens ex iuſta cauſa, nõ tenetur mittere procuratorem. Deci. in conſi. 13°. nume. 8. rurſus cauſæ feudales vt plurimum ſunt magnæ. Afflict. in §. ſacramentum. nume. 5. cir. pri. de conſu. recti feu. in magnis cauſis, non compellitur quis mittere procuratorem. glo. in c. bonæ. in ver. ſecure. de electio. & in c. cupientes. in ver. procuratorem. de electio. in 6. in clemen. vni. in ver. fautoribus. de foro compe. Iſern. hic facit differentiam in actore & reo, ut per eum: & allegat licet corrupte. l. ſi ea. Codice, de his qui accu. non poſſu. & conclu. lit quòd poteſt petere per procuratorem, & ſi non petiji, nõ amittit, vt per eundem, ſupra eo. in rub. Aluarot. hic nume. 13. & Afflict. poſt nume. 37. Iacobi. in ver. qui quidem inueſtiti. nume. 54. & poterit dominus petere, quòd principalis vadat ad præſtandum iuramentum, etiam quòd poſſit per alium eum ſpeciali mandato. Cap. in ver. feudorum iuramenta. colum. fin. late Afflict. hic in 6. quæſt. poſt nume. 21. & ſi elapſo anno & durante adhuc impedimento non mittit procuratorem, poſſet eum dominus punire. Idem Afflict. hic in 7. quæſt. quia poſt tempus remanet nihilominus obligatus iurare. Iſer. hic. elapſo enim impedimento habebit alium annum & diem. Intellige ut ſupra, ad inchoandum: quia quando pręfigitur terminus, intelligitur ad incohandum, non ad perficiendum. l. 2. ff. de colluſ. deteg. ſicut in appellatione, poſtquam de vno ad aliud arguit hic Iſern. quia in ſui initio terminus eſt vtilis, poſtea continuus. glo. 3. in c. anteriorum. 2. quæſt. 6. l. annus. in glo. fin. ff. de calumnia: ſi ceſſat, & poſtea ſuperuenit impedimentum ne in perpetuum teneatur, vltima tempora cum prioribus computabuntur. not. in ſimi. in clem. quamdiu. & ibi glo in ver. currere. de appella. vnde ſi fuit negligens tribus temporibus anni, & in vltimo fuit impeditus, diſtingue vt in matre, quæ negligit petere tutorem filio. Pau. de Caſt. in conſi. 147. poſt num. 2. pri. volum. & imputet ſibi, qui ſe ſic arctauit. l. 2. §. ſiquis tamen. ff. ſi quis cautio. alibi ceſſante iuſto impedimento, incipit currere hoc tempus, & ſubducuntur tempora iuſtę excuſationis. Iſern. hic. & eſt textus in cap. pri. & in c. ex tranſmiſſa. de præſcri: & infamiæ, non vaſalli ſed domini, quia delictum ſuum non debet ei tribuere priuilegium uel immunitatem. l. etiam. §. licet. ſolut. matrimo. l. 3. ff. de nego. geſt. quia ſi culpa ſua incidit in caſum, propter quem non fecit quod facere debet, eſt ſibi imputandum. glo. circa medi. in ca. imputari. de reg. iuris in 6. culpa enim, quando præcedit impedimentum non excuſat. Bald. in cap. ſi quis miles. in fin. de feu. ſine culpa non amit. nec eſt ei ſuccurrendum. glo. in extrauagan. comm. pri. in uer. ſuſpenſi. de electio. ſed ei eſt imputandum, qui ſe in neceſſitate poſuit. l. ſi fideiuſſor. §. pri. in ver. neceſſitatem. qui ſatiſda. coga. & ſic currit terminus quando poteſt. c. fin. de electio. nam ſi dominus, vt ſupra, eſt infamatus. Alua. hic num. 9. & poſt, puta quia erat excommunicatus, tunc quia is cui debetur iuramentum fidelitatis non poteſt participare, remittitur a Papa. Iſer. in §. domini. in fin. de ſtatu. & conſu. contra liber. eccle. ca. authoritate, & ſeq. 15. quæſt. 6. c. ad Apoſtolicæ. circa fin. de ſenten. & re iudi. in 6. glo. in extrauag. Io. ſi fratrum. in ver. iuramento. & in ver. abſoluentes. ne ſede vacan.

An autem pendente termino anni & diei, hæres vel ſucceſſor vaſalli poſſit colligere fructus? glo. vnic. Pari. in 6. quęſt. nume. 12. ubi ponit reg. cum limitatio. titu. primo. §. quarto. & dominus an poſſit petere iura feudalia, ſi dies prædictus interpellat; & ſi per dominum fit pręnſio inualida, an poſſit fieri ſecunda ualida abſque quòd caſſetur prima, & hæres poſſit cogere patronum ad renouationem inueſtiturę. ea. glo. in nona, decima, vndecima, & duodecima quæſtione. Mortuo domino uxore prægnante, datur curator uentri, & ab eo petitur inueſtitura. Caſſaneus in conſu. burg. rub. tertio. §. primo. ibi, a la perſonne, econtra an dominus teneatur recipere fidelitatem oblatam per tutorem vel curatorem

rem nomine minoris, glo. pri. Pari. poſt num. 12.
titu. pri. §. 3. infans ſi habet tutorem excuſatur.
Prępo. hic num. 14. Quid ſi dominus vel prælatus
latitat, & non vult recipere cenſum; Remedium
eſt, quòd proteſtetur. Bald. in l. ſi a te. poſt nume.
pri. C. de pactis inter empto. & uendi. ſi vaſallus
non inuenit dominum, vel inuenit & noluit infra
dictum tempus inueſtire. Aluaro. in d. c. pri. num.
6. & 11. quæ ſit pri. cau. bene. ami. quid & quomo
do uſſert uaſallus, & quòd dominus non tenetur
interpellare vaſallum, ſed ipſe tenetur adire patro
num ad manſionem principalem loci dominan-
tis. glo. Pari. tit. pri. §. 45. Si duo contendunt ſe do-
minos, an petat ab utroque inueſtituram: & ſi
tempore ſciſmatis, inueſtitus eſt a duobus, quo-
rum vterque prætendit ſe Papam, ſubſtinetur il-
la quæ facta eſt a uero Papa. Prępo. hic nume. 13.
mora modici temporis non eſt magnum dānum,
niſi eius fraus aperte deprehēdatur, & poteſt pur
gari infra paucos dies, puta menſem: nam non eſt
negligens qui ex iuris permiſſione differt. Archid.
in ca. quoniam. poſt pri. 100. diſti. ſicut modicus
defectus vnius nummi, vel circa, non eſt conſide-
randus. d. glo. Pari. titu. pri. §. 45. poſt nume. 22. in
feudo ſictuali, etiam quòd vaſallus petierit inue-
ſtituram, & fecerit fidelitatem, ſi ceſſauit per bien
nium a ſolutione canonis, vel partis eius, totum
feudum amittit. Bald. in ca. quæ in eccleſiarum. nu
me. 13. de conſtitut. & propter inueſtituram cenſe
tur remiſſa pęna caducitatis. Soci. in conſi. 66. nu.
19. poſt medi. 3. volum. ſi vnus deceſſit tribus re-
23 lictis hæredibus legitimę ætatis, unus petijt inue
ſtituram partis ſuę intra annum, an partes alio-
rum cōtumacium illi accreſcant: & quid ſi alij a-
mittunt per fellonium. Bal. in d. c. quæ in eccleſia-
rum. num. 26. & 28. de conſtitu.

Redeundò ad propoſitum, vel infamia, dicit
Iſer. i. non fama; quia nō conſtabat de morte, nec
erat fama quod erat mortuus, tunc ſi non petit in
ueſtituram infra dictum tempus, non amittit feu-
24 dum: quomodo autē probabitur mors, licet pro-
bandi modus ſint diuerſi. c. quoniam. §. porro. in
ver. & pręſumatur. & in ver. cæteri. vt lite nō con
teſta. Lucas in l. 3. in fi. de naufrag. Alex. in conſ. 4.
num. 7. 2. vol. l. 2. §. ſi dubitetur. in ver. liquerit. ff.
quemadmodum teſta. aperian. tamen Iſe. hic dicit
quòd debet probari vere. c. in præſentia. de ſpon-
ſali. c. 2. de ſecu. nup. Moderni diſtinguebāt, quòd
aut locus vbi eſt mortuus, eſt ultra mare: & proba
tur per famam. Aut prope, & requiruntur teſtes
de viſu. Primum caput diſtinctionis tenet hic Bal.
in §. niſi. num. 5. & quod dicitur de loci diſtantia,
idem ſi mors eſſet multum antiqua. Idem Bald.
Bald. in conſi. 204. cir. fin. poſt num. 7. 3. volum. ſe
cundo caſu, quando requiruntur teſtes, ſufficeret
vnus de viſu, & duo de fama. Bal. in conſ. 398. 2.
volum. Iſer. verò, cum quo ſimpliciter tranſit Lu-
cas in l. pri. colum. 4. cir. pri. C. de digni. diſtinguit,
aut eſt graue pręiudicium, & probatur per teſtes:
aut non, & per famam: quia vbi maius periculum,
cautius eſt agendum. c. vbi periculum. de electio.
in 6. c. quieſcamus. 42. diſtin. l. 2. ff. de appella. re-
cipi. & cum dicta diſtinctione tranſit Alexan. in
conſi. 117. nume. 3. 7. vſque ad 9. 4. volum. & 27.
num. 2. 7. volum. Et intellige graue præiudicium,
etiam ſi agatur de magna cauſa pecuniaria. idem
Alex. in conſi. 187. num. 5. 6. volum. vel de mor-
te mariti, puta quia vxor vult ſecūdo nubere. Iſe.
hic. non graue, ſi tractatur de cauſa pecuniaria mo
dica, tunc ſufficit fama. Afflict. in conſt. ut de ſuc-
ceſſionibus. nume. 52. de ſucceſſio. nobi. Boeri. in
Deciſi. 288. Alexan. in conſi. 25. num. 4. 4. uolum.
Ita in caſu noſtro. Iuris verò præſumptione citius
præſumitur mors ſenex, quàm iuuenis. l. apud Iu-
lianum. ff. de fideicom. liberta. vel melius. l. ſi quis
ex cā. eo. ſed illud ī alimētis & fauore, ſecus in vſu
fructu. Lucas in l. quicūq;. in 98. preſu. C. de apo
chis publ. & de iure Longobardorum, qui moratur
tur extra prouinciam ſuam per triennium, præſu
mitur mortuus. Iſern. hic num. 7. & hoc, quia nō
reperitur. Deci. in conſi. 652. num. 4. ſecus quan-
do mulier vellet alteri nubere per mortem uiri,
quia multa requiruntur, de quibus in §. quod au
tem. Aut. ut liceat matri & auię. l. uxores. ff. de re-
pudiis, tamen ſi falſa credulitate ducta ſecundo
nubit, primo reuerſo, reſtituitur 34. quęſt. pri. &
ſecunda, per tot. c. loci. cir. fin. 35. quæſt. 9. ſicut ſi
credens ducere vnam, nubit alteri, etiam cognita
redditur primo. gl. pri. in c. pri. 29. quæſt. pri. ſe-
cus in ſponſalibus: nam daretur ſecundo, ſi per
ſpatium temporis ſecum cohabitauit. Deci. in con
ſil. 368. 3. volum. uel ſi illud falſis rumoribus pro
curauit, punitur de adulterio: alias non. l. miles. §.
mulier. ff. de adulter. glo. in cap. pri. 34. quęſt. pri.
niſi fuiſſet in dolo uel affectata ignorātia. l. ſed &
ſi, la 2. §. proſcriptum. ff. de inſtitoria. & Iſer. hic
qui etiam num. 8. excitat quęſt.

Si erat fama, quod dominus erat mortuus, &
omnes ſic tenebant, uaſallus contumaciter non
iuit infra annum & diem: & proinde amiſit feu-
dum: ſi dominus poſtea reuertitur, an teneatur re
ſtituere quod accepit? & uidetur quod iſta non ſit
fama, quia factum non dicitur quod non durat fa
ctum. glo. pri. in c. diuortium. de peniten. diſt. pri.
tanto magis, quia vaſallus non tenebatur ſtatim
credere etiam bono uiro. glo. fin. in ca. ſiquis præ
poſtera. 50. diſt. nec læſam conſcientiam habere
de eo quod ſibi denunciatur. glo. 2. in c. quam ma
gnum. 23. quæſt. 4. immo ęque reus eſt qui de fa
cili credit, ſicut ille qui mentitur. glo. pri. in c. In-
nocens. 22. quæſt. 4. Secundo, licet fuerit contu-
max, ideſt moroſus in petendo, l. 2. C. de exacto.
tribu. exitus tamen rei, ideſt uita domini facit obli
gationem reſoluere. Afflictus in cap. ſecundo,
nume. 7. apud quem vel quos. & ex poſt facto re-
uocatur in dubium. l. ſecunda, Codice, de reuo-
ca. donatio: ſi debet amittere feudum, ſi uel ne.
Tertiò, multa noua dicuntur non uera. Deci. in
conſil. 115. poſt pri. propterea non debuit iſte va
ſallus eſſe nimis credulus. glo. in l. pri. in ver. quam
uis. ff. de eo per quem factum erit. diſtingue tamē
ut per Iſern. quod aut uaſallus credebat domi-
num eſſe mortuum ſicut credebant & alij: & con
tendendo paruifecit petere, & non recuperat feu
dum: quia non curauit obedire huic legi: ſicut in
eo qui exemit aliquem ne ſtaret iuri. l. penult. §.
pri. ff. ne quis eum qui in ius uocat. eſt vi exi. &
attenditur tunc quod principale fuit, ſcilicet con
temnere hæredem. Iſer. hic; ſicut econtra quando
vaſallus alienauit propter inopiam, non dicitur
contemnere dominum; quia alienando plus ſe
damnificauit. Idem Iſern. in §. niſi. numero 4.
poſt medi. ſi vaſal. feud. priuat. cui defer. aut
ideo non perijt, quia credebat dominum uiue-

re,etiam quod omnes alii crederent mortuum,ex
quo non ſpreuit nec contempſit dominum, redu
cuntur omnia in priſtinum ſtatum. & in terminis
primi caſus vaſallus non poſſet purgare moram,
quia quando dies a lege ponitur,non poteſt tranſ
gredi,vt in reg.mora.cir.medi.de reg.iuris.in 6.ex
quo eſt dies certa,& non eſt neceſſaria interpella-
tio hæredis.l.ſi fundus.§.ſi.de lege com.nec tene
batur interpellare vaſallum.l.magnam. C.de con
trah.& committ.ſtipu.

Adducta in contrarium, procedunt in iudice,
ut ex eis eſt uidere:in aliis nulli credere, & omni-
bus credere eſt uitium, nec debet faciliter credi.
Lucas in l.tribuni.colum.2. cir.fin. & 3. C.de re
milita.In terminis huius quęſtionis, vaſallus cre-
debat dominum mortuum, & fuit contumax in
petendo: merito delictum non debet ei tribuere
immunitatem.l.pri.§.vnde.in ver.abſurdum.de pu
blica.& vectiga.

25 Quid ſi petit infra tempus, ſed non eſt pro-
ſecutus, an amittat? & uidetur quod ſic, ſicut
non dicitur ueniſſe qui non ſtetit. Barto. in le.
ge conſentaneum. in finem. Codice, quomodo
& quandu iudex.non uidetur paruiſſe,qui nō per
ſeuerat,nec tradidiſſe poſſeſſionem ſi non conti-
nuauit.Afflict.in conſti.defenſas. poſt nume.6.&
7.Sic verſum non dicitur in rem domini, id quod
non durat verſum.l.ſi pro patre. vbi gloſ.in ver.
duret.& ita Sum.Barto.ff.de in rem ver.Immo.di
ſpoſitio non dicitur facta, ſi non durat. l.acceptā.
in ver.eas. C. de vſuris.ſimilia ponit Lucas in l.ſi
quis decurio.colum.3. poſt pri.de decurioni. &
debet demonſtrare ſe ſumma ope nixum pro ha-
benda inueſtitura.l.fin.§.illud. C. de tempo.ap-
pella.& quatenus ſteritiſſet per ſuperiorem debe-
bat proteſtari.gloſ.in ſimi.in ca. cupientes. in vėr.
propoſita.de electio.in 6.aliam partem, quòd ſuf
ficiat petere infra dictum tempus,tenet Iſern.hic.
nume.10. quia licet iudex poſſit præfigere termi-
num ad finiendum hoc negotium: tamē in dubio
cenſetur datus ad incohandum. Bal.in ſimi.in ca.
ſæpe.in fin.de appella.& quod Iſern.hic,tenuit e-
tiam in §. fina. per quos fiat inueſt. Curia tamen
facit inquiri de valore feudi, & recipit mediera-
tem valoris eius, quod inuenitur per inquiſitio-
nem.Idem Iſern.in conſt.poſt mortem.circa finē
faciendam per iuſtitiarium, cui dirigitur huiuſmo
di informatio,ut per Loffre. hic ea intentione Iſe.

Contraria non obſtant,nā ad faciendam inueſti
turam,non ſolum requiritur petitio vaſalli,ſed cō
ceſſio domini:& vtrique (vt ſupra) imponitur pę-
na priuationis feudi. Propterea, ſi vaſallus petit,
etiam quod non extet, & proteſtetur, non tātum
dicitur culpa ſua quàm domini: & quando vter-
que eſt in mora,melior eſt cōditio rei quàm acto-
ris.Alex.in conſi.49.num.4.cir.fin.1.volum.& vl
tima mora nocet.glo.in c.ſi iudex.in ver.clericali.
de ſenten.excomm.in 6.tanto magis, quia ſi curia
vel dominus uoluit ſi certum reddere de aliquo,
eius erat onus & non uaſalli.Iſern.hic. Sed proba
re filium eſſe ad quem ſpectat,cum illius probatio
ſit impoſſibilis.l.pri.in glo.fin.ff.de probatio. vel
ſi non impoſſibilis certe difficilis,ꝙ non vere ſed
præſumptiue probetur.l.pri.in ver.filium. C.quo
rum bono. vltra Iſern. hic late Lucas, vbi ponit
modum probandi, in lege pri. poſt pri. Codice,
de dignit.

Iſer.autem dum dicit,vbi eſſet,contrarius meo;
dic,contrarius mos, ſeruabitur conſuetudo iudi-
cij.C.de iudiciis. l.fin. eſſet autem mos contra ra-
tionem,ut qui petit,probet illa quæ debet proba
re is, videlicet vaſallus,a quo petitur, ſicut is qui
dicit:licet qui excipit,eſt in exceptione actor.lege
pri.de exceptio. & ſic in iudiciis attenditur lex fo
ri ubi agitur. Bald.in conſi.2°5.in fin. poſt nume.
4.2.volum.& 60. poſt num.pri.5.volum. in con-
tractibus locus contractus, in ſententijs locus ſen
tentiæ,in proceſſibus locus proceſſus.Idem Bald.
in conſi.389.pri.volum. Vltimò, in ordine iudi-
ciorum,attenditur ius loci in quo cauſa tractatur.
Alex.in conſi.167.num.6.2.volum. Sed dicit Iſe.
in aliquibus cogitur quis probationes ſuas exhibe
re contra ſe.l.pri.§.edenda.ff.de edendo. fiſce;&
contra vſurarium qua actione, & quomodo con-
uincitur,& ſe excuſabit.Zabare.in clem.vni.§.cæ-
terum.de vſuris.Infert Iſern.ex verbo,damnetur,
quòd non ipſo iure eſt amiſſum feudum, ſed re-
quiritur ſententia,quæ eſt neceſſaria propter auo
candam poſſeſſionem a feudatario qui poſſide-
bat.l.ſi fratres.§.Idem reſpondit, lo 2. in ver. do-
minium.ff.pro ſocio.Iſtum articulum diſputat ad
partes Bald.in con.301.in pri.pri.volum.dixi late
infra eo.c.fin.ideo non inſiſto. Facit tantum ad
hoc, Aut.quæ res.C.de ſacroſan. eccle. Verum, ſi
dominus recipit ſeruitium a vaſallo, videtur re-
mittere culpam.Iſern.hic.num.10. in fi.arg.l.vlti.
ff.de eo quod.certo loco. l.ſi hominem. depoſiti.
Iacobi.in ver.qui quidem inueſtui.num.32.& nō
ſolum remittitur, ſed ſi eſt inhabilis habilitat ad feu
dum.Afflict.in §.mutus.num.8.Epiſco.vel Abba.
Sed limita, vt per Cap.in ver.feudorum inueſtitu-
ræ.cir.fin.ibi,remittere, Deci.in conſil.530. poſt
num.11.& 12.Et quod dixi de anno & die,intel-
lige, a die aditæ hæreditatis ſecundum com. o-
pini.niſi hęres malitioſe diſtulerit adire.Idem De
ci.in conſi.633. poſt nume.5.& denuntiabitur in
quaternatis more Regni in aliis ei a quo tenet. Iſe.
in conſt. poſt mortem. circa fin. & ne lędatur,ex
curſu temporis,ſufficeret inueſtitura verbalis Bal.
in conſi.38.num.6.& 7.pri.volum. & interim ua
ſallus tenetur ſeruire.Iacobi.in ſupracita.loco.ibi,
qui quidem inueſtiti.nume.44. etiam ſi eſſet mi-
nor.Afflict.hic poſt nume.27. Prædicta non ſolū
procedunt ſi moritur vaſallus, verum etiam ſi de
cedit dominus: nam tunc tenetur vaſallus nouo
domino denuntiare mortem, & polliceri fidelita-
tem.Afflict.in conſt.domini a vaſallis.in 9.quęſt.
nume.5.& ſeruire cum militibus, niſi eſſet ab eo
ablatum feudum.Lucas in l.vni.col.29.cir.pri. C.
pub.lętitiæ vel Conſul.& ſnia quæ requirit, vt ſu-
pra, licet non debeat ferri ſub conditione, lata tñ
tenet. Zab.in cle.paſtor. in pri.in 19.not.no.8.in
fi.& 9.de ſent.& re iudi. niſi eſſet ſnia excommu-
nicationis.gl.pe.in c.2.de matr. contra inter.eccl.
c.ſicut,lo 2.in ver.anathematis. de ſimo. l.1.§.bi-
duum.ff.quando appella. ſit.c.vides.in gl.10.diſt.
l.ſi pupillorum §.quid ergo.in uer. magis.ff.de re
bus eorum.l.a diuo Pio.§.in venditione.in ver.ca-
piatur.de re iudi.Io.An.in c.pri.num.8. circa me
di.de offic.delega. in 6. Azo in Summ.Codice,de
ſenten.& interlocu.omni.iudi.num.3. puta ſi di-
cat,abſoluo Titium,ſi iurat ſe non debere. l.gene
raliter.in uer.diffinitione,& ſeq.C.de rebus cre di.
vel ſi iuraueris, dabo pro te ſententiam. gloſ.in l.
cum

cum iudex.de ſenten.& interlocuto. omni.iudic. quia poteſt iudex aliquid ſtatuere in futuro. Archidiaco.in capit.vbicumque.cir.medium.12.quæſtio.2. vnde pro redititibus annuis, poteſt agi pro omnibus in primo anno, ſed non exequi.Caſſa.in conſuet. Burgun.rub.11.§.6.ibi, contre, lo ſecundo.numer. 13. in fin. adiudicatio poteſt fieri ſub conditione.Pau. de Caſt.in conſi.25. colum.fina. cir.medium.primo volumine. quamuis poſſit dici cõditionem in ſe non habere, ſed monitionem. l.muto.§ prim.ff.de tutelis, vel effectus ſuſpenditur,non ipſa ſententia.capit.dilectis.in verſicu.ſuſpendendum.de appellatio. dicitur valida & exequibilis exiſtente conditione. Bald. in conſi.445. poſt nume.prim. primo volumi. intellige in conditione intrinſeca & neceſſaria.Pariſ. de ſyndic.in verſicu. ſententia.capit.8.& 9.in princip.& opus erit noua pronunciatione. Pau.de Caſt. in conſil. 415.& poſt nu.prim.primo volum.& hoc in ſententia diffinitiua, ſecus in interlocutoria. capit.bidiuum,cum ibi not.in glo. vbi etiam a quo die curru terminus ad appellandum. 2. quæſtio. 6.item in iudice,ſecus in arbitro. Bald. in conſi.150. colum.fin. in princip.5. volumi. erit tunc exiſtente conditione locus ſententiæ, ſicut & pacti conuenti,vel doli mali.l. obligationum fere.circ. medium.ff.de actio. & obligat. & excommunicationis.glo.in capit. vnic.de ſagittarijs.capit.dura.vbi not.de crimi.falſi.nam non ſemper trahit ſecum executionem.gloſſ. 2. in capit.penult.de cleri.excommun. vel depoſ. Ioan. And.in cap. Romana. nume. prim. de pœniten. & remiſſio.in 6.Innoc. in cap.P.& G.poſt nume.2.de offic.delega.& in cap.3.nume.3.de offic.lega. quia ſi non potuit parere, quo ad Deum ſaltem non erit excommunicatus, ex quo impoſſibile præceptum non ligat. glo.fin.in cap.cum ſuper.de teſti.cogen.in matrimonio & ordine poteſt apponi conditio. Innoc. in capit.eo libentius.de ſeruis non ordi.quid in electione.capit.fina.vbi Innocent.de electio. Non omitto, quod gloſſ.in cap.preterea.de appella.tenuit ſimpliciter,quod valeat, alibi traditũ eſt,quod actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem, in reg.actus legitimi vbi gloſſ. de reg.iuris.& c.actus legitimi. de regu. iuris, in 6. ſententia non poteſt eſſe de futuro. l. non quemadmodum.ff.de iudicijs. niſi in negatoria.l. prim.in glo. fin. C.in quibus cau. colo. cenſe. dom.accuſ.poſſ. & lata ſub modo tenet niſi reſcindatur per appellationem.l.cum eorum.C.de ſenten. & interlocu. omni.iudic.

An Rex ex certa ſcientia poſſit dicere vaſallo, ſi non veneris tali die, ex nunc ſis priuatus. & videtur quod ſi non veneris, non Rex, ſed ſe abſens damnificauit.§. volumus. Authen.de his qui ingred.ad appellã. & non poteſt apponi pœna, niſi cum conſenſu domini mediati, alias, etiam quod in diem conuentum non venerit, non amittit feudum, quia nunquam cauſa principalis perditur ob contumaciam non veniendi. ita videtur ſentire Iſer.hic. Iacob in verſicu. qui quidem inueſtiui nume.33.& poſſet mandare vaſallo ſub debito fidelitatis, ne aliquid faciat, quod cedat in iuſtitię ſuę leſionem.Lucas in l.ſcimus.columna. ſecunda. cir.pri.C.de agric. & cenſe. licet aliud ſit contemnere, & aliud non parere, gloſſ. in ca. quis autem. 10.diſtinct.

Quid dicendum. Afflict. quæ ſit prim.cau.beneſi.in prin.numer.prim.in fin.& numer.6.dicit quod fuit de hoc inte rogatus a Rege Alfonſo. cui dixit,non poſſe fieri, quia hoc tempus eſt inductũ in fauorem vaſalli,& lex non fert abbreuiari quod factum eſt.§.de augmentis. Authen.de nuptiis. nec terminus a iure ſtatutus poteſt augeri vel minui.gloſſ.in extrauag.comme. cap.ſuſcepti.in verſi.decem.de electio. non enim poteſt beneficium iuris reo permiſſum iudex auferre.gloſ. penulti.in fi.in clement. vnic.de exceptio.vel minus non dat,ſed maius ſic, eius arbitrio cauſa cognita.Afflict.infra eodem.capit.ſi. cir.finem.poſt nume.20. nam indultum a iure beneficium, non eſt alicui auferendum.in reg.indultum.de reg.iuris.in 6.late Aluarot.hic,columna vndecima.fere per tot.vel non poteſt minui, quia habet vim peremptorij, ſed ex cauſa augeri. Idem Aluarot.infra eodem.cap.ſi.colum.ſi.in prin.debet enim iudex eſſe contentus pœnis in legibus comprehenſis.l.ſtipulatio,la 3.de verborum obligationib.niſi mandatum iudicis concurrat cum lege ſcripta.d.l. tutor qui repertorium.§. ſi poſt depoſitionem.fœdere tamen diſtinctionis poſſent omnia concordari,de qua Lucas in l. apud eum. colũ.3. cir.medium.& 4. in princ.& 6.quæſt.C.de cenſi. & cenſi.

Extra materiam quærit Iſern. ſi iurauit Titius
27 vxorem ſuam ſecum tenere in domo,& eam non eijcere, etiam quod de facto cum alia contrahat, & ſic indirecte eijciat, non eſt periurus, quia iurauit non eijcere, non autem non contrahere de facto. Cum Iſer. hic tranſit Iaſ.in l.quidam cum filium. nume.5. de verborum obligationib. Adducuntur ſimilia de eo qui iurauit nõ accuſare, nam poterit denunciare.gloſſ.in capit. ſecundo.in verſic. denunciare. de rebus eccleſ.non alienan.in 6. Abiurauit quis beneficium, poterit poſtea repetere,ex noua cauſa ſuperueniente.cap. ad noſtram. lo ſecundo.in verſic. probant circ.medium.de iureiuran.quia renunciauit.ſed non iurauit non repetere.gloſſ.fin.circa finem.in capitu.ad aures.de his quæ vi metusve cauſ. fiunt.iuraret Capitulo non petere,non facit contra iuramentum recipiẽdo ex canonica electione.Innocen.in capitu. 2.de renuncia.nam eccleſia non tenetur habere ratam renunciationem illicitam.Idem Innoc.in dicto capit. ad aures.poſt numer. 2.Qui paciſcitur de non agendo, nihilominus extra iudicium petere poteſt, & debitor manet obligatus, etiam quod non poſſit agere. Innoc.in capitu.2.circ. finem.de his conieſta.& poterit petere res eccleſiæ.Idem in capit.1.de iureiurand.in capit.prim.in fi. de his quæ fiunt a maiorit. par.Cap.Epiſcopus ſi iurauit ſeruare omnes conſuetudines, non tenetur ſeruare conſuetudines non laudabiles, vel laudabiles ſed non præſcriptus.Innoc.in capit.dilecti.numer.4. de maiorit.& obediẽ. qui iurauit non vendere librum,& poſtea vendit tenet. Idem in capitu.dilecto. poſt nume. 4.de præbend. ſi iurauit pro nullo fideiubere, & is pro quo fideiuſſit ſoluit, non eſt periurus. Et an dictum iuramentum ſit licitum, Ioan. And.in capitu. cum.numer.prim.& 2. de iudiciis.in 6.Qui iurauit non mutare teſtamẽtum,peccat ſi mutat ſine cauſa. Idem in capitu.decernimus.nume. 6.de pœnit. & remiſſio.in 6.ſimilia Pau.de Caſtr.in conſi. 340. primo volumi.iurans

rans cõtrohere cum vna , poterit contrahere cum alia, licet remaneat periurus. Idem Pau. in conſil. 462.nume.4.circa princip.co.volumi. Qui reounciat cum iuraméto iuri ſuo, ſi poſtea ex noua cauſa ſibi confertur, poterit acceptare illud, & conſequi, non ob'ſtante iuramento, Pau. de Caſt. in conſi.449. nume, 3.eod. volumi. Qui iurauit non amouere conductorem vſque ſepténium, ſi ceſſat a penſione, poteſt remouere propter conditionem quæ ſubintelligitur. Archidiaco. in cap. alienationes.colum.fi.in princip. 12.quæſtio.2.Si iurauit non alienare, poteſt vendere fructus poſſeſſionum vſque ad 10. vel 20.annos. Idem Archid. in capit, Abbatibus.in princ.ead. cau.& quæſt.Iurans non fideiubere pro aliquo, (vt dixi)non cadit in periurium, recipiẽdo librum alicuius in præ[c]?rium, & ſic fideiubeat acceptatũ.d. cautela. Idõ Arc.in ca.ie quidem. 11.quæſtio.pri.iurauit quis de cætero non cognoſcere concubinam ſuam, poteſt ſi vult ducere in vxorem.glo.fi.in dicto capit. ad noſtram. lo 3. de iureiura.gloſ. fin. in c. quod quis.35.quæſt.9. quam ſi poſtea cognoſcit, non eſt periurur.glo.2. in ca.illud.31.quæſt. pri. quia per hoc non excluditur licitus matrimonialis coitus. ca.quod prædeceſſor.in ver. anima.in fio. 11. queſt. 3.liberta iurauit non nubere, intelligitur de nuptijs illicitis.d.glo.in ver.anima. & in c.veniẽs, in glo.pen.io fin.eod.titu.de iureiuran.quando fit contra leges, deſeritur iuramentum. gloſ.2. in Aut.quod eis.C.de nuptijs.Iurauit quis nũquam cognoſcere aliquam, ſi illam poſtea duxit, ut in vxorem, matrimonium, vt ſup.tenet. gl.pri.in c.ſi. 27.quæſt.pri.vir & vxor, ſi ambo ſunt fornican', poſſunt petere debitum, etiam quòd iurauerint non repetere.glo.fin.io ſi.in cap.noſse.3?.quæſt. pri. nam ſi eſt turpe, illicitum, ad perditionem ducens, non debet ſeruari.Aut ſeruari.Aut.ſcęnicas non ſolum.circa med.Epiſcopus iurauit quòd non alienabit nouum feudum, poterit feudum de nouo vacans, licite alienare.glo.in c.præceptis.in ver.nouum.12.diſt.

Quid ſi cum iuramento fecit actum contra aliud iuramentum, quod attendatur. Caſſa.in conſu.Bargu.rub 4.§.16.ibi,ne peut,num.3. Azo in Summa,Codie.ſi aduerſus vendi.nume.4. Si velles tameu prædicta impugnare, dic quòd non refert re vel verbis aliquid fiat.l.recoſari.io glo. fin. ff.de acquire.hæredi.nam facto oſtenditur voluntas.l.reprehendeoda. C. de inſtitu. & ſubſti.ad eo quòd in termiois huius textus, dominus recipiendo ſeruitium, remittit culpam, ut ſupra. Facto etiam renuotiatur ſocietas.l.ita quoque. ff. pro ſocio, ſicut dominus conſenoendo nuptijs libertæ, remittit operas. l.ante pen. C.de operis liber.Immo plus eſt facto quàm verbis ratificare. Iſern. in c.pri.§.ſi autem,poſt num.19.ibi,plus, de pace tene. Sunt enim quidam qui declarant voluntatem ſuam factis & verbis. l.de quibus. in ver.factis.ff. de legi. nec ſufficiunt verba, niſi & factum etiam interueniat. exemplum ponit Lucas in l.ſecuuda, circa medi.C.de filiisfamilias & quemadmo. pro his pater teneat.Ita ſi iurauit vt ſup.vxorem ſuam tenere, uidetur eam abire iubere, ſi de facto contraxit cum alia.

Sed tenendo primam partem cum Iſer. vltimo loco adducta procedunt in caſibus ſnis: iuramentum vero, quia eſt perſonale, & non extenditur niſi ad expreſſa & cogitata. gloſſ. in dicto capitu. ad noſtram, lo 3.in verſicu. in mente. ſicut tranſactio.l.qui cum tutoribus.§. prim.ff. de tranſactio. etiam quod introduxerit ſecundam, poſſet tenere primam, ſed non in vxorem, alias eſſet infamis. l. eum qui duas. C.de adulter.cap.an non.24.quæſtio. 2.etiam quod vna eſſet fidelis, & alia non.28. quæſt. 2,per tot. ſicut ſi iurauit quis ſeruare quod in ſtatuto continetur, licet caſſetur ſtatutum, non liberetur, ſecus ſi iuraſſet ſeruare ſtatutum. Bal.ſupra in prælud.numer.15. Prælatus iurauit res eccleſiæ non alienare, Romano Pontifice in conſulto, impetrauit licentiam a Papa non facta mentione iuramenti: valet alienatio Idem Bald. de his qui feud,dare poſſunt. in princip. nume.18.ſi aliquis ne honoribus fungeretur opus promiſit, honorem ſubire cogetur, & opus perficere. l.in priuatis.ff.de pollicitatio. Vltimò ſit gratia iuramenti ei qui iurauit, ſe ordini non interfuturum, ſi poſtea Duumvir creatus eſt. l.fi. ff.ad muoicipalẽ. In eo quod Iſern. dicit, quòd quando obligatio fit penes acta, non fit uiſi executio obligationis, argumen.cap. Deus omnipotens. §.quando.in gl. a. quæſt.prim.Aluaroe. hic colum. vndecima. circ. medium. Limita ſecundum Loffred. hic, quando executio fit per eundem iudicem, penes cuius acta ſe obligauit, ſecus ſi apud alium iudicem: nam tunc perinde eſt ac ſi eſſet facta extra iudicium. Iſern.ibi, vt dicta conſti. Imperialem, diximus. Ad de.§.callidis.nume.22.& in §. notandum.numer. 25.de his qui feud. dare poſ.ibi, ſed nonne poteſt refutare feudum.de vaſſ.qui contra conſt. Lotha. capit.primo.in fi. colum. 3.oumer.8.& 9.& in §. illud quoque præcipimus.num.63. circ.mediom. de prohibit.feud. aliena.per Freder.ibi,de tranſactione, ſi de poſſeſſione, alias ſi ſuper poſſeſſione. dum dicit, de iure patro. relatum, adde,§.ſi.ibi, de ſimonia, ſicut, lo 2.

SVMMARIVM.

1 *Si, monoſillaba pluribus modis capitur.*
2 *Cambium, idem eſt quod permutatio.*
3 *Conſenſus quid.*
4 *Pactum in præiudicium alterius factum, illi non nocet.*
5 *Inueſtitura uel cambium feudi, quam, ſine conſenſu eius quis tenet, non ualet.*
6 *Vendens rem alienam, ſi efficitur poſtea dominus, confirmat uenditionem.*
7 *Baronia caput magna gaudet prærogatiua.*

AD TEXTVM. cap.2.

1 SI monoſillaba regulariter facit conditiooem. gl. 2.in l. ex parte. de acquir. hæred. exponitur, quia.l. ligni.in ver. ſi.de lega. 3.§.prim.in verſic.ſi quam. Auchen.de hæredit. & Falc.interdum pro quamuis.l.ſed & ſi. in verſic.ſi ſatiſdediſſet. ff. de carbo. edict. quaodoque pro non. Pſalm.94. venite exultemus.ibi, ſi introibunt, ideſt, non introibunt. Diuus Thomas ad Hebræos. 3.ibi, quapropter, circ. finem. Eſt aliquando ſuperuacua, ſeu pro non ſcripta.l.ſi Titio. Quando dies lega.cedit. Vltimò demonſtrat. Lucas in l.vacantia. C. de bonis vacant. Ita hic, demonſtrat enim, quod ſi fecerit inueſtituram.

tura'n.) Ornando aliquem nouæ acquiſitionis
monument o. Alciat. in l.traditionibus. C. de pa-
1 ctis. Vel cambium,) Quod idem eſt, quod permu
tatio. Iſer. hic in fi. & Aluarot. colum. 1. in prin. in
quo oportet rem tradi ab vtraque patre, quæ pro
prie nõ dicitur eſſe loco ipſius, ſed propter illam,
de communi voluntate. Idem Iſer. in §. ſi vero pro
bare non poterit. nume. 7. de contro. inueſtitu. &
de iſto eſt, §. cum autem. ſi de inueſtitu. feud. con-
tro. ſue. De beneficio.) Ideſt feudo. cap. prim. ſu-
pra, Conſtit. feud. domi. Lotha. Imperia. capit. pri.
Sui militis, ſine illius conſenſu.) Eſt autem conſen
3 ſus, vel conſentire, volnntate eius quem delegit
obſecundare, & auertere ſe ab eo cui ipſe ſentit
aduerſum. capit. ſi inimicus. 93. diſtinct. vnde ſi fit
cambium de beneficio ſui militis cum illius con-
ſenſu, tenet. cap. prim. qui ſucceſſu. tene. lo primo.
quia per conſenſum eius qui tenet, factum domi-
ni facit proprium, & conſentit alteri in eo quod
ipſe per ſe alteri facere non poſſet. l. 2. vbi gloſſ. ff.
de manu. vind. & multis modis factum alienũ per
conſenſum facet proprium. Lucas in l. ſi quos. co
lum. 2. cir. princ. C. de decurio. ſed ſi fit ſine illius
conſenſu, cuius eſt beneficium, ideſt qui eſt domi
nus beneficij. (cum genitiuus importat domi-
nium. l. s. cum addit. in marg. de religi. & ſum. fu-
ne.) pro non facto habeatur, quia pactum in præ
judicium alterius factum, illi non nocet not. in ca
pit. pen. de pactis. & ſic ſi dominus fecit inueſtitu-
ram vel cambium, ideſt permutationem de bene-
ficio ſui militis, pro nõ facto habetur, quia quod
fit contra conſuetudinem feudalem, pro infecto
habetur. Quod ſecus eſt in vaſallo, quia feudum
amittit tam ſi alienat in totum, quam ſi pro parte.
Præpo. hic per to.

Declarato textu eius conſultatio videtur poſſe
impugnari ex infraſcriptis. Et primo, permutatio
& cambium eſt idẽ, vt ſupra. Permutatio eſt vice
emptionis. l. Ariſto. ff. de rerum permutat. ſed res
aliena poteſt vendi. l. rem alienam. ff. de contra-
hen. emptio. ſucceſſiue permutari & cambiri. quia
æquitas vult, vt in paribus cauſis, patris iura deſi-
derentur. Afflict. in cap. prim. nume. 24. de natura
feudi. Secũdò, pactum, quòd quis ſuccedat in feu-
do valet. Boer. in deciſ. 204. nume. 6. ergo etiam
quòd non fiat cum conſenſu tenentis, debet ad-
huc valere, quia factum dicitur diuerſum, ſed ius
idem: facti varietas, ſed non iuris diuerſitas. l. pri.
in verſic. non per ſingulos. & in verſic. quod ſi. de
de pecu. lega. Vltimo cambium inducat præſum-
ptionem dominij. Iſer. in dicto §. cũ autẽ. poſt pri.
ſi de inueſtitu. feud. controuerſ. ſed ſi dominus fe
cit illud, non poteſt haberi pro non facto, quia
facta pro infectis haberi poſſunt. l. in bello. §. fa-
ctæ. de capti. & poſtlimi. reuerſ. Immo hoc ſo-
lo inquiunt priuatur, Deus. capitu. ſi paulus. 33.
quæſtio. 5. 3.

His non obſtantibus ſeruatur contrarium. Et ra
tio eſt, ne captandæ mortis occaſio alterius, ex be-
nignitate domini tribueretur. capit. 3. in princip.
de conceſſio. præb. cum alias quis non debet eſſe
ſollicitus de bonis viuentis. Authen. contra. in
gloſſ. tertia. ad Trebellianic. ſi illa donat, ijs pri-
uatur. l. ſecunda. in fin. ff. de his quibus vt indign.
tanquam indignus. l. quædam. §. primo. ff. de do-
natione.

Quibus ſtante, non obſtat Primum: nam etiam
quòd dominus feciſſet, eſt de facto quòd non at-
tenditur. glo. prim. in l. 4. C. de accuſat. nec vide-
tur fieri ex quo vitioſe fit. l. non diſtinguemus. in
verſic. commiſſa. ff. de arbitris. & paria ſunt, ſi non
fit aliquid, vel fit & non iure. l. 2. in gloſ. penulti.
de optio. legat.

Non obſtat Secundum: nam illud procedit in
terminis capitu. primi. de filijs natis ex matri. ad
morga. contra. vnde non quærimus factum, ſed
cauſam faciendi. l. verum. ff. de furtis. cauſa facien
di in illis terminis eſt, perpetuare ſucceſſionem in
deſcendentibus, ab illa, quam prius duxerat, in ca
ſu iſto inducitur votum captandę mortis, contra.
l. fin. C. de pactis. Vltimum non obſtat: nam regu
lariter factum infectum manere impoſſibile eſt. §.
primo. cir. finem. Authen. de æquali. dotis. & non
poteſt eſſe, quin factum ſit, quod factum eſt. In-
nocen. in capit. vt noſtrum. cir. princip. de appella.
etiam quo ad Deum, de congruentia poteſtatis,
cum apud Deum nullum ſit præteritum: poteſt
tamen facere, ſicut & Papa, quod quæ ſunt, habeã
tur pro infectis quo ad effectum. Zabar. in clem.
vnic. nume. 6. de immunit. eccleſia. Ita hic, & in l.
dino. C. qui manu. non poſſ. quia non videtur fa-
ctum, quod legitime non fit. l. licet. in verſic. con-
ditione, vt legato. nomi. caue. & ſic firma rema-
net concluſio, quod inueſtitura vel cambium feu-
di, ſine conſenſu eius qui tenet, non valet. Intelli-
ge etiam ſi in conceſſione adeſſent pares curię vel
breue teſtatum, & tam ſi is qui conceſſit, eſſet
perſona eccleſiaſtica vel ſecularis. dicto capit. pri.
qui ſucceſſ. tenea. lo primo. & habetur pro non fa
cto, & reuocatur non ſolum quo ad reuocantem
de cuius beneficio agitur, verum etiam quo ad
omnes. Deci. in ſimil. in conſi. 475. colum. prim.
in fi. poſt nume. 4. & procedit, non ſolum in do-
mino, verum etiam & in fratre, qui nec poteſt do-
nare ſpem futurę ſucceſſionis fratrum viuentium.
Bald. in conſi. 18. nume. 6. primo volumine. quia
mortis alienę votum ingeritur. capit. 2. dicto titu.
de conceſſio. præben. in 6. maxime domeſtici, ſpe
rantes ſucceſſionem dominorum ſuſpecti ſunt, ne
illorum vitæ inſidientur. Bald. in capit. prim. poſt
numer. 2. qualiter vaſallus iurare debeat fidelita-
tem. Reſtringe tamen, quando fit ſine conſenſu
eius qui tenet, alias ſi illo conſentiente, donata-
rius immittitur in poſſeſſione. dict. capi. prim. qui
ſucceſſor. tene. & habet locum in eo qui vere vi-
uit, ſecus in eo qui viuit, & habetur pro mortuo:
quod contingit pluribus modis. Lucas in l. cum
ſcimus. columna tertia. in principio. C. de agrico.
& cenſitis. Intellige vltimo, quando dominus pu-
re inueſtiuit, ſecus ſi in diem, vel conditionem.
Iſern. hic.

Nota quid ſit cambium, inde cambire, ſeu ius
cambij, quòd eſt nouum, & pertinet ad Regiam
Curiam, vt in ritibus Rrgis Cameræ, de iure cam
bij. Item nota quod conſenſus cõſideratur tribus
modis, & quomodo differat a decreto, authorita-
te, & ratihabitione. Afflict. late in capit. Imperia-
lem. in 27. quæſtio. nume. 7. de prohib. feud. alie-
na. per Freder. Vltimò nota, quòd l. qui duobus.
ff. de falſis. non procędat in feudis, ſed non pro-
batur in hoc textu. Iaſ. in l. quoties. numer. 49. C.
de rei vendicat. Iſern. intelligit in vaſallo, qui ha-
bet ſucceſſorem: nam ſi non habet, eo mortuo
confirmatur. ſicut qui vendit rem alienam, eo ef-
fecto

6 ſecto domino confirmatur venditio .l. cum vir prædium . ff. de vſucapio. l. ſi quis alienam, ff.de actio. empti. & in hypotheca, quia ſi bona non erant tempore obligationis, ſi poſtea fiunt, de æquitate hypotheca conualeſcit . l. cum res. & ibi no. C.ſi res pigno.data ſit,confirmatur obligatio. l, rem alienam . ff. de pignor. actio, conuentus actione de peculio, vel ad eahibendum, necdum poſſidet, ſi poſtea tempore ſententiæ cępit poſſidere,tenetur.l.quæſitum,ff. de peculio. alias ſemper videretur eſſe in dolo.l, Inde ſcribit Neratius cum l, 3. & l. ſi ſine. ff. depoſiti. Reſtringit etiam Iſern.hunc textum, quando dominus concedit in feudum id qnod alius vaſallus tenebat; nam non poteſt , ſicut nec cambire ſine conſenſu tenentis, ſecus ſi vellet alienare directum dominium quod habet in eo; nam tunc diſtinguitur, aut vendit totum cum curia , aut ſine curia, ſi cum curia, nihil ſibi retinendo , poteſt cuicumque etiam ruſtico, & erit tunc vaſallus minoris domini.Si vero vendit ſine curia vel retinet ſibi aliquid,non poteſt alienare ruſtico vel inferiori: maiori vel æquali ſic, alias non, ſine voluntate vaſalli. Loffred,hic adducit concordantias, & quando vendit totum, venit directum dominium,quod tranſit cum vniuerſitate. Licet alias non tranſiret, l.in modicis, cum ibi not, ff.de contrehen,emptio.l.ſi operarum, glo. 1, cir.medium, ff.de opera liberto, capit.ex literis, & capit.cum ſecundũ.de iure patrona,nec cum feudis tranſirent iura vaſallorum etia inuitis. Aluaro. hic. nume,prim,in fin. ſed eſt propter caput Baroniæ,quod magna gaudet prærogatiua.glo. in conſti.ſi quis Baro,de dotarijs conſti,

S V M M A R I V M.

1 *Miles, pro quocumque vaſallo accipiẽ, hic pro feudatario.*
2 *Adimere,per modum iudiciarium non violentum, ſignificat.*
3 *Poſſeſſionis, verbum plurib. modis ſumitur,hic pro nuda poſſeſſione.*
4 *Suum, dicitur propter ius quod habet.*
5 *Vaſallus non priuatur feudo temere, ſed cauſa cognita , conuictus de culpa & ſequuta ſententia .*
6 *Laudare,laudamentum,& exguardium.*
7 *Pares qui ſint.*
8 *Autem,eſt aduerſatiua: & repetit qualitates caſus præcedentis.*
9 *Sententia fertur quandoque contra ius partis, aliquando contra ius legis, interdum contra ius iudicis.*
10 *Hebdomada eſt octo dierum ſpatium.*
11 *Menſis ſecundum vulgares,habet quatuor ſeptimanas.*
12 *Terminus triplex præfigitur appellantibus.*
13 *Iudex poteſt ſi vult,adire iudicem , ad quem, pro defenſione ſua ſententia.*
14 *Iudex,ad quem,non debet confirmare ſententiam, quia ille ſic pronunciauit,ſed bene diſcuſſo negotio deſinire.*
15 *Miles non poteſt priuari feudo ſine culpa,& cauſa cognita, conuicta , & laudata per laudamentum parium.*
16 *Appellatur in cauſis feudalibus.*
17 *Princeps conſulendus eſt ſuper facto.*
18 *Notorium vnde,quid,& quid manifeſtum.*
19 *Notorium an requirat ſententiam.*
20 *Dominium ambulatorium , ſicut ambulat fortuna,& fortuna tranſit in alea, de uno ad alium.*
21 *Atteſtationi Papæ, Principis & iudicis, quando ſtetur.*
22 *Reſtitutio habet locum in cauſa principali,ſecus in cauſa appellationis.*
33 *Sententia priuationis requiritur propter fructus medij temporis.*

A D T E X T V M. cap.3.

4 Nam iſte eſt vnus de trigintaquinque caſibus, in quibus ſtatur iuramento. Caſſa. in conſu. Burgun. rub. pri. §. quinto. ibi, ſi ne agrace. num. 76. vſque ad 177. Si poterit.) Supple iurare, ex quo veritas & conſcientia dictant. Aluarot. hic colum. prim. poſt medi. Quod ſuum ſit beneficium per inueſtituram domini ſui.) Cum idem poſſit dici ſuum & alienum, diuerſis reſpectibus. Arch. in c. prim. cir. medi. 12. quæſt. 4. Et) Cuius natura eſt inter alia, diuerſa copulare. Lucas in l. pri. colum. 3. cir. medi. C. de caſtren. peculio mili. Dominus poſſide-
5 rit.) Quia poſſeſſio eſt multum fauorabilis. Alua. in §. ſi quis de manſo, nume. 5. cir. fi. de controuer. inueſti. tenetur. n. poſſeſſorem, & inducit præſumptionem pro eo. Idem Aluar. hic nu. pri. & Præp. cir. prin. Et miles Sic.) Quæ eſt dictio modificati-
6 ua. Lucas in l. viros. in fi. C. de palat. ſacra. largitio. Dixerit, quod inueſtitus fuerit, & dominus negauerit.) Cum litis conteſtatio fiat per narrationem & reſponſionem. Inn. in c. paſtoralis. poſt nu. 2. de iudicis. Pau. de Caſt. in conſi. 304. cir. fi. pri. volu. Adhibeantur pares illius.) Qui ſunt iudices inter dominum & vaſallum. c. pri. de contro. feud. apud
7 pares termi. & tenentur ſicut alij iudices, ſuperbis & immoderatis aduerſare, fauorem potiſſime impendere, peregrino, viduæ ac pupillo, & eis prębere auxilium, quia facilius a potentibus opprimuntur. Lucas in l. fin. circ. finem. C. de agrico. &
8 cenſi. Et per ipſos inueniatur veritas.) Quæ eſt notitia certæ rei, maxime per viſum. glo. in §. prim. in verſi. imitatio. Authen. de Inſtrum. cau. & fide, vel indubitata rei certitudo, maxime per viſum. gloſſ. in extrauag. Ioan. ea, ſedes Apoſtolica, in verſi. veritatem. de conceſſio. præben. & eſt triplex, bonæ vitæ, iuſtitiæ, & diſciplinæ. gloſſ. fin. in capit. 3. de regu. iuris. in decreta. Veritas iuſtitiæ eſt duplex, iuris naturalis & poſitiui. Veritas diſciplinæ, ideſt correctionis & doctrinæ, pertinet ad prælatum, quæ quandoque omittitur propter ſcandalum: alia quæ eſt bonæ vitæ non. Zabar. in clemen. vnic. colum. fin. cir. princip. de immun. eccle. Et ſi pares non fuerint, veritas inueniatur per dominum.) Sicut ne veritas occultetur, & malum in bonum æſtimetur, in ſæcularibus negotijs in defectu laicorum, admittuntur clerici in teſtes, prouidentia proprij Epiſcopi. l. fina. de teſtibus, in Longobarda. Quia non eſt bonum, vt veritas denegetur.) Nec eſt ferendum veritatem occultari. clemen. ſæpe. §. citationem. de verborum ſignificationib. gl. Pari. titu. ſecundo. §. 55. poſt nume. 13. immo eſt fauorabile non occultari. ead. glo. pri. §. 55. numer. 99. in fi. cum conſtitutio Imperatoris, nec iudex eius miniſter debet eſſe auctor periurij. Præp. hic poſt prin. ſed iuſtum vnius partis, præferatur honeſto alterius. Zab. in cle. vni. in pri. in 4. no. de reliquiis & venera. ſanct.

Declarato textu, impugnatur eius conſultatio ex infraſcriptis. Et primo iuramentum proprie non eſt ſpecies probationis. Bal. in §. vaſallus. poſt nume. 6. ſi de feud. fuerit contro. inter domi. & agnat. vaſal. ſed ad ſententiam deuenitur per dicta, & depoſitiones teſtium, & ille vincit, qui melius probat. Afflict. in capitu. prim. nume. 12. & poſt, ſi de feud. vaſa. ab aliquo fuerit interpella. Secundo, in iudicijs debet ſeruari ęqualitas. not. in cap. cum olim. lo primo. de priuileg. l. penult. C. commu. diuid. Sed hic præſupponitur, quod quando vaſallus poſſidet, & dominus negat inueſtituram, ſtabitur iuramento vaſalli: quando poſſidet dominus & vaſallus perit, recurritur ad pares, ſucceſſiue non ſeruatur æqualitas. Tanto magis, quia titulus, Quod quiſque iuris dic habet locum in feudis. Afflict. in §. in quibuſdam. in 2. not. nu. 5. & in gl. nu. 8. de conſue. recti feud. Vltimo, veritas aut apparet aut non: Si apparet, veritatis fides adminicula non deſiderat. gloſ. fin. in l. penu. ff. de fide inſtrumento. l. prim. C. ſi minor ab hæred. ſe abſtin. ſi non apparet, vel pate fieri non poteſt non admittitur poſtulantis deſiderium. l. pri. in gloſ. fin. C. de iureiu.

His non obſtantibus, determinatur contrariũ, & ratio in primo dicto fuit, quia iuramentum eſt maximũ dirimendarum cauſarum remedium. l. 2. §. penult. in fin. C. de iureiuran. obtinet locum probationis, & alia quæ ponit gloſ. in l. generaliter. in verſic. probationes. C. de rebus credit. immo rei iudicatæ. l. prim. in princip. ff. quarum rerum actio non detur. In ſecundo dicto ratio ponitur in textu, quia non eſt bonum, quod veritas denegetur, quæ non poteſt mutari quo ad Deum. Bal. in conſi. 121. in fi. 2. vol.

Quibus ſtantibus: non obſtat Primum, nam verum eſt quòd negatio facit dubium probandũ ſed non probatum, nam poſtquam eſt probatum probatio confundit negantem. Bal. in conſi. 383. col. fi. cir. pri. 4. vol. & ſit probatio per iuramentũ, quod pro veritate habetur. l. nam poſtea. §. ſi damnetur. in gl. cir. prin. ff. de iureiuran. Secundũ non obſtat, nam licet in probationibus, non plus vni faueatur, quã alteri. Alex. in conſi. 68. nu. 5. 3. vol. & 73. nu. pri. 5. vol. tamen ex cauſa, vni magis quã alteri defertur. c. pri. de conten. inter me & domi. de portio. feud. fratris mei. cauſa eſt ſi poſſidet, ſi vel ne, vt hic. Vltimum non ob. nam ratione, incertitudinis, veritas inquiritur. glo. in l. ſi eum. in verſic. inquiritur. & ibi Bart. ff. ſi quis cautio. propterea iuramento patefieri procurat, vt veritas geſto

rum

rum ſermonibus præualeat.cap. cum inter.in fin. de ſenten. & re iudi.& ſic firma remanet concluſio, quòd iuramento poſſeſſoris quæſtio inueſtituræ terminatur.

9 Intellige habere locum non ſolum in poſſeſſore, verum etiam & in eius hæredem ſi, lite pendente deceſſit iuramentum tranſit ad hæredē. Bal. in capit.pri.num.3.de inueſtit. Inter domi.& vaſallus oria. Item habet locum, non ſolum ſi probetur per iuramentum, verumetiam & ſi per pares curiæ, & in defectu ipſorum per alios idoneos teſtes.capit.prim.de content.inter domi.& fideli.de inueſtitu.feud. Vltimo, idem eſſet ſi probaret per præſumptiones: puta per partem rei poſſeſſæ. Iſer.in cap.pri.§.cum autem.in fi.d.tit. de contro. inueſt. quia qualis eſt pars præſumitur & totum. glo.in capi. prim.in verſic.magna.de contro.inter maſcu.& fœmi. Afflic.in conſti. vt de ſucceſſionibus.num.60.

Reſtringe tamen in eo, qui poſſidet per annū, ſciente domino, & non contradicente, pacifice, tanquam inueſtitus. Aluarot.in §. fin.colum.4. in princ.ſi de inueſtit. inter domi. & vaſallus oria. Alioquin iuſta ignorantia, vel parui temporis negligentia, cum iniqui poſſeſſoris periurio non poſſet domino damnum afferre. §. ſi quis, in fine, dicto titu. ſi de inueſtitur. inter domin.& vaſallus oria. Limita etiam, niſi vaſallus eſſet caſtaldus vel actor domini, tunc quia iſti ſæpe malignando auferunt multa bona domino, domini tantum ſtatur iuramento. dicto capitu. primo. de contentio. inter domi.& fidelem, de inueſtitu.feud. Vltimò intellige, quando eſt aliquid, quod moueat iudicem ad deferendum iuramentum. §. ſacramentū. vbi late.de conſue.recti feu.& non appareat contrarium, quia tunc puniretur de periurio. Iſer. in cap.pri.in verſi.ſin autem.in prin.d. tit.de contro. inueſtitu.

Nota quòd facta inueſtitura verbali per dominum, ſi eū pęnitet antequam poſſeſſionem trāſfert.cap.ſi facta, ſi de feud. defun. mili.contro.fue. tunc, aut dominus tantum promiſit dare feudū, & nō inueſtiuit aut inueſtiuit. Si non inueſtiuit, agit vaſallus vt inueſtiat, ex quo promiſit: ſi eſt facta inueſtitura, & tunc, aut eſt in poſſeſſione vel non Iſern. ſupra in prælud. in 6. quæſtio. circ. princip. ſi fuit & eſt in poſſeſſione per annum, domino ſciente & non contradicente, obtinebit in poſſeſſorio. Idem Iſern.de contro.inueſtitu. in verſicu.ſi vero fuerit. ſi non ipſe ſed dominus poſsidet, & vaſallus aſſerens fuiſſe inueſtitum, petit feudum, & dominus negat, probabit vaſallus per pares curię, vel breue teſtatum, fuiſſe inueſtitum, alias defertur ſacramētum domino & iurare, cogitur. Alioquin vinceret dominus eo iure, quo poſſeſſores vincere ſolent. Iſer.hic in fin. Secundo nota, quòd veri-

10 tas alta diuina de qua Ioan. 14. ego ſum via, veritas, & vita: alia humana, & iſta debet eſſe ſincera non inuoluta. not. in clemen. vni. §. porro. de ſumma Trinitate. vndecumque conſtet eſt ſequenda. glo.fin.in capitu. quicumque. 81. diſtinctio. ſemper inuanda.capitu. ex literis, de iureiurand. eam præponimus gratię & potentatui. l.eos.de teſtib. quia melius eſt pro ea pati ſupplicium, quam pro adulatione beneficium.capitu.nemo. 11.quæſtio. tertia. nam eſt rerum conſtantia & fortitudo. Bal. in conſilio 343. numer. 3. primo volumine, & res fortior mundo. Eſdra. lib. tertio. cap. tertiò. quem gloſ. refert in extrauagan. commun. capit. vnico. in verſic. veritatem. de officio deleg. in prin. pertinet ad naturam. Lucas in l. 3. circa princip. C. de incolis. ſemper in eodem ſtatu permanet. Bal. in conſi. 89. poſt nume. 5. primo volumine. ideo eſt quærenda. l. 3. circ. finem. ff. de iureiurand. & ei ſemper locum fore. l. penultim. ff. de probatio. aliqua Aluarot. hic colum. ſecunda. poſt medium. & Præpoſit. poſt numer. prim. ametur itaque veritas ſuper omnia. l. cum ita legatum, de conditio. & demonſtrat refert Gem. in conſi. 62. in princi. inter conſi. Alexand. 4. volum. illa potiſsime quæ ex actis apparet. Bal. in conſi. 278. nume. 8. 5. volum. a quibus autem ſit exquirenda, & eius laudes. Lucas in l. 3. poſt pri. vnl. col. 2. cir. med. C. de naufragio. licet nonnunquam obſcuretur. ca. pri. 98. diſt. ſed debet quis potius omnia mala pati, quam malo conſentire. glo. in cap. 2. de his qui filios occiderunt. cap. ſicut. §. illis. in ver. timore. de homic. c. inter cętera. in ver. ad opprobrium. 22. q. 4. in fi. in ver. timendi. 31. qō. 2. ſicut debet quis potius excommunicationem ſuſtinere, quam peccare mortaliter. c. inquiſitioni. de ſent. exc. nec metus excuſaret ſed tantum attenuat, & non excuſat a toto, ſed a tanto. glo. pen. in cap. 2. 5. quæſt. 6. & per ipſum declaratur autorem. §. in his. in verſicu. non fiat. Authen. de inſtrumen. cau. & fide. illam itaque colimus. l. vni. C. de dedititia liber. tolle. nec eſt curandum de apicibus iuris. l. ſi fideiuſſor. §. prim. in verſi. de apicibus. ff. mandati. quia patet omnibus. Iſern. ſupra in proce. num. 5. cir. medium. Vlti-

11 mo nota, quod occultare veritatem eſt peccatū mortale, & participans in occultatione punitur, ſicut occultans. Zabar. in clemen. vni. poſt nume. 8. de renunciatione. Barto. in l. presbyteri. de Epiſc. & cleric. eam negans variis afficitur pęnis. Specu. in titu. de poſitionibus. §. 9. nume. 7. ante & poſt. Quid ſi vaſallus prætendit tenere feudum ratione ducatus, & dominus ratione Comitatus, non tenetur dominus directus inueſtire. gloſſ. Pari. tit. prim. §. 42. in 2. quæſtio. nume. 46. & in 3. quæſt. nume. 52. & 53.

Quemadmodum feudum ad filiam pertineat. Tit. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Quemadmodum, quo modo, ad quem modum, & quod exemplificat.*

2 *Pertinere uerbum latam habet ſignificationem*

AD RVBRIC.

1 QVemadmodum.) Quomodo, ad quē modum, & ſic interrogatiue, ſecundū Gram. in ver. quemadmodum, vel, in quibus caſibus, exemplificatiue. l. 2. §. pri. in ver. quemadmodum. ff. pro emptore. l. cum oportet. in verſicu. quemadmodum. C. de bonis quælibe. Feudum Pertinet.) Quod verbū, pertineat, comprehendit quæ domini noſtri ſunt, &

quæ poſſidemus, licet non ſint dominij noſtri. Itē
quæ nulla cauſa noſtra adhuc ſunt, eſſe tamen poſ
ſunt. Lucas in l. prim. circ. princip. C. de vendi. te-
rum fiſca. vt feudum, de quo erat forte controuer
ſia inter filiam & agnatos. capitu. inter filiam, ſi de
feud. defunct. milit. contro. fuerit. Et in nigro po-
nuntur duo caſus, in quibus excluſis agnatis feu-
dum ad filiam pertinet. Quod verbum, pertinet,
2 latam habet ſignificationem. l. verbum illud per-
tinere. de verborum ſignificationib. Deci. in con.
ſi. 128. & iſto modo textus conueniet rubricæ. ca-
pit. penultim. in gloſſ. in verſic. hoc eſt, de verbo.
ſignific. in 6.

S V M M A R I V M.

1 *Si quis, hoc verbo, utrumquem ſexum conti-
neri.*
2 *Redimere, ſignificat quod aliquando fuerit ſua, uel
promiſcue ſimplex pro compoſito.*
3 *Dare, ideſt relinquere.*
4 *Feudum poteſt dari intuitu patris, uel mariti.*
5 *Filia regulariter non ſuccedit in feudo, & qua-
re.*
6 *Feuda poſſunt uendi per dominum, ſed non per ua-
ſallum.*

A D T E X T V M.

SI quis.] Iſtum textum quidam intelli
gunt in feudo antiquo: alij in nouo,
& hanc op. tenet Bal. in §. hoc quoq;
nu. 8. de ſucceſ. feu. Præpo. hic & Al-
uar. qui dicit eſſe com. cir. prin. & col. penult. in fi.
alias non poſſet dominus concedere filiæ in præ-
iudicium agnatorum, niſi durante vita patris. Af-
flict. in cap. prim. in 4. not. num. 14. de aliena. feud.
pater. Et dic, ſi quis, maſculus vel fœmina, quia v-
1 trumque ſexum continet. Zaba. in clemen. pri. in
verſi. ſi quis, in prin. de rebus eccleſ. non alien. Si-
ne filio maſculo.) Qui eſt hæres in feudo. §. & ſi
clientulus. de alie. feud. Mortuus fuerit, & relique
rit filiam, filia non habeat beneficium patris.) Et
ſic non ſuccedit. §. filia, de ſucceſ. feud. Niſi a do-
mino.] Volente, non autem intelligas quod com-
pellatur ſi non vult. Præpoſi. hic cir. prin. Redeme
2 rit.] Et ſic aliquando, cum fuit ſuamet, perdide-
rit eã. Iſer. hic, & Lucas in l. 3. in prin. C. de diuer.
præd. vrbanis & ruſti. & ex hoc fundatur primus
intellectus, tamen promiſcue capitur ſimplex pro
compoſito. not. in clemen. 3. de reſcriptis. l. cum
fundus. ſi certum peta. l. ſi mulier. C. de iure dot.
& exponitur, redemerit, ideſt emerit: & ſic filia
emendo poſſit feudum precio obtinere ſecundum
veram lecturam. Præpoſi. hic cir. princip. Si autem
dominus ei dare.] Secundum primum intelle-
3 ctum, ideſt relinquere. l. ſi impuberi. in verſic. da-
ta. ff. de tuto. & curat. datis ab his, vel accipientis
facere.) Voluerit. Aluar. in ca. ſi minori. in prin. ſi
de feu. defunc. mili. contro. fue. Propter ſeruitium
4 & amorem patris.] Poteſt enim inueſtiri filia ho-
nore & amore patris. Bald. in conſi. 351. nume. 9.
pri. volum. & dominus dare ex cauſa remunera-
tionis intuitu patris vel mariti. Deci. in conſi. 498.
poſt numer. 24. 4. volumi. & fit pluribus modis.
Afflict. in §. hoc quoque. poſt num. 12. de ſucce.
feud. quandoque vſque ad tale tempus, delibera-
turus poſtea de longiori tempore, prout audie-
rit meritum & diligentiam. gloſſ. prim. poſt medi.
in extrauag. com. capit. ſuper cathedram. de ſepul-
turis, Non reuocetur ab vllo ex parentibus.] ideſt
agnatis, ſuis, & loquitur groſſo modo. Præpoſit.
hic. & ſic agnati magis defuncto proximi, qui de-
bent admitti ad renouationem inueſtituræ, ſi di-
ſtulerint in petendo ſe inueſtiri, donec filia rede-
merit, vel ſibi dominus gratificatus fuerit con-
templatione patris, quia res non eſt integra non
poſſunt conqueri, nec factum impugnare, & ex-
preſſit hoc duos caſus, quaſi magis ſecundum cō
munem curſum feudorum occurrere ſolitos, nec
excluduntur alij propter hoc. Idem Præpoſit. hic
poſt prin. poſt num. 2. cir. princ. & in fine. & poſt
num. 4. Neque damnetur.] Scilicet dominus in la
bijs vulgarium. Iſern. hic in fine: nam filiam cu-
iuſdam dixit pulcherrimam. §. conſiderat. Authē.
vt cum de appellatio. cognit. & repræhenſus fuit
Imperator in male iudicando, propter pulchritu-
dinem cuiuſdam mulieris. l. Aemilius. iuncta po-
ſitione caſus, & glo. pen. ff. de minori. ſecus ſi vel-
let remunerare filiam propter patris ſeruitiū. Iſer.
hic in fin.

Explanato textu, dubia reddebatur conſulta-
tio, vltra Præpoſi. & Aluar. ante & poſt nume. 2.
quod non ſit facienda differentia inter maſculos
& fœminas, ſed illi tantum debent præponi, qui
proximi gradu reperiuntur, maſculi vel fœminæ.
§. pri. cir. fin. & ſeq. Auth. de hæred. ab inteſta. ve-
ni. alias priuare filiam, & excludere a ſucceſſio-
ne iure communi competente, eſſet pœna. Ludo.
de Moli. de Hiſpa. primoge. lib. 3. cap. 4. nu. 21. &
pęna, clarum eſt, quòd nulli eſt infligēda niſi per
iudicem. c. ſilue. 33. quæſt. 2. Secundo feudum niti
tur gratiæ. Affli. de inueſti. de re alie. facta in prin.
nu. 3. cir. medium. ſi nititur gratiæ, qui gratis ali-
quid facere debet, ſi pro eo faciendo præmium
accipit, turpiter & doloſe facere videretur, & a-
ctus nullus atque inualidus fieri videtur. Idem
Ludo. vbi ſupra lib. 2. c. 5. nume. 33. Tertio, vide-
tur quod non poſſit dare filiæ contemplatione pa
tris, quia eſt mulier, & poteſt in ea cadere, turpis
etiam ſuſpitio ita, & ſicut in teſtamento militis.
notatur. l. miles ita. ff. de milit. teſta. & Imperator
in pręiudicium agnatorum, non poteſt inueſtire
filiam, nec deſcendentes ab ea. in conſil. feud. di-
ner. 2. num. 88. circ. fin. & cap. pri. de alien. feud.
pater.

His non obſtantibus, determinatur contra-
rium. Et ratio eſt, quia rei ſuæ quilibet eſt mode-
rator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. Alua
rot. hic num. 2. in prin. & pietate motus, ita Bald.
de pace Conſta. in ver. Imperiales. poſt num. 4. fa-
uet etiam mulieri. §. neceſſarium. in ver. iudicu. Au
then. vt nulli iudices.

Qua ſtante, non ob. Primum: nam licet priuare
fęminam ſucceſſione ſit pęna, & reſpectiue ad eã,
ſtatutum hoc permittens ſit odioſum. Bal. in l. cū-
ctos populos. num. 13. de Sum. Tri. tamen ex par
te maſculorum eſt fauorabile. Dec. in conſi. 258.
poſt nu. 9. 2. vol. vel dicitur mixtum. Alex. in cōſi.
128. col. pri. cir. med. pri. vol. Non obſtat Secun-
dum, nam etiam quod feudum debet dari gra-
tia & amore, tamen ſi precio concedatur valet:
quia multa fieri non debent, quę facta tenent. Bal.
in l. licet. C. de liberal. cau. Vltimum non obſtat,
nam

nam illa eſt regula, hic ponuntur duæ fallentiæ. Præpoſit. hic in fine, & vtrum patris vel filiæ amore ductus voluerit donare, facti quæſtio eſt textus in ſimili in l. vtrum. ff. de donatione inter virum & vxorem. & quod dicitur de Ambaſciatore Mediolanenſium, ad Imperatorem miſſi. l. ſi vero. in verſicu. quaſi ſoluto matrimonio. & ſi dilexit filiam, dilexit dilectione honeſta. gloſſ. in l. creditor. §. primo. in verſicu. ad animum. ff. mandati. & ſic per viam concluſionis ſumitur regula,
5 quòd filia non ſuccedit in feudo.

Amplia etiam in maſculis deſcendentibus ex filia, Bald. in conſil. 76. tertio volumine. rationem ponit idem Bald. in conſi. 171. poſt num. 2. ſecundo volu. & habet locum non ſolum in feudo, ſed & in allodialibus: nam ab ipſis ſolent etiam excludi, ratione conſeruandæ agnationis. Loffred. in cõſilio 14. numer. 13. 24. & 34. & habet locum etiam ſi filia eſſet primogenita, quia ſecundogenitus maſculus ipſam excluderet. Cap. in ſua inueſtitur. in verſicu. feudatariorum ſibi. in ſexta limitatio.

Limita in feudo nouo, ſecus in antiquo, quia non poſſet etiam ex gratia, in præiudicium agnatorum. Bald. in dicto cap. pri. poſt num. pri. de alie nat. feud. pater. Item niſi expreſſe actum ſit, quia tunc ſuccederet. Afflict. de eo qui ſibi & hæredit. ſuis in 4. not. nume. 4. cir. finem. & in capit. defuncto. in prin. ſi de feud. fuerit contro. inter domi. & agn. & procedit iure iſto, ſecus in regno, vbi etiam regnum non exiſtentibus maſculis defertur fœminæ. Cap. in ver. feuda officiorum. colũ. 9. poſt prin. cum diſtinc. quòd ſi dictum fuit cum maſculus & fœminis, in defectu maſculorum admittuntur fœminæ, ſi maſculi cum fœminis concurrunt. Paulus de Caſtr. in l. quoties. Codice. de ſuis & legiti.

Nota, quòd feudum vbi alias non eſt tranſmiſſibile ad fœminas, ſit tranſmiſſibile propter meritum inueſtiti. Curt. in tracta. feud. in 6. quæſtione. nume. 6. 2. par. princip. nec quærimus cui acquiritur, ſed cui honor habitus ſit. l. 3. cir. medium. de lega. præſtan. nam multoties datur contemplatione eius qui non eſt ſcriptus. l. ſi quis decedens. §. fin. de liberat. legat. adeo quòd ſi detur feudum filio, in dubio videtur conceſſum contemplatione patris, & cenſetur profectitium. Loffred. in §. præterea Ducatus. columna quinta. poſt princi. & 18. cir. medium. de prohib. feud. aliena. per Fred. quia habet ex paternis, quod propter illum datum eſt. l. dotem dedit. in fine. ff. de collatio. bonor. datur ob amorem. Iſern. hic poſt numer. 2. & præſumitur, ſicut beneficium, ob merita præcedentia. l. nec adiecit. vbi Bartol. ff. pro ſocio. prout in legato & hæreditate. Alexand. in conſilio 126. numer. 2. & circ. finem. quarto volumin. propterea conſideratur affectio perſonarum. l. Caius. in fin. ſoluto matrimon. & iure iſto non ſuccedebat fœmina, quia in feudo conſiderantur quatuor: natura ſcilicet, aptitudo, actus, & conſuetudo illius feudi, & proinde vt ſuccederet fœmina, oporteret eſſe fœmineum. capit. prim. de feud. fœmi. Aptitudo: nam ſi eſſet mutus vel aliter imperfectus, non ſuccederet. capit. prim. an mutus vel aliter imperfect. Actus: nam datur feudum vt dominum defendat. Iſern. in §. hoc quoque. in verſicu. notandum. poſt numer. 24. de his qui feud. dare poſſ. ſi non poteſt defendere, non manducet. Bald. qui ponit prædicta in d. l. quoties. colum. 3. in fi. & poſt num. 10. C. de ſuis & legi. Conſuetudo, ſiue particularis illius feudi, vel generalis, quæ repellit mulierẽ propter multa. Primò, naturali ratione, quia arma ferri non valet. Secundò propter iuſtitiam honeſtatis: nam non debet ſe immiſcere cętibus virorum maximè illuſtrium, Tertio, propter fragilitatem conſilii, quia non eſt apta nata ſolidis conſiliis. Quarto propter lubricitatem voti, quia ter mutatur in hora, Quinto propter periculoſitatem ſecreti, quia neſcit ſecreta retinere. Quę omnia ſunt contra naturam feudi. c. pri. de noua for. fideli. Bal. in d. l. quoties. colum. 2. in fi. & 3. in prin. Inueſti-
6 tur tamen quandoque amore patris, vt hic. Secundo nota, quod feuda poſſunt vendi per dominum ſed non per vaſallum ſine conſenſu domini. Affli. in §. notandum. in 3. not. de his qui feu. dare poſſunt. & ſic acquiritur per pecuniam. Idem Afflict. in c. pri. in 3. not. nume. 21. de natu. feu. Aluar. hic num. 3. a domino volente: nam non poſſit cogi ad vendendum. l. ſi ſeruus. ff. de noxal. l. Imperatores. ff. de contrah. empt. ſicut nec ad contrahendum. l. ſicut. in glo. fi. poſt pri. C. de actio. & obligatio. & videmus quotidie, caſtra & villas emi a ruſticis cũ mero & mixto imperio, ac omnimoda iuriſdictione. Bald. in §. ex eadem. num. 2. de lege Corrad. & ſunt vęnalia etiam nobilibus, ſed non decet. Idem Bald. in d. §. notandum. in fi. licet ad excuſandum auaritiæ vitium, precium vocant intraturam. Lucas in l. poſſeſſores. in princ. C. de func. patrimo. Quidquid ſit, etiam quòd interueniat pecunia, adhuc gratia dicitur. Cam. in §. præterea ducatus. colum. 15. & ſeq. de prohib. feud. aliena. per Fred. & qui emit tenetur facere aliquam recognitionẽ aſſertoriam, ſed non obligatoriam. Bald. de feud. non haben. propriam feud. natu. nume. 2. quia dr̃ feudum mercenarium non gratuitum, Alex. in cõſi. 12. cir. fi. poſt num. 16. 2. vol. & in eo non habet locum regula. d. §. filia. de ſucceſſio. quia in huiuſmodi feudis ſuccedunt fœminæ. Deci. in conſilio 392. poſt num. 7. 3. volum. maxime in regno, per conſti. vt de ſucceſſionibus. Afflict. hic circ. princ. eſſe conſuetudinem & notoriam, tenuit Deci. in conſil. 435. nume. 20. 4. volum. & nimirum, nam Imperator approbat conſuetudines cuiuslibet ciuitatis, contra conſtitutiones feudorum. §. nos Romanorum. de pace Conſta. Deci. in conſi. 586. colum. pri. in fi. poſt nu. 4. & valet, etiamſi illam admitteret extantibus maſculis. Alexan. in conſi. 89. num. 8. pri. vol. Et dictum in conſuetudine, idem in priuilegio, quia a pari procedunt. Dec. in conſi. 588. num. 17. ſicut & pactum. Afflict. de milite vaſallo, qui contu. eſt. nume. 51. in fi. quia ſtat 8
& conſuetudines habent vim pacti facti conſenſu omnium ciuium. Bald. in conſi. 357. nume. 5. in fi. prim. volum. quæ Imperatore iubente roborantur. l. placet. C. de excuſat. mune. In regno Siciliæ ſecus, quia ſuccedit deficientibus maſculis. Iſern. hic. Et procedit in omni feudo, quod tenetur a Rege. Cam. in capitu. Imperialem. car. 99. col. 3. circa medium, tam ſi eſſet hæreditarium, quàm ex pacto & prouidentia. Loffred. quæ ſit pri. cau. beneſ. amitt. ibi, dic illa conſtitutio, & ibi, & ex ijs, ſed non in actenalijs, quæ ſunt viliſſima nec iure feudi cenſentur. Cap. in ſua inueſti. in verſi. feudorum leges, col. 2. in fi.

Quibus modis feudum conſtitui poteſt. Tit. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Modus eſt, quidquid debet actum qualificare.*
2 *Relatiuum refertur ad omnes.*
3 *Feudum dicemus, quando eſt legitime conſtitutum.*
4 *Rex dat feudum, ſicut vult.*

AD RVBRIC.

1 Modus appellatur, quidquid debet a-
ctum qualificare. Bald. in conſil. 54.
nom. 1. cir. finem. pri. volu. eſt obſer-
tio, finis, terminus, vel tropus. Lucas
in l. ſuſceptore. la 3. C. de ſuſcepto.
Præpo. & archa. rectitudo rei ſedeſque virtutum.
Idem Lucas in l. 3. colű. 2. in fi. C. de canon. larg.
titu. ad eo qood non ſufficit fieri, quod lex iubet,
niſi fiat prout iubet. Idem Lucas in l. litibus. colű.
4. cir. fi. C. de agric. & cenſi. in tit. præcedenti fuit
dictum, poſſe dare feudum filiæ, propter ſeruitiű
2 & amorem patris, nunc de modo dandi, & ſic
Quibus.) Quod verbum refertur ad omnes. Lu-
cas in l. ſi coloni. cir. pri. C. de agric. & cenſi. etiam
diuerſos ſubſtanda & ratiooe. l. ita nobis. in Sum.
C. de adulterijs, dicit, Modis.) Etiam quod in tex-
tu dicatur de inueſtitura tantum, quia plerum-
que contingit, quòd rubrica ſit generalior nigro.
Alex. in conſi. 13. num. 8. 3. vol. & quando rub. eſt
generalis, lex debet etiam intelligi generaliter.
Idem Alex. in conſi. 109. nu. 4. 5. vol. vode Affli. &
alij adducűt alios modos, quib. Feudum.] Cuius
3 appellatione venit legitime conſtitutum. Iſern. in
§. ſi vero contigerit. nume. 50. circ. medi. de pace
iuram. fir.) Poteſt etiam conſtitui.) Videlicet, per
id quod habetur loco inueſtituræ. Item ſucceſſio-
4 ne. Rex verò dat ſicut vult. Iſern. in capitu. prim. in
addit. oume. 2. poſt medium. qualiter vaſa. iurare
debeat fideli. In omnibus habet naturam feudi,
præterquam in exceptuatis. Iſern. in capitu. oulla.
in fine. per quos fiat inueſtitu. & ſi apponitur in
vim conditionis vel modi, modo vel conditione
deſiciente, redit ad dominum dantem. Iſern. in §.
præterea. in fi. quibus modis feud. amit.

VMMARIVM.

1 *Sciendum, quod corporis ſenſu percipitur, ſignificat.*
2 *Inueſtitura, eſt poſſeſſionis ſeu dotis.*
3 *Nullo modo, importat nullitatem actus ipſo iure, ſicut nullatenus.*
4 *Feudum rectum non efficitur per ingreſſum poſſeſſionis domino iubente, niſi fiat per Regem, vel in preſentia parium.*
5 *Forte, eſt nota dubitationis in facto, quandoque in iure.*
Ante, poſt, vel prius, quid impo rtet.
7 *Exinanire, annihilare vel extenuare.*
8 *Feudum ſine inueſtitura non conſtituitur.*
9 *Poſſeſſio vera traditur tribus modis.*
10 *Poſſeſſionis uerbum, eſt æquiuocum, & capitur pluribus modis.*
11 *Poſſidere, quis præſumitur ex cauſa præcedentis tituli.*
12 *Comes poſſidens Comitatum poteſt petere, quod declaretur Comes.*

AD TEXTVM.

1 Sciendum eſt.) Corpore ſcire dice-
mur. Archidiacon. in capit. ſciendum,
in principio. 27. quæſtio. 3. & 4. Feu-
dum ſine inueſtitura.) Quæ eſt poſ-
ſeſſio. Iſern. hic columna prima. circa finem. Nul-
2 lo modo,) Idem quod nullatenus, & importat
nullitatem actus ipſo iure. gloſſ. in Authen. ſi qua
3 mulier. ad Velleiao. Iaſo. in lege prima. §. ſublata.
numer. 13. in ſecuoda lectura. ad Trebellia. Adeo
quod diſpoſitio in contrarium non habet effe-
ctum. Idem Iaſo. io l. cunctos. numer. 36. C. de ſum
ma Trinitate. oec Poſſe conſtitui, Etiam.) Quæ di
ctio, etiam eſt implicatiua. Zabar. in clemen. vnic.
in princip. de teſtamen. Si domino iubente quis
alicuius rei nomine, feudi poſſeſſiooem oanciſca-
tur & teneat.) Et ſic feudum rectum noo effici-
4 tur per ingreſſum poſſeſſionis domino iubente,
niſi fiat coram paribus, quia tunc habetur pro in-
ueſtitura Iacob. de Ardizo. in Summa. de ſucceſſ.
feud. columna penultima. in princip. Rex, qui ha-
bent iura Imperialia, ſi dicat, vade in poſſeſſio-
nem nomine feudi, etiam quod oon ſint pares Cu
riæ vel breue teſtatum, quæ parificantur, conſti-
tuitur rectum feudum, ideſt tranſitorium ad hæ-
redis, quia illorum præſentia ſupplet omnem ſol-
lemnitatem. Præpoſit. hic. cir. finem, Licet.) Ideſt
quamuis Ioan. And. in capitu. eum cui. in princip.
de præbendis. in 6. vel, Tamen licet.) Ideſt lici-
tum erit. Idem Ioan. And. in capit. ſecundo. nume.
3. cir. medium. de decimis in 6. Poſſeſſionem tali-
ter ademptam dum vixerit quaſi feudi nomine re
tinere. Hærede eius in hoc iure nullo modo ei ſuc
cedente.) Quia cum non ſit conſtitutum feudum
per inueſtituram veram vel abuſiuam; non cenſe-
tur rectum feudum: ideſt tranſitorium ad hære-
des. Præpo. hic nu. 2. & poſt ou. 3. Si dominus qui
5 inueſtiuit. Forte.) Quæ dictio forte, eſt oota du-
bitationis in facto: quandoque in iure. Lucas in l.
omnes. colum. ſecunda. poſt princip. C. de decu-
rioni. Sit clientulus.) ſupra Epiſc. vel Abb. & Quæ
ſucceſſio. tenean. Et cõtigerit, vt ante.] Pro prius.
6 Bald. in conſi. 179. nume. 2. 2. volum. Moriatur.)
Scilicet dominus. Præpo. hic in §. fi. Quam vaſal-
lus poſſeſſionem feudum nanciſciret ur, Exinani-
tur.) Ideſt extenuatur. Pileus in Summ. poſt Azo.
7 C. de debito. ciui. poſt prin. lib. 11. vel annihiletur
feudum. Aluarot. in capit. prim. circ. princ. de con
tentio. inter domi. & vaſa. de inueſtitu. & Præpoſi.
hic in §. fin. Quod generaliter in omnibus cleri-
cis, qoia feudum dant.] Supra de his qui feudum
dare poſſunt. in princi. Obſeruatur.) Quia præla-
tiius conſiſtit in ſola adminiſtratione. Bald. d. tit.
qui ſucceſſ. tene. lo 2. poſt oum. 2. vbi Afflict. ante
& in num. 23. non dicitur dominus, ſed procura-
tor, cum libera, circa modica tantum. Iſer. in §. ſi-
militer in hoſtendicis. poſt nume. 15. & 16. de ca
pi. Corrad. detrahit ab eccleſia diuite, & dat pau-
peri. Idem Iſer. in §. & iterum ſi clericus. poſt nu.
21. eo. tit. de cap. Corra. & infeudat, dűmodo ante

mortem

mortem ipſius infeudatio ſuum ſortiatur effectũ: alias reſoluitur feudum vt hic.

Declarato texin dubia reddebatur eius conſultatio;& primo,plus eſt poſſeſſionem dare, quàm inueſtituram concedere, cap. viſis.§. conſilio. 16. quæſt.2. Iaco. de Ardizo. in Sum. verum ex ſola inueſti.ſeu porrecti.bacu. poſſe. vel ius in rem acqui.modò ſi datur feudum per inueſtituram,multò magis & per traditionem poſſeſſionis: quia ſi de quo magis,ergò & de quo minus. Auth.multo magis.C.de ſacroſ.eccle.Secundò, ingreſſus poſſeſſionis iubente domino,eſt acquiſitio poſſeſſionis.l.quod meo.de acqui. poſſeſ. ſi eſt acquiſita, cõſequens eſt vt ſit vera,& conſtituat rectum feudum.Præpo.hic;& non verba illius,ſed ſicut in canone & priuilegio, vis atque poteſtas debet attendi.not.in c.quanto.de priuileg. Vltimò, quilibet deſiderat factum ſuum diu duraturum. Afflict.an apud iudi. vel curi.domi. nu.pri. poſt medi. hoc ſi in priuato, multò magis in Prælato & Principe, quo ſunt debitores.iuſtitię. Iſer. quę ſint regal. in ver.ad iuſtitiam expediendam,in pri. poſt nu.64. & ſunt poſiti quaſi ſignum ad ſagittam. c.qualiter & quando,lo.2.de accuſa.nec debet reuocari, quia eorum largitates decet eſſe perpetuas. Iſer. hic in pri.dicto cir.fin.

His non obſtantibus, determinatur contrariũ, & ratio eſt:pri.dicti, quia proprie inueſtitura eſt poſſeſſio abuſiua;quando porrigitur haſta vel baculum.Iaco.de Ardizo.Sum.quid dicatur inueſti. hic ex quo tractatur de præiudicio domini,noluit lex per actum fictum nocere tertio.Cam. in c.Imperialem.car.87.col.4. cir. fin. ſed per actum verum,vt hic tranſeat ad hæredes excluſo domino. In ſecundo dicto fuit ratio, quia diſpoſitio facta per Prælatum, eſſet ſortitura effectum tempore quo erat dominus,vt infra qualiter olim poterat feu.aliena.proinde paria ſunt aliquid fieri tempore prohibito,vel tempore permiſſo,& conferri in tempus prohibitum.l.ſi res. ff.de iure dot. l.quod ſponſę.C.de donatio ante nup.

Quibus ſtantibus,non obſtat Primum: nam quandoque,etiam quòd concedatur maius, non tamen conceditur quod eſt minus.not.in c.iua, de decimis.Secundò reſpondet, quinque modis Præpo. hic poſt num.3.vel non ſolum acquiritur feudum inueſtitura, verum etiam & per id quod habetur loco inueſtituræ.c.pri.de conſu.recti feu.vnde textus iſte corrigitur per illum. Vel textus iſte loquitur de herede extraneo:alter de ſuo, vel tenuerat hic poſſeſſionem minus anno, aliàs ſi per annum pacifice, & ab eo tanquam vaſallo recepit ſeruitium, eſſet conſtitutum feudum per actum, qui pro vera inueſtitura reputatur. Aluar.hic col. pri. in fi. Vel defertur iuſiurandum etiam heredi adhuc,quòd non iubente domino, ſed ſciente poſſedit,vel hic, vaſallus non allegat niſi poſſeſſionem, titum,ſecus ſi allegat ſe inueſtitum. & probat per pares curię,vel breue teſtatum,ſeu ſaltem cum iuramento, quia obtinet,late Iſer. hic in pri.Vltimò replicatur,nam iſtud factum non fuit perfectum, ſed ex ſuperueniente morte, vel cauſa poſtea apparente immutatur.glo.cir.med. in l.non eſt ferendus.ff.de tranſactio.& ſic firma remanet concluſio, quod feudum ſine inueſtitura non conſtituitur,etiam in tantum eſt vera,quod debet is qui infeudat,dicere,inueſtio te;ſicut qui eligit,eligo te, Item. Iſer. in c.Imperialis.in ver.hac edictali. in fi. ante & nu.5.de prohi.feu.aliena.per Lotha. Idem ſi non addit,quod habetur loco inueſtituræ. Iſer. hic poſt pri.pura,erat feudum penes vaſallum,patitur dominus eſſe apud eum, vel tradidit claues, habetur pro tradito. l.vni. §. Ille etiam nouiſſimus. C.de lati.liber.tolle.l.pri.& l.ſi quis.C.de donatio:licet in regno ſint neceſſaria verba,inueſtio te,etiam quòd tradas poſſeſſionem. Iſern.hic circa medi. & oportet addi, & per noſtrum anulum inueſtimus.Iſer.hic in fi.

Reſtringe tamen in erectione feudi, aliàs poſtquam eſt erectum,acquiritur non ſolum inueſtitura,uerum etiam per ſucceſſionem, præſcriptionem,& delictum.Iaco.de Ardizo:in Summa,Quibus modis acqui. feu.& ſeq. utrum præſcriptione acquiratur feudum,Iſern.de conſue. recti feu. in pri. Hoſti.in Sum.de feu.ibi, qualiter feu. conſti.in pri.in conſi.feu.diuer.pri.num.43.Aluarot. hic num.3.Cur.in tract.feu.in 4.quęſt.inueſt.laico.poſt nume.13.& 14.2.par.princ.Odoffred.in Summ.Quomodo acquiratur feu.Aluaro.in cap. ſecundo,num.3.de feu.cog.& in c.pri.num.5. de conſu.recti feu. Item habet locum in inueſtitura uere;aliàs traditio baculi:non conſtituit ius in re, ſed eſt ſignũ poſſeſſionis.Iaco.de Ardizo;in Sum. Verum ex ſola inueſt.ſeu porrectio.bacul.poſſeſſ. uel ius in re ſeu.acquir.dixi late infra, Quid ſit inueſt. Vltimò habet locum in feudo, quod quęſitum ſucceſſione,ſecus ſi emit; quia etiam quod emat a tertio conſentiendo Rex videtur donare. Iſern. in cap.ſi minori. ſi de feu. de fu.milit. contro. fue.

9 Nota,quòd tribus modis traditur vera poſſeſſio.Proprio corpore tradentis, item dum ille qui eſt in poſſeſſione diſcedit,& alius ingreditur. Vltimo,quando datur licentia, & ſequitur ingreſſus. Bald.in ca.pri.num.2.de conſu.recte feudi. Duo vltimi poſſunt fieri per nuntium & ſine,& poteſt dari licentia apprehendendi propria authoritate. Idem Bald. in conſi.267. nume.2.3.volum. hoc modo ex poſſeſſione cępit dominium, & in acquirendo vnum ab alio non ſeperatur.l.naturaliter.§. nihil commune.in glo.prima,de acqui.poſſe.licet quo ad alia inter ſe differant. l.ſi quis vi.§.primo, & l.penult.d.titu.de aquir. poſſeſſ.tamen quia in acquirenda vel tradenda poſſeſſione, magna eſt vis conſuetudinis.Loffr.in conſi.47.nu. 17. cir.fi. & requiruntur iuris adminicula,aliàs non ſufficeret animo & corpore poſſidere, Lucas in l.qui agros.circa fin.de omni agro deſer.Ideo iure iſto, feudum ſine inueſtitura conſtitui non poteſt, ut hic.& in Regno poſſeſſio ſola non ſufficeret, ſed ſunt neceſſaria talia verba, inueſtio te.Iſern. hic columna prima,poſt medium.Hodie ſufficit apparere vaſallum eſſe in poſſeſſione,cum voluntate domini expreſſa vel pręſumpta;quia tunc,prędicta omnia pręſumuntur. Afflict. hic num.3.cir.

10 finem;Item nota, quod poſſeſſionis verbum eſt æquiuocum, & capitur pluribus modis. Alexan. in conſi.63. nume.7.6. volum. proprie aliud eſt poſſidere, aliud eſſe in poſſeſſione. §. ſi uero ſemel.in uer.in poſſeſſionem.Aut.de exhibe. reis. l.ſi quis ante.ff.de acqui.poſſe.poſſidere aliud,& aliud detinere.glo.in cap.ex parte.in ver.commodo,circa medium,de reſti.ſpolia.aliud eſt tenere, & aliud cuſtodire.l.prima.§.quod ait.ff.quorum legat.

legat.nam qui poſſidet non eſt in poſſeſſione, ſi-
cut qui ſunt in fundo, non ſunt in poſſeſſione fun
di. Afflict.in §.illud quoque.num.19. circa princ.
de prohibi.feu.alien.per Fred. & in terminis hu-
ius textus, poſſet vaſallus retinere cum voluntate
domini, & tamen non poſsidere : quia aliud eſt
poſsidere & aliud legitime poſsidere.glo.prima,
circa medium, in reg.ſine poſſeſſione.de reg.iuris
in 6. Vltimò, nota differentiam inueſtituræ laico-
rum, ab illa clericorum; nam ſi eſt noua, probatur
per pares curiæ, ſi adſunt; aliàs per extraneos. In
antiqua omnes indeſtinctè. In feudo clericorum
æqualiter admittuntur omnes, tam pares quàm
extranei. Iacob.de Ardizo.In Summ.per quos in-
ueſti.feu.noui probari debet. etiam quòd teſtes
non ſint de ſubſtantia inueſtituræ. Iſer.in ca.1.nu.
8.cir.medi. Quot teſtes ſint neceſſa.ad probat.no
uam inueſt.

Theorica Iſern. fere tota eſt explanata, cum
tendat ad ſolutionem contradictionis quæ naſci-
tur ex.d.c.primo, de conſu.recti feu. dum tamen
dicit, quia ſi per 30.annos, tunc eſſet, dic, tunc nõ
eſſet dubium, ibi, Pileus tamen dixit quòd cum
feudum acquiritur, d'e, quòd cum feudum non ac
quiritur. Ibi, dictum eſt in præambulis, adde in ter
tia quæſt.ibi, item & ſi poſſe.lit, præſumitur ex ea
31 cauſa, & ſic occatione præcedentis tituli. Barto.
in l.cum ſolus. nume.4. circa finem.de vſucapio.
nam fremit & poſſedit, cenſetur poſſediſſe ex illo
titulo. Lucas in l.quicumque.in 23.præſup. Codi-
ce, de apochis publi.glo.fin.in l.quædam.ff.de rei
vendi.facit quod dicit Aluarot.hic colum.fin.cir-
ca pri. & hoc quando præcedit titulus, & ſequitur
poſſeſſio. Bald.in conſi.89.poſt nume.4. & 6.pri.
volum.ſecus ſi econtra. Idem Bald.in conſi.166.
num.3.4.volum. & intellige, alia cauſa non appa-
rente. Soci.in conſi.16.num.5.3.volum. nam tũc
intelligitur tenere & poſsidere, ex cauſa quæ eſſet
utilior. Alexand.in conſi.32. nume.2.3.volumine
172.num.14.& 185.poſt num.2.6.volum. ſicut
ex titulo magis antiquo & utiliore. Idem Alexan.
in conſ.8.poſt num.19.& 20.3.uolum.& 89.poſt
num.12.circa medium 4.volum.ita hic, ſi conſtat
de donatione per priuilegium, vel breue teſtatum
& feudatarius poſtea reperitur poſſidere, præſu-
mitur habuiſſe ex ea cauſa; & ſucceſsiue ex titulo
quod apparet. Afflict. in §. item ſacramenta. in
glo.4.nume.24. de pace iura. firma. Et propter
præcedentem voluntatem, præſumitur dominus
ſciens & uolens.l.ſiquis cum totum.§.fin.ff.de ex
cepti.rei iudi.l.nemo, Codice, de acquire.poſſe.l.
de acceſsionibus.ff.de diuer.tempo.præſcri. ſed ſi
præceſsit donatio, & poſtea ſequitur poſſeſsio, ad
quid dicit Iſer.eſt neceſſaria inueſtitura, cum inue
ſtitura proprie nihil aliud ſit quàm poſſeſsio. Di-
cit ipſe altero de duobus modis, vel quod iſta pro
cedunt quando Comes & alij, qui dicuntur in pri.
rub.infeudant; ſecus ſi Imperator vel Rex, vt dixi
ſupra, quia tunc ultra quòd non eſt quærendum
de præſentia parium, quia multos habent in ſuo
concilio. Idem Iſern.ſupra, Qui ſucceſſo.tene.nu.
16. & multos honoris cauſa habent comites. In
ſimi.in extrauagan.comm.pri.de offic.ordi. poſt
medium eſt. largiuio Regia.Ca.Abbate.circa me-
dium.& fin.de ſenten.& re iudi.in 6.quæ alibi li
beralitas ſeu munificentia principalis appellatur.
l.qui excubias.ff.de re mili.l.pri. Codice, de peti-
tio.bono.ſubla.quam in ſuis exercere ſunt ſoliti.
In extrauagan.comm.2.de præbendis.propterea,
ne liberalitatis Regiæ.ca. ad ſupplicationem. de
renuntia.l.3.Cod.de agrico.& cenſi.ſeu munificẽ
tiæ ſuę fructum capere per inuidiam prohibean-
tur.l.2.ff. de operibus publi. decens eſt, eorum be
neficium eſſe manſurum ; nam ſicut Deus dona
ſua multiplicat.glo.pen.in c.ex tua. de filiis preſ-
byte. Ideo forte, dicit Iſern. in priuilegiis Impera
toris Frederici cõceſsionis feudorum, non ſit mẽ-
tio inueſtituræ. Alio & ſecundo modo, quia inue
ſtitus poteſt petere vt inueſtiatur, ſicut qui eſt Co
mes & poſsidet Comitatum, poteſt petere vt de-
claretur Comes. Bar.in l.uti frui.§.fi.ff.ſi uſusfr.pe
32 ta. Deci.in conſi.341.colum.3.cir.med. Ludo.de
Moli.de Hiſpa.primog.lib.3.ca.14.nume.8.tenet
enim libellus, ſi peto me pronũtiari poſſeſſorem.
Bald.de contentio.inter domi.& fidel.nume.5.in
fi.poſſum agere actione primęua, pro re quam te-
neo, ſi pars vel aliquid acceſſorium debetur. l.&
eleganter.§.non ſolum.in ver.de dolo.poſt princ.
ff.de dolo malo.poſſum petere fundum etiam quod
ſit mihi traditus, ſi ius quoddam cautionis ſupe-
reſt.l.etiam.ff.de ſoluti.peti poteſt cõfirmatio ſen
tentię, a qua non eſt appellatum. Innoc.in ca.pri-
mo, num. 2.de cõfirma.vtili vel inutili.legatarius
habitationis gratuitæ, poteſt agere contra hęredẽ,
ut eum liberet a petitione, & ſi legetur debitum :
habet legatarius non ſolũ exceptionem, ſed poteſt
petere ut liberetur.l.Caſsius. & l.quod mihi.ff.de
libera. lega.

Sed contra, non poteſt quis petere id quod ha
bet.l.ti is ſcio.de leg.2.nulla datur actio poſsidẽ-
ti.l.3.in ver.ius cir.medi.ff.de bono.poſſe. & lex
dicit de libertate quam fuiſti adeptus, non debui-
ſti litigare, ſed quam obtinueras defendere.l.1.in
fin.C.ſi mancip.ita fuerit alienat. ut manumi. Tu
dic, quòd quo ad dominium, effectus petitionis
eſt nullus : quia quod meum eſt, amplius meum
effici non poteſt.l.Aphricanus. in glo.penult. de
leg.pri.licet ex pluribus cauſis poſſit confirmari.
Bar.in l.poſsideri.§.ex pluribus. num.9.de acqui.
poſſe. Deci. in conſ.271.colum.6. poſt num.19.
Quidquid ſit, in puncto de quo fuit quæſitum, ui
detur concludere Iſer.quòd poteſt fieri ad maio
rem cautelam; quia abundans cautela non nocet.
l.hæredes palam.§.fin.in glo.fina. ff.de teſtamen.
poſtquam in priuilegiis conceſsionum Frederici
aliquid non dicitur de inueſtitura, & poſtea tem-
pore Regis Caroli, addita eſt, Per noſtrum an-
nullum inueſtimus, Et nunc cõſtituitur feudum,
non ſolum inueſtitura, ſed per id quod habetur lo
co inueſtiturę, ut ſupra, & Afflict.hic in pri. & ſũt
neceſſaria uerba, Inueſtio te. Iaco. de Ardizo. in
Sum.rub.pri.§.quęritur autem feudum.

Si de inueſtitura inter dominum et vaſallum quæſtio oriatur. Tit. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica deſcribit textus intentionem, per ſummarium.*

2 *Dominus dicitur, qui habet ſuperioritatem in feudo;*

do : & intelligitur de maiori, ad quem ſeudem
ſpectare dignoſcitur.
3 *Quæſtio dicitur ante litis conteſtationem, & poſt.*

AD RVBRICAM.

EX vno titulo oritur alius. l. ſi ego §. partus. in ver. partum. cir. fin. ff. de publitia. ex ſolutione oritur quæſtio. c. maiores. §. verum. vbi glo. pri. de baptiſmo. vel origo alterius proſiciſcitur ab alio. l. Iulianus uerum debitorem. ff. de condi. indebi. dictum fuit ſupra, feudum conſtitui per inueſtituram: nũc quid faciendum, ſi de eadem inueſtitura oritur quæſtio inter dominum & vaſallum. Ideo alibi ponitur, Qualiter iudicium feudorum ſit examinandum. Aluaro. & Afflict. hic, & Iſer. infra in nigro num. 3. in fin. ſed non vtimur, dicit gloſſ. tamen ſi inſpicimus textum, cuius intentio ſummaria per ru-
1 brum deſcribitur. Bald. in conſi. 452. num. pri. in pri. 3. volum. videtur, quod magis illa, quàm iſta conueniat. Tamen, quia ita communiter legitur, propterea dic, quòd Dominus eſt, qui habet ſupe-
2 rioritatem in feudo. Iacobi. in ſua inueſti. in ver. & cum pacto de non alienando. num. 14. cir. fin. & 15. ad quem feudum ſpectare agnoſcitur. Iaco. de Ardizo. in Summ. Verum conſenſus operetur, ſiue præcedat aliena, ſiue ſequatur. Si inter iſtam & vaſallum, qui habet vtile dominium, vtiliter agit & conuenitur. Iſern. in cap. pri. num. 2. ſi contro. inter vaſa. & alium de bene. oritur. Quæ-
3 ſtio.) Cuius appellatione uenit & quod excitatur, & eſt in actu decidendi: vel eſt determinatum. vnde, lex dicit, quæſtionis eſt. l. prima. §. pri. ff. vbi pupillus educari debeat. l. re coniuncti. de legat. 3. Quæſtionem etiam appellat inſolubilem explicatium. l. qui quadringenta. ff. ad legem Falcid. & quod plerumque erratur pernicioſe, ſub authoritate iuris ſcientiæ. l. ſi ſeruum ſtichum. §. ſequitur. de verb. oblig. & quæſtionem deciſam legimus ex reſcripto. l. 4. ff. de lege commi. vel intelligitur per litis conteſtationem, quando profertur a lege: ſi ab homine etiam quę eſt ante litem atteſtatã. Affl. in conſt. cum noua. in pri. not. de inſtrum. conſi. Debet eſſe, prudens, rationabilis, ſundata ſuper bono & æquo & difficili, etiam ſi ſit ex parte rei propoſita exceptio. Lucas in l. vni. colum. pri. in fin. & 2. in pri. C. de conducto. & procura. Iſta ſi eſt de inueſtitura, quid fiet, determinatur in textu. Et oriuntur multa, quę pro bono ſunt æſtimãda. l. Męuia. §. fi. de annuis legatis.

SVMMARIVM.

1 *Si dictio facit conditionem.*
2 *Lis vnde dicatur & quod actionem ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonam.*
3 *De, hæc particula interdum, pro, vel propter, ſignificat.*
4 *Scilicet, eſt dictio limitatiua orationis indefinite.*
5 *Sacramento deciditur poſſeſſoris, quando poſſidet quæ poſſidere poſſunt.*
6 *Probandi facultas per iuramentum, tranſit ad ſucceſſores.*
7 *Teſtes non ſunt ſemper vocandi, & ad quid tenetur producens.*
8 *Inueſtitura in abſentia parium, probatur per alios.*
9 *Pares compelluntur in tribus caſibus ad teſtificandum.*
10 *Appellatur ad Imperatorem propter coactionem non factam.*
11 *Eos hoc verbum includit quoſcunque, cuiuſcunq; profeſſionis.*
12 *Prælatus quando facit aliquid non iuridice, tenetur ac ſi eſſet priuatus.*
13 *Præter, excluſiue, licet quandoque incluſiue punitur.*
14 *Quæ ſiunt occulte, inducunt præſumptionem turpitudinis.*
15 *Religioſi etiam vt cæteri appetunt exaltari.*
16 *Res magis conſulte acta præſumitur, ex partium præſentia: & præſumitur pro factis a Prælato in præſentia Capituli.*
17 *Controuerſia inueſtituræ teſtibus terminatur, qui ſi deponere recuſant, compelluntur, & in defectu ipſorum recurritur ad iuramentum poſſeſſoris.*
28 *Controuerſia inueſtituræ quomodo terminabatur iure longobardorum, & quomodo nunc.*
19 *Inuiti coguntur ad teſtimonium reddendum.*
10 *Iuriſdictionem ordinariam tres concedunt.*
21 *Conſuetudo dat iuriſdictionem.*
22 *Examen teſtium committitur, & quando non.*
23 *Vaſallus poteſt eſſe teſtis contra dominum in cauſa feudali, quid in alijs cauſis.*

AD TEXTVM.

1 SI,) facit conditionem. l. qui promiſit de condi. inde. Inter dominum & vaſallum) De quibus ſup. Oriatur lis.)
2 Quæ a contentione limitum nomen accepit. Lucas in l. 2. columna 2. circa fin. Codice, de numerarijs. & actionem ſignificat in rem, ſiue in perſonam. Io. An. in cap. authorita-
3 te. num. pri. de priuilegiis. in 6. De,) Pro, vel propter, vt de iſto verbo de, dicunt Grammatici. Inueſtitura feudi, domino ſcilicet.) Limitando oratio-
4 nem indefinitam. Areti. in l. iuſiurandum. nume. 10. de iureiura. Inueſtituram ſe feciſſe negante) Expreſſe nec tacite per voluntatem præſumptam, vt ſupra tit. proximo. nu. 9. in fi. Si teſtibus) Paribus, cum ſit inueſtitura noua. c. pri. qui teſtes ſint neceſſarij ad probando nouam inueſti. & glo. 2. hic. Res probari non poterit. (Inducendo animũ iudicis ad credulitatem. in conſ. feu. diuer. 9. num. 87. Poſſeſſoris ſacramento res decidatur.) Et eſt ſpeciale vt actore nihil probante, cogat reus iurare, ſicut in terminis. c. atteſtationes. vbi Inn. nu. 3. in fi. de deſponſa. impu. & nunquam indicitur purgatio, niſi deficiente probatione. Idem Inn. in c. nos inter alios. de purga. cano. Francus receptans latronem, reputatur quaſi latro, niſi iurauerit cum viginti teſtibus, qui ſimiliter franchi ſint, quod neſciebat eum eſſe latronem. Caſſa. in conſu. Burg. in pri. rub. Ibi, & droicts d. Iſcelles. poſt nu. 64. & iurat in iſtis terminis, quando poſſidet rem quæ poſſideri pôt, poſſedit per annũ, vel in præſtatiora annua, bis vel ter dominus exegit ab eo. addi. O loffr. in ſum. quid ſit inueſti. in ver. inueſtitura. Idem & in eorum ſucceſſoribus obſeruatur.) Et
6 ſic facultas probandi per iuramentum tranſit ad ſucceſ-

ſucceſſores. Intellige quando ſucceſſores ſunt ple
ne informati de veritate, alias ſecus & ſi poſſeſſor
iuraſset, hęc probatio tranſit ad hęredes: facultas
verò quæ datur damnum paſſo, non, Præpo. hic
poſt pri. An autem differat iuramentum principa
lis, ab illo heredis, vide in §. ſeq. & in §. ſacramen-
tum. de cunſuetu. recti feu. Si vero teſtes interfue
rint, & eos ad teſtimonium vaſallus vocauerit.)
7 Non tamen ſemper ſunt vocandi, niſi quando cō-
ditio & ſtatus cauſæ requirent, refectis expenſis
per producentem, quas eſſent facturi, ſtaudo, eun
do, & redeundo: alias non tenentur ponere pedē
extra domos eorum. c. ſtatuum. §. pen. & not. in
§. aſſeſſorem. de reſcriptis. in 6. & venientes non
tenentur expectare vltra quindecim dies. l. ſi quan
do. C. de teſtibus. & in eum caſum, Eorum teſti-
monio cum ſacramento credatur.) Quia actum
Dei omnipotentis nomine innocato ſolidant.) l. ſi
quis maio. C. de tranſactio. Teſtes vero ſint pares,
Et.) Ideſt. Inn. in c. pri. de homici. volum. Qui ab
eodem domino feudum teneant, qui ſi tempore
inueſtiturę abſuerint, Et ſic abſentes fuerint.)
Quia ſcribitur per literam, b, & non per duplex.
ff. Bar. in l. quoties. num. 4. C. de dignitati. lib. 12.
Etiam extranei ſunt recipiendi.) Ita de iure Lon-
gobardorum, quę in inueſtitura ſunt, per optimos
inquirantur; ſi per illos rei veritas inueniri nō po
teſt, tunc per eos qui poſt ipſos in illa vicinia me-
liores ſunt rei veritas inueniatur. & ſi nec per il-
los, liceat litigatoribus ex vtraqua parte teſtes ad-
hibere. l. legatio, de officio iudicis, in Longobar.
Qui.) ſcilicet extranei. Præpo. hic, etiam ſi verita-
tem celare voluerint. [Ex quo rei ſunt, ac ſi com-
miſiſſent falſum, quia iſte prodeſse non vult, ille
nocere deſiderat. c. pri. de crimi. falſi, ſi iuratus ce
laſſet. Bal. hic nu. 5. licet calliditas ſit in tacendo, &
fallatia in dicendo. §. pri. in ver. & calliditate. Aut
de teſtibus, forte amore, vel pretio, vel alia quali-
bet ex cauſa, A Comite,] vel per Comitis iuſſio-
nem. l. pen. de teſtibus. in Longobar. Vel a populo
iurare compellantur.] Et ſic compelluntur in tri
& præſumitur, niſi probetur contrarium. Idem
Lucas in l.pri.col.pri.cir. fi. C.de prępo. ſacri cu-
bi.vnde in terminis huius textus, tales præſumun
tur teſtes quales communiter reputantur.Bald.in
conſi. 283.poſt nu.pri. pri.vol.adeo quod dicun-
tur idonei, ſi pro idoneis reputantur, qui a natu-
ra, inter omnes præſumitur æqualitas, ſed ex mo
ribus ſurgit inæqualitas.Idem Bal. de contro.in-
ueſti.in pri.poſt nu.10.Tertio nota, quod commo-
da poſſeſſionis ſunt plura, & multa operatur.Præ
po.ſupra de conte.inter domi.& vaſa.in prin.poſt
nu. 2.releuat ab onere probandi.vt ibi.in pri. poſt
nu.pri. & eſt ſingulare in feudis, vt ex poſſeſſio-
ne pręſumatur qualitas vtilis dominij.Idem Pręp.
in §.item ſi vaſallus.poſt nu. 2.de contro.inueſti.
& datur ſacramentũ vaſallo, ſi ad minus poſſidet
per annum. Alua.in §. ſimiliter.nu.pri.in fi.d.titu.
18 de contro. inueſti.immo ex patientia annali,ac-
quiritur poſſeſſio in omnib. tam profanis quàm
ſpiritualib.Caſſa.in conſue. Burg.rub.7.§.pri.ibi,
ſaiſit.col.pen.cir.fi.& aduerſarius negligendo per
annum, poſſeſſionem amittit.Innoc.in c. quę re-
lans,poſt nu.2.de elec.negligens exercere iuriſdi-

ctionem per annum, videtur ſpernere, Caſſan. vbi ſupra rub. pri. §. 8. Ibi, leſingnitur, nume. 4. negligentia præſumitur elapſo anno, Inno. in ca. ſi autem aliquis, de reſcriptis, tacendo per annum videtur approbare teſtamentum. Caſſa. vbi ſupra, §. 3. ibi, ceſt aſcauoir, nume. 7. & inductus in poſſeſſionem, poſt annum efficitur verus poſſeſſor. Inn. in cap. pri. de dolo & contum. in cap. 2. de ſequeſtra. poſſe. & fruct. c. paſtoralis, cir. fin. poſt num. 7. de cau. poſſe. & proprie. cap. fin. §. aliis. vt lite non conteſt. cap. contingit. de dolo & contume. in materia cataſtri, mirabile eſt vt tãta fraus ſopiatur anno, Pileus in Sum. poſt Azo, C. de cenſi. & cenſito. num. 8. in fin. in reſcriptis ad lites, qui non vtitur per annum, cenſetur negligens. Zaba. in clem. vni. §. fi. poſt num. 9. de conceſſio. prębend. eccleſia ſi negligit petere per annum, defertur fiſco. Io. And. in c. 2. cir. fin. de præſcriptio, in 6. elapſo anno præcluditur omnis aditus excommunicato. Archid. in cap. quęcumque. 11. quæſtio. 3. tacita profeſſio inducitur per lapſum anni. Ioan. And. in capit. 3. num. 3. de regulari. in 9. Franchus ſi manſit per annum in loco manus mortuæ, efficitur illius conditionis. Caſſa. vbi ſupra rub. 9. in pri. nu. 19. & §. 6. in pri. 4. ante & poſt. de præſcriptione annali. Zaba. in clem. 2. in 2. not. de regularibus, quæ currit etiam contra eccleſiam. Afflict. in §. & quia. in 2. not. in fi. de his qui feud. dare poſſunt. licet annus dicatur tempus breue. glo. Pariſ. tit. pri. §. 23. nume. 92. ex patientia licet non ſit longa, præſumitur titulus. Præpo. hic poſt princ. & in prædijs tributariis pręſumitur obliuio poſſeſſionis, & animus deſinendi poſſidere per biennium. Caſſa. vbi ſupra. rub. 9. §. 22. in prin. num. prim. Qui negligit per biennium, perdit ciuilem poſſeſſionem. Idem Caſſa. rub. 11. §. quinto. Ibi, & les dix. nu. pri. & literæ ſuæ euaneſcunt propter ipſius negligentiam, & alterius ſollicitudinem. c. plerumque. vbi Inno. de reſcriptis.

Iſer. addi. non indiget. Dum vero nu. 2. in prin. dicit, ſi has probationes non habet vaſallus petens aliquid, probet, dic, ſi has probationes non habet vaſallus petens aliquid, probet dominus. Quid ſi duo litigant de beneficio, & vterque probat ſemiplenam? conſulendus eſt Papa, vel ſecundum aliquos eſt locus delationi iuramenti. Ioan. And. in c. 2. num. 5. de eo qui mitti. in poſſe. in 6. & præſtatur, vt hic, tale iuramentum principalibus & filus, tam actoris, quam rei, quia quod teſtator non fecit, nihil impedit, quin hæredes inquirere poſſint. l. ſcripta. C. commu. vtriuſque iudi. & ſicut ad probandum aliquid ſtatur dicto ipſius cum iuramento. ita & in hærede. l. cum quis. §. codicillis. & ibi gl. vlti. de leg. 3. etiam in delictis, quo ad intereſſe tantum. l. pen. §. fi. & ibi glo. vlt. ff. ne quis eũ qui in ius voca. eſt vi exim. & dum not. Iſer. quòd ſcientis, & non contradicentis patientia operatur conſenſum. l. cum in plures. §. locator. in verſi. remiſſum. ff. locati, & præiudicat: Intellige in iis quę non poſſunt fieri in re mea me inuito. In ijs quę poſſunt fieri me inuito non præiudicat. l. fideiuſſor. §. prim. in ver. manifeſtum. poſt medium. ff. de pigno. Item ſi poſſet reclamare, & non reclamat alias ſi non poſſet, ſine diſcrimine, qui tacet non affirmat. Iſern. quæ ſint rega. in verſic. & extraordinaria collatio. circa finem. num. 62. poſt med. & regulariter hoc idem Iſern. hic finitur lex. nume. 7. in fine, contraria ſunt ſpecialia, & communiter approbatur. Idem Iſern. de natura ſucceſſio. feud. nume. 24. poſt medium. quia patientia non eſt verus hominis actus. Bald. in conſilio 396. nume. 2. primo volumine.

De feudo dato in vicem legis commiſſoriæ reprobando. Tit. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commiſſoriæ quid: eſt diſplicens, odioſum, rigoroſum, & in feudi reprobatur.*

2 *Lex abrogata ponitur, ne utilitas inde repoſita amputari videatur, per leges Imperatoris.*

3 *Dare proprie & improprie accipitur, & differt a verbo, reddere.*

AD RVBRIC.

1 PActum legis cõmiſſoriæ diffinitur, vt per Azo. in Sum. C. de pact. inter empto. & vend. nu. 4. & 5. eſt pęnale. Bal. in l. & ſi poſt tres. in 2. rep. nu. 3. in pr. l. ſi quis caut. odioſum, gl. in l. Aemilius in ver. diſplicebat, & pe. ff. de minori. diſplicẽs. Bal. in §. & ſi ſimiliter. de capi. qui curi. vend. rigoroſum. Iſer. in Prępo. hic nu. 2. cir. fi. memoria eius abolenda. Lucas in l. vni. col. 2. cir. med. C. de gladiato. inter debitorem & venditorẽ improbatur. c. ſignificant. de pignori. & cũ tali pacto feudum dari non poteſt. Afflic. in §. ſimiliter feudũ. d. titu. de capi. qui curi. vend. nã in feudis eſt reprobatũ. Aluar. infra eo. c. pri. num. pri. & ponitur, ne vtilitas repoſita in lege
2 abrogata, videatur amputari, per leges Imperatoris. §. de naturalib. itaq;. Auth. quib. mod. nat. effi. ſui. Iſto modo ratio legis abrogatæ remanet. Iſer. ſupra in 3. q. pręlud. cir. pri & §. fi. in fi. Quib. mod. feu. amit. poteſt allegari. Afflic. in d. §. fi. poſt num. 11. & §. aut ſi libellario. col. 2. poſt medi. 2. not. in fi. quib. modis feu. amit. & perfectum ex imperfecto declaratur. §. pri. in pri. Auth. de non alien. aut permuta. vel vt quod tollitur ſeu reformatur, nõ ſit incognitum. Afflic. in §. & quia. poſt pri. de his qui feu. dare poſſ. Propterea declarando, dicas quod
3 verbum, Dare, eſt generale, ad oẽs contractus & cauſas. Alex. in conſi. 7. poſt no. 12. 7. vol. actũ importare id, quod a principio per me tibi datur, & per te mihi reſtituitur. Idẽ Alex. in conſi. 248. nu. 8. 6. vol. tunc quia non datur vt eius fiat, vt in iſtis terminis ſtat improprie. §. ſic itaq;. Inſt. de act. l. fi. ff. de condi. cau. data. l. Neratius. de condi. ind. l. 3. in pri. de act. emp. licet habeatur ac ſi eſſe verus titulus. l. 2. §. Sabinus. & ſeq. ff. pro emptore. quia a principio datur vt efficiatur accipientis, arg. l. non videtur. de regu. iu. & interim eſt dñs. l. ſi quis ſeruum. ff. de noxali. ſed ſub cõditione. l. pri. & 2. de in diem adiectio. & reprobatur hic, quia dñiũ nõ poteſt eſſe in pendenti, ſiue in aere. Lud. de Moli. de Hiſpa. primog. lib. pri. c. 19. nu. 10. licet dominium poſſit ſub condõne tráſferri, ſicut & poſſeſſio. l. 2. §. Si pecuniã. in ver. mea. ff. de donat. & fie ex pacto, vt in lege commiſſoria, & pacto adiectionis in diem. gl. in l. ab emptione. in ver. cogaris. ff. de pa. Et hic reprobat dari feudũ ĩ pignus inuicẽ,

id eſt

ideſt occaſione legis commiſſoriæ, ut infra capit,
3. in finem.

SVMMARIVM.

1 *Siquis, maſculos & fęminas amplectitur.*
2 *Pignus a pugno dicitur: & proprie quod ad credi torem tranſit.*
3 *Tempus redimendi pignus feud. ſi non ſtatuitur a parte, ſtatuitur a lege. 40. dierum ſpatium.*
4 *Pecuniæ nomen, quid comprehendat.*
5 *Pro, denotat appretiationẽ, ſeu commutationem.*
6 *Quandocumque, dictio reſtringitur, ſecundum naturam actus cui attribuitur.*
7 *Feudi natura, in gratia & benignitate conſiſtit, & onera pecuniaria in feudis ſunt odioſa.*
8 *Pactum legis commiſſoria non ualet in feudis.*
9 *Pactum quod debitor non poſſit ſoluere debitum, & liberare rem ſuam, non ualet.*
10 *Actio redimendi, eſt in rem ſcripta, & ſequitur poſſeſſorem.*
11 *Feudum antiquum, ſi uenditur cum pacto de retrouendendo, ſi reemitur, remanet antiquum.*
12 *Creditor cui eſt obligatum caſtrum, poteſt exercere iuriſdictionem: quia eſt dominus commutabiliter,*

AD TEXTVM. cap. I.

1 SI qnis.) Maſculos & fęminas ample-
ctitur dictio, ſiquis. Io. An. in c. gene-
rali. nu. 4. cir. fi. de elect. in 6. Obliga-
uerit.] Aſtringendo ſe alicui ad aliqd
faciendum vel præſtandum: Azn in Sum. C. de a-
ctio. & oblig. nu. 2. in prin. Aliquam rem pignori.]
2 Quod a pigno dicitur, quia res quę pignori datur,
manu traditur. l. plebs. §. pignus. de verbo. ſigni. &
proprie eſt, quod ad creditorem tranſit. l. ſi rem.
§. pri. ff. de pig. act. per traditionem, vel patientiam
quæ habetur pro traditione. l. qui prędium. C. de
diſtra. pign. l. 2. §. pri. in ver. viam. de vet. oblig. Eo
pacto, vt ſi ſtatuto tempore.) Alias ſi certum tem
3 pus non ſtatuitur a partib. ſtatuitur a lege 40. die-
rum. Pręp. hic cir. fi. Pecunia.] Cuius appellatione
4 quid veniat, Azo in Sum. C. ſi cer. pet. poſt nu. 14.
& de conſti. pec. poſt num. 18. & etiam ob chiro-
graphar. pecu. pig. teneri. nu. 4. Soluta non fuiſſet,
res eſſet creditoris.) Qui interim eſt dominus. l. cũ
qui. ff. de in diem adiectio. ſicut ſtatuliber eſt in
dominio hæredis pendente conditione. l. ſtatuli-
ber. & ibi gl. pri. ff. ad leg. Fal. & perficitur cum ad
impleta fuerit conditio. l. hæc venditio. ff. de con-
trah. emp. Et eam pro.) Quæ denotat appretiatio
5 nem ſeu commutationem. Lucas in l. fi. col. 5. circ.
med. C. de bonis vac. Feudo habeat: Poteſt debi-
tor quandocumque.) Quæ dictio reſtringitur ſe-
6 cundum naturam actus cui attribuitur. Bal. in con
ſi. 67. nu. pri. in fi. 3. vol. Pecuniam ſoluendo, pa-
cto non obſtante, pignus recuperare.) Vnde ſi ac
cepi pecuniam mutuo a te, & dedi feudum in pi-
gnus, & fideiuſſorẽ, cui feci pactum, q ſi eum non
liberauerem infra certum terminum retineat feu-
dum datum in pignus, non valet pactum. Præpoſ.
hic nu. 3. Feudum. n. nõ ſub pretextu pecunię.) Li
cet res vere & effectualiter pecunia acquiritur. gl.
Pari. tit. 2. §. 58. poſt nu. 74. & raro nummos offe-
rentes repelluntur. ea. gl. poſt nu. 92. tit. pri. §. 22.
quia excreuit vitium in gentem noſtram, propter
cupiditatem pecuniæ. l. fi. de ſponſali. in Longob.
Sed amore & honore domini acquirendum eſt.)
Nam feudi natura in gratia & benignitate conſi-
7 ſtit: & onera pecuniaria in feudis ſunt odioſa & di
diſconueniunt. gl. prędi. Pari. poſt nu. 11. & 43. tit.
pri. §. 22. magis innititur gratiæ quã obligationi.
Præpo. infra, In quibus cau. amit. cir. pri. poteſt in-
teruenire pecunia in acquiſitione feudi, ſine illius
conſeruatione. Idem Præpo. de benefi. fratris. poſt
num. 3. poteſt dominus accipere pecuniam. nu. 5.
de his qui feudum dare poſſ. & ſatis intelligitur a-
more & honore conceſſum, quando pecunia ſola
non eſt cauſa, quare feudum detur. Idem Præpo.
ſupra in prelud. nu. 38. in fi.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio ex in
fraſcriptis. Et pri. in emptione & venditione, cla-
rum eſt, quod hoc pactum valet. l. pri. & 3. C. de
pact. inter empto. & vendi. Ita & in pignore, quia
etſi eadem non eſſet ratio, eſſet tñ idem ius. l. ſi qs
in ver. & tamen. ff. de colla. bono. Scdo, lex facit,
quod poteſt fieri per pactum. l. fi. C. de fideiuſ. per
pactum nõ põt fieri, quod talis conuentio teneat,
ergo nec lex poteſt facere quod non teneat, quia
quod operatur propoſitum in propoſito, opera-
tur oppoſitum in oppoſito. l. fi. de le. 3. Tertio, bo
na fides exigit, vt quod conuenit fiat. l. cum vende
rem. ff. locati. Sed hic fuit conuentũ, quod non ſo
luta pecunia infra certum terminum, res ſit loco
feudi. debet igitur illud ſeruari, quia lex prouidet
ſuper eo, in quo prouidentia hoĩs non prouidet.
Bal. in conſi. 452. in fi. pri. vol. Vltimo facit textus
in ca. pri. de feudis. vbi creditor accipiendo feudũ
in pignus, ſi præſtat ſeruitium dño directo, facit
fructus ſuos. ſucceſſiue pignus poteſt retinere in
feudum. Tanto magis, quia obligatio cõditionalis
tenet l. pr. poſt pri. ff. quando actio de pec. eſt ann.

His non obſtantib. ſeruatur contrarium: & ra-
tio eſt, quia in ijs quę debent eſſe perpetua, non ca
dit conditio. gl. in extrauag. com. vni. in ver. ius ad
rem. cir. medi. de offic. deleg.

Qua ſtante, non ob. Primũ: nã in contractu em
ptionis & quolibet alio, preterq̃ in contractu pi-
gnoris, valet pactum legis commiſſoriæ. Afflі. hic
in pri. no. in pignore tantum reprobatur inter cre
ditorem & debitorem, non in aliis cõtractib. qui-
nimo nec in pignore inter pſonas extraneas. Præ-
po. hic. nu. 2. poſt med. & 3. in fi. Non ob. Secun-
dum, nam argumentum a contrario ſenſu non ſu-
mitur ad correctionẽ iuriũ. Loffr. in conſi. pri. nu.
52. ante & in nu. 149. Sed lex ſupplet id quod de-
ficit homo. §. ſi quis aũt legitimos. in ver. a lege.
Auth. quib. modis natu. effi. ſui, & ſubintelligit cõ
ditionem, quæ ab hoĩe non poteſt poni, & dici-
mus quòd plus põt quam pactum. Hier. Gabri. in
conſi. pri. nu. 65. Tertium non ob. nam ſunt ſeruã-
da pacta, niſi rationabilis cauſa a iure ſtatuta con
trarium ſuadeat. l. iuriſgentium. §. prętor. ff de pac.
Non ob. Vltimum, nam feudum poteſt ſimplici-
ter dari in pignus. Alua. hic poſt nu. 2. ſed pactum
quod ſi non ſoluatur pecunia infra certum termi-
num, res ſit creditoris, & illam habeat in feudum,
hoc prohibetur: & defectum vel vitium partis, fa-
cit gratiam vel iuſtitiã nullã. gl. in extrauag. com.
pri. in ver. momenti. de ſent. exc. etiam, quia ſolus
Papa poteſt dare ſub conditione, & ad tempus li-

ſicut vult.glo.2.in c.ſi gratioſe.de reſcriptis.in 6.
in ca.vni.in ver. perpetui. de capellis mona. in 6.
& in ca.paſtoralis.in glo.pri.7.quæſt.pri.tunc effe
ctus gratiæ ſuſpenditur vſque ad euentum condi-
tionis, & interim ſi alius impetret, & poſtea con-
ditio euenit, ſecundus præfertur.c.ſi pro te, cũ ibi
not.ca.pen.in ver.expreſſe.in ſi. de reſcriptis.in 6.
ſicut qui prius dedit literas iudici.glo.fin.in fin.in
ca.non ſolent.2.quæſt.6. quia qui poſſidet ſub cõ
ditione, non dicitur poſſidere. not.in ca.olim cau
ſam.in ver.traditam. de reſti.ſpolia.nec dicitur tu-
tor antequam dies uenerit.l. Titius.ff.de excuſa.tu
to.& ſic firma remanet concluſio. quòd pactum
8 legis commiſſoriæ, non valet in feudis. Intellige
idem eſſe in omnibus habentibus vim reſolutiuã
a principio contractus.Bal. in l.ea lege, de condi.
ob cau.ſequitur Deci.in conſ.187.col.3.poſt pri.
& nu.4.Boeri.in Deciſi.182. poſt nume.17.& in
quolibet pignore tam præterito quàm futuro.l.
3.C.de pactis pig.ſicut nec valet pactum, ſi debi-
tor promiſit ſe daturum in ſolutum, vel quod nõ
liceat debitori vẽdere, vel in perpetuum, ſeu ante
diem præfixã luere. Azo in Sum.C. de pactis pig.
& de lege commi.nume.2.& procedit non ſolum
in priuato, ſed etiam in minore & eccleſia, quæ li-
cet poſſit emere ſub pacto legis commiſſoriæ. Loſ-
fred.in conſ.3.nume.24.non tamen pignorare, ut
hic. Et habet locum, non ſolum ſi a principio, ve-
rumetiam ſi expoſtfacto apponatur. l.pri.in fin.&
ſeq.ff.de rebus eorum.

Reſtringe prædicta in pignore; nam in alijs
contractibus valeret. Iſern.hic num.2.& Alua.nu.
3.circa ſi, vnde pactum, quòd ſi die ſtatuta pecunia
non ſoluatur, res ſit inempta: ſi deficit unus num-
mus, non fit inempta, ſed reprobatur pactum.glo.
in l.res.ff.de contrahen. emptio. & procedit inter
dominum & uaſallum, inter extraneos autem ua-
leret pactum.glo.fin.hic.vbi Aluaro.colum.4.cir.
pri.Item non procedit, ſi dicatur quòd creditor ha
beat pignus emptum pro iuſto precio.l.ſi fundus.
§.fin.& ibi glo.vlt.ff.de pigno.Quid ſi uendo pro.
50.pacto adiecto, quòd ſi non ſoluis tali die, des.
100.vel iuſtum preciũ? non eſt vſura, ſed augmen
tatio precij: nec habet locum.l.2.de reſcin. vendi.
ſicut quando pro pęna ponuntur verba multipli-
catiua, non petitur ut pęna, ſed vt augmentum
penſionis. Præpo. qualiter domi. proprie. priue.
circa finem.

Nota, quod creditor efficitur ſecurus, fideiuſſo
re uel pignore accepto, Alex.in conſ.156. poſt nu
me.3.6.volum.in pignore, quia valet plus debito,
ut ſeruant Veneti. Boeri.in Deciſio.309.nume.4.
in triplo plus quàm mutuatur. Pau.de Caſt.in cõſ.
174.nume.3.in pri.2.volum.vbi etiam, quòd vbi-
que eſt conſuetudo, quòd tranſacto certo tempo-
re, pignus ſit perditum: hic eſt nullum, ſi conditio
deficit.l.ſiquis fundum.de contrahe.emptio.diſce
dit ab illo dominium.l.non quocunque. de leg.1.
ac ſi fuiſſet in poſſe primi, l.ſi hominem. ff.de vſu-
capio.in pignore.l.ſi res. ff. quibus modis pig. uel
hipo.ſolui.eſt tamen verum dominium, licet tem-
porale: ſicut temporalis vſusfructus eſt verus v-
ſusfructus. Ludo.de Moli.de Hiſp.primog.lib.pri.
c.19.poſt nume.11.dominia enim ſunt perpetua
ſui natura.l.ſi poſſidetis.C.de probatio.verum vbi
attribuitur ſuſpenſio dr̃ temporale. Præpo. de eo
qui ſibi & hære.ſuis. poſt num.3. vnde non ualet

9 pactum, quod debitor non poſſit ſoluere debitũ,
& liberare rem ſuam datam pignori, nec ſoluere
pro liberanda perſona ab obligatione perſonali.
Pau.de Caſt.in conſi.144.num.3. circa pri.2.vol.
poſſet tamen præſcribi. Idem Pau.in conſi.220.
poſt num.2.eo.vol.& ſic dicto, quandocumque,
de qua in textu, non excludit præſcriptionem.30.
annorum. c. pri.infra, tit.pei.vnde ſi creditor uel-
let ſe tueri alio iure quàm pręſcriptionis, puta quia
cæpit proprio iure, & non pignoris poſſidere, lon
gum tempus non ſufficeret: maxime ſi interuertit
poſſeſſionem. l.ſiquis conductionis. C.locati.nec
in recapitu pignoris, quod habet mulier pro ſua
dote, quia in eo nulla cadit præſcriptio. Caſſan.in
conſi.Burg.rub.4.§.18.in pri.per tot. Nota etiam,
10 quod actio redimendi, non eſt mere perſona-
lis, ſed in rem ſcripta; & poteſt contra quemcun-
que ſingularem ſucceſſorem exerceri.glo.Pari.ti.
pri.§.41.poſt nume.13.& 23.tranſit ad hæredes.
Pau.de Caſt.in conſ.249.num.2.2.volum.eſt ius
hæreditarium: & ſi ſit reemptio ex pacto penden-
te tempore, perinde eſt, ac ſi feudum nunquam re
ceſſiſſet a defuncto, & fingitur ſemper fuiſſe in hæ
reditate, licet abſit, & hęres non inuenerit in hære-
ditate. Fre.de ſubfe.lib.2.ibi, quinta authoritas.nu
me.19.vaſallus ſi pẽdente facultate redimendi uẽ
didit uel donauit ius ſuum, an poſſit dominus dire
ctus ingredi in locum emptoris: uel elapſo primo
termino prorogare.& ſi eſt exceſſiuum, an ſaltem
ualeat vſque ad tempus permiſſum. glo. Pari.titu.
pri.§.41.in 6.7.8.& 9.quæſt.nume.32. vſque ad
40.Quid in venditione cum pacto legis commiſ-
ſoriæ, uel adiectionis in diem? diſtingue ut ea.gl.
Pari.tit.2.§.55.in 16.q.nu.162.vſque ad 170. &
qui debet ſoluere ex pacto legis commiſſoriæ, ſi
non habet cui offerat, eſt ſecurus. Præpo. in c.pri.
num.7.quo tempore miles.& dictum ius cum ſit
tranſmiſſibile, ut ſupra, ergo & ceſſibile. Caſſan.in
11 con. Burg.d.rub.4.§.18.in pri. circa fin. An autẽ
ſi venditur feudum antiquum, cum pacto de retro
uendendo, reemendo in ſui perſona erit nouum.
Cap.quod ſic, in uer.feudorum genera. ibi, nonũ.
in 8.conclu. ſed ſecundum aliquos, reuertitur in
cauſam antiquam, & non fit feudum nouum, cum
fiat ex neceſſitate pacti initi cum defuncto. Fre.de
ſubfe.lib.2.ibi, tertia authoritas.poſt nume.14.ſe-
cus ſi ex interuallo. Caſſa. in conſu. Burg.rub.11.
§.3.ibi, & 5.il, poſt nume.30.Sed quod remaneat
antiquum, cum non cenſeatur totaliter alienaſſe,
& burgenſatica remanent obligata retractui & ſuc
ceſſioni, & hipothecæ reſoluuntur, tenet glo.præ
dicta Pari.tit.pri.§.41.poſt num.20.& 21.emptũ
tamen dicitur feudum improprie. Fre.ubi.ſupra.
li.2.ibi, 57.quęro, nu.2.habita dẽ dominu a perpe
tuus, licet hẽat, incertũ reſolutionis ſtatum, ſicut
de reditu quãdocũque redimibili.ea.gl.Par.ti.2.§.
57.nu.21.& fit dña nõ irreuocabiliter, ſed cõmu
tabiliter, & ſic cõmutatione ſequuta, habitus redit
ad actũ, & ad eãdem cãm priſtinã. d.gl.Pari. poſt
nu.58.& 59.tit.pri.§.13.adeo ꝙ dẽ vna venditio,
quaſi pręſens pręciũ fuerit ab initio cõuentũ. Azo.
C.de pactis inter emp. & vendi.poſt nu.2. Vnde
12 creditor, cui eſt obligatum caſtrum, poteſt in ho
mines illius exercere iuriſdictionẽ & Imperiũ, pu
niẽdo illos, & ita audiuiſſe a Bal.teſtat Pau. de Ca.
in cõſ.156.co.2.cir.med.2.uo.licet ei nõ ſit acqui
ſitũ ius incõmutabiliter, ſed cõmutabiliter. gl.Pa-
ri. in

ri. in ſimi. titu. pri. §. 22. poſt num. 129. & ſi uendo caſtrum ſub conditione, quòd ſi vſque ad certum sempus offero tibi precium, venditio reſoluatur: ſi contingit pro modico uendidiſſe nihil poteſt pe ti iure fori, cum non ſit contractus vſurarius, ſed iure poli poteſt fieri conſcientia. Zabarel. in clem. vni. §. ſane. num. 9. de vſuris. cum conceſſio feudi principaliter innitatur gratiæ, & non inſpicitur præſtatio ſeruitiorum: ſed ex parte domini gratia, & ex parte vaſalli fidelitas. Præpo. in §. ſiquis. de manſo. poſt num. 7. de contro inueſt. Ideo in contractu feudali, non datur læſio. Alex. in conſi. 79. in 5. dubio, num. 6. pri. volum. actio redhibitoria, nec, quanto minoris. Cap. in ſoa inueſt. in ver. contra vaſallum domino. in fin. ſed apponit conceſſioni etiam perfectæ & alteri quiſitæ conditionem, quam vult, etiam ſi ſit ex contractu. Loffr. in conſ. 39. num. 3. quia regulariter feudum datur propter amorem. c. pri. quemadmodum feu. ad fili. perti. & gratis conceditur ut per Affli. ut ſup. eo. in rub. & apponit conditionem quam vult. l. in re mandata. C. mandati. ex interuallo, quando ab initio ita fuit conuentum. glo. pri. Pari. nume. 98. in fin. titu. ſecundo. §. 55.

Iſer. dum in pri. dicit, pro adiecto; dic, pacto adiecto. ibi, de cap. qui curi. vendidit. §. poſt, dic §. ſimiliter. ibi, ſupra de pact. pig. dic. C. de pactis pig. ibi, de tuto. & cura. datis ab his ſcire oportet. in pri. dic, ſcire oportet. §. pri. dum dicit quod vtile dominium præfertur directo, adde, eundem Iſern. in c. pri. num. 3. circa medium, de inueſt. de re aliena facta, & quæ ſint regal. num. 93. in pri. & poſt medi. & intellige, quando vnus habet cauſam ab alio, ſecus ſi ab eodem. exempla ponit idem Iſern. in ca. ſiquis, per 30. poſt num. 5. ſi de feu. defunc. milit. contro. fue. Item reintegra, ſecus ſi uaſallus alienauit, & feudum fuerit apertum domino: quia tunc delictum alienationis, infeudationis vel ſimile, facit reddere ad primum. Iſern. in §. quibuſdam. poſt num. 12. ibi, dicit glo. de lege Corra. & habet locum iure iſto, ſecus in regno, vbi alienans reuocat & præfertur directo, niſi eſſet negligens. Idem Iſern. in §. poſt refutationem. num. 5. circa mediũ. ibi, in regno, de vaſa. qui contra conſti. Lotha. feu. aliena. Theorica Iſern. in reliquo eſt plana, eo magis; quia explanat eam Afflict. hic in 2. not. per tot. Adde tantum, quòd feudum poteſt conſiſtere in pignore, ſupra de feu. pignori dato, quid iuris ſit. addi. ad Bald. ſupra in rub. & Afflict. in declaratione literæ: & ſi detur ſub conditione, non aliter fit accipientis, quàm ſi conditio extiterit. l. qui abſenti. §. pri. de acqui. poſſe. & interim poteſt exequi, & eſt efficax. ſicut obligatio pura reſoluenda ſub conditione. glo. 2. Pari. in 4. quæſt. num. 9. & to. ti. pri. §. 3. Dum æquiperat Iſern. legem & pactum. C. de facto. l. fin. in fin. dic, de fideiuſſo. l. fin. in fin. & ver. ſtantia de qnu Iſe. Loffr. hic exponit pactũ. ibi, hoc ergo tantum habet locum in pignore. & in pecunia, pro qua pignus obligatur, vt in pignore lex commiſſoria ceſſet, dic hoc tantum habet locum in pignore & in pecunia, pro qua pignus obligatur: cum in pignore lex commiſſoria ceſſet non in aliis contractibus; nam ualet pactum qood res ſit inempta non ſoluto pretio. l. ſi a te. & l. 3. C. de pactis inter empto. & uendi. & reſtituitur minor ad offerendum pro re, quantum alter obtulit. l. ſi in emptionem. ff. de minoribus. Quid ſi eccleſia accepit a vaſallo feudum in pignos, an licite percipiat fructus, & vaſallus remaneat obligatus ad ſeruicium? quod ſic. Quid in emphiteota & domino directo. Caſſ. ubi ſup. rub. 4. §. 23. in pri. num. 39. & 43. Vltimo, in lege commiſſoria, verba non ſunt de forma; cedunt omnia iura, ſed reſolubiliter. glo. Pariſ. titu. primo. §. 23. num. 9. circa fin. poſt num. 11. & 13.

S V M M A R I V M.

1 *Inueſtitura de feudo uiuentis tenet.*

2 *Offuſcatur per diuerſas opiniones diſceptatio.*

3 *Dictum placet, ſed ratio non urget.*

4 *Opinio utraque ſaluatur diuerſo reſpectu.*

5 *Interpretatio antiqua habet uim iuris.*

6 *Miles, ideſt feudatarius.*

7 *Viri, dicuntur tribus modis.*

8 *Prorſus, ideſt omnino petitus uel ſine difficultate.*

9 *Aliter, deſignat modum.*

10 *Dummodo, poteſt denotare modum uel conditionem.*

11 *Detrimentum, idem quod damnum & dicitur a tritu, quia ea quæ trita ſunt, minoris precij ſunt.*

12 *Autem, dictio, innuit aliud ius.*

13 *Succeſſoris appellatione, uenit etiam ſucceſſor in rem.*

14 *Diſpoſitio facta de feudo uiuentis non tenet.*

15 *Sæpe pro uero ponitur, quod ad opinionem refertur.*

16 *Autoritates afferuntur in iure.*

17 *Pacta ſecundum legem, contra legem, & præter legem.*

18 *Princeps ſi inueſtit. me de feudo Titij, quem credebat mortuum, & uiuit non tenet.*

AD TEXTVM. cap. 2.

1 SI quis inueſtierit aliquem de beneficio ſui militis, ſecundum Placentinos nõ ualet inueſtitura niſi conſentiente eo cuius eſt feudum. Mediolanenſes & Cremonenſes dicunt, quod ſic: dummodo fiat ſub conditione, vel in diem: & ſic ſine præiudicio eius qui habet feudum. Videtur compilator contra Placentinos reſidere in vltima Mediolanenſium & Cremonenſium opinione; ſed vtraque ſaluatur diuerſo reſpectu. Intelligendo opinionem Placentinorum, quando inueſtitura fieret pure: opinionem Mediolanenſium & Cremonenſium, quando fieret ſub conditione uel in diẽ. Præpo. hic per tot. Negari tamẽ non poteſt, quin
2 res obfuſcetur per diuerſas opiniones. Zabar. in clemen. ſecunda, num. 5. in fi. de regularib. & ſicut in opinionibus glo. vltima corrigit. primam. Bald. infra, An apud iudicem uel curiam domi. poſt nume. 2. Cap. in §. præterea ſiquis infeudatus. poſt pri. colum. 2. circa fi. de prohi. feu. aliena. per Fre. tamen prima eſt communior. Iſern. hic cir. fin. tanto magis, quia dictum Mediolanenſium & Cre-
3 monenſium placet, ſed ratio nõ vrget. Zab. in ſimi. in cle. pri. nu. 20. poſt medi. de appellatio. nõ conſideramus dictum, ſed iuris diſpoſitionẽ. Idẽ Zab. in cle. ſi plures. col. 2. cir. fi. de præbendis. dictũ Placentinorum fuit bonũ, ſed nõ exemplum. Lex his. & l. Neſennius, in poſitione caſus. ff. de excuſa. tut. bonum ne deſ occaſio captãdæ mortis alienæ. c. ne

captandæ.de conceſſio.præben.in 6.exemplum ma
lum,ſi ponimus caſum in domino,qui fecit inue-
ſtituram ex nunc, pro tunc ſequuta morte tenen-
tis ſine hærede, quia tunc poteſt.ex quo ſub con-
ditione & non pure.ca.pri. qui ſucceſſo. tenea.&
ſic Mediolanenſes non repræhenderent dictum
Placentinorum, ſed quod eſt minus dictum. l. &
hæc.§.fin.in ver.notat.ff.locati.quia ſi is qui acce-
pit fuit ignorans,dominus qui dedit rem alienam
tenetur de euictione. Iſern. hic,circa finem, & in
§.callidis.poſt medium.dicto titu. de prohi. feu.
aliena.per Fre. & ſic Mediolanenſes repræhen-
derent Placentinos curialiter,quod fit ſupplendo.
l.Gallus.§.idem credendum.in gloſ.pri.ff.de libe.
& poſtu.& ſi attendimus illam Placentinorum,
tanquam melius examinata & melioribus iuribus
firmata non cenſetur vltima, ſed prima approba-
bata.Ludo.de Moli.de Hiſpa.primog. lib.4.ca.5.
nume.24.allegat glo.in l.qui filium. §.Sabinus.ff.
ad Trebellia.licet regulariter prætor non ſequitur
primam voluntatem,a qua diſceſſit. l.penul.in fi.
ff.de confirma.tuto.& referendo plurium opinio
nes,vna approbatur. l.fin.Codice,de nego.geſt.ta
4 men quia poteſt ſaluari vtraque opinio diuerſis re
ſpectibus,vt ſupra,& Aluaro. hic.nume.2. in fin.
ideo diſcurrendo dicas,cum antiqua interpetratio
5 habeat uim iuris. Zabarel.in clemen.prima.§.item
ordo.de uerb.ſig.& debet obſeruari,quod iudica
tum & approbatum eſt a pluribus. Archid.in ca.
extra.64. diſtinct. adeo quòd a practica antiqua
non eſt recedendum.multa gloſ.Pari.tit.pri.§.31.
quæſt.3.num.11. Quòd,ſi quis inueſtierit aliquem
6 de feudo ſui militis) Ideſt feudatarij.Iſern. hic in
ver.militis.in c.pri.in pri.Impera.Lotha. adhuc vi
7 uentis,Viri,) Animo fortiſſimi, ſexu,non lege uel
ætate.Archid.c. cum ſanctam.circa finem, de pę-
8 niten.diſt.2.Placentini,Prorſus) Ideſt omniuo pe
nitus,uel ſine difficultate. Ioa.An.in c.venerabili-
bus num.3.circa finem, de pęniten. & remi. in 6.
Aſſerunt hanc inueſtituram,Non aliter,] De cu-
9 ius natura eſt formam inducere. Deci.in cōſ.518.
num.11.Valere) Niſi eo conſentiente.l.fin.Codi-
ce,de pactis,Cuius erat] Ideſt eſt, feudum; & ſic
ponitur tempus pro tempore.Aut.ut nullus fabri
cet.in ver.ſancitum.Mediolanenſes & Cremonen
ſes nihil diſtare aſſeuerant.) Sed æquiperant. V-
trum[An,eo ſciente uel ignorante, vt de hoc ver.
10 vtrum.dicunt Grammatici,Dummodo,] Quod
denotat modum vel conditionem, attento verbo
cui adiungitur. Lucas in l.exceptores.circa me-
dium,Codice, de numerarijs.licet alibi amotio-
nem potius quàm conditionem ſignificat. Afflict.
in §.fin.num.9. de Capi. qu. curia.vendi.& quan
doque conditionem contra non obſeruantem.Lof
fre.in conſi.26.num.30.Eo viuente, nullum detri
mentum.) Ideſt damnum.& dicitur, a de, & tritu.
11 quia quę trita ſunt minoris precij ſunt,vt,Gram-
ma.in ver.detrimentum,De feudo ſuo ſibi contin-
gat.Hoc Autem,) Quę dictio innuit aliud ius.glo.
12 ſecunda, in l.hoc amplius.§.pri. de damno infec.
intelligendum eſt de eo milite.) Ideſt feudatario.
Iſern.in c.ſancimus,lo a. in pri.quo tempore mi-
13 les,Qui feudi ſucceſſores) Quorum appellatione
veniunt etiam ſucceſſores in rem,l.fluminum.§.1.
in ver.dominium.ff.de damno infec. alibi dicitur,
feudi ſucceſſionem non habet, c.pri. in fin. Qui
ſucceſſo.tenea.lo a.

Declarato textu,eius deciſio impugnatur. Et primò,pactum ſuper feudo uiuentis tenet. ca. pri. de filiis natis ex matri.ad morga. contra. & valet adeo, quòd filii ex illo matrimonio non ſuccedūt. Ita debet valere pactum quod ſuccedant:quia pactum de ſuccedendo uel de non ſuccedendo æquiperantur.l.ſi quando.§.illud.in ver.pręgrauari. C. de inoffic.teſt.Secundò in iſta materia feudali paſſim, miles exponitur feudatarius,vt ſupra: ſed in milite valet huiuſmodi pactum de hæreditate uiuentis.l.licet.Codice,de pactis. Ita & in feudatario,proce dendo de ſimilibus ad ſimilia.l.cū quædam.Codice,de adminiſtra.tuto. Tertiò,ſemel bene determinatum,non debet in dubium reuocari.§.& nos.iuncta glo.in ver.excluſa. Aut. quibus modis natu.efficia.legi.Sed hæc difficultas fuit determinata per Placentinos,quòd ualeret cum conſenſu feudatarij:non ergo debebat ſuſcitari a Mediolanenſibus:quia ſi veritatem examinamus, nō facile ad culpam venimus.§.pri.in pri. Aut. ut defuncti ſeu fune.eorum.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium: & ratio eſt,vltra Aluaro.hic poſt num. primū, quia cauſa cognita,modo iſta,modo illa ſententia probatur.l.ſi finita.§.Item videamus. d.titu. de damno infe.quæ licet in ſuperficie quandoque videantur contrariæ,habent eumdem effectum, & neutra reprobatur.glo.fin.in ca.quotidie. de conſecra. diſt.ſecunda.

Qua ſtante;non obſtat primum:.nam pactum de ſuccedendo,& de non ſuccedendo æquiperantur,& antiquitus neutrum valebat.Alexan.in conſil.28.3.volum. & ſi fit cum patre valet pactum de non ſuccedendo.Idem Alexand.in conſil.155. num.10.7.volum. Secundum non obſtat,nam illud procedit in milite, & eſt ſpeciale; dummodo aliter non diſpoſuerit in contrarium. Alexand. in d.conſi.28.num.5.in pri.hic ſecus, quia non accedit illius uoluntas.Vltimum non obſtat, nam notando & diſputando ueritas eluceſcit.l.fin.§.mixta.de mune.& hono.Iſern.in ca.pri.in ver.& ne uideat.ex quibus cau. ſen. ami. & ſic firma remanet concluſio,quòd diſpoſitio facta de feudo uiuētis non tenet.

Amplia non ſolum in eo qui uiuit,verum & in eo cuius uita & fortuna eſt incerta.l.nec nos.C.de cap.& poſtli.reuer.& non ſolum ſi fiat ſciente,uerumetiam inſcio eo de cuius feudo tractatur, per ea quæ dicit Alexan.in d.conſi.28.colum.fin.poſt pri. Item non procedit etiam quod inter paciſcentes interueniat iuramentum,quia non tenet: cum redundet in alterius detrimentum.c.quamuis, de pactis. in 6. Reſtringe tamen, quando diſpoſitio eſt pura,ſecus ſi ſub conditione poſt mortem tenentis, quia tunc valet. Iſern. hic num.pri.circa pri.Afflictua late in Deciſi.292.& procedit domino ignorante,vel non conſentiente; ſecus ſi conſentiat,& non habet ſucceſſorem in feudis: quia tenet ut hic. Vltimo non tenet in præiudicium uaſalli,ſed domini ſic,adhoc ut teneat de euictione, ut hic in gl. & Iſer. Sublimita,niſi ille fuerit ſciēs, uel adſit clauſula, Iuribus alienis ſemper ſaluis: quia tunc non tenetur de euictione, niſi fuiſſet conuentum: ſed tenetur tantum ad precij reſtitutionem. Afflictus in capitulo primo, in princip. & ſecundo no.& nume.. 9.de inueſti.de re aliena facta.

Nota,

Nota, quod ſæpe pro vero ponitur, quod ad opinionem refertur. Azo in Summa. cap. ſi aduerſus vſucapio. in principio. & Iſern. referendo opinionem Placentinorum probat, quumodo illi tetigerunt ſed non peritiſſime peragerunt. l. cum antea. circ. finem. C. de arbitris, & qualiter Medinlanenſes illos reprehenderent de ſuperfluitate, ſicut Scæuola Gallum. l. Gallus. in verſic. ſi filius. de libe. & poſthum. adeo quod videtur ipſorum præualuiſſe ſententia, ſicut illa Pauli prȩualuit opinioni Imperatoris Antonini. l. Aemilius. iuncta gloſ. penulti. ff. de minori. & ſubtilius dixiſſe. l. ſi a patre. de capti. & poſtli. re uer. Vnde videtur, quòd dictum Placentinorum fuit ex parte verum, & ex parte falſum. l. ſcribit. pri. de auro & argento. lega: & non repræhenditur factum, ſed ſic & ita factú. Ponit exemplum glo. in Authen. decernit. in verſic. ſacramenti. circa finem. C. de arbitris. ſicut repræhendit quis non ex dicto, ſed in cauſa ſeu ratione ſui dicti. l. Papinianus exuli. iuncta gloſſ. in verſi. idem. dicto titu. de minori. & corrigitur non in rationibus, ſed in ijs quæ per eas probantur. l. 3. in glo. prim. ff. ad Trebellia. l. lex Cornelia. §. ſi tamen. in verſicu. quia. ff. de iniurijs. & ratio non eſt bona, quamuis dictum principale ſit bonum. Viuianus in l. hæres qui. in poſitione caſus. ad Syllania. nec propter negare vel affirmare, iſtorum aliquid mutatur in re, refert glo. in extrauag. com. execrabilis. in verſic. perſonatus. cir. finem. de præbend. Iacobi. in ſua inueſtitu. in verſicu. inueſtiui talem. num. 12. Immo qui dicerent, illos male diſſe, legis ſeriem intelligere non potuerunt. §. ſed
16 mirati. Authen. de raptis mulie. item nota, quod in iure quandoq; innumerȩ authoritates afferunt l. pen. C. de in integrum reſtitutio. Vltimo, quod pacta alia ſunt ſecundum legem, quædam contra
17 legem, & alia præter legem. gloſſ. in l. pacta quæ contra. in verſicu. contra bonos mores. C. de pactis. de primo & vltimo non tractatur hic, ſed de ſecundo: & dicitur contra legem, quia intentio legis eſt, nulli præiudicium facere. Afflict. in §. fin. in ſecundo notab. de inueſtit. de re aliena facta, contra concedentem, quia non eſt eius liberi arbitrij, prout eſſe debet. l. pactum quod dotale. in gl. fin. dicto titu. de pactis. nam propter importunitatem, quandoque non concedenda conceduntur. not. in capit. vnic. de relig. domib. in 6. contra conceſſionarium, quia comodo illius rei priuatur, cum aduerſus bonos mores & ius gentium feſtinauerit. l. quædam in iure. §. primo. & l. ſequ. ff. de donatio. contra poſſeſſorem propter periculum captandæ mortis. l. fina. dicto titu. de pactis. idem in pacto de non habendo regreſſum ad bona paterna, quia non valet. Aluarot. hic columna
18 quarta. poſt medium. Inde infertur, quod ſi Princeps inueſtiuit me de feudo Sempronij, quem credebat mortuum, & viuebat: vel vacare per mortem, & tamen vacauit alia cauſa, inueſtitura non tenet. Sed vt teneat, quid fiet. Iacobi. ſupra. nu. 13. vſque ad 15.

Accomoda dicta Iſern. in eo quod dicit circa principiú. ſcilicet, infeudatur, dic, ſcilicet in feudum. Ibi, quod valeret, dic, quia valeret, dum dicit, infra, in feud. conſt. ſucceſ. minoribus, dic, infra, ſi de feud. defunct. militis controuerſi. fue. capitu. minoribus. Ibi, ſed ſi eſſet pactum alias, non prædicto modo de futura ſucceſſione, pactum non valeret, vt l. hic in gloſſ. niſi & tunc conſentiat. his de cuius hæreditate agitur. Dic, ſed ſi eſſet pactum non prædicto modo de futura ſucceſſione valeret, alias non, vt hic in gloſſ. niſi conſentiat is de cuius hæreditate agitur. Ibi, hoc modo non poſſit hoc. capitu. intelligi, quia dominus dabat Non ius ſuum ſeu feudatarii. Vult dicere, hoc modo non poſſit hoc capitu. poteſt legi, quia dominus dabat non ius ſuum, ſed feudatarii. in verſicu. Item poſſet intelligi, ponit Iſer. alium intellectum & dum dicit, ſed quantum ad hoc vt. de euictione agatur, ſi fuerit ignarus qui recipit. Ibi, & maxime ſi ſtipulatus eſt de euictio. Cod. de euictio. ſi ſciens, dic, & maxime ſi ſtipulatus eſt euictionem. Codice, de euictio. l. ſi fundum, ſciens. Ibi in conſtitu. Imperialem. §. nun autem, dic, vt in conſtitu. Imperialem. §. nos autem. Ibi, priusquam redebit, dic, poſtquam redibit. Ibi, in uicem, dic occaſionem cauſæ.

De vſu Mediolanenſium, ſecundum quoſdam. Tit. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Secundum, limitat & reſtringit.*
2 *Conſuetudines tantum habent de eſſe & effectu, quantum de vſu.*

AD RVBRIC.

QVia prohibetur dare pignus, vt inde ad certum tempus non ſoluta pecunia habeat in feudum, vt ſupra tit. prȩcede. nunc reſtringitur & limita-
1 tur: nam hoc importat dictio, ſecundum. Deci. in conſi. 360. columna tertia. poſt medium. 402. columna ſecenda. poſt nume. 2. & 407. colum. quarta. poſt princ. non habere locum Mediolani, in in-
2 fraſcripto caſu, quia conſuetudines tantum habent de eſſe & effectu, quantum de vſu. Gloſ. Pariſ. titu. primo. §. tertio, nume. 10. in fine. Sed non vtimur, dicit Iſern. in textu in principio. & lex ſequens cum præcedenti, faciunt ad titulum præcedentem, per quandam ſimilitudinem. glo. in l. fin. in verſic. damnatur. ff. de calumnia.

SVMMARIVM.

1 *Terra eſt nomen generale aptum comprehendere regnum.*
2 *Deinde, eſt aduerbium temporis vel ordinis.*
3 *Tempus longum, tempus quod dicitur.*
4 *Pecunia, vt ſpecies accipitur.*
5 *Vnde, ideſt ex qua cauſa.*
6 *Prudentes, Procul videntes.*
7 *Pater ſi poſſedit per 30. annos, & fecit ſeruitia cõſueta, in tali feudo ſuccedit filius.*
8 *Neceſſe, ideſt vtile, uel, ſi uoluerit.*
9 *Per, deſignat conditionem natura.*
10 *Poſſeſſio triennalis, cum praſtatione ſeruitij, inducit*

eit præſumptionem feudi, etiam quod allegetur
fuiſſe dictum in ſign ius.
11 *Ciuitas, caſtrum, oppidum, uilla, & terra, quæ*
ſint.
12 *Tempus modicum, multum, breue. magnum, diu-*
tius, longiſſimum, & longum, quale.
12 *Iuramento purgatur conſcientia.*

AD ·TEXTVM.

QVidam.) Alibi: qui non eſt cognitus
a Deo, per approbationem. Apoſtillę
maiores ſuper Lucam. capi. 16. Obli-
gauerat terram.) Quod eſt nomen ge
1 netale, aptum comprehendere regnum, prouin-
tiam, villam, vel caſtrum. cap. cum in partibus. de
verborum ſignificationib. hic venit caſtrum. Ale-
xand in conſilio 114. num. 11. quarto volumine.
Quon lam ſuo militi. Deinde.) Quod eſt aduer-
2 bium ordinis vel temporis. Lucas in capit. 3. poſt
princip. C. de bonis vacan. Cum filius ſui domini,
non poſt multos dies] Lucas capit. 15. Vel Longū
3 poſt tempus.) Quod dicitur 20. annorum. l. pri. &
2. C. de longi tempo. præſcrip. hic 30. Præpoſ. hic
in prin. Pecuniam.) Et ſic quantitatem pro ſpecie.
4 l. plane. la pri. §. primo. in verſic. comparandum.
de leg. pri. Offerendo pignus liberare voluiſſet.]
Quia ſoluto debito, res pignori cauſa obligatas
reſtituere debebat. l. pen. C. de pigno. actio. Filius
militis contendebat.) Replicando. l. ſecunda. ff. de
exceptio. Patrem ſuum a domino ſuo defuncto,
de prædicto pignore, inueſtitionem feudi dece-
piſſe.) Et ſic mutata ſibi cauſa poſſeſſionis, incœ-
piſſe poſſidere ex alia extrinſecus ſuperueniente.
l. 2. §. penultim. l. ſi adeo. §. penulti. de acquirenda
poſſeſſion. puta habuit in pignus, ſed poſtea præ-
ſtando ſeruitium poſſedit vt feudum ſpatio 30. an
norum. Iſer. hic in princi. Vnde.] Ideſt, ex qua cau
ſa. Archidiaco. in capit. illa. circa finem. 12. diſtin-
5 ctio. Viri prudentes.) Procul videntes, ſecundum
Iſidorum. refert Iſern. in capit. prim. poſt numer.
6 10. circa medium. hic finitur lex. Mediolanenſes
interrogati laudauerunt.] Vt in capit. ſancimus, lo
ſecundo. quo tempore miles. In electione filij mi-
litis.) Ideſt vaſalli. Præpoſitus hic in princip. Eſſe,
cum duodecim ſacramentalibus iurare.) capit. pri.
de contentio. inter domi. & fide. de inueſtitu. feu.
Patrem ſuum vel ſe a domino ſuo per inueſtitu-
ram, terram prædictam tenuiſſe.] Et hoc quia ma
gnum comodum eſt poſſidere. l. prim. §. primo. ff.
de ſuperficiebus. l. 2. vti poſſidetis. & datur iuramē
tum, quia ſunt aliqua quæ iudicem mouent. Iſern.
hic poſt nume. prim. Ita vt per triginta annos con
teſtatio pignoris a parte domini aduerſus ipſum
vel patrem ſuum facta non fuiſſet.) Et ſucceſſiue
7 cum pater poſſederit per triginta annos, & fecit
ſeruitia conſueta, filius ſuccedit. Præpoſit. hic nu-
mer. 3. Qui, ſi iurare noluerit, filius defuncti do-
mini necesse habet iurare.) Ideſt vtile erit. Archi-
8 diaco. in capit. neceſſe eſt in prin. 47. diſtinct. in ca
pit. nullus. 55. diſtinct. & expediens. Idem Archi-
diaco. in capit. ſecundo. in princi. 12. quæſtio. pri.
ſi voluerit. l. 5. in gloſſ. 2. ff. de collatio. dotis. Cum
duodecim ſacramentalibus.] §. cum autem. & §. ſi-
militer, ſi de inueſtitur. feud. controuer. fuerit. &
iurabit, Defunctum militem vnde.] Ideſt poſt da-
tionem pignoris. in ſimil. ſupra de alienatio. feud
9 poſt princip. Per,) Quæ deſignat condinionem na
turæ. Diuus Thomas ad Epheſios. 5. ibi, vt inno-
teſcat. columna tertia. poſt medium. & ſic in con-
ditionem & naturam, feudi inueſtitum non fuiſſe
quod ſi ita iurare recuſet: Inueſtire ipſum filium
militis, qui petijt inueſtituram veterem, & polli-
citus eſt fidelitatem. Iſer. hic poſt prin. Domini fi
lius de dicta terra per feudum debet) Ideſt neceſ-
ſe habet. Aluar. hic, ante nu. pri.

Declarato textu, exemplificatio eſt facilis. Sed
dubia reddebatur conſultatio: nam videbatur,
quod nunquam currat præſcriptio. l. cum notiſſi-
mi. §. fina. de præſcriptio. triginta vel quadraginta
ann. etiam quod mutetur in aliam cauſam, quia
debet ante omnia reſtitui domino. l. ſi alienam. ſo-
luto matrimonio. Secundo præſcriptio ius crea-
tum auocat, nouum autem ius non creat. gloſ. fi-
na. poſt medium. in capit. ſi diligenti. de præſcrip-
tio. gloſſ. ſecunda. in capit. nullus. prim. quęſt. pri.
ſi quod tenuit vaſallus in pignus poſſit conuerti
in cauſam feudi, ius domini amitteretur, & no-
uum crearetur in perſona vaſalli: & tamen vltra
quod eſt contra naturam præſcriptionis, vna & ea
dem res operaretur diuerſos effectus, contra l. in
numerationibus. ff. de ſolutio. Tertio, pignus eſt
in bonis debitoris. l. pignus, Codice, de pignor. a-
ctio. & nomine ipſius creditor poſſidet. l. qui pi-
gnoris. de acquirend. poſſeſſion. ſucceſſiue credi-
tor qui pro alio poſſidet, nullo tempore præſcri-
bit. l. male agitur. dicto titu. C. de præſcript. 30.
vel 40 ann.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, &
ratio vltra. Aluarot. hic col. 3. in fi. eſt quia inopia
probationum, aliquibus concurrentibus, vt per
Iſer. hic, domini religione cum duodecim ſacrãli-
bus res deciditur. d. c. pri. de content. inter domi.
& fide. de inueſti. feud.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam quando
in pignore eſt appoſitum pactum legis commiſ-
ſoriæ, odio creditoris nunquam præſcribitur. Se-
cus ſi creditor vellet ſe tueri alio iure: puta præ-
ſcriptione triginta annorum poſt interuerſam po
ſeſſionem, quia tunc poſſet, vt hic. Afflict. ſupra
titu. præced. capit. prim. in ſecundo not. poſt nu-
mer. 8. & in glo. in verbo, quandoque. poſt nu-
mer. 73.

Secundum non obſtat: nam non eſt nouum
ius, ſed finis primi, & incohatio ſecundi: ſicut in
termino prorogato. Bald. in conſil. 350. columna
ſecunda. circa medium. quinto volumine. & poſ-
ſit ſe ex ea tueri poſſeſſor, ſed non agere. Afflict. in
capit. ſi quis per 30. poſt nume. prim. ſi de feud. fue
rit controuer. inter domi. & agn.

Non obſtat Vltimum, nam verum eſt, quòd pi
gnus nunquam præſcribitur, ſed potuit cauſam
dominii mutare noua cauſa extrinſecus ſuperue-
niente. l. quarta. ad legem Falcid. l. cum nemo. C.
de acquirenda poſſeſſione. cauſa quæ ſuperuenit,
fuit recognitio in feudum, cum præſtatione ſerui-
tii, quæ non ſolum mutat, ſed mutatur. l. pen. in
ver. pecunia. in fine. ff. ſi pars hære. petat. & ſic re-
manet firma concluſio, quòd poſſeſſio trienna
lis cũ pſtatione ſeruitii, inducit pręſumptionē feu
10 di, ēt quòd allegetur fuiſſe datum in pignus. Intel
lige habere locum, non ſolum in poſſeſſore, ve-
rumetiam & in ipſius hæredibus, & non ſolum
ſi tra-

ſi tractetur de vtili dominio feudi, verumetiam & ſi de eius inueſtitura, ſupra ſi de inueſtitu. inter domi. & vaſa. lis oria. fere per tot. & poſſeſſio prædicta non ſolum ſufficit, ad inducendam præſumptionem, verumetiam & ad inducendam præſcriptionem feudi. dicto capitu. ſi quis per triginta. ſi de feud. defunct. militis controuerſ. fuer. & habet locum, non ſolum ſi iurat cum duodecim ſacramentalibus, verum etiam ſi cum aliis paribus domus vel curiæ. capit. prim. ſupra de pigno. dato quid iuris ſit.

Reſtringe tamen in re pignori ſimpliciter data: ſecus ſi cum pacto legis commiſſoriæ, quia non tenet. Iſern. ſupra titu. præceden. capitu. prim. numer. ſecun. Item procedit, quando cum poſſeſſione concurrit etiam præſtatio ſeruitii, aliàs ius luendi longiſſimo temporee non præſcriberetur. l. nec creditores. dicto titu. de pign. actio. Afflict. hic in ſexto notab. numero ſeptimo. Vltimò intellige, ſi pignus non fuit vltra medietatem feudi, alias olim non poterat. Iſer. in §. aut ſi libellario. & §. rurſus. Quibus modis feud. amitt. hodie ſecus. leg. final. Codice, de rebus alienis non aliena. capi. Imperialem. de prohibita. feud. aliena. per Frederic.

Nota, quod habemus, ciuitatem, caſtrum, oppidum, vllam, & terram, Ciuitas eſt nomen collectiuum vniuerſale. Bald. de capi. qui curi. vendic. numer. ſecundo, circa finem. & dicitur quaſi ciuium vn tas. Diuus Thomas in 8. tertij nocturni. Deus noſter refugium & virtus. Ibi, fluminis impetus. vel hominum multitudo aliquo ſocietatis vinculo colligata. Lucas in l. prim. poſt princi. C. de bonis vacani. & in l. fina. circa princip. de legatio. & iure antiquo, antequam eſſent Epiſcopi & Archiepiſcopi, erant tres ordines ciuitatum. maximę, maguæ & paruę. additio. ad Barto. in l. vnic. num. tertio. C. de Metropoli Ber. hodie ciuitas dicitur, quæ habet vel habuit Epiſcopum, ſeu eam hoc titulo Princeps decorauit. Cap. in ſua inueſtitur. in verſic. feudum. clauſulæ, ibi, ciuitatem Tarenti. Caſtrum, eſt locus habitatus munitus muris ſeu vallib. Cap. vbi ſupra. ibi, caſtris. & dicitur quaſi caſa arcta. nam non debet eſſe diffuſum, ne tempore belli egear magna cuſtodia hominum & victualium. not. in capitu. ſi ciuitas. de ſenten. excom. in 6. & capitur pro arce. Bald. in §. ſimiliter. numero pri. in fin. Quibus modis feu. amitt. in cuius conceſſione licet veniunt vaſalli, non tamen includuntur habitatores. Idem Bald. in capitu. in generali. numero quarto. ſi de feud. fuer. controuerſi. inter domin. & agna. vaſ. Oppidum autem eſt genus, aptum compræhendere ciuitatem & caſtrum. Cap. vbi ſupra. Ibi, oppidis: nam dicitur magnum & amplum caſtrum: & eſt neceſſe quod ſit amplum, ad hoc vt tempore belli poſſent homines in eo retrahere bona ſua, nota. in d. c. ſi ciuitas. Inde oppidum ab ope, quaſi dans opem: vel ab opibus ibi reponendis, cuius rei cauſa męnia ſunt conſtituta. Gemi. in d. capitu. ſi ciuitas. & l. pupillus. §. oppidum. de verborum ſignificationib. Villa ſtricte capitur pro parua caſa, quæ eſt in rure ordinata ad reponendum inſtrumenta agri. inde colonia dicitur uilla. leg. eius qui. in verb. colonia. ff. ad municipa. leg. prima, in gloſſa ſeciſda. ff. de ceſſibus, l. pri. in prin. ver. in colonijs. C. de lati. liber. tollē. large vero eſt locus habitatus, non circundatus valle aut muro. Cap. ubi ſupra. ibi, uilla. & dicitur a valle, quaſi vallata, non munitione murorum, ſed multorum robore. Gemi. in dicto capitulo, ſi ciuitas. numero 8. & in regno dicitur caſale, vt per Cap. ibi. de terra dixi ſupra cum textu. Secundò nota, quòd habemus tempus, modicum, multum, breue, magnum, diutius,
12 longiſſimum, & longum. modicum dicitur decē dierum. Iſer. in §. finali, columna penultima in pri. de controuer. inueſti. leg. promiſſor. §. primo. in ver. modicum. ff. de conſtituta pecunia quandoque triennium, quadriennium, ſeptennium, infra decennium. gloſſa finali, in clementina prima, de rebus eccle. non alienan. vel iudicis arbitrio. capitulo ſecundo, in ver. non modicum. de rebus eccle. non alienan. in 6. multum dicitur non minus triennio. le. prima. C. de fideicommiſsis. quandoque quinquennium. Auth. vt nullus fabricet. in ver. multum. vel multum & breue arbitrio iudicis. l. Item ſi vnus. in verb. ſi multo. ff. de arbitris. magnum dicitur, quadriennium. lege, vxor. C. de repudijs. Diutius, extenditur vſque ad biennium: aliquando vſque ad quinquennium, vel arbitrio boni viri. capitulo primo in ver. diutius. de coniugio leproſo. longiſſimum lex capit vario modo: nam interdum vocat ſpatium centum annorum; quandoque quadraginta, aliquando triginta annorum. Bal. in conſilio quarto numero quinto tertio volum. die longo, dixi ſupra. Vltimò nota, quòd ius offerendi tempore tollitur. l. ſi finita. §. poſtea autem. in gloſſa penultima, in fi. de damno infecto. habens facultatem recuperandi rem venditam, a tali facultate ſpatio 30. annorum excluditur. Anchara. in conſilio 332. columna ſecūda. Deci. in conſilio 164. columna tertia circa medi. & nulla actio præter hypothecariā extenditur ad. 40. annos. l. ſi ſic. in gloſſa ſecunda. ff. quēadmodum ſerui. amittat. & præſcribitur ius pignoris, vt hic, & Bald. 342. primo volumine. Iſer. uero exemplificat textum, ponit rationem, ampliat & limitat. & verba illa, aliàs quàm de terra, credo quòd uitio ſcriptoris. Aluar. in ſimi. in capitulo primo numero quinto, poſt medium. quæ ſit prima cau. benefic. amit. ſint ſuperflua, & dictum in milite, ampliat idem eſſe in extraneo, & reſtringit textum in poſſeſſione tricennali, non data interruptione per litis conteſtationem, & quod poſſeſsio illa ex alia cauſa, & non egerit actione primeua ſed alia. capitu. inter dilectos. in verſicu. locatio, de fide inſtrumentorum. nam tempus longiſsimum cum præſtatione ſeruitij inducit inueſtituram, præſumptam, in damnum negligentis, & ſi poſſeſſor non vult iurare, iurabit filius domini, & ſi neuter, debet decidi cauſa pro poſſeſſore, ſicut ſi delator non comparet, ſecundum poſſeſsorem pronunciari oportet. lege ſecunda. §. ſi na. ff. de iure fiſci, quia cum de lucro duorum quæritur, melior eſt cauſa poſsidentis. l. nemo prædo. in fine. de regulis iuris. ſed propter præſumptionem quæ naſcitur ex pignore, vt hic, probabit etiam poſſeſſor. §. ſiue igitur. in verſicu. monſtraueerit. Authen. vt cum de appellatio. cogno. Bald. ſupra de controuerſ. inueſtitur. in princip. poſt numer.

me. 9.& ſit. Iuramēto,quo purgatur conſcientia:
13 not. in capitu. ſi vero,lo ſecundo. de ſentent,excommunic.

Iſcrn,dum dicit,inueſtituram ſcilicet veterem, dic,inueſtituram tanquam de feudo veteri,Ibi,ita vt per triginta annos conteſtatio non fuerit aperte, dic,vt per triginta annos non allegauerit,quòd ille pignorauerit huic filio militis.Ibi, §.dedi,dic, Codice, de edi, ibi, de pignor.actio.neque, dic, nec. Dum allegat, de præſcript.triginta ann. cum notiſsimi.§. ſin autem,dic de præſcriptio. triginta ann.l,cum notiſsimi.§. ſed cum.ver. ſi autem. Negatiua quomodo probetur. gloſſ. in capitu. bonæ memoriæ, in verſicu. per rerum naturam. de electio. Barto.in lege prima, Codice, de cano, frum, vrbis Romæ.in gloſ. penultima. in clemen.fina.de reſcript, Quid ſi pignoraui rem cum pacto, quòd ſi non ſoluerem ad certum tempus, poſsit creditor eam vēdere,ſi non vendidit poſsum poſtea offerre pretium. Zabar. in clementina vnic, in verſicu, nos itaque, numero decimonono. de iureiurand,

FINIS PRIMI LIBRI.

D. IO. PAVLI BALZARANI
I. C. PRÆSTANTISSIMI,
INTERPRETATIONES, SEV PRAELECTIONES
ad Secundum Librum, de Feudis.

De feudi cognitione. Tit. I.

SVMMARIVM.

1 *Rubricæ iſtæ quòd fuerunt male ordinatę.*
2 *De, dictio quot modis capitur.*
3 *Cognitio feudorum ad quem pertinet.*
4 *Feudi ſummaria cognitio.*

AD RVBRICAM.

1 RVBRICAE iſtæ fuerũt ma
le ordinatę. Odo. i proœ. ſuæ
ſummæ. Affli. in rub. infra, an
apud iudicem vel curiam do
mi. & cũ bona venia cõpila-
torũ, multoties reperiuntur. Idẽ
Cur. in pſatione ſui tractatus
feudalis cir. med. nec vadũt ſm ordinẽ. Affl. i rub.
de eo qui ſibi & hær. ſuis. Iõ non cõtinuatur. Iac.
de Beluiſo, in rub. ſupra, de feu. guar. Cam. in c. im
perialem, col. 6. in fi. de prohi. feu. alie. per Fræde.
Nec curauit Iſer. ipſas continuare. Affli. in rub. de
capi. qui curi. vendi. ſed tantum fuerunt factæ gra-
tia facilioris inuentionis. Idem Affli. in rub. de duo
bus fra. à capi. inueſt. Ideo, pro eius declaratione
2 dic quòd, De, dictio quandoq; auget. glo. in c. pri.
in ver. deproperet. de appellat. iune. glo. 2. in cap. 2.
35. diſti. Bal. in con. 167. nu. m5. 2. vol. Aliquando
auget & priuat. clem. vni. §. nos itaque. cir. pri. de
iureiura. abundat quandoque. l. pri. in ver. recte. de
aqua quoti. & æſtiua. denotat aliquando cauſam
rimotam. l. ſi finita. §. pri. in ver. de loci. ff. de dam-
no infecto. vltimò ſignificat cauſam immediatam.
Deci. in conſi. 624. num. 3. & col. fin. in pri. 5. vol.
quæ eſt cognitio feudorum, vt hic. Cognoſcit autẽ
3 princeps uarijs modis. Lucas in l. 3. in pri. C. de mũ
ci. & colo. & patri: in iudicijs plena, ſummaria, &
extra ordinaria cognitione. l. ſi is a quo. in ver. de ſa
tiſdatione. & in ver. ſummatim. ff. vt in poſſeſſ. le-
ga. Quo ad nos eſt, rem per cauſam cognoſcere.
Lucas in l. 2. in pri. C. de his qui ex publicis ratio-
cinijs. quærendo & non negligendo. l. cum ij. §. ſi
prætor. ff. de tranſactio. nec ſufficit aſſiſtere. l. pri.
§. fin. ff. de autore. tuto. niſi ſciat rationem reddere.
Lucas in l. cum ſcimus. in pri. C. de agre. & cenſi.
4 eſt autem feudum, ſimile homini. Iſer. in conſt. cõ-
ſuetudinem prauam. cir. fin. ſicut peculium. Azo
in Sum. C. quod cum eo. poſt num. 16. gerit vicem
perſonæ, ſicut hęreditas de iure Romano. Iſer. in
d. conſt. dicitur perſona repręſentata, ſicut com-
munitas eligendo conſules. Alex. in conſi. 35. poſt
nu. 19. 4. vol. Baro repræſentat illud, ex quo neſcit
loqui. Affli. in deciſ. 324. nu. 16. Radices eius ſunt
duæ, amor & honor. Bald. an mutus vel aliter im-
perfe. col. pen. in fi. poſt nu. 5. eius caput eſt domi-
nus. Idem Bal. in c. pri. nu. pri. cir. med. Quid præ-
cedere debet, inueſt. an fidele. Vaſalli ſunt pars &
non totum. Bal. in c. in generali. in fi. ſi de feu. fue-
rit cõtro. inter domi. & angu. vaſa. ſicut coloni ſunt
membra villę ſeu caſalis, in quo habitant. Lucas in
l. cum ſariſ. cir. pri. C. de agre. & cenſe. quia eſt ho-
mo mutus, lex pro eo loquitur, & fingit quod eſt
neceſſarium pro eius victu. Fre. de ſuffe. lib. 2. ibi,
trigeſima ſeptima authoritas. col. pri. in fi. & 2. in
pri. & de formulis inueſtiturarum, lib. 3. ibi, quia,
nu. 5. & 8. in fi. Baro vicem gerit: & non officij, ipſe
agit & excipit, & ſententia fertur pro feudo, & cõ-
tra feudum. idem Fre. vbi ſupra. lib. pri. de origine
Baronum, ibi, alia. num. 13. in fi. 22. cir. fin. & 23.
& lib. 2. ibi, ſæpe fui interrogatus. nume. 10. & 27.
ſicut in ſeruitutibus verba ſententiæ poſſunt diri-
gi prædio declarando illi deberi vel nõ deberi ſer
uitutem. Bal. in l. qui aliena. §. fi. ff. de nego. geſtis.
feudum aliud eſt, & aliud feudi poſſeſſio. Bal. in c.
pri. num. pri. in fi. de mili. vaſa. qui contu. eſt. Inter
alia ſingolaria, quæ habet, eſt hoc præcipuũ, quod
non poſſit alienari. Pernus in conſ. 12. col. 14. cir.
prin. nu. 1. nã cõparatur campo Martio, licet aliqui
tra. Cam. in d. c. imperialem. car. 26. col. 2. cir. fin.
& 27. col. 3. in pri. ſunt bona caſtrenſia uel quaſi.
idem Cam. in §. præterea ducatus. car. 106. col. 4.
cir. prin. Lucas in l. vni. col. pri. cir. medi. C. de ca-
ſtren. omni. palati. pecu. Vltimò, non naſcitur, ſed
fit Fre. vbi ſupra, de formu. inueſt. lib. 3. ibi, ſed poſt
quam, num. 14. in pri. per quæ verba pręſumatur,
& quando non, in con. fer. diuer. pri. num. 15. 17.
18. 41. 42. 46. & 54. ante & poſt, & quid in regno.
Fre. ubi ſupra, lib. 2. ibi, vigeſimanona authoritas.
num. 4. & poſt. In iſta materia diuerſę prouinciæ
diuerſas ſeruant conſuetudines. In Italia mortuo
patre, feuda æquis portionibus inter filios diuidũ-
tur. In Gallia primogenito debentur. In Germa-
nia diuerſa conſuetudo obſeruatur. Ludo. de Mo-
lines. de Hiſpano. primog. lib. 1. c. 13. nu. 49. & tan
dem iſta materia habet ſuos canones, & diuerſas
rationes. Fre. de ſuffe. lib. 2. ibi, ſexto quæro. cir. fi.
vt uidebimus infra cum textu.

SVMMARIVM.

1 *Obertus quis & vnde.*
2 *Dilectum, quaſi in vnum ligatum derivatur.*
3 *Frequenter dicitur, quod bis fit.*
4 *Uſus feudales non ſeruantur in Francia, ubi habe
tur diſpoſitio iuris communis.*
5 *Ius Longobardum in regno Sicilię per inuetera-
tam quandã conſuetudinẽ derogat iuri Romano.*
6 *Quamquam, pro quamuis accipitur.*
7. *Variatio admittitur circa diuerſas res, & in diuer
ſis inſtantijs.*
8 *Breuiter dicitur fieri, quamuis multa dicantur.*

9 *Neceſ-*

9 *Neceſſarium, ideſt utile.*
10 *Legum Romanorum non eſt leuis, aut uilis, imm magna authoritas.*
11 *Legis huius auctoritate, fit contra leges imperiales.*
12 *Peritus, idem quod doctus, inſtructus, ſapiens.*
13 *Conſuetudo localis in feudis eſt attendenda: poſtmodum eſt recurrendum ad ius feudorum, & poſt ad legem ſcriptam.*
14 *Cauſa feudales deficiente conſuetudine, iudicantur ſecundum ius Romanum.*
15 *Conſuetudo præfertur legem & poteſt alterare diſpoſitionem iuris communis.*
16 *Similibus ad ſimilia proceditur in cauſis feudalibus.*

AD TEXTVM.

OBERTVS.) Compilator harũ con
1 ſuetudinum, Iſer. in cap.pri. in vers
quòd ſi veritatem. poſt nume.3.ti de
inueſt. inter domi. & uaſa. quæſtio
ores.fuit Mediolanenſis. Idem Iſer.ſupra in præ
lu.poſt nu.17. in cap. pri.num.2. in fi. quæ ſit pri.
cau.bene.ami.& Aluar. hic cir.pri. & ibi, conſu.
addi.ad procemium ſummæ Odoffr. in ver.Ober
tus.fuit forte in Catalonia & Hiſpania. Iſer.in §. &
ſi dominus. num.11. poſt med.de milite vaſa.qui
contu.eſt, Debito,) Non denotat locum originis.
Bar.in l.pri.num.6 ff.de tuto. & cura. datis ab his,
ſed potius nomen agnationis & familiæ.addi.præ
di.ad Odoffre. Anſelmo filio ſuo,) cap.pri. in pri.
2 infra,in quibus cau. ſeu.amet, Dilecto,) Quaſi in
ſe duos liger. Arch. in c.omnibus.cir.pri.24.quæſt.
pri. Salutem,) Dicendo, loquitur. Grama.in ver
bo, ſaluto, Cauſarum,] Dicit cauſarum, propter il
larum pluralitatem. Zabar.in clem. ſæpe. in ver.ſi
tamen. num.2.poſt med.de verb.ſig. Quarum co
gnitio frequenter,] Saltem bis.c.monaſteria.& ibi
3 glo.de vi a & honeſt.cleri,vel frequentiam & aſſi
duitatem notat.Inuo.in c.pri.de fideiuſſo. Nobis
committitur,] & ſic Obertus non fuit Imperator,
ſed Iuriſconſultus, cui frequenter committebãtur
cauſæ feudales. Aluar.ſupra eo. in rub. & Iſer.hic
4 in pri. Aliæ diriminuntur iure Romano,) Nam Fran
ciæ, vbi habetur diſpoſitio iuris communis, non
recurritur ad iſtos vſus feudales, ſed ad ius com
mune.glo.Par.tit.pri.§.30.num.95.& 135.in pri.
& ubi eſt conſuetudo omittitur ius commune.ea
dem glo. Pari.4.tit.pri.§. pri.poſt nume.44. Aliæ
5 verò legibus Longobardorum,) Nam in regno Si
ciliæ pp inueteratam quandam conſuetudinem,
ius Longobardorum derogat iuri Romano. An
dreas de Barulo in legibus Lõgobar.in pri. & quã
do aliquid non eſt determinatum iure Longobar
dorum,recurritur ad ius Romanum. Idẽ Andreas
in tr.pri.in fine Longobar. Aliæ autem ſecundum
regni) ſcilicet Italiæ conſuetudinem. c.tibi domi
no.63.diſt.Iſer.hic cir.prin. in aliis attenditur con
ſuetudo regionis. cap.ſi quis virorum. in glo. 30.
6 diſt.1. Quæ quamquam,] ideſt quamuis. Archi.in
c.quomodo.cir. pri.de conſecra. diſt.4.ſunt variæ,
& quamquam ſecũdum diuerſorum locorum aut
curiarum mores ſint diuerſæ.) Et ſic ſecundum di
uerſa loca, diuerſi mores obſeruantur. Odoffr.in
ſum. quæ iura obſeruentur in feudo. in pri.& ad
7 mittitur variatio circa res diuerſas. l.de rebus, ubi
ita ſum.Bar.ff.rerum amota, & in diuerſis inſtan
tiis. l. Aurelius.§.fin.de libera, lega. Nec breuiter
8 poſſint dici,) Quamuis multa dicantur: ſicut mul
ti dicuntur pauci reſpectiue ad plures. Zabarel.in
clem.vni.in ver. nos itaque.in 4.not. de iureiuran.
Nec hoc,) Quod eſt demonſtratiuum ad oculum.
l.nemo.ff.de hære.inſtitu. Libello.) Quod eſt dimi
nutiuum, libri: ſicut codicillus diminutiuum co
dicis. Codex verò capitur pro libro. Aluar.hic col.
2.poſt pri. Facile comprehendi,) inſpecta perſona
authoris. l.continuus. §.illud. in vers. incomodum.
de uerb.obligat. Vſum tamen feudi, qui in noſtris
partibus obtinet, prout poſſibile eſt exponere tibi:
9 neceſſarium.) Ideſt vtile. glo.fin.in l.pri. ſoluto ma
tri. Duxi,) in iudicio enim quod de feudis agitur:)
Quia exorbitans à iure communi. Præpoſi.in §. &
quia. num.29.in fi. de his qui feu.dare poſſ. Dici
ſolet illud, quod eſt legibus noſtris contrarium,)
videlicet, quòd licet legum Romanorum, aliàs cõ
ſuetudinis vſusque longæui, Odoffr.in d.ſum.quæ
10 iura obſeruen.in feu.in fi.nõ ſit vilis, leuis: immo
magna autoritas. Caſſa. in procem.conſu. Burgu.
nu.12. Archi.in c.conſuetudinis.poſt med.11.diſt.
licet in multis locis non recipiatur.c. ſuper ſpecul.
vbi Abb.3.not. de priuilegiis. Sed non adeo vim
ſuam extendunt, ut uſum vincant aut mores.) Et
ſic fit contra leges imperiales authoritate huius
legis hoc permittentis. Zabar. in ſimi.in clem. ne
11 Romani. in pri.num. 2 cir.fin.de electione. aliter
in c.cum cauſa. de ſent.& re.iudi. Strenuus autem
iuriſperitus,) ideſt, doctus, inſtitutus, ſapiens. Ar
chi.in c.memo.11.quæſt.3. alibi diſcretus iudex &
ſtrenuus iuris peritus, cum euenit caſus, non tur
betur rugitu leonum, ſed iuſtum det iudicium de
lege ſcripta & conſcientia fulcida: nam inſipida
12 eſt conſcientia ſine ſcientia: & diabolica eſt ſcien
tia ſine conſcientia. Fre.de ſuffe. lib.pri.de origi
ne Baronum. in pri.num.53.& 54. vel, Sicubi ca
ſus emerſerit, qui conſuetudine feudi non ſit com
prehenſus abſque calumnia,) ideſt, quòd per calũ
niam opprimetur. Archi.in c.ſi ſacerdos.6. quæſt.
pri. Vbi poterit lege ſcripta,] & ſic, quando non
reperitur aliquid expreſſe deciſum contra ius com
mune, ſtamus illi. Iaſ.in l.re coniuncti.nume.226.
13 de lega.3. vel particularis & localis conſuetudo
eſt attendenda in feudis, poſtmodum recurren
dum eſt ad ius feudorum: & in defectu ipſius ad
legem ſcriptam. Caſſan.in conſue. Burg. rubr. 3.
in pri.num.17. & cauſa feudalis ſecundum diuer
ſas regionum cõſuetudines diuerſimode determi
natur. Hoſt.in ſum. de feudis.in fi. & per illa ver.
Sicubi caſus emerſerit.) videtur quod vbi contra
rium non inuenitur, quod eſt ex libris prudentum
in ſua maneat firmitate. l.vni.§.fin. C. de rei vxo.
actio. & videtur per illa verba, voluiſſe reſeruare
omnia alia iura ab aliis facta, quæ in hoc volumine
propter ſui breuitatem non potuit comprehende
re.c.fin.in fi.de hæreticis.in 6. vt ſuperatus ad au
xilium commune confugiat.l.3.§.fin.ff.rem ratam
haber.quia feuda imitantur ius commune inquan
tum poſſunt, ſalua feudali natura. Bal.in agnatus.
nume.13.in fi. & in defectu ipſius, de ſimilibus ad
ſimilia.glo.pri.in l.de quibus.ff.de legi. ex legibus
optimis ſumendo occaſionem.§.pri.cir.pri. Auth.
de reſtitutio.& lex probat per ſimile. l. ſed & ſi. in
ver.omnium.de Carbo.edi ſtatuit ex ſimilitudine
iuris ciuilis vel honorarij. l. ſeruo inuito. §. ſi pu
pillo.

pillo.ff. ad Trebell. exemplum pignoris ſequitur.
l.is cui.§.quæri.ff.vt in poſſe.lega.propter expreſ-
ſam ſimilitudinem uel identitatem idem eſt iudi-
cium.c.inter corporalia.de tranſla.epiſco. nec diſ-
ſimilem rationem ſequitur. l.tutor. ff. ad Velleia.

Declarato textu, videbatur dicẽdum, quod cau
ſæ debeant decidi iure ſcripto, & non conſuetudi-
ne: quia licet conſuetudinis non ſit vilis authori-
tatis, nõ adeo tamen valet ut rationem uincat, aut
legem ſcriptam. c.pri. & c.conſuetudinis. 11. diſt.
ſi non vincit, & lex ſcripta præfertur, debet ſecun-
dum eam iudicari: & quod lege aliqua non inue-
nitur, dicere nõ debemus. glo.in l.plagij.la pri. C.
ad leg. Fabi.de plagia. Petrus in 4.not.col.18.cir.
medi. Secundò, conſuetudo maris ſeruatur & te-
net, cum noſtris non repugnat legibus. Authen.de
nauti.vſu. vbi glo.fin.ſi repugnat, non ſolum non
debet iudicari ſecundum eam, ſed non tenet: quia
valet, ſi lex ei non aduerſatur.l.deprecatio.vbi Bar.
ad legem Rhod.de iactu. Tertiò, conſuetudo licet
ſit magnæ authoritatis, non tamen legibus aut ca-
nonibus præiudicat. not.in c.cum cauſa.de ſent.&
repudi. Si non prȩiudicat; lege regni eſt prouiſum,
quomodo debeat iudicari. Et primo ſecundũ con
ſtitutiones: & in earum defectu ſecundum conſue
tudines approbatas, & demum ſecundum iura cõ-
munia Longobarda, videlicet & Romana, ut in cõ
ſti.puritatem.de præſta.ſacra.baiu.& ſucceſſiue il-
le ordo ſeruari debet, quia ordo verborum, ordi-
nem obſeruationis oſtendit. Lucas in l.medicos.
col.3.poſt pri.C.de profeſſo.& medi.

His non obſtantibus, contrarium determinauit
Obertus: & ratio eſt: quia lex municipalis potius
debet trahi ad legem municipalem, quàm ad ius
commune, cum ſint eiuſdẽ generis, & quia eſt inter
ipſas magis cõſortium ſiue communicatio intelle-
ctus, recurrimus de ſimilibus ad ſimilia: & ſi ſunt
plura ſimilia, ad magis ſimile, quia idẽ reputatur.
Bal.in conſ.408.num.8. poſt med.9. vſq; ad 10.
pri.vol.tangit Affli. hic nu.16.poſt pri.

Qua ſtante, non obſtat primum, nam conſue-
tudo rationabilis, & præſcripta, ut iſta, præiudicat
iuri ſcripto, alia non. glo.fin.in cap.2.de probatio.
vt latius infra. Secundum non obſtat, ex quo mos
fidelissimæ vetuſtatis eſt ſeruandus. l.teſtamenta.
C.de teſtamentis.ſi eſt rationabilis: aliàs non. Iſer.
in cap.pri.num.pri.cir.medi.ibi, circa quȩ.de capi.
qui curi. vendi. ille non erat rationabilis, & pro-
pterea contra legem non tenet.cap.ad noſtram.de
probat. Vltimum non obſtat, nam una poteſt dici
lex, quia vna ſupplet aliam.l. ſi furioſi. C.de nu-
ptijs.una filia alterius. l.4.in glo. fin.ff. de iuris &
facti igno.ommiſſo ordine, quem peruerti non no
cet.glo.in l.ſi quis ira.ff.de hære.inſti. modò unũ,
modò aliud ſeruatur: quia quandoque lege caue-
tur, quod per conſuetudinem habetur. Affli. in §.
item qui domino.num.11.cir.fin.quȩ ſit pri.cau.be
ne.ami. & ſic firma remanet concluſio, quod cau
14 ſæ feudales conſuetudine deficiente, iudicantur ſe
cundum iure Romanum. Intellige, etiã ſi ſunt feu-
di Eccleſiæ vel clericorum. Cap.1 in ver.feudorum
leges.col.pri.cir.medi. Aluar. ſupra tit. pri. de his
qui feu.dare poſſunt.in pri.nume.14. Abb.in cap.
quod clericis.nume.7.& 15.de foro compe. Item
non ſolum in feudis Baronum, verum etiam & Re
gum. Iſer.in rub.de conſu. recti feudi. & habet lo-
cum non ſolum in conſuetudine generali, verum
etiam & in particulari, quæ non ſolum tolleret le
gem, verum & conſuetudinem generalem ſiue ſta
tutum. Cap. vbi ſupra, col.pri.poſt pri. & pen.cir.
medi. Iſer.hic, col.pri.in fi.

Reſtringe tamen prædicta in conſuetudine ra-
tionabili, aliàs non teneret, ſicut nec irrationabilis
contra canones producta. C.ad audiẽtiam.de con
ſuetu.uel contra leges. Iſer.hic poſt nume.2. item
procedit in conſuetudine inducta cum ſcientia &
conſenſu domini, aliàs non prȩiudicat. Cap.vbi ſu-
pra.col.3.cir.pri. Vltimo habet locum in feudo cõ
ditionato: quia in eo debent ſeruari conſtitutio-
nes feudales, & non ius commune. Alex.in conſi.
6.num.9.5.vol.

15 Nota, quòd conſuetudo non tollit legem, ſed
vbi lex deeſt prȩcellit conſuetudo in municipio, in
quo conſuetudo eſt recepta. l.vnica, & ibi glo. de
conſuetu.in Longobar. & tollit ius commune, qñ
exprimitur. Zabà.in clem.1.§.præmiſſa, in 4.not.
de relig.domi. in quibus præualet lex, & quando
conſuetudo, add. ad Specul.in titu.de inſtrum.edi
ctio.§.12.in ver.in fi.poſt medi. & valet contra a-
gnatos etiam in feudo eccleſiaſtico. Hiero.Gabr.
in con.pri.nume.63.in eo habent locum iſtæ con-
ſuetudines. Caſſan.in con.Burg.rub.3.in pri.poſt
num.16. quatenus canones expreſſe non contradi
cunt. Deci.in conſ.131.nume.3. Alex. in conſ.10.
poſt num.4.& 5.5.vol. Iaſ.de his qui feu.dare poſ
ſunt.in pri.nu.5.col.pen.in fi. Intellige in deciſio-
nibus vniuerſali conſuetudine introductis: ſecus
in legibus Imperialibus inſertis in hoc libro: quia
illæ non ligant clericos, niſi quatenus ſunt appro-
batȩ. Ita Cur. poſt multa in ſuo tracta.feu. quæſt.
2. primȩ partis. An autem conſuetudo vincat le-
gem, vltra dicti. Iſer. ſatis rationabilem, magis per
extenſum ponit Lucas in l.vni.col.2. poſt pri. C.
de collatio.donato. Aluar.hic, poſt num.2.ibi, op
pono, glo.fin.in d.l.de quibus. de legi. & videtur
quod quando deficit lex recurrimus ad conſuetu-
dinem. Bal.in l.de quibus.in 2.repet.num.pri.ff.de
legibus. Dic quòd præiudicat, ſi eſt rationabilis &
præſcripta.c.cum cauſa.vbi glo.fin.de ſente. & re-
pudi. inducta & obtenta cum ſcientia principis do
minantis. Iſer.in rub.nume.2.in fi. de conſu. recti
feu. & in c.pri.poſt num.5.de natura ſucce.feu.vñe
quicquid fit contra conſuetudinem reuocatur.cap.
conſuetudo.12.diſt.idem & in ſtilo.Alex. in conſ.
36. num.11.2.vol. aliàs non põt inferior aliquid
ſtatuere cõtra legem ſuperioris. Deci. in con.538.
col.fin.ante nu.12.uel ius commune. Idem Deci.
in conſ.403.num.4.vel reſcriptum glo.fin.in cap.
cum cauſam.de electione.vel pone regulam affir-
matiuam, quòd derogat, cum duabus limitationi-
bus, vt per Bald.in conſi.349.num.3.5.vol. & vn-
decim requiſitis, de quibus Affli. hic num.10. & ſi-
cut poteſt tollere, ita alterare diſpoſitionem iuris
communis. Aluar.in §.hoc autem.nu.3. de his qui
feudum dare poſſunt. ſicut aliquando conſtitutio
iuris communis tollit conſuetudines ſpeciales. Za
ba.in clem.2.§.verum. in ver. nos enim. in 3.not.
de ſepulturis.& conſuetudo non tenet. Idem Za-
16 ba.in clem.pri.in.8.not.de pȩnis. Item nota, quòd
in cauſis feudalibus; etiam culpis, proceditur de
ſimilibus ad ſimilia. Affli.in cap.2. num.4.de feu.
Marchiæ. Caſſa.in conſu.Burg.rub.pri.ibi, & du-
riz de receelles, poſt nume.35.& ibi, concluſio &
approbatio conſuetudinum Burgu. num.8. vſque
ad 9.

ad 9.& ſit extenſio ex identitate rationis, etiam ad onus feudi. Loffr. in §. quid ergo. col. 3. in fi. de inueſti. de re aliena facta. ſimiles culpæ, ſimilem exigunt pœnam. Et dicitur ſimilis, vbicumque lex aſſimilat. vel ratio naturalis, ſecundum arbitrium iudicis. Aluar. in c. pri. num. 3. hic poteſt eſſe titulus, quibus modis feu. ami. & non fit per hominem, ſed per legem extenſio, quando comprehenditur caſus fortioris rationis. Zabar. in clem. vni. ibi, tertio oppono. & num. 2. cir. medi. de conſang. & affi. & ſi in eadem cauſa producuntur argumenta ex cõſuetudinibus feudalibus, & argumenta ex legibus iudex ex eis quæ rei aptior ſunt animum ſuum informabit, Aluar. hic col. fin. in pri. ſed de iure feudali ad aliam materiam non licet. Cur. in tract. feu. in 3. quæſt. pri. partis prin. niſi cum diſt. de qua ibi poſt med. Nam regulariter iura feudorum, nõ debent allegari ad deciſionem aliarum cauſarum. Iaſ. in d. l. de quibus. num. 26. de legi. niſi ſint fundata ſuper ratione naturali. Idem Iaſ. in l. pri. poſt nu. 60. de iure emphiteo. ſunt enim ſingularia, & ſi in iſta materia diſcrepat ius ciuile & Canonicum, recurritur ad ius canonicum. glo. 5. Pari. num. 79. tit. pat. §. pri. nec ſumitur argumentũ à contrario ſenſu, niſi cum diſt. de qua Cur. vbi ſupra, quæſt. 4. primæ par. & ſic poteſt procedi in feudis de ſimilibus ad ſimilia. Præpo. in d. cap. 2. cir. medi. de feu. Marchiæ. ſed vt in cauſis feudalibus, non ſeruetur ius commune, requiritur quòd caſus ſit expreſſe deciſus per conſtitutiones feudales. Bald. in l. 2. C. de ſuis & legi. & in l. cum oportet. in fi. prin. C. de bonis quæ libe. Alex. in conſ. 7. num. 15. 5. vol. nec ſufficeret fuiſſe deciſum per argumenta ſurgẽtia ex conſtitutionibus feudalibus. Idem Alexã. in conſ. 25. num. 14. eo. vol. quia eſt ius ſingulare: & contra iuris communis regulas non trahitur ad cõſequentiam. Bar. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. poſt nume. 5. ff. de operis liberto. & ſic vt non ſeruetur ius Rumanũ, requiritur qđ in feudis ſit ſpecialiter deciſum. Loffr. in con. 15. nu. 3. nõ ſunt allegãdæ leges ciuiles, niſi in defectu canonũ. c. ſuſceptis. & ſeq. in gl. 10. diſt. leges quę canonibus non obuiãt, intelliguntur eſſe confirmatæ à Papa. Archid. in cap. bene. poſt pri. 96. diſt. nam leges ciuiles ſunt in adiutorium canonum. c. ſi in adiutoriũ. 10. diſt. not. in c. in audientia. de ſent. excom. c. ſicut. de electio. in vj. adeo quòd illarum non reſpuunt famulatum. c. ſuper ſpecula. de priuilegijs. Eccleſia in tãtum approbat leges ciuiles, quòd eas æquiperat canonibus, quando eis non contradicunt. Abb. in c. pri. 2. not. de ſenten. & re iudi. & tunc permiſſim allegantur etiam in foro eccleſiaſtico. Specul. in tit. de diſputationibus, & allegationibus aduocatorũ. §. 5. nu. 4. ècontra leges ciuiles non dedignantur imitari canones. c. pri. de operis noui nunciat. & tamen eis licet vti ſi nõ obuiant canonibus. glo. pen. in c. cum ad verum. 96. diſt. Itaque qui delinquit iure ſuo damnetur. glo. in l. pri. qualiter diuerſa. legum homi. res ſuas diffinire debent. & in l. vni. vt interrogetur populus Roma. in Longobar. & quęſtiones emphiteoticariæ terminantur ſecundum leges feudales, ſi contrarium non reperitur determinatum iure communi. Hiero. Gabri. in conſ. 4. num. 7. & poſt nume. 14. compelluntur iudices iudicare ſecundũ canones, vbi legibus contradicunt. Archi. in c. generali. 25. quęſt. pri. nam conſuetudo contra canones, dicitur abuſus. Zaba. in clem. pri. in 2. not. de pœnit. & remi.

Iſer. dum dicit, infra, quòd teſtes, dic, qui teſtes, ibi 8. diſt. mala, dic, 8. diſti. conſuetudo. ibi, dicto c. vlt. & conſu. dic, d. c. vlt. extra de conſuetu. ibi, dictum eſt in præambulis, addi, in 2. quæſt. num. 28. in fi. & in c. pri. poſt num. 4. de feu. guar. §. nec dominus feudi. num. 44. cir. medi. de prohi. feudi alie na. per Fre. in fi. dum legitur, non obſtante conſuetudine. adde, vt dicitur in pri. conſti. cir. fin. & ibi, cap. de vſuris. l. eos. §. ceterum. dic, c. de vſuris, eos. §. cæteros.

SVMMARIVM.

1 *Sapientia pertinet ad contemplationem: ſcientia ad agnitionem.*
2 *Siue, ex poſitiue ponitur.*
3 *Beneficium, ponitur pro feudo in toto hoc libro.*
4 *Niſi, quando præcedit negatiua ponit.*
5 *Res ſoli, & cohærentes ſolo, quæ dicantur.*
6 *Iura incorporalia ponuntur inter immobilia.*
7 *Veluti, eſt nota fictionis, et denotat ſimilitudinem.*
8 *Feudum de camera, ſeu canena quid ſit.*
9 *Ac, eſt copulatiua dictio.*
10 *Inueſtitura non eſt proprie ſucceſſio.*
11 *Feudum in quibus conſiſtit.*
12 *Annui reditus percipiendi ex certo corpore, poſſunt concedi in feudum.*
13 *Annuæ præſtationes multis modis vocantur: & quibus dantur.*
14 *Feudum an conſiſtat in pecunia vel mobilibus. In domo, vel nominibus debitorum.*

AD §. SCIENDVM.

1 SCIENDVM.) Sapientia pertinet ad contemplationem; Scientia ad agnitionem. Archi. in cap. nunquam. de conſecr. diſt. 5. ideo eſt ſciendum,
2 feudum Siue.) Quod ponitur expoſitiue. Bald. in
3 conſi. 442. nume. 2. pri. vol. Beneficium.) Nam in toto fere hoc libro, beneficium capitur pro feudo, Iſer. in §. quicumque aduocationem. num. 34.
4 in fi. de pace tenen. Non niſi.) Iſta dictio, niſi quãdo præcedet negatiua, ponit. Lucas in l. domini prædiorum. cir. fin. de agricol. & cenſitis. In rebus ſoli aut ſolo cohærentibus.) Iſer. hic & ſupra, de feu. Marchiæ. c. pri. num. 2. poſt med. & poſt num. 3. & in §. ſi vero vaſallus. infra tit. pri. Quæ autem dicã-
5 tur res ſoli vel enhærentes ſolo, ponit Afflict. hic num. 2. 5. & 6. & tanquam cohærentes ſolo homines etiam poſſunt eſſe feudales; quia poſſeſſionibus adhærent, ſicut agricolæ & cenſiti, qui nõ poſſunt ſe à loco abſentare. Iſti Mediolani vocantur maſſarij. Bal. in cõſ. 327. poſt nu. 4. 3. vol. cum uno feudo non poſſint eſſe vaſalli. Affli. in §. illud quoque. in glo. fin. poſt num. 9 pri. quæſt. in fi. de prohi. feu. aliena. per Frede. & ſunt quandoque animalia alita ad laborandum, quæ pro feudalibus reputantur. Idem Affli. quæ ſint regalia in ver. plauſtrorum. num. 10. & reſtituuntur ſimilia in caſu reſtitutionis. Bal. hic num. 6. Aluar. col. fin. poſt pri. & Affli. in 2. not. nume. 8. vel exemplificantur in cenſu, qui conſiſtit in re corporali vel incorporali vicem immobilis habente. glo. 3. Par. tit. 2. §. 55.
6 Aut in iis, quæ inter immobilia connumerantur.) Quæ ſunt iura, cap. 2. iuncta glo. in ver. iu. a...e.

rebus

rebua eccle: non aliena.in 6. Veluti.) §.pen.Inſtit. de hære.inſti.quæ eſt nota fictionia & improprietatis.glo.5.Pari.tit.pri.§.pri.poſt nu.109.& denotat ſimilitudinem. Archid.in c.quia. poſt medi. 5. queſtio.6.Cum de camera aut de caneua feudum datur.) Eſt autem feudum de camera ſeu caneua, quando quis eſt inueſtitoa, de quantitate aliqua ſibi ſoluenda de Camera & theſauro Regio,vel alterius domini, introitibus fiſcalibus, dohana, vel gabella: nam is dicitur habere feudum Cameræ. Afflic.de pace iura.firma.in pri. in vndecimo not. nu.14.Cameram vel caneuam exemplicat Præpo. hic poſt nu.5.Inde canena,canepa, & caniparius. Aluar.hic col.3.cir.pri.Camera,camerarij,& callararius.Cap.late in ſuá inueſtit.in ver. feudorum genera,ibi,feudum de Camera, & feudum de Caneua.col.pri.per tot, tangit Loffr.in conſ.11.poſt nu.8. Camerarius, & magiſter Camerarius quis, addi.ad Odoffr.in Summa,in quibua rebus conſiſtat feudum,in ver.camera.& de iure communi habes cellam vinariam olleariam. l.ſi habitatio. in fi. ff.de vſu & habita. vaſa vinaria. l.fundi.ff. de actio. empt.cellarium meum. l.nominatim ff.de manu. teſta.& reditum, annuam præſtationem largiri.l. maritum ſuum.§.fin.ad legem Falci. Et poſſe conſiſtere,Ac.) Quæ eſt copulatiua dictio.Lucas in l. contra publicam.in pri.C.de re mili.Feudū neminem,) Id eſt vllum. Gramatici in ver. nemo, Poſſe acquirere,Niſi,) Exceptiue. l.pen.in ver. altercationibus. cir.fi.C.de vſufru.& habita. Inueſtitura aut ſucceſſione.) Et ſic per inueſtiturā non eſt proprie ſucceſſio,quia habetur ex prouidentia legali; vnde frater non ſuccedit fratri ex iure accreſcendi, ſed ex ſpeciali prouiſione inueſtituræ.Præpo.in d. c.pri.nu.2.cir.fi.de feu.Marchię.& quod hic dicitur, feudum acquiri inueſtitura aut ſucceſſione,immó emptione,& alijs modis acquiritur.c.cum ſeculum. de iure patro. & fallit in regno Siciliæ, vbi ſola conceſſione Regia abſque inueſtitura acquiritur feudum. Idem Præpo.ſupra in prælu.nu.30.& ſic in quibus conſiſtit feudum, Odoff.in Sum.cum addit.pri.ad eum. in quibus rebus cōſtat feudum.

Explanato textu reddebatur dubia eius conſultatio ex pluribus.Et primò,nam etiam ex mobilibus videtur poſſe conſiſtere feudum. Patet,frumētum eſt mobile, & tamen ita cōſumitur vt ſemper reponatur.l.quęſitum.poſt pri. de fundo inſtrum. quia cadēs in terra moritur, & nihilominus ipſum ſolum manet.Io.c.12.ita & in illis quæ per cautionem conſeruantur.l.3.C.quibus ad libert.proclamа.non liceat. Secūdò appellatione pecuniæ veniunt omnia.l.2.cir.fin.C.de conſti.pecu.cap.totum.pri. quæſt.3.l.nam quod.§.fin.in gl.fin.ff. ad Trebell. & ſucceſſiue feudum: ergo feudum conſiſtit in pecunia, & ſic in re mobili. Vltimò,non videtur verum quòd feudum tantum acquiratur inueſtitura, aut ſucceſſione; ſed quatuor modis. cap. pri. de conſue.recti feu.

Hia non obſtantibus,compilatores determinauerunt contrarium:& ratio eſt, quia feuda cū perpetuo debeant deferri ad filios,non poſſunt perpetuari niſi in immobilibus. Ideo in ipſis & equipollenubus conſiſtit feudum. Ludo.de Moli.de Hiſp. primog.lib.2.c.10.nu.3.vlerà, quòd in ijs tantum cadit proprietas, & directum dominium, retentū in re conceſſa, quod ius dominicum proprie & antonomatice appellatur.glo.Pari.pri.nu.3.tit.pri.§. pri.& de huiuſmodi proprietate eſt.l.vni.de eo qui res alij poſt delega.fraudulenter aliena.in Longo.

Quibus ſtantibus,nō obſtat primum:nā frumētum & alij fructus ſicut decimæ, inter immobilia computantur;quia immobilibus adhęrent. Bal.de contro.inter vaſa. & epiſco. nume.5.cir. fin. ſæpe enim aliquid trahit denominationem,ab eo cui vnitur.Idem Bald.in conſi.407.numero 4. in fi.pri. vol.& magis nobile trahit ad ſe minus nobile.Loffr.in conſi.8.nume.8.in fin.tanto magis,quia fructus non iure ſeminis percipiuntur. l. qui ſcit.ff.de vſuris. Non obſtat ſecundum,nam pecunia accipitur large, ſtricte, & largiſſime. l.2.§.creditum.in ver.pecunia.ff.ſi certum peta. Vnde quando dicitur feudum non poſſe conſiſtere in pecunia,intellige ſtricte,adeo quod non veniat niſi pecunia numerata.l.pri.in glo.pri.in ver.menſura.ff.de condi. tritica.l.ſed Iulianus.§.mutui.in ver.mutuam.ff.ad Macedoni.quę eſt fragilis.l.ſi chorus.§.pri.de leg. 3. ideo in ea non conſiſtit feudum. Vltimum non obſtat;nam licet in d.c.pri.de conſu.recti feu.ponantur quatuor modi acquiſitionis feudorum: includuntur tamen in duobus, videlicet in inueſtitura & ſucceſſione. Affli.ibi.in pri.not. Et ſic fir-
12 ma remanet concluſio,quod annui redditus percipiendi ex certo corpore poſſunt concedi in feudum. Illam regulam cum ampliationibus & limitationibus ponit Cap.vbi ſupra, in ver. feudorum genera,ibi,feudum de Camera.& feudum de cannaua.col.pri.in fi.cum duabus ſeq.

13 Nota quòd annuæ pręſtationes de iure ciuili annonæ ciuilis appellantur.l.pri.de frume.vrbis Cōſtātinopoli.panes ciuiles.l.fi.§.præterea.C.de iure doli.l.a.de peti io.bono.ſubla. annonæ publicæ.l. pri.C.de anno. ciuili.iure iſto ſoldata appellantur. c.pri.in fi. quis dicatur dux. Neapoli prouiſiones dicuntur. Lucas in rub.d.tit.de anno.ciuili.In iſtis pręſtationibus ciuilibus & annuis redditibus,quos (vt ſupra) panes ciuiles etiam vocat Caſſa. in cōſu. Burg.rub.5.§.pri.in pri.nu.5.poteſt conſiſtere feudum,quia computantur inter immobilia.Præpo. hic num.4. tunc actio directa eſt loco directi dominij,& vtilis feudatarij, pro feudo. Affli.ſupra in prælu. poſt nume.58. & 61. & in feudo Cameræ vel Cananæ cadit rectitudo conſuetudinis feudorum,ſicut in alijs feudis. Præpo. in §.ſi vero. poſt nu.pri.infra,quid ſit inueſti. & dantur Græcis,maxime nobilibus, prout faciebat Rex Carolus. Refert Affli.in d.cap.pri.in 6.not.poſt nume.23.quis dicatur Dux. & nunc eſt in vſu cum Coronenſibus virtute literarum Caroli V. & quod annui nomine datur,ſpecies donationis eſt.l.quidam.in fi. ff.de pactis dota. dicuntur præſtationes perſonales.l.item Labeo.ff.fami.erciſcun.Plerumque in ſolidorū donatione conſiſtunt: quandoque in vino & annona. dicto cap.pri.in fi. quis dicatur dux. & dantur nobili in paupertaté redacto. Cap. in ver. feudorum genera.ibi,ſoldate,Dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione,ſi percipit vaſallus prouiſionem iure feudi per duos vel tres annos. Afflict.in §.ſi vero vaſallus.infra.titu.prim. & differt à feudo Camaræ ſeu Cannauæ, quia in iſtis eſt præſtatio annua incerta,& non tranſit ad hæredes,finitur morte dantis vel accipientis. Afflict. de controuer. inter Epiſcop.& vaſal.numero vndecimo.ibi,nunc; Idem ſi conſiſtat in iure exigendi ſalmas vel paſſagium. Afflict. in rub.de feu. non habente propr

feu,natu. licet ex pacto poteſt fieri quod tranſeat.
Idem Affl.de controuer.inter Epiſco,& vaſal. nu.
13. feudum cameræ eſt certum, datur in longum
tempus,& habet propriam feudi naturam. Idem
Affl.hic nu. 6. & 7. Annuæ præſtationes æquipará
tur vſufructui, Prep.in d.§.ſi vero.nu.2. quid ſit in
ueſt,& quando timetur de conſumptione, poteſt
ſubfeudatarius cogi à Barone de vtendo & fruen
do arbitrio boni viri, Fre.de ſubſe.lib.2.ibi,vigeſi-
maſexta authoritas. & loco directi dominij erit di
recta actio, & loco vtilis erit vtilis actio. Cur.in tra
cta. feu.in 6.quæſt.pri.par.prin.poſt num.10.Præ
14 po.hic nu.5.cir.pri.Item nota,quòd in pecunia &
mobilibus non conſiſtit feudum; nam in pecunia
non eſt dare poſſeſſionem ſeparatam à dominio,
& faciliter fit noſtra. Vnde ſi mutuetur mihi pecu
nia aliena,per non dominum, per commiſtionem
fit mea,ſi bona fide accepi. Zaba.in clemen.pri.§.
quapropter.de ver.ſig.ſi conſumitur per accepto-
rem,deſinit eſſe proprietas apud dantē; ſi non con
ſumeret,ſed teneret in arca, eſſet inutilis acceptan
ti, nec haberet vſumfructum vel commoditatem
aliquam. Præpo.in c.pri.nu.2.poſt pri. ſi de ſeu.va
ſal. ab aliquo interpella.fue. ita in mobilibus, quia
per vſum conſumuntur, & ſi tenentur in arca non
vtendo,eſſent inutilis vaſallo, cum non haberet v-
ſumfructum nec aliquam commoditatem. Idem
Præpoſi.hic poſt num. 3. niſi pecunia datur omni
anno vel vaſallus vendit cum voluntate domini.
Odoffr.in Sum.quibus modis feu.ami. nu.63. &
64. & vtrum dominus teneatur vaſallo re euicta,
& in quantum teneatur,nu.2. Pecunia obuenta ra
tione feudi euicti, pro feudo reputatur. Afflict.de
inueſt. de re alie.facta.in pri.poſt nu.3.& aliud lo-
co illius emptum,tenebit in feudum. Idem Afflic.
in c.pri.in glo.3.nume.16.ſi de feu.vaſa.ab aliquo
fuer.interpella. & conſiſtit in re mobili manente
proprietate, per remedium ſatiſdationis, Iaco.de
Ardizo,in Sum. res mobilis datur in feudum. Iſto
modo res mobilis & pecunia poſſunt dari in feu-
dum. Paris de reintegra.feu.in ver. an feudū quod
conſtituitur, per totum. Bald.in d.c.pri.num.6.&
7.ſi de feudo vaſa.ab aliquo interpellat.fue. In no-
minibus debitorum poteſt conſtitui feudum,ſi eſt
perpetuum,aliàs non. Præpo. hic, num.5. Quid in
domo,ſi conceditur in feudum ad vtendū & fruen
dum, an tranſeat ad hæredes. Iaſ. in prælu. feud.
nume. 103. vſque ad 106.

Vltimò nota feudum acquiri inueſtitura, aut
ſucceſſione, vel eo quod pro inueſtitura habetur.
Iſer.hic,in ver.inueſtitura. in fin. num. poteſt eſſe
feudum abuſiue conſtitutum ſine infeudatione.
Iſer.in §.ſi verò contigerit.nume.50. cir.medi.de
pace iura. firma. & poteſt vltra modos prædictos
acquiri per ius accreſcendi. Affli.in c.2.num.4.de
fratri.de bene.inueſti. An autem nomina debito-
rum,iura & actiones connumerentur inter immo
bilia: dic,quòd eſt tertia ſpecies,& iudicantur mo
bilia vel immobilia ſecundum rem contra quam
dantur. Iſern.hic, Bald.in conſi.232.num.2.1.vol.
Alexan.in conſi.49.nume.2.3.vol. Deci.in conſi.
217.nume.pri.381.ante, & in nume.5.387.col.
2.in pri.& 461.nume.4.& 5. Vnde ſicut res dicun
tur eſſe de territorio illius loci, in quo ſitæ ſunt.
Alexan.in conſi.16.nume.4.pri.volu. mobilia vbi
reperiuntur. Bald.de pace tenen.in pri.nume.6.&
ſequuntur conditionem perſonæ. Afflict. in §.ſi

quis hominem.in 10.not.in pri.& poſt nume.pri.
eo.tit.de pace tene.ita nomen debitoris,non cen-
ſetur eſſe extra dominium creditoris, tanquā eius
perſonæ inhęrens. Alea.in conſ.31.col.3.in prin.
pri.vol.& ſi eſt actio ad rem, concernit perſonam
illius cuius ſunt bona. Iacobi.in ver.cum mero,mi
xto imperio,nu.17.poſt medi.adeo quòd non poſ
ſet cedi actio ad res immobiles per minorem,ſine
authoritate tutoris,& decreto iudicis. Alea.in cōſ.
125.poſt nu.4.& 14.pri.vol. Redditus verò & an-
nonæ,quaſi immobilia ſunt,§.quoniam.in ver.red
ditus. Auth.vt ii qui obligat ſe habere per hibent,
res mino.l.3.in glo.pri.in fi. C.de vendi.rebus ci-
ui,iuxta enim veriorem ſententiam,inſpecto præ-
ſenti ſtatu, ante reemptionem inter immobilia cō-
numerantur. Ludo.de Moli.vbi ſupra. lib.2.c.10.
num.6.& poſſit feudatarius petere,quòd ſtatuatur
corpus ſi non adeſt, ex quo poſsit percipere tales
redditus. Affl.in §.illud quoque.in glo.fin.num.9.
poſt med,ibi, circa ſecundum. de prohi.feu.alien.
per Fre. Aluar.hic col.fin.in pri. Et veniunt appel
latione redditus quicumque fructus & obuentio-
nes à feudo vel iure, & ratione feudi, & iurium e-
ius prouenientes. glo.2.Pari.in pri.tit.pri.§.33. &
in prædictis conſiſtit feudum; ſecus dicit Iſern.ſi
dedit mihi nouem,&c. Iſta verba ſecundum Loff.
hic,ſunt deprauata:ſed vult dicere, ſecus ſi non eſ-
ſent perpetua, nam in eis non eſſet feudum, quia
dominus debet habere proprietatem,quæ non eſ-
ſet in mobilibus,nam vſu conſumuntur. ibi, dixi-
mus ſupra.titu.3.c.pri. dic,diximus ſupra.c.ſcien-
dum.num.2.Quemadmo.feudum ad filiam perti.
Circa modum acquirendi dicit Iſer.quod acquiri
tur ſucceſſiue,aut inueſtitura. Immo ſemper inue
ſtitura, dicit ipſe.quia poſtquam ſucceſſit, neceſſe
eſt quòd infra annum & diem petat inueſtituram.
Sed replicat argumentando à ſufficienti partium
innumeratione §.pri.Inſtitu.de oblig.quæ ex qua
ſi contra. & dicit quòd, aut eſt feudum antiquum
vel paternum,aut nouum,conceſſum duobus ſim
pliciter,vt per Loffr.hic.vel cum pacto quod extra
neus ſuccedat. Primo caſu,ſi ſunt filij, dominium
patris præſumitur continuatum in filios, l.ſiue.C.
de probatio.immo etiam viuo patre,ſunt quaſi do
mini.l.verba,in glo.pri.de alimen. & ciba.lega. &
non eſt proprie ſucceſſio. l.prim.§.fin.cir.pri.ff.de
ſuis & legi. Aluar.hic num.5.cir.fin. & ſi petit in-
ueſtituram, petit confirmationem veteris inueſti-
turæ ab anteceſſoribus factæ,adeo quod in huiuſ-
modi feudo etiam exhæredatus ſuccedit. Loffr.in
§. vbi vero.cir. medi.an agna. Pernus in 4.notabi.
col.18.in fi.& 19.in pri.vel expreſſus proprio no-
mine in inueſtitura paterna, exhęreditari non po-
teſt, alias ſic,& non ſuccedit in feudo. In conſ.feu.
diuerſ.49.num.15.poſt medi. ſecundo caſu habe-
bit per inueſtituram,quæ hodie fit per aſſicuratio
nem vaſallorum, & differētia eſt,propter releuiū,
vt in conſtitut.poſt mortem. & ſi non petijt inue-
ſtituram vel confirmationem, quod non priuetur
poſſeſſione,niſi conuincatur de culpa. Dum Iſer.
dicit, dictum eſt ſupra, quibus modis feud.con.c.
ſciendum, dic, dictum eſt ſupra quemadmodum
feu.ad filia.perti.c.ſciendum. poſt nume.3.ibi, de
acquire.poſſe.ſi quis in.§.differentia,dic, de acqui
ren.poſſe.ſi quis vi.§. differentia.

Quid

Quid ſit inueſtitura. Tit.II.

SVMMARIVM.

1 *Quid, quomodo exponitur: Sed hic ſtat interrogatiue.*
2 *Sit, verbum, denotat tempus præſens, & reſpicit quandoque futurum.*
4 *Inueſtitura capitur pluribus modis; & hic quomodo.*

AD RVBRICAM.

1 QVID.) Exponitur, ideſt aliquid, verificatur etiam in minimo. Deci. in l. cũ quid. in pri. & 2. repe. nu. pri. ff. ſi cer. petat. Eſt particularis, & reſoluitur in vniuerſalem. l. ſi is qui ducẽta. §. verum. vbi Pau. de Caſtr. num. 5. de rebus dubijs. aliquando ſtat interrogatiue. l. Latinus largus de leg. 2. & hic, nam cum lex fiat egentium interpellationibus. Auth. de non eligen. ſecu. nuben. in pri. vt reſpondeat Obertus in nigro, ſecundum ea quæ proponuntur. l. ſi prædia. ff. de donatio. inter virum & vxo. l. Imperatores. §. fina. ff. de tranſactio. oportet quòd præcedat interrogatio, Quid ſit inueſtitura: Tanto magis, quia lex continuatur ad caſum ſubauditum. l.
2 ſed & ſi. in glo. pri. ad Trebelleia. Sit.) Denotat tẽpus præſens, etiam quòd quandoque, ſicut & verſ. fiat, denotat tempus futurum. c. generali. & ibi glo.
3 25. quæſt. pri. Inueſtitura.) Cuius nomen antiquitus non fuit in vſu, nec in legibus. ff. inuenitur, ſed in iuribus nouis. Bal. in l. Barbarius. in pri. rep. col. fi. circa med. de offi. præto. capitur autem pluribus modis Frede. de formulis inueſt. lib. 3. in pri. generaliter ſumpto vocabulo, conuentio dicitur. Iſer. in rub. ea quibus cau. feu. ami. circa pri. alibi, pro inſtantia, ideſt conuentione. Affli. de milite vaſa. qui contu. eſt. nu. 52. in fi. Appellatur quandoque conceſſio. Innoc. in cap. poſt electionem. nume. 3. de conceſſio. præben. ita hic. & eſt actus poſſeſſionis acquiſitius. Alex. in conſi. 88. num. 7. 5. vol. inde inſtitutio ſumitur pro inueſtitura. Ioan. And. in cap. pri. in glo. pri. cir. fin. de reg. iuris. in 6. Idem Archi. in cap. pri. col. 3. in pri. 16. quæſt. 2. & proprie nihil aliud eſt quam poſſeſſio. Præpo. hic in pri. numero 2. cir. fin.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura duplex, propria et realis, alia impropria & abuſiua: vel vna realis, & alia verbalis.*
2 *Propria & realis eſt, inductio in poſſeſſionem: abuſiua, ſeu verbalis non transfert dominium nec poſſeſſionem, ſed eſt ſignum tradita poſſeſſionis: & per eam poſſet cogi dominus ad tradendum.*
3 *Inueſtitura requirit verba, adeo, quòd non ſit per epiſtolam.*
4 *Solemniter fieri, quomodo dicatur.*
5 *Alioquin ideſt, certe.*
6 *Inſtrumenti appellatione quid venit.*
7 *Inſtrumento amiſſo, poteſt tenor probari per teſtes.*
8 *Forte, alibi forſitan.*
9 *Recordare non valens nunc, poteſt cras recordari.*
10 *Dominus propter iuriſdictionem quam habet in teſtem, poteſt compelli ad deponẽdum veritatem.*
11 *Inueſtitura probatur per pares curiæ, vel breue teſtatum, & in defectu eorum per alios teſtes.*
12 *Feudum non eſt perfectum nec conſummatum, niſi interueniat traditio corporalis & plenaria.*
13 *Inueſtitura ſemper conſideratur, & ad eam recurrimus.*
14 *Inueſtiti ſi ſunt duo, quis præferatur.*
15 *Inueſtitura vnius rei, an tranſeant alia.*
16 *Feudum eſt vniuerſitas facti & non iuris.*

AD TEXTVM.

1 INVESTITVRA) eſt duplex. Præp. & Aluar. qui ſucce. tene. lo pri. num. pri. cap. pri. num. pri. in fi. de cõtro. inueſt. &, qui ſucce. tenea. lo 2. num. pri. in pri. & in cap. fin. in pri. quo tempore miles, videlicet propria & realis: alia impropria & abuſiua. Iacobi. in ver. inueſtitu. in pri. & nu. 11. Præpo. hic in pri. & poſt nu. 3. & quibus mod. feu. conſti. poteſt. in pri. vel alia realis, & alia verbalis. Bal. ſupra in præludijs. nu. 28. Inueſtitura quidẽ,] Ideſt certe, vt dicunt Grammatici. Propriè dicitur poſſeſſio.] Nam inductio in poſſeſſionem eſt
2 propria & realis executio ipſius inueſtituræ & conceſſionis. Cap. in §. præterea ſi quis infeudatus. in pri. not. conclu. quinta. de prohi. feu. alien. per Fre. per eam conſtituitur feudum. Bal. in cap. pri. in pri. ſi de feu. fuerit controu. inter domi. & ag. vaſa. & acquiritur dominium. Idem Bald. ſupra de contro. inueſt. in pri. poſt num. 2. dominium dico vtile, cuius ratione poſſet auocare à quocunque poſſeſſore, etiam habente directum dominium. Paul. de Caſt. in conſ. 95. cir. pri. 2. vol. & effectus ſurgit ex patientia & titulo præcedenti. Bald. in conſ. 116. nu. 2. cir. fi. pri. vol. & acquiritur poſſeſſio per obedientiam ſubditorum, niſi alius ſit in poſſeſſione. Idem Bald. ſupra in prælud. poſt num. 10. abuſiua, quæ dicitur verbalis, non transfert dominium nec poſſeſſionem, ſed eſt ſignum traditæ poſſeſſionis. glo. in cap. 2. in ver. ſignum. de conſuetudine. Lucas in l. prædia. colum. 3. ibi, nono. C. de locatio. prædio. ciui. Præpo. hic nume. 46. & dicitur, Abuſiuo modo inueſtitura.) Quia ſi fit in abſentia rei, per ſolam collationem, non acquiritur poſſeſſio. not. in cap. licet. de præben. in 6. habet tantum facultatem ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate. not. in cap. eum qui. eod. titu. de præben. in 6. & iuſſus, puta, vade in poſſeſſionem illius feudi: vel retineas pro feudo. Odofr. in Sum. quomodo acquira. feu. nume. 7. glo. Pari. 5 titu. pri. §. pri. poſt nume. 42. & 43. ſequuta appræhenſione habetur pro inueſtitura: quia ea verbo fuit deuentũ ad factum. Bald. ſupra, quib. mod. feu. conſtitui poteſt. nu. 2. aliàs non transfertur poſſeſſio, nec tribuitur ius in dominio vel poſſeſſione, niſi fiat in præſentia rei. Alex. in conſ. 9. poſt nu. 11. 5. vol. & Affli hic nu. 3. quia tunc plus eſt poſſeſſionem feudi dare, quàm inueſtituram verbalem facere. l. maius eſt. de feu. & bene. conſti. imperi. in extraordi. Afflict. hic in 3. not. nume. 5. & ſi reperitur poſſidere, cenſetur de tali feudo inueſtitus. Socin. iun. in conſi. 66. colum. 5. cir. pri. 3. vol. quia facta proximiora ſunt veritati, quam verba. Deci. in conſi.

54. poſt num. 2. & ſic per inueſtituram non acqui
ritur ius nec poſſeſſio. not. in c. propoſuit. de con-
ceſſ. præben. cap. per tuas, in ver. in poſſeſſione. de
donatio. niſi in poſſeſſionem mittatur. glo. in cap.
pro illorum, in ver. inueſtiuit. de præbendis. Et ha-
bet ſe abuſiua ad veram, ſicut via ad terminum, na
uis ad portum, & obligatio ad dominium. Bald. in
conſi. 9. in fi. pri. volum. conſiderando tria tempo-
ra. Præpo. hic poſt pri. & Aluar. nume. 2. & fit iſta
inueſtitura abuſiua, Quando haſta vel aliud cor-
poreum quidlibet porrigitur à domino feudi, ſe
inueſtituram facere dicenti.) Nam haſta vel anu-
lus autem ſigna ſunt inueſtituræ. cap. ex ſore. de his
quæ fiunt à maiore parte cap. & ibi Innoc. Quæ.)
Supple inueſtitura. Si quidem ab illo fiat qui alios
habet vaſallos, ſaltem coram.) l. coram. de verbo.
ſignificat. Duobus ex illis ſolemniter fieri debet.]
3 Quando autem dicatur fieri ſolemniter. Aluar. hic
numero 3. tu dic quod requirit verba: adeo quod nõ
4 poteſt fieri per epiſtolam vel nuntium, ſed per pro
curatorem ſic. Odoffre. in ſum. quid ſit inueſtitu.
eſt neceſſaria ſcriptura. Præpo. hic, nume. 5. & de-
bet ſeruari conſuetudo vſitata. in con. feu. diuer.
5 49. poſt nume. 28. Alioquin.) Si eſt inueſtitura no
ua, ſecundum glo. hic. Licet alij interſint teſtes, in-
ueſtitura minime valeat.) cap. pri. qui teſtes ſint ne
ceſſa. ad proban. nouam inueſtit. Si enim domino
adhuc in poſſeſſione conſtituto, an facta ſit inue-
ſtitura quæratur, non debet probare, niſi per pa-
res curtes illius domus.) Ideſt curtis. Præpo. hic
in §. ſi enim. in pri. Vel per publicum inſtrumẽtũ.)
Seu breue teſtatum. cap. pri. de feu. guar. A duobus
vel tribus paribus confirmatum.] Seu roboratum.
6 Aluar. hic poſt nume. 4. Nam ſi inſtrumentum.)
Cuius appellatione quid veniat. l. pri. & ibi glo. vl-
ti. ff. de fide inſtrum. l. notionem. in ver. ſeparare.
de verb. ſignifi. Defecerit, vel quia factum non fue
rit, vel quia amiſſum ſit: Tunc,) Ideſt eo caſu. §. ſi
abſunt. Authen. de hære. & Falci. Qui probare de-
7 ſiderat, pares illius curię qui interfuerunt, offerat.)
Nam inſtrumento amiſſo, poteſt tenor probari
per teſtes. Aluar. hic in cap. 2. nume. pri. & poſſunt
produci teſtes qui interfuerunt inſtrumento. Præ-
po. hic in §. ſi enim. nume. pri. Qui ſi denegauerint
8 forte.] Alibi forſitan. l. de poſſeſſione. de præſcri-
ptio. in Longobar. Corrupti odio, vel gratia, ſeu
precio.) cap. pri. ſupra, ſi de inueſti. inter domi. &
vaſal. lis orea. Et dicant, ſe non interfuiſſe. cum in-
ueſtitura facta fuerat, vel non reminiſci.) Et ſic
9 quod quis non recordatur modò, poteſt recorda-
ri cras. Præpo. hic in §. ſi enim. poſt num. pri. glo.
in cap. cum cauſa. in ver. ad alium. de teſtib. l. 2. §.
quod obſeruare. in ver. exiſtimat. in fi. C. de iuram.
calum. Lucas in l. quoniens, col. pen. in fi. C. de di-
gnitat. Ioan. And. in cap. fin. nume. 2. de iureiura.
in 6. & in con. feu. diuer. 53. nume. 29. in fi. Tunc
domino cogente.) Sic nota, quòd propter iuriſdi-
10 ctionem quam habet dominus in teſtem, poteſt
compellere ad deponendam veritatem etiam con
tra ſe. Præpo. hic num. 3. & ſi non vult compellere,
coguntur per Comitem aut populum. Vel recur-
ritur ad arbitros: nam ipſi cogunt iudices iudica-
re. cap. paſtoralis. in fi. pri. de reſcriptis. coram ip-
ſis recuſantur. glo. in cap. pri. in ver. ſiue confeſſi. in
fi. de exceptio. cap. inter monaſterium. in ver. ſub-
eundo. cir. medi. de ſente. & re iudi. & cauſa ſuſpi-
tionis proponitur. c. ſuper quęſtionum. §. quem ve
ro. in ver. coram. de offi. delega. c. licet. lo. 2. de fo-
ro competen. c. cum ſpeciali. & ibi not. de appel-
la. c. ſi contra. de offi. deleg. in 6. licet coram eis nõ
probetur. glo. in c. quoties. lo pri. & cap. non ita. in
glo. fin. 2. quæſt. 6. ſed recurritur ad arbitros. glo.
in cap. ſollicitudinem. in ver. Epiſcopus. cir. fin. de
appellatio. & cogit in propoſito, ſicut in electio-
ne pręlati, ſi nolit eligi is, in quem maior pars, con
ſentit, quia tunc compellitur per ſuperiorem. glo.
in c. cum inter. lo vlti. in ver. & ſubſcriptam. cir. fi.
de electio. Intellige ſi ſunt de eadem prouincia,
aliàs non; niſi eſſet cauſa criminalis: epiſcopus ve
ro non cogeretur pro vlla cauſa. §. nulli, & ibi glo.
pri. Authen. de ſanctiſſi. epiſco. Et iurant tactis ſa-
croſanctis ſcripturis.] Iſern. in §. item ſacramenta.
poſt num. 38. de pace iura. firma. Quod huius rei
veritatem neſciant, & tunc actor, aut alios produ-
cat pares, aut iuſiurandi domino detur electio, vt
Proinde.) Alibi, perinde, quæ importat improprie
tatem & fictionem. Areti. in l. lecta. num. 7. ſi cer-
tum peta. iuret dominus, inueſtituram factam nõ
eſſe, aut ſacramento vaſallo referat: & ille, aut iu-
ret, aut acquieſcat. Quod ſi iurare pares aliqua ex
cauſa recuſauerint, nec dominus iurare compel-
lat, liceat vaſallo etiam per extraneos probare in-
ueſtituram.) Nam ſi nõ habet pares, ſufficiunt alij
teſtes, dummodo idonei. Aluar. in §. quod autem.
in pri. & poſt nu. pri. de notis feudo. Teſtibus verò
deficientibus, iuſiurandi electio domino detur.)
Propter poſſeſſionem de qua ſupra.

Declarato textu dubia reddebatur eius cõſulta
tio ex infraſcriptis. Et primò, inueſtitura ſemper
debet capi proprie & non abuſiue: nam ſi attendi-
mus nomina. l. ſi communis ſeruus. la vlti. ff. de ſti
pula. ſeruo. abuſus dicitur improprius vſus: quia
ver. abutimur, glo. 2. in l. nec ſeruus. ff. de peculio.
exponit, ideſt impropriè vtimur. Modò etiã quod
reperiatur inueſtitura propria & impropria, ſem-
per oporteret reduci ad propriam, ne recedamus
à proprietate vocabulorum. l. non aliter. de leg. 3.
Secundò, ſignum matrimonij, clericatus, regni &
ſimilia, non faciunt matrimonium, clericatum, vel
Regem. Lucas multa in l. vni. col. 2. cir. medi. C. de
reis poſtula. ita porrectio haſtæ, vel alicuius rei cor
poreę, non debet importare inueſtituram: quia ſo
la ſigna non ponunt in eſſe ſuum ſignatum. Bal. in
l. directis. C. de teſta. manu. Tertiò, probationum
facultas non debet anguſtari. l. pen. in fi. C. de hæ-
reticis. ſucceſſiue quomodocumque probetur in-
ueſtitura, debet ſufficere: quia non eſt bonum
quod veritas denegetur. cap. pri. in fin. de conten-
tio. inter domi. & vaſal. de inueſt. feud. Vltimò vi-
detur, quod teſtes non poſſint compelli: nam vl-
tra quod eſt graue à ſuis negocijs auocari. §. &
quoniam. in ver. intra. Authen. de teſtibus. eſſet ini
quum cogi alium de alieno facto iurare. l. Marcel
lus. §. pen. ff. rerum amot.

His non obſtantibus, determinatur contra-
rium: & ratio eſt, quia quando in aliqua re con-
currunt plures qualitates, quęlibet qualitas ſuum
retinet officium & naturam. Nam qualitates non
confunduntur, nec corrumpuntur in proprio ſu-
biecto. Bald. in l. pri. poſt nume. 6. C. quando non
peten. partes. & compelluntur teſtes ad teſtifican-
dum, ſi aliter veritas nequierit elici. c. peruenit. de
teſti. coge. quia habetur pro imperfecto, quod teſtibus
vel ſcriptura probari non põt. gl. 2. in c. ſolẽnitas.
de con-

de conſecra. diſtinct. pri. & requiruntur pares ra-
tione, de qua per Aluar. in §. quod autem. poſt nu
me. pri. de nouis feu.

Quibus ſtantibus, non obſtat Primum: nam v-
nú & idem quo ad quædam, ſtat proprie, & quo
ad alia improprie, l. quam Tuberonis. §. pri. in ver.
pupillum. ff. de peculio. Secundum non obſtat,
nam ſignum eſt res præter ſpeciem quam ingerit
ſenſibus, aliquid aliud ex ſe faciens in cognitio-
nem venire. Lucas in l. vni. colum. 3. cir. fin. C. de
caſtr. omniu. palati. pecu. vnde baculus & ſimilia
ſigna ſunt. Aluar. hic colum. 3. in fi. & non inue-
ſtitura quæ eſt poſſeſsio, vt hic. Tertium non ob-
ſtat, nam non eſt reſtringere probationem, ſed il-
li dari ordinem, cum teſtium vſus ſit vtilis propter
probationes. §. pri. & ibi glo. pri. Authen. de teſti-
bus. & lex ſiue conſuetudo poteſt præfigere mo-
dum in probando. Aluar. hic colum. 5. cir. pri. Vl-
timum non obſtat; nam ad ſciendum veritatem,
teſtes iuramenti vinculo aſtringuntur. capit. licet
Hely. de ſymonia. & quatenus ſentirent incommo
dum debentur expenſæ. l. quoniam. C. de teſtibus.
11 & ſic firma remanet concluſio, quòd inueſtitura
probatur per pares curiæ, vel per breue teſtatum,
& in eorum defectu per alios teſtes. Intellige ha-
bere locum, non ſolum in inueſtitura laicorum,
verum etiam & clericorum. cap. pri. ſi de inueſti.
inter domi. & vaſal. lis oria. Item non ſolum in
inueſtitura, verum etiam & in eo quod habetur
loco inueſtituræ; quia quod habetur loco inue-
ſtituræ operatur effectum veræ inueſtituræ. Af-
flict. hic numero 6. immo magis priuilegiatum eſt
quod habetur pro inueſtitura, quàm ipſa inueſti-
tura. idem Afflict. de conſue. recti feud. in pri. in
2. nota. Vltimò, quod dicitur de vera, extende e-
tiam ad inueſtituram præſumptam, quæ naſcitur
ex poſſeſſione tricennali, cum præſtatione ſerui-
tij; nam ſi litigat cum domino, & dicat poſſediſ-
ſe per annum, ſciente & patiente eo, præſumitur
inueſtitura. Afflict. in cap. ſi quis per 30. in 3. not.
numero 4. & 6. ſi de feud. defun. mili. contro. fue.
tenuit etiam hoc vlti. Pernus in 4. nota. colum. 19.
poſt medium. Intellige tamen in inueſtitura no-
ua, & ſi habet pares in eadem prouincia, alias ſi
non habet, poſſit vaſallus ingredi curiam. & qua-
re pares requiruntur, Bald. in §. quod autem. & §.
idcirco. dicto titu. de notis feud. In inueſtitura an-
tiqua admittitur quilibet maſculus non fœmina,
dicto cap. pri. cir. fin. Qui teſtes ſint neceſſa. ad pro
ba. nouam inueſt. & ſic probatur per pares ſi ha-
bet. Præpo. in dicto §. quod autem. Item non pro-
cederet in comodatario, & ſimilibus; in quibus,
quia vſus feudorum poſſit eſſe ſine vlla poſſeſſio-
ne. Bald. in §. ſi quis de manſo. numero 5. de con-
trou. inueſt. non requireretur forte talis proba-
tio. Vltimò procedit in Barone, ſicut ſi Imperator
vel Rex infeudat, quia tunc non eſt neceſſaria in-
ueſtitura. Cap. in ver. feudorum inueſtituræ. co-
lum. 10. circa medium. ibi, inueſtitura non eſt ne
ceſſaria. & ibi, inueſtitura non eſt de ſubſtan-
tia.

12 Nota, quod feudum non eſt perfectum nec cõ
ſummatum, niſi interueniat traditio corporalis &
plenaria. Bald. in l. executorem. num. 30. poſt me-
di. C. de executio. rei iudi. & in l. ſumma, poſt nu.
4. ff. de rerum diui. & ex ſola inueſtitura non tranſ
fertur dominium nec poſſeſſio, ſed datur licentia
apprehendendi propria auctoritate. Bald. in l. pri.
in 2. repe. in fi. nume. 18. de iure emphi. ideo quę-
dam eſt cum poſſeſſionis effectu, quædam cum ef
fectu quaſi poſſeſſionis. idem Bald. in rub. nume.
12. de cau. poſſe. & proprietat. nam inueſtitura nõ
dat poſſeſſionem, nec ꝑ eam intelligitur adeptus.
Inno. in cap. cum inter. R. in princi. de electione.
& in cap. pen. num. 6. cir. pri. de ſtatu monacho. ex
ſola inueſtitura non acquiritur poſſeſſio, ſed per
inductionem corporalem. Aluar. hic num. pri. cir.
fi. habebit tantum ius quod poſſit ingredi propria
authoritate. Inno. in cap. ex literis. in fi. de conſue-
tudi. Item nota, quòd dominus inueſtiens empto-
rem, approbat venditionem cum omnibus quali-
tatibus ſuis, glo. 4. Pari. num. 9. titu. pri. §. 13. & ſi-
cut poteſt inueſtire, ita inueſtitum diſueſtire. Al-
uar. in §. fin. nu. 8. per quos fiat inueſt. Nota etiam
13 quòd in controuerſia facti, ſemper recurrimus ad
tenorem inueſtituræ; quia eius tenor eſt loco cõ
tractus, dat eſſe feudi, & qualificat iuxta ſeriem &
tenorem ipſius. Frede. de formu. inueſti. lib. 3. ibi,
quia ex formula, in pri. nume. 2. & 3. inſpiciendus
eſt tenor, ad eum recurrimus, nec recedimus: quia
per eum derogatur omni naturæ feudorum. Iaſ.
in prælu. feu. num. 98. & 99. quod ex eo non repe
ritur commiſſum, pro nõ commiſſo habetur. Pau.
de Caſt. in conſil. 177. col. pri. in fin. & 2. in pri. 2.
volu. Attenditur inueſtitura prima, tanquam prin-
cipium & prima radix, nec poteſt mutari forma
antiqua in præiudicium tertij. in con. feu. diuerſ.
pri. num. 197. & 198. eius verba dant legem con-
tractui. Ripa in l. dabimus que. §. ſi quis. nume. 6. in
ori. ff. de priui. credi. recipiunt interpretationem à
natura feudi proprij & regularis, non autem irre-
gularis & non proprij. glo. Pari. titu. pri. §. 22. poſt
nume. 126. & conſtito de inueſtitura antiqua, ſe-
quentes in dubio præſumuntur factæ vt de feudo
antiquo. Prepo. ſupra in prælu. poſt num. 43. quia
forma primæ inueſtiturę debet ſemper attendi, &
ſecundum renouationes ſequentes regulari. glo. 4.
Pari. tit. pri. §. 2. nume. 5. cir. fin. quando aliud non
eſt expreſſum, non cenſetur à priore forma receſ
ſiſſe. Fre. de ſubſ. lib. 2. ibi, ſupereſt vt aliqua in ma
teria aſſenſus. num. 2. & per vltimam non cenſetur
derogatum primis, quia non intelligitur de nouo
inducere, ſed tãtum confirmare. in con. feu. diuer.
48. num. 10. Sed ad tenorem primæ eſt ſemper re
currendum. Ibidem in con. 47. nume. 6. cir. medi.
vnde ſi apparet originalis conceſſio, ad quam re-
fertur renouatio: debet omnino ſecundum illam
regulari, & dictio, ſicut, & prout, ſtant cauſaliter,
& non conditionaliter, & proinde ſi in prima ap-
paret non eſſe feudum, ſed emphiteoſim, locatio-
nem, vel aliud; non valet renouatio tanquam er-
ronea, ſicut in confeſſione relata ad inſtrumentũ,
nam etiam quod fateatur, ſi inſtrumentum dicit
contrarium, non valet. glo. Pari. tit. pri. §. 5. nu. 84.
vſq; ad 97. renouationes enim non ſunt tituli, ſed
actus poſſeſsionis. ea. glo. Pari. tit. pri. §. 7. poſt nu.
24. intellige prædicta in feudo antiquo, nõ nouo.
Pau. de Caſt. in conſ. 176. nu. 3. pri. vol. 146. in pri.
& 164. nu. 2. in fi. 2. vol. & quando apparet. nam ſi
non conſtat de origine, recurritur ad conſuetudi
nem preſcriptã. Idẽ Pau. in conſ. 189. col. 2. cir. me.
2. vol. vnde qui decẽ annis tanquam vaſallus poſſe
dit caſtrũ, preſumitũ inueſtitus de feudo. Iaſ. in l. ſi
certis annis, n. 8. C. de pact. In nouo, ſine inueſtitu

ra nõ eſt feudum, uel ſine eo quod habetur pro inueſtitura. Affli. in deciſ. 129. nu. 3. ſine ea non conſtituitur. cap. pri. ſupra quibus modis feu. conſt. poteſt, eſt aditæ poſſeſſionis validum argumentum, ſi quis diu poſſedit. Bald. in conſi. 337. poſt nume. 7. pri. vol. Imago veræ poſſeſſionis & traditionis. Lucas in l. prædia, colum. 10. in pri. C. de locatio. prædi. ciui. in feudalibus ſiue cenſuarijs inueſtitura perpetuam perſonæ acquiſitoris approbationẽ & legitimationem importat, glo. Pari. titul. pri. §. 41. poſt num. 73. quando fit à Principe, vel eo qui habet iura principis in ſuo territorio, ſufficit ſola traditio poſſeſsionis. Socin. in conſi. 66. nume. 12. in pri. 3. volum. Iure iſto requiritur verborum expreſſio. Aluar. hic. col. 3. poſt pri. immo verba formalia, inueſtituræ. Iſern. ſupra eo. in rub. & remittit ſe ad. cap. ſciendum. poſt nume. 3. quemadmo. feu. ad fili. perti. Licet aliter reperiatur ſcriptum tpe Caroli Primi, fuerunt enim addita hæc verba, per noſtrum annulum. Afflict. in cap. pri. poſt num. 4. quibus modis feud. conſt. poteſt. in regno Siciliæ non fit ſic, dicit Iſer. vbi ſupra, & cap. ſciendum. nume. 4. ſupra titu. proxi. Pernus in conſi. 15. cir. fin. Sed litera aſſicurationis habetur pro inueſtitura, & ita vtimur. Afflict. in cap. pri. nume. 16. in fi. poſt nume. 18. & 19. quo tempo. miles. in cap. pri. ante & poſt nume. 4. infra, Quid præcedebat inueſt. an fideli. & de capi. Corra. in pri. poſt numer. 2. etiam in feudo antiquo, quia capta poſſeſsione, expediuntur literæ aſsicurationis, quarum ſubſtantiam ponit Cap. in ſua inueſt. in ver. feudorum aſsicurationes, colum. fin. & ver. feudorum inueſtituræ. in pri. & ibi, inueſtitura. in regno Siciliæ. non requirit de neceſsitate ſcripturam. in con. feu. diuer. pri. nu. 41. in Imperatore & Rege eſt ſpeciale, quòd ſolo verbo conſtituat feudum; vnde ſi dicunt, vade in poſſeſsionem talis rei, & teneas eam pro feudo, erit feudum. Capit. vbi ſupra. in ver. feudum daut. ver. Imperator. cir. fin. & in ver. Reges. in fi. & ſufficit quòd vaſallus ſit immiſſus in poſſeſsionem, vel realiter ſit à domino inueſtitus, per traditionem rei præſentialiter exiſtentis. Afflict. hic poſt nume. pri. in feudo antiquo, licet filius viuo patre intelligatur inueſtitus, & in eum continuari poſſeſsio ſine alia inueſtitura. Iaſ. in l. quoties. numero 32. de rei vendic. & inueſtitura noua, quando acquiritur de nouo, antiqua quando fuit ab anteceſſoribus acquiſitum. Præp. dicto titu. quot teſt. ſint neceſsi. ad proban. nouam inueſt. nume. pri. circa medi. tamen poſſeſsio feudorum non continuatur in hęredes, Caſſan. in conſuetu. Burgun. rub. 3. §. 5. ibi, prender la poſſeſsion. Inueſtitura corporalis non eſt eadem patria & filij. Bald. in Authen. defuncto. nume. 4. & 6. C. ad Tertulia. ſed requiritur & multum operatur. Caſſan. vbi ſupra rub. 7. §. pri. in princi. ibi, primò, verum ſi defunctus reperitur in poſſeſsione tempore mortis, debent ſimiliter agnati venientes ad feudum conſeruari. Aluar. in c. pri. nume. 2. & cap. inter filiam. colum. 2. cir. pri. ſi de feu. defu. mili. contro. fact. eam petere eſt quaſi quidam cenſus & recognitio, quæ debet præſtari domino: & ſi non prętatur, res incidit in commiſſum. Iaſ. in prę lu. feud. nume. 54. in fi. Cur. in tract. feu. in quarta quæſt. prin. poſt nume. 45. Caſſa. vbi ſupra. rubric. 3. §. pri. in pri. nume. pri. & ibi, oy ala perſonne, nume. 3. & 4. Socin. in dicto conſil. 66. num. 15. & quomodo petitur. Caſſan. vbi ſupra. §. 2. ibi, faire recognoſciance. Aluar. in §. nulla, num. 4. infra titu. proxi. dominus autem pro ea non debet habere laudemium, ſed valet cõſuetudo, quòd aliquid exigatur. Caſſan. vbi ſupra. rubr. 10. §. 10. ibi, an ſeigneur. poſt nume. 7. & dicitur inueſtitura prædicta, ab Inueſtio, inueſtis, ſecundum Iſern. hic, quia ſicut homo induit ſe veſte vel veſtimento tegitur, & tecto cooperitur veſtibulum. l. e. arbor. §. pri. in ver. de ueſtibulo. ff. com. diui. amictus lumine ſicut veſtimento, Pſalmus 103. Benedic anima mea. Induit maledictionem, ſicut veſtimentum. Pſalm. 108. Deus laudem meam. metaphorice, induitur virtutibus. Inde Eccleſiaſt. 6. 45. & 50. Stolam gloriæ induit eum. & pſalm. 131. memento. cap. dominus. pri. quæſt. pri. & cap. ſapiens. de pœn. diſtin. 2. Sacerdotes tui induantur iuſtitia, vt veſtis impletur ab homine. l. iuris gentium. §. quinimo. in glo. pri. circa medi. de pactis. & homo dicitur proprie veſtitus, poſtquam induit ſe veſte. Aluar. hic num. 2. in pri. induitur intus & exterius, & quomodo. Diuus Thom. ad Galat. 3. in fin. col. penult. circa medium. pactum veſtitur ſex modis. Azo in ſum. C. de pactis. nume. 15. ita pactum nudum, nudus conſenſus. Frede. de formu. feu. lib. 3. ibi, quia. num. 10. ante & poſt. & denudatur quando priuatur aliqua qualitate incorporea. not. in c. vnic. de bigam. in 6. & alibi expoliantes veterem hominem induite nouum. cap. quomodo. de pœnitent. diſtinct. 2. denudatur priuilegiis. l. militaris. de re milita. C. lib. 12. induitur iuſtitia & aliis uirtutibus. Archid. in cap. ſapiens. circa medi. de pœnitent. diſtinct. 2. pelle & carnibus. Iob. 10. Ita inueſtitur quis feudo per ipſius traditionem. Affli. hic nume. pri. in fin. & dicitur inueſtitus, quia poſsidet cum volũtate domini, ut dictum eſt ſupra, & dicit Iſer. titu. 4. cap. ſciendum. & tunc iſta inueſtitura habet uim & effectum ueræ poſſeſsionis. Lucas in l. prædia. colum. 9. circa fin. ibi, tertia ratio. C. de locatio. prædio. ciui. & iſta renouatio & inueſtitura eſt in fructu. glo. 3. Pari. titu. pri. §. 6. nume. 8. circa fin. In feudo antiquo ſi fit ſucceſſori, dicitur potius confirmatio, quam inueſtitura. Afflict. in cap. pri. poſt nume. 17. & 18. quo tempore miles, etiam ſi eſſet noua conceſsio: quia non amittit naturam antiqui, ſed eam retinet; & ſucceditur in eo ut in antiquo. Cap. in uer. feudorum clauſulæ. ibi, confirmamus, & de nouo. circa fin. aliàs ſi mutaretur, non remaneret in prima ſui figura. Affli. de uaſal. decrepitæ ætat. nume. 11. in nouo, ſine inueſtitura nulla acquiritur realitas. Loſtr. dicto titul. quibus modis feud. conſt. poteſt. in fin. Pernus in pri. nota. colum. 3. & 6. circa medium. nec conſtituitur pignus ſine inductione in poſſeſsionem. Alex.
14 in conſi. 2. nume. 13. 4. uol. Vnde, ſi duo ſunt inueſtiti, ſecunda eſt potior prima; quando eſt in poteſtate inueſtientis derogare primæ. Barba. in addi. ad Bald. in §. item. in ver. pacto. de feu. guar. ſecundum uero priuilegium, non tollit primum: quia non eſt in poteſtate principis. Bald. de natu. feu. in pri. Sed in propoſito, ſi dominus unum inueſtiuit, & alteri poſtea donet, quis præferatur. Iſern. hic, uſque ibi, ſed ſi diſputat ad partem, & in capit. ſi facta. ſi de feud. defun. mili. controu. fue. Huius articuli deciſio, dependet ab alio; ſi per inueſtituram efficitur quis poſſeſſor, de quo glo. final. in cap. ſi quis deinceps. decimaſexta quæſt.
7. Et licet uideatur, quòd primum præualeat

ſecundo,

ſecundo, niſi primum reuocetur ex cauſa in ſecundo inſerta. Bald. in conſi. 345. numero 6. pri. volumi. & ille obtinet cui primo fuit tradita poſſeſſio. Idem Bald. in conſi. 414. circa fin. 2. volum. Iſern. tamen hic tenet, quòd ſit neceſſaria poſſeſſio in acquiſitione, ad hoc vt poſtea non poſsit alteri dari per Principem. multa pro & contra Lucas in l. prędia. poſt princ. C. de locatio: predio. ciui. Facit tamen pro Iſern. lex, ſi duobus. ff. de diuer. & tempo. præſcri. l. pri. cum ibi oota. C. de rei vendi, facit. l. ſi debitor. ff. de pigno. & poſſeſſor eſt potior, ſi inter ſe litigant, ſecus ſi contra extraneum. l. ſi non dominus. & ibi glo. ff. qui potio. in pign. vnde ſi dominus duos inueſtiuit, & tradidit ſecundo, ſecundus potior eſt in feudo. Immo ſi primus cui fuit res tradita, ſciat traditionem factam ſecundo ignoranti, & tacet per annum, prima traditio pro nulla debet computari. Iacob. de Ardizo. in Sum. ſi dominus duos ſeparatim inueſtierit, & primo oon tradiderit, ſed ſecundo, quis erit potior in feudo. Huic cenſetur dicere dominus, tange ſi potes, glo. fina. in ſimili. in l. pri. cir. pri. ff. de condi. inſti. licet, ſi poteſt. §. fina. vbi Afflict. in 10. not. infra eo. maius enim fuit dare poſſeſſionem, quam ueſtituram concedere. cap. vilis. cir. medi. 16. quęſt. 2. non erit tamen licitum propria authoritate occupare, ſed iuris ordine ſeruato. Bald. in l. meminerent. cir. pri. C. vnde vi. etiam, quòd dediſſet licentiam propria authoritate apprehendendi: quia non cenſetur dediſſe authoritatem alium expellendi. Idem Bald. in d. conſi. 345. poſt num. pri. & 2. alias amitteret feudum, tam ſi poſſideat dominus, quàm tertius. Bald. in §. ſi duo. poſt nume. 7. de pace tenen.

15 Quid ſi tradidit vel inueſtiuit in in præſentia vnius rei per aliquid corporeum, an habeat poſſeſſionem omnium rerum. Iſtam quæſtio. diſputat Aluar. hic colum. 8. in fin. & 9. in pri. & Præpo. nume. 8. & Affli. in 4. not. nume. 12. vbi multa pro & contra. Vltra alios, pro parte negatiua adducit ſimilia: & primo, ꝙ ꝑ vſum vnius ſeruitutis, alia non retinetur. l. ſi prius. de aqua pluuia arcen. præſcribendo quis in vno articulo, non præſcribit in alio. cap. cum olim. & capit. auditis. cum ibi not. de præſcripoo. not. in cap. cum contingat. de decimis. & ſicut non vitiatur totum, quamuis vitietur pars: cap. pri. vbi not. de conſecra. eccle. vel alta. ita per partem, non retinetur totum. not. in cap. olim. de cenſibus. Vltimò, ſeruitus pro parte retinetur, licet pro parte non conſtituatur. l. vt pomum. §. pri. & l. pro parte. ff. de ſeruituti. & alia de quibus Bal. infra de allodijs. poſt num. 8.

Pro alia parte facit, quod dicit Bart. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vſufruct. & quemadmo. quis vta. vbi dicit, quod per actum ſingularem, retinetur quaſi poſſeſſio iuris in vniuerſo: uſu partis, retinetur ius totius, à ſciẽte, ſecus ab ignorante. Idem Bart. in l. is qui. ff. Quibus modis vſusfruct. ami. l. 2. in glo. fin. ff. quemadmodum ſerui. ami. Ex uno actu ſcienter facto, confirmatur iuriſdictio in toto proceſſu. Bald. in cap. ad audientiam. nume. 11. in fin. de reſcriptis. Iuriſdictio perpetuata in vna perſona, vel in uno articulo, cenſetur perpetuata quo ad omnes. cap. cum plures. de offic. delega. in 6. glo. in cap. ne aliqui. in ver. noo cæpta. de hæreticis. in 6. Agnoſcens aliquam ex partibus in quibus eſt inſtitutus, cæteras acquirit. l. 2. & ibi glo. fin. ff. de acquirend. hæred. per partes ſeruitus non poteſt conſtitui, ſed per partes retinetur. l. 2. & ibi glo. fina. ff. de ſeruitu. lega. In uno negligens, vel agnoſcens, in alio videtur agnoſcere. l. hæres. in gl. de condi. & demon. ſi fit reſtitutio in vna re, videtur facta in omnibus, adeo quòd non opus ſit alia reſtitutione. l. reſtituta. in ver. carum. poſt medi. ff. ad Trebellian. Per partem retinetur totum. glo. pri. cir. medi. in cap. relata. 10. quæſt. pri. l. cum ſcimus. in glo. fin. C. de agric. & cenſi. Bald. in conſi. 242. numero 3. pri. volu. ſi eſt in poſſeſſione vnius ex contentis in priuilegio, cenſetur eſſe in poſſeſſione omnium. Deci. in conſi. 271. re vna repetita, interruptio eſt in omnibus. glo. in l. Iulianus. §. fio. in ver. intentionem. ff. de exhibe. Vltimò, per poſſeſſionem partis, acquiritur poſſeſſio totius. Iſer. hic.

Sed pro concordia dic, quod ſi eſt vnum integrale, per poſſeſſionem partis acquiritur poſſeſſio totius, & ita procedunt vltimo loco adducta: ſecus ſi ſont diuerſa prædia in pluribus locis. Bald. de conten. inter maſcul. & fœmin. in fi. Et ita pro prima parte allegata. & ita uidetur ſentire Iſern. hic, ibi, audiui magnos peritos; nam certum eſt, quòd appræhenſio vnius rei ex pluribus, non trãſfert poſſeſſionem rerum in quibus appræhenſio non interuenit. Quòd autem ſolet dici, per apprę-henſionem partis, acquiri poſſeſſionem totius, eſt intelligendum, quando apprębenditur poſſeſſio alicuius feudi certi & determinati: nam tunc per appręhenſionem partis fundi, acquiritur poſſeſſio totius. Secus ſi apprehenderetur poſſeſſio vnius rei ex pluribus. Ludouic. de Molin. de Hiſpano. primoge. lib. 4. cap. 2. num. 22. & 23. Aut quaſi poſſeſſio plurium iurium eſt apud aliquem, & tunc ſi alii occupant, quaſi poſſeſſionem in vno articulo, non dicitur acquiri in alio. Aut illa quaſi poſſeſſio non erat apud alium, & tunc occupatio in uno articulo animo acquirendi iure vniuerſali, acquiritur quo ad totum. Alexan. in conſi. 68. col. fin. pri. 2. volu. ſicut fit extenſio de iuribus ad iura, quando quis vtitur iure cõmuni; nam vtendo vno iure, omnia alia videtur retinere, quæ eodem iure debentur. Innoc. in cap. fina. nume. 10. de offi. Archi. Secus ſi capitula, ſeu iura ſunt ſeparata, & non tendunt ad eundem finem. Bald. in dicto cap. auditis. numero 13. de pręſcriptio. & hoc modo dicimus, per poſſeſſionem capitis feudi, eſſe captam poſſeſſionem totius. & Princeps ingrediendo principaliorem vrbem prouinciæ, appræhendit poſſeſſionem totius prouinciæ. Cap. in dicto §. præterea ſi quis infeudatus. in pri. limitat. quintæ concluſio. de prohib. feud. aliena. per Fred. Fred. de ſuffe. lib. 2. quis dicatur Dux. num. 66. & 67.

Quod ſi dominus conceſſit feudum, & ſcripſit literas, vt vaſallus in poſſeſſionem mitteretur, ſi neglexit petere ſe immitti & vti literis, perdit ius ſuum, & illi renunciaſſe videtur. Paul. de Caſtr. in l. ſi finita. §. cum tamen. numero ſecundo. de damno. infect. Quid ſi fiat in pręſentia rei, dic quod acquiritur poſſeſſio per ſolum aſpectum, interueniente traditione poſſeſſionis. leg. prima. §. ſi iuſſerim. & leg. quod meo. §. ſi venditorem. ff. de acquirend. poſſeſſio. ſicut pecuniæ ſolutæ dominium quęritur per aſpectum. leg. pecuniam. ff. de ſolutio. idem ſi tradatur inſtrumentum: nam traditur & res. gloſſ. final. poſt medium. in lege

ab emptione, ff. de pactis, c. ſane. in ver. redens, de renunciatio, Et probat traditionem, quando in cõſpectu rerum factum eſt inſtrumentum. Alex. in conſ. 97. nume. pri. 7. vol. qui enim voluntate domini aliquid accipit ex fundo, titulo habili ad trãſferendum dominium, efficitur dominus. l. qui ſaxum. ff. de donatio. & ſicut ſe habet traditio in corporalibus, ita ceſſio in incorporalibus. l. fin. in gl. fina. C. quando fiſcus vel priuat. in principe autem ſecus; nam per eius inueſtituram etiam verbalem, transfertur dominium. Afflict. ſupra, Qui ſucceſſ. tenea. nume. 18. & Princeps eo ipſo quòd dat, transfert dominium, nec aliquid aliud requiritur niſi pro executione facti, traditio. Bald. ſupra in prælu. num 29. & §. fin. nume. 2. de noua forma fidele. Vel nõ eſt neceſſaria quoad dominium, ſed quoad vſum facti. Idem Bal. in d. conſi. 345. num. 4. pri. vol. Alex. in conſi. 155. nume. 16. 6. vol. eo ita demum ex principis inueſtitura trãſit dominium, ſine apprehenſione poſſeſſionis, ſi Princeps intendit transferre ius in re, quod ex verbis priuilegij liquere poteſt. Cap. in ver. feudorum acquiſitio. in fin. prin. puta ſi dicat, quòd dominium tranſeat: vel adſit clauſula, Vim, robur, & efficaciam veræ realis & corporalis traditionis. Idem Cap. in d. §. præterea ſi quis infeudatus, in 3. & 4. limi. Lucas in d. l. prædia. col. 21. cir. medi. Petrus in tracta. de Principe. col. 11. cir. medi. & in conſ. 15. col. pri. cir. medi. & ſeq. & in tracta. de Rege, col. fin. in pri. & verba, Cũ omnimoda iuriſdictione, ſi apponuntur in inueſtitura, important ampliſſimam ſignificationem, in con. feu. diuer. 57. num. 8. Vnde in priuilegiis, eo ipſo quod Princeps dat, tranſfert dominium, Cap. in ver. feudorum inueſtituræ. ibi, inueſtitura alia verbalis. in fin. & in regno Apuliæ, per priuilegium Regis, ſtatim eſt quæſitum vtile dominium, Loffr. in con. 47. num. 6. poſt medi. In regno Siciliæ non requiritur alia inueſtitura, quàm priuilegium, Affli. de his qui feu. dare poſſu. poſt nume. 17. Iaſ. in prælu. feu. poſt nu. 71. Fre. de ſuffe. lib. 2. quis dicatur dux. num. 68. addi. vlti. cir. fi. ad Odoffr. in Sum. quid ſit feudum. Inferior autem hoc non poſſet. Affli. quæ ſint regal. in pri. num. 74. Loffr. ſupra in 6. quæſt. prælu. & de ſucce. feu. cir. medi. & iſto modo poteſt intelligi Iacobi. qui tenuit contrarium in ver. Princeps Pedemontium, ibi, ſed quæro. per tot. & ſic ſecundum Iſer. hic col. 2. in pri. Non videtur differentia quo ad vindicationem, inter traditionem, & poſſeſſionem. l. ſi fundum. de fundo dotal. etiam quòd aliud ſit poſſidere, & aliud eſſe in poſſeſſione. glo. pen. in l. 2. ff. de actio. empti. glo. 3. in l. is cui. ff. vt in poſſe. lega.

Supereſt vt adaptemus aliqua in Iſer. quæ non tetigimus, cuius litera eſt corruptiſſima, ita videt̃ poſſe reſtitui in ſimi. glo. Pari. tit. pri. §. 41. nu. 49. cir. pri. ibi, de acquiren. poſſe. ſi iuſſerim, dic. l. pri. §. ſi iuſſerim. ibi, inueſtitura dicto modo, niſi tradatur. dic, inueſtitura dicto modo non transfert, niſi tradatur. ibi, de publica. cotin. §. domus. dic, de publica. & vectiga. l. cotem. §. dominus. ibi, lex animata, vt in Auth. de conſu. princi. dic, lex animata, vt in Authen. de conſule. in fi. ibi, officialis Princeps nihil poteſt reuocare. dic, officiales Principis non poſſunt reuocare, vt per Loffr. hic, in ver. item differentia. ibi, ſufficit dare inſtantiam, vt augmentationem procedat. pri. quæſt. pri. ſicut iuri. dic, ſufficit dare inſtantiam, vt argumentum non procedat. pri. quæſt. pri. cap. ſicut vrgeri. ibi, lex verò corrigitur. dic, non corrigitur. ibi, de præſcri. tibi. & cap. duobus, dic, de reſcriptis. cap. duobus. ibi, traditionibus factis. Iſer. continuando quæ dixerat, dicit, quod periti quos audiuiſſe retulit, exponunt, traditionibus, idest traditione. Sicut quorum iudiciorum, ideſt cuius iudicij. l. diuus. §. fin. in glo. pen. ff. de petitio. hære. & ſic numerus pluralis tranſit in ſingularem. l. 3. in ver. negotia. ff. de nego. geſt. l. 2. in ver. exactis. de origi. iuris. l. gallus. §. quid ſi is. in ver. deinde. in fi. de libe. & poſthu. Adeo quòd, ver. traditionibus factis, de quo in l. Seia cum bonis. in prin. ff. de donatio. cau. mortis. ſi velles tenere opinionem de qua ſupra, quod per traditionem vnius rei cæteræ acquirantur: poſſunt exponi, traditione facta; ſicut quãdoque ſingulare tranſit in plurale. l. qui cum tutoribus. §. fin. in ver. de quo. ff. de tranſactio. vel in illa lege ſic euenerat de facto, quòd plures traditiones erant factæ: & ſcribit narrando factum, & ſoluendo quæſtionem, l. penult. in ver. ſcribit. de damno inte.

Iſer. dum dicit, quia ante hæreditatem eſt nullius, poſt eſt hæredis. dic, quia ante hæreditatem eſt nullius, poſt aditam hæreditatem eſt hæredis. ibi, quod per vnum acquiruntur alij, non vno habito ex hoc alij habeantur. dic, quod per unum acquiritur alii, non vno habito alij habeantur. Dum dicit, & qui aliàs non poſſunt acquirere iure repugnante, acquirunt poſſeſſionem quæ eſt facti. Adde eundem Iſer. in §. illud quoque, præcipimus, poſt nume. 70. de prohi. feu. alienat. per Freder. ibi, vſque ad terminum uere poſſidetur, dic, vſque ad terminum vere poſſideret. ibi, fundi conſtituuntur deſtinatione domini. l. quod in rerum. adde §. penul. de leg. pri. & com. prædio. ſi quis duas. §. ſi quis partem. in ver. ſed fundus. Dũ dicit, Inſt. per quas perſo. nobis acquiri. §. ſi ſub quibus continetur peculium, patrimonium viuentis. ff. ad Trebellia. cogi. & de leg. 3. ſi chorus. dic, inſti. per quas perſonas nobis acqui. §. fin. ſub quibus continetur peculium, patrimonium viuentis. ff. ad Trebelli. l. cogi. & de lega. 3. l. ſi chorus. §. pri. Dum dicit, feudum vendicatur ſecundum modernos; Non ponit vbi illud dicunt, eſt tamen eius materia in cap. pri. §. rei. de inueſti. de re alie. facta. & in cap. pri. de controu. inter vaſal. & a-
36 lium. Quatenus tenet, quòd feudum eſt vniuerſitas dicti, & non iuris: idem ſupra in prælu. in 5. quæſt. in fin. Paris de reintegra. feud. in ver. conceſſa eſt Baroni commiſſio, numero 3. Ludouic. de Moli. de Hiſpano. primoge. lib. pri. cap. 26. in fin. nume. 21. Loffr. quæ ſint regalia. in ver. angariæ. ibi, ſequitur verſiculus, Item ſecus. in fi. & hic, vbi etiam declarat verba appoſita in conceſſione caſtri, Cum iuribus & pertinentijs ſuis & integro ſtatu: nam ſecundum Iſer. hic, intelliguntur de iis, quæ à iure vel conſuetudine veniunt. & inueſtitus de caſtro, venit & iuriſdictio, & merum imperium. Afflict. in cap. ſi verò feudum. numero 9. de cõtro. inueſt. & dicitur vniuerſitas facti, quia vt plurimum diuerſos agros habet. Iſern. hic, & Cam. in cap. Imperialem. car. 38. col. pri. cir. fin. venit in petitione hæreditatis. l. item videndum. §. tunc videamus. in glo. fina. ff. de petitio. hæred. Cap. in ver. feudorum actiones. ibi, promiſcue.

col. 3.

colum.5. cit. medium. cum duabus ſequen. venit in petitione & diuiſione hæreditatis. Bald. in l. ſi tibi decem millia. in prim. repetio. §. ſi pactus. poſt numer. 3. ff. de pactis. Intellige tamen, quando is qui agit, eſt comprehenſus in inueſtitura. Loffred. in conſi. 14. nume. 6. Iaſ. in prælud. feud. num. 43. adeo quòd hæres in Burgenſaticis cenſetur nominatus in feudalibus. Frederic. vbi ſupra libr. 2. Ibi quadrageſimoquinto quæro, & licet veniat in petitione hæreditatis, eſt tamen extra hæreditatem. Pernus in prim. notabilibus. colum. 4. poſt medi. conſuetudo, & verba in inueſtitura, pro ſe & hæredibus, faciunt hæreditarium. Caſſan. in conſuetud. Burgun. rubr. tertia. §. quinto. in princip. numer. 6. & 7.

Iſern. dum allegat Authen. de quæſto. §. ſi vero dominus. dic §. ſi vero aliqui. Et ibi, pro ſocio. l. 4. dic. l. 3. in ſecundo dicto. Ibi, quæ ſi quidem, dum legitur, qui dicunt pars, dic, qui dicuntur pares. & ſic ſi feudum de nouo vult dare dominus, requiruntur pares: alias conceſſio non valeret, alij contra. Iſern. autem remittit ſe infra, qui teſtes ſint neceſſa: in feudo antiquo. Confirmatio non poteſt fieri cum noua qualitate in præiudicium aliorum: nam ſi prima fuit pro maſculis & fœminis, in confirmatione vel renouatione, non poteſt dici, pro maſculis tantum: quia primogenitus ſemper debet recipere confirmationem, ſecũdum primam inueſtituram. Cap. in verſic. feudorum clauſulę. Ibi, ei, hęredibus ex ſuo corpore, circa finem. & ibi, quod fœminæ, in quarto dicto, ſi non fuit factum breue teſtatum, vel factum ammiſſum, & offeruntur pares, qui nolunt iurare: ſi is qui producit, dicit illos eſſe corruptos, odio, gratia vel precio, dominus debet cogere vt veritatem dicant, & nititur ratione, quia pares habent iuriſdictionem ſuper pares, ſicut iudices ſuper teſtes. Bald. in §. notandum, lo ſecundo. numer. prim. de notis feud. ſic quando inferior renuit facere quod debet, remittitur ad ſuperiorem, vt illum cogat & priuet. Ioan. And. in cap. 2. poſt nume. 3. de exceptio. in 6. & cogit Papa ad perficiendum quod cęperat. Idem Ioan. And. in capit. penulti. poſt nume. 2. de ſenten. & re iudic. eod. lib. 6. in propoſito, ſicut partes eligunt pares, & ſi nolunt compelluntur. Bald. in conſi. 466. in 6. dubio. prim. volumi. ita arbitri eliguntur a partibus. capit. ab arbitris. dicto tit. de offic. delegat. in 6. & Epiſcopus ſi liogat cum clerico, ipſe compellit partem arbitros eligere. capit. irrefragabili. §. cæterum. in ver. ſuper. poſt medium. de offic. ordin. gloſſ. prim. in capit. ſi clericus. 11. quæſtio. prim. nimirum, quia arbiter cauſas militum componit. l. tam collatores. §. erit autem. C. de re milita. pro rationibus excutiendis inter ſeruum & dominum ipſe eligitur l. ſi quis dicat. ff. de manumiſſio. & in controuerſia inter principem & ſubditos circa pacem Conſtantiæ Bald. de pace conſt. in verſi. Imperialis. nume. 26. & in verſic. poſſeſſione. poſt nume. 2. & ſi dominus nolit cogere, Comes, populus, ſiue Imperator teſtes vel dominum compellet. Afflict. hic in §. ſi enim domino. poſt nume. 9. Ita & arbitros, quia teſtes arbitri vocantur. Lucas in l. nemo. colum. 8. circa finem. C. de re milit. Et ſi dominus vel pares recuſant cognoſcere. Iacobi. in verſic. & dicti vaſalli pro dictis rebus. numer. 21. recurritur ad ſuperiorem, ſicut in miſerabilibus perſonis, ex defectu iudicis ſecularis, recurritur ad eccleſiaſticum. multa Inn. in c. ſignificantibus. de off. deleg.

Sed ſi recuſat facere inſtitiam, an amittat feudum. Bald. hic in §. ſi enim domino. nume. 6. Afflict. nume. 19. & Iſern. in verſicu. teſtibus. circa finem. dicunt, quod quando dominus non facit iuſtitiam vaſallo, priuatur proprietate. Tu dic, quòd non priuatur iuriſdictione, niſi fuerit monitus cũ comminatione de auferendo feudum: alias ſolum incurrit indignationem ſuperioris, & punitur extraordinarie. Iacobi. in verſic. Marchio in Italia. ibi, quæritur etiam, vel pœna arbitraria. Lucas in l. vnic. in fine. C. de theſauris. Pernus in tracta. de Regina & Rege. colum. penulti. in fin. & vltim. vel ſecundum qualitatem negotii. Lucas in l. prim. circa finem. C. vt dignita. ordo. & extraordinarie, ſi non eſt appoſita pœna in mandato. Cap. in ſua inueſtit. in verbo, feudi officiorum. columna ſecunda. ibi contemptor. & ſi omnes teſtes deficiunt, datur domino iuramentum: nam vinculum iuramenti ſtringit. l. fina. C. de bonis vacant. & iuriſiurandi religio non debet vilipendi. capitu. videtur. poſt princip. 35. quæſtio. ſexta. & datur domino, cum diſtinctio. pluries facta. Dicit Iſern. hic in verſic. teſtibus. in princip. quia inſtantia petendi inducit præſumptionem contra petentem. capitu. quidam cedendi. cum ibi not. de renunciatio. & non debet petere ab alijs, quod ipſe debet aliis dare. not. in leg. ſi quis ex argentariis. §. prætor. in verſ. vt edatur. ff. de edendo. probabit autem originaliter actor reus ſi verò incidenter. l. in exceptionibus, in glo. ſecunda. circa medium. ff. de probationi. Iſern. autem dum dicit, priuaretur proprietate vaſal. dic, priuaretur proprietate vaſallagij. Ibi, quod ſi dominus erat contemptus, hunc non eſſe ſuum vaſallum, vt habeat feudum, cogentur pares & cæt. dic, quod ſi dominus erat contemptus hunc parem non eſſe ſuum vaſallum, habeat feudum ille par, cogentur pares & cæt.

SVMMARIVM.

1 *Si vero, eſt aduerſatiua, non incipit caſum diuerſum ſed continuat quod dixit aduerſando.*
2 *Feudum poteſt conſiſtere in præſtatione annua.*
3 *Præſtatio duplex vel triplex quieta cum diuturnitate temporis, facit præſumi pro vaſallo.*
4 *Res, vnde dicitur.*
5 *Suum, proprium dicitur: proprium, quaſi porro priuatum.*
6 *Deinceps, eſt aduerbium temporis.*
7 *Feudum aliud rectum, & aliud conditionatum.*
8 *Deſerre, retro ſerre, & conuertere.*
9 *Teſtes idonei, & alij exceptione maiores.*
10 *Neceſſitate toleratur violatio legis.*
11 *Vaſallo poſſidente non opus eſt probatione, ſed orta inter ipſum & dominum controuerſia, iuret aut deferat.*
12 *Redditus, vnde. & in eo conſiſtit feudum.*
13 *Feudum ſictuale.*
14 *Præſtatio antiqua & diutina, inducit obligationem in futurum.*
15 *Plura dicuntur pluribus modis, vel arbitrio iudicis.*

AD §. SI VERO.

1 SI vero.) Eſt hæc dictio, aduerſatiua,
noo incipit caſum diuerſum, ſed ad-
uerſando continuat. Iſern. qui ſucce.
tenea.lo primo.num.10.in fi. Vaſal-
lus quidem poſſideat.) Proprie & vere quia poſſi-
det rem feudalem, quæ vere poſſidetur, Præpoſit.
hic in princi. Vel feudum Cameræ aut Canauę.)
Puta viginta vncias annuas in Camera ſeu de Ca-
neua. Iſern. in capit. ſancimus, lo vltimo, nume. 4.
circa finem. Quo tempore miles. Nam in annuá
2 præſtatione poteſt conſiſtere feudum. Idem Iſer.
in cap. prim. num. 2. circa medium. & poſt nume.
3. de feud. March. & poteſt dari ad vitam. Alber.
in l. iubemus, la ſecunda. C. de ſacroſanct. eccleſi.
Deci. in conſil. 123. poſt numer. prim. In duabus
3 ſeu tribus acceptionibus quietis quaſi poſſideat.)
Intellige factis vaſallo, & non per ipſum domino:
nam ex duplici vel triplici præſtatione quieta, cũ
diuturnitate temporis, facit præſumi pro vaſallo,
dummodo præſtatio ſit vniformis, attenta quali-
4 te perſonæ & muneris. Præpoſit. hic nume. prim.
Dominus autem feudum.) Ideſt qualitatem feu-
dalem, cap. inter filiam. ſi de feud. defunc. mil. con
tro. fue. Eſſe negans, rem.) Quæ iure ſuo conſiſtit:
dicta a recto habendo. Suam.) Ideſt propriam: &
dicitur, proprium, quaſi porro priuatum, ſepara-
5 tum a communitate. priuatum, ſuum dicitur qđ
ad alium non pertinet. Archidiac. in capit. res. 12.
quæſtio. prim. Petat, vel quod de Camera, vel de
Camera bis vel ter, ſicut diximus iam ſolutũ eſt.)
Quod actum præteritum perfectumq; deſignat.
Lucas in l. ſi quis in ſacris. circa princip. C. de pro
xi. ſcrinio. Deinceps.) Quod eſt aduerbium tem-
6 poris. Idem Lucas in l. prim. circa medium. C. de
bonis vacãt. Soluere renuat.) Spoliando vaſallum.
Innocen. in capitu. querelam. nume. 4. de electio.
Tunc non eſt opus probatione, ſed poſſidenti da
ta electione, aut iuret ſuum eſſe feudum rectum.)
7 Nam feudum aliud rectum, & aliud conditiona-
tum. Rectum, quando eſt datum ſimpliciter ab-
ſque determinatione ſeruitij. Cap. in ſua inueſtit.
in verſic. rectum feudum, eam; in §. præterea duca
tus, car. 96. colum. prim. circa medium. de prohibi.
feud. aliena. per Frederic. & tenetur tunc ad con-
ſuetum. Quid ſi non apparet de conſueto, nec eſt
expreſſum. Cap. in capit. Imperialem. car. 29. co-
lum. pri. ibi, quarta concluſio; & ibi, quandoque.
dicto titu. de prohibita. feud. aliena. per Frederi.
& ſi dominus longiſſimo tempore non fecit mẽ-
tionem de aliquo, præſumitur rectum. Loffred. in
conſil. 40. poſt num. 49. Conditionatum feudum
eſt, quando datur ad certum determinatum ſerui-
tium: puta pro aſſocianda vxore domini vel filia
8 maritanda. Cap. vbi ſupra, in verſic. feudorum ge-
nera. ibi, conditionatum. Iaſ. in prælud. in prin. nu
me. 82. Aut domino referatur.) Ideſt retro ſera-
tur & conuertatur. Grammatici, in verbo, refero.
Iuramentum, ſi autem inueſtitura ab eo qui vaſal-
los non habebat, dicatur facta, tunc per quoslibet
idoneos teſtes.) Et aduerte, quòd idonei ſi ſunt
9 producti, poſſunt ex aliqua cauſa repulſari, & ſi
non repulſantur, ſunt idonei. Omni exceptione
maiores ſunt illi, quibus aliqua exceptio non po-
teſt opponi. vltim. addit. ad Odoffred. in Summa:
coram quibus debeat fieri inueſtitu. Aut per pu-
blicum inſtrumentum.) A duobus vel tribus pari-
bus confirmatum. ſupra eodem. poſt prin. Proba-
ri poteſt; aut inopia probationum emergente.)
Sic ex neceſſitate toleratur violatio legis vel con-
10 ſuetudinis, quia licet de ſolemnitate & ſubſtan-
tia nouæ inueſtituræ ſit præſentia parium, tamen
vbi non ſunt pares, ſufficit præſentia aliorum, ne
probationum materia anguſtetur. Immo emer-
gente inopia probationum, recurrendum eſt ad
auxilium ſacramenti. Præpoſitus hic, ibi, ſi vero,
lo ſecundo.

Declarato textu, dubia reddebatur eius conſul
tatio, nam videtur, quòd dominus non ſibi præiu-
dicauerit, per duas vel tres vices ſoluendos: nam
qui percipit ex fideicommiſſo inualido, non præ-
iudicat iuri quod per prius competebat. l. qui fi-
deicommiſſum. de lega. 1. nec qui ſoluit integrum
prohibetur ex alia re retinere Falcidiam. l. quod
de bonis. §. non idcirco. & l. ſi ex pluribus. ff. ad leg.
Falcid. ita in caſu noſtro, etiam quod vaſallus ha-
buerit duas vel tres præſtationes, non per hoc de
bet dominus excludi a ſuis iuribus, quia etiam qđ
quis in totum ſoluat, in alijs non ſibi præiudicat.
gloſ. penult. in l. non dubium. C. de teſtamen. Se
cundo, longinqua vſurpatio non facit ius, nec ope
ratur quod poſſit retinere quod iure non præſti-
tit, etiam quod diu ſoluerit, multa allegat gloſſ. in
capit. quia cognouimus. 10. quæſtio. 3. modo ſi ap
paret indebite ſolutum per eum, ad quem nego-
tium ſpectat, repetitur. l. 2. §. fi. & l. ſeq. ff. de con-
di. indeb. ita hic, non obſtante ſolutione, dominus
ad quem ſpectat feudum, debet admitti: ſicut ap-
probans falſum inſtrumentum per errorem, po-
teſt poſtea illud reprobare. l. 3. C. de falſis. Tertio
videtur, quod ſi ſponte aliquo tempore aliquid
præſtiterit, poſtea non poteſt compelli ad præſtan
dum quod non promiſit. l. operis. ff. de operis li-
beris. tanto magis, quia per præſtationem nõ pro
batur aliud quam factum. Bald. in capitu. ſi quis
per triginta. in princip. ſi de feud. defunc. mil. con
trouer. fuerit.

His non obſtantibus, determinatur contra-
rium, & ratio eſt, quia in poſſeſſione vertitur fa-
ctum. l. ea quæ. in gloſſ. 3. ff. de acquirendo rerum
domin. pactum huius poſſeſſionis eſt exactio, cau
ſa poſſeſſionis dominium. l. per procuratorem. in
gl. fi. C. de acq. poſ. propterea datur electio vaſallo
poſſidenti, iurare ſuum eſſe feudum, vel iuſiuran-
dum domino deferre.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam illud pro
cedit quando ſoluit per ignorantiam, vt per gloſſ.
in d. l. quod de bonis. §. non idcirco. & dict. l. ſi ex
pluribus. ideo ignorans non obligatur. l. 4. §. prim.
in verſic. ignorans. de actione, & obligat. ſecus ſi
ſcienter, vt hic, quia ſicut ignorans excuſatur: ita
ſciens obligatur. Lucas in l. 4. col. pri. circ. med. C.
C. de tabula. ſcri. logogra.

Secundum non obſtat, nam illud procedit in
ijs, quæ poſſunt præſcribi. gloſſ. in capit. cleric. 16.
quæſtio. 3. in alijs ſecus.

Vltimum non obſtat, nam actus agentium nõ
debet operari vltra eorum intentionem. l. nõ om-
nis. ſi certum petatur. propterea ſi præſtitit in il-
lo ſibi præiudicauit, in alijs nõ. l. voluntariæ. C. de
excuſat. tuto. ſecus quando adeſt titulus præſum-
ptus, cum præſtatione, vt hic. & ſic firma rema-
11 net concluſio, quod vaſallo poſſidente non opus

eſt

eſt probatione, ſed ttta inter ipſum & domi-
num controuerſia iuret, aut deferat. Intellige
idem eiſe in domino, ſi ipſe poſſideret, quia iura-
mentum tunc ipſi defertur cum duodecim ſacra-
mentalibus, ſupra eod, ibi, ſi enim dumino, item
procedit in quolibet reo, nam ſacramentum de-
fertur potius reo quàm actori. gln. in §. ſed ſi qui-
dem. in verſic. iureiurando. Authen. de nuptijs. Vl
timo habet locum in qunlibet alio, nam inopia
probationum defertur iuramentum. Bald. infra eo
dem. in verſic. ſi verò inueſtitura, nume. 2. Intelli-
ge tamẽ prædicta, dummodo adſit aliquod quod
iudicem mo ueat. Iſern. hic, & in dicto verſic. ſi ve
ro inueſtitura. poſt nume. 1 1. & habet locum, niſi
vaſallus eſſet caſtaldus vel actor domini. Idem
Iſern. ſupra de contentio. inter domin. & fide. in
princ. Vltimo procedit, niſi periurium eſſet prom
ptum, quia ad illud euitandum non defertur iu-
ramentum. §. nos igitur videntes. Authentic. de
nuptijs.

Nota quòd feudum poteſt conſiſtere in redi-
tibus. capit. fin. ſupra titu. proxi. ſicut in mobilibus
& ſe ſe mouentibus, ad vſum feudi perpetuo de-
ſtinatis, ſecus ſi temporaliter. Afflict. in conſtitut.
baiuli locorum. in 3. notab. poſt nume. 9. de offic.
baiu. Inde redditus dicitur, quia ſingulis annis re-
12 dit. not. in clemen. prim. de rebus eccle. non alie-
nan. hoc modo pecunijs militatur, ſicut quando
pecunia accepta militia emitur. §. his conſequens.
ibi, quia vero, & gl. in verſi. militat. Auth. de æqua
li. dotis. Prædicta vera quando conceduntur an-
nui introitus, vel res immobiles cum præſtatione
ſeruitij perſonalis, ſecus ſi concedatur in feudum,
cum onere præſtandi ſeruitia realia, puta cẽſum,
certam quantitatem frumenti, ſpallam porci, par
caponum quolibet anno, vt eſt in Longobardia;
nam iſtud non eſt proprie feudum, ſed magis con
tractus emphyteuticus, vel innominatus: adeo qđ
pro eo non præſtatur iuramentum fidelitatis. Idẽ
Afflict. in conſti. conſtitutionem diuæ memoriæ.
ante & poſt numer. 65. de reuocand. aliena. feud.
Alexand. in conſi. 136. numer. 3. & colum. 4. poſt
13 prin. pri. volum. vel dicitur feudum fictuale, idem
Alexand. in conſi. 5. nume. 6. quinto volumi. ſeu
non proprie feudum, ſed emphyteoſis, & conſti
tutiones feudales in eo locum non habent. idem
Alexand. in conſi. 9. nume. 6. & poſt nume. 9. eod.
volumi. Aluarot. ſupra eodem. capit. prim. colum.
penultim. in princip. Secundò nota, quòd antiqua
14 & diutina præſtatio inducit obligationem in fu-
turum. not. in clemen. vnic. in fin. princ. de iureiu-
rand. adeo quòd ſucceſſor tenetur ad id, quod an-
teceſſor ſoluere conſueuit. not. in capit. ex parte.
de cenſi. quia præſumitur obligationem præceſſiſ-
ſe, vbi longo tempore præſtatio eſt præhabita. Lu
cas in l. quicumque. in præſumptione. 76. C. de a-
pochis public. etiam ſi ſit facta à communi. Ale-
xand. in conſi. 190. nume. 7. in fin. ſecundo volum.
nam qui ſoluit, præſumitur ſcire quare ſoluit. Bal.
in conſi. 168. poſt nume. 5. quarto volum. & qui
incæpit ſoluere, compellitur in totum ſoluere. l.
æſtimationem. ff. de muneribus & honoribus. l.
prim. & l. toties. ff. de pollicitatio. l. ſed Iulianus. §.
fin. ff. ad Macedonia. videtur enim per principium
ſolutionis approbare. gloſ. fin. in l. ſi fideicommiſ.
ſum. ff. de iudicijs. Intellige niſi præſtatio ſit indif-
ferens & informis; nam tunc non obligat in fu-
turum, maxime ſi conſtat eſſe indebite ſolutum
pro præterito. Bald. in conſi. 130. numer. 2. tertio
volumine. Caſſan. in conſuetud. Burg. rub. 11. §. 2.
in princip. poſt nume. 19. & 24. vel illa præſtatio
fuiſſet relata ad cauſam inualidam, quia tunc ex
quo conſtat de titulo anteriore inhabili, ſeu limi-
tato, non poteſt vti titulo præſumpto. Loffred. in
capit. prim. in veriſimiliter. ſupra de controu. inue
ſtitur. & ſolutio ſola maxime informis, non facit
quem debitorem. Bald. in conſi. 44. in fine. primo
volumine. idem in ſolutionibus gratuitis. l. cunctæ.
C. ne vxor pro mari. nam Bald. & Afflict. hic nu-
me. 2. circa finem. tenent, quòd qui portauit par
caponum militi, non poteſt cogi in futurum. ita ſi
ignorans ſolueret, nam etiam infinitis vicibus ſol-
uendo non ſibi præiudicaret. gloſſ. fin. in princip.
in l. prim. C. de fideicommiſſ. tanto magis, quia. l.
eum de in rem verſo. ff. de vſuris. & l. ſi certis an-
nis. C. de pactis, non habent locum in feudis. Af-
flict. ſupra in prælud. nume. 75. & diſpoſitio. dictæ
l. prim. C. de fideicommiſ. eſt ſpecialis in alimen-
tis. l. cum allegatis. in gloſſ. de re milita. C. lib. 12.
prædicta in petitorio, ſecus in poſſeſſorio, quia
ſufficeret vna ſolutio. Iſern. hic in verſic. duobus
vel tribus. in princi. ſimilia ponit Aluarot. hic poſt
nume. 2. vel duo anni. Caſſan. vbi ſupra nume. 26.
& qui bis præſtitit ſeruitia perſonalia vt vaſallus
domino, tenetur etiam in futurum. Caſſan. vbi ſu
pra. rub. 3. §. quarto. ibi, apres le diux. nume. 9. &
præſumitur ius feudale per poſſeſſionem trien-
nalem, ſicut qui prælaturam, dignitatem, benefi-
cium, vel officium triennio poſſidet, non debet a
quocumque moleſtari ratione iuris nouiter im-
petrati. Idem Caſſan. dicta rub. 11. §. 2. in princip.
nume. 15.

Iſern. theorica eſt facilis: nam declarat textum
& infert. accumoda tantum, vbi legitur, & habeat
annum. & c. nam vult dicere, & hanc annuam &
c. in ver. duobus vel tribus. verſi. multa tempora.
adde l. quædam. ff. famil. erciſcund. capit. prim. ne
clerici vel monach. & dic, quòd multa dicuntur
15 duo. §. fin. Inſtitu. de iure perſo. l. prim. §. hoc au-
tem. in verſic. multa. ff. ad Syllania. inde dicimus
quod ſi in libello quis dicat illum verberaſſe aliũ
tali menſe, pluribus vicibus, ſi non exprimit a-
liud, intelligitur de duabus vicibus. Iſern. in capit.
prim. §. ſin autem. poſt nume. 13. de pace tenen. &
plura continet duo: quandoque referri ad vnum.
gloſſ. in extrauag. comm. vnic. in verſic. plures. de
offic. deleg. alibi multa dicuntur tria. d. l. prim. C.
de fideicommiſ. extendit aliquando ad quatuor.
not. in cap. 2. de filiis presby. in 6. quinquennium
dicitur multum. l. non omnes. in verſic. redit ff. de
re milita. pauca quatuordecim. Abb. in dict. capit.
prim. in princip. not. ne clerici vel monachi. multi
quandoque quadraginta, & pauci vigintitria mil
lia. glo. 2. in capit. latores. de cleri. excommun. vel
depo. gl. fin. in capit. 2. 44. diſtinct. & in capitu. di-
ſciplina. in ver. paucorum. 45. diſtinct. in cap. quo
ties, lo ſecundo. prima quæſt. 7. vnde dicas, quòd
ſecundum materiam refertur ad plura & modi-
ca, in extrauag. commu. execrabilis. in verſic. plu-
res. de præbendis. vel reſpectu multo maioris nu-
meri. in extrauag. Ioan. prim. in ver. paucorum. de
verborum ſignificationib. vel arbitrio iudicis. cap.
cupientes. in verſi. contradicentium. de electio. in
6. gl. in l. fina. ff. ſi ager vectigal. l. 4. §. penultim. in

ver.

verſi. habendam. in fine. ff. quod cum eo, tamen in propoſito, multi dicuntur duo vel tres, vt hic, & eſt gloſſ. fin. in capit. 2. 67. diſtinct. gloſſ. in cap. placuit, lo primo. prim. quæſtio. prim. & plures, vltra duo, not. in cap. cum plures. de offic. delega. in 6. & iſta non ſolum ſufficerent ad conſtituendum quem poſſeſſorem, ſed etiam ſemel fuiſſe ſolutũ, vt ſupra. & Iſern. in §. ſimiliter in hoſtendicijs, colum. 2. circa finem, poſt nume. 16. de capi. Corrad. quia etiam per vnicũ actum acquiritur quaſi poſſeſſio. not. in capit. querelam. de electio. & in cap. penultim. de cau. poſſeſſio. & proprieta. ſicut per vnicam præſentationem ſequuta inſtitutione. Deci. in conſi. 117. colum. 3. 124. 126. 127. poſt princip. & 129. colum. 3. ante & poſt nume. 3. & probat Iſern. hic, vbi etiam Aluarot. nume. 2. quia ſi ſpolio te per vim, & poſſideo, adeo dicor poſſidere, quòd ſi tu vel alter me deijcit ex interuallo. l. prim. §. qui a a me, & l. quæ poſſeſſionem. ff. de vi & vi arma. tenetur interdicto, Vnde vi. Sed in iſta materia non ſufficit poſſediſſe minus anno; nam per negligentiam, licet quis perdat ius ſuum, not. in capit. ſi clericus. de præbendis. in 6. non tamen ſufficeret negligentia pauci temporis, ſupra, ſi de inueſtitur. inter domin. & vaſal. lis oria. in fine. & in annuis præſtationibus, hic textus ad minus exigit duas ſolutiones: & dicitur poſſidere, puta quia ſemel habuit in anno, & per alium annum poſtea non contradixit. Cætera vſque ad §. præterea. ſunt plana & ſuppletione non indigent. tanto magis, quia eſt materia. capitul. priml. vbi dixi, Qui teſtes ſint neceſſa: ad proband. nouam inueſtituram.

SVMMARIVM.

1 *Præterea, a præter, & ea, ideſt vltra ea.*
2 *Aliquis, in certum ſignificat: & dicitur de multis, propter diuerſa pacta quæ in conceſſione apponuntur.*
3 *Ratio, ſumitur multis modis.*
4 *Domini curtizantur in multis locis.*
5 *Vxor committitur cuſtodiæ viri.*
6 *Facultas plurib. modis hic pro poteſtate accipitur.*
7 *Poſſe quis dicitur, quinque modis.*
8 *Item, eſt dictio continuatiua, non repetitiua qualitatis præcedentis.*
9 *Speciale dicitur, quod eſt contra ius commune.*
10 *Pactum plus operatur quam lex.*
11 *Veluti, expreſſiuum veritatis vel ſimilitudinariè.*
12 *Qualitatem productiuam alicuius effectus, neceſſe eſt articulare & probare.*
13 *Concedo, eſt verbum generale, & capitur ſecundum naturam contractus.*
14 *Pactum inſolitũ in inueſtitura qui allegat, tenetur probare.*
15 *Feudum poteſt dari ad certum ſeruitium.*
16 *Officia multa ſunt in palatio.*
17 *Pactum illicitum reijcitur, quando tenet vel redimitur.*
18 *Prælati euntes Romam, debent adire Papam nec illicentiati recedere.*

AD §. PRAETEREA.

1 PRæterea.) Ideſt preterea, vltra ea,
Grammatici in verſicu. præterea. q. ſ. ſupra
2 dicta ſunt. Si aliquis.) Quod eſt incertum & dicitur de multis. l. ſi vero. §.
ait prætor, de his qui deiecerunt vel effuder. l. ſi
ſeruitus, de ſerui. vrbanorum prædiorum. propter
diuerſa pacta quæ in conceſſione apponũtur. Specula. in tit. de feudis. §. quoniam ſuper hormagijs.
verſic. 26. Tenor, præter.) Ideſt contra. Archid. in
capit. clericus. 12. queſtio. pri. Communem feudi
3 rationem.) Ideſt ordinem, cum hoc inter alia, verbum, ratio, ſignificet. Lucas in l. prim. circa princ.
de iure fiſci. In inueſtitura a domino dicatur interueniſſe.) Per pactum, quod plus operatus quã
lex. Bald. in §. ſi dno, in princip. de feud. Marchiæ.
Vel ſi dicatur feudum ſub tali Conditione.) Quæ
eſt nomen generale, & accipitur pro forma contractus vel tenore verborum. Lucas in l. prim. colum. 2. poſt princ. de numerarijs. Dediſſe, vt vaſallus in feſtiuis diebus vadat cum vxore ſua ad eccle
4 ſiam.) Nam hodie curtizantur domini in multis
locis. Iſern. hic circa princi. eſt enim honor cum
domino morari. idem Iſern. in capit. ſi quis deceſſerit. circa finem. ibi, ſi ergo conceditur vaſallo. ſi
de feud. defunct. milit. contro. fuer. & in capitu.
prim. in verſic. dominus quoque. de for. fideli. &
quod de domino, idem & in vxore, quæ commit-
5 titur cuſtodiæ viri, qui ſemper debet ſtudere placere vxori, quæ plus eum diligit quam filios. Afflict. in §. item ſi fidelis. poſt nume. 24. quibus modis feud. amit. Omni facultate.) Ideſt poteſtate, li-
6 cet alibi plurib. modis dicitur. Lucas in l. omnes.
colum. 5. cir. finem. C. de decurioni. Probandi domino adempta, habeat vaſallus poteſtatem.) a iu-
7 re attributam; cum quinque modis dicatur aliquid poſſe. Innocen. in capit. ſollicitatus. in princi.
de reſcriptis. Defendendi ſe per ſacramentum.
8 Item.) Quæ eſt continuatiua & non repetitiua
qualitatis præcedentis. Pau. de Caſt. in conſi. 122.
colum. 2. in princ. poſt nume. prim. 2. volum. Si vaſallus per pactum ſpeciale.) Quod eſt contra ius
9 commune. Lucas in l. vnicuique. columna 2. circa
medium. C. de proxi. ſacro. ſcrinio. Contra feudi
conſuetudinem allegat.) Pactum, cuius verba ſunt
10 forma, quæ dat eſſe rei. Decian conſi. 552. nume.
prim. 4. volumine. Veluti.) Quod eſt expreſſiuum
11 veritatis, vel ſimilitudinarie ponitur. glo. 3. in l. 5.
C. de agricol. & cenſit. De filiarum ſucceſſione.)
Quæ non admittuntur, niſi ex pacto. §. filia. de ſucceſ. feud. Liceat ei tenorem, ſi poteſt, ſicut inueſtituram probare.) Nam qui vult admitti vt talis, de
12 bet prius docere ſe talem eſſe, & ſi eſt qualitas productiua alicuius effectus, ad illum conſequendũ,
neceſſe eſt quod illa qualitas articuletur & probetur. gloſſ. prim. Pariſi. nume. 9. tit. pri. §. 4. Quod
13 ſi in probatione defecerit vel ceſſauerit, concedatur.) Quod eſt verbum generale, & capitur ſecundum naturam contractus. capitul. prim. in ver. titulo. de vſuris. in 6. Domino hoc denegare, iureiurando præſtito.) Quia pacta extranea non præſumuntur interueniſſe, & clauſulæ inſolitæ faciunt præſumi contra contractum; & allegandi interueniſſe, incumbit onus probandi. Præpo. hic nu. pri. in fin. & 2.

Declarato textu impugnabatur eius conſulta-

tio;

tio:& Primo,nam non debet dominus præter cõ-
munem formam, inueſtituram facere,quia nouitates
plerumque diſcordiam pariunt.ca.cum con-
ſuetudinis.& ibi glo.fin.de conſuetud.& multitu-
dini ac obſeruatę conſuetudini eſt deferendum.
cap.quod dilectio.in fin.de conſang.& affinit.Se-
cundo nemo poteſt dare feudum alia lege quàm
ipſe habet.§. profectò.de lege Corrad. modo aut
dat eum illa: & non eſt noua & præter commu-
nem formam,quia nouum dicitur,quod nullus a-
lius ante eum fecit. Glo.rub.de ope.nou.nunciat.
l.Celſus.in verſi.vino,de lega.1. aut præter illam,
& non poteſt. Immo ſecundum naturam feudi in
telligitur datum. Pernus in 4.notab. numer.18.in
fine. Tertiò, ire cum vxore domini in diebus fe-
ſtius, videtur quòd nõ ſit licitum,quia multitudo
numeroſa nihil habet honeſtum.§. volumus.Au-
then.de referendarijs. ſi pro cuſtodia,quis cuſto-
dit cuſtodes.Iſern.in §.iniuria poſt nu.16.de pace
iuram.firma.

His non obſtantibus, determinatur contra-
rium, & ratio eſt, quia in feudis primo inſpicitur
quid actum ſit.Iſer.ſupra in prælu.in pri. poſt nu.
15.nam poteſt apponi pactum etiam inſolitum.
Iacobi.in ver.qui quidem inueſt.nu.66.& 66.Al-
uar.hic.nu.pri.& 4.ideo qui dicit probabit.l. 2.ff.
de probatio.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam non eſt
nouum apponi pactum quòd vxorem comitetur
ad eccleſiam, quia vxores viri honorant. l.vnum
ex familia.§.fi.in ver. honor.in addi.de leg.2.ma-
xime ſi eſt vxor,cum qua ſine mendatio viuit.l.Ti
tiæ.de auro & arg.leg.

Non obſtat ſecundum, nam textus iſte intelli-
tur in eo qui non recognoſcit ſuperiorem, vel ſi
dat alia lege quam ipſe habet, reſoluto iure dato-
ris, reſoluitur ius acceptoris. Iſern.in §.vel poſt-
quam.nu.29.quib.mod.feud.amit.

Vltimum non obſtat,nam multitudo numero-
ſa ſi non habet honeſtum,ſolitudo nimia reproba
tur.Lucas in l.vnic.colum.2.poſt princip.C.ſi cu-
rialis relicta ciuita. & datur comes. idem Lucas
in l.pri.de pericu.nomi.propter concordiam ma-
ritalem,quæ pręfertur lucro,in l.reprębendenda.
C.de inſtitut.& ſubſtitu.& ſic firma remanet con
cluſio,quòd pactum inſolitum in inueſtitura qui
allegat, tenetur probare. Intellige,quod tenetur
probare non ſolum inſolitum, ſed etiam ſolitum.
Afflict.in conſtitu.vt de ſucceſſionibus.nume.62.
circa finem.item procedit in quolibet,nam ſecun
dum commu. regulam vnus quiſque tenetur pro
bare fundamentum ſuæ intentionis.Alexan.in cõ-
ſi.82.nume.8.3.volum.tam ſi ſit dominus qui al-
legat,quam vaſallus.Aluarot. hic poſt nume.3. &
tenetur probare concluſionem, non tractatum:
quia multa tractantur,quæ non perficiuntur.Bal.
in l.multum intereſt.C.ſi quis alteri vel ſibi.Ale-
xand.in conſi.18.nume.17.& in conſi.18.num.2.
prim.volum.

Limita prædicta in ſolito concedentis,quia ne
mo præſumitur velle id quod non eſt cõſuetum.
Afflict.ſupra in prælud.num.81.& procedit in iſta
materia, diſputando verò vel allegando, ei qui ne
gat incumbit onus probandi.Lucas in l.prim.circ.
fin.de fide inſtrumẽ.& probabit ex verbis,quia in
feudis nihil aliud niſi verba ponderamus.Cam.in
c.Imperialem.cart.30.col.pri.cir.med.

Nota, quòd feudum poteſt dari ad certum ſer-
15 uitium,& feu.ad aliud quàm ad conuentum non
tenetur.Iſern.in §.ſimiliter, lo vlt. num.14.de ca-
pi.qui curi.vendi. & ſi non obſeruat,defectus con
ditionis facit ceſſare actum conditionaliter factũ.
Alexand.in conſi.27.num.4.circa finem.ſecundo
volum. inſolita enim non præſumuntur.Iſern. hic
in verſi.licebit.colum.prim. circa finem. Lucas in
l.vnic ibi,65.de quæſto.& magi.offic.Aluaro.hic
colum.4.circa finem. conſueta exprimi, vt ibi,in-
telliguntur etiam ſi non exprimantur, & tenor in-
ueſtituræ intelligitur ſecundum conſuetudinem
contrahẽtium.Afflict.infra,an agnatus. num.7.pa
ctum ſemper reſtringitur ad diſpoſitionem. idem
Afflict.de feud.non habente propriam feud.nato.
numer. 2. facta declaratione ſecundum naturam
rei in pactum deductæ: Iacobi.in verſi.& vnus ex
dictis vaſallis.nume.6. in princ. Intellige ſi hoc ex
preſſit,alias non ſufficit voluiſſe,niſi diſponat.Bal.
Imo. per illum textum in l. quidam cum filium.
ff.de hær. inſtit.Et ſicut valet pactum ad augendũ
ita & ad diminuendum.Bal.in conſi.215.col.fi.in
prin.2.vol.

16 Item nota, quòd multa ſunt officia in palatio.
gloſſ.2.in l.2.C. de executo. & exacto.libr. 12.&
ne labo.ſit vacuus a mercede. Afflict.in conſtitu.
peruenit. in fin.in 9.not. de furtis & latrocin.fue-
runt introducta feuda cancellariæ. commiſſariæ.
guſtus ſcutiferi, curſoris,& muſicæ. Odotfred.in
Summa,de diuiſio.feudi. poſt num.2.Cap.in ver.
feudorum genera. ibi, feudum Cancellariæ.cum
ſequen. quæ non dicuntur donationes,ſed potius
officiorum mercedes.l. hoc iure.§.primo.ff.de do
natio.iſta debent præſtari ijs, qui ſunt illius pro-
feſſionis.l. ſiua. ff.de liberali cau.quia non debent
dedignari ſua arte.Authentic. de tabellioni. & ibi
gloſſ.in verſic.hoc agere facit.capit.quia aliquan-
ti.82.diſtinct.aliis non,quam quæ de dignitat. eo
rum conueniunt fungi debent. l. prim.de excuſa.
mune.& vnuſquiſque debet exercere, quod con-
ſequens eſt nomini dignitatis ſuæ.l. decernimus.
C.de epiſco.& cler.& malint honeſte obſequi ti-
moribus,quàm turpiter ſeruire diuitibus.l.Archia
tri.de profeſſo.& medi.& dominus non debet ab
uti,ſed ſecundum eorum conditionem vti.l.ſed &
ſi quid. la prim2.ff. de vſufruct. nec dare regnum
pro ſaltatione.capit.vnuſquiſque. 22.quæſtio.4.
& eſt turpe,ſi concedatur vt ſaltet. Iſer.hic:vel vt
fodiat vitem, qui eſt in dignitate.l.idemque.§.pe-
nultim.& ibi glo. in verſic.minus.in fin.ff. manda.
ſimi.ponit Iacobi: in verſic. qui quidem inueſtiti.
nume.67.non modicum enim honori ſuo detra-
heret.capit. prim. de vita & honeſt.clericorum.in
6. Immo paulatim decreſceret. l.vnic.C.de ſena-
tuſconſult. Claud. propterea ſi non poſſunt præ-
ſtari, quia contra bonos mores fiunt, nec facere
illum poſſe credendum eſt.l.filius.ff. de condi.in-
ſtit.vnde operæ debent eſſe honeſtę poſſibiles,&
quæ ſine turpitudine & periculo vitæ pſtari poſ-
ſunt.l.eius.& ſequent. l.Hæ operæ.& l.Hæ demũ
ff. de operis liberto.quędam enim delicta pagano
nullam aut leuiorem pœnam irrogant, militi ve-
ro grauiorem.l. quædam.ff.pœnis.verum ſi ſuper
uenit dignitas redimitur.l.nec patronis.in glo.pe-
nultim. C.de operis libertor. Adeo quòd in iſtis
terminis, ſi vaſallus ex forma ſeruitii impoſiti de-
beret aſſociare vxorem domini, & decederet ſu-

perſtite

perſtite filio doctore vel in alia dignitate conſti-
tuto,filius non teneretur.Cap. in §.callidis.in pri. 1
Jimu.circa finem.de probibit.feud.aliena.per Fre
deric.vel ſeruiet per ſubſtitutum.Aluarot. hic: vbi
ponit ſimilia.nume.9. Præpoſit.in §.fin. in fin.de
capi.qui curi.vendi.valet tamen ſi detur alicui feu
dum,vt ſonet vel cantet.Afflict. hic in prim.not.
maxime ſi haberet petitiam pulſandi violam.Iſer.
hic in fi.& licet etiam ſi coram pluribus,dummo-
do cauſa amęnitatis, & non mercedis faciat,vt fa-
ciebat Dauid Reg.prim.capit.16.nec infamatur.l.
2.§.fin. verſic.definit.ff.de his qui nota infam.eo
magis, quia muſica eſt honeſta, omnique iure li-
cita,Cap.in verſi.feuda officiorum.colum.4.circ.
medium.& ſi eſt turpis & difficilis ab initio remit
17 titur.l.facta.§.ſi ſub conditione.ad Trebellian.&
tanquam turpis adiectio vitiatur & non vitiat.Iſe.
in §.profecto.in fin.vbi late.de lege Corrad.con-
ceſſio tenet,pactum verò neſcitur.Affli.hic num.
13.ſicut refutatio ſine conſenſu domini valet,alia
pacta non.Iſern.in §.& ſi libellus.num.5.in fin.de
aliena.feud.pate.& ſi pactum eſt turpe, poterit va
ſallus retinere feudum,& loco illius pacti tenebi-
tur ad aliud licitum. Præpoſit.hic num.4.hi ſtrio-
nibus autem non eſt licitum donare. Aluarot. hic
poſt nume.6.Cap.in verſi. feudorum genera. ibi,
feuda muſicæ.in fi. nam ludendo & ſaltando reci-
tabant.l.pri. in verſi.ludi quoque,de varijs & ex-
traordi. cogn.ſunt infames,& non promouentur
etiam ad officium. Inn.in c. cum decorem.de vita
& honeſt.cler.

Vltimò nota, quòd ſeruitium eſt quædam ſer-
uitus affixa feudo, quę non poteſt per vaſallum
euelli ſine conſenſu domini. Afflict. in §. ſed nec
eſt alia.poſt nume.20.quæ ſit prim.cau.benefic.a-
mit. Immo reducitur ad neceſſitatem faciendi ea
quæ impoſita ſunt, quando feudum datur.Iſer.in
§.egregie.poſt nume.4. ex quibus cau.feud.amit.
quia dicitur annexum feudo,Idem Iſern.in §.mu-
tus.in princip.Epiſcop.vel Abb.Intellige ſi expri-
mitur,nam etiam quòd Barones conſueuerunt ha
bere feuda pro curſoribus & atteriarijs,quando re
ueriuntur ad ipſos,illud ius videtur extenſum.Idē
Iſern. in §.huius autem generis,nume.2.circ. me-
dium.dicto titu.ex quibus cauſ. feud. amit.Sed vt
veniat, oportet quòd exprimatur; & dicitur tunc
determinatum ſeu datum ad certum ſeruitium.
Afflict.in conſtit.ſi vaſallus.poſt num.22.de fide-
iuſſo.domi.ſit tamen tale, quòd præſtari poſſit ſi-
ne dedecore, Iſern.in capit. ſi quis deceſſerit.poſt
num.2.ſi de feud.defun.milit.contro.fuer. multa
Iaco.de Ardizo.in Sum.vtrum vaſa.domi. excom
mu.cog.adiuua. aliàs quando non eſt expreſſum,
intelligitur de conſueto.Cap.in d.ca. Imperialem.
car.29.colum.prim.in 4.conclu.cir. finem.& ibi,
quandoque.

Iſern. theoricam fere totam tetigimus ſupra,
dum tamen dicit, quòd hodie in vſu domini curti
zantur,dic,quod licet curtizantur,tamen vaſallus
ſi non præſentat ſe domino omni anno, non per
hoc amittit feudum.Iſern. Bald. & Afflict.in ca-
pitul. ſi vaſallus. ſi feud. fuerit controuerſi. inter
18 domi.& agn.vaſal.licet prçlati euntes Romam de
bent adire Papam,nec illicentiati recedere.in ex-
trauag. comm.fin. de maiorit. & obedien.l.ſi qua
per calumniam.in verſic.aduenlant. C.de epiſco.
& cleric. ſicut decurio ſi ſui vel reipublicæ cauſa

Principem adijt, non poteſt illicentiatus recede
re.l.ſi quis decurio. & ibi Lucas in princip.de de-
curion, Sed venientes ad Regiam ciuitatem, de-
bent ire ad Archiepiſcopum vel Patriarcham,&
ita per eum ad Imperialem introire tranquillita-
tem.§.interdicimus,lo primo,poſt princ.Authen.
de ſanctiſ.Epiſco.non enim omnibus præbetur fa
cultas ingrediendi conſiſtorium Principis.l. fi.C.
de offic. diuer. iudic.nam ignominia miſſis, in vr-
be neque alibi vbi Imperator eſt morare licet l.2.
circa finem.ff. de his qui not. infam.Rurſus Iſern.
Ibi, contra qui ius non admittit, dic, contra quam
ius non admittit.ibi,de ſuppelle. leg.in princi.dic.
l.3.in princi.Ibi, & per ea quę dicunt Moderni in
§.quæſitum.ff.ſi quis caution.l. ſed ſi rei capitalis.
dic,& per ea quæ dicunt moderni,in l.ſed & ſi qs
rei capitalis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio.dum al-
legat,de lega.2.l.fin.in princ,dic, de leg.2.l.fina.
§.primo.dum dicit, quod inſolita non præſumun
tur, adde quod ad ea quæ motis ſunt, ſuper his
mandat agi Imperator. Authē.vt ab illuſtri,& qui
ſuper eam dig,In fine. ibi,honeſta perſona,ſecus:
quia ſecus ſi habet artem facere,dic, honeſta per-
ſona, ſecus ſi hanc artem faceret. & adde quod ſi
ſtipulor quod natura fieri prohibetur,non conſi-
ſtit obligatio etiam quod perpetuam cauſam pro
hibitionis non habeat, quia ſtatim contra bonos
mores fit,l. ſi ſtipuler.de verborum obligationib.
ideo clericis debet conſuetum obſequium prçſta
ri.l. libertos,Cod,de obſequijs patro. prçſta.adeo
quod ſi habeo aliquem ludibrio datur actio iniu-
riarum.l.ſi quis ſeruum.de iniurijs.Iſer.ibi,de ver.
ſig.l.ſi Nepos Procul.in fi. 23.quæſt.2.faciat.dic,
ver.ſig.l. Nepos Procul.in fi.& cap.faciat.23.quę
ſtion. 2. & adiectio impoſſibilis vitiat ſtipulatio-
nem,ſicut turpis & probrioſa.§. quod turpi.Inſti.
de inuti.ſtipula.

Per quos fiat inueſtitura, & per quos recipiatur. Tit. III.

SVMMARIVM.

1 *Per, quid importat: & quomodo exponitur.*
2 *Quis vel qui, cum copula, auget, ſine copula re-ſtringit.*
3 *Inueſtitura ordinaria & extraordinaria.*
4 *Recipere, denotat actualem translationem do-minij.*

AD RVBRIC.

Minor, & qui bonorum ſuorum admi-
niſtrationem non habet, non poteſt
de nouo inueſtire, nec poteſt ſeruus,
niſi ſcienter, recipere, vt infra in ni-
gro. ideo ponitur rubr. Per quos fiat inueſtitura,
1 & per quos recipiatur. Dictio autem (Per) au-
get, quandoque notat augmentum & perfectio-
nem eius cui additur. Abb. in capit. ſi conſtiterit.
nume.13.de accuſatio.Soci.in l.non putabam.nu-
me.2. de condit. & demonſtratio. interdum im-
portat continuationem.Bal.in l. ſuper longi .in 2.
repetitio.poſt nume.prim.C. de longi tempo.prę
ſcript. exponitur Per) idelt valde, vt in rub.C.de
cenſit.cenſito.& per ęquato.interdum iuxta,quā-
doque,

doque non. Lucas in dicta rub, circa finem. C. de cenſi. cenſi. & per æqua. Vltimò denotat cauſam efficientem, Ioan. capit. prim. Omnia per ipſum facta ſunt. Bald. in rub. numer. prim. C. de inſtito. & exercito. Ita hic, Per quos,) Iſtud relatiuum, quis vel qui, cum copula auget. l. ea tamen adiectio, de leg. 3. ſine copula reſtringit. l. ſi quis. ff. de auro & argent. leg. Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. nume. 55. de verborum obligationib. Gemi. in capit. ſciant cuncti. nume. prim. de electio. in 6. Alexand. in conſi. 29. nume. 4. prim. volumi. reſtringit, vt in l. cunctos populos, vbi Iaſ. in 2. repet. nume. prim. & hic, & licet importet perſonalitatem, non tamen talem, quæ non poſſit alij cõmitti, vel per alium explicari. Iaſ. in l. prim. §. adipiſcimur, poſt nume. 2. & 3. de acquirenda poſſeſſ. nam videmus inueſtituram ab vtraque parte poſſe fieri per procuratorem. §. perſonam. infra eod. vbi Iſern. poſt num. 14. & 15. ſi vterque, vel is tantum qui tradit. l. ſi ego. in glo. prim. ff. de publicia. Fiat inueſtitura.] Ordinaria, quæ fit per dominũ proprium & immediatum, alia extraordinaria, quæ fit per mediatum vel ſupernum dominum. glo. Pariſ. titu. prim. §. 42. nume. 5. iſta extraordinaria fit quando dominus recuſat, tunc fit præceptum ſub pœna, quod infra tot dies inueſtiat, nec per iſtam habet vaſallus plus vtilitatis vel ſecuritis, vel temere dominus quemlibet admittet, vt ibi, nume. 12. in fin. 13. & in prim. quæſtio. nume. 42. & poſt numer. 66. Et per quos recipiebatur.) De hoc eſt text. in l. ſi tibi. de præſcrip. verb. capit.
4 prim. de præbend. in 6. & licet denotet actualem traditionem. Alexand. in conſi. 13. num. 15. 3. volum. tamen non inducit tranſlationem dominij. Barto. in l. naturalis. §. & ſi quidem. nume. 30. de præſcrip. verbis. & quamuis præſupponat veram conſignationem. Bald. in conſi. 190. nume. 2. 2. volumi. attamen non ſemper eſt idem dare, & facere accipientis. l. ſi quis ita. in verſic. peruenit. ff. de ſtatuliberis, & licet recipere, quæ non licet exigere. glo. in capit. placuit. prima quæſtio. ſecunda. & exponitur, excipere, id eſt recipere. l. proprium. ff. comm. prædio.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura eſt confirmatio: & eſt duplex, noua et antiqua.*
2 *Feudum triplex, nouum, paternum, & ab anteceſſoribus acquiſitum.*
3 *Etiam, eſt dictio implicatiua: & de eius natura eſt, quod adiungatur ad caſum magis dubitabilem.*
4 *Minor dicitur, ſecundum ſubiectam materiam.*
5 *Inueſtitura non fit de prædijs occupatis.*
6 *Recte, cauſam, rite, iuris ſolemnitatem denotat.*
7 *Alienare dicitur, non ſolum ſi alienetur proprietas ſed etiam vtile dominium.*
8 *Inueſtitura antiqua poteſt fieri etiam per minorem, noua non niſi per eum qui habet ſuorum bonorũ adminiſtrationem.*
9 *Inueſtitura noua & antiqua in quo differunt.*
10 *Datum ab eo qui iure dare non poteſt, habetur pro non dato.*
11 *Actus feudales qui ſint.*
12 *Inueſtitura non poteſt denegari per dominum, quomodo olim & nunc, vbi, & cuius ſumptibus fit.*
13 *Inueſtitura noua præiudicat primæ.*

AD TEXTVM.

INueſtitura Autem.) Pro ſed, ſecundum Grammat. ſicut feudum eſt duplex, nouum & vetus. Aluerot. hic nume. prim. ita inueſtitura, quæ eſt con-
1 firmatio, Iſern. de capi. Corrad. in princip. alia noua & alia antiqua. Iſern. & Præpoſi. hic. Noua eſt, quando feudum primo acquiritur. idem Iſern. in capit. pri. ibi, noua. Qui teſtes ſunt neceſſa. ad proba. nouam inueſtitu. Antiqua, quando fit de veteri feudo, vel nouo cum qualitate antiqua, quia dicitur antiquum, propter tenorem inueſtituræ, qui eſt ſeruandus. Iſern. & Præpoſi. hic circa princ. vel
2 feudum triplex, nouum, paternum, & ab anteceſſoribus acquiſitum, licet omne feudum poſſit dici paternum. Bald. in conſi. 337. nume. 13. & 14. primo volumi. nouum quod acquiſitum, nondũ tranſacto anno, vetus quod non eſt nouum. Iacobi. de Ardizo. in Summa, vtrum domi. neceſſario debet rem tradere vaſa. an libere præſta. Vel nouum, quando conceditur feudum quod nũquam habuiſti, vetus, quando aliquis ea agnatis vel parentibus habuit. Affli. hic nu. 22. ſeu quod in plures generationes tranſiuit, & durauit. Bal. in cõſi. 366. nu. 4. 3. vol.

Inueſtitura aut fit de veteri beneficio, aut de de nouo quæ de veteri fit, Etiam.) Quę implicat
3 & adiungit, de eius natura eſt referri ad caſum magis dubitabilem. Soc. in conſi. 23. poſt num. 7. primo volumine. A minore poteſt fieri.) Dicitur
4 autem minor ſecundum ſubiectam materiam, & iurium diuerſitatem. Afflict. de pace iuram. firma. in princip. in gloſſ. nume. 3. poſt medi. de iure commu. In contractibus, minor ætas dicitur. 25. annorum. l. prim. ff. de minori. & talis ætas intelligitur legitima ad contrahendum. Aluarot. hic nume. prim. circ. finem. In matrimonio, quando maſculus eſt minor. 14. & fœmina. 12. annorum. no. in capit. ex parte. de reſtitu. ſpolia. in delictis, quando eſt minor. 25. & maior. 18. Auth. ſi captiui. C. de epiſco. & cler. iure Longobard. vſque ad 19. l. pri. de prohib. alien. mino. in Longobard. vel 18. Lucas in l. quicumque. circa finem. C. de re milit. iure canonico, in clericis ſecularibus plena ætas eſt. 17. in monachis. 15. gloſſ. in cap. Lectores. 23. diſt. in regno minor ætas durat vſque ad 18. annum. in conſtit. minorem iura. vbi glo. & Afflict. de reſtit. minor. Et completa dicta ætate, in omnibus negotijs, contractibus & iudiciis ætatem legitimam dicimus. Bald. in conſi. 101. poſt nume. 2. primo volum. & poteſt puniri. idem Bal. in §. præterea, lo primo nume. prim. circa finem. de prohibit. feud. alienat. per Frederi. & plerumque ſtatuta ciuitatum ponderant hanc ætatem, nec ratio vlla reddi poteſt. Bald. in dicto titu. de pace iuram. firma. in princip. nume. 3. in materia ſita, minor ætas durat vſque ad 15. annum. Loffred. in conſi. 11. numer. 47. poſt. medium. & vſque ad dictam ætatem, feudatarijs tam maſculis quam fœminis Rex ſtatuit balium. In conſtit. minoribus. de iure bali. & ſic de feudo antiquo poteſt inueſtire minor pupillus, ſed non infans. Odoffred. in Summa. de inueſti.

ſti.feud.in princ.& ſic pupillus poſſet inueſtire & inueſtiri.Bald.in l.prim.in prim.repet.num. 14.& 16.de rerum diuiſio.& intellige de iuſta, aliàs, ſiue a maiore, ſiue a minore fiat,non de omni poſſeſſione.) Ideſt re, alibi domo. l. 2.de bonis vac.c. libr. 10.Vaſalli,ſed de iuſta tantum facta intelligitur.) Nam in confirmatione,non venit poſſeſſio caſtri, quam per inuaſionem quæſiuit. Afflict. in capit.prim. nume.10. circa finem,de natu.feud.& hic poſt numer.5.8. & 9. maxime per ſubreptionem.Iacobi.in verſicu.de caſtro Rub.ei,num.10. Niſi aliud nominatim dicatur.) Et ſic inuaſor impetret, adiecto, ꝙ ſciens ei concedit,vt euenit frequenter in terris & caſtris eccleſiæ, quæ Papa Bonifacius nonus eiectus conceſſit eijcientibus ſub annuo cenſu. Salic. in l.ſi qua.C.ne rei domin.vel templo, quæ eſt eadem cum l.2. de fundis & ſalti.rei domini. Noui verò inueſtitura feudi,non ab alio, recte.) Verbum recte, cauſam, verbum, rite iuris ſolemnitatem ſignificat.glo. 2.in l.3.ff.de inoffic.teſtamen.Fit.)ideſt fiat, Zabar. in clemen.vnic.in princip. in 3.quæſtio. circa medium.de exceſſib.prælat. Niſi ab eo,qui legitime ſuorum bonorum adminiſtrationem habentur.) Nam multi multa alienare prohib.Iacob. de Ardizo.in Summa, de perſonis & rebus, quæ alienare non poſſunt.Qui enim qualibet ratione aliquid de ſuis rebus impeditur.) Etiam de iure;licet dictum verb. impedire, intelligatur de facto.Zabare.in clemen. vni.in verſic. ſi quis autem.num. 2.circa medium. de ſequen.poſſ.& fru. Alienare.)Cum alienare dicatur,non ſolum ſi alienetur proprietas, ſed etiam vtile dominium. Aluarot.hic colum. 5.cir. finem. Is nec per feudum, poterit inueſtituram facere.) In feudo antiquo ſecus, quia aliud eſt facere,& aliud confirmare.Aluar. qui ſucceſ. tene.lo pri. nu. prim.cir.medium.nec eſt noua alienatio,ſed quædam executio ordinationis antiquæ. Abb.in capit. vt ſuper. nume.11.circa finem.de rebus eccle.non alienan. niſi apponatur durius pactum,quia tunc receditur a forma conſueta & dicitur noua conceſſio, ſicut noua emphyteoſis. Bald.in l.euam.in pri. cir.med.ſol.mat.

Declarato textu, eius deciſio impugnabatur ex eo, quia videbatur quod minor poſſit indiſtincte dare in feudum:nam actus teſtandi difficilius conditur quam actus contrahendi, in eo enim verſatur maius periculum. Alexan. in conſi.12.colum. prim.in fin.& 2.in princip. poſt num.3.primo volumine. ſed pubes poteſt teſtari.l.qua ætate.ff.de teſtam. ergo minor pubertate poterit dare in feudum, quod eſt contrahere.Iſern.ſupra in prælud. in 5.quæſtio.Secundò poteſt quis quod ſuum eſt, dare in feudum, vel in alium contractum.Iſer.infra,Qualiter vaſa.iurare debet fidel.circ.medium. minores,habens dominium rerum ſuarum.d.l.pr. circa finem. de mino. ſucceſſiue poterunt dare in feudum,tanto magis,quia liberis hominibus non debet interdici ſuarum rerum alienatio.l.2. ſi aparente quis fuerit manu. Vltimò, alienare non eſt idem quod infeudare; nam hodie qui non poteſt alienare, feudum ſine conſenſu domini poteſt infeudare.Iſern.infra eodem.§.primo. nume.3.cir. finem. quia infeudando remanet directum dominium & vtile transfertur. idem Iſern. in §.ille tamen.nume. 11.poſt medium.de controuer.feud. apud pares termi.ſucceſſiue etiam quòd non poſſit alienare, non ſequitur quod non poſſit infeudare, quia ex contingenti quod habet ſe ad diuerſa,non procedit illatio. Bal. in conſi.12. in fi.primo volum.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, & ratio eſt, quia minor ætate,iure quidquam agere prohibetur.l.fi.§.minores. de ſenté.paſſis.quod enim facit ignorat.l. prim.cir. fin.C.de falſa mone. & quid ſit vtile ignorat.§. eſt quoq;. Aut. de nup.

Qua ſtante, non obſtat Primum:nam valet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates.l.fin.C. de leg. ſi poteſt aliquid in teſtamento, idem & inter viuos. l. pactum.in verſic. diui.ff.de pactis. Secundò reſpondetur,nam accidit aliquando,vt qui dominus eſt alienare non poſſit. §.primo.Inſtit.quibus aliena. licet vel non. Ita hic minor ex quo omnia ignorat, & donec eſt pupillus dicitur habere ſemiplenum intellectum, ideo omnia eius iura abſque reſtitutione lex conſeruat illæſa, Afflict.in capit.pri.nume.26.& 27. quo tempore miles.

Non obſtat vltimum,nam verum eſt,quòd qui non poteſt alienare, poteſt dare in feudum,quando feudum eſt antiquum, ſecus ſi nouum, adeo quòd minor poteſt inueſtire de feudo antiquo ad ipſum reuerſo,vt hic in gloſ. quia non alienat,ſed alienatum inuenit,& maiorum ſuorum factum cõfirmat.Curt.in tract. feudo.in prim. quæſtio.poſt nume.9.ſecundæ par. prin. & dicitur potius executio primæ, quàm noua infeudatio.idem Curt. in 4.quæſt.circa finem.d.ſecundæ par.princi.& in 4.quæſtio.inueſtit.laicorum.poſt nume.15.ſecundæ par.princ.& ſic firma remanet cõcluſio,quòd inueſtitura antiqua poteſt fieri etiam per minoré, noua non niſi per eum qui habet bonorum ſuorum adminiſtrationem.

Extende,quòd non poſſit, etiam cum diſpenſatione,quia non dr̄ fieri poſſe quod requiri diſpenſationem. Deci. in conſi. 695. nu.21. quinto volum.& fieri dicitur quod eſt faciendum, cum,ſit, ſit plus quam,fieri debeat. l.ſi is cui.in verſic.plus. ff.quemadmodum. ſerui.amit. Intellige idem eſſe in minore cum tutore, tutor autem ſine minore non poſſet infeudare,niſi ſit infans, abſens, vel furioſus. Iacob. de Ardizo.in Summa, quando minor poſſit inueſti. Aluarot.hic colum. penulti. cir. finem. poſt nu. 5.an autem inueſtiet pupillus,vel tutor eius nomine, Albe. in l.pri.num.2. & in l.gerere.§.ſufficit.num.6.ff.de adminiſt.tuto.niſi dignitas minoris aliud ſuaderet, puta quia Princeps quia tunc ſolus poſſet. Præpoſit.hic poſt nume. 2. Rurſus idem eſſet in prodigo, qui etiam cum iuramento non poſſet alienare. Bald.in conſil. 287. quinto volumine.

Limita tamen pluribus modis, vt per Afflict. hic in primo notab. num.2.Nota per quos poſſit fieri inueſtitura, & per quos recipi,& coram quibus.Hoſt.in Sum.de feudis.ibi, per quos poſſit fieri inueſtitura. & requiritur nõ ſolum in feudo nouiter acquiſito ex contractu, ſed in feudo veteri, in quo non eſt proprie inueſtitura ſed confirmatio. Addi.pri. ad Odufred. in Sum. vnde dicatur feudum, & differt noua ab antiqua in modo conſtituendi,
9 nam in noua ſunt neceſſaria hæc verba, Inueſtio te.Iſern. in cap.ſciendum num.4. de feud.cognit. pro antiqua maxime in regno, facto homagio, datur litera aſſecurationis vaſallorum,quę ha

beiur

betur Inueſtitura.idem Iſern.Quid præcedere de-
bet, inueſti,an fideli, in modo probandi: nam no-
ua oportet quod probetur per breue teſtatum a
paribus confirmatum.Iſer.in c.ſi quis,nu.pri.in ſi.
ſi de inueſtit.inter domi.& vaſa.§quæſtio oria.In-
ueteri indiſtinctè recipiuntur extranei. idem Iſer.
quid ſit inueſtit.in ver. idoneos, præter fœminas.
Iſer.in d.capit.pri.in verſi.de veteri.Qui teſtes,ſint
neceſſa.ad proban.nouam inueſti, item antiquam
poteſt facere minor,quia non dicitur alienare,ſed
factum antiquorum ſuorum confirmare. Aluaro.
hic num. 2.& non eſt actus alienationis nec libe-
ralitatis vel gratiæ, ſed ſimplicis & conſuetæ, quã
doque debitæ & neceſſariæ adminiſtrationis.glo.
prim.Pari.nume.26.tit.pri.§. primo. nouam, non
niſi qui habet liberam ſuorum bonorum admini-
ſtrationem.Iſer.hic in prin.& Aluarot.nume.pri.
poſt medium. poteſt tamen fieri inueſtitura no-
ua iure feudi antiqui, ab ijs qui poſſunt dare ſine
alia ſolemnitate.Præpo.ſupra in prælud. poſt nu.
44.& noua infeudo antiquo, ſed non præiudicat
agnatis,Iſer.in cap.pri.colum.pri.in ſi. num.prim.
poſt medi.de eo qui finem fecit ag.& feudum pa-
ternum vel antiquum licet de nouo inueſtiatur,
remanet antiquum, & non efficitur nouum, licet
nouum poſſit cõcedi iure feudi antiqui.Iaſ.in præ
lu.feud.poſt num.87.& prima attenditur,nec po
teſt alterari,ſicut in maioratu tredit Lud.de Moli.
de Hiſpa.primog. lib.pri.c.8.nume.12.nec poteſt
mutare dominus, in prȩiudicium tertij: & factum
illius non præiudicat.Soc.in conſi. 59.nu.2.& 3.
3.volu.adeo quòd agnatis quibus cumpetebat ius
per antiquam inueſtituram,non prȩiudicatur per
nouam.Caſſa.in conſ.Burg.rub.11.§. quinto.ibi,
demouront.nu.pri.cir. fi.& ſi conſtat de prima,ſe
quens præſumitur facta ſecundum primã, io con.
feud.diuer.pri.num.173.& ſic feudum antiquum
non poteſt fieri nouum in præiudicium alterius,
& recognitio per impreſſionem, vel aliter facta
quàm more ſolito, non nocet poſteris Deci.in cõ
ſi.455.nu.7.468.poſt nu.25.& 498.nu.18.4.vo
10 lu. Secundo nota quod datum ab eo qui de iure
dare non poteſt,habetur pro nõ dato,ſicut diſpen
ſatio vel confirmatio facta ab eo qui nõ habet po
teſtatem, non facit poſſeſſionem eſſe coloratam.
Affli.ſupra,Si contro.fue.inter domi.& vaſa.in ſi.
poſt nu.15.vnde in terminis huius textus,vltra ſu
perius dicta,de quo minore intelligat̃.18.vel 25.
annorum? & an poſſit prælatus eccleſiæ, in capi-
pitulis extraordinarijs, & alterius compilationis.
col.pen.cir.med.Vltimo nota, ea intentione Bal.
& Aluar.hic col.3.cir.med. quod in generali con
firmatione priuilegiorum, non intelliguntur con
firmata niſi iuſta priuilegia. idem in ſtatutis.Deci.
conſi.17.col.2.cir. pri.pri.vol.Afflic.in præld.con
ſti.3.q.nu.3.cir.fin. & capitulis.Deci.in conſi.72.
in ſi.pri.vol.nec includit caſus prohibitos.Grã.in
dec.100.nu.20.ſicutne priuilegia reuocata.Affli.
in conſti. cum conceſſiones. in 4 & 5.not.de pri-
uile.a curia Capua.reuo.nec iniqua, & ea a quib.
naſcitur iniuria.Bal.in conſi.134.nume.3.& 135.
nu.8.5.vol.& 83.num.2.poſt nu.6.5.vol.Cãp. in
ver.feudorum confirmationes.nec iniuſta,illicita,
iuri communi contraria, & contra libertatem ec-
cleſiæ,etiam quòd confirmatio emanaret a Sum-
mo Pontifice.Alex.in conſi.59.nu.9.pri.volu.&
209.nu.5.circ.fin.2.vol. & quia inter alios actus
11 feudales adminiſtratorios, ſunt, inueſtituram re-
nouare, inducias fidelitati prȩſtãdæ indulgere.gl.
Pariſ.num.2.cir.princi.§.21. ideo vaſallus nouus
debet offerre fidelitatem, & pro releuio prouen-
tum vnius anni,vel quantum boni viri arbitrabun
tur.eadem glo.3.Pari.num.1.tit.prim.§.35.expo
nit,ratione cuius feudi ſi toto vel pro parte inue-
ſtituram petit.gl.4. Pari.num.26.tit.pri.§.2.infra
quadraginta dies Franciæ, debet offerre catalo-
gum, aliàs dominus habet appræhenſionem,
ſed non currit ſi habuit dilationem ad faciendum
fidelitatem. eadem gloſ.prim.2.& 3.tit.prim.§.6.
debet accedere ad dominum, & eius dominici-
lium congruum, & nun acceſſu difficillimum, &
non eſt debitum mere pecuniarium, ſed anne-
xam habet honoris & reuerentiæ exhibitionem.
eadem glo.tit.ſecundo.§.62.nume.3.videlicet fi-
dem & homagium. eadem gl.prim.num.17.poſt
medium,titu.prim.§.prim.in loco idoneo coram
idoneis teſtibus. ibidem in §.45. fere per tot. ta-
men ſi ſit extra locum deſignatum, tenet. Præpo-
ſit.in cap.pri. poſt ńum.11. Quo tempore miles,
ſuis & non alienis impenſis debet inueſtiri.gloſ.
2.Pari.poſt nume.8.tit.prim §.3.& ſi plures con
12 currunt, dominus non poteſt illam denegare ve-
teri poſſeſſori.eadem glo.num.100.tit.pri.§.12.
nec vero poſſeſſori iniuſto, ſic nec habenti cauſam
ab vltimo,ſi pſſoet ſummarie eum conuince re,&
poſſet vni ex hȩredib.da. gl.nu.91.vſque ad.95.&
98.in fi.tit.pri.§.22.nec poteſt dominus contro-
uertere ratione iuris alieni.Ibi. nu.99.& penden-
te incertitudine patronum, non ſufficit verbalis
oblatio iurium etiam cum cautione, ſed debet ex
parte ſua realiter adimplere.ea. gl.tit.pri.§.42.nu.
41. & poſt. fieri ſolebat publice apud actu in pre
torio iudicis, vel in loco dominante præſenub.mi
niſtris.d.gl.pri.nu. 30. tit.pri.§.pri.noua non fit ſi
ne decreto.d.gl.2.tit.pri.§.21. Antiqua non dici-
tur feudi acquiſitio, ſed feudi acquiſiti ex ſucceſ-
ſione confirmatio.in conſi.feud.diuer.1.poſt nu-
mer.62. non dicitur proprie inueſtiri, ſed potius
confirmatio poſſeſſionis iuſtæ, quã habet:nam
nullum ius tribuit de nouo,ſed tantum confirmat
quod inuenit.Aluarot. hic colum.2.circa princ.&
5.poſt medi.Afflict. de controuer.inter Epiſco.&
vaſa.in 6.not.nu. 71.ei ad quẽ dominium tranſit
impetrabilis eſt,adeo quòd hæres maſculus mor-
tuo vaſallo,facile poſſet impetrare, inueſtituram.
debet ei concedi,& is iurare.l.pri.§. fi.& ibi gl.in
ver. impetrabile.de aqua quotid. & æſti.eius ver-
bat debent intelligi ſecundum ſubiectam materiã.
in conſi.fen.diuer.47.nume.3.dominus vero non
ſibi præiudicat:tutius tamen eſt ſi confiermet,iu-
rib.alienis & curiæ ſemper ſaluis.Iſer. Qui ſucceſ.
tene.lo pri.nu.9.poſt med.prout communiter po
nitur in inſtrũentis inueſtiturorũ.Alua. hic col.3.
cir.med.Reſeruatio quæ fit in vltima, vt præiudi-
13 cet primȩ, diſtingu. aut eſt repetita implicite, vel
explicite.Pau.de Ca.in conſi.312.in 2.dub.nu.2.
pri.vol.reſeruatio vltra quod,tenet Alex.in cõſil.
137.nu.18.2.vol. ex ea colligitur, quod eius in-
tentio fuit nullo modo derogare ſuis iurib. idẽ
Alex.in ſimi.in conſi.193.nu. 6.6.vol.adeo qđ ſi
poſtea apparet ſpectare ad dñm, quidquid eſt fa
ctum hr̃ pro non facto, ſicut in reſeruatione actio
num.Bar.in l.ille a quo.§.ſi de teſtã. nu.5.ad Tre
bel.Afflict. in conſtitu.exceptiones.in 3.notab.de

non retarda. litis conteſ. facit minor inueſtituram antiquam etiam ſine balio. Afſli. in d. c. pri. nu. 27. poſt medi. quo tempore miles. & valet, quia ſequitur quod fecit pater vel auus. argu. l. 2. C. ſi adver. vend. pig. & vt inueſtitura dicatur ſolemniter facta, quatuor requiruntur. Cur. in tract. feu. in 3. q. dum tractat de inueſt. laico. 2. par. pri. Vnde ſucceſſor in regno vel ducatu, quando vult confirmare vaſallum, non eſt neceſſe oſtendere primã conceſſionem. Iaſ. in prælu. feud. num. 51. in fi. Fre. de Subfeu. lib. 2. ibi, tertia authoritas. poſt nu. 13. ſed ſi eſt hæreditarium, petitur a poſſeſſore hæreditatis, ſi ex pacto ex prouidentia a ſucceſſore feudi. idem Fre. de for. inueſt. lib. 3. ibi, differentiæ inter feuda ex pacto & prouidentia. ver. trigeſimo.

Iſer. in prin. vſque ad §. ſed & plures. diuidit, declarat, & inferendo opponit, ad vltimam partem textus & ſoluit. Secunda, ibi, in prima parte. Tertia ibi, & hoc. Dum dicit cir. princ. inueſtitura eſt poſt: dic eſt poſſeſſio. idem Iſern. in c. pri. poſt nu. 2. ibi, fundatur, quo tempore miles. ibi, & hoc, licet poſſet declarari vt per Loffre. hic tamen videtur quod Iſer. reſpondeat obiectioni factæ per gl. in ver. de ſuis reb. de. l. pri. de fundo dotali. vbi appellatione alienationis, venit oĩs actus per quẽ dominum transfertur, ſecundum ſignificationem largiſſimam. c. cum venerabilis. in ver. omne. de offi. delega. & ꝙ omnia comprehendit. l. alienationis verbum. de ver. ſig. & ſucceſſiue prohibita alienatione, prohibetur infeudatio. Pro ſolutione diſt. Iſern. quòd aut alienatio prohibetur ſpecialiter & in certo caſu, puta dum lis pendet, tunc hęc ſpecies non includit genus, niſi in caſu ſpeciali. l. ſtatu liber a cęteris. ff. de ſtatulib. aut generaliter prohibetur vt hic, & tunc non ſolum prohibetur alienatio, ſed etiam pignorum obligatio, quod eſt minus: maxime ſi eſt pro tanta quantitate, quòd non ſit ſpes luitionis. Aluar. hic, col. 5. cir. medi. & ſucceſſiue infeudatio per quam transfertur vtile dominium. c. pri. de contro. inter vaſa. & alium de benefi. prohibetur, & nititur hoc ratione: quia totum includit partem, & non econtra, vt per Iſern. licet aliquando capiatur pars pro toto. l. cæterorum. de ver. ſig. gl. in c. monacho. 27. quæſt. pr. gl. pri. in c. omni tempore. de conſecra. diſt. 4. gl. rub. C. de dotis promiſ. & dicitur figura ſynechdoche: de qua & aliis. Lucas in l. prim. column. 2. in fi. & 3. in prin. C. de conſuli. & non ſparge. Hoc modo dicit Iſern. Saluator Noſter iacuit in ſepulchro tribus diebus: nam in parte intelligitur totum. capit. ne tales. in verſi. animam. de conſecra. diſtinctio. 5. Econtra, aliquando ponitur totum pro parte. Iſe. in conſti. edictorum. colum. 7. circ. medium. de licite. citato. cap. ſcire debet. in ver. quinquageſima. 76. diſt. quia pars connumeratur ſuo toto. gloſ. 2. in c. cum longe. 63. diſtinctio.

SVMMARIVM.

1 *Sed, cum copula, aduerſatur in facto, non in iure, ſine copula denotat diuerſum factum, & diuerſum ius.*

2 *Etiam, eſt multiplicatiua, implicat idem eſſe in alio caſu, & includit caſum magis dubitabilem.*

3 *Res appellatio eſt generalis: includit acceſſoria & dominium vtile.*

4 *Prohibitio hominis operatur, vt res alienari prohibita non poſſit dari in feudum.*

5 *Concedo, eſt verbum generale: capitur ſecundũ naturam contractus, hic pro permittere.*

6 *Ecce, eſt aduerbium demonſtrandi.*

7 *Feudũ alienari poteſt agnato proximo, verum dominus habet prælationem, niſi agnatus velit etiam iure conſanguinitatis, vel habuerit ſimul ex infeudatione.*

8 *Quilibet, eſt ſignum vniuerſale.*

9 *Papa, Cardinales & Epiſcopi, poſt mortem dicuntur bonę memorię. Imperatores olim dicebantur diui.*

10 *Fieri in fraudem, quando dicitur.*

11 *Leges noua fiunt in Longobardia nouis regnantibus.*

12 *Emptor feudi, recuperabat precium ante conſtitutiones Lothary & Frederici.*

13 *Res alienari prohibita der pactum, non poteſt dari in feudum.*

14 *Agnati in emptione & inueſtitura alijs præferuntur.*

15 *Feudum acquiritur precio.*

16 *Feudum amiſſum per delictum ſi reſtituitur, an petatur inueſtitura.*

17 *Releuium quid, vnde: & quando debetur deducuntur expenſæ.*

18 *Theſaurus Principis non eſt fiſcus, ſed ſubditi bene ſe habentes.*

AD §. SED ETIAM.

1 SEd.] Hæc particula, cum copula, &, aduerſatur in facto, non in iure. Bar. in l. qui quartam. nu. 4. de leg. pri. vel importat diuerſitatẽ in facto, & identitatem in iure. Iaſ. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. nu. 9. de acq. poſ. ſine copula denotat diuerſum factum & diuerſum ius. Bar. & Iaſ. in l. patris & filij. de vulg. & pup. Soc. in l. nam & poſtea. §. ſed ſi quis. num. pri. ff. de iureiur. hic licet non adſit copula, &, quæ auget. Loffre. in con-
2 ſi. 38. nu. 12. adeſt dictio, etiam, quæ ſimiliter eſt multiplicatiua. Idem Loffre. de natura ſucce. feud. col. 3. poſt pri. implicat. Bal. in l. 2. nu. pri. C. de teſtib. idem eſſe in alio caſu. Zab. in clem. diſpendioſam. num. 20. cir. medium. de iudicijs. & in clemẽ. vni. num. 11. in fi. de ſequeſtrat. poſſeſ. & fru. repetit. l. Aurelius. §. teſtõ. in gl. 2. de libe. lega. eſt complicatiua & extenſiua. Zab. in cle. pri. in ver. quẽad. de ſent. & re iud. in cle. pri. poſt nu. 5. de regularib. & includit caſum magis dubitalem. Pau. de Caſt. in l. cum antiquiorib. poſt nu. 2. C. de iure delibe. Dec. in l. cognitio. num. 2. ff. de off. eius. Adeo quòd ſicut infeudare prohibetur, qui aliqua ratione impeditur alienare, ita & ſi illius rei eſt prohibita alienatio, quia prouiſio legis & hominis ęquiperatur. l. fin. C. de fideiuſſo. & ſic diuerſum factum, idem tamen ius: nam ius eſt finitum, facta infinita. l. ſi fideiuſſor. in verſic. ff. mandati. Vltra
3 quod Bald. & alij. habent, Sed &, Res.) Cuius appellatio eſt generalis. l. prim. in fi. ſi cer. peta. dicitur a recte habẽdo. Lucas in rub. ne fiſcus rem quã vendit euin. omnia comprehendit. l. pri. in ver. conuicium. ff. de iniurijs. veniunt omnia iura. gloſ. in l. pri. de ſtatu homi. vniuerſa hæreditas & patrimonium. l. 3. in verſic. rei. ff. de bono. poſſeſſio. no. Bal.

in l.

in l.licet.C.de pactis. cauſæ & iura. l.rei appella-
tione, la ſecunda. de verborum ſignificationib.cor
poralia & incorporalia.l. prim. in ver.quare. ff.de
condic. tririca.& facta.l.naturalis. in verb. dati.de
præſcrip.ver. alio non expreſſo, venit cum omni-
bus acceſſorijs.glo.Pariſ. 5.titu.pri.§.pri.poſt nu-
me.14. & non ſolũ tota,ſed & pars.Alex.in conſi.
195. ante & poſt nume. pri.6. volum.& verbum,
rei,poteſt eſſe quòd ſit generis maſculini & fœmi-
ni.glo.fi.in l.pri.ff.in ius voca. vt eam.non genus
ſed ſpeciem ſignificat.l. ſi in rem. ff.de rei vendic.
& venit etiam dominium vtile. gloſ. 2. Pariſ.poſt
nume. 22. & 2.§. 52. ita hic,vbi etiam dominum
vtile rei. Cuius alienatio prohibetur.) Per homi-
4 nem non poteſt alienari etiam in caſu a iure ex-
preſſo.Afflict.in cap. Imperialem.in 16. quæſtio.
nume. 16. circa medium. de prohibit.feud. aliena.
per Fre.Iaſ.de his qui feu.dare poſſunt. num. 34.
35. quia pactum debet aliquid operari vltra ius
commune.Afflict.in capit. feudum.ca.nume.9.de
feud.fue.contro.inter domi. & agn. Nec per bene
5 ficium dare conceditur.) Ideſt permittitur,licet ſit
verbum generale & capitur ſecundum naturam
6 contractus. Lucas in l.prædia.colum.fin.C.de lo-
catio.prædio. ciui. Niſi in caſibus,vt ecce.) Quod
eſt aduerbium demonſtrandi. Grammat.in verſi.
ecce. Si quis ex agnatis tuis rem quæ a communi
parente per ſucceſſionem ad eum peruenient.)L.
ſi vero.§.perueniſſe.ſolu.matrimo. Alienare volue
rit, non permittitur ei Etiam.) Quæ dictio,quan-
do addit,diſponit vel declarat.Hieron. Gabrie.in
conſi.8.num.18. Secundum antiquam conſuetu-
dinem.) De qua infra, Qualiter olim poterat feu.
aliena. Alij eam vendere, niſi tibi, vel alij proxi-
miori pro æquali precio accipere veluti.) Et ſic
permittitur vno modo, quod alio modo prohibe
tur.l.ſicut.§.ſed ſi. in verſi.onera. ff. quibus modis
7 pign. vel hypot. ſolui. nam alienatio in conuaſal-
lum tenet. Sed quia pro parte alterius habetur ac
ſi eſſet extraneus,dominus haberet retractum,ni-
ſi conuaſſallus haberet etiam iure conſanguinita-
tis,vel habuiſſet ſimul per infeudationem.gloſ.6.
Pariſ.numer.4. tit.prim.§.13.& remanet firma ſi
ſit fratri vel agnato proximo, cum ſit in feudo ſuc
ceſſurus. Præpoſit.in §.& ſi clientulus. num.2.de
8 aliena. feud. Per feudum tamen Cuilibet.) Quod
eſt ſignum vniuerſale.Zabar. in clemen. ſecunda.
in verſic.ſi quis. nume. prim.in fine.de magiſtris,
Dari poteſt,niſi fiat in fraudem.) Quod eſt,quan-
9 do permiſſum ſimulatur, & prohibitum agitur.
Bald.in cap.beneficium.num.prim.ſi de feud.fue-
rit contro.inter domi.& agn.vaſa.Noſtrę conſue-
tudinis, vel legis nouę.) Quæ fiunt in Lombardia
10 quotidie nouis regnantibus. Bald.in conſil. 204.
poſt nume.4.3. volumi. Bonæ memoriæ.)Papæ,
11 Cardinales & Epiſcopi poſt mortem dicũtur bo
næ memoriæ.glo.in extrauag.com.vnic.in ver.bo
næ memoriæ: de ſciſmaticis.Imperatores diceban
tur diui.d. capit. prim. Qualiter olim poterat feu.
alienat.vbi late dixi.& l.penult.C.de pactis con-
uen. Lotharij vel Frederici Imperiatoris.) Vt de
prohib.feu. aliena.per Lotha. & de prohib. feud.
aliena. per Fred. Tunc,) Quando emerunt ante
conſtitutionem dictorum Lotharij & Frederici,
Reciſſa inueſtitura reddito a te vel ab alio proxi-
miore,videlicet ſecundum antiquam conſuetudi-
nem precio.)Qui accipit precium tenetur reſtitue

12 re: Et emptor venditori rem reſtituere, ſecus ſi
poſt cõſtõnem Frederici,per quam vterque pu-
nitur,& notarius manum amittit.Odoffre.in Sum
ma,quibus modis feud.amit. poſt nume.65.& ſic
hodie, poteſt vaſallus alienare feudum agnato,&
dare in feudum ęque idoneo Præpoſi.hic in prin.
& nu.2.cir.medi.

Declarato textu, dubia reddebatur eius conſul
tatio:nam vbi adeſt prouiſio legis, ceſſat prouiſio
hominis. vbi enim lex deficit,alij ſupplent. gl.pe-
nult.in l.quia actionum.ff.de præſcript.ver. l.ora-
tio.de ſponſali.hic prouidetur, ſine cauſa ſupple-
tur ab homine.gl.in ſimili in l.debitoribus. in ver.
dto facultate.ff.de re iudica.& ſucceſſiue non de-
bet fieri,quia de eo, quod fit eſt reddenda ratio.l.
2.§.ignominiæ.in verſic.cur. ff. de his qui nota.in-
fa.Secundò,quę legibus definita ſunt, mutare non
licet, quæ autem expreſſa non ſunt, arbitrium ſe-
quuntur humanæ voluntatis. cap.vnaquaquę.cir.
fin.12. qõ. 2. modo ſi eſt prouiſum per legem,ad
quid pactum? cum fruſtra fit per plura,quod po
teſt fieri per pauciora, vt per philophum.pri.phi-
ſicorum.glo.in clemen.vnic.in pri.in verſi.vnige-
nitum.in fin.§.fin.& ibi gl.pen.poſt med.de Sum.
Trin.no.in cle.3. de reſcrip. Tertiò videtur,quòd
poſſit dari infeudum, etiam quòd pacto prohibea
tur alienatio. lex & pactum æquiperantur:nam ſi
pacto poteſt,& legis authoritate.l.ſer.in §.filii tã-
tum. poſt nu.3.de ſucce. feu.modo ſi vaſallus po-
teſt infeudare,non obſtante quòd lex prohibet a-
lienationem.c.pri.Qualiter olim poterat feu.alie.
ita & ſi prohibetur per pactum. procedendo de ſi
milib.ad ſimilia.l.ex facto.in gl. pen.cir. med.ff.de
nego.geſt.Vltimò in caſu conceſſionis videbatur,
quòd potius extraneis quàm ſuis debeat concedi,
ſicut in prælato, qui non poteſt ęconomo & ſuis,
ſed extraneis cõcedere. Auth.quibuſcumq;.C.de
ſacroſ. eccle. & ęconomi non poſſunt ſuis res ec-
cleſiaſticas dare, nec per interpoſitas perſonas e-
mere.§.œconomis. & §. hoc vero.in fin. Auth.de
alienat.& emphyt.

His non obſtantib. ſeruatur contrarium,& ra-
tio eſt, quia ſi cum legis prohibitione addatur pa
ctum,duplex vinculum magis ligat. Aut.poſt fra
tris,la prima.C.de leg. hæred.& funiculus triplex
difficile rumpitur.c.pri. de tregua & pace.

Qua ſtante,non obſ. Primum,nam lex ſupplet
quod omittit homo.l. 4.§.ſi quis cõdemnatus.in
ver.ſup. de re iud.pactum b. is prodeſt ad augen
dum ſtipulationẽ. l. periculi. in fi.ff.de nautico.fę
no.& ne ſit pro ſuperuacuo.l. pri.in gl.mag.circ.
pri.ff.de peric.& como.rei ven.operatur prohibi-
tionem ẽt in caſu a iure permiſſo, cũ plus opere-
tur pactum quã lex. Affli. in c.a.in 4.not. poſt nu.
3.de feu.mar. Non ob. Scd'm, nam prouiſio legis
ſuccedit in defectu prouiſionis hoĩs. l. ſi quis. §.
pri.C.de ſec. nupt. & non facit ceſſari prouiſionẽ
hoĩs. Cam.in c.Imperialem.car.56.col.pri.cir.me
di.in 9.concl.in fi.d.tit.de probi.feu.alie.per Fre.
Non obſt. Tertium,nam valet argũ a Pari.l.ſi de
eo.ff.fi.in gl.pen.de acq.poſſ.ſed textus loquitur,
quando cum prohibitione legis, concurrit prohi
bitio hoĩs, quia tunc plus poteſt homo quam lex.
Cam.in d.Imperialem.in pri.car.11.col.2.cir.me
di. Vltimum non ob.nam poſſet etiam ſuos infeu
dare ſi ſunt idonei.Bal.in c.pri. nu.16. ſi de inue-
ſti.inter dom.& vaſa.lis orta.& magis conſangui-

neos defuncti quàm extraneos. Cap. in ver. feudum dant. ver. prælati. ibi, duodecima concluſio. & latius infra. & ſic firma remanet concluſio, quod res alienari prohibita per pactum, non poteſt dari infeudum.

13 Extende, quòd non poſſit etiam eccleſiæ. Iaſ. de his qui ſeu. dare poſſ. poſt nume. 36. cir. fin. & non ſolum ſi adeſt pactum, verum etiam ſi non adeſt, & feudum ſit de menſe, quia etiam quod non ſit pactum illud non poteſt dari infeudum. Iſer. in capitu. pri. in prin. cir. med. ibi, feuda enim ſupra, Epiſco. vel abbate. & non ſolum non poſſet infeudare, verum etiam nec hæredem inſtituere, idem Iſer. in §. item ſi fuerit. nume. 35. quibus modis feu. ami. Vltimò non poſſet nec alienare, niſi in caſu neceſſitatis, & dummodo aliud non habeat. Affli. in d. c. Imperialem. in 16. quæſt. poſt nume. 16. Reſtringe niſi fiat cum conſenſu eorum in quorum fauorem fuit facta prohibitio, quia tunc poſſit. l. nihil. §. pri. de leg. pri. l. quoties, la pri. cum ibi not. C. de fideicom. ſi ſit ęque idoneo. Iaſ. vbi ſupra. nume. 31. & procedit in datione voluntaria, ſecus in neceſſaria, quia tunc poſſet, quia pro executione ſententiæ veniunt etiam alienari prohibita. Iſer. de ſtatu. & conſu. contra liber. eccle. in fi. & prohibitio alienationis, ad voluntariam non ad neceſſariam ſe extendit. l. pater filium. de leg. 1. adeo quod prohibitus alienare poſſet ſe dedicando alienare, quia non ipſe ſed lex alienat. Bald. in conſi. 248. nume. 2. 2. volum. Vltimò procedit in re de qua lex vel pactum loquitur, aliàs prohibita alienatione mobilium & immobilium, non veniunt iura & actiones. Dec. in conſ. 639. poſt num. 7. & 5. volum. nec extenditur vltra filium, niſi dicatur. Auth. de reſti. fideic. in ver. voluiſſe.

14 Nota quòd agnati proximiores defuncto, pro eodem precio cęteris pręferuntur in emptione feudi. Affli. in §. aut ſi libellario. colum. 2. cir. fi. in 3. not. d. tit. Quibus modis feu. ami. ſemper præponuntur alijs §. quod autem. cir. fin. Auth. de non aliena. aut permuta. præferuntur in redimendo. Io. de Anania inter vſus feu. Bald. de aliena. feu. ibi, ad vltimum nume. 36. ſed debent infra annum offerre. Affli. in conſt. vt de ſucceſſionibus. poſt num. 49. & 50. & in conſti. prædeceſſorum. nu. 4. de rebus ſtabilibus non aliena. Ipſis nolentibus admittitur dominus infra annum, a die ſcientiæ. Afflic. in §. donare. in 8. not. nume. 33. & 38. qualiter olim poterat feu. aliena. Idem ſi vellet dare in feudum, nam illi qui ſunt de familia conceſſionarij, etiam remoti, alijs præferuntur in conceſſione feudi, vt in d. conſtitu. vt de ſucceſſionibus. cir. fin. Lucas in l. prędia. colum. 5. cir. prin. C. de locatio. prędio. ciui. Affli. in §. fin. num. 3. cir. fin. de aliena. feu. Alex. in conſi. 10. colum. fin. in pri. 3. volum. Cap. in ver. feudorum, an agnati. in prin. & eſt com. opinio, quod finita inueſtitura, qui ſunt de eodem genere ceteris præferuntur. Deci. in conſi. 131. col. 2. poſt pri. ſicut in conceſſione in emphiteſem. Alex. conſi. 80. in 2. dubio. nume. 10. pri. uolum. & ibi poſt num. pri. 7. vol. & habens electionem poſſet pręferre indignum, digno. Bald. in l. cum quidam, la 2. cir. pri. de lega. 1. & viget in quibuſdam partibus ſtatutum, quod nemo poſſit inueſtiri, niſi poſſeſſor illius rei, aſcendentes, hæredes, vel legatarij niſi nollent recognoſcere prout côſuetum fuit eas locari. Idem Alexand. in conſilio. 93. poſt pri. nume. 2. cir. fi. & 3. 2. volum. ſed quod dixi de pręlatione agnatorum in caſu alienationis, non procedit hodie, quia omnis feudi alienatio tam particularis, quàm totalis eſt prohibita per leges Lotharij & Frede. glo. 3. poſt princ. in capitu. prim. d. titu. de ſucceſ. feud. niſi fiat in agnatum immediate ſucceſſurum. Afflict. hic, in pri m. not. circa med. Bald. in conſil. 16. poſt princ. volum. 1. Ideo intelligitur iſte textus in feudo paterno. Afflict. hic numero 5. circa med. vel eo quod debetur agnatis ex pacto & prouidentia, de quo pluries dictum fuit ſupra, dicit Iſer. videlicet in §. & olim. poſt numerũ 7. de ſucceſ. feu. & in §. ſed quia vidimus. columus 2. in princ. de his qui feu. dare poſſ. & tenet tunc ſine aſſenſu, quia nihil aliud eſt quàm præuentio in vita eius, quod erat habiturus in morte. Fred. de Subſc. lib. 2. ibi, ſæpe fui interogatus. numero 16. cedens loco. idem Fred. de for. inueſtit. lib. 3. ibi, differentię inter feuda ex pacto & prouidentia. verſicu. vigeſimoſexto. numero primo, in fi. & donando in anticipationem ſucceſſionis. gloſ. Pariſ. in ſimi. poſt numerũ. 88. titu. primo §. 22. & §. 25. poſt numerũ 5. & titu. 2. §. 56. poſt numerũ 37. & 38. vel extraneis cum aſſenſu. Iſer. hic, & vt ſupra, præfertur agnatus extraneo in emendo, ſi eſt paratus tantum dare, quantum quilibet extraneus. gloſſa pri. poſt med. dicta conſtitu. vt de ſucceſſionibus, quòd ſi agnatus vult dare iuſtum precium, & extraneus vltra. Aluaro. hic, numero 3. & poſt. ſi ſunt plures agnati vocantur per ordinem gradus. Iſer. in capitu. prim. poſt numerũ pri. de aliena. feu. pater. & præiudicabit durante vita vendentis tantum. Iſer. hic, etiam quòd ſit in alium diſtracta, & res deſinat eſſe integra licet teneat contrarium Alexand. in conſi. 83. poſt numerũ, 4. 7. volum. niſi dediſſet in feudum, quod hodie poteſt ſincere & bona fide, illa lege modo & forma, prout ipſe habet. Iſer. in §. callidis. in princ. nume. 19. de prohi. feu. aliena. per Fred. nam videtur tunc poſſidere per alium. idem Iſer. in capitu. prim. §. ſi ue alienaui. nume. 5. de contren. inter me & domi. de portio. feu. fra. mei. in regno, ſecus per conſtit. conſtitutionem, diuæ memoriæ. vbi prohibetur in ſpecie ſubinfeudatio. Cam. in d. capitu. Imperialem. in princ. colum. 16. cir. finem cum tribus ſeq. Item nota ex intentione Iſer. quod feudum ac-
15 quiritur pretio, quod an ſit verum, diſputat ad partes Iacobi in verſicu. qui quidem inueſtitu. numero quinquageſimono. Curt. in tracta. feud. in quinta quæſtione, ſecunda parte princip. refert opiniones & Aluarot. hic columna ſecundo. cir. fin.

Tu dic pro parte negatiua, quod acquiritur gratia & honore domini. Afflict. in §. ſi verò vaſallus. in 2. not. quid ſit inueſtitu. deſcendit ſolummodo ex mera liberalitate Regis. Idem Afflict. ſupra in prælu. numero 89. circa finem. eſt delictum conſequi dignitatem per pecuniam. l. 4. & ibi Lucas circa princip. C. de legatio. quia non per venale ſuffragium, ſed per merita laborum pariter & virtutum, ad honores peruenire debet. Idem Lucas in l. vnica, circa finem. C. de præfectiſſimat. dig. ſi largitur, ambit honorem. gloſ. prima in l. ambitioſa. ff. decre. ab ordi. faci. & punietur. l. quiſquis. C. ſi certum peta. Inde dicimus, quod honores non debent peti, ſed offerri. l. eos. in glo. 2. ff. de decurioni. aliàs dicitur emendicatus honor.

l.pri.

l.pri. C. vbi quis de curiali vel coharta. &c. adeo quod ob militem eligendum vel mittendum, pecunia accipi non debet. leg. eadem. ff. ad legem Iuliam repetun. nec dari propter conſequendos honores. l. vnic. ff. ad leg. Iulia. de ambit. ſed beneficio principis debet adipiſci, ſicut vrbica procuratio. leg. verum. §. ex facto. ff. de minori. Immò qui ſibi honorem venali ſuffragio emerit, priuilegio non potitur. dict. l. vnic. Codice. de præfectiſſimi. dignit. & punitur ſicut ſimoniacus. gloſſ. ſecunda. in l. vnic. Codic. de ſtrato. lib. duodecimo. leg. vnic. Cod. de piſtoribus. & alijs modis, vt per Pau. de Caſt. in l. prim. in lectu. noua. ff. ad legem Iuliam de amb. vnde ſi promittens pecuniam propter honores decedit, heres non conuenitur. l. ſi quis ob honorem. ff. de pollicitatio. & ſic videtur quòd conceſſio feudi magis nititur gratiæ & beneficio ac donationi ſimplici, quàm ob cauſam. Afflict. de inueſtitu. de re aliena facta. in princ. nu. 3. circa medium. debet libere & gratis concedi, ſolum pro ſeruitio perſonali, & tunc proprie dicitur feudum nobile. & differt a cenſu & emphyteoſi, q datur pro annua præſtatione canonis vel cenſus. Caſſan. in conſuetud. Burgun. rub. 3. in princip. nume. 7. & 8.

Aliam partem quòd poſſit acquiri pecunia, tenuit Cap. in verſic. feudorum acquiſitio. colum. 4. circa medium. Aluarot. in cap. prim. in 5. not. num. 4. circa finem. de natura feud. de feud. dato in vicem legis commu. & emitur hodie etiam a domino. Iſern. in capit. prim. de benef. fra. circa finem. Aluarot. in capit. prim. num. prim. de inueſtitu. in mari. facta a domino directo. Afflict. de feudis datis mini. valuaſ. in ſecundo notab. & in §. præterea ducatus. in 3. notab. num. 9. dicto titu. de prohibit. feud. aliena. per Fre. & etiam ruſticus emit dignitates. Aluarot. in §. ex eadem lege. nume. 6. de lege Corrad. hoc modo iura dicunt deberi certam ſummam ſolidorum pro qualitate tituli. l. quotieſcunque. C. de ſuſcepto. Præpo. & archa. & alibi, promiſit pro habenda dignitate. l. ſi vni. §. pri. iuncta glo. pri. ff. fami. erciſcun. donat vt fiat equeſtris ordinis. l. quod adipiſcendæ., cum duabus ſeq. ff. de donatio. inter virum & vxo. emit pater pro filio dignitatem. l. pri. §. nec caſtrenſe. & ibi glo. in ver. dignitatis. ff. de colla. bono. l. vni. & ibi glo. pri. C. de pericu. ſucce. pare. lib. 10. fiunt ſumptus ad honores per gradus obtingentes. l. quæ vtiliter. ff. de nego. geſtis. profuit ad dignitatem. l. ſi proprijs. C. de donatio. inter virum & vxo. poteſt promitti pro ſeculari honore vel adminiſtratione, ſed non pro eccleſiaſtico. c. 2. 15. quæſt. 2. Immo in propoſito, feudatarius maius ius habet in feudo empto, & maior virtus eſt conuentionis initæ cum principe, quàm ſit ius priuilegij ab eo conceſſi, etiam quod priuilegium vim tacitæ conuentionis contineat, in conſi. feu. diuer. 56. poſt nume. 5. & 57. poſt numer. 5. & ſi vis tenere Iſtam partem, dic quod feudum gentile non datur precio, ſed acquiritur amore & honore domini. Bald. in conſi. 215. cir. fin. 2. volum. & quomodo intelligitur, Hoſt. in Sum. de feudis. ibi, quis poſſit conſtituere. cir. fi. ſcilicet, quod precio fieri non debet, tamen factum tenet. Bald. in d. tit. de bene. fra. nume. 5. ſi placeret magis prima quàm ſecunda. Secundo loco adductis replicatur, quod olim emebantur honores, ſed hodie eſt contra. glo. 3. cir. medi. in d. l. quæ vtiliter, quod eſt vſurpatum, ex quo in multis locis dignitates & iuriſdictiones venduntur, tanquam hæreditarium pecus & ouile. Bald. de feu. March. poſt nume. 2. & non differt feudum emptum a donato. Loffr. in conſi. pri. num. 198. & 199. & 202. licet proprie non ſit feudum, quia ſi non eſt gratuitum, eſt quaſi gratuitum. Bald. in conſi. 56. poſt num. 2. 3. volum. & videtur donare occaſione electionis. §. pri. ibi, hic autem. auth. de non elige. ſecu. nuben. vnde dicitur feudum ex pacto & prouidentia; etiam quod detur pecunia. Cam. in §. præterea ducatus. car. 97. colum. 4. & 98. colum. pri. & acquiritur per pecuniam, ſed principaliter debet eſſe honor & amor domini. Odoffr. in Sum. vtrum per pecuni. poſſit acquiri feu. cum addi. ad eum. emitur ſicut fiducia hereditatis quærendæ. l. plane, la 2. §. pri. in ver. habeat. de leg. pri. donum feciſſe dicitur, ſi fecit nullo precio accepto. glo. pri. in §. ſi duo homines. de pace tene. ſi dedit & dominus auocat debet reſtitui. Afflic. in c. pri. poſt num. 21. & 30. de natura feu. Sed non quę erogauit in ſui honorem, cum eſſet feudatarius, argum. l. fi. ff. de petitio. hære. tenetur tamen facere aliquam cognitionem aſſertoriam, ſed non obligatoriam. Bald. infra de feu. non habe. pro pri. feud. natu. nume. 2. non omitto, quod palam poteſt dari pecunia pro habendo honore, clam non. l. fin. in glo. cum add. ad eam. C. ad leg. Iuli. repet. & datur beneficium amore & honore, non pecunia. Iaco. de Ardizo. in Sum. quid ſit feu. cir. finem.

Nota tertiò, quòd remedium extraordinarium concurrit cum ordinario. addi. ad glo. in l. de pupillo. §. meminiſſe. in ver. vti poſſidetis. la 2. de opens noui nuncia. vnde prætoris auxilium, cum aliud competit extraordinarium, non excludit aliud. l. qui bona. §. ſi quis opus. in ver. cauere. ff. de damno infec. officium iudicis concurrit cum auxilio. Bat. in l. in cauſæ, la. 2. num. 6. ff. de minori. non facit ceſſare prouiſionem legis: immo concurrit, niſi ſi quando prouidet pinguius. Cam. in d. c. Imperialem. car. 32. col. pri. cir. fin. & 2. poſt pri. idem in auxilio ordinario & extraordinario. l. damni infecti, la pri. §. ei cuius. de dam. infe. & ceſſat extraordinarium, vbi poteſt habere locum remedium ordinarium. Alex. in conſi. 122. nu. 2. pri. vol. Bolog. in conſi. 53. inter conſi. Alexan. nume. 23. 4. volum. niſi extraordinarium pinguius & vtilius prouideret. Idem Alexand. in conſilio 207. nume. 10. 7. volum. Vltimò nota, quod iſtus & dolus nemini prodeſſe, ſed obeſſe debet. not. in c. tuæ fraternitatis. de cleri. non reſide. Ideo bona fide infeudatus, recuperabit quidquid dedit, vt hic, & is qui inueſtiuit, tenetur ad intereſſe. Iſer. in §. item ſi fuerint duo fratrès. numero 35. d. tit. Quibus modis feu. amitt. agnatus autem habebit feudum, ſi eſt ex pacto & prouidentia, etiam non ſoluto pretio. Iſer. hic ex intentio. gloſ. Intellige tamen ſecundum Aluar. hic numero 7. cir. fi. & poſt numero 8. & ſic ſenex vel caſte natus, cui non eſt ſpes habendi filios, ſi vt fraudaret agnatos, dat in feudum; inueſtitus reſciſſa infeudatione, compellitur reſtituere. Iſer. & Aluar. hic. numero 7. etiam quod fraudare non præſumatur, quos iure ſanguinis diligit, nec vt agnatos priuet feudo velle domino iniuriam inferre. Iſer. in §. niſi. numero 5. & 6. cir. medi. ſi vaſa. feu. priui. cui defera. Continuando

Iſern. theoricam, quia diximus ſupra poſſe aliena-
ri feudũ proximo agnato, etiam ſine aſſenſu, quia
non eſt alienatio, ſed potius refutatio. Intellige, ſi
eſt proximus, aliàs ſi remotus, magis proximus re
uocabit, niſi domini & agnati proximioris con-
ſenſus interuenerit. idem Iſern. in §. & ſi libellus,
poſt nume. 4. de aliena. feud. pater: & in capit. Ti-
tius. poſt princip. ſi de feud. deſunct. milit. con-
tro. fue. aliàs non poſſet, non ſolum non alienare,
verum nec pati quod contra eum currat præſcri-
ptio. Deci. in conſi. 445. nume. 47. & 48. quia pro
bita alienatione, prohibetur præſcriptio, & hære-
dis inſtitutio, in perſona extranei. Afflict. in con-
ſti. ſcire volumus, num. 6. de iur. regal. rerũm. nec
negligentia illius in non petendo feudum, alteri
præiudicat. idem Afflict. in conſtitut. conſuetudi-
nem. nume. 7. circa finem. de præſcriptio. ſicut ſi
eſt feudum paternum, non poteſt renunciare in
manibus domini, nec peruertere ordinem ſucce-
dendi. Deci. in dicto conſi. 445. poſt num. 8. & 22.
in ſecundo dubio. vel renouare. Alexand. in conſi.
30. num. 5. primo volum. tamẽn ſi is qui debet in-
ueſtiri, conſentit tacite vel expreſſe quod alius in-
ueſtiatur, vel gerit ſe pro locumtenente ipſius, ſi-
bi præiudicat etiam quòd cenſeatur facere per er-
rorem, idem Alexan. in conſi. 87. colum. fi. cir. pri.
ante num. 15. 6. volum. Deci. in conſi. 389. nume.
8. & ſic determinatur quæſtio excitata per Iſer. ex
intentione glo. quòd poſſit, non obſtante prohibi-
tione alienari proximo: dummo quilibet appræ-
hendat partem ſuam, & pro faciat fidelitatem: nã
ſecundum communem opinio. prohibitio aliena-
tionis extra familiam, nõ extenditur ad illum qui
erat ab inteſtato ſucceſſurus. Alexand. in conſi. 59.
nume. 10. 14. 17. vſque ad 23. volumi. nec com-
præhendit filios inter ſe. Bald. in conſi. 498. in fin.
primo volum. & 163. num. 2. 4. volum. vel agna-
tos prohibentis. Loffred. in conſi. 17. nu. 41. quia
translatio de fratre in fratrem, non dicitur aliena-
tio: nec ſi transfertur in propinquum. Afflic. in §.
& ſi clientulus, nume. 23. de alienat. feud. & in §.
præterea, nume. prim. d. tit. quibus modis feud. a-
mit. & non dicitur alienatio ſed refutatio. Iſer. hic,
quæ poteſt fieri. Aluarot. hic, nume. 5. tamen de-
bet cadere in aliquem titulum ſeu nomen ſpecia-
le: nam ſi non exprimitur cauſa, præſumitur ſimu
lata, niſi fiat agnato, quia tunc præſumitur dona-
tio. idem Iſern. in §. & ſi libellus. num. 8. de alien.
feud. pater. verum ſi fiat in agnatum remotiorem,
qui non eſſet ſucceſſurus ex natura primæ inueſti
turæ, reſoluto iure donatoris, reſoluit ius accepto
ris, licet Collegium Mediolanenſe conſuluerit
contrarium. Alexand. in conſi. 189. poſt nume. 8.
ſecundo volum. & delictum ſemper noceret, ſi eſt
feudum hæreditarium, ſecus ſi ex pacto & proui-
dentia. multa idem Alexand. in conſi. 10. num. 15.
5. volum. vel ſi delictum eſt feudale, perderet feu-
dum, ſecus ſi commune. idem Alex. in conſi. 92.
num. 18. 6. vol.

Quid ſi agnatus non dum agnouit partem ſuã,
vel agnitam amiſit, quia infra tempus debitum
non fecit fidelitatem? dic quòd tunc accreſcit alte-
ri. Iſern. hic, non tam ex contractu agnati, quàm
ex beneficio domini, refert Alexand. in d. conſilio
92. nume. 11. in fine. adeo quod vno decedente,
alter non ſolueret releuium. Fre. de Subfeud. lib.
ſecundo. ibi, tertia authoritas, nume. 15. quia vo-
catur tacita ſubſequutio. Afflict. in §. & quia, nu-
me. 6. circa finem. de his qui feud. dare poſſunt. &
habet locum, quando inſolidum ſunt domini, ſe-
cus ſi ab initio habuerint partes, leg. ſecunda. ff. de
vſufruct. accreſce. & in ijs quæ obueniunt eodem
iure, ſecus ſi diuerſo. Iſern. hic. nam in rebus pror
ſus diuerſis, non habet locum ius accreſcendi. l. hu
iuſmodi. §. pen. de legat. prim. Sed an pro eo quod
accreuit, teneatur inueſtituram petere. Iſta eſt a-
lia quæſtio gloſſ. & dic, quod non. Vide multa in
§. ſi quis de manſo. de controuerſ. inueſtitu. vltra
ea quæ allegat Afflict. hic nume. 17. Quid ſi domi
16 nus remiſit culpam propter quam feudum eſt a-
miſſum, an vaſallus petat inueſtituram? Et clarum
eſt quòd inueſtitura poſt commiſſum delictum,
inducit remiſſionem culpæ, niſi fiat coacte, vel
ſaluo iure domini. Iacobi. de Ardizo. in Summa,
quid ſi vaſa. cau. amiſſio. commit. & domin. inue-
ſtitu. de ſuo recto feud. Nunquid adhuc agi poſ-
ſit contra vaſal. per dominum? & dicitur tacite re-
miſiſſe culpam, idem Iacobi. in Summa, Quando
ex inueſtitu. nihil comodi conſequitur. circa me-
dium. Dic tamen, aut delictum eſt tale propter
quod vaſallus veniebat ipſo iure priuandus, tunc
ſicut feudum non obſtante remiſſione de anti-
quo fit nouum. Iſern. de vaſa. decrepitæ ætat. ante
& poſt nume. primum. ita ex intentione eiuſdem
Iſern. hic, neceſſe eſt petere nouam inueſtituram.
Aut requirebatur ſententia, & ante ſententiam re
mittitur culpa, tunc videtur iure ſublata, nec cen-
ſetur perditum, nec de nouo datum, quia ad hoc
vt perderet, opus erat ſententia declaratoria.
Boer. in deciſion. 78. poſt nume. ſecund. ſucceſſi-
ue non erit neceſſaria noua inueſtitura. Rurſus
quæritur, ſi prædicti qui tenentur petere inueſti-
turam & facere fidelitatem, teneantur etiam ad ſo
lutionem releuij: & ſi non petunt infra annum &
diem amittunt feudum. Dic, altius exordiendo,
quòd pro infeudatione, prima inueſtitura, ſeu feu
di conceſſione nulla iura vtilia debentur, ſed ſo-
la fidelitas. gloſſ. Pariſ. poſt nume. 19. titu. primo.
§. 18. gloſſ. prima. poſt nume. 112. tit. ſecundo. §.
55. adeo, quod ſi emptor inueſtitur vel reemitur
per primum dominum, non debetur releuium. ea
17 dem gloſſ. nume. 11. vſque ad 14. dicto §. 18. Eſt
autem releuium ab vſu & conſuetudine introdu-
ductum: non eſt nomen iuris, nec reperies niſi in
conſtit. poſt mortem. circa finem. Loffred. hic co-
lumna ſecunda. circa finem. & Afflict. nume. 21.
non eſt ex natura feudi, neque ex lege feudali. ſed
de rigoroſa conſuetudine, eſt quaſi in rem ſcrip-
tum. Fre. de Subfeud. lib. ſecundo. ibi, tertia au-
thoritas. nume. 16. & 25. poſt medium. odioſum
& contra naturam recti feudi. gloſſ. quarta. Par.
poſt numerũ octauũ. titu. primo. §. decimotertio.
merito reſtringitur. Afflict. in §. ſimiliter. nume. 9.
circa medium. de capit. Corrad. ad caſum ſcrip-
tum, adeo quòd non extenditur ad alium caſum
in quo ſit eadem ratio, licet in regno frequenta-
tur. gloſſ. Pariſ. titul. primo. §. 23. nume. 3. §. 25.
poſt nume. 6. & 9. & non habet locum, niſi vbi ver
ba conſuetudinis vere & proprie verificantur. ea-
dem gloſ. §. vigeſimoſecundo. poſt num. 192. ideo
in eo & laudemio, dominus non habet intentio-
nem fundatam, niſi quatenus conſuetudinibus lo
corum cauetur, titulo aut iure particulari. eadem
gloſſ. poſt nume. 11. titu. ſecundo. §. 53. & dicitur

a rele-

a releuo, releuas, quia releuat illum cui præſtatur. Iſern. in d. §. ſimiliter. poſt num. 14. & merito releuat, quia pecunia eſt inuenta vt difficultatibus hominum ſubueniat. l. fin. in glo. fin. in fin. ff. quæ ſentent. ſine appellatio. reſcind. inde releuamentum, quod eſt onus pecuniarium de per ſe odioſum, & contra propriam naturam feudi, ex imperitia & auaritia ab initio originem trahens, gl. 2. Pari. nu. 18. & poſt num. 19. tit. pri. §. 3. ideo in ſolutione ipſius inſpicitur conſuetudo. Loffred. in cap. pri. cir. princ. quo tempore miles, quæ induxit, vt ſoluatur ab hærede, Iſern. hic num. 7. & fundatur in facto vaſalli, vel caſu contigente in eius perſona, ex quo ſequitur mutatio feudi. d. glo. Par. titu. prim. § 22. nume. 145. etiam quando accidit mutatio vaſallorum, feudo tranſeunte ad aliam perſonam, vltra recognitionem fidelitatis, quæ eſt inſeparabilis a feudo, debentur patrono quædam iura & comoda pecuniaria, q̃ releuia ſeu aptius reuelamenta appellantur. ea. glo. Pariſ. in princ. titu. prim. §. 2. & non attenditur mutatio poſſeſſionis, ſed totalis dominij feudi. d. gloſ. §. 22. num. 133. in fi. & quod dicitur de obuentione feudi per ſucceſſionem, idem ſi per donationem anticipando ſucceſſionem. ea. gl. num. 4. tit. pri. §. 17. vbi etiam quòd facta a patre filio præſumitur in anticipationem ſucceſſionis, & accelerationem commodi illius, ſecus in donatione facta a filio patri: & §. 22. poſt nume. prim. vnde ſi fieret refutatio fraudulenter non patrocinatur. Afflic. in §. aut ſi libellario. colum. 2. circa princip. ante nume. 7. quibus modis feud. amit. Fre. de Subfeu. lib. 2. ibi tertia authoritas, poſt num. 34. & fraus præſumitur, quando omnia donat. Iſern. hic, numer. 10. circa medi. In eum caſum etiam quod fieret inter viuos, debetur releuium. Cam. in cap. Imperialem. conſi. 69. colum. 3. poſt medium. 70. & 71. Iſer. hic poſt nume. 7. præſumitur etiam fraus, ſi is qui refutauit ſemper remanſit in poſſeſſione. Dec. in conſi. 659. num. 2. Qui enim reperitur poſſidere, in dubio non præſumitur alienaſſe. l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus modis pign. vel hypo. ſoluit. & ex poſteriore poſſeſſione præſumitur fraus. leg. 1. in Summa. C. de natura. libe. tanto magis ſi adeſſet cauſa vrgens, propter quam voluiſſent partes hoc ſimulare. Ant. de Alex. in conſi. 52. inter con. Loff. nu. 43. puta ad euitandum ſolutionem releuij, cuius ſolutio vt defendatur ſemper ſtudio fuit. argum. l. vniuerſi. C. de func. rei priuatæ. alia inditia ſimulationis ponit Bald. in conſi. 149. poſt nume. 3. pri. vol. ideo cauſa faciendi magis, quàm factum attenditur. Lucas in l. vnic. colum. 24. in princ. C. publicæ lætit. vel conſu. & tam ſi fit a patre filio, quam à fratre fratri, debet fieri cum titulo. Fre. de Subfeu. lib. 2. ibi, differentiæ inter feuda ex pacto & prouidentia. verſicu. Vigeſimoſexto, vnde non dicitur facta donatio in fraudem, ſi fit propter inſignes nuptias vel inſignem eius virtutem. glo. Pari. tertia in ſimil. poſt num. 17. tit. prim. § 8. vel eſt donatio abſoluta, ſeu virtute ſubſtitutionis teſtamentariæ vel conuentionalis. eadem glo. pri. circa finem. tit. prim. §. ſecundo. & ſic quando mutatio accedit aliter quàm per ſucceſſionem, non debetur releuium: nec quando fœmina dat feudũ in dotem, intelligendo de primis nuptijs, etiam quòd prius fuerit luxuriata. eadem glo. pri. tit. pri. §. tertio, & §. 22. nume. 158. nec ſoluitur ab emptore pro prima inueſtitura, a muliere cum aſſecuratur: nec per ſucceſſorem prælati pro feudo eccleſiæ. Loffred. in conſil. 15. nume. 14. ſic enim ſe habet conſuetudo, mos & forma curiæ. Iſern. hic. & ſi vincit per ſententiam, iure ſucceſſionis ſoluit releuium, ſi iure contractus non. Afflict. in capit. ſi vaſallus, lo vltimo. nume. 10. ſi de feud. fue. controuer. inter domi. & agnat. Sed dicit Iſern. ſi tantum ſoluitur per mortem, nunquam ſolueretur releuium, quia vaſallus vt excludat curiam ab huiuſmodi ſolutione, donabit feudum filio in vita ſua. ille faciet fidelitatem, & petet inueſtituram intra annum, & ſic nihil ſoluit. Dicit ipſe, hoc eſt iuſtum, quia habet in vita per contractum. & non ſemper priuatur curia, nam ſi filius cui donatum eſt feudum decederet ſuperſtite patre, pater ſuccederet filio, & ſolueret releuium. Afflict. in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ. in tertio notab. cir. medium. poſt nu. 21. eo magis, quia tranſfuſio feudi in deſcendentes potius cenſetur debiti naturalis ſolutio, quam mera liberalitas. idem Afflict. in conſtit. vt de ſucceſſionibus. nume. 59. nec dicitur noua acquiſitio, ſed dominij cõtinuatio. Alexan. in conſi. 5. num. 3. 5. vol. maxime quia non donat quis libenter paterna, quæ potius retinere intereſt. l. ſi in emptionem. ff. de minori. Iſer. hic num. 8. circ. finem. Et eſt indubitatum, quem vel potius iura ſua vẽdicare, quàm in alium transferre. l. per diuerſas. C. mandati. nam quilibet vult bonum, & omnes bona appetunt, & volunt quod melius eſt. capit. ſic viue. 16. quæſtio. prim. & bonum quod in ſe continet altero melius, quod potiori bono nititur, & maiori æquitate fulcitur præfertur. Lucas in d. l. vnic. colum. 25. circa mediũ. C. public. læti. vel conſu. & videtur tunc obuenire potius ex principali beneficio quàm iure ſucceſſionis. Afflict. ſupra de ſucceſſ. feud. in princip. poſt num 69. & ſoluitur per mortem vaſalli, non autem per mortem domini directi, quia tunc tantum petitur confirmatio infra annum & diem. idẽ Afflict. quæ ſit prim. cau. benefi. amit. in prin. nume. prim. Et quis ſoluit, fructuarius an proprietarius. dicta glo. Pari. §. 22. num. 155. vnde ſi donatur feudum alteri cum aſſenſu, reſeruato vſufructu donanti, ſequuta morte non debetur releuiũ. Freci. de Subfeud. lib. 2. ibi, tertia authoritas. nume 17. ſemel ſolutum, ſi iterum ſoluitur repetitur, condictione ſine cauſa. glo. 2. Par. quæſt. 5. nu. 12. tit. prim. §. 3. & pro ſolutione in R. Camera admittitur liſta cum iuramento. Fre. vbi ſupra, nume. 36. cir. medium. debetur ex fructibus vnius anni, & ſi nulli naſcuntur, debetur ex alio, ſecus ſi pauci, vel fructus conſignati pereunt in poſſe domini, & conſignatur deductis expenſis. glo. Pariſ. tit. prim. §. 39. ſunt iura vtilia acceſſoria fidelitatis, quæ debentur propter laborem in recompenſam inueſtituræ, & vaſallus non tenetur ſoluere priusquam in fidem recipiatur. eadem glo. Pariſ. tit. prim. §. 28. poſt num. 8. & dominus poteſt petere poſt factam inueſtituram. eadem glo. nume. 5. tit. prim. §. 17. fit inſtrumentum recognitionis ſumptibus vaſalli, quæ profeſſio fiat, & ſcribantur in eo, ead. gloſſ. in princ. vſque ad nume. 4. & 31. tit. prim. §. 5.

Sed diſputando dicit Iſern. videtur quòd ſemper debeatur releuium: nã ſi debetur per mortẽ, ergo & per contractũ, ex quo cũ quis ceſſat ab ali-

quo actu vel adminiſtratione propter quod dr̃ aliquid habere, reputatur mortuus, capit. placuit. & ſeq. 2. quæſt. 7. & dicitur mortuus, licet adhuc viuit, c. ſi epiſcopus. de ſupple. neglig. prælat. in 6. Secundo, is qui donat, ſequuta traditione, deſinit eſſe dominus. l. ſi tradita. C. de his quæ non domin. ſucceſſiue habetur pro mortuo, quia mors omnia ſoluit. l. apud Iulianum. §. fi. in verſi. antiſtię. ff. ad Trebellian. Tertiò, appellatione ſucceſſoris, venit etiam ſucceſſor in rem. l. fluminum. §. prim. in ver. dominium. ff. de damno infect. ſed ſucceſſor, vt ſupra, tenetur petere inueſtituram, & ſoluere releuium. Ita qui habet ex contractu, quia dicitur ſucceſſor in rem l. nam poſtea. §. fi. ff. de iureiu. Vltimò, validum eſt argumentum de contractibus ad vltimas voluntates. Dec. in conſi. 387. nu. 3. modo releuium debetur, quādo transfertur feudum per vltimas voluntates: ita & per contractum. Quia ſi hoc in vltima voluntate, multo magis inter viuos. l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ita. in verſicu. multoque. de lega. prim.

Iſern. hic colum. 2. in fi. & 3. in prin. dicit, quòd verius eſt, quod non ſoluatur, ſicut nec pro tranſlatione ſimplicium actionum perſonalium vel realium ad feuda, nec pro ſub feudis poſtea quæſitis. d. gloſſ. Par. §. 22. num. 107. circa fin. & 110. & §. 23. num. 46. quia (vt ſupra) eſt contra rationem, & per errorem introductum. Ideo non extenditur, ſed quantum fieri poteſt debet reſtringi nec duplicari. d. gl. tit. prim. §. 32. nume. 4. cir. finem. poſt num. 6. & 8. circa medium. adeo quòd vigore conſuetudinis, in ſucceſſione aſcendentium, deſcendentium, & collateralium, non debetur. Secus in filio adoptiuo. ea. gl. pri. & 2. per to.. tit. prim. §. 2. ſed non ſeruatur hic: nam in ijs ſpectatur conſuetudo, & pręſtatur, vbi conſuetum eſt præſtari. idem Iſern. in dicto §. ſimiliter. poſt nume. 14. cir. medium. Et tenendo iſtam, dic quod licet habeatur pro mortuo quo ad multa, ſicut deportatus: non tamen quo ad bibendum, comedendum, & impręgnandum. Napo. in conſue. quartam. in ver. ipſa mortua. circa medium. de iure quar. ſicut monachus qui nō habet velle nec nolle. c. religioſus. & ſequen. & cap. quoniam. in princ. de electiu. in 6. & poteſt eidem legari. l. interdicit. in glo. penul. de condit. & demonſtra. nec habetur pro mortuo quoad omnia. §. diſtrahuntur. in ver. lucrum. Authen. de nuptijs.

Nec obſtat quod ſuccedendo aliis in eius locum, pro mortuo habeatur. l. actione. §. publicatione. ff. pro ſocio: nam aut refutatio eſt generalis, & tunc videtur refutare in omnem caſum, & habetur pro mortuo. Aut refutauit vt Seius inueſtiatur, eo caſu in illo tantum actu ſibi præiudicabit. Iſern. in capi. prim. circa medium. de eo qui finem fecit agn. & eſt refutatio, verbum Longobardum. Fre. de Subfeudis. lib. 2. ibi, differendiæ inter feuda ex pacto & prouidentia. verſicu. vigeſimoquinto. item argumentando ab ijs quæ fieri conſueuerunt. l. ſi quis donaturus. cum ibi not. ff. de vſufructu. debetur tantum a ſucceſſore vniuerſali, non autem particulari, qui in hoc quomodo ſe habebit, adeſt. capi:. regni, apud fogiam. in rubric. quid fiet mortuo Barone.

Vltimum non obſtat, nam etiam quòd dictum argumentum procedat & æquiperatio ſit in vno, non ſequitur, ergo & in omnibus. Iſern. quæ ſunt regalia. in ver. & bona committentium. num. 87. cit. medi. quia non eſt idem, cui ſimile eſt. gloſſ. in c. capitulum ſanctæ Crucis. in verſic. conſimili. de reſcriptis. l. quod Nerua. in gloſſ. 3. in fin. depoſiti. nec per omnia eſt ſimilitudo. glo. in ſimi. in l. ſi ipſe res. ff. de eo quod metus cauſ. prædicta eo magis procedunt, quia non fit extentio, quando agitur de lucro capiando. Bald. in conſi. 333. nu. 2. 4. vol. etiam quòd habeat eandem rationem. l. fin. C.
18 de cupiæſſis. & Iſer. hic. col. 3. cir. princ. nam theſaurus principis non eſt fiſcus ſuus, ſed ſubditi bene ſe habentes. Bal. in conſi, 404. nume. 5. circ. fin. 5. vol. & proinde, non eſt ambigendum quin plerumque contra fiſcum quædam admitti debeant. l. non eſt ambigendum. ff. de bono. poſſeſſio. maxime quando ſunt odioſa. Iſer. hic. num. 10. l. non puto. ff. de iure fiſci, quæ quomodo intelligatur. Afflic. in conſti. ſi dubitatio, in gl. maxi. nu. 20. de probat. per inſtru. ideo in regno Siciliæ, non vtimur niſi in hærede & ſucceſſore, & ſi mortuo domino non petiit inueſtituram infra annum & diē nec præſtiterit ſeruitium, vel præſtiterit. diminute, Robertus inclitus videtur pęnas caducitatis remiſiſſe. Frede. vbi ſupra. de Subfe. lib. 2. ibi tertia authoritas. nu. 36. 37. & 38.

Et aduerte, quod dum Iſern. dicit, per hoc. & ibi, non eſt ſimile, reſpondet motiuis primo loco aductis de quibus ſupra; non omitto quòd poſt nume. 9. dum allegat de leg. 2. ſi chorus. dic, de lega. l. 3. ſi chorus. §. pri. ſequitur, nō dicitur habere illa de pecunia, dic, non dicitur habere illa quæ pecunia, ibi, ſed hoc caſu aliud videtur dicendum, vt idem ſit ſi non petit infra tempus, donatarius, & emptor, & illa in quem alienatum eſt de conſenſu domini, ſiue ſine vt in agnatis dicit. dic, ſed hoc caſu aliud videtur dicendum: ideſt, ſi non petijt infra tempus, qui habuit refutationem, & ille qui ab inteſtato ſucceſſit, ſiue alienatum eſt de conſenſu domini, ſiue ſine, vt in agnatis. dicitur in hoc. §. ibi, de lega. primo. leg. 4. §. & generaliter. dic. l. prim. §. generaliter. de legat. præſta. aliàs verba prædicta facerent te fantaſticare, cum non habent ſenſum. Aluarot. in ſimil. in c. pri. col. 3. in pri. de fratri. de nouo benefi. inueſtit.

SVMMARIVM.

1 *Perſona, plurib modis capitur: hic pro particulari.*
2 *Vero, pro ſed: ſtat continuatiue, & inducit repetitionem.*
3 *Accipere, & ſumere, differunt.*
4 *Seruus quis dicatur, & quis famulus: vnde, et quot modis.*
5 *Seruus poteſt inueſtiri dummodo ſcienter, & tunc ipſe an dominus erit vaſallus.*
6 *Virtus omnis & efficatia conſiſtit in principali efficiente, & non in miniſtro.*
7 *Procurator nihil ſibi, ſed totum domino acquirit.*
8 *Inueſtitura poteſt fieri & recipi per procuratorem & quare.*
9 *Fęmina poteſt dare in feudum, ipſa tamen non ſuccedit.*
10 *Seruus poteſt, & per ſeruum inueſtiri.*
11 *Error impedit matrimonium.*
12 *Quod quis poteſt per ſe poteſt per alium.*

AD §. PERSONAM.

1 PERSONAM.] Cuius appellatione
imagines paruæ veniũt. l. fundi. in ver.
perſonas. ff. de actio. empt. facit l. lex
quæ tutoris. C. de admi. tuto. Capitur
pro particulari. l. 2. §. Paulus. ff. quãdo appella. ſit.
non continetur vniuerſitas vel ciuitas. Aſflict. in §.
conuenticulas, in 4. notã. nume. 11. cir. fi. de pace
iuram. firma. attenditur aliquando cuius qualita-
tis ſit. l. vni. ff. de ripa muni. l. 4. ff. de incendio, rui-
na, naufra. eſſe neceſſariam perſonam. i. coniunctã
dicimus. l. Imperator. ff. de pactis, Verè.) Ideſt,
ſed. §. pri. in ver. quæcumque. Auth. de hære. & fal
2 ci. Ilat. aduerſatiue. Alex. in conſi. 142. nume. 8. &
249. nume. 5. 6. vol. Iſer. in cap. pri. num. 10. cir. fi.
qui ſucce. tenea. aliquando continuatiue, & repeti-
tionem inducit. l. Seiæ. §. Caio. de fun. inſtru. Alex.
in conſi. 9. poſt num. 47. vol. Inueſtituram accipiẽ
3 tis.) Quod eſt proprie, quando ab alio capitur: Su
mere quis dicitur à ſeipſo. Lucas in l. 3. C. de ero-
ga. milita. anno. Non diſtinguimus,) Ideſt non di-
4 ſcernimus, ſecundum Grammaticos; nam etiam
ſeruus dicitur in bello captus atque ſeruatus, fa-
mulus ex propria familia natus. Archi. in cap. vni.
32. quæſt. 3. qui ſecundum vſum Longobardorũ,
ſcutifer, valletus, miniſtralis, ioculator appella-
tur. Iſer. in §. ſi miniſtralis. in pri. de pace tenen. ali-
bi clieus, & ſecundum vulgare Gallorum ſergen-
tarius appellatur. Boeri. in deci. 9. in prin. Gurzeo-
nus, c. ex parte. lo 2. de ſepulturis. famulus. l. iube-
mus. la pri. vbi not. Bart. C. de præpo. ſacri cubicu.
hic ſeruus vocatur, Inueſtiri poteſt niſi ignorantia
5 prætendatur,] Sed tũc ſeruus an eius dominus erit
vaſallus, inſpicitur cuius contemplatione eſt acqui
ſitum. Odoffr. in Sum. quis poſſit inueſti. de feu-
do. & ſi ſeruus, eius filij ſuccedunt. in d. Sum. in pri.
& nume. 4. Sed vtrum ipſe vel alius pro te inueſti
turam faciat, vel ſuſcipiat, nihil intereſſe putamus.]
6 Nam omnis virtus & efficacia conſiſtit in princi-
pali efficiente, non in miniſtro vel organo. glo. 2.
Pari. poſt nume. 5. titul. pri. §. 3. procurator enim
nihil ſibi, ſed totum domino acquirit, tam in pro-
prietate, quam in vſufructu. ca. glo. pri. poſt num.
39. tit. pri. §. 13. Propterea, poteſt hoc negocium,
non ſolum per ſe, ſed & per procuratorem ab vtra
7 que parte expediri.) Quia dominus facere cenſe-
tur, quando procurator habet ſufficiens manda-
tum. glo. pri. Pariſi. in 8. quæſt. nume. 72. tit. pri. §.
pri. nudum conſenſum exprimit nomine alterius.
Zabar. in clem. vni. §. quin etiam. nume. 3. de con-
ceſſio. præben. & quando præbet nudum miniſte-
rium facti, nuntius potius dicitur quam procura-
tor. glo. pri. Pari. vbi ſupra. quæſt. 8. & ſic poteſt
8 fieri & recipi inueſtitura per procuratorẽ. Odoff.
in Sum. vtrum per procura. fieri poſſit inueſt. & re
cipi, Fœminam quoque.) Non ſolum antiqui, vt
ſupra eo. in pri. quia in hoc æquiparatur maſculo,
cum duabus limita. Aluar. hic in §. fœminam. ſed,
etiam noui feudi Inueſtituram facere poſſe pleri-
que conſentiunt, ideſt, idem ſentiunt. Grammati-
ci. in ver. conſentio. & ſic fœmina poteſt inueſtire,
9 licet non poſſit ſuccedere. Odoff. in Sum. quis poſ
ſit inueſtiri de feudo, nume. 8. cir. fin. poteſt dare,
ſed non recipere, habet vaſallos & iuriſdictionem
iure Longobardorum, & non dat, quando luxu-
rioſe viuit, Præpo. hic.

Declarato textu, dubia rod lebatur eius conſultatio. Et primo, feudum datur, vt dominum defendat. Iſer. in cap. pri. nume. pri. de vaſa. mili. qui arma belli. depo. ſi debet dominum defendere, non poteſt eſſe ſeruus, quia dominus non famulorum ſicut priuatæ conditionis homines, ſed liberorum honeſtis vtitur obſequijs. l. penul. C. de præpo. ſacri cubicul. Secundò infeudatio confert nobilitatem. Iſer. hic nume. 13. in fi. ſed indignum promouere ad honores, nihil aliud eſt, quàm decipere. Lucas in rub. col. pri. cir. fi. de Comiti. conſiſto. quod iura prohibent. l. pri. C. de his qui veni. ætatis impetra. Tertiò videtur, quod non poſſit dominus inueſtiri per ſeruum, nam ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Io. 15. glo. in l. eius qui in prouincia. In ver. ex neceſſariis. ff. ſi certum peta. Vltimò, dare in feudum poteſt, qui habet liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem, ſupra eo. tit. in pri. fœmina non habet integrum conſilium. Bald. in conſ. 201. poſt numero 3. pri vol. ſucceſſiue non poteſt dare in feudum.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium: & ratio eſt, quia rei ſuæ quilibet eſt liber moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mandati.

Qua ſtante, non obſtat primum: nam dominus ſcienter dando feudum ſeruo, dat etiam cum eo libertatem. Iſer. hic num. 13. & Præpo. poſt prin. & ſic non ſeruus, ſed liber dicitur ſeruire etiam: quia inſpecto iure naturali homo eſt liber. l. cum autem. §. excipitur. in ver. puniendus. ff. de edil. edi. Non obſtat ſecundum, nam quando datur feudũ per Principem, nobilitatur rei conditio. Iſer. infra, Qualiter vaſa. iurare debeat fideli. nume. 4. adeo quòd facit poſſeſſorem nobilem. idem Iſe. in. quis dicatur dux. circa fin. gloria decorat, lætitiam gaudiumq; in eo generat. Lucas in l. obſiſtere. cir. pri. C. de anno. tribu. Non obſtat tertium, nam ſeruus ſcit quæ domi fiunt, vnde torquetur, quando tutor non vult libros exhibere. l. pri. §. de ſeruis. ff. de tutelis. Vltimum non obſtat: nam mulier quando contrahit vel quaſi contrahit, poteſt ex legis diſpoſitione, vt hic, nec in illo actu requiritur mundualdus. Deci. in ſimi. in conſi. 331. col. 2. cir. fin. 3. vol. vel quando prohibetur alienare ea forma ſtatuti, non poteſt infeudare. Præpo. ſupra. eod. in princip. poſt numerum ſecundum. & ſic firma remanet concluſio, quod ſeruus poteſt, & per ſeruum dominus inueſtiri.

10 Extende etiam in beneficialibus. cap. accedens. cum ibi nota. de præbend. Aluar. in §. ſed vtrum. nume. 2. poſt pri. infra eo. & habet locum non ſolum in inueſtitura abuſiua, ſed etiam reali. Aſflict. infra eo. §. ſeq. in vlti. not. nume. 4. & Præpo. in §. ſed vtrum. cir. prin. Et non ſolum procedit in ſeruo, ſed etiam poteſt fieri & recipi per procuratorem. Iſer. hic poſt nume. 4. Cap. in ver. feudorum inueſtituræ. col. pen. cir. medium. Reſtringe tamen quando ſcienter fit: ſecus ſi ignoranter, vt hic: quia tũc error in perſonę ſubſtantia impedit tranſlationem dominii. l. ſi quis vxori. in ver. furti. circa ſin. ff. de furtis. Item hoc procedit in acquiſitione, ſecus in refutatione: nam ſeruus poteſt facere cõditionem domini meliorem, deteriorem non poteſt. l. ſeruum fructuarium. in glo. 2. de ſtipula. ſeruo. Vltimo procedit, ſi dominus conſenſerit, vel ratum habuerit. capitul. ſi tibi. in verb. habueris. de præben. in 6. quia poſſeſſio intelligitur tradita

per

per ſeruum, quatenus dominus ſenſerit. l.ſed etſi communis.§.pri.ff.de contrahen.emp.

Nota, quòd ſeruus poteſt inueſtiri, ſicut hæres inſtitui. Iſer.hic cir.pri.ſed ipſe non poſſet inueſtire nec dare, ſicut nec infans ſine tutoris authoritate. Præpoſi.hic num.2.& 3. aliàs non diſtinguimus ætatem, nam poſſit pupillus & minor ſuam conditionem facere meliorem. Prohibentur tamen quædam ratione officij, vt Caſtaldi. Odoffr. in d.Sum.quis poſſit inueſti.de feu.nume.9.10.& 11.& tunc ſeruire communi conditione vniuerſorum eſt quædam libertas: quoniam dignitate dominantium honeſtantur obſequia ſeruorum. Lucas in l.vni. col.3. poſt pri. C.de capit. ciui. cenſi. eximi.& licet non ſit plus vnus, quàm alter, tamen quoad officia eſt differentia. glo. pri. in l.& ſeruorum. ff. de ſtatu homi. tunc efficitur de familia domini. Alex.in conſi.140.nume.8.2.vol.æqui paratur filijs.l.ſi ſeruus communis, la 2.§. ſeruus capto domino.ff.de ſtipula.ſeruo. & de eo dicitur, quòd ſtat domino ſuo aut cadit.l.cum ſatis.in ver.nulla. C.de agri.& cenſi. Item nota, quòd melius eſt, ꝙ inueſtitor dicat, Inueſtimus te pro tali abſente: quàm dicere, Inueſtimus talem abſentem. Debet tamen procurator habere mandatum, nec ſufficit quòd ſit conſanguinitas, etiam quòd accipiat nomine abſentis. Inno.in cap.accedens.de præben.& poteſt fieri, ſicut nominatio & venditio per ſe, & per procuratorem. Fre. de ſubſe.lib.2.ibi, quadrageſimoſeptimo quæro.

11 Iſern.ſumpta occaſione ex glo. quærit, ſi error impedit matrimonium, poſtquam vitiat inueſtituram, niſi ſit error communis. Archid.late in c.pri. per tot. 29.quæſt.pri. Afflict. hic nume. 5.ſicut in emptione.l.alioquin.ff.de contrahen.emptio.& videmus quòd recipiens mulierem, poteſt errare in facto.glo.fin.in l.3.ff.de fideiuſſo.& non eſt facile dignoſcere liberum à ſeruo.l.quia.& l.4.in poſitione caſus.d.tit.de cotrahen.emptio. Præpo.hic cir.princip.l.qua actione.in ver.in ſeruo. ff.ad leg. Aquil.glo.pri.in l.ſi cum dotem.§.fin.ſolut.matri. Aluar.hic col.pri.in fi. Ideo videbatur, quòd qualiſcunque ſit vir, ea quo ſemel placuit, non ſit amplius dimittendus. cap. horrendus. cum ibi notat. 32.quæſt.5.nam iniquiſſimum eſt, dimittere vxorem, cum nuptiæ honeſtæ contractæ ſunt, & forte liberi procreati.l.lege Iulia, cir.fi.ff.de ritu nuptia. tanto magis, quia in actione iniuriarum, non attenditur error.l.cum qui.§.fin.de iniuriis.aliàs vir argumenta ſibi & occaſiones exquireret, quibus poſſit vxorem abiicere; quod minime permitti debet. cap.cuius rei.& ſeq.29. quæſt.2. etiam quia error diuitiarum non impedit matrimonium. glo. in c. ea parte.in ver.quamuis.cir.medi. de reſti. ſpolia. de cuius bono, laudibus, & in eius fauorem introductis, qualis debet eſſe vxor, & ſi error vitiet, & de ſocero qui promiſit inſtituere generum, cui nihil poſtea reliquit, ſi iſte dolus nocet matrimonio. Caſſan.in conſue.Burg.rub.4.in prin.per tot. Sed quod error deterioris conditionis impediat matrimonium contrahendum, & dirimat contractum, ſi eſt error maioris vel paris conditionis. Innoc.in cap.2.de coniug.ſeruo. & quod non tenet ratione inæqualitatis, dicunt Canoniſtæ. glo.pri. in l. Lucius, la 2.ff.depoſi.& ꝙ contractum diſſoluitur, ſicut matrimonium ſpirituale. glo.2.in ca.quorundam.74.diſtinct.& inueſtiens ſeruum, putans eſſe liberum, non valet. Aluar.hic poſt pri.& matrimonium in propria perſona ſub nomine alieno, non tenet. cap. tua nos. de ſponſali. quia non eſt matrimonium, quando vir & mulier non conſentit, etiam quod verba conſenſus exprimant. Loffr.in conſi.48. nume.15.licet matrimonium ſit quandoque ex vna parte, & non ex altera, quandoque quantum ad neutrum.glo.pri.in cap. ſi quis ingenuus.29.quæſt.2.puta ratione diuerſæ religionis. l.ſi legibus.C.de Epiſcopa.audi.l.ne quis Chriſtianam. de Iudæis.adeo quod valet ſtatutum, quod non liceat mulieri nubere extra ſectam ſuam, & ſi potuit ſeruata forma ſtatuti nubere, & non nubit, ſed extra ſectam, punitur pœna ſtatuti. Lucas in l. edicimus.circa ſin.C.de murilegulis.tunc ſi interuenit dos, non efficitur viri. l.Proculus. ff.de iure doti.ſed illam vxor vnà cum fructibus repetit cum diſti.de qua in l.in inſulam. §.pri.ſolu.matri. quia ſeparatur alter ab altera, ſicut morte ſequuta.§.ſi vero decretum.Auth.de nuptiis.Dic tamen, quod non omnis error impedit matrimonium, ſed tantum error perſonæ & conditionis.glo.cir.fin.in regula, contra eum, de reg.iuris.in 6.& in d.l.in venditionibus.in ver.abſentem.de contrahen.emptio.& ita videtur ſentire Iſer.hic. Si contraxit cum ſeruo, quem putabat liberum vel cum eo quem ſanæ mentis credebat, & reperitur furioſus, quomodo formatur libellus. Specul.in tit.de coniug. ſeruorum, & de ſponſalibus.§.4.num.8.& tunc non debet dimitti ſine iudicio eccleſiæ, nec ſponte compiſceri ne fiat ei præiudicium; ſed poſſet ad mandatum eccleſiæ.glo.pri.in d.cap.cuius rei. cum neuter cogatur ſtare cum altero, quoad vinculum matrimonii, licet teneatur ratione fidei promiſſæ. d.gl.pri.in cap.ſi quis ingenuus.29.quæſt.2. aliàs ſi cohabitauit ſcienter, nõ poſſit opponere notam ſeruitutis, ſecus ſi ignoranter.glo.pri. in c illud.de præſumpt.c.2.& fin.de cõiug.ſeruo. Auth.ad hæc C.de lati.liber.tolle, ſicut dicimus in eo, qui contrahit matrimonium cum filia damnati.glo.fin.in cap.vbicumque.de pœnis.in 6. Quæ autem requiruntur ad hoc vt poſſit prætendi ignorantia. Lud. Moli.in ſimi. de Hiſpa.primog. lib.2.c.13.nume. 29. & iſta eſt vera opinio, quia matrimonium cum ſerua non dicitur eſſe plenum; vilis enim præſumitur, qui contrahit cum ancilla.glo. in c. ſiquis viduam, lo 2.34.diſtinct.& ſolent inuitæ nuptiæ malos prouentus habere.cap.pri.cap.de neptis, & fin. cir.fi.31.quæſt.2.tanto magis, quia vxor ita eſt bona & nobilis, quæ bene te decet.l.creditor.§.pri.in ver. contrahere.ff. mandati. an autem habenda ſit pro vxore, quæ nominatur vxor, tangit & remittit ſe Lucas in l.pri.cir.fin.C.de indictioni. ſicut credens cognoſcere ſolutam, ſi cognoſcit coniugatã punitur, quaſi adulter.glo.in c.illud.in ver.ſeruũ. 15.quæſt.pri.& committens inceſtum, amittit feudum, etiam quod Papa poſtea diſpenſet in matrimonio. Iacobi.in ver.dictique vaſalli. nume.31.Et ſi tenes iſtam, primo loco adducta procedunt, quando maritus vel vxor, poſt matrimonium incidit in aliquem caſum, nam tunc ille non mutat vxoris affectum.l.ſed ſi, iuncta glo.2. ff.de donatio.inter virum & vxo.vel eſt, ſed poteſt diſſolui, ſicut ſi ſoluo indebitum ex cauſa aliqua, quam puto veram & non eſt, transfero dominium, licet repetere poſſim.l.cum fundus.§.ſeruum. in ver.mihi.cir.med. ff.ſi cert.petat.

Inſuper,

Inſuper, quod dictum eſt in pri. nota, quòd ſeruus poteſt inueſtiri. Diſtingue ſecundum Iſern. quòd, aut eſt ſuus, aut alienus. Si ſuus, cum feudo dat libertatem. Adducit ſimilia: alias ſibi ipſi domi nus acquireret, quod eſſe non debet: quia alius eſt qui donat, & alius cui donatur. l. cum filiofamilias. in ver. quoniam de leg. pri. alius qui vendit, & alius qui emit. l. pri. ff. de rerum permuta. Idem Iſer. in §. ſi verò caſtaldi, nom. 8. in fi. de feu. guar. Aluar. hic poſt num. pri. ſicut hæredi legatum a ſemetipſo deberi non poteſt. l. plane. §. ſi duobus. & l. legatum, la vlt. §. pri. de legat. pri. Sed ſicut eſt protinus liber & hæres. glo. fin. poſt med. in l. ſed & ſi. §. fin. ff. de hære. inſt. Ita cum feudo libertatem accipiet. Iſer. hic. Si alienus ſit ſeruus ſubdiſtingue, vt per Iſer. Afflict. & alios. Acquirit tamẽ domino, ſi eius contemplatione eſt datum: ſicut iniuriatur, ſi eius contemplatione infertur iniuria. Idem Iſer. in cap. pri. in princip. an ille qui interfecit fratrem dñi. ſui. niſi expreſſe dixiſſet, quòd non acquiratur. Sicut in filio, cui eſt relictũ aliquid cum pacto, quòd patri non acquiratur vſuſfructus. l. eum oportet. & Auth. excipitur. C. de bonis quæ libe. Præp. hic, poſt pri. & tunc oportet relinqui ſub conditione, ſi manumittatur: quia ſeruus iure ciuili pro mortuo habetur. l. intercidit. de condi. & demon. l. ſeruitutem. de reg. iuris. §. ſi vero decretum. Authen. de nuptijs. Cætera ſunt plana. die tamen aliqua circa Brocardum, de quo Iſer. & Aluar. hic nume. 2. poſt 3. & 4. & in §. ſed verum. vbi etiam Præpo. in princ. iſto titu. ex intentione glo. in ver. putamus.

11 Quod quis poteſt per ſe, poteſt per alium, in reg. poteſt. de reg. iuris. in 6. quia quod directò poteſt, ſufficit venire per medium. Lucas in l. 2. in fi. C. de ſuſcep. præp. & contra, ſi non poteſt per ſe, nec per alium. Multi ſunt caſus in glo. pri. l. ſi eum. ff. de do natio. inter virum & vxo. l. qui aliena. §. quamquã. in ver. quia. ff. de neg. geſtis. l. fin. §. quatuor. de leg. 2. l. quæritur. ff. de bonis liber. l. pri. in ver. nihil. de ſeparatio. l. ſi minor. de verbo. obliga. l. hæreditariæ. & l. his enim. ff. de furtis. l. diuus. in ver. in poteſtate. ff. de falſis. & §. pri. in ver. per medium. Aut. vt de cætero comm. Eccleſiaſt. rerum. &c. licet per ſe, & non per alium. l. 2. §. pri. in ver. amiſſam. cir. fi. ſolu. mat. l. vni. vbi not. Lucas cir. fin. C. de theſauris. cap. pen. §. prohibemus. in ver. cuicumq;. de offi. leg. in 6. cap. 3. cum addi. Io. And. ad glo. in ver. per ſeipſos. & in cap. dudum. in ver. poteſtate. de præbẽ. in 6. poteſt per alium, & non per ſe. glo. 2. in l. ſi communem. ff. quemadmo. ſerui. ami. cap. quotiens. de purg. cano. l. 3. §. cæterum. in ver. non tantum. ff. de donatio. Inter virum & vxo. l. ſi vxorem. ff. de rerum permu. l. cum hæreditate. in ver. non poterat. de acquiren. hæred. l. ſi is qui. in ver. & illic. de libera. lega. l. pœnales. §. fin. in ver. nec. ad legem Falci. l. 3. §. fin. in ver. & ipſe. de bono. poſſeſ. contra tabu. l. ſi filius. in ver. patrono. de bonis lib. l. & per iuſiurandum. §. & ſi. in ver. liberetur. de ac ceptilatio. l. milites. & glo. fin. ff. de re milita. glo. in l. fin. in ver. accommodauerit. C. de pactis. §. pri. in ver. cauſam. in fi. Authen. de exhi. reis. Bal. in conſ. 394. in fi. 3. vol. Afflict. in cap. pri. nume. 12. de natura ſucce. feu. inde dicimus, quòd quis quædam conſequitur per alium, quod per ſe non poſſit. l. 3. in glo. fin. quæ res pigno. obliga. non poſſu. l. cum autem. in ver. nocebit. de ædil. edicto. l. & poſt. §. pri. in ver. & mox. l. cum ij. in ver. minuatur. ff. de tranſactio. l. fin. in glo. fin. de liber. & poſth. habet per alium, quod per ſe ſolum non haberet. l. 2. §. fi. in glo. fin. ff. pro hærede. l. pri. in ver. poſt. cir. med. C. de reſtitu. milita. l. petendæ. in glo. fin. C. de tem po. in integ. reſti. & multa poteſt, quis impendere alij, quæ non ſibi. Lucas in l. 2. de pericul. nomi. licet quandoque in ſpecie, quod non in genere, & econtra. glo. 2. in ca. 2. de offi. ord. Dicit Iſer. quod prædicta videntur conuerti cum diſtinctione Pilei: videlicet, aut eſt electa induſtria perſonæ, & non poteſt per alium, & eam iſta videtur pertranſire Lucas in l. contra publicã. col. 6. poſt pri. C. de re milita. vel quæ conſiſtunt in dando, poſſunt expediri per alios: non quæ in faciendo. Idem Lucas in l. nullus. cir. fin. C. de decurioni. Generaliter tamen, quæ ſunt facienda non poſſunt fieri per aliũ. l. ſtichum. in glo. fin. ff. de ſtatuliber. & hoc ſi conceditur: ſi vero prohibetur, quod non poteſt per ſe, faciet per aliumdomino acceptabilem. Iſer. in §. firmiter. poſt pri. de prohi. feu. aliena. per Frede. §. vlti. de allodijs. nam duo fabri eiuſdem peritiæ, eaſdem operas promittere intelliguntur. l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duob. reis. alias proprie, res nõ dicetur reddita, quæ deterior redditur. l. 3. §. pri. ff. commodati.

Vltimò, fœmina poteſt dare in feudum, niſi viuat luxurioſe: quia tunc poſſit bonis interdici. l. & mulieri. ff. de curato. furio. & non dat, quia diſſipat: ſicut nec Longobardæ ſine interuentu mundualdorum. Iaco. de Ardizo. in Sum. fœmina etiam poteſt dare in feudum. ſicut nec tenetur iurare fidelitatem. §. in Chriſti. vbi not. Bald. de pace Conſtantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Nulla, eſt dictio vniuerſalis: reſtringitur per exordium, & exponitur, ideſt aliqua.*
2 *Autem, ideſt ſed: eius natura eſt ſignificare: ſtat inceptiue, aduerſatiue, quandoque correctiue.*
3 *Debet, verbum importat neceſſitatem.*
4 *Fidelitas quid.*
5 *Recuſare, verbum componitur ex re, & cuſo: quod à cudo, cudis fit: & ſignificat renuere, refutare.*
6 *Feudum dicitur à fidelitate, vel à fide.*
7 *Iuramentum poteſt remitti, fidelitas non.*
8 *Inueſtiri non debet, qui fidelitatem facere recuſat.*
9 *Argumentum ab alluſione vocabuli valet.*
10 *Fides, à fac, & dic, deducitur.*
11 *Feudum, & fideicommiſſa, fideiuſſio, à fide: & quidquid facimus, debet conſiſtere in fide. per excellentiam tamen debet conſiſtere in feudis.*
12 *Fidelitas finitur, & reſtituitur cum fama domini.*

AD §. NVLLA.

1 NVLLA.) Eſt hæc vniuerſalis negatiua. clem. pri. in ver. nullius. de præben. Odoffr. in Sum. vtrum in feu. præſcri. curra. cit. fi. reſtringitur tamen per exordium. Zaba. in clem. 2. nom. 6. in pri.
2 de ætate & quali. Autem.) Ideſt, ſed: ſtat exceptiue, quandoque cauſa ornatus. l. pri. in ver. per inter dictum. ff. ſi ventris nomi. mulier in poſſe. mitt. l. ab inteſtato. in ver. autem. ff. de iure codicil. ponitur etiam inceptiue: aliquando reſtrictiue, quandoq; corre-

correctiue.Bar.in l.hoc amplius.§.de his.nume.1.
de damno infecto.Inueſtitura.) Propria vel ab uſi
ua,cap.pri.ſupra,Quid ſit inueſt.& ſic reſtringen-
do dicta in præcedenti,dicit,quòd Nulla,ideſt ali
3 qua,Debet, Quod importat neceſſitatem. Caſſa.
in conſue.Burgun.rub.3.§.pri.ibi,doit,el fieri. Ei
4 fieri quid fidelitatem.) Ideſt, iuramentum quod
præſtatur à vaſallo domino.Præpo.hic.num.pri.
5 Facere Recuſat.) Quod componitur ex re, & cu-
ſo:& fit à cudo, cudis. Idem eſt quod renuere &
refutare. Grammatici in ver.recuſo. A fidelitate.)
6 vel à fide contractus. Bald.in ſimi.in l.pen. in pri.
rep.poſt num.pri.ff.de tranſa.vaſalli fideles appel-
lantur.Præpo.ſupra in prælud.poſt num.25. nam
fides,ſeu fidelitas hincinde eſſe debet,tam ex par-
te domini,quàm vaſalli. Idem Præpoſi.in cap.pri.
poſt nu.2.ſupra,de feudi cog.niſi eo pacto acqui-
ſitum ſit feudum ei, vt ſine iuramento fidelitatis
7 habeatur, nam iuramentum poteſt remitti vt hic,
& in §.eſt & alia. Quæ ſit prima cau.bene.ami.fide
litas autem non poteſt remitti. addi.ad Odoffr. in
Sum. facta inueſtit.ſolē. quid vaſal.domi. tene. in
ver.pactum. & in dubio,quodlibet feudum intel-
ligitur cum fidelitate: vnde dicenti contrarium,
incumbit onus probandi. Idem Odoffr.in Sum.
vtrum inueſti. debeat præcede.fidelit.vel econtra.
circa fin.

Declarato textu,impugnatur eius conſultatio &
eſt primò,occaſio iuris non debet trahi ad iniquū.
l.pri.in ver. dandam.ff.de auto.tut.modo, ſi is qui
promiſit inueſtire non tenetur, ſub prętextu quod
conceſſionarius recuſauerit facere fidelitatem, is
qui præciſe tenebatur tradere. cap.pri. de contro.
inueſt.non cogeretur.& ſic quod Imperator ſcrip
ſit,ad artem legi contrariam conuerteret. Auth.
vt de cætero.commut.eccleſiaſt.rerum.cir.pri.Se-
cundo,occaſionem quærit, qui vult recedere ab a-
micò.Iſer.in §.conuenticulas.poſt num.25.de pa-
ce iuram.firma.ne igitur liceat artibus vti,& mali-
gnari. Authen. conſtitu. quæ ex aſcripti. poſt pri.
ibi,ne igitur. videbatur, quòd debebat prius inue-
ſtire, & poſtea diſputare: nam videbatur illud po-
tius occaſione quàm ratione conſiſtere.glo.2.poſt
pri.in l.vſus pars.ff.de vſu & habita. Vltimò,non
vana nominum vocabula,ſed ſenſus attendi debet.
l.2.cir.fi.C.de conſti.pecu.non verba ſed effectum
verborum factumque leges conſiderant.Lucas in
l.2.col.3.cir.medi.C.de numerarijs. & proinde vi
res conceſſionis, non deriuationem feudorum at-
tendere debemus.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium. &
ratio eſt,quia fides non eſt ſeruanda ei qui non ſer
uat.l.cum proponas.2.C. de pactis.l.pri.vbi gloſ.
de conſti. pecun.l.pri.in glo.fi.C.de locati.publi.
fru. Aluar. hic poſt nume. pri. Immo ſibi os clau-
ſit per fidem ruptam.Bald.in conſi.404.num.pri.
pri.vol.

Qua ſtante,replicatur primo:nam occaſione li
citi,interdum permittitur illicitum. Afflict. in d.
§.conuenticulas.in 3.not.nume.11. & malum ſu-
ſtinetur ratione coniuncti boni.Lucas in l.prædia,
col.6.ibi,vigeſimoquarto.C.de locatio.prædio.ci
ui. Secundo reſpondetur: nam ex nomine ipſo ap
paret.l.fi.ff.de bonis damna. vel. l.ult.ad municip.
feudum fuiſſe datum propter fidelitatem,nam de-
nominatio cauſatur ab effectu directo, non autem
à ſecundario,Zaba.in clem.conſtitutionem.in pri.
ante nume.pri.de electione.vnde ſi facere recuſat,
eſt occaſio quæ per accidens ordinatur ad amiſſio
nem feudi. Bal.in ſimi.in conſi.139.nume.7.& 8.
2.vol. Vltimò replicatur, quod valet argumentum
à nomine.l.à nullo.& ibi glo.fin. C.de feriis. & ab
eius interpretatione.§.pri.in ver.proaſtiis. Authē.
de alienatio. & emphi. & ſic firma remanet con-
8 cluſio, quod inueſtiri non debet, qui fidelitatem
facere recuſat. Intellige habere locum etiam facta
inueſtitura, nam ſi vaſallus non vult iurare & ter
monitus recuſat,amittit feudum,niſi feudum ſit ſi
ne tali fidelitate, vel nō petierit, quia bellū vniuer-
ſale.Iaco.de Ardizo.in Sum.ſi vaſallus nolit iura-
re quādo domin.vult inueſt.preſt.vtrum feu. ami.
& ſeq. Item habet locum non ſolum in feudo no-
uo, verum etiam & antiquo. Iſern.in cap.pri.§.eſt
& alia.in pri.quę ſit prima cau.bene.ami.& proce
dit etiam in domino, per quem ſi ſtetit quominus
vaſallus inueſtiatur, & non adeſt cauſa, priuatur
proprietate, ſicut priuaretur vaſallus non petendo
infra annum & diē.Iſer.hic poſt medium.Reſtrin-
ge tamen quando vaſallus poſſidet,nā debet prius
inueſtiri,& poſtea vaſallus iurabit fidelitatē. Iſer.
infra tit.pri.in pri.verum ſi dominus poſſidet,poſ
ſit dicere vaſallo, fac fidelitatem,quia paratus ſum
inueſtire.Iſern.in dicto cap.pri.poſt nume.4.quæ
ſit pri.cau.bene.ami. & intellige quod non priua-
bitur de facto, ſed dominus proclamabit ad curiā,
& vocato vaſallo coram paribus,ſi nō vult iurare,
amittit feudum. Iſer.in dicto §.eſt & alia. in prin-
cip. Vltimo procedit, niſi eo pacto acquiſitum
ſit feudum, vt habeat ſine iuramento fidelitatis, 10
vt hic.

9 Nota, quod valet argumentum ab alluſione
vocabuli.Præpo.hic poſt prin. quæ alibi ætimolo-
gia,ideſt origo vocabulorum dicitur,cum vis ver-
bi, vel nominis per interpretationem colligitur.
Hanc Ariſtoteles ſymbolum & annotationem no-
minauit, quia nomina rerum nota facit. Archid.in
cap.placuit. in princ.16.quæſt. pri. & nomen eſt,
per quod aliquid ſignificatur, & loquentis inten-
tio demonſtratur.Lucas in l.diffinimus. circa me-
dium.C.de agricol.& cenſi. Inde nomen quaſi no-
tamen: nam ex eo notamus vniuſcuiuſq; ſubſtan-
tiam & qualitatem.Idem Lucas in l.fin.col.4.poſt
pri.C.de bonis vacan. propterea debet eſſe conſe-
quens rei. l.defenſores. la 2.C.de defenſo.ciui.l.fi.
in glo. pri. de bonis damna. nam ab eius alluſione
arguetur.l.2.§.appellata.ſi certum peta.l. pri.ff.de
tutelis.l.tugurij. de verbo.ſigni.l.pri.in glo.pri.de
acquiren.poſſeſ. & Aluar.hic numero 3. Vnde fi-
11 deiuſſio, fideicommiſſa & feudum, à fide dicun-
tur. Azo in Sum.C. de fideicommiſſis.nume.2. in
fi.& fideiuſſio fit per verba, fide tua eſſe iubes? &
ille reſpondit fide mea eſſe iubeo. Idem Azo in
ſum.C.de fideiuſſori.poſt nume.5. & quidquid fa
cimus debet conſiſtere in fide: per excellentiam
tamen debet conſiſtere in feudis,in quibus domi-
nus quodammodo ſe committit vaſallo,& econ-
tra. Ideo à fide ſeu fidelitate denominatur. Aluar.
ſupra in prohe.poſt nume.29. & Prępo.in pręlu.
poſt nume.26.Zabare.in clemen.vni.§.cæterum.
nume.3. de iure iura. in conſi.feu.diuer.2. nume.
29.& iſta eſt com. Curt.in tract.feu.in 7.quæſt.in
pri.primæ par.principalis.Caſſan.in conſue.Burg.
rub.3.in prin. Cap.in ſua inueſt.in ver.feudorum
deriuatio,& non dicitur à fio, quaſi quod ob fieri

detur,vt ibi.& Iaſ.ſupra in prælu.in pri. nume.28.
vel à capiendo,ſeu tribuendo. Iſern. in cap. ſcien-
dum.nume. 3.circa medium.quemadmodum ſeu-
dum ad ſęm.perti. a faida ſeu fœdere. addi. ad O-
doff.in Sum. vnde dicatur feudum. cir. fin. Freci.
de ſubfe.lib.pri.in pri.num. 53.& 54.& ſic dicitur
feudum propter ſummam & ſinceram fidem,quæ
debet ſeruari inter patronum & clientem. In ſimi.
glo. Pari.poſt nume.2.titu.pri. §. 7. ſubſtantia eius
eſt fidelitas.ex.glo.pri.nume.168.tit.2.§.52.q̇ prin
cipaliter in fidelitate conſiſtit. Præpo.in cap.ſi mi-
nori.ſi de feu.defuncti mili.contro.fue. & plus at
tenditur tanquam principalis,quàm releuiū quod
eſt acceſſorium & minoris æſtimationis. glo.Pari.
poſt nume.89.cir.fin.tit. pri.§.22. nam in contra-
ctu quædam ſunt ſubſtantialia, naturalia, & alia
accidentalia. Bald.in l.pacta conuenta.in pri. ff.de
de pactis,vel de contrahē.emptio.vbi glo.inde feu
datarij, tanquam fidem ad id dantes. Fre.vbi ſu-
pra lib.pri.in pri.nume.17. & non intelligas de fi-
de religionis,ſed de fide pactionis. Archid.in cap.
mouet.in pri.22.quæſt.pri.& dicta eſt fides,ſi om
nino fiat quod dictum eſt,vel promiſſum vel pla-
citum inter vtroſque. Idem Archid. in cap.poteſt.
10 de pœn.diſt.2.& deriuatur,à ſac, & dic: quia va-
ſallus in factis & dictis debet eſſe fidelis domi-
no. Odoffre.in Sum. In quibus teneatur vaſa. ſer-
uire domi. circa medium. Iaſ.ubi ſupra in prælu.
poſt numerum 30.

Secundo nota,quòd quæ nos feuda, latini be-
neficia appellantur.Fre.de ſubſeu.lib.pri.in princ.
nume.5. nam ſæpe. vocis proprietas quidditatem
rei ſignificat.Bald.ſupra in prælud.in 2.quæſt.nu.
7.verba ſonantia ſigna ſunt rerum. Auguſt.lib.10.
de ciuitate Dei.cap.19.& illa non facit ſeruitium,
ſed fidelitas cum præſtatione ſeruitij.Cam.in cap.
Imperialem.car.40.col.3.in fi.Ineſt enim ſubſtan
tialiter fidelitas. Loffr. in conſ.5.nume.23.& ta-
cita conditio,ſi tradis,& fidelitatem ſerues.Iſer.in
cap.pri. in ver. omnem vtilitatem.cir.pri. de noua
forma fideli. feudalia patrimonium magis affi-
ciunt quàm perſonam.gl.Pari.num.13. col.2.cir.
pri.tit.pri.§.25.

Quid autem fiet mortuo Barone? dicit Iſer. q̄
probabit ſe filium & hęredem ſolum,nec audebit
recipere ſacramentum à vaſallis, niſi de mandato
Regis,vt in conſti.Comite vel Barone. quod in re
gno fit per uiā aſſicurationis, quæ eſt loco inueſti
turæ. Cap.in ver. feudales aſſicurationes. col.pen.
& fin. Afflict.qualiter vaſa. iurare debe.fideli. nu.
3.cir.fin.vnde vocatio, expectatio & præſentia pa
rium, in inueſtitura & fidelitate præſtanda,nō eſt
in vſu in regno Siciliæ,nec in Francia. glo.Pari.3.
nume.16.circa med.titu.pri.§.2.& ſi non ſit præ-
dicto modo amitteret feudum. Cap.in ver. feuda
amittuntur.ibi, quinquageſimo nono. dummodo
non eſſet impeditus occaſione domini, puta quia
fuit excommunicatus: quia tunc fidelitas finitur,
& reſtituitur cum fama domini.glo.Iſern.hic,cir.
fin.& Aluar.nume.7. ex quo eccleſia abſoluit ſub
ditos à iuramento fidelitatis,propter exceſſum do
mini.Lucas in l.pri.col.3.poſt prin.C.de condi. in
publi. horre.nec eſt domino pręſtandum ſeruitiū,
qui à fide errauit. Iaco.de Ardizo.in Summa. vn-
de dicatur beneficium ſiue feudum. cir. medium,
ſicut delictum ſuperueniēs pręiudicat rei iudica-
tę.cap.ex literis.in glo. pen. & fin. in fi. de diuur-
tijs. & facta reſtitutione tenebitur, niſi feudum
fuiſſet datum eo tenore & pacto vt ſacramentum
fidelitatis non fiat. Iſer.hic. nam iuramentum po-
teſt pacto remitti. Cap. in ver. feudorum genera.
Ibi non iurabile. & in ver. feudorum iuramenta.
colum.2.cir.fin.& 4.ante & cir.medium.

Quid præcedere debeat inueſtitura, an fidelitas. Tit. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Quid, ponitur arguendo, deſpiciendo: quandoque interrogando,cum dictio(an)ſtat dubitatiue.*
2 *Dubius,quaſi duas vias tenens; & tenetur inquirere.*
3 *Præcedere,anteferri, ſeu ante ſtare.*
4 *Debet,ideſt poteſt,vel neceſſe habet: & reſoluuntur cum eo multa verba.*
5 *Fidelitas eſt iuramentum, quod præſtatur à vaſallo domino.*

AD RVBRICAM.

1 QVid] & ſimiles dictiones, quandoq;
arguunt, interdum deſpiciunt, ali-
quando ſtant interrogatiue. Lucas in
l.quotiens. colum.7. circa medium.
C.de digni̇ta. Iſta interrogatio, cum dictione,an,
ſtat dubitatiue,non aſſertiue, prout ſi fieret ſuper
2 notorio,vt per Lucam,ibi. Ita hic,nam dubius dici
tur,quaſi duas vias tenens. Idem Lucas in l. prim.
col.2.circa princi. C.de bonis vaca.in l.litibus. col.
pri.in fin.C.de agrico.& cenſi. Dubitabatur quid
præcedere debet,an inueſtitura,& hęc eſt vna via,
vel fidelitas,& iſta eſt alia. Vnde tanquam dubius,
debuit inquirere. Bald.in §.perſonam verò. in fin.
3 ſupra tit.proxi.Quid pręcedere,] Anteferri ſeu an-
4 teſtare.l.pri.C.de offi. Vicarij. Debeat.) Ideſt poſ-
ſit.l.qui interrogatur. in glo.2.ff. de interrogat.a-
ctioni.& econtra.l.qui bona.§.de illo.in ver.poſſit.
de damno infe.hic exponitur, debet, ideſt neceſſe
habeat.Præcedere.) Simile in l.3.ff.ad exhibendū.
quia vbi lex requirit certam ſolemnitatem, illa de
bet ſeruari. Afflict.ſupra, Qui ſucce.tenea. nume.
43.& cum illo multa verba reſoluuntur: nam di-
cimus,velit,ideſt velle debet: & fiat, ideſt fieri de-
beat.l.pri.in ver.velit. & l.2.in ver. fiat.ff. de ſolu-
5 tioni. Inueſtitura an fidelitas.) Quæ eſt iuramen-
tum,quod præſtatur à vaſallo domino. Caſſan.in
conſue.Burgun.rub.3.in princip.nume.6. & infra
in textu.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum,ideſt an: & eſt interrogatio dialectica.*
2 *Præcedere,anteire,præponere anteponere.*
3 *Fidelitas, eſt ſacramentum quod præſtat vaſallus domino.*
4 *Inueſtitura,ideſt aſſignatio.*
5 *Sæpe, dictio pro duabus vel tribus vicibus ponitur.*
6 *Inueſtitura debet pręcedere fidelitatem.& quomodo conſiderantur in ea tria tempora.*
7 *Fidelitas eſt præſtatio actus, non clientis tantum,*

clientis

*clientis & patroni ſimul : velut ſeruitus perſo-
nalis, ſed verius realis.*
8 *Fidelitas actualis, & habitualis.*
9 *Inueſtitura verbalis quæ dicitur abuſiua, debet præ
cedere fidelitatem.*
10 *Subſtantialia actus omnia non debent ſimul expli
cari cum actu, ſed ſufficit poſtea, aliàs actus non
valet.*
11 *Præpoſteratio non vitiat, ſed reducitur ad ordinem
rationis & intellectus.*
12 *Dominus non tenetur inueſtire, niſi ſoluto releuio.*

AD TEXTVM.

1 VTrum,) Ideſt, an. Archid. in c. verum.
in princ. de conſecrat. diſtinct. 2. eſt
interrogatio dialectica, & habet ſe
ad vtrumque, ſcilicet ad affirmatio-
nem & negationem. Lucas in l. liti-
bus. colum. pri. in fi. C. de agricol. & cenſi. Autem
2 præcedere,) Anteire, præponere, anteponere. l. pri.
C. de conſul. & non ſparg. l. 2. C. vt digni. ordo, De
beat,) Ideſt oporteat, ſecundum Gramma. Fideli-
3 tas,) videlicet ſacramentum, quod præſtat vaſallus
domino. Ita per iſtum textum Præpo. in §. fin. circa
pri. de prohib. feud. aliena. per Fre. Inueſtituram,)
4 Ideſt aſſignationem. cap. propoſuit. in ver. inueſti-
uit. & ibi Innocen. ante & poſt num. 7. de conceſſi.
præben. quia ver. inueſtio, idem eſt quod conce-
do. addi. pri. ad Odoffr. in Sum. Quid ſit inueſt. &
de hoc, vltra quòd hic & in duobus tit. præceden.
& de contro. inueſt. meminit etiam in cap. conſti-
tutis, lo 2. de appellat. cap. poſt electionem. & cap.
literas. d. titu. de conceſ. præben. & cap. in tantum.
de ſymonia. An inueſtitura fidelitatem, quæſitum
ſcio,) Epiſtolis amicorum plenius inſtructus. cap.
pri. ſupra de feu. cog. & reſpondeo. l. de ætate. §. fi.
5 ff. de interrog. actio. Et ſæpe,) Quæ ponitur pro
duabus vel tribus vicibus. Archid. in cap. longin-
quitate. 12. quæſt. 2. Reſponſum eſt,) Per pruden-
tes, quorum reſponſa lex eſt. §. Reſponſa. inſtit. de
iure natur. gent. & ciui. Inueſtituram debere præ-
6 cedere fidelitatem.) Ideſt ſacramentum fidelitatis.
Nec obſtat. §. nulla. ſupra titu. præced. nam domi-
nus debet interrogare, ſi vult iurare fidelitatem. Si
dicit quod ſic, debet dominus primo inueſtire, &
poſtea facere fidelitatem. Sed ſi dicit quòd non, tũ
non debet eum inueſtire. Ita Odoff. in ſum. vtrum
inueſti. debeat præcedere fideli. vel econtra, & ſic
in inueſtitura poſſunt conſiderari tria tempora.
Primum tempus, quãdo dominus promittit & cõ-
cedit vaſallo feudum. Secundo, quando feudum iã
promiſſum conceditur, & vaſallus iurat fidelita-
tem. Tertium, quando virtute dictæ inueſtituræ,
dominus transfert poſſeſſionem feudi : tunc pro-
prie feudum capit effectum ſuum. Præpo. in §. in-
ſuper. colum. 2. in pri. & ibi Aluar. num. 4. de pro-
hib. feu. aliena. per Fre. & dominus, quia eſt caput
feudi, & prior nominatur in contractu, dicitur per
ſona actiua, vnde debet prius procedere ad actum
quàm vaſallus, qui eſt perſona paſſiua & ſecunda-
ria. Cur. in tract. feu. in 3. quæſt. inueſt. laico. 2. par.
prin. Aluar. hic nume. pri. circa fin. & Præpoſitus
num. 2. ſubditi habentur loco materiæ, cuius ſubie
ctum eſt natura paſſionis : domini habentur loco
formæ, & eius natura eſt actiua in ſubiectam ma-
teriam. Afflict. in deciſ. 265. numer. 8. debet pro-
pterea prius fieri inueſtitura, & poſtea per vaſal-
lum præſtari fidelitas. Fidelitatem autem dicimus
Iuſiurandum, quod à vaſallo præſtatur domino.)
7 Et eſt præſtatio actus, non clientis tantũ, ſed clien
tis & patroni ſimul. glo. Pari. 2. nume. 23. titu. pri.
§. 3. velut ſeruitus indiuidua, perſonalis, vel verius
realis, ea. glo. 4. titu. pri. §. 2. nume. 40. in fi. & eſt du
8 plex, actualis & habitualis. Vaſallus ante fidem
præſtitam actualiter eſt vaſallus, & ſiue habeat in-
ducias fidei, ſiue non; quamdiu tolleratur cenſetur
habitualiter in fide eſſe, & eſt aſtrictus ad omnia
capitula fidelitatis actualis, quam præſtitit patro-
no, ea. glo. tit. pri. §. 41. poſt nume. 31.
Declarato textu dubia reddebatur conſultatio:
& primo, quia ordo non attenditur. l. ſi finita. §. ſi
plures. in ver. ordinem. de damno infect. nec de eo
curamus. l. nec enim. cum ibi notat. ff. de ſolutio.
quia effectus dat intelligere cauſam ſuam, & non
modus. Afflict. in cap. pri. nume. 12. in fi. ſi de feu.
vaſa. ab aliquo fuerit interpellat. nec peruerſio or-
dinis vitiat, quia reducitur ad ordinẽ intellectus.
In ſimi. glo. Pari. 6. nume. 18. in princ. titu. pri. §. 6.
Immo ſi eſt vna diſpoſitio & vnus verborum con
ceptus, nihil in eo debet cenſeri prius & poſterius.
ea. glo. 7. poſt nume. 2. titu. pri. §. 13. Secundò, cau
ſa eſt origo vniuſcuiuſque rei, propter quam vnũ-
quodque fit. Lucas in l. pri. col. 3. circa princ. C. de
apochis publ. fidelitas fit propter feudum, nam ab
ea dicitur. §. fin. ſupra tit. proxi. ſucceſſiue fidelitas
debet præcedere, ex quo ſi deficit cauſa cauſans,
deficeret etiam cauſa cauſata. l. cum multæ. in ver.
nuptijs. C. de donat. ante nupt. Tertio, inueſtitura
ſapit naturam gratiæ. Bald. in conſi. 215. nume. 4.
in fin. 1. volum. Princeps non eſt obligatus facere
gratiam. Pernus in tract. de Principe. col. fin. circa
fin. ergo vt teneatur, opus eſt quòd fidelitas præ-
cedat, vt ſic inueſtitura dicatur gratia, non ſimpli-
citer, ſed ſecundum quid, vt per Bald. in ſupra ci-
tato loco.
His non obſtantibus, ſeruatur contrarium : &
ratio eſt, quia ordo certus huic rei cum ſit datus.
l. honor. circa finem. ff. de muni. & bono. videlicet,
quòd inueſtitura præcedat fidelitatem, eſt datus
pro forma: & quãdo ſtatuitur pro forma, eo omiſ
ſo non valet ipſo iure quod agitur. Bald. in conſi.
482. nume. pri. in fin. 5. vol.
Qua ſtante, non obſtat primum: nam ordo fa-
cti, ſignificat ordinem intellectus. l. contractus. vbi
Bald. poſt nume. 3. C. de fide inſtrum. & vbi non
eſt ordo, deficit ſubſtantia. Barba. in addi. ad Bald.
in pri. Qui ſucce. tenea. ſicut in deciſoriis; ſecus in
præparatoriis. add. ad glo. in l. ſi mancipium. in ver.
actum. ff. de euictioni. Non obſtat ſecũdum : nam
promiſſa nobilium, cum pro debito & facto repu
tentur. Affli. dicto tit. qui ſucce. tenea. lo 2. num. 8.
ideo præcedit inueſtitura verbalis. Idem Affli. hic
in pri. conclu. Vltimum non obſtat, nam inueſtitu
ra verbalis eſt gratia, ſed initiata, conſũmatur au-
tem poſtea per realem præcedente iuramento fi-
delitatis. glo. pri. cir. fin. in extrauaga. com. pri. do
maiori. & obedi. & ſic firma remanet concluſio,
quod inueſtitura verbalis, quæ dicitur abuſiua, de
9 bet præcedere fidelitatem. Intellige, quòd ſi fit, &
vaſallus poſtea negat iurare, priuatur per ſenten-
tiam. Afflict. in §. eſt & alia. in pri. not. quæ ſit pri.
cauſa bene. ami. Et procedit, non ſolum iure iſto,
verum etiam & in regno, ſecundum Iſer. hic in fi.

nam

nam prius iuratur Regi per vaſallum, & facto homagio dãtur literę aſſicurationis vaſſallorum, quę habẽtur pro inueſtitura, & ita vtimur in regno. Afflict. hic nume. 4. & ſic habet poſſeſſionem quam ſignificat inueſtitura. Iſern. in cap. ſciendum. circa medium. ſupra, Quemadmo. feud. ad filiam perti. Vltimo, idem erit in contractu emptionis; nam ſicut inueſtitura verbalis debet præcedere fidelitatem, ita & qui vendit non tenetur transferre dominium, niſi ſoluto pretio: quia fidelitas eſt loco pretij, & non tenetur dominus habere fidem de eo. Bald. hic, nume. pri. cir. fi. Intellige prædicta in feudo nouo, ſecus in antiquo. Curt. vbi ſupra cir. fin. cum diſt. de qua Aluar. in §. fi. poſt nume. 6. ſupra titu. proxi. nec haberet locum in feudo paruo: puta vnius vnciæ, nam pro eo non debetur fidelitas. Afflict. in d. §. eſt & alia. ante nume. pri. Item habet locum in feudo ſimpliciter promiſſo, ſecus ſi eſſet datum eo tenore vt fidelitatem non faciat: nam tunc quo ad iuramentum non habet feudi naturã, quo ad alia ſic. Iſer. in cap. pri. poſt num. 2. de capi. Corra. Vltimò procedit in inueſtitura verbali, ſecus in reali, quia tunc iuramentum fidelitatis præcederet inueſtituram realem. Afflict. hic in ſecunda conclu.

Nota, quòd leges fuerunt factæ corrigendo, iudicando, & quandoque per interpellationem. Authen. de non elige. ſecu. nuben. & ibi glo. in ver. omnem. regulariter autem ius in cauſa eſt poſitum. Bald. de lege Corra. in princ. circa medium. ſed ius non facit narratio facti. cap. ex litteris. vbi nota. de fide inſtrum. in illo non diffinitur, nec probant verba narratiua. glo. in extrauag. Io. vlti. in ver. in ipſa. de verb. ſignific. Sed reſponſum, licet quandoque ſit contrarium. glo. in cap. nuper. in ver. iuris effectus. de bigamis. lex tamen quando fit, debet eſſe clara. §. nos igitur. Authen. de teſtamen. imperfe. conſona cauſis. §. pri. circa princ. & §. ſed quoniam. Authen. vt defun. ſeu fune. eorum. cum alijs vt in c. erit autem lex. 4. diſtinct. Secundo nota, quòd promiſſo feudo per dominum vaſallo, vt per Iſer. hic, primo debet peti & fieri inueſtitura verbalis. Secundò præſtari iuramentum fidelitatis: tertiò deuenire ad inueſtituram realem. Cap. in ver. feudorum inueſtituræ. colum. penult. poſt princ. ibi, inueſtitura debet præcedere. Aluar. in cap. pri. num. 2. cir. pri. de conten. inter vaſa. & Epiſco. & ſic erunt tria per ordinem. Boer. in deciſ. 103. nume. 4. vnde quando dicimus inueſtituram præcedere fidelitatem, intellige de inueſtitura verbali, non autem reali. Cam. in §. prætérea ducatus. car. 106. col. 2. circa fin. ibi, notare tertio, de prohib. feu. aliena. per Fre. & inueſtitura verbalis præcedit ſacramentum fidelitatis; quod ſi vaſallus recuſauerit præſtare, non debet fieri inueſtitura realis. Bald. ſupra ti. proxi. §. fin. in princ. Immo ſi dominus eum interpellit vt iuret, & ſi ille recuſat, amittit feudum. Afflict. in dicto §. fin. nume. 6. in fin. quia facta inueſtitura debet vaſallus iurare fidelitatem, niſi ſit remiſſum per pactum, vel ſit minor; ſecus ſi doli capax. Odoffr. in Sum. facta inueſt. ſolẽniter, quid vaſallus domi. tenea. Sed non omnia quę ſunt de ſub
10 ſtantia actus, debent explicari ſimul cum actu. Zabare. in clem. cauſam. §. intimatio. num. 3. circa medium. de electio. ſufficit, ſi fit poſtea, alias actus non valet: nam quando diſpoſitio loquitur aliquo præſuppoſito, ſi illud non concurrit, diſpoſitio nõ habet locum. in con. feu. diuer. 7. nume. 23. fuit ex intentione Iacobi Butricarij. quem ſequuntur Sali. & Fulgo. in l. mancipia. C. de ſeruis fugi. & pręcedit, ſicut ſignum rei factæ, non faciendæ. Patet in circulo, qui ponitur ante tabernam, vbi prius erat vinum venale, & in annulo qui eſt ſignum desponſationis non faciendæ, ſed iam factæ. Archid. in cap. non dubito. de conſecratio. diſtinct. 4. hoc
11 non eſt de ſubſtantia, nec vitiaret prępoſteratio, ſed reducitur ad ordinem rationis & intellectus. In Francia non obſeruatur, niſi in conceſſione feudi noui. In renouatione antiqui prius conceſſi, debet præcedere oblatio & exhibitio fidelitatis per clientem, deinde ſequi admiſſio patroni in fidem. glo. Pari. 3. in fin. titu. pri. §. 2. ſicut ſi duo fiunt eodem tempore vel momento ordine naturæ & intellectus, vnum præcedit aliud. Exemplum in donatione & conductione. ead. glo. 5. nume. 39. titu. pri. §. pri. & ſi dominus pollicetur inueſtituram vaſallo, & petiit fidelitatem ab eo, ſi vaſallus non pręſtat tribus vicibus citatus & admonitus congruo loco & tempore, & interpoſito forte ſeptem dierum ſpatio, & citatus non vult venire, amittit feudum, niſi ſit tale propter quod iurare non debet. Odoffr. in Sum. quibus modis feu. amitta. num. 9.
12 Nunc dominus non tenetur inueſtire, niſi ſoluto releuio. in ſimi. glo. Pari. titu. pri. §. 22. nume. 147. quod petitur etiam poſt factam inueſtituram. ea. glo. pri. poſt nume. 133. tit. 2. §. 52. & maior ingratitudo vaſalli reputatur delinquendo in dominum poſt gratiam conſummatam, quàm ante. Præpoſi. in dicto §. inſuper. poſt pri. de prohibi. feu. aliena. per Fre. non tamen opponit tertius, quod quia amiſit feudum propter fidelitatem non factam. addi. ad Odoff. in Sum. quibus modis feu. ami. in ver. ad mortem. cir. fin. & in Sum. vtrum ipſo iure ſeu. ami. addi. pri. in fi.

Quid ſi impetret aliquis gratiam ſuper canonicatu, & obtulit ſe renunciaturum aliud beneficium quod habebat, an debeat præcedere renunciatio collationem. Zabarel. in clem. vni. nu. 22. in fi. de renunciat. Theoricam Iſer. tetigimus ſupra, ideo non oportet aliter inſiſtere.

Qualiter vaſallus iurare debeat fidelitatem. Tit. V.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter, quid ſignificat.*
2 *Debet, importat honeſtatem: & exponitur, poteſt: quandoque neceſſitatem ſignificat.*
3 *Fidelitas eſt ſubiectio præter naturam in capite libero. Et eſt duplex, ſuperior & inferior.*

AD RVBRICAM.

1 QValiter) deſignat quomodo aliquid rite fiat in contractibus, quaſi contractibus, in iudiciis & extra. Primo caſu, dicimus qualiter ſit contractum. l. au prætor. in pri. ff. de minori. de quaſi contractu, qui perficitur per pactum vel electionem. cap. 3. de pactis. cap. qualiter. de electione. & cap. qualiter. de clericis non reſiden. ordinem etiam iudicio

rum

rum per viam inquiſitionis, demonſtrat Summus
Pontifex per dictionem prædictam, in cap. quali-
ter & quando, de iudicijs. De extraordinarijs, in
modo iurandi ponitur hic, Qualiter vaſallus iura-
re debet; nam ex quo tenetur. cap. ea te. de iure-
2 iura, ideo hic dicitur, Qualiter debeat.) Quod im-
portat honeſtatem. cap. intelleximus, vbi Abb. nu.
5. & Bald. nume. 2. d. tit. de iudiciis. & exponitur,
debet, id eſt poteſt. Bar. in l. creditores. in 2. lectu.
nume. 3. de pigno, regulariter importat neceſſita-
tem. clemen. attendentes. in ver. debent. vbi Zaba.
quod quandoque ſapit honeſtatem. de ſtatu mo-
nacho. & ſic teneatur & debeat is, ad quem perue
nit feudum tanquam nouus ſucceſſor petere inue
ſtituram. Iſer. in §. ſed & plures, nume. 6. poſt med.
ſupra, per quos fiat inueſt. & iurare Fidelitatem.]
3 Quæ eſt ſubiectio præter naturam in capite libe-
ro. Præpo. ſupra in prælud. num. 67. Caſſa. in con-
ſuet. Burgun. rub. 3. §. 3. ibi, & hommage, nume. 5.
& 8. vbi etiam quòd eſt duplex, ſuperior & infe-
rior: repræſentat enim quandam ſpeciem ſeruitu
tis. Afflict. in cap. pri. num. 15. ſi de inueſt. inter do
mi. & vaſallis oriatur. & dicitur ob excellentiam fi
dei, ad quam tenetur ſubditus domino ſuo, ſicut
& loco ſacro. Lucas in l. deuotum. poſt princ. C.
de metatis. fuit inductum in fauorem domini; ſed
tribuit ius vaſallo in ipſo feudo contra dominum.
Afflì. de controuer. inter Epiſco. & vaſa. poſt num.
9. & ſi præſtatur Regi, non fit gratia ſui, ſed regni.
Lucas in l. 3. colum. 2. in princ. C. de his qui nume
ro liberorum. Archid. in c. authoritatem. eir. ſi. 15.
quæſt. 6. Fre. de ſubfeud. lib. 2. ibi, quarta authori-
tas. nume. 9. & tanquam marito reipublicæ. Caſſa.
in conſue. Burg. rub. 4. §. quinto. ibi, es droicts. nu.
18. circa medium.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in triplici ſpecie.*
2 *Iurat vaſallus, aliter domeſticus, & ſubditi, ratione iurisdictionis, ſed non niſi ſupremo domino.*
3 *Iuriſiurandi licet eadem forma, tamen varia interpretatio eſt facienda.*
4 *Idem ius, diuerſum ſortitur effectum, ſecundum perſonarum qualitatem.*
5 *Debet, importat neceſſitatem.*
6 *Videre, dicitur multis modis.*
7 *Scilicet, ſtat limitatiue.*
8 *Sic, eſt nota ſimilitudinis.*
9 *Ego, ſubaudi ipſe.*
10 *Amodo, id eſt poſthac.*
11 *Sum, es, eſt, importat veritatem.*
12 *Feudum à fidelitate, vel à fide, ita ut vaſallus ex eo fidelis appellatur.*
13 *Sicut, ſimilitudinem denotat omnimodam.*
14 *Vaſallus, idem eſt quòd obligatus: quia ad plura eſt obligatus domino.*
15 *Vaſallus reuelans ſecreta domini ſcienter, amittit feudum.*
16 *Domeſticus eſt is, ad quem poteſt peruenire hæreditas.*
17 *Familiaris duplex, verus & fictus.*
18 *Burgenſes iurant ſaltem pro terra, aere, & igne.*
19 *Nominatim dicitur, quod fit expreſſo nomine proprio.*
20 *Rectum, iuſtum.*
21 *Cuſtodire, dicitur à cura.*
22 *Vaſallus tenetur iurare fidelitatem domino.*
23 *Dominus habet iuriſdictionem, in familiares & miniſtrales.*
24 *Iuramenti fidelitatis tria ſingularia.*
25 *Iuramentum poteſt remitti, & nihilominus debet eſſe fidelis.*
26 *Feudum exiguum non obligat ad fidelitatem; nec pro eo præſtatur iuramentum, ſicut nec quando conſiſtit in annuo reddim.*
27 *Subfeudatarij, qui tenent feuda quaternata in terra Baronis, quando iurant Baroni.*
28 *Iuramentum eſt perſonale, vnde ſi iurauit teſtator, tenentur hæredes, & ſi iurauit domino tenetur ſucceſſoribus.*
29 *Iuramentum non præſtatur filio viuo patre: quid in vxore.*
30 *Mutatione perſonæ, mutatur natura rei.*
31 *Clerici debent eſſe fideles dominis ciuitatum in quibus habitant.*

AD TEXTVM.

1 QValiter.] Iuramentum reperitur in tri
plici ſpecie: primum quod præſta-
tur domino per vaſallum. Secundum
quod præſtat domeſticus & familia-
ris. Tertium, quod præſtat vaſallus ratione bono-
rum non feudalium. Iſta duo vltima proprie ſunt
iuramenta aſſicurationis. Præpo. hic poſt pri. Sed
2 aliter iurat vaſallus, aliter domeſticus & familia-
ris. Odoffr. in Sum. Quid in fidelitate contineatur.
& ibi, addi. in ver. domeſticus. iuramẽta diuerſa &
triplex iurandi forma. Specul. in titu. de iureiuran.
nu. 9. cum addi. in ver. intellecto. Abb. in c. ego e-
nim. in pri. & qua forma iurabit clericus epiſcopo.
c. tua nos. nu. 5. de iureiuran. qua clericus curatus
epiſcopo & capitulo vel alteri eorum. cap. cum cle
rici. de verb. ſignifi. ſubditus, ratione iuriſdictionis
non iurat, niſi ſupremo domino, non recognoſcẽ
ti ſuperiorem. glo. 3. Pari. titul. pri. §. 2. poſt nume.
6. & 7. Iſto modo iurat non ſolum vaſallus ratione
3 feudi, ſed etiam vaſallus Burgenſis. Afflict. in de-
ciſ. 265. nume. 39. & ſi iurauit tanquam vaſallus,
tenetur etiam iurare tanquam familiaris. Præpo.
hic nume. 3. & iuriſiurandi licet eadem ſit forma,
tamen varia interpretatio eſt facienda: nam alia in
iis qui propter feuda ſeruire coguntur, alia in iis
quæ ex bono & æquo ſeruiunt. glo. in l. 6. in ver.
laborauerit. de male. & publi. crimi. in Longobar.
4 Idem ius diuerſum ſortitur effectum, ſecundum
perſonarum qualitatem. glo. fin. in l. de poſſeſſio-
ne. de præſcriptio. in Longobar. prout in declara-
tione literæ. quę loquitur de prędictis tribus iura-
mentis. licet Iſern. in prin. ponat tantum duo. Sed
5 circa primũ Autem, Qualiter debeat,) Quod im-
portat neceſſitatem. Ioan. And. in cap. non ſolum.
de appella. in 6. l. ſæpe. de offi. præſi. Abbas in cap.
pri. poſt num. 7. de dolo & contum. 504. in conſi.
41. nume. 9. 3. vol. 73. nume. 7. & 93. nume. 14. 4.
volu. Iurare vaſallus fidelitatem Videamus,) Men
taliter & oculis corporeis, cum multis modis vide
6 re dicatur. Archid. in cap. vides. in pri. 23. quæſt. 6.
7 Iurare, ſcilicet,) Quæ dictio ſtat limitatiue. l. ſi ſer
uus. vbi Areti. nume. pri. ff. de acquiren. poſſe. Sic,]
8 Quæ eſt nota ſimilitudinis. Loffr. in conſi. 15. nu.
5. cum aliis modis iuretur, vt infra duobus tit. ſeq.
9 Debet, Ego,) Subaudi ipſe, ſicut econtra. glo. in l.
metum.

metum.§.ſed licet.in ver. ipſe.ff.quod metus cau. Iuro ad hæc ſancta Dei Euangelia.] Quæ debent præponi, licet non tangi.§.Item ſacramenta.vbi late dixi,de pace iuramen.firma. Quòd amodo,]Id-
10 eſt poſthac.& amodo cognoſcentis eum. Ioan.c. 14.Inantea ero.] um veritate: nam verbum,ſim,
11 es,eſt,importat veritatem.Iaſ.in l.cætera.§. Item quæra. numero ſexto de leg.primo.Fidelis.) Nam
12 feudum à fidelitate dicitur, vel à fide: ita vt vaſallus ex eo fidelis appellatur. Præpoſit. ſupra in
13 in prælud.poſt nume.25.Huic,Sicut,)Similitudinem denotat omnimodam. Socin.in conſil.252.
14 nume.10.2.volu. Debet eſſe vaſallus;] Qui idem eſt, quòd obligatus. dixi ſupra in prælu. in quarta quæſt.poſt nume.3.propter multa ad quæ eſt obligatus domino, vt iſto tit.cum duobus ſeq.Nec id quod mihi ſub nomine fidelitatis commiſerit dominus,pandam alii ad eius detrimentũ me ſciente)cap.pri.vbi late, Quibus modis feud.ami. lo ſecundo.& ſic vaſallus reuelans ſecreta domini ſcienter, amittit feudum. Alberic.in l.non omnis.§. exploratoris.ff.de re milit.Si verò domeſticus.) Sum in ſecunda ſpecie iuramenti, & dicitur domeſticus omnis,ad quem poteſt peruenire hæreditas. gloſ. Afflict.hic circa finem.& Aluar.poſt num.3. Præpoſi.col.pri.circa fin. Zaba.in clement.pri.in ver. ſane,in princ.de priuilegiis,& quomodo differat à ſeruientibus & vaſallis.Idem Zaba.in clemen.vni. in pri.in vndecimo not.de exceſſi.prælat. & iurat, quia familiaris inimicus eſt peior omni peſte.glo. in l.Iata. in ver.domeſticis. C.de donatio. & à domeſtico voluerunt iura inchoare, vt reliquos pudeat errare, cum ſuis conſtet excedendi licentiam non præbere.Lucas in l.vni.colum.fina. circa medium.C.de conducto.& procura. & malus ſeruus malus domeſticus appellatur.l.vni.§.ſerui.ff.de furtis aduerſus nau.caupo. & ſtabu. Ideſt familiaris.] Puta quia conſiliarius,camerarius,vel ſit in aliquo officio domeſtico ipſius domini. Aluar. hic poſt
17 princ.& eſt duplex familiaris,verus & fictus.Pau. de Caſt .in conſi.341.poſt nume.2.pri.volu.Eius ſit cui iurat; aut ſi ideo iurat fidelitatẽ,Nõ quod] Ideſt quia.Archid.in cap.quod.in pri.32.quæſt.2. Habeat feudum,ſed quia.]Et ſic cum in tertia ſpecie licet (vt infra) ſit idem cum ſecundo iuramento.Sub iuriſdictione ſit eius cui iurat.] Nam Bur-
18 genſes iurant pro aere,terra,aqua,& igne,quę ſumunt de terra domini. Afflict.in §.præterea inter duos.nume.10.circa fin.de prohibita feud.aliena. per Fre.& aliud eſt quem iurare vt ciuem,aliud vt vaſallum ratione feudi.Bald.in conſi.327.num.7. pri.volu.Cap.in deciſ.162.numero decimoquarto.& ſi eſt vaſallus ratione originis, & feudi præſtat duplex iuramentum, quod ratione feudi, appellatur ſacramentum fidelitatis. Fre.de ſubfeud. lib.2.ibi, quarta authoritas.numero ſeptimo. Aluar.hic circa fin.poſt nume.5. quia de illo ratione feudi diximus. Sequitur de illo domeſtici & Bur-
19 gẽſis.Et iurabunt,Nominatim.) Quod fit expreſſo nomine proprio.Io.An.in cap.qui ad agendum poſt nume.2.de procura.in 6. Vitam,membrum,
20 mentem,& eius Rectum,] Ideſt iuſtum. Gramma.in ver.rectus. quia vaſallo debet ſemper perſona domini videri honeſta & ſancta. Iſern. in capi. ſi quis miles.§.domino, circa medium.de feu. ſine culpa non amit.Honorem cuſtodire,) Quod à cu-
21 ra dicitur. Achidia.in cap,ſi in plebibus,circa medium.63. diſtinct. & ſic iurat vaſallus fidelitatem domino, domeſticus, familiaris, & is qui iuriſdictioni eius ſubiacet; vel qui ab eo ſuſcepit dignitatem aliquam,adminiſtrationem vel illius confirmationem. Iacob.de Ardizo. in Summa. qualiter debeat iurare vaſal. fidelita. columna prima, circa finem.

Declarato textu, eius determinatio impugnatur; & primò, vaſallus non iurando, tenetur ac ſi iuraſſet.cap.veritatis.de iureiurand.ſucceſſiue non debet iurare; quia fruſtra fit,quòd factum non releuat.l.aliquando.§.ſi ſub conditione.ff.ad Velleia.Secundo fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. l.fin.C.de adoptio. ſed Dominus Noſter inter iuramentum & loquelam, nullam vult eſſe differentiam.cap.iuramenti, vigeſima ſecunda quæſtio.5. Ita & nos qui exempla ſanctorum Prophetarum, & Doctorum ſequi tenemur. l.vni.col.2.circa princip.C.in quibus cau.colo.addi.pri.circa medium.ad Sum.Odoffr. Quid in fidelitate primi diſpoſi. conti.ſi ſeruitus, etiam quòd ad eam teneatur vaſallus, non debet extendi ad domeſticos: quia odioſa ſunt reſtringenda, fauorabilia autem conuenit ampliari.l.quidam.de libe. & poſthu.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium; & ratio eſt, quia ſolet plus timeri quod ſingulariter pollicetur,quàm quod generali reſponſione concluditur.c.quamquam.23.diſt.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam æquiparatur ſimplex promiſſio & iuramentum,ſi inter ipſos hoc ſit actum.Iſern.in dicto §. item ſacramenta puberum. nume. trigeſimonono poſt medium. & poſt numerum quadrageſimum tertium.hic detur certa forma iuramenti,quæ ſi omittatur, vitiatur. Afflict.hic nume.8.

Secũdum non obſtat,nam quod ſibi in ſignum priuilegij Dominus Noſter reſeruauit, nullus alius attentari poteſt.glo.prim.in fin.in cap.primo. de tempor.ordina. Et propterea non ſemper eius exempla ſequi poſſumus. Immo præcepta iudicialia tendentia ad deciſionem cauſarum non obligant,nec debent ſeruari,niſi quatenus fuerint approbata per habentem poteſtatem legis condendæ. Alexand. in conſil. 13. poſt numerum decimumnonum & 20.7.vol.

Non obſtat Vltimum, nam iuramentum in certis caſibus licite præſtatur, vt hic,& in cap.ſignificaſti,in ver.pro vnitate. de electión. & in cap.primo de iureiuran.in 6. & ſic firma remanet conclu-
22 ſio,quod vaſallus tenetur iurare fidelitatem domino. Idem in ſtipendiariis, qui fortiori iuramento aſtringuntur.Fre.de ſubfeu.lib.pri.in pri.poſt nu. 28. Et iurat non ſolum perſona vera, ſed etiam ficta,prout eſt Caſtrum & Vniuerſitas. Alexand.in conſi.216.num.11.2.vol.ſed iurat per alium. glo. in l.non vere.ff.ex quibus cau.maio.videlicet, per ſyndicum.Bald.in §.niſi iuſta,numero 7.& 8.quo tempo. miles dummodo habeat ſpeciale mandatum,ſecũdum quoſdam, licet alii quod non,ſicut in tutore.Idem Bald.in §.ſi. poſt numerum 2. per quos fiat inueſtit. Afflict.hic numero 7.& præſtitum ligat omnes ciues.Loffr.in conſ.45.num.17. poſt pri. Cap.in ver.feudorum genera. ibi,ligium in 6.conclu. Et iurant non ſolum maſculi, ſed etiam fœminę pro feudo quod eſt datum in dotarium.Afflict.in conſti.mulier quæ dotarium.in 3.

nota, de dot. conſti. per alios tamen cum ſpeciali
mandato. Idem Afflict. in conſti, domini à vaſallis.
2. quæſt. de aſſicura. domi. à vaſa. & tenentur nōn
ſolum præſtare, ſed pro eo præſtando perſonali-
ter comparere, quando dominus vult, Fre. de ſub-
feud. lib. 2. ibi, vigeſima quinta authoritas. & non
ſolum iurare, ſed prius præſtitum, mutatione no-
ui domini renouare. Afflict. de pace iuram. firma.
in princ. in 8. not. num. 10. & ſi iurauit, & minus le
gitime, debet iurare ex integro. l. qui per ſalutem,
ff. de iureiuran. & non ſolum ſufficit ſi iurando di-
cat verba de quibus hic, & in duobus titu. ſequen.
verumetiam ſi dicat ſimpliciter, Iuro fidelitatem,
ſecundum capitula feudorum. Iſern. infra de noua
forma fidelita. nume. prim. & in ver. omnem. poſt
princ. & circa fin. & non ſolum tenetur præſtare,
verum etiam de actu præſtationis debet fieri ſcri-
ptura. Lucas in l. prima. in fin. C. qui milita. poſſu.
vel non.

Intellige prædicta in maiore: minor autem nō-
dum doli capax, non tenetur iurare per ſe, nec per
alium, Iacob. de Ardizo. in Sum. qualiter iurare de
bea vaſa. fideli. col. 3. Item quando patronus adim
pleuit ex parte ſua, aliàs etiam præſtitum iuramen
tum fidelitatis non tenetur vaſallus ſeruare. glo. Pa
riſi. tit. pri. §. 47. poſt num. 3. Intellige etiam in eo,
qui habet dominium: nam iuramentum fidelita-
tis, obedientia & alia, non debentur habenti admi
niſtrationem tantum. Ioan. And. in cap. indemnita
tibus, poſt nume. 2. de electio. in 6. nec procedit,
quando iuramentum eſt præſtitum prędeceſſori
& ſucceſſoribus; nam tunc non tenetur iurare ſuc
ceſſori, ſed tantum recipere inueſtituram, Iaco. de
Ardizo. in Sum. vtrum domin. neceſſa. debeat rem
tradere vaſa. & habet locum in vaſallo poſſidente,
nam pendente controuerſia inter dominum & va
ſallum, non tenetur vaſallus iurare fidelitatem: ni-
ſi eſſet vaſallus pro alio feudo, quia tunc iurabit
pro illo, ex quo, quot ſunt feuda, tot tenetur præ-
ſtare iuramenta. Affl. de contr. inter Epiſc. & vaſa.
num. 9. Item niſi eo pacto acquiſitum ſit feudum,
vt ſine iuramento fidelitatis habeatur. §. nulla. in fi.
per quos fiat inueſtit. nam poteſt iuramentum re-
mitti: & debet de omni feudo fieri fidelitas, niſi
per pactum remittatur. Hoſtien. in Summ. de feu-
dis. ibi, qualiter feudum diſtinguatur. cir. medium.
& procedit in vaſallo, ſecus in colono, qui non te-
netur iurare. Alexan. in conſi. 108. poſt numerum
tertium, 4. volumi. nec Rex tenetur præſtare iura-
mentum Baroni, propter bona ſita in iuriſdictio-
ne Baronis, & ſibi applicata, propter maioritatem
dignitatis principatus. Pręposi. hic poſt numerum
3. licet Imperator ſit aſtrictus ad fidelitatis iura-
mentum præſtandum eccleſiæ. Zaba. in clement.
vnic. in princip. de iureiurand. & non habet locum
niſi in magnis feudis, nec pręſtatur pro iuriſdictio
ne criminali. Freci. de ſubfeud. libro ſecundo. ibi,
quarta authoritas. numero ſexto, circa medium.
14. & 15.

23 Nota, quòd dominus habet iuriſdictionem in
familiares, & miniſtrales. Præpoſi. hic circa princ.
& grauiter punit, ſi prouincialibus iniurias infe-
runt. l. vniuerſi. C. vbi cau. fiſca. quia in iis magis
præſumitur fraus, & machinatio. Pręposi. hic, col.
ſecunda, circa medium. & minorem dolorem ma-
la inferunt, quæ veniunt ab extraneis quam quę ab
illis patimur de quorum mētibus pręſumebamus.
Iſern. in §. turpiter luſerit, poſt numerū 10. quibus
modis feud. ami. ideo iurant præſtare ſecuritatem
domino, etiam quòd non ſint vaſalli. Afflict. in cō
ſti. probationum, in curſibus. in 2. not, poſt nume.
9. de probatio. in cauſ. homag. fortius tamen ligat
quod pro feudo præſlatur, quàm illud quod pro
ciuilitate originis. Fre. de ſubfeu. lib. primo. de ori-
gine Baro. ibi, fuit dubitatum. nu. 18. Iſti ſi nolunt
iurare perdunt bona, & non poſſunt frui pace, va-
ſalli amittunt feudum. Afflict. in dicto §. fin. nume.
3. per quos fiat inueſtit. & dum iurant, non ſolum
comprehenduntur quæ hic dicuntur cum duobus
titu. ſequent. verum etiam quæ ponuntur in capit.
tibi domino. 63. diſt. Præpo. hic col. pri, poſt med.
& licet pręſtetur contra omnes, tamen multi ſunt
exceptuati. Iacob. de Ardizo. in Sum. Qualiter iu-
rare debeat vaſal. fideli. columna. 4. Iſern. infra tit.
pri. in ver. incolume, circa medium. Secundo nota
24 tria ſingularia in iuramento fidelitatis. Primum,
quod requiritur ſcriptura ad probandū fuiſſe præ
ſtitum vt ſupra, & teſtes non admittentur. Secun
dò, quòd vaſallus pręſumitur præſtitiſſe. Tertiò,
quod procurator non admittitur. Fre. de ſubfeud.
libro 2. ibi, quarta authoritas. numero vndecimo.
plures poſſunt iurare per procuratorem, ſed non
vniuerſitas. Alua. in capi. omnes filii. nume. 8. ſi de
feud. defun. mili. contro. fuerit. Illud iuramentum
fidelitatis non eſt de ſubſtantia inueſtituræ, ſed de
conſecutiuis. Ideo feudum poteſt concedi infanti.
Bald. in l. ſecunda. C. communia de manu. licet ſit
de forma, non tamen eſt de ſubſtantia: quia po-
teſt remitti ab initio ſicut & teſti iuramentum. ca.
tuis. de teſtibus, & tunc in omnibus alijs habebit
naturam feudi, præterquàm in exceptuatis. Freci.
vbi ſupra. ibi, quarta authoritas. numero octauo.
Remittitur iuramentum fidelitatis, ſed non fideli-
tas. Curt. in tractat. feud. in duodecima quæſtio.
25 primæ par. principalis. vnde licet remittatur iura-
mentum, nihilominus debet eſſe fidelis. Caſſan. in
conſuet. Burgund. rub. 3. in princi. poſt numerum
tertium. fidelitas vero non poteſt remitti. adeo
quod non valet pactum, quod vaſallus non cadat
à feudo propter felloniam, ſicut quod donatio nō
poſſit reuocari propter ingratitudinem. Curt. vbi
ſupra in 7. quæſtio. poſt nume. 3. & 4. primæ part.
prin. nec quod emphiteota non ſoluens canonem
non cadat ab emphiteuſi. Idem Curt. vbi ſupra in
17. quæſtio. 2. partis princip. vel princeps aut do-
minus non teneatur adminiſtrare iuſtitiam ſubdi-
tis. Caſſan. in conſuetudi. Burgund. rub. prim. §. 4.
in princip. poſt numerum ſecundum, & modo pręs
dicto pacto remittitur fidelitas. Hoſtienſ. in Sum.
de feudis. ibi, quid ſit fidelitas, in princip. Quinq;
caſus in quibus non eſt neceſſe, quod pręſtetur iu
ramentum fidelitatis. Alua. in dicto §. nulla. num.
3. circa fin. per quos fiat inueſti. in cap. pri. ante &
poſt nume. primum, & 3. de capi. Corra. & in cap.
pri. nume. 3. qualiter domi. prop. priue. & inter a-
26 lia in feudo exiguo remittitur iuramentum fide-
litatis. Cur. vbi ſupra. in 3. part. in prin. poſt nume.
14. nec obligat ad aliquam fidelitatem. Præpoſi. in
§. & quia. nume. 61. in fin. qui feu. dare poſſ. Idem
ſi conſiſtat in annuo redditu. Cur. vbi ſupra. in ſex
ta quæſt. prim. par. princip. poſt nume. 18. circa fi-
nem. & in 3. part. princ. nume. ſeptimo, & vbi præ-
ſtatur iuramentum cum annuo canone, cenſus cē
ſetur cauſa impulſiua. Fre. vbi ſupra. ibi, quarta
autho-

authoritas.nume.6.in prin.& circa medium. Item pendente controuerſia feudi, non tenetur iurare. Præpoſi in dicto §.nulla.nume.pri.poſt medium. Quid in ſub vaſallo.glo.5.Pariſi.titu.pri.§.17.numero tertio,& quarto. qui poſſidet feudum quaternatum à Rege in terra Baronis, an teneatur iurare Baroni,vel Regi à quo tenet. Iſern.hic in addi. Afflict.numero duodecimo, & in dicta conſti. domini à vaſallis.io ſexta quæſt. dicunt quòd tenetur iurare Baroni,niſi Rex dediſſet feudum vti liberum, prout erat penes eum ; vel adeſſet clauſula, vt nullum alium ſuperiorem & dominum recognoſceret. Loffre.hic poſt pri.quia tunc deſtinatione domini hoc volentis fit.l.quod in rerum natura.§.penul.de leg.pri.l.ſi cum duas.ff.comu.prędi. niſi teneret in illo caſtro alia bona allodialia : nam tunc iurabit vtique : poteſt enim eſſe vaſallus duorum & plurium,ſicut Abbas ſubeſt Papæ, & Epiſcopo pro capellis.glo.fin. in c ap.ex ore.de priuilegiis. & habet quis plures dominos. nota.in cap.cum capella.dicto titu.de priuile.ſeruus plurium.l.ſi ſeruus plurium.de leg.primo.vaſallus vnius,& ligius alterius ; ſed ligius duorum non.nota.gloſ.in clement.paſtoralis. in ver.homo qui ligius.de ſentent.& re iudic.ſicut etiam tenens bona in diuerſis locis, vtrobique ſubit onera patrimonialia.l.e.final.§.vlti.ff.de mune.& hono.

28 Sed quid ſi tenens bona in feudo alicuius commiſit crimen læſæ maieſtatis, propter quod bona illius peruenirent ad fiſcum Regium propter cōmunem clauſulam priuilegiorum reſeruantem Regiæ Curiæ, quæ competunt ratione maioris dominij. & quia dicitur, Iuribus alienis & noſtrę Curię ſaluis.Iſern.Qui ſucceſſo.tene.lo primo,numero nono.poſt medium.Rex iſta bona donauit cuidam, an iſte donatarius Regis teneatur iurare Baroni pro huiuſmodi bonis? Iſtam quæſtionem excitat & diſputat ad partes Iſern. hic, & format argumenta.Afflict in tertia quęſtio.numero decimo tertio,& videtur tenere quod non, per ea quæ ipſemet dicit in §.huius autem generis, in addi. numero decimotertio.ex quibus cauſ. feud. ami. nam res illa donec eſt in manu Regis eſt libera, arg. l. interdum,la prima. ff. de operis liber.quia feudum eſt ſeruitus,quę eſt naturæ contraria : & eſt extincta eo ipſo quòd ad Regem peruenit. Freci. de ſubfeud.libro 2.ibi,quinta authoritas.poſt numerum nonum. vnde, quando donat cenſetur donare libere, ſublata ſeruitute iurandi, prout erat penes concedentem,niſi contrarium exprimatur.l.ſi quis ædes. ff.de ſeruitu.vrba.prædio. & hoc in primo acquirente, priuato vel eccleſia : ſecus ſi priuatus vel eccleſia alijs concederet, quia videtur quod ipſi teneantur. Hoc vltimum diſputat ad partes Iſern.

29 Tu dic, quòd priuilegia ſunt perpetua, & ſemel priuilegiatum, ſemper durat : quia conſideratur principium.cap. fin. de priuileg.ſemel nouale ſemper eſt nouale.glo.in capi.prim.in fin.& cap.quid per nouale. in ver.de nouo.in fin.de verbor.ſignific.quod ſemel cœpit,ſemper durat.Bal.in §.item. in fin.de feu.guar. adeo quòd prædia emphiteuticatica Principis primum tantum canonem ſuſtinēt ; extraordinarias vero præſtationes non ſoluunt. l. priuatæ.C.de excuſat. munerum. eo enim iure vti debet,quo is cuius perſona fungitur. l.emptor.C. de hæred.vel actio.vendi. & quod per innouationem eſt tranſlatum,primæ diſpoſitionis terminus concluditur.l.vni.§.quod autem.C.de colegia.& chartopa. libro vndecimo. vnde quod habet Rex vt Comes vel Baro,ſub eadem regula vel cenſura erit penes eum. Fre. de ſubfeud. lib.ſecundo, ibi, quinta authoritas. numero quinto, & ſexto.Contrariam partem tenuit Iſern. hic, quia mutatione perſonæ mutatur conditio rei.l.Paulus. aliàs, per

30 procuratorem.de acquirend.hæred.glo.3. Pariſi. poſt numerum tertium,titu.primo.§.nono.mutatione perſonarum alteratur,natura rei: quia priuilegium ſuper re conceſſum reſpectu perſonæ variatur, perſona variata. Si eſt priuilegiata ratione ſui,tunc priuilegium intelligitur eſſe reale. Zabarel.in clemen.ſecunda.§.verum. circa fin. de ſepulturis.& res ſumit conditionem à perſona,non perſona à re.l.ſed ſi plures.§.2.ibi,iuncta enim hęreditas cępit eſſe.de vulga.& pupilla. quia quod eſt apud me vno iure,ſi transfero in alium, erit apud eum alio iure.exempla in leg.pure. de doli mali & metus exceptio.& alia vt per Iſern. & Afflict. hic num.14.circa fin. Vltra quos facit, quod res cum tranſit de vna perſona ad aliam, non tranſit cum ſuo priuilegio,cauſa,honore,vel onere.glo.in capit.ſuper quęſtionum.§.ſi vero.in ver.delegare.de offic.deleg. feudum exui pacti mutat naturam mutata perſona ; nam quo ad me poteſt eſſe feudum, & haberi naturam feudi ; & quo ad alium habentem cauſam à me eſſe Burgenſaticum. Afflict.in capitu.feudum ca.in princip.& 3.not.numero ſecundo,& quarto.ſi de feud.fuerit controuer.inter domin.& ag. ſicut alius homo videtur, cum toties ſit mutatus.l.prim.in ver.eadem lege.C.ſi ſeruus exporta.vęni. quia priuilegium non procedit à priuilegiato,ſed à priuilegiāte,à quo ſumit eſſe. Bal. in conſi.308.numero ſecundo,circa fin. 3.volum. adeo quod ſi Rex vendit vel donat caſtrum, ad cuius reparationem loca vicina tenebantur, tale ius in emptorem vel donatarium non transfertur. Lucas in l.2. C.de iure reipubli. Capu.in ver. feodorum acceſſoria.colum.tertia,circa princip. Afflict. quæ ſint rega.in ver.angarię.nume.octauo.laicus ſi habet ab eccleſia,ſoluit collectas,ad quas eccleſia non tenebatur. Loffr.hic poſt princ.Lucas in d. l.ſecunda.& ſic qui habet cauſam ab eccleſia,vel à Principe,non habet immunitatem à collectis,quę imponuntur poſt venditionem, in con.feu. diuer. 27.poſt nume.4.

Et tenendo iſtam, primo loco adducta procedunt,quando Rex donauit vaſallo,& cui dederit; tunc perinde eſt ac ſi ipſe daret, ex quo eius voluntate fit. Iſer.hic numero quarto.circa medium. ſicut creare magiſtratus, etiam quod non ſpectet ad vniuerſitates.in conſti.regni, cum ſatis.§.interim.Authen. de defenſo.ciui. tamen ſi eligunt, & Rex confirmat,confirmando dicitur dare. Iſer.in §.iudices vero.numero vigeſimotertio.de pace iuram.firma. Confirmando enim & reſeruando,habetur ac ſi ipſe conceſſiſſet. Idem Iſern.ſupra,Qui ſucce.tenean.lo primo.columna quarta.circa medium.Inde Rex dicitur bannire,ſi alius habens poteſtatem ab eo banniuit. Iſern.in c.domino guerram.numero tertio,circa medium. hic finitur lex. & ſumit vires ex conſenſu.cap.pri.in fi. & ibi glo. final. de tranſactio. ſed quod dictum eſt in eccleſia,videtur quod ab ea nō poſſit tranſire in alium; nam non poteſt alienare, quæ ab Imperiali domo

 habuit.

habuit. Iſer. de his qui feu. dare poſſ. in princ. num.
2. nec pro eis ſeruitium aliquod præſtari. cap. ſan-
cimus. 23. quæſt. 1. & ſi permutantur cum Princi-
pe perpetuo eſſe debent penes principem, ſi tran-
ſeunt ad priuatos, vendicantur. Authen. vt de cæte.
commu. eccleſiaſti. rerum. ſi donaret diceretur in-
ordinata largitio. cap. de rebus. 12. quæſt. ſecunda.
& quæ reciperet de manu laici, contra iura merca
retur. glo. in regu. quæ contra. de regul. iuris in 6.
Prædicta vera, in iis quæ ſunt de menſa Eccleſiæ.
Iſern. ſupra, Epiſco. vel Abb. circa princ. rem verò
ſibi in feudum datam, non poteſt alienare, niſi dan
do in feudum, vt hic, nume. quinto. Inſuper, quod
eſt dictum in donatione vera. Idem in præſumpta
quę obuenit per poſſeſſionem antiquam, cum prę
ſtatione ſeruili, vt hic & in cap. ſi quis per 30. poſt
princ. ſi de ſeu. defuncti mili. contro. ſue. glo. mag.
in fi. in l. 2. C. de iure emph. Tenens verò feudum
ab Eccleſia, tenetur iurare fidelitatem, nedum Ec
cleſiæ, ſed etiam prælato. Aluar. in cap. qui cleri-
cus. col. fin. in prin. ſi de ſeu. defuncti mili. contro.
28 ſue. & quia eſt perſonaliſſimum, non tranſit in ſuc
ceſſorem iurãtis, nec eius cui iuratur, ſed eſt de no
uo pręſtandum, etiam quòd iuretur pro ſucceſſo-
ribus. glo. 5. Pari. titu. pri. §. 37. & 47. poſt num. 6.
& §. 28. poſt num. 4. licet iuramentum vaſalli ligat
omnes hæredes, ſecus in feudo ex pacto & proui-
dentia. Fre. de formu. inueſtit. lib. 3. ibi, differentiæ
inter feud. ex pacto & proui. nume. 24. ſubditus ſi
iurat pręlato & ſucceſſoribus, non cogitur poſtea.
Quid in ſindico vniuerſitatis, & prælato quando
iurat Papæ. Specu. in titu. de feudis. §. 2. nume. 63.
& dominus ſi vendit proprietatem feudi, vaſallus
non cogitur nouo domino iurare in alienatione
ſingulari, ſecus ſi per viam vniuerſitatis. Bald. in l.
2. in fin. pri. ſolut. matrimo. Et ſi dominus decedit
pluribus hæredibus relictis, numquid omnibus,
vel ſufficiat iurare vni. Caſſan. in conſuetud. Burg.
rub. 3. §. primo. ibi, pour cauſe, nume. 5. & videtur
quòd eadem obedientia in eiſdem pluribus debe-
ri non poſſit. diſt. tamen vt per Innoc. in cap. inter
quatuor. num. 4. circa fi. & 5. de maio. & obedien.
29 & ſi iurat patri, non tenetur iurare filio viuo pa-
tre. Præpo. infra tit. pri. de forma fidel. nu. 4. Iacob.
de Ardizo. in Sum. vbi etiam, an filius vaſalli teneа
tur iurare, qualiter iurare debeat vaſal. fidelitat. co
lum. 2. Et ſi iurauit marito, an teneatur iurare vxo
ri. Alberic. in l. cæterum. ff. de vſu & habi. maritus
verò gerit fidelitatem feudorum vxoris, niſi ſit feu
dum fœmineum, quia tunc ipſa remanet vaſalla,
& vidua tenetur renouare, non obſtante fidelita-
te viri. gloſ. Pariſi. in prima falli. poſt princip. num.
decimo, & vndecimo, titu. pri. §. 25. alias feudum
propter non præſtationem fidelitatis finitur, & re
ſtituitur domino, vnà cum fructibus pro rata tem
poris, deductis expenſis. Caſſan. in conſuetu. Bur-
gund. rubri. 3. §. primo. ibi, faire les fruicts. nume.
quarto, & quinto, ſicut ſi facit contra ſuum domi-
num, amittit beneficium laudatione parium, vt in
capitu. extraordina. & alterius compilati. poſt prin
cip. & procedit, non ſolum in Burgenſibus, ſed e-
tiam in ſubſeudatariis, à quibus Barones exigunt
iuramentum aſſicurationis, quod in regno præ-
ſtatur ſaluo mandato, ordinatione, & fidelitate
regia. Frec. vbi ſupra. ibi, quarta authoritas. in
princip.

Dum Iſer. dicit certũ eſt eum, dic, enim. ibi, de
Epiſcop. & cleric. l. nulli. §. quod ſi inuito. dic. §.
quòd ſi inuito. ibi, manentem. dic, manẽtes, vt per
Loffre. hic. dum dicit, in regno Siciliæ. addit, ſecus
per conſtitutionem. conſtitutionem diuæ memo-
riæ. & ſequen. ver. quomodo continuetur, ponit
Loffred. hic, ibi, non quomodo, dic, non quando,
ibi, de operis lib. cerdoni. §. priuatis. dic. l. cerdo-
nem. dum allegat. l. lege obuenire. de verb. ſignifi-
catio. Adde quòd Princeps tunc cenſetur dare,
quando ex certa ſcientia diſponit de re ſua: aliàs
ſi præſtat aſſenſum, nihil aliud facit, quàm facul-
tatem primo loco commiſſam excitat, nec aliquid
de nouo concedit. nota. in ſimi. in cap. cum aliqui-
bus. de reſcriptis. in 6. ſicut dicimus, quod gratia
quandoque eſt excitatiua iuris communis. gloſ. in
extrauag. com. vni. in ver. executores. circa fin. de
offi. deleg.

Sed quid in clericis qui ſunt in terra domini, an
iurabunt ſicut Burgenſes. Iſern. tenet quòd non,
niſi teneant aliquid in feudum ſuo vel nomine Ec
cleſiæ, nam tunc pro ea tenentur ad omnia, ad
quæ tenentur alii feudatarii. Afflictus in conſtitut.
quamplurimum. in 9. nota. numero trigeſimono-
no. aliàs vaſallus non dicitur ſubditus ratione do-
micilii. Zabarel. in elemen. paſtoralis. in ver. deni-
que. in 2. notab. de ſentent. & re iudic. & dicto mo
do Eccleſia vaſalla iurabit fidelitatem. Curt. in tra-
ctat. feud. in ſecunda quæſtio. prim. part. numero
quinto. & pręſtabit iuramentum, non ſolum lai-
cus, ſed etiam clericus. Idem Curt. in quarta quę-
ſtio. ſecundę part. princ. dum tractat de inueſtitu-
ra laicorum. gloſ. Pariſi. titu. primo. §. quadrageſi-
moprimo. poſt numerum ſeptuageſimumoctauũ.
& ſi eſt clericus, & tenet feudum à domino tem-
porali, vt plerumque contingit, non enim pugna
bit in propria perſona, ſed mittet hominem ap-
ptum & acceptabilem domino. Iacobi. in ver. &
promiſerunt. in duodecima quæſtio. numero de-
cimoſexto. & pro eo etiam ſi oporteret, teneretur
ire ad Regem, quod graue eſt. cap. ſi pro debilita-
te. & ibi glo. ſecunda de offic. delega. Videtur ta-
31 men, quòd clerici debeant eſſe fideles dominis
ciuitatum, in quibus habitant, ſicut & laici. Al-
uar. in §. ſi clericus. numero tertio, de pace tenen.
videntur tenere ad manualem obedientiam. Inno-
cen. in capitu. tertio, in fin. & in cap. hisque. in prin
cip. de maio. & obedien. Illorum exceſſus enarrare
animus non eſt. capitu. bene. circa princip. nonage
ſimaſexta diſtinct. De iis maxime qui ſunt familia-
res principis, puta Cõſiliarii, vel Camerarii: quod
tunc poſſent compelli ad fidelitatem. Iacobi. in
ver. quæ quidem inueſtitu. numero ſeptimo. Al-
uar. hic numero quarto. & qualiter conſulatur do
mino, ſi habet clericos ſuſpectos. Idem Aluar. ibi
poſt numerum quartum. & Præpoſi. numero ſe-
cundo. & ſi delinquunt ipſorum depoſitio perti-
net ad Papam, iudicium feudi, ad dominum feu-
di. Et ſi tenetur nomine eccleſiæ, fructus dum vi-
uunt ſunt Regis, à quo illud tenent. Loffre. de ca-
pi. Corra. colum. ſecunda. circa fin. ibi, in §. penult.
& quo ad bona feudalia lex Imperatoris vel Re-
gis ligat etiam eccleſias. Afflictus in capitu. fina.
in primo notab. de prohibi. feud. aliena. per Lo-
tharium.

De

De forma fidelitatis. Tit. VI.

SVMMARIVM.

1 *Forma quid ſit: & capitur pluribus modis,*
2 *Fidelitatis iuramentum quando, & quare cæpit.*

AD RVBRICAM.

1 FOrma, ſecundum Ariſtot. in princ. de animæ, appellatur actus. Bal. in conſi. 389. in fin. 2. volumi. illius dico, cui operatio attribuitur. Adeo quòd animæ eſt forma corporis, & ſcientia forma animæ, Idem Ariſtotel. 1. & 3. de anima. refert gloſ. in clement. vnic. §. porro. in ver. intellectiue. poſt princ. de Summ. Trin. ita in feudo: quia primum, quod in eo relucet, & operatur eſt fidelitas: nam eius ſubſtantia potius conſiſtit in fidelitate, quàm in ſeruitio. Afflictus ſupra in præl u. numero trigeſimo ſexto, & ſeptuageſimoprimo. ab ea nominatur. §. fin. per quos fiat inueſtitu. Fidelitas eſt forma feudi. Forma fidelitatis Jd eſt iuramenti quod præſtatur domino à vaſallis. cap. primo. Quid præcedere debeat, inueſtitura an fidelit. ſunt verba de quibus in textu: quia quando lex prohibet aliquid fieri niſi ſub certo modo, ille modus eſt forma. gloſ. Periſi. titul. primo. §. quadrageſimoſeptimo, numero octauo. Quidquid ſapit conditionem vel æquipollens, Bald. in conſil. centeſimo vigeſimotertio, numero ſecundo, in fin. quint. volumi.
2 hoc iuramentum quod præſtant Barones Principibus ſuis, vel Regib. videtur cœpiſſe. 2. Regum §. Archidiaco. in capitu. ſecundo, poſt medium. vigeſima ſecunda quæſtio, prima. licet hoc vocabulum iure antiquo non reperitur, nec quando Iuſtinianus leges compoſuit, iuramentum fidelitatis cognitum eret. Poſtea verò creuit ſubditorum infidelitas, & dominorum dira voracitas: vnde ad ſeruilem mentionem fidelitatis deuentum eſt, & macula iniecta eſt libertati, cum iuramentum fidelitatis, & ſic fidelitas ipſa, ſit quædam obedientiaria ſeruitus, ſine capitis diminutione: & Princeps propter rebelles, introduxit propter eorum frænum: nam dicitur Eccleſiaſticus trigeſimotertio. Iugum & lorum, curuant collum durum. Et in antiquis legibus, quorum veſtigia remanent in populis liberis, hęc nomina inſeſta ingenuitati & humanæ dignitati totaliter exulabant. Bald. in conſi. 404. poſt numerum ſecundum, quinto volumine. & eſt ſpecies ſeruitutis. Idem Bald. in leg. idonei. ff. de te tibus. Nunc verò quòd ſeruantur iſta iura, quædam eſt fidelitas maior. Aluar. in capi. primo, numero ſecundo, in princip. quid præcedere debeat inueſtitura an fidelit. ſiue ſuperior, quæ debetur pro feudo ligio Papæ, Imperatori, Regi vel alteri, qui non recognoſcit ſuperiorem: & ſi recognoſcit, eſt ſecundum quid, non ſimpliciter. Alia inferior, & debetur quando quis accipit feudum ab aliquo vaſallo. Bald. in conſi. ducenteſimo nonageſimo primo, numero ſexto, 2. volum. Cap. in ver. feudorum aſſicurationes. in princ. Iacobi. in ver. quæ quidem inueſtit. in princip. numero tertio, & nono, de iſtis tractatur in iſto titul. & ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *In, præpoſitio capitur multis modis.*
2 *Epiſtola eſt nomen Græcum, latine dicitur, ſupramiſſa.*
3 *Philibertus fuit Epiſcopus peritus in hac ſcitutia.*
4 *Epiſtola nunquam fit ſine ſcriptis.*
5 *Breuitas ſic eſt intelligenda, nt ullum damnum fiat intelligentiæ, aliâs quanto breuius, tanto difficilius.*
6 *Notaui, verbum, ideſt notam feci, ex librorum authoritatibus.*
7 *Sex requiruntur vt feudum ſit perfectum: ad ſex tenentur ſubditi dominis.*
8 *Sex debet tenere vaſallus tanquam ſignum in manu ſua,*
9 *Memoria in animæ eſt, rei inuenta recordatio.*
10 *Damnum quid, & vnde,*
11 *Secretum Regis abſcondere bonum eſt.*
12 *Reuelare quomodo dicitur; & quæ requirantur vt reuelans puniatur.*
13 *Vaſallus reuelans munitiones dñi priuatur feudo.*
14 *Honeſtus vnde & quid honeſtum.*
15 *Poſſeſſiones res dicuntur.*
16 *Facile non debet facere vaſallus difficile, ſeminando zizaniam,*
17 *Impoſſibile tribus modis ſumitur.*
18 *Fidelis, ideſt vaſallus.*
19 *Documenta dicũtur, quia docent, vel monumenta quia muniunt,*
20 *Caueat, ideſt promittat.*
21 *Iuſtum & honeſtum, nunquam in veritate ſeparantur.*
22 *Non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt.*
23 *Cõſilium quo ad verba, auxilium de perſona dicit.*
24 *Quoque, dictio ſimilitudinem cum præcedentibus notat.*
25 *Dominus & vaſallus æquiparantur in aliquibus, ſed non in omnibus.*
26 *Malefidus, perfidus, fidem perdens, periurus refertur ad vaſallum.*
27 *Præuaricatio quaſi variatio de eo dicitur, qui ex vtraque parte; quinimo ex altera conſiſtit.*
28 *Feudum continet quædam præcepta affirmatiua, vt ſeruire: & negatiua, puta non lædere.*
29 *Vaſallus & dominus ſibi adinuicem conſilium, & auxilium præſtare debent.*
30 *Iuratur ex pluribus cauſis.*
31 *Fides eſt ſeruanda Principibus.*
32 *Vaſallus ſicut tenetur domino, ita domin⁹ vaſallo.*
33 *Incolume continet, quòd non ſolum vaſallus non offendit dominum, ſed quod procuret ab alio non offendi.*
34 *Tutum in hac materia dicitur, quando ſecretum ſibi commiſſum vaſallus non reuelat.*
35 *Concumbens cum pediſſequa domini, non amittit feudum, ſed eſt periurus.*
36 *Vaſallus non debet inferre damnum in bonis dñi.*
37 *Vaſallus non debet quod eſt facile, facere difficile.*
38 *Qui non facit quod debet, videtur facere quod non debet.*
39 *Benefacere nemo cogitur, ſed male agere prohibetur.*
40 *Aequalitas ſeruatur inter dominum & vaſallum.*
41 *Qui facit quod non debet, recipit quod oportet.*

AD TEXTVM.

3 IN.) Præpoſitio iſta, In, capitur pluri-
bus modis. Archid, in capitu. ſi Papa.
40, diſtinct. denotat non eſſe aliquid
principale. Zabarel. in clemen, 2, §. il-
li vero. numer. 2. de ætate, & qualitate. & exponi-
tur, ex. l. ſilua cædua. de verbo. ſignific. l. ſi patroni.
§. prim. & ibi glo. ad Trebellian. Epiſtola.) l. prim,
ff. de offic. præfect. vrbis. l. ſolet. de offic. procon
ſu. & legat. Eſt nomen Græcum, latine dicitur ſu-
pramiſſa, ſtola enim miſſa interpretatur, nam ante
chartæ & membranarum vſum, in dolatis ex ligno
codicillis epiſtolæ ſcribebantur, & portatores ta-
bellarii vocabantur. Lucas in l. placet. in princip. C.
de excuſa. mune, in l. prima. de prox. ſacro. ſcrinio,
Boer. in deciſ. 333, nume, pri. in de rogationum epi
ſtolæ. l. Quintus. ff. depoſiti, & decretalis epiſtola.
cap. in quadam, de celebra. miſſa. Philiberti Epiſco
pi.] Qui fuit peritus in hac ſcientia, Aluar. hic col.
pri. circa medium. In decretis 22. quæſt. 5. cap. de
forma. Fidelitatis.] Et ſic ſicut lex canonica ſumi-
tur ex Longobarda, glo. fin. circa medium. in cap.
paruuli. d. cau. & quæſt. ita ex lege canonica, ſumi
tur interpretatio ad legem feudalem; nam inter-
pretari dicitur qui prorogat. l. Gallus. §. inſtituens,
in poſitione caſus. in fin. de libe. & poſthum. & di
citur feudalis, etiam quod fuerit canonica, ſicut
leges quæ ſupplent, dicuntur prætoriæ. l. quia actio
nem. in ver. ſed. ff. de præſcriptis ver. Aliquid.) De
4 ſuis ſcriptis. Scribere.) Quia nunquam fit epiſtola
ſine ſcriptis, l. ſecunda, in glo. fina. C. ſi mancipi. ita
væne. ne proſti. Monitus.) Suaſus, memor factus,
Grammati. in ver. moneo. Hæc vobis.) Ideſt ad v-
tilitatem veſtram. Iuxta illud, Puer natus eſt no-
bis, & filius datus eſt nobis. Quæ ſequuntur breui
5 ter.) Ita tamen vt nullum damnum fiat intelligen
tiæ; aliàs quanto breuius, tanto difficilius. Lucas
in l. vni. columna quarta, in princip. C. de profeſſo.
qui in vrbe Conſtanti. Notaui.) Ideſt notũ feci,
Idem Lucas in l. 2. noſt princip. C. de conueni. fi-
ſci debito. Ex librorum authoritate, qui domino
ſuo fidelitatem iurat, iſta ſex.) Et ſic ſicut requi-
runtur ſex, vt ſit perfectum feudum. Aluar. in cap.
pri. poſt numerum ſextum, in quibus cau. feu. ami.
Iaſ. in prælu. feud. poſt numerum 17. ita ad ſex te-
nentur ſubditi dominis ſuis. Caſſan. in conſuetud.
Burgun. rubri. pri. §. 4. in princip. numero octauo.
8 quæ tanquam ſignum in manu ſua debent habe-
re, & quaſi monumentum ante oculos eius. Exo-
dus. cap. decimotertio. & in memoria, quæ in ani-
9 ma eſt rei inuentæ recordatio, & theſaurus reper-
torum. Lucas in l. pri. in princip. C. de prox. ſacro.
ſcrinio. ſemper habere debent. Videlicet, incolo-
me, tutum, honeſtum, vtile, facile, poſſibile.) Iſta
ſex licet non poſſint clarius exponi quam in iſto
textu. glo. 4. Pariſi. titu. pri. §. 2. quæſtio. prima. nu-
mero nono. nam, Incolume, intelligitur, ne ſit in
10 damno, quod verbum dicitur à demo, vel dimi-
nutione patrimonij. Azo in Sum. C. de lege Aqui
lia. numero ſecundo. & damnum dicitur proprie
in re datum. Archid. in capi. ſi quis. in fi. 17. quæſt.
quarta. hic dicitur, Domino ſuo de corpore ſuo.]
Ideſt quod ipſe vaſallus non erit cauſa per ſe, neq;
per alium, vt dominus patiatur damnum in cor-
pore ſuo, ſed iuxta poſſe ſuum, curabit conſerua-
re ipſum incolumem. Præpo. hic circa princ. Ho-
ſtienſ. in Sum. de feudis. ibi, quid ſit fidelitas. poſt
princ. Tutum, ne ſit ei in damno de ſecreto ſuo.]
11 nam ſacramentum Regis abſcondere bonum eſt:
opera autem Dei reuelare, & confiteri, honorifi-
cum eſt. Tobias 12. l. vni. in fin. de his qui ſecreta
Regis fraudulenter inquirant. in Longobard. Di-
citur autem ſecretum, quod quinque ſciunt. Za-
barel. in clemen. pri. §. porro. poſt nume. pri. & cle
men. 2. in ver. notarij. nume. pri. de hæreticis. Vel
de munitionibus ſuis, per quas tutus eſſe poteſt.]
Et ſic vaſallus reuelans ſecreta vel munitiones do-
mini, amittit feudum. Alberic. in l. à principe. nu-
mer. 4. ff. de poſtulando. in l. ſi quis teſtamentum.
nume. 2. ad leg. Aquil. Præpo. hic colum. 3. in pri.
12 tribus concurrentibus, quod reuelet, quod ſit ani
mo damnificandi, & quòd ex ipſa manifeſtatione
ſequutum ſit damnum domino. Afflict. in conſt.
domini à vaſallis. in 3. not. poſt nume. 8. de aſſecu-
ra. domin. à vaſal. Vnde, verba (de munitionibus
13 ſuis) ideſt, damnum intulit, reuelando facta per
quæ dominus muniebat ſe ab hoſtibus & inimicis
ſuis. Præpoſi. hic poſt prin. Honeſtum.] Honeſtas,
14 honeſtatis, dicitur quaſi honoris ſtatum conſer-
uans. Vnde honeſtum eſt, quod ſua vi trahit & ad
dignitatem allicit. Archidiac. in cap. erit autem. in
princ. 4. diſtinct. & dicitur quo ad mores & con-
uerſationem. Zabare. in clemen. 2. §. ipſos. poſt nu
merum 3. de ſtatu monacho. vnde æſtimationem
bonam famam. Archidiac. in cap. penult. 3. quæſt.
vlt. & in cap. ſi teſtes. in princ. 4. quæſt. 2. & 3. do-
mini debet conſeruare, non dehoneſtando vxo-
rem vel filiam domini. Et ne ſit ei in damno de ſua
Iuſtitia.] Verum quando concurrunt iuſtum, &
honeſtum, tunc iuſtum vnius partis præfertur ho-
neſto alterius. Zabarel. in clement. vni. in princip.
in 4. notab. de reliquijs & venera. ſancto. Vtile,
15 ne ſit ei in damno de poſſeſſionibus ſuis.] Ideſt,
de ſuis rebus. Præpoſi. hic poſt princip. Facile vel
poſſibile.] Non debet vaſallus facere difficile ſe-
16 minando zizaniam. Iſern. hic in ver. item facile.
vt non concludatur negotium quod non ſit vtile
domino. Afflict. in deciſ. 265. nume. 43. vel ne id
bonũ quod dominus ſuus facere leuiter poterat,
faciat ei difficile.] Adeo quod erat facile, propter
diſcordias quas ſeminauit, non poteſt dominus ha
bere, niſi cum difficultate. Præpoſit. hic poſt prin.
Neue id quod ei poſſibile erat faciat impoſſibile.]
17 Quod eſt tribus modis: quandoque ponitur pro
difficili, & pro eo quod contra leges & bonos mo
res fit. glo. in l. pri. in ver. non poſſibile. de conci-
lio mortis. in Longobar. Vt Fidelis.] Ideſt vaſal-
18 lus. Præpo. hic poſt princ. Hæc documenta.] Quia
19 quod docent & inſtruunt mentem, ita dicuntur.
Archidiac. in cap. ſi quis documenta, in princ. 12.
quæſt. 2. Ioan. And. in cap. primo. poſt nume. 8. de
20 electio. in 6. Caueat.] Ideſt promittat. Præpo. hic
poſt prin. Iuſtum eſt.) Quia ratio naturalis dictat,
vt obligemur ad reuerentiam, & ad honorem ex-
hibendum ei, à quo beneficia recipimus. Diuus
Thomas ad Hebræos. 12. in ſin. colum. fina. circa
medium. Vel caueat.] Ideſt caute & fideliter cu-
21 ſtodiat. Archid. in dicto capi. de forma. vigeſima-
ſecunda quæſtio, quinta. quia iuſtum & honeſtum
in veritate nunquam ſeparantur. Zaba. in [illegible]
vni. in princip. in 4. notab. de reliquijs [illegible]
22 cto. Sed quia non ſufficit abſtinere à malo [illegible]
ſi [illegible]

ſi fiat quod bonum eſt.) L.in illa,de ver.obli.Azo
in ſum.Aut.vt ij qui obligatas ſe perhibent habere
ees mino,nume,6.quia qui non facit quod debet,
videtur facere quod non debet.Archidiac.in cap.
ſit rector.col.fin.circa princ.43.diſtinct.in cap.iu-
ſtum. in fin.11. quæſt.3.l.ſolo.C.de liberali cau.
Ioan.And.in cap.generali. nume.5. de electio.in
6.& qui non facit quod facere debet,videtur face-
re aduerſus ea quæ non facit.l.qui non facit.de re
gu.iuris.qui potuit facere vt agere poſſit,& non fe
cit,dicitur potuiſſe agere.Alexan.in conſi.223.nu.
4.6.volum.Ideo tenetur,non ſolum non offende-
re,ſed defendere dominum: & præbere iuuamen
contra offenſam.Alberi.in procem.ante titu.ſolu.
matrimo.in princ.nume.5.Reſtat.)Reliquum eſt.
Grammatici,in ver.reſtare. Vt in ſex prædictis,
conſilium & auxilium domino pręſtet,Conſiliũ.)
23 Quo ad verbum, auxilium, de perſona & rebus;
& ſic corde, ore & opere, debet vaſallus domino
ſubuenire,abſtinendo à malo, & faciẽdo bonum.
Hoſtien.in Sum.de feudis.ibi,quid ſit fidelitas.cir-
ca medium.& non ſolum non offendere, ſed iudi
care verbo,& defendere facto.Bart.in tracta.ad re
primendum,numero 4.debet ſubuenire corde, &
opere: & auxilium præſtare de perſona & rebus.
Aſſlict. in deciſ.307. numero 6. opere, & ſermo-
ne,tractare dominum vt dominum. Idem Aſſlict.
in dicta deciſ.265.numero 104. Si beneficio vult
dignus.]Idoneus. Gramma.in ver.dignus. Videri,
& de fidelitate.)Et ſic de iuramento fidelitatis.di
cto cap.pri.quid præcedere debet,an inueſtitu.vel
fideli. Eſſe ſaluus,) Ideſt tutus & ſine periculo.
Gramma.in ver.ſaluus.Dominus quoque,)Cle-
24 men.pri.de regulari.In his omnibus,) Quæ pro-
xime dicta ſunt.Zaba.in ſimili in clemen.pri.§.ſa-
ne.in ver.ad quæ omnia. circa princ. de iure patro
na.Vicem,) Ideſt fidelitatem.Præpoſi.hic poſt pri.
Fideli ſuo reddere debet,)Et ſic tenetur dominus
ad iſta ſex, licet non teneatur iurare. Ripa in tract.
de peſte.nume.253. & procedunt à pari dominus
25 & vaſallus in aliquibus.Aluar.in cap.domino.nu-
me.3.ſi de feudo defuncti mili.contro.fuerit.& in
aliquibus non.Idem Aluar.in §. & cum datur. nu-
me.2.circa medium.de conſue. recti feud. & in §.
fin.colum.antepenul.circa fin. & penult.in princ.
de capitu.Corra.in cap.pri.qualiter domi.proprie
ta.feu.priu. in §.penult.nume.2.de pace iuramen.
firma.in §.fin.nume.2.de prohibita feu.aliena.per
Fre.Abb.in cap.breui.poſt nume.6.de iureiurand.
Corſi. in reperto. Abbatis.in ver.vaſallus, late Aſ-
flict.in dicta deciſ.266.per totum. Quod ſi non fe
cerit, merito cenſetur malefidus.) Ideſt non legi-
time.Archi.in cap.nulla.62.diſtinct.Fidus,) Ideſt
fidelis.Hoſtien.in Sum. de feudis.ibi,quid ſit fide-
litas.circa medium. Sicut ille, qui in eius præuari-
catione,) Ideſt varicatione, qui ex vtraque,immo
ex vna conſiſtit.cap.pri.in ver.pręuaricationis. de
in integr.reſtitutio.in 6.Vel faciendo, vel conſen-
tiendo.) Nam ſi manifeſto facinori deſinit obuia-
re,nihil aliud eſt quam foueri. gloſ.in l.ſi filiæ.de
ſucceſſio.in Longobar.Deprehenſus fuerit & per
26 fidus,& periurus,) Alibi malefidus. Archid.in di-
cto cap.de forma.poſt pri.alibi,quaſi latro & infi-
delis indicatur. l.quicumque.poſt miſſam. de fur-
tis.in Longobar.& dicitur infidelis,quia ſacramen
tum fidelitatis quod domino promiſit,irritum fa-
cit.l.fin.ſi actor Regis,res Regias per frau.aliena-
uit.in Longobard. & refertur ad vaſallum non ad
dominum. addi.2. ad Odoffre.in Summa. Vtrum
dominus teneatur ſeruire vaſal. ſicut vaſallus do-
mino.

Declarato textu, videbatur quod non refert
quomodo fiat,dummodo fiat.l.fin.C.de donatio.
quæ ſub modo. quia contractus magis iudicatur
ab effectu quàm à forma.glo.Pari.nume.96. circa
pri.tit.pri.§.22.Secundò,non ſufficit in mente ha-
bere,quæ hic dicuntur,niſi exprimantur: quia pro
poſitum in mente retentum, nihil operatur. l.cum
in plures.§.locator.ff.de locati. & expreſſiu ſuffi-
cit quod fiat iis, vel ſimilibus verbis,in ſimil.in c.
2.de pœnis.in 6.quia verba ſolemnia, etiam quod
non dicantur, vt dicta accipiuntur. l. manumiſſio.
ff.de manu.vindi.Tertiò,in omni iuramento intel
ligitur clauſula,ſicut debet iurari. Bald.ſupra titu.
proxi.nume.pri. modò ſi omnia iſta via claudun-
tur clauſula,arg.l.cum quærebatur.ff.iudica.ſolui.
& tantum valet vnum verbum effectiuum quan-
tum mille.l.ſi aliquid.in Summ.C.de donatio.fru
ſtra illa ſex,de quibus hic, exprimuntur:quia fru-
ſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora.
nota.in clem.3.de reſcriptis.Vltimò,videtur quod
non ſufficiat iſta in mente habere, quia velle non
ſufficit,niſi ad opus procedat.c.pri.de eo qui mit-
ti.in poſſe.in 6.glo.poſt pri.in reg.imputari.de re
gul.iur.eo.lib.6.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium. Et
ratio eſt: quia compilatores ſapientibus, & inſi-
pientibus debitores ſunt.ad Romanos. cap.pri.ad
declararionem ſimplicium, quorum infinitus eſt
numerus.Iſern.infra,titul.ſeq.poſt princip. decla-
rauerunt quæ inſunt ſub iuramento fidelitatis, in-
ſpectis verbis, etiam quòd non eſſent ſecundum
mentem. gloſ.final. in l.item ei. ff.ex quibus cauſ.
maio.

Qua ſtante, non obſtat primum: nam ſufficit
ſimpliciter iurare; & quæ hic dicuntur,ſunt ad ma
iorem expreſſionem, non ad neceſſariam formam
dicta.gloſ.4.Pariſi.titul.pri.§.2.licèt contrarium
teneat Aluar.in prima quæſt.nu.9.

Secundum non obſtat; nam ex ſermonibus &
loquela coniecturatur ſi eſt memor, ex quo præ-
ſumitur cogitare quod ore exprimit. Aſſlict.hic in
pri.not.poſt num.pri.

Non obſtat Tertium: nam lex opus requirit,
& conſiſtit in prædictis,ſed gratia voluntatem. Lu
cas in l.pri.colum.5.circa medium. C.de princ.a-
genti.in rebus.& licet dicatur expreſſum,quod ve
nit ex natura expreſſi. Ludouic. de Molin.de Hi-
ſpano.primoge.lib.primo,cap.4.nume.21. tamen
quandoque expreſſa nocent,non expreſſa non no
cent. l.pr..in ver.putauerit.ff. quæ ſenten. ſine ap-
pellat.

Non obſtat Vltimum; nam non ſolum hoc
quod fit meditabũtur,ſed etiam quod faciendum
eſt.§.fina.Anthen.vt omnes obedi.iudi. & ſic fir-
29 ma remanet concluſio,quòd vaſallus & dominus
ſibi adinuicem conſilium & auxilium præſtari de
bent. Intellige non ſolum in iudicio, ſed extra;
tam iuſte, quàm iniuſte; nam agit dominus pro
vexatione facta vaſallo. Aſſlict. in conſtitut.eos.
in 4. notab. poſt numerum quintum, de iniurijs.
adeo quòd tenetur pugnare pro vaſallo, etiam
extra territorium, nec tenetur tradere inimico
ſuo, etiam, quòd feciſſet mille delicta. Idem

Affict. in conſti. in locis demanij. nume. 2. & 3. de nouis ædifi. Immo requirit dominum, ut auxilietur quando expedit pro feudo. Bald. in conſ. 353. num. 2. in fi. pri. vol. & ſi implorauit auxilium à domino, & dominus denegauit, ſi fuit diſtructum caſtrum quod poſtea reædificauit, remanet vaſallus, cum diſti. de qua Alberi. in l. pri. §. ſi apud hoſtes. ff. de legi. tuto. & ſi dominus non ſeruat fidem vaſallo, vaſallus ſimiliter non tenetur ſeruare iuramentum fidelitatis. Iaſ. in l. cum proponas, la 2. C. nume. 6. de pactis. nam mutua eſt obligatio inter ſuperiorem & ſubditos. glo. Pari. 5. titu. pri. §. pri. nume. 65. Vnde ſicut ſubditus tenetur prælato, ita prælatus ſubdito. capi. licet. cum ibi nota. de regulari. nam ſi prælatus non ſeruat reuerentiam ſubdito, nec ſubditus tenetur ei ſeruare. glo. 2. in capitu. cum beatus. 45. diſtinctio. quia fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ſeruari ab eo, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat. cap. fruſtra. & ibi glo. de regu. iuris. in 6. & Aloar. hic nume. 6. & ſic dominus debet auxiliari vaſallo, quemadmodum & vaſallus domino. Alexan. in conſi. 15. nume. 5. 5. volu. & ſicut vaſallus tenetur domino ad iſta ſex, ita dominus vaſallo. Ampliat, & limitat pluribus modis glo. Pari. 5. nume. 10. vſque ad 25. titu. primo. §. 2. Item non haberet locum, ſi obſtarent pacta, vel coſuetudines. Iacobi. in ver. & promiſerũt. quęſ. 23. numero. 29. & ſi fuit requiſitus vaſallus, aliàs non tenetur offerre. Affict. hic in 8. nota. Rurſus habet locum in caſibus expreſſis, in alijs nõ. Cap. in c. Imperialem. in glo. pri. circa finem. ibi additiones. de prohi. feud. aliena. per Fre. ſicut vaſallus domino, ita dominus licet non iuret tamen reddit vicem vaſallo, in obſeruando ei abſque iuramento, id ad quod vaſallus eſt obligatus per iuramẽtum. Aluar. hic numero ſeptimo, circa medium. Vltimò, quod non includitur in iſtis capitulis, non debetur. Bald. in dicto conſi. 404. poſt numerum 4. 5. volum.

30 Nota, quòd iuratur aliquando pro pace: quandoque in deteſtationem perfidiæ, ad ſe purgandum, vt magis obligetur pro ſecuritate in caſu pręſumptæ dilapidationis, ad ſupplendum teſtium defectus: & per illos quibus adminiſtratio Eccleſię committitur. ca. nullus. & ibi glo. de iureiuran. cap. fin. & ibi Abb. vlti. nota. & cap. quotiens. de purga. cano. & ille cui feudum datur vt hic.

Inde iuramentum repetitur in triplici ſpecie: nam aliud eſt obedientiæ, & iſtud præſtant ſuffraganei Patriarchæ. cap. antequam. ibi notat. de priuileg. Aliud aſſicurationis, & ad hoc tenentur domeſtici & familiares, qui feudo ſucceſſuri eſſent. ſupra titu. præced. Cap. in ver. feudorum aſſicurationes. poſt princip. Tertium eſt fidelitatis, de quo hic: & dicitur à fide quaſi, fac & dic: nam vaſallus in factis & dictis debet eſſe fidelis domino. Capu. in ver. feudatariorum fidelitas. in princ. in opere & ſermone. Odoffr. in Sum. In quibus teneatur vaſal. ſeruire domino. Iuramentum quod præſtat vaſallus Eccleſiæ prælato, durat per totam vitam vaſalli. Zabarel. in clement. vni. §. cæterum. in ver. porro. in 13. nota. numero 11. de iureiura. & ſi iurauit Epiſcopo, non tenetur iurare ſucceſſori: nam ex parte eius, cui iuratur, eſt in rem; licet ex parte iurantis, ſit perſonale. Præpoſi. ſupra, Qui ſucce. tenea. lo pri. numero ſexto. In iſtis iurat ſucceſſor de nouo, etiam quòd anteceſſor iurauerit fidelitatem pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis. Iaſ. in l. 3. numero 42. de iure emphiteo. nec releuatur ex iuramento vel fidelitate prædeceſſoris. gloſ. 4. Pariſi. titul. pri. §. 2. numero 55. & minorem virtutem, ideſt intelligentiam, habet iuramentum filij quàm patris. l. ſi contigerit. & ibi glo. qualiter quis ſe defendere debet in Longobar. ſi vaſallus requiſitus vt præſtet iuramentum fidelitatis recuſat, amittit bona feudalia, quæ ab eo tenet. Afflict. in dicta deci. 265. poſt numerũ 46. Papa non recipit iuramentum à vaſallis ante coronationem. Archidiaco. in capitu. in nomine domini. columna fin. circa princip. vigeſimatertia diſtinct.

31 Secundò nota, quod fides eſt ſeruanda principibus. Idem Archidiac. in cap. Regum. 23. quæſt. 5. Iuramentum fidelitatis quid importet. Odoffred. in Sum. quid in fidelitate continetur. & quod teneatur vaſallus in multis famulari domino. in conſi. feud. diuer. pri. numero 53. & in non faciendo committitur delictum. Paul. de Caſt. in conſil.
28 371. numero quarto, 2. volum. nam feudum continet quædam pręcepta affirmatiua, vt ſeruire: alia negatiua vt non lædere, non reuelare ſecreta, & ſimilia. Cam. in cap. Imperialem. car. 35. colum. pri. poſt medium. & car. 40. column. 4. circa medi. Intellige prædicta, ſi vaſallus poſſidet: nam tunc tenetur ad clientale obſequium. glo. 3. Pariſi. poſt numero 4. titu. 1. §. 55. & tenetur ad iſta ſex, niſi ſit feudum franchum. addi. ad dicta Summ. Odoffre. Quid in fideli. conti. in ver. ſex. Forma iuramenti Principum ſecularium, Epiſcoporum, Abbatum, & aliorum beneficiatorum. Zabarel. remiſſiue in clemen. vni. in ver. nos itaque. num. 12. de iureiurand. Vltimo nota, quòd epiſtola Imperatoris facit ius, quo ad omnes. Simil. in conſ. feud. diuer. pri. numero 116. Ita hic ex literis Philiberti, quas placuit ſcribere. l. prim. C. de feriis. & inſeruntur, cognouimus, vt in ſimili. l. quamuis. la pri. C. de adulteriis.

33 Quid importet iuramentum fidelitatis? quod proſequendo Iſern. dicit, quod ſub verbo, Incolume, tenetur vaſallus non ſolum non offendere dominum, ſed procurare, ne ab alio offendatur: qui enim obligat ſe ad aliquid non faciendum, tenetur ad duo ad non faciendum, & ad curandum ne fiat. Adeo quod pro obſeruantia iuramenti, non ſufficit non eſſe in conſilio, vel in facto, vt vitam, vel membrum perdat: ſed oportet quod vbicumque ſenſerit dominum periclitãtem, teneatur occurrere, ad cohibendas inſidias. Nam facere quis dicitur lingua, ſicut & manibus. Ita permittendo, ſicut & faciẽdo. Lucas in l. iudicibus. circa medium. & poſt. C. de curſu publico. & tenetur defendere etiam contra patrem, fratrem & filium. Aluar. hic nume. 9. & Præpoſi. colum. 2. circa finem. ſed non contra Imperatorem, qui in quolibet iuramento cenſetur exceptus. §. fin. de prohib. feud. aliena. per Fre. & iuramentum in præiudicium Regis non tenet. Innocen. in cap. cum contingat. de iureiuran. nec contra antiquiorem dominum, §. fin. hic finitur lex. & ſi contra alios exceptis prædictis tenetur defendere: multo magis contra ſeipſum. glo. fina. in capitu. nulli. decimanona diſtinct. quia qui alium facientem ex officio prohibere neceſſe habuit, ipſe committere non debuit. leg. alius. ff. ſi ſeruitus vendicetur. & debet id præſtare in ſua perſona, quod in aliorum. leg. ſi negocia. & ibi glo.

glo.fin. ff.mandati. & quod præſtat in alterius perſona, debet præſtare & in ſua. glo. ſecunda.in l. ſi ita, legatum. ff. famil. erciſcund. & ita arguit glo.in l.frater a fratre.in verb.oportet.ff.de condic.in debit. & dixi in titu.ſequen. Sed Iſern.hic tenet contrarium, quòd non teneatur defendere contra ſeipſum, nec contra patriam. Aluarot. infra titu.ſequent.column. 5.circa finem.& 6.Et quod eſt dictum in patria, ſequitur Lucas in l.in filijs.colum. 2.circa princip.C. de decurioni. Cap.in verſi.feudorum exceptiones.in princ. & merito, quia quilibet dicitur pars patriæ: vnde Seneca. 2. de ira.dicebat nefas eſſe nocere patriæ. refert Iſer.in §.præterea ſi vaſallus.poſt nume. 9. quæ ſit prim.cauſ. benef. amitt.cuius dicitur membrum.l. 2.C.de appari. Proconſul. & leg. & naſcimur reipublicę.l. pri.in verſi.reipublicæ.ff.de ventre in poſſe.mitte. patria licet tenuis eſt potius iuuanda, quàm ſpolianda.glo.in cap.nulli 16.quæſtio.prim.eſſet impium eam relinquere.l.vnic.C.ſi curial.relicta ciui. ſed debet quis voce libera illius comoditates defendere.l. quinque.C.de decurionibus.lib. 10. Hinc non deſunt quandoque aliqui, qui pecuniã ſuam dant in vtilitatem patriæ. l. ſed & reprobari. & ibi glo.in verſic.exiſtimo. ff.de excuſat.turor.& quòd plus tenentur patrię quàm liberis.l.minime. ff. de relig.& ſumpt. iunc. & illi debetur fidelitas. Bald.infra titu.proxim.num. 2. in fi.Tamen videtur poſſe concordari, quòd poſſit facere guerram, reſiſtendo, ſed non promouendo. Bald. in conſil. 311.in prin.3.volum. nam appellatione hominis, venit vniuerſitas. Præpoſit.infra.tit. ſequen. num. prim. poſt medium. licet ſit perſona ficta. Pan.de Caſt.in conſi.284.nume.4. circa finem.primo volumine. & corpus non habeat verum ſed fictum. in conſi.feud.diuer. 22.poſt num.7.& procedit, ſi eſt vaſallus, ratione feudi, ſecus ſi ratione iuriſdictionis, Caſſan.in conſuet. Burgun.rub. 3.§.2.iai, fayre homage.num. 3. venit inſuper ſub dicto ver. Incolume. Quod vaſallus non poſſit accuſare dominum, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur. Iſern.hic, nec ferre teſtimonium in cauſa criminali. l. qui cum natu maior. §. ſed ſi.ff.de bonis libert.§.ſimiliter.de conſuet. recti feud.cap.teſtes. 4.quæſtio.2.& 3.alias perdit feudum, ſicut ſi fide iuberet pro delatore. Afflict. in §.ſed & qui delator.nume. 9. & 10.quæ ſit prim.cau.benef.amitt. aduocare tamen poſſet, maxime ſi nõ haberet feudum.in ſimi.gl.prim. in cap.prim. de poſtulando. & ſi habet cum hac conditione, qui oppoſuit vult eam exiſtere.l.1.in gloſſ. fin. in fi. C.de condi.inſertis.etiam quòd ſit modicum.Et quamuis videatur abſurdum pro modico feudo non poſſe patrocinari, imputet ſibi, quia non mediocriter errat, qui minus bonum præfert.glo.in cap. ſic veut. 16. quæſtio.prim.& ſi vaſallus promiſit iuuare dominum contra omnem perſonam.Alexand.in conſi. 235.nume.6.6.volum.intelligitur de perſona proprie, & non de impropria, prout eſt ciuitas vel caſtrum.idem Alex.in conſi.17. poſt nu.6.eo.volu. Bal.& ibi multa Barb.in §.conuenticulas.nu. 2.de pace iura.firma.

34 Tutum.) Puta iurauit domino, deinde dominus aliquod ſecretum ſibi reuelauit, & mandat teneri ſecretum: ſi ille reuelat, incidit in periurium. Lucas in rub.de ſilentiariis.colum. prim.in fi.& 2. in princ. & punitur pœna mortis.l. omne.§.exploratores. ff. de re milita. quia non debuit frangere fidem, ſed agere pœnitentiam.capit. duo pueri.in verſi. legitime.de deſponſa. impube.& punitur etiam quod reuelet ſecretum amico. Paris.de ſyndica.in verſi.de exceſſi. Conſilia. num.2.Et augetur vitium proditionis ex perſona prodentis, vt ſi eſt ſacerdos, & ex modo proditionis, ſi erat ſecretum. Archidiac.in capit.clericus.in fin.46.diſtinc. & creſcit magis perfidiæ crimen, ſi depoſuit, ſine neceſſitate. in ſimil. in l. prim. §. primo . circa finem. ff.depoſiti. Vltra quòd fidem perdit, qui denudat arcana amici. Eccleſiaſticus. 27. intellige, ſi reuelatio infert damnum, alias non. Bald. quibus modis feud.amit. lo ſecundo.num.pri. & aſſerenti non feciſſe in damnum domini, incumbit onus probandi.Cap. in verſi.feuda amittuntur. ibi decimoſeptimo : puta ſi celebrando facta domini reuelauit ſecreta.Cap.in verſi.ſequen.& pro limitatione facit quod dicit Loffred. in conſi. 50.nume. 69.poſt prin.prædicta procedunt quando reuelatio fit contra dominum, ſecus ſi reuelat coniurationem contra eum factam, quia tunc præmiatur. l.quiſquis.§.fin. C. ad leg. Iul.maieſtat.& punitur ſi non reuelat, & ſi poteſt debet curare ne illa fiat Alexand. in conſi. 13.num.9. & 19.6.volum. Iaco. in verſi.qui quidem inueſtiti, num. 17. aliàs celare eſt aliquid facere. Ioan. And. in cap.2.nume. 3.de rebus eccle. non alienand.in 6. & reuelabit, ſi poteſt probare.gloſ. penultim.in fin.in cap.ſi quis Papa. 79.diſtinct.aliàs melius eſt tacere quam deficere in probationibus. Innocen.in capit.3.de eo qui cogno.conſanguin. vxoris ſuæ. & qui non poteſt probare, non tenetur nunciare. Zaba.in clem. 2.in verſicu, notarij.in 3.notab. de hæreticis, quia tunc non deficit ius ſed probatio iuris.cap.cum dilecti. in gloſſ. fin. de accuſatio. & boni viri tacent quod probare non poſſunt. Siculus poſt Andreã Barba.in conſi.55.nume.4.inter conci.Alexan.4. volum.dicuntur autem ſecreta, quæ vulgus ignorat. Bald.in §.credentias.nume.prim.de pace Conſtant. Quid ſi reuelatur in damnum vniuerſitatis, vel particularium, exhibendo inſtrumentum. Bal. ibi nume. 2. l. ſi quis aliquid, la ſecunda.ff.de pœnis. l. ſi quis teſtamentum.§. ſed & ſi. vbi Bald.ad leg. Aquil.l.4.ff.ad leg.Iulia. maieſta.reuelatio autem ſcrutantis arcana. l. mercatores. C. de commer.& merca.fi, ſecundum Iſern. hic, ſigno, nuncio, vel per epiſtolam. Gram.in deciſio.6. Deci.in conſi.604.poſt nume.prim. quinto volumin.nam per nuntium vel epiſtolam videtur loqui. Archid. in capit.cum excommunicato. 11. quæſtio. 3.Zaba.in clemen. fina. in ſecundo notab.circa finem. princ.poſt num. 3.de ſenten. excommunic.idem ſi inuitauit per literas vel nuntium, ſuadendo aduentum, & celando exploratores.l. 3.& ibi glo.de maleſic.& public.crim. in Longobard.ſi facit ſignum vel indicium hoſtibus, tenetur lege Iulia maieſtatis. Alberic. in rub. & in l.prim.nume.3.ff.ad leg. Iuli.maieſtat. vir ergo bonus fidem facit proximo ſuo. Eccleſiaſticus. 29. cum Regis concilium ſcire ſulos grauiſſimos dicit Lucas in l. proximos. in princip. C. de proxi. ſacro. ſcrin. compellitur accuſare, & non dubitet ſi teſtibus probare poterit. Archidiac.in cap.quiſquis.prim.quæſtio.prim. nõ prodat quaſi malitioſe publicet, vt infamet, & non corrigat.idem Archid. in capit. ſententia. 2. quæſtio. 7. Quid ſi dominus dixit vaſallo, in ſecreto,

quòd

quòd vult occidere Tirium, quid faciet? nam ſi reuelat eſt periurus, ſi non reuelat, eſt homicida: quia potuit liberare ab intentu, & non liberauit. Lucas in dicta rubric. C. de ſilentia, colum. 2. circa princ. Iſern. hic dicit, quòd debet perſuadere domino ne faciat, & Titio dicere, frater ſcias quòd quidam te, vult occidere: non tamen nominando aliquem. capi. nerui. in verſi. a tranſgreſſionis contagione. circa finem, 13. diſtinctio. & in eo quod per ſe non conſequitur, dicitur impedire alium, capit. in glo. fin. de præbemus. in 6. hoc modo non efficitur irregularis, ſi ſcit tractatum homicidij, & non reuelauit. Innocen. in capit. Petrus. de homicidio. & ſacerdos requiſitus pro Euchariſtia a criminoſo, tenetur ſubminiſtrare, etiam quod ſciat criminoſum, ſi non poteſt probare. Archid. in cap. præsbyter. in fin. 15. quæſt. 5. & dominus ſi occulte peccauit, an vaſallus poterit denunciare. idem Archid. in d. c. de forma, 22. quæſt. 5. Quid in vxore, an teneatur reuelare maritum rebellem. Caſſa. in conſuetu. Burg. rub. 4. §. 6. ibi, apres, poſt nume. 11.

Honeſtum. Importat, quòd vaſallus debet eſſe honeſtus, cum vxore, nuru, & filia domini: & etiam concubina. §. item ſi fidelis. vbi late. Quibus
35 modis feud. amit. Afflict. hic in quarto nota, quid ſi concumberet, vel aliam rem inhoneſtam fecerit cum pediſſequa. Afflict. in §. ſed quia. numer. 21. quæ ſit prima cauſ. benef. amit. Cap. in verſic. feuda amittuntur. colum. vndecima. circ. medium, Iacobi. in verſi. dictique vaſalli. nume. 19. circa finem. & in verſicu. qui quidem inueſtiti. nume. 20. Curt. in tract. feud. in 4. parte princip. ibi, ſecundo quæro. nume. 22. Aluaro. & Præpoſitus, in dicto. §. Item ſi fidelis. nume. 13. & poſt nume. 6. & Iſer. hic tenet, quod non amittat feudum: eſſet tamen periurus, nam qui cum mea ſorore habitant, non ſunt ſorores meæ. capit. legitur. 81. diſtinct. capit. prim. in verſic. in illis. de cohabit. clerico. & mul. & ſi fuiſſet alibi quàm in domo domini, illa non poſſet accuſare, & condemnatus non efficeretur infamis: grauaretur tamen opinio. l. & ſi libidine. & l. quæ adulterium. Cod. de adulterijs. licet periuri ſint infames, & non poſſint regere eccleſias. capit. querelam. de iureiurand. quia tamen debuit portare honorem familiæ domini. Afflict. in §. rurſus. nume. 3. in fine. dicto titu. quæ ſit prima cauſa. benefic. amit. & non portauit, eſt periurus, quia periurium eſt tranſgreſſio iuramenti. Lucas in l. quotiens. col. 3. in pri. C. de dig. & ratione periurij perditur feudum. Iſer. hic.

Quid ſi inuenis habens rem cum pediſſequa alicuius eam vocauit, & aperijt, ſi ingreditur, an faciat curtis rupturam. gl. fi. in l. pri. de homine in curte aliena noctis tempore inuento. in Longobard. & Præpoſi. hic nu. pri. cir. fi. Iſer. dum dicit, volendo, dic, nolendo. Ibi, de pœnitent. diſt. prim. conſideretur. dic, diſt. 5. c. conſideret. & per glo. in d. cap. de forma.

36 Vtile.) Sicut electus iurat ſuo maiori, nonnulla gloſſ. in capit. quamquam. 23. diſtinctio. ita vaſallus inter alia iurat, non eſſe in damno in bonis domini. Iſern. hic. ſed tenetur procurare illius vtilitatem, ſicut clerici ſunt aſtricti ad procurandum vtilitatem eccleſiæ. gloſſ. in extrauag. Ioan. execrabilis. in verſic. detrahitur. de præbend. & non permittere fieri damnum, quia tunc eſſet conſenſus negligentiæ vel conſilij, & agentes & conſentientes pari pœna puniuntur. capit. pri. in verſicu. par pœna. de offi. deleg.

37 Facile, poſſibile.) Va ſallus tenetur præſtare conſilium domino. Came. in capitu. Imperialem. columna decima. in cap. prim. de prohibita. feud. alienat. per Fred. & capitur conſilium multis modis. Azo in Summa, de obligat. quæ ex deli. nume. 6. per quod facile non reddatur difficile vel impoſſibile. & fit impoſſibile, ſi comode fieri non poteſt, ſi non eſt honeſtum, vel ſi non iuſte fit. gl. prim. in capit. Caſtinenſis. 61. diſtinctio. nam difficile impoſſibile dicitur. gloſſ. fin. in capit. penultimo. 64. diſtinctio. gloſſ. prim. in l. 2. ff. de his qui deiecerint, vel effu. licet aliud impoſſibile, & aliud difficile, quia quod vix fit tamen fit. glo. in capit. cum ſint. in verſicu. difficile. de decimis. in extrau. prædicta, execrabilis. in verſic. vix. & in capit. 3. in gloſſ. ſecunda. 93. diſtinctio. cap. hæc. 12. quæſtio. ſecunda. & quod vix fit, fieri tamen dubium non eſt. capit. penultim. de cognat. ſpiritu. in 6. dicitur poſſibile, ſed non facile. gl. in c. prim. in ver. facile. de hæreticis. in 6. quia quod vix fit tamen fit. Zabarell. in clemen. vnic. §. cæterum. in tertio notab. de vſuris. diuerſe, non aduerſe, difficile non impoſſibile. Innocen. in capitu. cum ſint. de decimis. Hoſtien. in Summa. de feud. ibi, apud quem. poſt princi. dicitur quandoque difficile, idest raro. Archidiaco. in capit. abſente. tertia quæſtio. 9. difficile, ſed vt dixi non impoſſibile. capitu. quicumque. vbi Archidiacon. 50. diſtinctio. & in capitu. Catinenſes. circa finem. Secundum autem phiſicos, Impoſſibile eſt ſeparare aquam vino mixtam. gloſſ. in cap. cum marthæ. §. quæſiuiſti. In verſicu. phiſici. de celebrat. miſſa. Iſto modo capitur difficile, idest impoſſibile, & econtra. l. Stichum aut Pamphilum. §. quod vulgo. in verſic. difficile. de ſolutioni. ſecus in caſibus de quibus ſupra, & in legeius qui. la ſecunda. §. fin. ff. ad municipal. & tunc exponitur difficile, idest vix. gloſſ. in cap. biduum. in verbo, difficile. 2. quæſtio. 6. alias præceptum impoſſibile non ligat. idem in citatione. Caſſan. in conſue. Burgun. rubric. 4. §. quinto. Ibi, eſdroicts, poſt num. 18. & ſic vaſallus non poteſt facere commentum, quod eſt fraus, mendarium, machinatio, inuentum, compoſitum & fictum. Archid. in capitu. benef. circa prin. pri. 96. diſtin. nec aliquid directe vel indirecte facere, per quod difficilior redditur perſecutio iurium domini. Bald. in ſimi. in conſi. 145. poſt nu. pri. 2. vol.

Sed quia non ſufficit abſtinere a malo, niſi fiat quod bonum eſt, quia ſunt negatiue concepta. gloſſ. Pariſ. tit. 2. §. 54. nume. 10. in fin. verb. obligationes. nec ſufficit bonum facere, niſi id bene fiat. gl. inſſ. in regu. ea quæ fiunt. poſt princip. de regn. iuris. in 6. ſicut non ſufficit epiſcopo ſi eſt bonus in ſe, niſi ſit etiam & ſubditis. clemen. pri. in verſic. ſubditis. de ætate & qualitat. quia malum facere videtur, qui non ſtudet ad bonum. l. qui liberos. in gloſſ. ff. de ritu nupti. & tenetur non ſolum non lædere, ſed etiam adiuuare. l. iuſtitia. in verſic. cuique. de iuſti. iure. Aluarot. hic nume. 3. ideo punitur qui non facit quod debet, ſicut is qui facit quod non debet. Archidiaco. in capitu. conſuetudo. circa medium. 16. quæſtio. 6. in in c. ſi cuſtos. 37. q. prim. quia qui non facit quod
39 debet, vt ſupra videtur facere quod non debet.

Archid.

Archid. in capitu. miles. 23. quæſtion. quinta. & ſic non ſatis eſt bene velle, niſi ſtudeat bene facere, capit. non ſatis. 86. diſtinctio. Licet nemo bene facere cogitur, ſed male agere prohibetur. capitu. ad
39 fidem. 23. quæſtio. quinta, gloſſ. fin. in capit. 2. de priuilegijs. & proce. decreta. in verſicu, lex prodigur, in capitu. ad reprimendum. de offic. ordina. ea, tacitæ. vbi glo. quarta. diſtinctio. Zabar, in clemen. fina. §. & quia, in princip. & nume. 5. de pœnis. Lucas in l. 1. columna tertia. circa medium. C. de prædijs curia, cogitur tamen ad bonum quod ſuſcepit. gloſ. in capitu. clericis, de vita & honeſtat. clericorum. multos caſus ponit Ioan. And. in capit. 2. poſt nume. prim. de hæreticis. in 6. & ita textus in capitu. ſciſmaticis. & capit. vides. 23. quæſtin. 6. capitu. nimium, in verſic. cogi. eadem cau. quæſtio. 4. Succeſſiue cogitur, ex quo ſuſcepit feudum cum illo onere; vel canones non cogunt aliquem bene facere, leges autem ſic. Lucas in l. mulieres. colũ. penultima, circa medium. C. de incolis, & ita cogitur quis ad bonum. l. hac lege, in gloſſ. ſecunda. C. de pactis. conuen. & niſi fiat quod bonum eſt, a malo abſtinere non ſufficit. clementi, cupientes. de pœnis. Ideo vaſallus ſi vult dignus videri beneficio, non ſolum debet in prædictis omnibus abſtinere, ſed præſtare auxilium & conſilium domino, Iſern. hic. & ex quo promiſit negatiue tenetur curare ne ab alio fiat. Bald. in l. non impoſſibile. in ſecunda tep. ff. de pactis. Quòd autem vaſallus nõ poſſit eſſe aduocatus contra dominum, ſicut nec clericus contra eccleſiam, dixi in capit. prim. quibus modis feud. amit. & in §. item ſi delator. quæ ſit prima cauſ. beneſ. amit. quis tenetur defendere. glo. in capit. cum ſacerdotes. de poſtula. ſucceſſiue & aduocare; nam præſtita iudicialia iudicium dic, ut l. ſi quis emptionis. §. penult. in fi. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. alià s. l. vlti. in prin. eod. aduocare contra non debet. Afflict. in d. deciſion. 265. nume. 45. cir. med.

Dominus quoque.) Nota, quòd ſeruatur æqua
40 olitas inter dominum & vaſallum. Came. in §. præterea ducatus. car. 105. columna prima. circa medium. ibi, notate. & ad paria iudicantur. Afflict. in §. in quibusdam. numer. 6. de conſuet. recti feudi, adeo quòd fidelitatem quam debet vaſallus domino, eandem debet dominus vaſallo, Iſern. hic, & ad ea omnia ad quæ tenetur vaſallus domino, ad ea etiam tenetur dominus vaſallo. & ex omnibus cauſis ex quibus vaſallus priuatur feudo, ex eiſdem priuatur dominus proprietate. cap. domino committente, vbi Bald. & Afflict. in princ. & 2. notab. ſi de feud. fuerit contro. inter domin. & agnat. capitu. prim. qualiter domi. proprie. priu. Pau. de Caſt. & Alexand. in l. adoptiuum. §. patronum. nu. 5. ff. de in ius vocat. Boeri. in deciſio. 211. numer. 3. & 11. Lucas in l. 2. colum. 3. ibi, quarto. in quibus cau. colo. & vadit ad dominum directum. gl. fin. in dicto capit. de forma. Boer. in deciſio. 304. nume. 7. in quibuſdam tamen non eſt idem in domino, quod in vaſallo. Odoffred. in Summa. vtrum dominus teneatur ſeruire vaſallo, poſt medium. nam vaſallus tenetur præſtare iuramentum fidelitatis domino, ſed non dominus vaſallo. Curti. in tract. feud. in 3. part. prim. in princ. poſt num. 16. & ſi non gerit morem nec legalitatem vaſallo, non tenetur crimine læſæ maieſtatis. Alberic. in l. prim. ff. ad leg. Iul. maieſta. nec in ſolutione debiti procedunt a pari. Fre. de Subfeud. lib. ſecundo. ibi, vigeſimanona authoritas. nume. 14. paritas debet ſeruari inter dominum & vaſallum, ſed non reſpectu iudicis. Præpoſi. in §. & eum datur. poſt pri. de conſue. recti feud. & licet dominus reddat vicem: ſtrictius tamen tenetur vaſallus domino, quàm econtra. Iſer. hic. iudicantur tamen ad patia in modo priuationis. Curt. vbi ſupra in 6. par. princ. poſt nume. 4. & 5. ad quæ tenetur Princeps ſubditis, & ſubditi domino. Caſſan. in conſuet. Burgun. rubr. prim. §. quarto, in princ. & rub. 3. §. 4. in prin. adeo quòd vaſallus poſſet dominum ita habere pro domino, ſi ille haberet vaſallum pro vaſallo. Bald. in conſi. 389. poſt numer. 5. ſecundo volumine. quia poſſit dicere, Cur te habeam vt Principem, cum tu me non habeas vt ſenatorem. gl. pri. circa princip. in regu. fruſtra. de regu. iuris, in 6. capitu. eſto. vbi etiam gloſſ. ſecunda. & in verſicu. me. 95. diſt. Lucas in l. vnic. columna ſecunda. circa medium. C. ſi curialis relicta ciui. Archid. in c. fortitudo 25. a 3. quæſtio, 3. glo. par. 4. tit. pri. §. primo. poſt nu.
41 54. nam quod qui non facit quod debet, non recipit quod oportet. Bald. in dicto cap. prim. num. 9. qualiter domi. proprie. priuetur, caſus in quibus non conueniunt dominus & vaſallus tradit Affli. tit. de cap. Corrad. in princ. nume. 10. in cap. 2. nu. prim. Quo tempore miles. Cap. in verſicu. feudorum dominia, ibi, paritas. in cap. Imperialem. in glo. pri. columna 6. ibi, additiones. de prohib. feu. aliena. per Fre. Bald. de allodijs, nume. 16. Iacobi. in verſi. qui quidem inueſtiti, nume. 16. & Aluar. hic nume. 7. circa finem. & in quibus eſt melioris conditionis. Afflict. in §. ſi a iudice. in primo nota. de conſu. recti feud. & iuramentum non eſt obligatorium, ſi iuranti non ſeruatur fides. Bald. infra tit. proxi. in fin.

Iſern. dum dicit, vt ruſtica: dic, ne ruſticani ad vllum obſequium.

De noua forma fidelitatis. Titu. VII.

SVMMARIVM.

1 *Omnia a principio, non ſufficienter promulgantur.*

2 *Conſuetudine uel ſtatuto poteſt dari alia forma, circa fidelitatis iuramentum.*

3 *Nouum intelligitur, quod ſui natura eſt tacite intellectum.*

4 *Forma, ideſt exemplum.*

AD RVBRICAM.

1 NOn omnia ſufficienter a principio promulgantur. Authen. quibus modis natu. effi. leg. in princip. ideo con
2 ſuetudine, vel ſtatuto poteſt dari alia forma, circa iuramentum fidelitatis. Præpoſit. infra in nigro in princ. nume. 4. quæ li-
3 cet dicatur noua, & diuerſitas formæ inducat diuerſitatem ſpeciei. Bald. in l. fi. circa finem. de condic. cau. data, eſt tamen de ſui natura tacite intellecta, ſicut qui ſpicam excutit nihil noui inducit, ſed velatam formam & incluſam oſtendit, idem Præpoſi. infra in textu, in pri. not. poſt num. prim.

iſto

Iſto modo,propter ſimplices, & nominis ſignificationis ignaros,textus ſequens declarauit præcedentem. & lex quandoque dicit bis idem,ad maiorem claritatem. Bald.in l.prim.§.penultum,de edilit.ædicto, & huic multa addidit clemen. vnic. de iureiurand. Et dicitur, Noua forma,ideſt nouum exemplum: nam forma exemplum dicitur. Diuus
4 Thomas prim. ad Theſſalonienſes.capit.prim.columm. 3. circa finem.Fidelitatis.] ideſt iuramenti, quod præſtat vaſallus domino, capitu. prim,quid præcedere debeat,an inueſtit.vel fidelitas.nec ſpecialis diſpoſitio dicitur ſuperflua.Abb.in capitu. ſi aduerſus.primo notab.de hæreticis. ſed vbi eſt noua cauſa, eſt nouus effectus. Bald.in l. ſi poſt datum.ff.de procuratori.

SVMMARIVM.

1 *Sum, es,eſt,importat veritatem.*
2 *Et copula,coniungit.*
3 *Alia,eſt dictio, quæ conſimilem qualitatem refert,*
4 *Nouum, & de nouo, dicitur ad differentiam antiqua,*
5 *Super,iuncta ablatiuo,modum ſignificat.*
6 *Lex moribus vtentium confirmatur.& multis temporibus obſeruata præſumitur iuſtior.*
7 *Fere,eſt temperamentum philoſoficum.*
8 *Curia, eſt locus in quo pares conueniunt, dum cognoſcunt de cauſis feudalibus.*
9 *Ego,pronomen importat induſtriam perſonæ,vnde non poteſt iurare per procuratorem.*
10 *Iuramentum præſtatur ſuper Euangelijs,teſtamento veteri,vel alia re ſacra,*
11 *Ab hac hora in antea: ideſt, ex nunc,& illa hora etiam debet eſſe fidelis, quia particula, a, includit.*
12 *Iurans perpetuo debet eſſe fidelis,ſi iuramentum, eſt præſtitum ſine præfinitione temporis.*
13 *Subditi deuoti, nunc fideles propter iuramentum fidelitatis appellantur.*
14 *Iurtmentum fidelitatis, non poteſt præſtari alteri quam domino,etiam de eius ordine.*
15 *Imperator, Rex, propria patria,excipitur a iuramento.*
16 *Recte,ideſt ſane.*
17 *Interpretatio ſermonis, nec coniectura voluntatis cadit in verbis clare ſignificantibus.*
18 *Integrum dicitur,cui nulla pars deeſt.*
19 *Perfectum, quod ex omnibus ſuis partibus conſtat,*
20 *Simplices, & ignari forenſium negotiorum,multi,*
21 *Interpretatio nunquam tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat.*
22 *Ideſt, ex poſitiue, & ponit conſequentia ſacramenti.*
23 *Nunquam, intelligitur donec quis perſeueret in vita.*
24 *Conſilium vnde, & regulariter quis non tenetur pro conſilio.Fallit in vaſallo.*
25 *Auxilium quomodo præſtatur.*
26 *Membrum quid,& quomodo capiatur.*
27 *Iniuria & contumelia differunt, tanquam genus & ſpecies.*
28 *Honor & ampliſſimæ facultate æquiperantur.*
29 *Vaſallus ſi ſcit aliquos molientes contra dominũ, debet impedire,ſi poteſt.*
30 *Quam cito, confeſtim, ſignificat vbi primum fieri poſſit.*
31 *Iuramento ſemper intelligitur poſſibilitas iurantis,*
32 *Velle, & voluntas,quid.*
33 *Vaſallus tenetur defendere dominum in bello iuſto.*
34 *Requiſitio ſit, ad conſtituendum quem in contumacia,*
35 *Vaſallus manifeſtans credentiam domini, amittit feudum.ſi ſcienter & ad damnum domini manifeſtat,cum licentia poteſt.*
36 *Vaſallus debet eſſe in conſilio & auxilio domini ne lædatur.*
37 *Iuramenti tradita forma debet ſeruari.*
38 *Nouum eſt recens.incognitum,mirabile.*
39 *Dictum a promiſſo diſtinguitur.*
40 *Iuramento intelligitur authoritas ſuperioris excepta.*
41 *Simplicium numerus infinitus.*
42 *Vir bonus,quod non poteſt probare,tacet.*
43 *Vaſallus ſi tenetur defendere dominum contra alios,fortius contra ſe.*
44 *Scire dicimur,quod certitudinaliter ſcimus.*
45 *Cõmendare,cohortare,perſuadere, permittere,& conſulere,idem ſunt.*

AD TEXTVM.

1 ESt.) Sum, es, eſt, importat veritatem
Iaſ.in l.ſciendum. num.5,de lega.prim.
Alexand.in l.ſi patroni.§.actiones. nume. 5. ad Trebellian. ſignificat tempus præteritum & præſens. l. verbum erit. de verborum ſignificationibus.& demonſtrat ſubſtantiam. Iaſ.in l.qui quartam.poſt nume. 5. dicto tit.de le-
2 gat.prim. Et.) Coniungit hæc dictio.l.ſi ita quis, de hæredib.inſtit.copulat ea quæ ſunt eiuſdem generis.Alexand.in l. quod dicitur.nume. 19.de verborum obligationib. & plures ad vnam diſpoſitionem reducit.Lucas in l.prim.colum. 3.circa fi-
3 nem,de caſtren. pecul. mili. Alia.) Conſimilium qualitatem refert.Curt.in tract.feud.in vlti.quæſtio.ſecundæ.partis prin. numer. 76. De nouo.)
4 Ad differentiam antiquæ conſuetudinis.capit.generali.de electione. in 6. ſicut in ritu Regiæ cameræ. Iura noua dicuntur, reſpectu Veterum,cum noua etiam ſint antiquiſſima. Super.] Iuncta hæc particola ablatiuo,modum ſignificat. Virg. Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hæctore multa, Fidelitatis iuramento forma.) Verborum.ſ.capit. penult.de ſententia excommunica. Inuenta.) Per operationem cognita, quæ arguit formam. Bald.
5 in conſi.237.columm.prim.in fin,tertio volomin. Et vtentiom approbata conſuetudine.] Nam lex
6 firmatur frequenti iudiciorum vſu,& longa conſuetudine approbatur.dixi ſupra in prælud. in ſecunda quæſtione,columna ſecunda,circ.finem. & multis temporibus obſeruata præſumitur iuſtior. Lucas in l.2.colum.4.circa medium,C.de quibus mune.vel præſta.nemi. liceat ſe excuſar.Quæ ho-
7 die Fere.)Quod eſt temperamentum philoſoficũ, Azo in Summa,C.de exercitoria.nume.8.in fine,
8 In omni Curia.]Quæ eſt locus,in quo pares conueniunt, dum cognoſcunt de cauſis feudalibus,

Aluarot,

Alnarot.in capit.prim.nume.prim.circa medium.
de inueſtit. in maritum facta. Videtur obtinere.)
Ideſt teneri & obſeruari. Gramma.in verſic.obti-
neo. Hæc ſcilicet, Ego Titius.) Quod pronomen
importat induſtriam perſonæ: vnde non poteſt iu
rare per procuratorem vel nuntium. Bald.in l.pri.
nume.45. de rerum diuiſio. niſi vniuerſitas. addi.
ad Odoffre.in Summa: vnde dicatur feudum. Al-
uarot.in §. ſed vtrum. colum.ſecunda.in fine. per
quos fiat inueſtitu. ſine ſpeciali mandato non po-
teſt etiam ſyndicus. Archidiac.in capit.tibi domi
no.circa princip.63.diſtinctio.videtur ſecundum
iſta iura præſtari fidelitatem per procuratorem
ſpeciale mandatum habentem: ſecus in Francia,
nam non ſufficit etiam quòd habeat ſingulare mã
datum, niſi ex cauſa iuſti & rationabilis impedi-
menti. Et ratio eſt, quia quæ ſunt dignitatis & ho
noris, q̃ de ſui natura ſunt perſonalia nõ poſſunt
per alium expediri, niſi in caſu neceſſitatis: Vnde
homagium requirit corporalẽ præſentiam. Quod
autem dicatur legitimum impedimentum, & qđ
debeat exprimi in mandato.gloſſ.Pariſ titu.prim.
§ 49.per tot.Præpoſitus.in §.ſed verum.poſt prin
cip.per quos fiat inueſtitu.alibi liberatur quis per
alium iurando. Archid.in capit. ſi. circa medium.
82.diſtinctio.glo.Pariſ.5.poſt nume.16.tit.prim.
§.ſecundo.addit.ad Odoffred.in Summa.quid in
fideli enuti, Iuro ſuper hæc ſancta Dei Euange-
20 lia.) Et ſic præſtatur hoc iuramentum ſuper Euã
gelijs, teſtamento Veteri vel alia re ſancta. Præ-
poſit. hic, nume.prim.poſt medium.Quod ab hac
21 hora in antea.) capit.cum clerici.de verborum ſi-
gnificationib. ideſt ex nunc in antea. Zabar.in cle
men.ſecunda.in princ. nume.prim.circa finem.de
hæreticis. & in illa etiam hora ero fidelis. Bald.in
conſi.457.poſt num. 3.primo volumine. quia di-
ctio, A, includit, licet quandoque excludit, ẽt ca-
ſus in quibus dies illa includitur. Zaba. in clemen.
ſicut.numer.3. de appellation. Vſque ad vltimum
diem vitæ meæ.) Iſta verba ſecundum Iſern. ſunt
ſuperflua, & ponuntur propter ſimplices: nam e-
tiam ſi non dicantur, debet iurans perpetuo eſſe
22 fidelis, poſtquam iuramentum eſt præſtitum ſine
præfinitione temporis. Præpoſit.hic in princ.Ero
23 fidelis.) Ideſt ſubditus, nam ſubditos deuotos Im
peratores appellabant.glo.prim.in l.2.C.de com-
mer.& merca.l.fin.de offi.Quæſt.l.fi.de offi.mag.
offic. quia ſoluendo, eorum deuotionem oſten-
dunt.l.infra.C.de ann.& tribu.l.2.in glo.fin.C.de
alluuio.& palu. ſicut in debitoribus priuatis.l.vlti.
C.de duobus reis. & non ſoluendo, eorum inde-
uotio, per militare auxilium coercetur. l. prim.in
fi.de penu lega.l. prim.de præfect. Auguſt.noſtri
Reges appellant fideles, propter iuramentum fi-
delitatis eis præſtitum. Lucas in l.deuotum.circa
princip.C.de metatis.licet fideliſſimos milites ap-
pellet iuriſconſultus in l. prim.ff.de milita. teſta-
men. & ſic fidelis, ideſt ſubditus. Pau. de Caſt. in
conſi.164.colum.fin.circa princip.ſecundo volu-
min. Tibi Caio domino meo.) Nam iuramentum
fidelitatis requirit certa ſua & propria relatiua &
perſonalia ſeruitia vaſalli iurantis, & eius cui iura-
tur. Ideo non poſſunt cadere in aliam perſonam.
24 gloſſ.Pariſ.tit.2.§.62.nume.95.in princ.nec poſ-
ſet dominus cogere vaſallum inuitum alteri iura-
re fidelitatem. Alexand. in l.ſi non ſortem §.liber
tus.num.11.de condict. indeb. & in l.2.in princi.

nume. 29. vbi Barto.num. 14.ſoluto matrimoni.
ſicut non poſſet Epiſcopus cogere aliquem reci-
pere ordines ab alio, quam ab ipſo. Archid. in ca.
multus.in princ.9.quæſtio. 2.tenetur tamen pro-
curare vaſallos ſuos iurare illi, cui ipſe iurauit. Af-
flict.in deciſio.265.poſt num.47.Contra omnem
15 hominem, excepto Imperature vel Rege.) Et ſic
Imperator in omni ſacramento fidelitatis debet
excipi, & Rex a quo tenebat feudum, Papa, ſupe-
rior iurantis, & propria patria. Odoffred. in Sum-
ma, quid in fidelitate continetur. & ibi additio.in
verſi.Imperator.& Præpoſit. hic in princ.& colũ.
3.poſt princ. & §.fin. in fin.de prohib.feud.alien.
per Freder. Quod verbum.) Dictum a verberatu
aeris. & eſt pars orationis, cum temporibus & mo
dis & ſignificatione actionis vel paſſionis. Azo in
Summa. C. de verborum ſignificationib.numer.
prim. Si recte.] Ideſt ſane. Præpoſ. hic circa princ.
16 inde recte loquitur, qui prius obediendo fecerit,
quæ loquendo admonet eſſe facienda. Grego.in
homelia ſuper Marc.c.7.lectione 9.in 11.Domi-
nic.poſt Pentecoſten.Intelligatur.] Nulla quidem
17 indiget adiectione, nam non cadit interpretatio
ſermonis, nec coniectura voluntatis in verbis cla-
re ſignificantibus. in conſi. feud.diuer. 30.nume.
30.nume. 5.Sed integram.] quia nulla pars deeſt.
18 Bald. in conſi.88.poſt num.prim. primo volum.
19 Et perfectam.] Ex quo conſtat ex omnibus ſuis
partibus.l.prim.ff.de orig.iuris, & nihil adduci po
teſt. Lucas in rub.C. de præfectiſſimatus digni. In
20 ſe continet fidelitatem: ſed propter ſimplices.)
Quorum infinitus eſt numerus. Eccleſiaſtes.c.pr.
Lucas in l.nemo.poſt princ. C.de re mili. Et nomi
nis ſignificationis ignaros.] Vel ignaros foren-
ſium negociorum, cum iſto modo & alijs multis
dicantur ſimplices. Archid. in cap.2. 19. diſtinct.
& in cap. ſancta. 1.quæſtio.7. Zabar.in clemen. 2.
in princ.poſt num. 5.in ſecundo notab. de pœnit.
& remiſſio.non ſcientes ſignificationem vocabu-
lorum. Bald.hic, num. 4.& Afflict.nume. 10.cau-
ſam in ſimplicitate confundunt. §.prim. Auth.de
nuptijs.cum ſit prouidendum, ne ſimplices deci-
piuntur. Zabar.in clemen.prim.in 7. notab.de re-
ligio.domi.& in clemen.ſecunda.in prin.in ſecun-
do not.de pœnit.& remiſſio. & ſunt magis doctri
nabiles, quam veterani.l. præcipiunt. vbi Bald.de
edilitio. ædicto. Ad illius verbi interpretationem
hoc adduci ſolet.] Et aptam ſignificationem.l.pri.
in verſi.interpretationem. de orig. iuris. Licet in-
21 terpretatio nuſquam tantum valet, vt melior ſen
ſus exiſtat.l. 3. C. de liber. præterit. Ideſt.] Ponitur
22 expoſitiue, licet aliter in l. penultim.in glo. prim.
de annuis legat. & per verba quæ ſequuntur, Ego
iuro.] Videtur quod non ſiat de ſacramento, ſed
conſequentia ſacramenti.glo.in ſimili in l.prim.in
verſi.eſſe debemus. ſi actor Regis res Regias per
frau. aliena.in Longobard. & non refert an loqua
tur in prima vel in tertia perſona, ſicut, Ego Ti-
tius do in feudum, vel Titius dat in feudum. Præ-
poſi.in §.fina. in fin.qui feud.dare poſſunt. Quod
23 nunquam.] Ideſt, donec perſeuerauerim in vita.
Archid.in cap. ſi qua. 28. diſtinct. Scienter ero in
24 conſilio.] Quod dicitur quaſi coaſidium, ex quo
importat collationem inter plures habitam. Plu-
res enim conſident, & ſimul ſedent ad conferen-
dum & examinandum negotium. Iſern.in ca. pri.
poſt nume.8.hic finitur lex.huiuſmodi concilium
& fauor

& fauor dicunt ad delictum,clemen. vnic,in verſi.
conſiliarios,de foro competen.in huius modi con
tra dominum non veniat anima eius. Geneſit.ca-
pitu. 49. nam licet regulariter quis non teneatur
ex conſilio, fallit in vaſallo. Afflict. hic in 12.not.
poſt nume. 11. & tenetur etiam quòd eſſet omni-
no facturus. Idem Afflict. in §. præterea. num. 17.
quæ ſit prima cauſ.benefic.amit. Vel auxilio.] Per
25 mittendo offendētem extrahere arma, vel ponen
do gladium in manu, ſeu ſi potuit prohibere ne
offendat, non prohibuit. Iſer. in dicto §. præterea.
nume. 8. Vel in facto, quod tu amittas vitam.] Na
turalem, ſcilicet, cum ſit triplex. Lucas in l. 2. co-
lumn. 3. circa princ. C. de dignita. Vel membrum
26 aliquod.] Quid ſit, & qualiter capiatur. Præpoſi.
hic num. prim. in prin. & Bald. nume. 5. Caſſan. in
conſue. Burgund. rub. pri. §. quinto. Ioi, ov mula-
tion. nume. 2. Vel quòd tu recipias in perſona, ali
quam læſionem.] Nam læſionis tres ſunt gradus,
magnæ, enormis, & enormiſſimæ. Pau. de Caſtr.
in conſi. 255. col. 2. circa med. 2. vol. Vel iniuriam
vel contumeliā.) Iniuria & contumelia differunt,
27 tanquàm genus & ſpecies, quia iniuria dr̄ omne
quod non iure ſit, contumelia proprie & in ſpe-
cie, pro iniuria illata. Præpoſit. hic poſt nume. pri.
& Aluarot. column. ſecunda. poſt princip. Azo in
Summa. C. de iniurijs, vbi etiam quid conuicium.
poſt nume. 3. Vel quod tu amittas aliquem hono
rem.) Nam honor & ampliſſimæ facultates æqui-
28 perantur. Lucas in cap. mulieres. colum. ſecunda.
poſt princ. C. de dignita. Quem nunc habes, & in
antea habebis; & ſi ſciuero, vel audiero de aliquo
qui velit aliquid iſtorum contra te facere, vt non
fiat impedimentum præſtabo.) Et ſic vaſallus ſi
29 ſcit aliquos molientes contra dominum, debet
diſturbare ſi potuit. l. 2. & 3. de noxali, alioquin a-
mittit feudum. §. præterea ſi vaſallus. Quæ ſit pri-
ma cauſ.benefic. amit. ſucceſſiue tenetur ex ſola
ſcientia. l. prim. §. occiſorum. in verſicu. conſcij. ff.
ad Syllania. nam non ſufficit vaſallo quod ipſe nō
ſit inimicus, niſi ſtudeat etiam alijs inimicitias ex
tinguere. glo. fin. in capit. iniuſtum. 11. quæſtio. 3.
& non ſolum non facere, ſed curare ne fiat. dicto
capit. de forma. in verſi. conſilium. 22. quæſtio. 5.
adeo quod tenetur de facto etiam amicorum, pu-
pillorum, & adultorum. Iacob. de Ardizo. in Sum
ma. Vtrum vaſa. tenea. ſolum adiurare domin. &
an de facto, & c. Et ſi impedimentum præſtare ne
30 qui vero, quàm cito potero tibi nunciabo.) Con-
feſtim: vbi primum potero, dummodo annale tem
pus non excedat. Azo in ſimi. in Summa. C. qui pe
tant tutores. circa princ. l. 2. §. confeſtim. ff. ad Ter
tulia. cum quodam temporis ſpatio minimo vel
maximo. l. ratum. ff. de ſolutioni. Et contra eum
prout potero.] Nam in iuramento ſemper intelli-
31 gitur poſſibilitas iurantis. Præpoſit. hic, colum. ſe
cunda. poſt medium. Auxilium meum tibi præſta-
bo.) Quia non ſufficit a malo abſtinere, niſi fiat
quod bonum eſt. Fre. de Subfeud. lib. primo. de o-
rigine Baro. Ibi, fuit dubitatum. numer. 11. Et ſi
contigerit, te rem aliquam quam habes, vel habe-
bis iniuſte.) Ideſt iniuria. l. prim. in verſic. iniuria.
de operis noui nunciatio. Vel fortuito caſu.] Qui
vero bonæ fidei obeſſe non debet. Pariſ. de ſyndic.
in ver. familiaris ſine familia poteſtatis. capitu. 5.
nume. 25. Amittere, eam recuperare.) Quod im-
portat quod in accipientem non ſit tráslatum do-
minium. Caſſan. in conſue. Burgund. rubr. 4. §. 18.
poſt princ. Iuuabo, & recuperatam in omni tem-
pore.) Alibi in omne æuum. cap. Imperiales. circa
medium. de prohib. feud. alienat. per Lothar. Re-
tinere.) Vel tenere, quod importat dominium.
Caſſan. vbi ſupra. Et ſi, ſciuero te velle.) Voluntas
32 quid & velle vnde, & quid cupiditas. Archidiac.
in capitu. matrimonium. 27. quæſt. 2. Iuſte.) Nam
33 in bello iniuſto, non tenetur defendere. capit. pri.
in princ. hic finitur lex. & glo. hic in verſicu. iuſte.
Aliquem offendere, inde.) Deinde, exinde, quæ
idem ſunt. Grammat. in verſic. inde. Generaliter
34 vel ſpecialiter fuero requiſitus.] Et ſit ad conſti-
tuendum quem in cōtumacia, & ſufficit requiſitio
vna ſi profertur in ſingulari: aliàs trina requiritur.
Zaba. in cle. pr. in 2. 3. & 4. notab. & nume. 23. de
decimis. Meum ſicut potero, præſtabo auxilium,
& ſi aliquid mihi de ſecreto manifeſtaueris, illud
ſine tua licentia nemini pandam.) Et ſic cum licē-
tia poſſit. Præpoſit. hic poſt num. 2. ſed vt priue-
35 tur feudo requiruntur tria. Cur. in tracta. feud. in
4. par. prim. 37. cau. num. 76. Aluarot. in prim. nu-
me. 2. 4. & 6. ſupra quibus modis feud. amit. lo ſe-
cundo, vel quòd ſcienter & ad damnum domini.
idem Aluarot. hic, columna ſecunda. circa finem.
quod dicatur ſecretum. Archid. in capit. prim. 15.
quæſtio. quinta. & vnde dicatur. Ioan. And. in cap.
vbi periculum. poſt numer. 4. de electio. in 6. Vel
per quod pandatur faciam.] Scilicet, per ſigna,
ſcriptum, vel alio modo. Præpoſit. hic poſt nume.
prim. vnde ſi munitiones cedit hoſtibus, literas,
nuncium, vel aliquod ſignum mittit, incidit in cri-
men læſæ maieſtatis. dicto cap. de forma. in verſi.
munitionibus. Iacobi. in verſicu. dictique vaſalli.
poſt nume. 41. & Aluarot. hic. colum. ſecunda. in
fin. Et ſi conſilium mihi ſuper aliquo facto poſtu
laueris, illud tibi dabo conſilium, quod mihi vide
bitur magis expediens.] Et ſic quando domi-
nus petit conſilium a vaſallo, dabit fidele, ſicut vi
derit expedire. Iſern. hic in verſic. & ſi conſilium.
36 Nam per omnes & in omnib. cū ſit ſeruanda fi-
des, potiſſime tenentur ſeruare qui dant conſilia.
proinde conſiliarij Principis & ciuitatum, iurant
fideliter conſulere. Lucas in l. prim. poſt princip.
C. de ſilentiariis. & tamen ſi eſt miles, non tene-
tur ire cum armis in eius ſeruitio, nec aduocatus
pro eo aduocare, niſi ex pacto. Innocen. in cap. ſi-
cut. numer. 2. de iureiurand. Et nunquam.] Nullo
tempore. Grammat. in verſic. nunquam. Ex perſo-
na mea.] Vel filij, quem teneretur ducere ad ſa-
tisfaciendum. §. inſuper. de prohib. feud. aliena. per
Fre. Aliquid faciam ſcienter. Secus ſi ignoranter,
vel bono zelo. quia tunc nec dicetur proditor.
cap. prim. cum duobus ſequen. & cap. non oſcula-
tur. quinta quæſtione. 5. Quod pertineat ad tuam
vel tuorum.] L. lex Cornelia. ff. de iniur. nam facta
vni, cenſetur facta omnib. de domo. Dec. in con-
ſi. 686. num. 17. iniuriam vel contumeliam.] Quæ
idem ſunt, nam contumelia proprie dicitur iniu-
ria. Aluar. in §. ſi quis aliquem. col. 2. poſt med. de
pace tenend.

Declarato textu, eius deciſio impugnatur ex
pluribus. Et primo, non debet induci nouitas in
exactione homagij & fidelitatis. Specul. in titu. de
feudis. §. ſecundo. nume. 70. & noua iuramenta ex
torta contra antiquam conſuetudinem, intelli-
guntur per impreſſionem præſtita. Aluaro. ſupra,
titu.

tit.præced.num.10. & in cap.prim.num.2. Qualiter vaſa.iurare debeat fidelit. Immo deſtruit quę aliam formam mutat. Archid.in capit. denique in fine.7.quæſt.prim. nam noua forma nouæ materiæ ad aptatur. Bald.in l.cum lex.circa medium.ff. de legibus, & dominus ſi inducit nouitatem in exactione iuramenti, non tenetur vaſallus iurare, cap.dilecti.de maiorit.& obedien. Præpoſit. ſupra in prælud.77.circa finem. Secundo nouitates non ſunt inducendæ, & inductæ repræhendũtur, quia pariunt diſcordias. cap.cum conſuetudinis. & ibi glo.fin. de conſuetudine maxime in actis fidelitatis. Bald.de pace Conſtan.in verſic. pactiones.circa princi. maxime in diſſentionem & ſcandalum populi.cap. quod dilectio. in fine.de conſanguin. & affinit. Tertio, videtur ſaltem quòd non ſit noua: Nam ſi idem fuit dictum in titu. præced.& in titu. Qualiter iurare debeat vaſa. fidelit.non dicitur nouum, quod quandoque ſtatutum fuit, etiam quod modo renouetur. glo. ſecunda.in cap. præceptis. 12. diſtinct. Quartò, res non dicitur noua, niſi ſit tota noua, nec ſufficit quod ſit noua aliqua pars. Abb. in capitu. prim.nume. 2.de verborum ſignificationib. Sed non poteſt negari, quòd forma fidelitatis eſt poſita in dictis titulis, ſucceſſiue etiam quod hic deducatur in actum, id quod in illis erat in potentia, non per hoc debet dici quid nouum: quia vltimus actus ſtatutua videtur eſſe implicitus primo. Pau. de Caſt. & Alexand. in l.ſi ſeruum.nume.4.ff.ſi ex noxa.cau.aga. & in iuramento intelligitur clauſula, ſicut debet iurari, adeo quod noua iuramenta præſumuntur impreſſiua. Iaſo. in l. qui iurato.poſt nume.2.qui ſatiſdare cogan. Quinto, formæ nihil addi vel detrahi poteſt. Deci.in l.hac conſultiſſima.num.12. C.qui teſtamen.facere poſſunt, maxime, ſi eſt aliquid noui, quia a nouitatibus eſt abſtinendum: & omnis nouitas præſumitur mala. l. in rebus. vbi Iaſ.ff.de conſtitu.pecu. etiam quia iuramento ſolito nihil addendum eſt. Innocen.c.dilecti. circ.finem.de maior.& obedien. Vltimò, non debet dominus omni homini cor ſuum manifeſtare. Eccleſiaſticus.8.in fi.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium. & ratio eſt, quia rei nouæ nouum conſilium & remedium datur. l.prim.circa princ. ff.de ventre inſpic. cap.cęterum.de iuramen. calum. & reformatur in melius per appoſitionem congrui moderaminis. In extrauag. Ioan. ſecundo. in princip.de electione. propter ſimplices quibus conſulendum eſſe eſtimauerunt compilatores. l. pri. cir. medium.ff. de mili.teſtam.

Qua ſtante non obſtat Primum, nam nouum dicitur quod non eſt de iure ſcriptum, vel conſuetudine roboratum. l.prim.in verſi.noui iuris.in fi. quod quiſque iuris, ſecus hic, & conceditur cum magna deliberatione, poſtquam fieri in omni curia ſeruatur, & propter euidentem vtilitatem. glo. in cap.communis.in verſic. nouum.23.diſtinctio. propter ſimplices ne decipiantur, cum faciliter credant. clement. ſecunda.cum ibi not.de pęniten. & remiſſio.

Secundum non obſtat, nam dicitur nouum ratione nouæ formæ, ſicut ſeruitus formatione dicitur de iure ciuili. §.primo. & ibi glo.in verſi.conſtitutio. Inſtitu. de iure perſona. & in iſtis dicimus quòd noua placent, & pulchritudine decorantur. §. ſecundo autem, lo ſecundo. & ibi gluſſa. in procemio.ff.

Tertium non obſtat, nam mutata forma vt hic, res non dicitur eadem, ſed diuerſa. l. Iulianus. §. ſi quis.ff.ad exhiben.

Non obſtat Quartum, nam dicitur nouum ſecundum quid. Inde dicuntur noua inſtrumẽta, nouiter reperta. l. admonendi. in gloſſ. ſecunda.ff.de iureiurand.

Non obſtat Quintum, nam cum iſta ſit forma data à lege, non diceretur facta fidelitas, ſi non haberet propriam formam. l.ſi is.§. quædam.ad leg. Falcid. ſicut vbi datur ab homine certa forma, ſi contra fiat, non valet quod agitur. Archid.in cap. comperimus. in fine.24. quæſtio.tertia. nam formalitas inhærens ſubſtantiæ adeo informat, quòd non tantum eſt nullum factum contra formam, ſed etiam ſi eſt præter. Zabar.in clemen.vni.num. 9.circa finem.de ſupple.neglig.præla.

Vltimum non obſtat, quia amicus fidelis protectio fortis, & amico fideli nulla eſt comparatio, & non eſt ponderatio auri. Eccleſiaſticus.6.& ſic fir-
27 ma remanet concluſio, quod forma iuramenti tradita debet ſeruari. Intellige non ſolũ in iſta, verumetiam & in alia, quæ forte per legem vel ſtatutum daretur. Aluarot.hic, nume.8.& in tantum debet ſeruari, quod ſi ſit actus ſine iſta forma, habetur pro non facto, nec nomen aſſumit. Gemin. in capit.& ſi ſententia.nume.3.de ſentent. & re iudic. idem ſi eſſet forma data in traditione rei, quia ea debet ſeruari. Abb.in capit. prim. nume.pri. de autho.& vſu pallij. ſicut in inſtrumẽtis attenditur conſuetudo formalis, alias non valerent. Bald.de pace Conſtan. in fine. princip. Et in modo agendi plus ea attenditur in iudicijs, quam ſubſtantia facti. Idem Bald. in l. ſeruus cuius.nume.prim.ff. de his qui notan. infam. Intellige prædicta in vaſallo, ſecus in vaſallo vaſalli, qui non cogitur iurare fidelitatem. Præpoſit. ſupra in prælud. numer. 68.& procedit, quando habet feudum, quia antequam quis inueſtiatur, non dicitur eſſe vaſallus. Odoffred. in Summa. qui poſſunt & debeant de feud.cogno.& pronunc.nume.8.circa finem. & ſi dominus non dat feudum promiſſum, non tenetur vaſallus ſeruare iuramentum fidelitatis. Abb. in conſi.94.nume.5. ſecundo volumine. & habet locum in feudis magnis, ſecus in eo quod eſt conceſſum pro annua quantitate frumenti, quia illud non eſt proprie feudum, ſed emphyteoſis. & tenetur ad ea quæ ſunt ſecundum iura, non ad ea quæ ſunt contra iura. Afflict. de vaſal. qui contra conſtit. Lothar.nume.4.& ſeruabitur durante fama domini, nam ſi excommunicatur, non tenetur: verum cum fama reſtituitur. gloſſ. fin.in fine.in §. fin. per quos fiat inueſtitu. idem ſi eſt bannitus a Rege, quia interim vaſallus eſt abſolutus a ſacramento fidelitatis. Hoſtien. in Summa, de feudis, ibi, quid ſit fidelitas. circa finem. vel donec durat in banno & contumacia, ſoluitur iuramentum fidelitatis. Fre.de Subſeud. lib. ſecundo, ibi, quinta authoritas. numer. 15. circa princip. Aluarot. in capit.prim.nume. 4.5.9.& 13. hic finitur lex vel non eſt liberatus, ſed res eſt in ſuſpenſo. Fred. vbi ſupra, ibi, hic quæro de noua quæſtione. colum. penultim.in fine.& Papa abſoluit. Innocen.in capit.cum te, poſt princip.de ſenten.& re iudicat. & ſic vaſallus abſolutus a fidelitate, non tenetur.

Idem

Idem Innocen.in capitu.veritatis.nume.3.& poſt nume.4.de dolo & contum. Ioan. And.in capitu, prim nume.15.de exceptioni.in 6,& ſi eſt accuſatus, grauatur eius opinio. non tamen poſſent ſubditi ab eo recedere,ſine eius licentia.Archid.in capit.tantis.in princip.81. diſtinc.& non ſunt vaſalli abſoluti ipſo iure, ſed aboſoluendi ex cauſa.Abb. in capit. veritatis. poſt nume. 39. de dolo & contum.& finitur morte iurantis, nec tranſit ad hæredes.Afflict. hic quinto notab.nume.5.adeo quòd iuramentum patris, non extenditur ad filium,iuramentum Baronis ad vaſallos. & ſi ſit Regi,an intelligatur de eius primogenito. idem Afflict.in capitu. prim. numer.2.qualiter vaſa.iurarę debeat fidelit.

38 Nota,quòd nouum, eſt recens,ignotum,mirabile, Archid.in capit.non ſatis,circ.finem. 34.quæſtio. prim. & ſecunda.vnde iuramentum nouum, contra conſuetudinem,intelligitur per impreſſionem præſtitum, quia conſuetudo ſolita ſeruanda eſt.in conſi.feud. diuer. 48. nume. 11. & 12.& in conſi. 52.nume.14 gloſ.Pau. titu. ſecundo.§.52. nume. 16.in fin.non debet eſſe oneroſum, nouam conditionem imponendo,l.3.in verſic.imponitur. de præſcript.in Longobar.& dicitur nouum multis modis.gloſ.rub.de noui operis nunciat. & nouellettum,in l. veluti. ff. de impen. in rebus dota. factis.

Secundò nota, quòd forma eſt triplex, quædam quę requiritur ad eſſe,& ad probationē eſſe; alia ad eſſe tantum; vltima requiritur ad probationem,non ad eſſentiam. Bald.in l.cum quis,nume. 5.C.de iuris & facti ignoran.Soci.in l.quid ſit.nume.12.de lib.& poſthum. & ponitur quandoque pro qualitate, aliquando pro ordine, quandoque pro eſſe naturali alicuius rei. Bald. in rub. nume. 32.ff. de rerum diuiſin. In dubio omnis forma tradita a lege, cenſetur ſubſtantialis,& de eſſentia actus.Iaſ.in l.moribus.§.prius. num.12. de vulg.& pupil. & regulariter eſt illa quæ eſt contemporanea,& concurrit cum actu introducendo.Idem Iaſo.in l.vniuerſa.num.11.de precibus. Impera. offeren. & quod in ſe eſt forma,in alio poteſt conſiderari materia.Bald.in rub.nume.3.in fin.de iuſt. & iure. debet tamen ſemper ſpecifice impleri, nō in caſu ficto.l.Mæuius.& l. qui hæredi.de condic. & demonſtratio,nec per æquipollens.Dec.in cap. conſuluit.nume.4. de appellatio.& in d. l.hac conſultiſſima,poſt nume.11. C.qui teſtament. facere poſſunt. aliàs actus non valeret.Iaſ.in l.vniuerſi. nume.3.de preci.Imper.offeren.etiam ſi non poſſet ſolemnitas ex neceſſitate ſeruari. Abb. in capit.
39 debitum.nume.2.de baptiſ.& eius eſſe.

Tertiò nota, quòd dictum a promiſſo diſtinguitur. Archidiac. in capitu.quacumque.cir.medium. 22.quæſtio.quinta.& alia eſt conditio faciendi,& alia non faciendi. l.ſi Titius.in glo. penultim.in fi. ff.de condit.inſtit.

40 Quartò nota,quòd in omni iuramento,intelligitur autoritas ſuperioris excepta. Lucas in l. prim.colum.prim.in fine,ibi, quarto.C.de agrico. & mancı.domi. adeo quòd ſi filius vaſalli eſt ſeruus,in ſacramento fidelitatis,debet dominum ſuū excipere.Ndoffred. in Summa. Quis poſſit inueſtiri de feud.nume. 6.non iuuabit contra Papam, patriam,vel antiquum dominum, nec ſi iniuſte aliquem impetit.glo. prim. in dicto capit.de forma. ſemper enim eſt excepta fidelitas primi & antiquioris domini. Loffred.in conſi.5 nume.35.circ. finem, iuuabit tamen contra omnes homines etiam fratrem, vel filium, quia tenetur illum ducere ad ſatisfaciendum domino,Iacob.de Ardizo.in Summa, quando vaſa. fideli. iurare debeat,car.5. ſufficit iurare fidelitatem ſimpliciter dicendo, Iuro tibi fidelitatem contra omnem hominem, excepto Imperatore vel Rege,vt per Iſern.hic,quia fides veritatis verborum adminicula non deſiderat; l.prim.C.ſi minor ab hæred. ſe abſtin. ſimi.allegat Zabar.in clemen.vni.§. cæterum.nume. prim.cir. finem.de iureiurand.& de quo Rege intelligatur. Aluarot.hic colum. pri.circ.medium. alia ponuntur ad cautelam, quia plus timeri ſolet quod ſpecialiter prohibetur.cap.vt debitus.3 1 verſicu.ante ſententiam, circ.finem. & ſequen. dè appellation. cap.prim.in ver.confirmationem.in fin.de confirmatio.vtili vel inuti. capit.ſi aduerſus.de hæreticis clemen.vnic.in fine.de exceſſi. prælat.gloſ.in §.fi. in verſicu.quædam. Authen.vt omnes obed.iudi. §.quia verò multi. in verſic. ſacramento. Authen. de teſtibus.capit. 1.in fi.caſus,de iuramen. calum. in 6.cap.vnic. in verſic.ſpecialis,de iniurijs & damno dato.in 6. ſicut plus dubitari ſolet quod ſpecialiter iniungitur, quàm quod generaliter imperatur.in extrauag.comm. & ſi in temporalium. circ. finem.de præbend. & plus timetur quod ſingulariter pollicetur, quàm quod generali ſponſione fit.glo.in capit.3.12.quęſtio.ſecund.vel dicitur ad declarationem ſimplicium; nam vulgus eſt impe-
41 ritus.capit.fi.de offic.Archipręsbyteri. multa ſimplicitate gaudens. l. cum de indebito. circ.medi. de probatio.multa eſt in agris.§.fi.Authen. de inſtrumen.cau.& fide.ci parcitur.capit.cum vniuerſorum.& ibi not.de rerum permut.cap. inter corporalia. in verſic. ex ſimplicitate. de tranſlat.epiſco.capit.ad audientiam.de appella. maxime ſi fiat bono zelo.not.in cap. ſecundo. de ſortilegiis. Intellige.de ſimplicitate quæ eſt contraria dolo, qa illa eſt bona gloſſ.in capit. ſi cupis.in verſic.ſimplicitatem. 16.quæſtio.pri.in capit. Petrus.39.diſtinctio.in extrauag.Io .c.quinte.in verſi.ſimplicium. de verborum ſignificationib.ſecus in illa quæ eſt vt ibi,contraria diſcretioni, quia propter illam repelleretur.capit.qui Epiſcopus.in verſicu.cauens. a 3.diſtinctio. inde ſolers, not.in clement. vnic.& ibi gloſſ. in verſic. ſolertem & in verſi. deſipere & ſapere,de offic.& poteſtat.iudic.deleg.not.in clemen. paſtoralis. de ſenten. & re iudic.& inſipiens quaſi minus ſapiens. cap.ad audientiam. in gloſſ. prim. de conſuetudine. propter illos itaque quibus non eſt nota veritas, declaratio eſt neceſſaria. Pau.de Caſt.in conſi.232.colum.ſecunda.circ.finem.primo volumine.

Vltimo nota, quòd lex ſuperueniens addit & non tollit.l.item ait in verb. inquietari.ff. ex quibus cau.maior. interpretatur per nouam. §. ſed mirati.& ibi gloſſ.Authen. de raptis mulie.& quātum poſſumus tolleratur. §. primo. in verſicu.ſumat.Authen. de fideiuſſo.& vna confirmat aliam, vt hic, & not.in cap. fin.de magiſtris.& quid addit dicit Iſern. quando vaſallus iurat fidelitatem domino, videlicet, quòd non ſit in conſilio,vel facto, vt amittat dominus vitam, membrum, vel in perſona recipiat lęſionem,iniuriam,cōtumeliam, vel alia,cap. grauem, cum ibi not. de exceſſi.prælatu.

Cap.

Cap. In verſi. ſeuda amittuntur. colum. 17. ibi, de-moo&tuo. Et quòd propoſſe procurabit, ne fiat ei aliquod malum. Affliċt. hic in 16. noi. poſt nu. 14. nec ſit in damno domino ſuo in corpore, concilio vel ſicto, vt vitam perdat aut membrum, vel capiatur mala captione. Iacob. de Ardizo. in Summa, quomodo vaſal. iurare debeat fidelit. ſecus ſi dédit conſilium vel auxilium vt capiatur: & curetur cum inceperit furere. Iſern. & Præpoſitus hic nume. 2. in fine. & Affliċt. poſt num. 19. Et quòd erit fidelis ab hac hora in antea, & ſic etiam in ea hora in qua iurat. Bald. in conſil. 406. num. prim. circa medium. 5. volum. & ſi ſciuerit contra dominum fieri aſſaltum, mortem vel captionem vel grauem patrimonij iacturam tentari, & celauit, vel cum poterit dolo vel negligentia non manifeſtauerit, amittit feudum. Odoffred. in Summa, Quibus modis feud. amit. nume. 91. & 92. nam debet magis quælibet mala pati, quam malo conſentire. Archid. in capit. inter cætera. circa princip. 22. quæſtion. 4. & ſi non poteſt impedire, tenetur denunciare quàm primum poteſt, cum aliquo temperamento temporis. Cap. in verſi, ſeuda amittuntur. colum. 19. ibi, vigeſimo. alioqʒin puniretur, ſi rem magnam pro ſalute principis diu retineret. l. ſi quis forte. ff. de pœnis. & debet ſi poteſt, aliàs ſi non potuit denunciare non puto eum teneri. l. Item quæritur. §. exercitu. ff. locati. & ſi potuit & non fecit, punitur. Cap. vbi ſupra circa finem. & delatoris nomen ſuſpinonemque non formidet, ſi veritatem in publicas aures lucemque deduxerit. l. nulli. in fine. C. de epiſco. & cleric. quia laudabile & vtile eſt accuſare. §. fina. in verſic. laudabilis. Authen. de non alienat. & qui in hac cauſa delator exiſtit, laudandus eſt magis quam vituperandus. l. final. circa finem. C. locati. Immo, inuitatur per præmium. gloſſ. fin. in capit. 3. 79. diſtinctio. l. lege Cornelia. ff. ad Syllania. quaſi illicite mercis negotiatorē detulerit. l. prim. ff. de his quibus, vt indig. hoc modo vnus iudex accuſat alium. gloſſa penultim. in l. vnic. C. de offic. com. ſacra. largitio. nam eſt meritorium crimē publicare vbi prodeſſe poteſt. Lucas in l. 2. columna ſecunda. poſt princip. C. in quibus cau. colo. & præmium quod datur ex ordinatione legis, nō eſt turpe, ſed licitum & honeſtum. Bald. in conſi. 394. in primo volum. eſt ſic debet pro dere, ideſt manifeſtare, not. in clomen. paſtoralis. de re iudica. vel indicare. l. 2. ff. ad leg. Pompon. de parric. alioquin non reuelando & negligendo, culpam alienam facit ſuam. gloſſ. fin. in ſimil. circa medium. in capit. Michael. de vſuris. Ioan. And. in cap. fęlicis. num. 6. circa finem. de pœnis. in 6. ſicut approbando tenetur pro eo quod alius fecit. l. Titio. §. Titius. ff. ad municip. & notatur quod aliquid eſt faciendum vel omittendum ad cautelam eorum quæ fieri non poſſunt. gl. pe-
42 nulti. c. ad aures. de tempo. ordin. vnde vir bonus quod ſcit non poſſe probare, debet tacere. Affliċt. quæ ſint regal. in verſic. bona committentium. nume. 42. circa finem. cap. plerumque. in prin. 2. quęſtio. 7. cap. ſi tantum. 6. quęſt. 2. Innoc. in cap. ſollicitudinem. poſt num. 4. de appellat. Caſſa. in conſue. Burg. rub. prim. ibi, & droicts d'icelles. nu. 32. nec imputatur ſi tacet quod non poteſt probare. glo. 2. in cap. ſi quis. 23. quæſt. 4. Immo expedientius eſt, in totum veritatem tacere, quam non perfecte dicere. cle. conſtitutionem. in verſi. de nouo, in fin. de electio. & ex quo ſuum dicere non habet effectum, nec habere poteſt, perinde eſt, ac ſi nullo modo dixiſſet. Pau. de Caſt. in conſi. 289. num. 2. cir. medium. pri. volum. mala enim audita nullum moueant, aut paſſim dicta abſque certa probatione quiſqʒ eam credat. ca. nullum. lo ſecundo. 30. quæſtio. 5. ſed qui mala credunt, quæ probari non poſſunt, leues ſunt. gl. pen. cir. fin. in c. ſignificaſti. de adulterijs, quia etiam latentia peccata vindictam non habent, & probatione ceſſante vindictæ ratio conquieſcit. cap. fin. 32. quæſtio. quinta. cap. veſtra. in verſi. occultum. de cohabi. cleri. & mulier. cap. ex tenore. & cap. fin. vbi glo. penul. de tempo. ordin. glo. 2. in c. in ſcripturis. 96. diſtinct. & tunc non deficit ius ſed probatio. gloſ. in capit. prim. 30. quæſtio. 5. glo. pen. in dicto c. fin. 32. quęſtio. 5. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtamen. tute. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter. in gloſſ. cir. medium. de leg. 2. & ius parum prodeſt, quando probatio deficit. Loffred. in conſi. 44. num. pri. & veritas quæ non poteſt probari de iure vel de facto, parum iuuat. Bal. in conſi. 114. colum. pri. in fin. 4. volum. Nam licet in veritate eſſentiæ non deficiat ius, deficit tamen in veritate probatio. Bald. in conſi. 67. nu. 5. in fi. 3. volum.

Quid ſi poteſt probari, ſed timet ſcandalum. gl. 2. in c. quiſquis, & pen. in c. reperiuntur. pri. quæſtio. pri. ſi tenetur, & non denunciat, eadem pęna ligatur. in extrauaga. com. pri. in ver. & hunc. poſt medium. & ſequen. de ſenten. excommu. ſi accuſat cum non poſſit probare, tenetur actione iniuriarum. Affliċt. in §. iniuria. num. 12. de pace iuramē. firm. quia non debet reuelare, quod non poteſt probare. Idem Affliċt. in d. §. præterea ſi vaſallus. nume. 6. quæ ſit pri. cauſ. benefic. amit. nec ſufficit dicere niſi probetur. Idem Affliċt. in c. pri. nu. pri. circ. finem. de feud. ſine culpa non amitt. & facile aſſeuerare quod ignorabat. l. Iulianus. in fine. pri. ff. de actio. empt. vel per ſuppoſitam perſonam, cauſam delatori dare. l. ſeruus. ff. de pœnis. & paria ſunt non probare, vel probare, ſed non per teſtes idoneos, vel ꝑ inhabiles. Lucas in l. 2. col. 4. in fin. de delatori. & præſtabit omne auxilium etiam contra fratrem & filium domini, ſed non contra Imperatorem vel antiquiorem dominum. Hoſti. in Sum. de feudis. ibi, quid ſit fidelitas. poſt medi. ſed tenetur adiuuare Regem contra Baronem dominum ſuum. Afflic. in deciſ. 265. num. 107. quod eſt dictum in filio contrarium tenuit Fel. in c. afferte, num. 2. de præſumpt. Quid in domeſtica, & contra ſeipſum. Iacob. de Ardizo. in Sum. vtrum vaſa. tene. obed. domi. vt contra ipſum ſeruiat, & videtur impium, & ab huiuſmodi impietate lex homines liberauit. §. nos igitur. Auth. quib. mod. natu. effi. ſui. & debet defendere dominum ab alijs, ſed contra ſe non. Iſer. hic.

43 Sed vr̄, ꝙ ſi tenetur defendere contra alios, fortius contra ſe. gl. pri. in c. in canonib. 16. q. pri. & ſi alium inuitat ad aliquid faciendū, in ſe habere debet quod prædicat. gl. fi. in c. de his. de eccle. ędifi. nec debet id facere, a quo tenetur alios prohibere. c. vni. in gl. fi. de natis ex libero ventre, quod in alijs prohibet, ipſe facere non dēt. gl. pri. in c. quod in dub. de ſent. exc. Quod facit cum aliis, dēt obſeruare in ſemetipſo. l. cum hæreditas. ff. de adminiſtra. tuto. quod ſeruat in perſona aliorum, debet ſeruare in ſua. Iſer. in §. inde poteſt. in fin. de alio-

nat. fend. debet ſeruare conuentionem quam per alium ſeruari voluit. Socin. in l. 2. §. patronum. nume. 9. de in ius vocat. fortaſis & plus. l. quoties. §. Item ſi temporali. dicto titu. de adminiſtrat. tuto. quia præ cæteris debet abſtinere ab his, a quibus tenetur alios cohibere. Io extrauag. Ioan. copioſus. in verb. pręeminentiæ. de iudæis. & quod exigitur in alijs, multo fortius in ſe exigere debet. gl. penultim. in capitu. de præſcriptio. ſicut Abbas a quo debet ſuos monachos prohibere, multo fortius & ſe ipſum. capit. fin. in verſic. ſe ipſis. de ſtatu monacho. Iudex non debet ſine cauſa in perſona alterius præcipere, quod in propria facturus non eſſet. Pariſ. de ſyndic. in verſicu. captura. ſed quod facturus eſſet in perſona alterius, debet & in propria. Pau. de Caſtro. in conſil. 322. nume. 2. circa medium. primo volumine. & quod alium facientem prohibere debuit, id ipſe non debuit facere. Idem Pau. in conſil. 462. circa finem. eo. volum. quia non impugnet, qui me defendere debet. gloſſ. fin. in fine. in capitu. petiſtis. de priuileg. facit quod dicit Iſern. infra eodem. in verb. & nunquam, cum corrigit alios, non videtur velle indulgere ſibi, ſi peccat. Archidiaco. in ca. facientis. 86. diſtinct. nec debet id facere a quo debet alios prohibere. cap. dudum, lo ſecundo. de electio. capitu. voic. de natis ex libero ventre. nam vaſallus qui iurat quòd nullum damnum domino faciet, intelligitur iurare quod nec ipſe faciet, & quòd alios facientes prohibebit. Iaſo. in l. in illa. nume. 3. de verborum obligationib. & non ſolum tenetur non facere, ſed etiam curare quod alius nō faciat. Afflic. in dec. 307. nu. 5. nec ignorare debet, quod præcipit alios ſcire. Io. And. in c. pri. poſt nu. 2. de conſtit. in 6.

neceſſitatis imponit cuſtodiam, ſumptibus Baro- e
nis, & quis cuſtodiet. Fre. de ſubfeu. lib. 2. ibi, deci-
ma ſecunda authoritas. poteſt dominus vna cum
vaſallo, & denunciabit vaſallus domino, vt veniat
ad imponendum cuſtodiam tẽpore ſuſpecto. Præ-
po. hic in §. quid ergo. poſt prin. & poſſit etiam in-
uito vaſallo. Alberic. in l. ſi ita. nume. 2. ff. de vſu &
habita. in l. cum res. nume. 10. de damno inte. & mu
tare formam: dummodo meliorem. Idem Alberi.
in l. fin. nume. 2. dicto titu. de vſu & habi. ſed an va
ſallus poſſit feudo ſeruitutem imponere? & quod
nõ poſſit, facit quod dicimus in prędio pupilli, cui
non poteſt remitti, nec ſeruitus imponi. l. 3. §. fin.
ff. de rebus comm. & in ſpecie, quòd non poſſit va
ſallus vſumfructum conſtituere, quia eſſet aliena-
re. Cap. in ver. feudorum alienationes. in decima
& vndecima limita. nec vſumfructum in feudo al-
teri dare. Afflict. in § præterea. numero 3. de capi.
Corr. Cur. in tracta. feu. in 4. parte prin. num. 106.
nam feudatarius licet habeat vtile dominiũ, & poſ
ſit vti re feudali, diſſipare tamen non debet, nec do
nare: ſicut nec vſufructuarius. Ioan. And. in cap. 2.
poſt nume. 7. de ſenten. & re iudi. in 6. Cur. vbi ſu-
pra. 4. part. pri. 22. cau. nu. 44. ita & dominus non
poſſit remittere ius, licet minimum debitum feu-
do de reditu gallinæ. Afflict. in deciſ. 232. nume. 8.
Cam in cap. Imperialem. car. 39. colu. 4. circa me-
dium. nec ſeruitium taxatum pro feudo. Fre. de
ſubfeud. lib. 2. ibi, quinta authoritas, nume. 18. In
ſpecie, ſeruitutem debitam fundo non poteſt re-
mittere proprietarius tantum. glo. in l. cum non ſo
lum. §. ipſum autem. in ver. dominium. C. de bonis
quæ libe. poteſt tamẽ remittere & reſtituere, quod
iniuſte exigitur. Afflict. in conſti. quia frequenter.
poſt nume. 7. de homini. non tene. Idem in fundo
dotali & re ſacra, quibus ſeruitus imponi non põt.
l. Iulianus. cum duabus ſeq. ff. de fundo dotali. glo.
in cap. cum Bertoldus. in ver. quodam, circa med.
de ſent. & re iudi. ſicut in maioratu. Ludou. de Mo
li. de Hiſpano. primoge. lib. pri. cap. 20. vnde ſi ma
ritus proprietarius & dominus directus, non poſ-
ſunt imponere ſeruitutem. Lucas in l. 4. circa me-
dium, C. de incolis. multo magis, non poterit vaſal
lus. Cõtrariam ſententiam tenuit Iſern. eſt cõm. &
diſputando periculoſa. Cur. vbi ſupra. 4. par. princ.
numero 105. probatur vltra alios. ita Prouinciales
poſſunt prædiis ſeruitutem imponere, licet ſint tri
butaria. l. 3. C. de ſeruituti. & aqua. Item ſi obliga-
ui fiſco rem meam cum pacto, quòd non ſoluta
pecunia certa die liceat vendere; Interim res eſt
mea, vendicare, alienare, & ſeruitutem imponere
poſſum. glo. in pri. in reg. plerumque. de reg. iuris.
Inſuper, Princeps poteſt imponere ſeruitutem rei
publicæ. Lucas in l. omnis. in princ. C. de aquædu-
ctu. Clericus ſicut poteſt pręiudicare eccleſiæ ſuę,
ita & per tranſactionem, quæ fit timore deterioris
ſententiæ. Innoc. in cap. de cætero. circa finem. de
21 tranſact. Intellige tamen quòd imponit in ſui pre-
iudicium, & non domini. Iacobi. in ver. qui quidẽ
inueſtiti. poſt nume. 62. & 63. non præiudicat do-
mino directo, ſed ſolum conſtituenti, non minui-
tur feudum, ſed eſt quædam permiſſio ad tem-
pus, vel ad vitam conſtituentis. Afflict. in conſtit.
conſtitutionem diuæ memorię. nume. 19. circa fi-
nem. ſicut delinquendo Prelatus in vaſallum ſibi
præiudicat, donec viuit, & non eccleſiæ. Aluar. in
cap. domino. col. fin. in pri. ſi de feu. defunct. mili.
controu. fue. & cum feudum reuertitur ad domi-
num, ſeruitus euaneſcit. Boer. in deciſ. 151. nume.
3. confuſione dominii ſeruitus extinguitur. l. lega-
tum. §. fin. l. legatarius. §. fin. de leg. pri. Iſto modo
vaſallus per impoſitionem ſeruitutis non amittit
feudum. Iacobi. vbi ſupra nume. 63. immo ſi impo
nitur per vaſallum ſeruitus iuris paſcendi, vel vſus
talis familiæ in perpetuum, poteſt dominus pete-
re, vt onus remoueatur. glo. Pariſi. poſt nume. 19.
titul. 1. §. 58. Prædicta procedunt, quando deuo-
luitur feudum domino iure prælationis, vel com-
miſſi: ſecus ſi habuit à vaſallo ex donatione, lega-
to, vel alio titulo. Innuit Cur. vbi ſupra poſt num.
105. in ſimili de emphiteota. Boeri. in dicta deciſ.
nume. 7. quia tunc remaneret ſeruitus. Cap. in ver.
feudorum deuolutio. ibi, ſeruitutes. circa finem. ſi-
cut in feudo hęreditario hęres teneretur, nec poſ-
ſit illum moleſtare, ſi haberet aliunde legitimam,
& pater fuiſſet obligatus ad euictionem. Alexand.
in conſi. 18. in 2. dubio. poſt numerum octauum. 2
5. volum. ſecus in feudo ex pacto & prouidentia.
Loffr. in conſi. pri. nume. 193. vſque ad 196. & poſt
numerum 199. & procedunt in ſeruitute perſona
li, nam illa perſonam conſtituentis non excedit, ſi-
cut in redditu, qui imponitur à priuato eccleſiæ,
nota. in cap. præterea. de cenſibus. cap. audiuimus.
de colluſione detegen. Vnde ſecundum quoſdam
per habentem vtile dominium, alia ſeruitus impo
ni non poteſt inuito domino, quam annui reddi-
tus. Caſſan. in conſue. Burgund. rubr. 11. §. 1. ibi, &
§. Il. nume. 6. circa medium. & tanquam prouiſio
perſonalis ad hęredes non tranſit. cap. niſi eſſent.
de præben. etiam quòd interueniat iuramentum:
nam quatenus tangit ius alterius, non tenet iura-
mentum. nota. in cap. cum tempore. de arbitris. &
ita vaſallus non poteſt ſeruitutem vel vſumfructũ
in feudo conſtituere, & ſi imponit, non poteſt do-
mini conditionem deteriorem facere. Loff. in con.
46. nume. 8. & in conſi. 3. num. 13. Aluar. hic in §.
quid ergo. in prin. & nume. 2. & licet ſicut in qui-
buſdam caſibus, ſeruitus imponi non poſſit, tamẽ
commoditatem quaſi ſeruitutis ſeruet. Azo in Sũ
ma. ff. de ſeruitu. vrbano. prædi. nume. 4. dominus
tamen reuocabit, nulla præſcriptione obſtante. §.
præterea.

prætereà.dicto titu.de capi.Corra. nam eſt perſonalis.cap.de cætero.cum ibi not. de tranſactio. ſecus ſi eſſet realis;puta,quia interuenit aſſenſus domini. glo.pen.in cap.3. & pen.in cap.pen.de decimis.cap.veniens.cum ibi not.dicto titu. de tranſactio.& tranſit tunc cum ſua cauſa,tam circa ſeruitutem, quàm hipothecam & ſimilia. Cap. in dicto ver.feudorum deuolutio.ibi, hipotheca. & ſeq. & ſic in præiudicium domini ſeruitus non poteſt imponi abſque aſſenſu.Loffr.in conſ.25.ante & poſt num.10.& eſt ſatis clarum.Cam.in cap. Imperialem.in prin.car.17.colum.2.ibi,quinta concluſio. ſicut in emphiteota.Loffr.in conſi.28.nume.2.ſeruitus verò iuris Franchorum noceret patri & filiis poſtea natis. Iſern.in §.prætereà ducatus.in prin. ad.li.circa medium. poſt nume.38.de prohib.feu. aliena.per Fre.ſi eſt feudum antiquum, & prouenit ex prouidentia, ſi præſcribitur contra patrem, filius vel alius agnatus vendicat,non obſtante præſcriptione: quia quilibet capit ex propria perſona,& nihil de ſuo iure tranſmittit: ſed nouum ius cauſatur in perſona propria alterius deſcendentis, in con.feu.diuer.2.nu.95. circa fin. vſque ad 100. nec in iſta materia procedit regula,ſi non valet quod ago,vt ago &c.l.ſi tam anguſti.ff.de ſeruitu. & conſentiendo dominus ſibi præiudicat.Pernus in primis not.colum.3.in fin.& ſeq.& in tertijs not.col. 2.poſt prin. & facit rem perpetuo valere, quia videtur conſentire pro acceptore & hęredibus. Iſer. hic nume.5.circa fin.nam natura libertatum, ſicut & ſeruitutum eſt perpetua.Bald.in conſi.355.nu. 6. in fi.pri.volum. Sed pendente cauſa euictionis, an vaſallus vel creditor teneatur ad ſeruitia? quod non.Præpoſi.hic nume.2.& in §.quid ergo. in fin. tenetur vaſallus debitor. Iacobi. in ver.Comea de villaris.nume.3.& in ver.& dicti vaſalli pro dictis, nume.39. nam creditori non transfertur vtile dominium,vt ibi,nec ius ſuper feudo, ſed ſolum perceptio fructuum, de quibus debet relinqui debitori vnde poſſit viuere,& militare. Cam.in dicto ca. Imperialem.in prin.car.10.col.2.circa princip. & ſic ſi vaſallus vel emphiteota non eſt ſoluendo,poteſt in ſubſidium commoditas illius iuris aſſignari creditoribus,quamuis ipſum ius ſit inſeparabile & inalienabile ſine aſſenſu domini.Iaſ.in l.pro hærede.§.ſi quis tamen.nume.17.ff.de acquiren.hęred.
22 & ſic pignus iudiciale poteſt contrahi ſuper feudo,& poteſt capi in ſubſidium, propter rei iudicatæ authoritatem.l.3.§.penul.in fin.ff.de rebus eorum.& iuſſus iudicis facit licitum, quod aliàs non liceret.l.furti.§.qui iuſſu. ff.de his qui nota.infam. quando non poteſt ſibi aliter ſatisfieri: ſed non in feudo dignitatis,nam non immittitur in poſſeſſionem, ſed percipit tantum fructus feudi. Præpoſi. hic in §.quid ergo.in fi.Fre.de formu.inueſt.lib.3. ibi, differentiæ inter feuda regalia. ver.vigeſimanona. in alijs eſt permiſſum, ſi fit propter neceſſitatem iudicii,vel rei familiaris.l.peto.§.prędium. de leg.2. maxime inter conſortes feudorum. Bald. in conſi.38.poſt nume.pri.primo vol.Iacob.de Ardizo.in Sum. verum pignus iudiciale contrahi poſſit de feu.vel etiam in cau.iudi.capi.Cur.in tract.feu. 4.par.princ.quæſt.12.nume.102.Iſern.hic. quòd valet ſi non habet aliunde: nam non eſt alienatio voluntaria ſed neceſſaria, mediante ſententia contra eum lata, & valet executio durante vita feudatarii, ſi eſt feudum ex pacto & prouidentia. Si eſt hæreditarium, poteſt dari in ſolutum creditoribus,etiam quod filii ſint hęredes,cum beneficio legis.Fre.de ſubfeu.lib.2.ibi,pluribus, poſt num.15 fructus tamen ei computantur in ſortem. Cap. in ver.feudorum alienationes.in 6.& 29.limit. & deducuntur alimenta hęredis,ne egeat.Idem Cap.in ver.feudorum executiones.ibi, an quãdo feudum. nihilominus nullum ius cauſatur ſuper feudo,nec deuenitur ad ſecundum decretum, etiam pro caſibus in quibus tenetur dominus aſſentire,vt in conſtit.mulier quæ dotarium. & in cap.regni,alienationis actus,niſi præcedat aſſenſus. Ita Iſer.hic intelligit.Cam.in cap.Imperialem.in princi.car.50. col.4.poſt prin. & 51.colum.2.ibi, non obſtat. & 5.in pri.Cap.in dicto ver. feudorum executiones. ibi,ex ſecundo decreto. nec poteſt vendi, vel feudum adiudicari ſine mandato Regis,quod Rex nõ interponit niſi in dictis caſibus. Afflict.de alienat. feud. in princ.poſt numerum 12.debet aſſentire,vt conſueuit,quando iuſtam, & probabilem cauſam non habet denegandi.Fre.lib.2.ibi,pluribus.num. 13. & 75. aliàs deuenitur ad ſecundum decretum quo ad commoditates,non quo ad ius inſeparabile.Bald.infra.titu.proxi.in pri.in fi.& ſic decernit, quod vendatur plus offerenti, impetrato prius regio aſſenſu.Fre.vbi ſupra.ibi,pluribus.poſt nume. 11.& 105.in fin. fit executio ſuper fructibus; & ſi debitum eſt magnum deuenitur ad alienationẽ, ſi feudum eſt hæreditarium: ſecus ſi ex pacto, & prouidentia.Fre.vbi ſupra.lib.3.ibi,differentiæ inter feuda ex pacto & prouidentia. verſicu.quinto. Idem in debito ex actione perſonali.Affli.in conſtit.ſi quis poſt litem. & in §.item ſi quis feudum. poſt numerum 23.cap.73. quibus modis feu.amittit.& in cap.Imperialem. in prin.num.16. cum diſtinc.de qua ſupra.& per Loffr.in conſi.46.nu.21. circa medium. & 22. & in feudo Comitali non fit immiſſio,nec ſubſtantia feudi tranſibit in creditorem,ſed ſolum perceptio fructuum,vt ſupra.& vaſallus debitor præſtabit ſeruitia. Caſſan. in proœ. conſuetu. Burgund.ibi,Coote de Flandes.num.4. Afflict. in deciſ.26. vnde factum iudicis ſuſtinetur ad tempus,poſtea verò ſi aſſentiendo dominus nõ toleraret, authoritas iudicis non ſufficeret.gloſ.in ſimi.in c.niſi eſſent.in ver.ex iuſſione.de præben. etiam quòd præſumatur fieri cum maiori examine id in quo iudex interuenit. Loffre.in conſi.10. num.22.poſt medium.quia eſt tanta iudicialis authoritas,vt ſemper pro ipſa præſumi debeat.capit. in præſentia. de renunciatio. & ſicut in ſubſidium deuenitur ad commoda,id eſt ad ſalaria.l.pri.C.de primipilo.l.commodis.de re iudi. & ad fructus & commoditates feudi,vt ſupra. Ita beneficium & ſtipendium clerici poteſt retineri pro debito ſuo. nota.in cap.2.de fideiuſſo.præbendæ autem non. Boeri.in deciſ.226. nume.3. nec deputata diuino cultui, vel illa cum quibus vitam ſibi quærit, niſi aliqua ſupereſſent.not.in elemen.2.de decimis. & poteſt mitti creditor in poſſeſſione bonorum feudalium ex primo decreto,non ex ſecundo: quia eſſet alienatio, niſi eſſet feudum, quod ex pacto poſſit alienari. Aluar.in cap.pri.num.17.de milite vaſa.qui contu.eſt.Alexand.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.num.16.& quis præſtabit ſeruitium.num. 13.& 15.de damno infe.ct.Bar.in dicto §.ſi de vectigalibus.nume.5.fit executio ſuper commoditatibus mobilibus, & ſeſe mouentibus, exiſtentibus

in caſtro,

in caſtro, in caſibus in quibus licita eſt feudi pigno
ratio. Ripa in l. obligatione, nume. 36. vſque ad 39.
ff. de pigno. in emphiteoſi ſecus. Hieron. Gabri. in
conſi. 2. num. 13. in fi. & lucratur creditor fructus
ex nimia contumacia debitoris. glo. Pariſ. poſt nu.
9. tit. pri. §. 22. Quid in alienatione neceſſaria? & vi
detur quòd prohibitus alienare ſine conſenſu do-
mini, non videtur prohibitus in alienatione neceſ-
ſaria. Afflict. in deciſ. 191. poſt numerum primum.
dicitur alienatio neceſſaria, quæ fit ab illo qui ſcit
ſe poſſe compelli. Hiero. Gabrie. in conſi. 10. num.
5. vnde denunciando vaſallus neceſſitatem, cum re
quiſitione vt ſubueniat, ſi noluerit ſubuenire, po-
terit emptor licite tenere. l. 2. de donatio. quæ cum
tignatione vel lamihil fiunt. in Longobard. ita in-
fans neceſſitate famis poteſt vendere. l. fin. de pro-
hi. alie. minn. in Longobar. ſed ſibi imputet, qui ſe
in neceſſitate poſuit, ei ſalum non debet ſubueni
ri, in grauamen patroni. glo. Pariſi. poſt nume. 56.
titu. pri. § 22. vnde ſi vaſallus contraxit multa debi
ta, deinde feudum reuertitur ad dominum, non te
netur dominus niſi conſeruit, & ponat clauſulam,
Saluo iure noſtro. Præpoſi. hic in §. quid ergo. nu.
2. & poſt. poteſt tamen feudum vel emphiteoſis da
ri in ſolutum per iudicem domino irrequiſito,
nec per hoc cadit vaſallus. glo. 5. Pari. poſt nume.
48. titu. pri. §. 13. Quid in præſcriptione, ſi eſt fini-
ta cum vaſallo, an præiudicet domino, feudo ſibi a-
perto, agnatis vel filijs? quòd non, ſi eſt feudum ex
pacto & prouidentia. Iſern. hic & in conſti. conſue
tudinem prauam in fi. Afflict. in cap. pri. §. fi. num.
58. quibus modis feud. ami. Feli. in cap. ad audien-
tiam. nume. 18. de præſcriptio. Crauet. de antiqui.
tempo. par. 4. nume. 27. car. 180. & probatur: nam
alienationis verbo continetur præſcriptio. Afflict.
in conſti. ſcire volumus. poſt numerum 6. de iuri-
bus Rega. rerum. vaſallus non poteſt alienare, er-
go nec pati quod præſcribatur. Non valenti agere,
non currit præſcriptio. l. fin. in fi. de ann. exceptio.
C. dominus ſi eſt impeditus impedimento iuris,
quia venit in concurſum cum vaſallo, qui habet v-
tile dominium, & præfertur. Iſer. hic in ver. ſi ei aût.
poſt medium. ſucceſſiue in damnum domini non
currit præſcriptio. Alexand. in conſi. 58. nume. 10.
5. vol. quia qui non poteſt, ipſo iure ſeruatur illæ-
ſus. Lucas in l. qui grauatos. circa fin. C. de cenſi. &
cenſito. & nô præiudicat ſicut in tranſactione. Iſer.
in cap. ſi vaſallus de feudu. nume. 9. ſi de feu. defun.
mili. contro. fue. Loffr. in conſi. 10. nume. 22. & di
uiſio facta cum proprietario, non præiudicat vſu-
fructuario. l. Is qui. de vſu & vſufru. lega. Intellige
in præſcriptione longa: ſecus in longiſſima, quæ
currit etiam contra dominum. Iſer. in §. illud quo-
que. nume. 70. circa medium. de prohi. feu. alie. per
Fre. & ſi amiſit per præſcriptionem. Iaco. de Ardi-
zo. in Sum. verum ſi vaſallus patitur vſucap. proce.
& comple. ami. feu. & dominus recuperat à præ-
ſcribente, an teneatur reſtituere vaſallo. Alexan. in
conſ. 92. in 6. dubio. num. 24. 6. vol. Inſuper, quod
eſt dictum in agnatis, quod non præiudicet, ra-
tio eſt, quia inter ipſos feudum videtur reſtitutio-
ni ſubiectum. Deci. in conſil 445. nume. 47. & 48.
et qui ſequens eſt in gradu, in cuius præiudicium
ſicut non valet alienatio veniente die, vel condi-
tione. Iſer. in §. & olim. colum. 2. in fi. de ſucce. feu.
ita nec præſcriptio. l. pri. de fun. dota. Item ſicut ne
mo promittendo alienum factum obligatur. l. ſti-
pulatio iſta, habere licere. de verb. obliga. ſed inu-
tiliter promittitur. l. ſicut. ff. de fideiuſſo. ita & ſi pa
ciſcatur præſcribi: quia præſcriptio plus operatur
quàm pactum. l. pri. in glo. 3. in fin. ff. famil. erciſc.
Ruſus acceſſiones in materia præſcriptionis dan-
tur his, qui in locum aliorum ſuccedunt, ſiue ex
contractu, ſiue ex vltima voluntate. l. de acceſſioni
bus. l. pen. & fin. cum ibi nota. ff. de diuer. & tempo.
præſcri. In feudo ex pacto & prouidentia vnus non
habet cauſam ab alio, ſed omnes à côcedente. Iſer.
hic, ſucceſſiue non habet locum præſcriptio, licet
dominus vtitur acceſſione ſui authoris cû ſua cau
ſa. l. Pomponius. §. pri. cum l. ſeq. de acqui. poſſeſſ.
reg. in omnibus, & ibi glo. 2. de reg. iuris. l. fin. §. ſed
ſi creditor. ad Velleia. ſecus in conceſſionario. Iura
verò quæ dicunt præſcriptionem tricennalem ha-
bere locum in feudis, quæ allegat Iſern. & conſti.
conſuetudinem prauam, cum præceden. & ſeq. lo-
quuntur indiſtincte. & ſecûdum illa ſufficeret poſ
ſeſſori ad inducendam præſumptam inueſtituram
tricennalis poſſeſſio, cum præſtatione ſeruitij: nô
tamen tollunt iſta iura ſpecialia, ſecundum Iſern.
hic, quę volunt, præſcriptionem perfectam cum va
ſallo, nô obeſſe domino. In filio dixi ſupra, & Iſer.
hic videtur diſtinguere, quòd ſi feudum eſt ex pa-
cto & prouidentia, non nocet, ſi hęreditarium ſit.
Loffr. in conſi. pri. nume. 194. Dicitur autem ex pa
23 cto & prouidentia, ſecundum Pileum & Bulga. ſi
detur tibi & liberis. Loffr. in conſi. 14. nume. 40. &
vide infra, an agnatus. hęreditarium, quâdo datur,
pro te, & hęredibus. Iſer. in dicto cap. pri. circa pri.
an agnatus. nam per illud verbum, hęredibus, feu-
dum dicitur hęreditarium, & venit in petitione hę-
reditatis. glo. in l. Item videndum. §. fin. de peti. hę-
re. Loffred. in conſi. 46. nume. 11. ſicut fuit conceſ
24 ſio huius regni facta per Eccleſiam Carolo pri-
mo. Iſer. hic in fi. Loffr. in dicto conſi. pri. num. 30.
circa medium, poſt numerum 54 93. & 196. Affli.
ſupra in prælu. poſt nume. 94. Fre. de formu. inue-
ſti. lib. 3. ibi, differentiæ inter feuda ex pacto & pro-
uidentia, verſic. decimoſexto. de Rege Apuliæ, qui
habet ab eccleſia, eius directo domino, & Regis.
Prępoſi. hic in princ. poſt nume. 3. & ex pacto de-
fertur primogenito: adeo quod non ſuccedit ſe-
cundogenitus etiâ primogenito ſine hęrede mor-
tuo, ſed aperitur feudum & deuoluitur ad Papam.
Idem Prępo. de filijs natis de matrimo. ad morga.
contr. poſt princip. Inde regnum Sicilię hęredita-
rium dicitur. Cap. in ver. feuda officiorum. colu. 9.
poſt princ. Afflict. in dicto cap. an agnatus. num. 9.
circa princ. & ſucceſſiue alia feuda, quia ſi regnum
quod eſt caput, reſpectu aliorum feudorum eſt hę
reditarium, alia feuda ſicut membra debent eſſe
hęreditaria, ne differant à capite. Loffred. in dicto
conſi. 46. nu. 31. circa finem. Idem iuris eſt in mem
bris, quod in capite. Archid. in cap. cognouimus. in
princ. 12. quæſt. 2. & de conſecutiuis. idem eſt iu-
dicium, quod de principali. Loffre. in cap. pri. col.
24. in fi. & 25. in pri. Impera. Lothar. ab ipſo enim
tanquam à capite, alia tanquam membra deſcen-
dunt. Ludouic. de Molin. de Hiſpano. primog. lib.
pri. cap. 2. nume. 17. cap. 3. nume. 6. & 25. cap. vn-
decimo. in princ. & nu. 15. circa finem. etiam quod
ex pacto deferatur primogenito. Afflict. in capitu.
pri. numero 16. circa finem. de ſucce. feu. & viuatne
in eo, iure Franchorum. Idem Afflic. hic in §. quid
ergo. num. 110. poſt medium. licet contrarium vi-
deatur

dcatur tenete. Cap. in ver. feudorum genera. ibi, ex
pacto & prouidentia. ver. prima declaratio. & tūc
poſſet dici hæreditarium, quia vaſallos habet hære
ditarios, hoc eſt immobiles & ſibi adhærentes. Af
flict. in §. hoc quoque. nume. 8. in fin. de ſucce. feu.
& retinetur ab Eccleſia pro vno palafredo. Idem
Afflict. in §. fina. poſt numerum primum. quid ſit
inueſtitura.

S V M M A R I V M.

1 *Econtrario, ediuerſo, contra, idem.*
2 *Si quid, ideſt ſi quod.*
3 *Abditum, intereſt an ſcribatur cum b, an cum dua*
bus literis dd: & quid ſignificat.
4 *Si quidem, ſunt duæ dictiones, cōpoſitę ex ſi, & qui-*
dem. & ſignificat cauſam, vt voces, nam, ſeu quo
niam.
5 *Tale, ex eo quòd poteſt contingere eſſe tale, non de-*
bet aliquid appellari.
6 *Vt, exemplificatiue ſtat.*
7 *Seruitus, ius appellatur, & non poteſt cedi, niſi cum*
fundo.
8 *Feudi conditio, quando dicatur fieri melior, & quan*
do non.
8 *Dominus conſentiendo, ſibi præiudicare videtur.*
10 *Pertinere verbum, dicitur ratione dominij, ſed &*
poſſeſſionis.
11 *Facere non poſſe, verbum, intelligitur de iure.*
12 *Augmentum, ſi poteſt de per ſe ſubſiſtere, eſt va-*
ſalli; aliàs domini.
13 *Dominum lex non vocat, qui habet vtiles actiones,*
ſed qui habet directas.

AD §. ECONTRARIO.

1 EContrario, ex diuerſo. l. contra iuris. ff.
de pactis. ediuerſo, contra, ſecundum
Gramma. in eo. ver. nam ſuperius di-
xerat de diminutione feudi & conceſ
ſione: nunc de augmento, quia contraria contra-
rijs opponuntur. cap. gratia. in glo. fiu. prim. queſt.
pri. glo. fina. in cap. affectum. 26. quæſt. 7. quorum
natura licet ſit, vt mutuo ſe expellant. Soci. in con-
ſi. 69. nume. 37. & 165. nu. 20. 2. vol. tamen quan-
doque optimum temperamentum naſcitur à con
trarijs. glo. & Bart. in l. ſi ſeruos. nume. 4. ff. de pi-
gno. Autem.) Nam non poteſt fieri deterior con-
ditio feudi abſque voluntate domini, melior ſic.
2 Ideo, econtrario autem, ſi quid,] ideſt, ſi quòd. l.
pri. §. pri. in ver. ſi quid. de operis noui nuntia. Feu
do à vaſallo additum ſit.) Et differt, ſi ſcribatur,
3 additum per duplex dd, vel per vnam: vel per b.
Ioan. And. in cap. concertationi. nume. 3. de appel-
4 lat. in 6. Si quidem.] Sunt duæ dictiones; nam cō-
ponitur ex ſi, & quidē. & ſignificat, nam; ſeu quo-
5 niam. Gramma. in ver. ſi quidem, Tale ſit.) Verè:
nam non poteſt dici tale, quod poteſt contingere
eſſe tale. Afflict. in deciſ. 385. circa finem. poſt nu
me. 7. Adiectum quod per ſe.) Natura propria, ſe-
cundum Gramma. Subſiſtere poſſit,) Ideſt, vt per
ſe cenſeatur, æſtimetur, putetur, vel arbitretur.
6 Gramma. in ver. cenſeo, Vt,) exemplificatiue. An-
cha. in cap. mandatum. nume. 3. de reſcriptis. Præ-
dium; id non accreſcit feudo,] Nō adiungitur feu-
do, vt in ver. additio. Si vero non poſſit ſubſiſtere,
7 vt ſeruitus,] Quæ ius appellatur. l. in concedendo.
in glo. pri. de aqua plu. arcend. & non poteſt cedi,
niſi cum fundo. Pernus in prim. notabilibus. col.
11. circa fin. Pleriſque,) Ideſt pluribus, & maxima
ex parte, vt exponunt Gramma. Placet feudo ac-
cedere, & Sicut.] Quod eſt aduerbium ſimilitudi-
nis, quandoque qualitatis. Bald. de pace Conſtan.
in ver. vaſalli. lo primo. nume. 2. circa finem. Par-
tem feudi diſponendam eſſe.] Nam quædam ſe ha
bent vt pars in toto, quædam vt pars circa totum,
quædam vt continens & contentum: quædam vt
connectens & connexum, quædam vt principale
& acceſſorium: exempla ponit Iacobi. in ver. di-
ctique vaſalli. nume. 4. & accedit tunc, ſicut caſtel-
lum fiſtulis etiam, quod ſcriptura non dicatur. l. fi-
ſtulas. ff. de contrahen. emptio. & manet in illa cau
ſa, adeo quòd noua conceſſione domini opus non
eſſet. l. peculiū. la prima. §. ſi ære. ff. de peculio. Me-
liorem namque conditionem feudi facere poteſt,
deteriorem non.] Fre. de ſubfeud. lib. 2. ibi, ſecunda
8 authoritas. in fine: & quando dicatur fieri melior
conditio, & quando non. l. cum qui. §. melior. l. ſi
prædio. §. fin. cum l. ſeq. de in diem adiectio. ſed nō
poteſt de feudo facere Burgenſaticum. addi. ad O-
doff. in Sum. vtrum vaſa. poſſit, natu. poſſe. da. &c.
in ver. poteſt. Sine domini voluntate.] Qui conſen-
9 tiendo ſibi præiudicet. Pernus in primo nota. col.
3. in fi. & ſeq. Vel eorum agnatorum, ad quos per
10 ſucceſſionem pertinet.) Ratione dominij vel poſ-
ſeſſionis. Caſſan. in conſue. Burgund. rubr. pri. §. 4.
ibi, mariage de vne fille. nume. 25. Facere non po-
11 teſt.) Scilicet, de iure. Bald. in conſi. 319. poſt nu-
me. 2. 5. vol. & ſic vaſallus poteſt addere feudo, cū
diſt. aut quod addit poteſt de per ſe ſubſiſtere, aut
non. Si poteſt, non accreſcit: ſi non poteſt vt ſer-
uitus, cenſetur pars feudi. Idem in iis quæ obue-
niunt. Sed numquid poſſit ædificare, & ſi ædifica-
uit & deceſſit ſine herede, cuius erunt dictę expen
ſæ. & ſi vult mutare naturam feudi minuendo, non
poteſt: poteſt tamen ſibi præiudicare dum tenet.
Odoffr. in dicta Sum. per tot. vtrum vaſ. poſſeſſi. na
tu. poſſ. da. &c.

Declarato textu, reddebatur dubia ciua conſul-
tatio; nam vna & eadem res, non debet diuerſo iu
re cenſeri. l. cum qui ædes. ff. de vſucapio. ſicut ean-
dem rem habere non poteſt iure legati, & iure hæ
reditario. l. filium quem habentem. in ver. percipit.
poſt princi. C. famil. erciſc. & ſic rem vti feudalem,
& Burgenſaticam. Eo magis, quia augmentum de
bet eſſe eiuſdem naturæ, cuius eſt alia portio cui
accreſcit. l. etiam. C. de iure dot.

Secundò videtur, quod augmentum ſemper de
beat eſſe vaſalli, ſicut in procuratore, qui ad certas
vſuras pecuniam dare iuſſus eſt, ſi pluris fœnerari
poterit, ipſe lucrabitur. l. ſi remunerandi. §. apud Iu
lianum. ff. mandati. ita & dominus ſemper quod
habet ratam ad eum ſpectantem, reſiduum debet
eſſe vaſalli, & ei etiam quòd diceretur reſtitui tan-
quam impenſæ vtiliter factæ. l. dominus horreo-
rum. §. pri. & l. pen. ff. locati.

Vltimo, videtur, quòd non vniatur, cum veniat
diuerſo iure: ſucceſſiue non habet locum ius ac-
creſcendi. Caſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 3. §. 5.
ibi, in alienacion. num. 47. in prin.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium; &
ratio eſt; quia augmentum quando eſt vnitum, cen
ſetur eſſe eiuſdem naturæ, cuius eſt alia portio cui
accre-

accreſcit. Iaſ.in l.cum filiofamilias. nu.39.de leg. pri.ſi eſt ſeparatum,ſeparata debet eſſe ratio.l.Papinianus exuli.de minori.cum contraria non poſſint eſſe in eodem ſubiecto. Alexan.in l.clam poſſidere.§. qui ad nundinas. nume.10.de acquiren. poſſeſſ. & poteſt facere meliorem conditionem, quia quilibet appetit bonum.Imino vult quod melius eſt.Iſer.in §. ſed & plures. num.8.cir.fin. per quos fiat inueſti.

Quibus ſtantibus,non obſtat primum: nam verum eſt,quod vna res non debet diuerſo iure cenſeri,conſideratione corporali, ſecus in intellectuali,vt hic.Afflict.in conſt.ſi quando, in pri.nota. in fi.de nomi. Baro.poſſide.in terra dema.

Replicatur ſecũdo: nam debetur augmentum vaſallo in pecunia,quia ipſa eſt rerum æſtimatio,inuenta, vt ſubueniat huiuſmodi difficultatibus hominum.l.ſin.in glo.fin.in fi.ff. quæ ſenten. ſine appella.reſcinda.

Vltimum non obſtat, nam dicitur potius ius cõiunctionis,quàm accreſcendi.l.& Proculo.de leg. 2. & ſic firma remanet concluſio, quòd augmen-
12 tum ſi poteſt de per ſe ſubſiſtere, eſt vaſalli: aliàs domini.Firmat Paris.de reinteg.feu.in ver.melioramenta an poſſint vendi.nume.6. Alexa.in conſ. 44 nume.8. 3.vol. Extende,idem eſſe in emphiteoſi ea finita. Deci.in conſi.518.4.volu.nam tenetur dominus directus pati,quòd ædificia diruantur & aſportentur,vel ſoluere. Alexan.in conſi.83. poſt nume.8.ibi,circa,& nume.9.7.volumi. reficiendo expenſas.Aluar.hic nume.3.circa princip.Idem in eo qui ædificauit in domo conducta, & feneſtras effecit: nam finita locatione poterit amouere. l. habitator. cum ibi not.ff.de rei vendi. & habet locum, tam ſi meliorauerit, quàm ſi pecunia fundo ſeruitutem cõparauit. §.ſi vaſallus. hic finitur lex. vel caſtro iuriſdictionem acquiſiuit. Præpoſit. hic num.2. & Aluar.nume.prim.& 4. licet ſi acquirat iuriſdictionem in caſtro, domo & prædijs feudi, non cedit feudo; quia poteſt per ſe ſubſiſtere,& ſeparari, ſalua ſui ſubſtantia. glo.5.Pariſi.titu.pri.§. pri.nume.44.Inſuper intellige prædicta, quando feudum vel emphiteoſis deuoluitur per lineam finitam,ſecus ſi per delictum; nam tunc amittit omnia. Deci.in dicto conſil.518. Afflict.in dicto §.ſi vaſallus.in prin.& 3.notab.mobilia & Burgenſatica vadunt ad Regem,feudalia ad Baronem. Cap. in cap.Imperialem.in glo.pri.in 3.conclu.ibi,& dicit.de prohi.feud.aliena.per Fre. Item non procedit in maioratu,nam ædificia in eo facta hæres nõ poteſt repetere,niſi quæ abſque illius detrimento tolli poſſint: & ſic remanet ac ſi à principio non fuiſſent facta.Ludo.de Moli.de Hiſpano. primog. lib.pri.cap.26.num.16.

Vltimò ſecundum Iſern. hic non procederet, quando vaſallus 30. annis poſſedit feudum cum prædio, & inde præſtitit ſeruitium domino; nam tunc præſcripſiſſet.& licet acceſſoriè,quod principaliter non liceret.glo.in extrauag.com.vni.in ver. executores.poſt medium. de offic.delegat. & permittitur ratione connexionis, quod aliàs non permitteretur.glo.1.in capit. hæc quippe. 3.quæſt.6. glo.pen.in cap.nolite.lo primo. 11. quæſt. 3.Similia ponit glo.hic.& cõceditur ſecundariò,quod principaliter non concederetur. glo.fin. in l.cum probatio. ff.de probatio. & ratio ponitur in litera ſecundum Iſern.hic, quia vaſallus poteſt meliorare feudum, non autem deteriorare ſine voluntate agnatorum: ſicut melior & leuior poteſt fieri conditio vicini,deterior non.l.ſeruitutes. §.ſi antea.ff. de ſeruitu.vrba.prædio.& melior poteſt fieri conditio alterius deterior nunquam. l. 3.in prin.& ibi glo. pri.ff.mandati.& quemadmodum vaſallus reſpectu patroni,ita patronus reſpectu vaſalli poteſt facere meliorem conditionem feudi,non deteriorem,ſine conſenſu alterius.gloſ.7.Pariſi. circa fin. titu.pri.§.37.

Nota,quòd augmentum eſt triplex, intrinſecũ & non concretum,extrinſecum acceſſorium,& diſcretum.Bald.in l.edita.in 2.repeti.num.39. C.de edendo. Primum eſt fictum, figuratum per zenma,legis præſumptione. Iſer.in §.diffidamus. col. pri.circa finem.poſt numerum 23.de ſtatu.& conſu.contra liber.eccle.Secundum poteſt exemplificari in partu ancillæ feudalis,qui eſt eiuſdem conditionis ſicut & mater. Iacob.de Ardizo.in Sum. an partus ancillę datæ in feud. ſit domin. vel vaſal. Vltimum poteſt figurari in palatio conſtructo in feudo,quod ſi vaſallus deſtinauit fieri feudale, eſt feudale,aliàs non. Paris de reintegrat.feud.in ver. Baro habens feudum in comi. ędificare fecit pala.&c.huiuſmodi additamentum ſeu augmentum, debet regulari ſecundum naturam ſui pręexiſtentis.Cagn.in l.pri.nume.9.ff.de iudiciis. adeo quod de augmento penſionis, idem iudicatur quod de ipſa penſione.Deci.in conſi.141.nume.2.eſt eiuſdem conditionis & naturæ,cuius eſt id cui accidit. Iſer.in §. de manſo.nume.14.in fi.vbi dixi late, de contro.inueſt.& pro eo quod eſt auctum, non petitur nec requiritur noua inueſtitura. Idem Iſern. in §.ſed & plures.nume.6.circa medium.per quos fiat inueſtit.Iaco.de Ardizo.in Summa.vtrum frater inueſtitus de parte ſua,mortuo fratre ſuo, habeat neceſſe petere inueſt.ꝓ parte fratris ſui mortui,quia paria ſunt valuiſſe plus tempore dationis, vel ex poſtfacto creuiſſe.Iſer.in §.ſimiliter, lo vlti. nume.14.circa finem.de capi.qui curi.vendi.Affli. in dicto §.ſi vaſallus.nume.4.hic finitur lex.Secundo nota, quod vaſallus poteſt facere conditionem feudi meliorem,deteriorem nõ,ſine domini vel agnatorum cõſenſu,ad quos per ſucceſſionem pertinet.l.in concedendo.& l.in diem. de aqua pluuia arcen. Ioan.de Ana.de aliena. feud. inter vlus feu. Bald.nume.20. & Aluar.hic nume.2. & Præpoſi. in prin.vnde infertur, quòd non poſſit vaſallus incidere arbores fructiferas.Iaſ in l.diuortio.§.ſi fundum.nume.2.& 3.in fin.ſolut.matrimo.Aluar.ſupra eo.in §.quid ergo.nume.pri.in fi.& remiſſio in augmentum feudi ſine aſſenſu tenet. Cap.in deciſ. 100.ante & poſt numerum 4.& 156.in fi.intellige prædicta, ſecundum iſta iura. Afflict.in cap.Imperialis.nume.3.de prohib.feud.aliena.per Lotha. & in cap.Imperialem.in 22.quæſt.poſt nume.11. & 16.de prohi.feud.aliena.per Fre.vbi etiam Cap. in 2.conclu.car.36.colum.pri.ſecus in regno virtute conſti. conſtitutionem diuæ memoriæ. ibi, minuendis aut commutandis. Iſer.in cap.pri.in addi. an ille qui interfecit fratrem domini ſui,nam requiritur aſſenſus etiam in augmentum, multa Cam. pro & contra,in dicto capi. Imperialem.colum.7. in princ.cum ſeptem ſeq.vltra quòd prædicta iura poſſent intelligi,quãdo prohibitio alienationis ſolum fuit in fauorem alienantis: ſecus ſi in fauorem ipſius & aliorum,quia tunc etiam in cauſam vtilio-

rem

rem effici non poteſt. Ludouic. de Moli. de Hiſpa. primoge. lib. 4. cap. 6. nume. 27. Item quando iura quæ ceduntur, non habet formam feudi, ſed eſt actio ad feudum cum eo vnita, ſecus ſi diſtincta & ſeparata ab eo. Cam. in dicto capit. Imperialem. in pri. col. 11. circa ñn. 12. in prin. 49. circa medium. 50. 51. & 52. & hic in textu, vbi feudo accedit, ſi de per ſe non poteſt ſubſiſtere, aliàs ſecus. Et quod dicitur de vaſallo, idem ius filio, ſeruo & vſufructuario. addi. ad Odoſt. vbi ſupra, verum vaſa. poſſe. &c. in ver. poteſt. vnde fructuarius inſtante proprietario, poteſt priuari iure ſuo, ſi abutitur transferendo in extraneum rem, ad cuius cuſtodiam & tuitionem tenebatur. glo. Pariſi. tit. pri. §. 23. poſt nu. 43.

13 Vltimò nota, quòd lex non vocat dominum, qui habet vtiles actiones. l. pri. in glo. fin. in fi. ſi ager vectigal. ſed qui habet directas. l. ſi mater. §. eandem. in ver. nam. de except. rei iud. Ideo feudarius, qui non eſt dominus directus, ſecundum Iſer. hic, poteſt ſe viuo facere feudi conditionem deteriorem, poſt mortem non, feudo apetto domino vel agnatis: quia confertur in tempus quo non eſt dominus. dixi late in §. donare. infra tit. ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Quamuis, ſtat aduerſatiue, & non correctiue: ponitur enim cauſatiue, pro quia.*
2 *Poſſeſſionis nomen generale: ſed aliud proprietas, & aliud poſſeſſio.*
3 *Proprietas vnde dicatur.*
4 *Spectat, verbum, idem eſt quod, pertinet. & intelligitur reſpectu proprietatis & poſſeſſionis.*
5 *Ideo, ſignificat, propterea, idcirco.*
6 *Quarta à Romanis, à Longobardis tertia relinquitur poſt mortem vxoribus.*
7 *Pignus dicitur conſultum, quia conſulit creditori: & debet valere aliquantulum plus debito.*
8 *Pignus non conſtituitur ſuper feudo.*

AD §. QVAMVIS.

1 QVamuis,) eſt coniunctio aduerſatiua. Lucas in l. 2. C. de vendi. rebus ciui. hic ſtat aduerſatiue, non correctiue, l. pri. §. ſi cui. in ver. quamuis. ff. vt legat. nomine caue. in l. vni. C. ſi quis eam cuius tutor. &c. & ponitur pro quia. l. Stichum aut Pamphilum. §. pri. in ver. interim. ff. de ſolutio. & ſic aduerſando, & non corrigendo. l. 2. in ver. diuerſam. de præto. ſtipula. dicit, quòd quamuis vaſallus ſit dominus, tamen quia proprietas ad alium ſpectat, ideo ſuper eo non poteſt cõſtituere dotarium, ſeu pignus. Enim.] Eſt dictio cauſalis, ſecundum Grã-
2 mat. Poſſeſſio.] Eſt nomen generale. Lucas. l. 4. colum. pri. in fi. C. de incolis. ſimpliciter prolata, aliud eſt poſſeſſio, & aliud proprietas. Idem Lucas in l. vni. colum. 3. in fi. C. de reis poſtula. vnde, quamuis Per beneficium.] Benefactum, benignitatem, & meritum, poſſeſſio. vtile dominium, non directum. glo. mag. circa medium. in l. pri. C. de appellat. Ad eum,] ſcilicet vaſallum pertineat, Tamen.) Quæ eſt dictio aduerſatiua. l. cum hic ſtatus. §. ſi diuortium. in ver. tamen. ff. de donatio. inter virum & vxor. Quia, Proprietas,] Quaſi proprie tua. eſt
3 nomen directum, & non obliquatur, nec ponitur pro vtili dominio. Ideo emphiteuta feudatarius, & ſuperficiarius, qui habent vtile dominium, non dicuntur habere proprietatem, ſed eam habet directus dominus. Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 14. de acquiren. poſſeſſ. & in l. ſi domus. §. ſi fundus. poſt nume. 8. de leg. pri. Ad alium ſpe-
4 ctat.) Quod idem importat, quod pertinet: & intelligitur reſpectu proprietatis & poſſeſſionis. Iaſ. in dicto §. nihil commune. numero 185. hic reſpectu
5 proprietatis tantum. Ideo.] Propterea, idcirco, vt
6 apud Grammat. in ver. ideo, Quartæ.] Quæ à Romanis, & tertia quæ à viris Longobardis fieri ſolet vxoribus poſt mortem viri.] Quo ad vſumfructũ, ſi ſuperſunt filiis, aliàs etiam quo ad proprietatem. l. pri. & per totum. iuncta glo. de his quæ à viro in mulie. dantur vel relinquuntur. in Longobar. & gl. hic. non ſolum in bonis quæſitis, ſed etiam quærẽdis. Afflict. in conſt. mulier quæ dotarium. in 2. & 3. dubita. nume. 10. & 11. de dota. conſtitu. Ad mulierem nihil pertinet.] Super feudo, Nam nec.) Id eſt & non. §. quod autem. in ver. ſed ſi. Auth. de fi-
7 deiuſſor. pignus, quod Conſultum dicitur.) Quia conſulit creditori. Præpoſi. hic ante numerum primum, & debet valere aliquantulum plus quàm debitum. Azo in Sum. C. de bonis aut. iudi. poſſi. nume. 8. circa medium. Fieri poteſt ex feudo.] In aliis poteſt etiam minor, & dare fideiuſſores. l. pen. de prohib. aliena. mino. in Longobar.

Declarato textu, pro dubio videbatur dicendũ, quòd feudi proprietas, etiam quod ſit aliena, obligari poſſit: nam ſi res aliena obligatur tenet, cum diſt. de qua in l. cum res. in glo. fin. C. ſi aliena res pigno. obliga. ſit. cum poſſit quis etiam ſpem cedere, & confirmatur ſuperueniente dominio. l. conſtante. & ibi glo. C. de donatiõ.

Secundò, feudum etiam quòd non poſſit alienari, videtur quòd poſſit pignorari: nam Eccleſia nõ poteſt rem Eccleſiaſticam alienare, pignorare ſic. §. nos igitur. & §. ſi verò aliquid. Authen. de aliena. & emphi. procurator generalis non poteſt vendere, dare pignori poteſt. l. ſolutum. §. fin. cum l. ſeq. ff. de pigno. actio. ſimilia ponit Iaco. de Ardizo. in Summa. vtrum pigno. obliga. in feu. prohibea.

Vltimò, cauſa pignoris eſt ſeparata à proprietate, vnde ſi præſcribitur contra debitorem, non præiudicat creditori. l. vſucapio. cum ibi not. C. de pignori. Ita poterit vaſallus pignorare feudum, ſed non nocebit domino proprietatis.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium; & ratio eſt: quia prohibita alienatione, prohibetur pignoratio, per quam deuenitur ad venditionem. l. ſi conuenerit. & l. quamuis. de pigno. actio. Tanto magis, quia via pignoris eſt odioſa. glo. Pariſ. tit. 2. §. 63. in prio.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam res aliena poteſt vendi, pignorari non niſi domino diſſimulante. l. 2. & l. qui prædium. C. ſi aliena res pig. data ſit. l. ſi rem. in princ. & §. pen. l. aliena. & l. cum debitore. ff. de diſtra. pig.

Secundum non obſtat: nam ſecundum iſta iura, nõ ſolum prohibetur venditio, ſed etiam pignoris obligatio, tranſactio, & permutatio. cap. Imperialem. de prohib. feu. alien. per Fre. & iſta debent attendi. cap. pri. de feu. cog. etiam quòd ius diuerſum diui Principis ſancierunt. l. abolitionem. C. de adulteriis.

Vltimum

Vltimum non obſtat: nam illud procedit in al-
lodialibus, ſecus in feudis, in quibus quod ab ini-
tio non valet, tractu temporis non conualeſcit. §.
Imperator Lotharius. vbi Iſern. & late dixi, dicto
titu. de prohib. feud. aliena. per Fre. & ſic firma re-
manet concluſio, quòd pignus non conſtituitur ſu
5 per feudo. Intellige, tamen ſi ſit dotalitium conue-
tum, quam conſuetudinarium. Caſſa. in ſimi. in con
ſue. Burgund. rub. 4. §. 15. ibi, deſon. nume. 2. & §.
16. ibi, de vaire. in prmc. & tam in vno quàm in plu
ribus, cum mulier poſſit habere plura dotaria, ſi
pluries nupſit. Caſſan. vbi ſupra. §. 8. ibi, & ſe ledo-
uaire, num. 2. non ſolum iure iſto, verum etiam &
in regno: nam non conſtituitur ſuper capite Ba-
roniæ, ſine licentia Reg. Fre. de form. inueſtitu. ibi,
differentiæ inter feuda regalia. ver. vigeſimaquar-
ta. & in feudo ex pacto & prouidentia, ſecus in hæ
reditario. Fre. vbi ſupra. ibi, differentiæ inter feuda
ex pacto & prouidentia. verſi. trigeſimoſexto. nec
in bonis quæſitis per virum ante matrimonium ſe
cundum conſuetudinem Franciæ. Caſſa. vbi ſupra,
§. 6. ibi, anciens, num. 24. in regno, ſi habet duo feu
da poteſt, vt in conſt. licentiam. de dotibus. & poſ-
ſet contra ſeipſum, ſaluo iure domini. Bal. in §. do-
nare. nume. 6. vbi late, infra titu. proxi.

Nota, quòd vtile dominium & proprietas ſunt
diuerſa, dominium & poſſeſſio ponũtur vt ſpecies
differentes. Lucas in l. vni. circa medium. C. non li-
cere habitato. metrocom. Vnde ſi quis in libello
dicat proprietatem ad ſe pertinere, & poſtea pro-
bat vtile dominium, puta quod ſit emphiteuta vel
vaſallus ſuccumbit. in con. feu. diuer. pri. nume. 47.
Secundò nota, quòd ſuper feudo non poteſt con-
ſtitui pignus nec dotarium, & ſi conſtituit, ac acce-
ptor eſt bonæ fidei, debetur æſtimatio, tanquam
re euicta. Afflict. in cõnſtit. mulier quæ dotarium.
in §. dubita. nume. 15. Iſer. hic in fin. quia non eſt
campus Martius, forum, vel baſilica. l. Aphricanus.
libro 20. epiſtolarum, apud Iulianum. de legat. pri.
nec res eccleſiaſtica, quæ reuertitur ad eccleſiam,
ſi non habet filios. §. emphiteoſim autem. Autben.
de non alienandis.

Qualiter olim poterat feudum alie-nari. Titu. IX.

SVMMARIVM.

1 *Tria tempora conſiderantur in alienatione feudi: ius vetus, nouum, & nouiſſimum.*
2 *Quondam, dudum, & olim, continent tria tempora, præſens, futurum, & præteritum. vel præteritum & futurum: quondam & olim, ſolum præteritum.*
3 *Poterat, verbum, habet quatuor ſignificata.*
4 *Alienatio quid ſit, & quotuplex; & quot modis fit.*

AD RVBRICAM.

VAſalli habuerũt olim maiorem autho
ritatem in feudis, quàm hodie. Aluar.
in cap. pri. nume. pri. de aliena. feudi.
vnde in materia alienationis feudi, ha
1 bemus tria iura diuerſa, Idem Aluar. in §. aut ſi li
bellario, poſt prin. vbi etiam Præpoſi. in prin. Qui-
bus modis feud. amit. lo primo. & in §. hoc quo-
que. nume. 3. de ſucce. feud. De iure veteri poterat
vſque ad medietatem: iure nouo non poterat ven
dere, ſed libellario nomine concedere. Hodie iure
nouiſſimo, nullo modo, etiam minimam partem,
Idem Aluar. in §. fin. poſt numerum 3. dicto titu.
quibus mod. feud. amit. habemus aliam diſpoſitio-
nem apocripham, de qua in capitulis extraordina-
riis & alterius compilationis. in pri. qualiter olim.
& cap. quid nunc obtineat. Hoſtien. in Sum. de feu
dis. ibi, quid olim. & ſeq. & Odoſtr. in Sum. quibus
modis feu. ami. nume. 17. & 18. de hoc non tracta-
ctamus: ſed qualiter olim. Et eſt ſciendum, quod
2 habemus verba, quondam, dudum, & olim. & iſta
continent ſub ſe tria tempora; præſens, futurum,
& præteritum. Abb. in cap. ex parte. 6. poſt nume.
2. de foro competen. in cap. cum contra. num. 3. de
pigno. Zaba. in clemen. vni. in ver. dudum. in prin.
de iureiuran. in clemen. paſtoralis. in prin. 4. nota.
de ſenten. & re iudi. vel præteritum & futurum. l.
pri. §. pri. in ver. olim. & ibi Bart. num. 2. de operis
noui nuncia. ex communi tamen vſu loquendi, &
proprio ſignificatu iſtæ voces, quondam, & olim,
capiuntur ſolum pro tempore præterito. Iaſ. in d. l.
prima, §. pri. nume. 4. ad præteritum referri tradit
Gemi. in cap. præſemium. nume. 5. de teſtibus. in 6.
nam antiquitus poterat feudum alienari iure ho-
dierno ſi alienatur, & ſequitur traditio, amittitur
feudum. Guido Papa in deciſ. 162. & ſic verbum,
3 poterat, de quo hic, habet quatuor ſignificata: ſci-
licet, de iure, ſecundum bonos mores, ſecundum
naturam, item de facto. Bald. in l. res inter alios a-
cta. poſt numerum 3. C. quibus res iudi. nõ nocet.
prolatum à legiſlatore importat potentiã, ſed non
actum, vt hic. Relatum ad partem, ſignificat poten
tiam deductam ad actum. Iaſ. in l. Gallus. numero
16. de liber. & poſthu. hic magis actum quam po-
tentiam, Bartol. in l. ſi quis apud. §. ſi reus. numero
pri. ff. iudi. ſolui, licet quandoque verificetur in po-
tentia, & non in actu. Idem Bart. in l. ſtatuliberos.
§. ſi quis ſic, nume. pri. de ſtatuliberis. olim, per di-
ctum verbum, poterat, habebat vaſallus volunta-
riam poteſtatem. Alexand. in conſi. 106. nume. 11.
2. volum. alienandi feudum: quod hodie optima
conſuetudine eſt interdictum, vt in textu in princ.
Ideo non habet ſignificationem extenſiuam in fu-
turum, l. ſi is cui, vbi notat Soci. in pri. de condi. &
demonſtra. & in conſi. 93. nume. 24. prim. volumi.
nec præſens vel futurum ſignificat. Idem Socin. in
conſi. 251. nume. 16. & 20. 2. vol. ſed demonſtrat,
Qualiter olim poterat feudũ alienari,] Quod con
tingebat pluribus modis. Afflict. in capit. ſi Titius,
circa princ. ſi de feud. fuerit contro. inter domi. &
Ang. & dicitur alienatio, ſeparatio dominij à no-
4 bis. l. ſancimus. C. de rebus alienis non aliena. Et eſt
tribus modis, vere & proprie quando transfertur
dominium, vel ius ſimile dominio, puta vſusfru-
ctus, ſecundo modo improprie, vt in datione pi-
gnoris conuentionalis. Ternò largiſſime & magis
improprie, quando quis tradit poſſeſſionem ſine
titulo retento pleno dominio. Barbat. in addit. ad
Bald. in rubr. de aliena. feud. Prima de qua hic, fit
etiam tribus aliis modis; nam quædam fit per ſe
& non in alium. Puta vaſallus refutat feudum do-
mino, refutando à ſe abdicat, & domino nihil tráſ-
fert: quia ius metitur à proprietate. Alia eſt a ſe in
alium,

alium. §.hoc quoque. de ſucce.feu. Vltima fit in a-
lium & non à ſe, & eſt quando creditor vendit pi-
gnus. late Bald. in dicto §.hoc quoque. nume.vn-
decimo, & duodecimo. Iſtæ duæ vltimæ prohiben
tur infra io textu: & latius in capit.Imperialem.de
prohi.feu.aliena.per Fre.

SVMMARIVM.

1 *Sum, es, eſt, importat veritatem: demonſtrat ſubſtantiam, nam non dicitur eſſe, quod non videtur.*
2 *Verbum, quod poteſt ſe habere ad præſens & præteritum, ex coniecturis declaratur ad quod ſe habeat.*
3 *Autem, dictio, eſt continuatiua & aduerſatiua: non ſemper repetit qualitatem præcedentem.*
4 *Optimum, Hæc dictio ſuperlatiua, ponitur per ſuperabundantiam, quia vni ſoli conuenit: & vltimum obtinet gradum bonitatis. Vnde, optimū, ideſt bonum.*
5 *Interdicta, prohibita, vetita.*
6 *Variæ conſuetudines, & tria iura diuerſo modo loquentia circa alienationem feudi.*
7 *Diuerſa quæ ſint.*
8 *Sententia dicitur pluribus modis.*
9 *Seu, dictio ſtat declaratiue, pro, ideſt.*
10 *Curia tribunal dicitur.*
11 *Donec, quamdiu, quouſque, dictiones.*
12 *Diui, ideſt deificati; nam Imperator poſt mortem, velut Deus habebatur. & vno modo loquitur de defunctis, aliter de viuis.*
13 *Neceſſitatis nomine alienat, omnis iuſta cauſa alienandi, etiam vtilis continetur.*
14 *Namque, verum, ſed, dictiones.*
15 *Olim, dictio, demonſtrat: magnum, quandoque modicum tempus ante ſignificat.*
16 *Inuitus dicitur, non ſolum qui expreſſe contradicit, verum etiam & qui expreſſe non conſentit.*
17 *Partis appellatione venit dimidium: quandoque totum.*
18 *Fraudibus eſt obuiandum.*
19 *Venditionis verbum tripliciter accipitur, latiſſime, late & ſtricte.*
20 *Irritum dicitur, cum aliquid omittitur faciendum.*
21 *Secundus vaſallus, ſi paratus erat recognoſcere à priore domino, & ſeruire, auditur.*
22 *Recognoſcere, pro rurſus cognoſcere.*
23 *Feudi medietas olim poterat vendi, alia parte retenta.*
24 *Sententiæ diuerſæ ſolent proferri in eodem facto.*
25 *Sententiæ ſi ſunt plures & conformes, illas ſequendo, dicitur potius ſequi conſuetudinem, quàm ſententiam.*
26 *Conſuetudo permittit alienationem feudorum.*
27 *Vendi non poteſt feudum, etiam vrgente neceſſitate.*

AD TEXTVM.

1 ESt.) Sum, es, eſt, importat veritatem,
& demonſtrat ſubſtantiam. Bald. in
l. quæ fortuitia. poſt numerum 9.
C. de pignor. action. nam non dici-
tur eſſe, quod non apparet. glo. penult. in capit. ſo-
lemnitas. de conſecratio. diſtinct. pri. nec videtur,
niſi ſit perfectum. glo. in l. ſoluendo. de verb. ſigni-
ficat. ſicut non dicitur habere actionem, qui habet
inutilem. glo. in cap. penult. in ver. deerat. de frigi.
& malefic. & licet poſſit ſe habere ad præſens &
2 præteritum, ex coniecturis declaratur, ad quod ſe
3 habeat. l. his verbis. de leg. 3. Autem.) Eſt aduerſa-
tiua & coniunctiua. l. prim. §. hoc autem. de operis
noui nuntia. l. ſi cui legetur. §. hoc autem. de legat.
pri. l. 3. ff. ex quibus cauſ. maio. Iaſ. in l. 3. §. ex con-
trario. nume. 6. de acquireo. poſſeſſ. repetit, ſed non
ſemper qualitatem præcedentem. Idem Iaſ. in l. fi-
lius à patre. numero ſeptimo, & 23. de liber. & po-
ſthu. nam ſupra, de inueſtitura & pignore feudi di
xit, nunc de alienatione, quę olim in certis caſibus
erat permiſſa: hodie optima conſuetudine inter-
4 dicta, vt hic: & dicitur, Optima,] Per ſuperabun-
dantiam, quia vni ſoli conuenit. glo. fin. in capitu.
metropolitano. 63. diſtin. & vltimum obtinet gra-
dum bonitatis. glo. prima in l. 3. de teſtibus. io Lon
gobar. & ſi verborum lenociniis deſtituta eſt, ipſa
tamen ſui natura ſatis ornatur. gloſ. pri. in princip.
in clemen. ſæpe. de verb. ſignificat. quod optimum, ip-
ſum quoque bonum eſt. l. vbi. de verb. obligat. l. 1.
in ver. nouum. ſi certum petat. & ſic Optima, id-
5 eſt, bona conſuetudine. Interdicta.) Prohibita, ve-
tita. Et multa interdicuntur à lege, quandoque à
iudice. Lucas io l. pri. circa princip. & colum. prim.
circa medium. C. de his qui in exilium dati. Feudi
alienatio, ſuper qua multæ & diuerſæ ſententiæ
6 dabantur.) Nam variæ fuerunt conſuetudines ſu-
per alienatione feudi, nunc io totum permiſſa,
nunc pro parte tantum, in caſu neceſſitatis: do-
nec Lotharius Secundus & Fredericus Primus, in
totum prohibuerunt alienationem ex qualibet cau
ſa, etiam neceſſitatis, dotis vel piæ cauſæ: impo-
nendo pœnam contrahentibus, & notario ſcriben
ti. glo. 5. Pari. in prin. titu. pri. §. 13. & tria principa-
lia iura diuerſimode loquentia, tradit Hoſtienſ. in
Summa de feudis. ibi, quid olim obtinebat. Curt.
io tractat. feud. in 4. part. princ. in vlti. cau. priuatio
nia feud. nume. octuageſimo primo. in princi. quæ
7 autem dicantur diuerſa. Lucas in l. 4. colum. 2. cir-
ca medium. C. de tabula. ſcribis, Logogra. Senten-
8 tiæ nomen pluribus modis capitur. Azo in Summ.
quomodo & quando iudex. in prin. & poſt. In ſin-
9 gulis ciuitatibus, Seu.] Ideſt: ſtat declaratiue. Ioan.
And. in cap. 2. in prin. & eſt expoſitiuum præceden
10 tium. de offic. vicarii. in 6. Curiis,) Quæ tribunalia
dicuntur. capitul. ſi quis ſacerdotum. 11. quæſtio.
11 pri. Donec,] Quamdiu, quouſque. glo. 3. Pariſi. tit.
pri. §. 6. nume. 15. io ſecundo. Imperator diuæ me-
12 moriæ.) Ideſt Deificatæ memoriæ. Aluar. hic poſt
princip. quia Imperator poſt mortem velut Deus
habetur. Archidia. in cap. placuit. io princ. 16. quę-
ſtion. tertia. Inde diuua Iuſtinianna. l. fina. de ad-
uoca. & vice domi. in Longobār. & aliter loquitur
de defunctis, quam de viuentibus. Zabarel. in cle-
men. paſtoralis. in prin. in 5. nota. de ſent. & re iud.
nam mortuua dicitur diuæ memoriæ, vt hic, & in
l. reſtituendi. C. de aduocat. diuer. iudic. l. ſi con-
ſtante. C. de repudiis. l. 3. C. de legit. tute. l. illam. C.
de colla. l. bene à Zenone. de quadrien. præſcri. l.
neq;. & l. diuæ memoriæ. C. de decurioni. l. ab Ana
quæſtio.penultim.in 5.limit.poſt nume.126.nam
factum nullum & illegitimum non ligat hære-
dem.Frec.de formu. inueſtitu.lib. tertio.ibi, ter-
tia formula,poſt num.9.Contrarium tenuit Ioan.
Faber.in §.non ſolum.in fine.nume. 8. Inſtitu.de
legat.Ioan. Blanchus, Quibus modis feud.amitt.
colum.23.Afflict.in dicto capitu.Imperialem.in
princip.num.36.ita poſt multa Fre. vbi ſupra. ibi,
differentiæ inter feuda ex pacto & prouidentia.
verſi.duodecimo.eſt textus in l. ſed ſi res.l. ſi quis
inquilinus.& l.filiusfamilias. §. ſi quid alicui. de-
lega.prim.l. qui concubinam.§.fina.l.cum patro-
no.& l.non dubium.vbi glo. fina.de leg.3.l.3.C.
de litigioſis, ſicut quando confertur feudum,qđ
eſt indiuiſibile, ex quo viuitur iure Franchorum
debetur æſtimatio.Afflict.in dicto cap. Imperia-
lem.§.præterea ducatus.nume.30.poſt medium.
ille ad quem non poteſt tranſire aliquod ius pro-
pter naturam ipſius,habebit illius comoditatem.
exemplum ponit Caſſan.vbi ſupra, rub.ſecunda.
§.primo,ibi, & appartien. la confiſcation. nume.
21.& 22. & ſic legatarius voluntatis emolumen
tum conſequitur ſaluo iure communi.l.alimento
rum.ff.de alimen. leg. Intellige tamen, ſi teſtator
ſciuit,ſecus ſi ignorauit.l.fideicommiſſa.§.ſi verò.

de leg.

de leg. 3. l. multum, in ver. placet. de verborum o-
bligationib. vnde ſi alieno ſeruo legatur militia, ſi
ſcienter, debetur æſtimatio: ſecus ſi ignoranter.
Ioan. And. in capito. Abbate ſane. nume. 4. in fine.
de re iudica. in 6. item quando legatur ei qui poſ-
ſet habere ſine magna difficultate. Innocen. in di-
cto capit. filius. de teſtamen. vel niſi eſſet prędium
Cæſaris, cuius commercium nõ eſt ſine iuſſu Prin
cipis. l. idem Inlianus §. fin. de lega. prim. vel pro-
pter delictum legatarij non poſſet habere com-
mercium. l. mortuo boue. §. Labeo. de leg. ſecund.
in dictis caſibus non tenetur dominus legatariũ
inueſtire. Cap. in dicto capitu. Imperialem. in glo.
ſecunda. in 2. parte, & prohibetur legari, quod prę
ſtari non poteſt. l. cætera. §. penultim. de leg. prim.
Intelligitur legare ius quod habet, licet finiturum
morte legantis. Alexand. in conſi. 19. nume. 13. 6.
volumine. & quòd ratio legandi non cohæret le-
gato. l. cum tale, lo primo. §. falſam. de conditio.
& demonſtratio. An autem poſſit teſtari? & quòd
poteſt, ſi modo inſtituitur qui ſucceſſurus eſt ab
inteſtato. Afflict. in capit. prim. nume. 70. circa fi-
nem. de ſucceſſi. feud. non præſumitur feudum in
derogationem teſtamenti. Bald. in conſil. 352. in
fine. primo volumine. & vt non videatur deceptus
iure communi vſus. l. inter eos. §. penultim. in fin.
ff. de fideinſſo. & poteſt grauare filium hæredem
vniuerſalem, quod anno quolibet de vino quod
recolligitur de vinea feudali, det ſalmas duas amo
re Dei. Bald. in dicto titu. de ſucceſſi. feud. nume.
8. Loffred. in conſi. 36. nume. 23. Cap. in ver. feu-
dorum executiones. in prim. limit. circa medium.
& in ver. feudorum fructus, ibi, futuri. circa me-
dium. Iacob. in ver. ita etiam, nume. 16. & in ver.
& cum pacto quòd de ipſo feudo, nume. 12. circa
finem. Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 3. §. octa-
uo. ibi, en alienation. poſt nume. 40. Aluar. & Præ
poſit. in capitu. prim. in princip. & circa finem. de
ſucceſſ. feud. tangit Cam. in dicto capitu. Imperia
lem. car. 20. columna prim. circa finem. Non poſ-
ſet tamen inſtituere hęredem extraneum, quia eſ-
ſet alienare. Afflict. in dicto capitu. Imperialem. in
princip. nume. 32. niſi fiat cum aſſenſu domini, &
factum ſine alio aſſenſu non poteſt reuocari, idẽ
29 Afflict. in conſtitu. conſtitutionem diuæ memo-
riæ. poſt numer. 75. & 76. & ſi fit teſtamentum
cum aſſenſu, & illud reuocat, ille aſſenſus non o-
peratur ſuper ſecundo. Fre. de Subfeud. lib. ſecun-
do. ibi, trigeſimoquinto. nume. 37. an autem ex-
tendatur ad codicillos, legata, contractus, & ſub-
ſtitutionem, ſicut aſſenſus in regno Siciliæ, per ca-
pitulum, volentes. Cam. in dicto capitu. Imperia-
30 lem. car. 59. columna 4. in fine. in 14. concluſi. &
60. vſque ad 64. non poteſt tamen vni filiorum
31 prælegare feudum vel emphyteoſim, ſecundum
comm. opinio. Cagno. in l. fin. nume. 161. & 162.
C. de pactis. allodialia ſic. Caſſan. in conſuetud.
Burgund. rub. ſeptima. §. quinto. in princip. nume.
prim. ibi, & peut. poſt medium. nec hæres inſtitui
in feudo: tranſit tamen cum vniuerſitate. Aluaro.
in capitu. primo. colum. fina. poſt princip. de ſuc-
ceſſ. feud. in conſi. feud. diuer. 47. nume. prim. circa
medium. Præpoſit. in dicto capit. Imperialem. nu-
me. 7. circa princip. & fin. nec vni filiorum aſſigna
re totum ius feudi. Bald. in §. & quia numer. 2. de
his qui feudum dare poſſunt. Immo filius inſtitu-
tus in re certa ſuccedit æqualiter in feudo cum a-

32 lijs. Curti. in tracta. feud. in 3. par. princ. ibi, expe-
dita igitur prima, in quinta quæſtio. nume. 8. om-
nes ſuccedunt æqualiter, licet portiones hæredi-
tariæ eſſent diſpares. Bald. in conſi. 334. nume. 3.
quinto volumine. Aluarot. in dicto §. & quia. nu-
me. 2. & in c. prim. nume. pri. circa medium. de ſuc
ceſ. feud. Intellige in feudo dimidio. Fre. de form.
inueſtitu. lib. tertio. ibi, tertia formula. nume. 8. cir
ca finem. aliàs poſſet relinquere feudum primo-
genito, & alteri burgenſatica. Loffred. in conſilio
11. in ſecundo dubio. nume. 39. aliàs diuiſio vo-
luntatis non inducit rationem iuris ac poſſeſſio-
nis varietatem. l. cum qui. §. fin. in fine. de his qui-
bus vt indign. & non attenditur teſtamentum ſo-
lum principaliter, & de per ſe, ſed per obliquum.
Barba. in addit. ad Bald. in prin. ibi, an per ſenten-
tiam, de ſucceſſ. feu. Notat etiam Iſer. quòd quan
do ex mente vel verbis apparet, contrahentes ha-
buiſſe intentionam vendendi, datur retractus. gl.
Pariſ. nume. 65. vſque ad 67. titu. prim. §. 23. & do
minus pręfertur emptori, niſi ſteterit. 30. annis. ve
rum dominus qui retrahit, non poteſt ſtatim alij
infeudare vel vendere. gloſ. prim. Pariſ. nume. 26.
& 9. titu. prim. §. 13. nec habet locum retractus in
venditione reditus ſuper feudo, eadem gloſſa. 4.
circa princip. dicto titu. primo. §. 13. & titu. 2. §.
55. in 10. quæſtio. nume. 114. ſed in ceſſione iu-
ris luendi ſic. dict. glo. 4. nume. 4. vſque in finem.
& gloſ. 5. num. 5. vſque ad 11. vbi ponit caſus, am
pliat & limitat. dicto §. 13. domino autem præfe-
runtur agnati. Iacobi. in ver. qui quidem inueſti-
ti. nume. 60. 61. & 62. Bald. hic in §. porro nume.
4. & ſi ſunt plures, proximior præfertur. gloſ. hic
in ver. triginta annos. etiam quod primo loco re-
nunciauerit, quia admittitur ex noua cauſa. Lucas
in l. vnicuique. in fine. C. de proxim. ſacro. ſcrini.
vnde ſi vaſallus vult alienare feudum, debet illud
dare agnato maius pretium offerenti. Iaſ. in l. qui
Romæ. §. cohæredes, nume. 28. in fine. de verbo-
rum obligat.

Vltimo dum dicitur, lex Corrad. conſulatur.)
Nota quòd lex conſulit. l. ſicut. §. illud. in ver. tu-
tius. ff. quibus modis pigno. vel hypotheca ſolui.
l. per adoptionem. ff. de ritu nuptia. Iſern. verò co
lum. 3. circa princip. dum allegat, de tabu. exhib. l.
3. dic. l. prim. Ibi, dicit gloſ. ff. de vſufruct. §. prius
dic, dicit gloſ. Inſtitu. de vſufruct. §. ſecundo. dum
allegat, de acquiren. domi. rem in bonis. ibi, de a-
doptionibus, ſi arrogator. §. pater, §. pater, eſt ſu-
perfluum. Ibi, Inſtitu. de lege Fuſia Caninia. adde.
§. prim. ibi. C. de vſuris. l. eos. §. cæteris, dic. §. cæte-
ros, ibi, in contrarium, dum allegat conſtit. regni
cap. de iure Franchorum. vult dicere conſtitu. re-
gno Siciliæ, de iure fran. Sequitur, præſtat quòd
in contractibus & aliis llet. adde, & ſic valere de-
bet dicta conſuetudo ſecundum ius Franchorũ,
argumen. ff. de iudiciis. l. cum Prętor. Ibi, non eſſet
contra, ſed prætor, adde, illum morem ſecundũ
ius Franchorum. dum dicit, verius videtur primũ,
adde, vt non valeat conſuetudo illa. ibi, hoc argu-
mentum validum videtur, dic, hoc argumentum
quòd in contractibus & aliis llet conſuetudo illa,
& ius Franchorum ſit ſublatum ſolum in iudiciis
validum videtur. ibi, conſuetudo non ſcripta. hoc
ſiue præcedat &c. vult dicere, conſuetudo nõ ſcri-
pta, hoc ius Franchorum, quod inductus eſt ille
mos ſiue præcedat &c. dum allegat de legat. 2. l.

Lucius,

Lucius. §. quiſque. dic. § quiſque, lo ſecundo. dum dicit, vt in conſtitu. nouis, quæ incipit, dotarium, aduerte, quod eſt inter capitula regni. car. 18. ibi, ff. ſi certum peta. Proin. dic, proinde. ibi, vnde non ſumus vires illo tempore quo per Regis &c. dic, vnde non ſumet vires illo tempore quo moritur ille feudatarius, ſed ſumit vires a tẽpore quo per Regis prouidentiam, &cæ. vt per Loffred. hic. ibi, dictum eſt ſuprà. titu. primo. circa finem. poſt nume. 10. ver. moderni. dum dicit, loquitur conſtitu. regn. non delegante, non eſt in validum nunc ratione rei. ſcilicet, quia non eſt, vel quia non erit ſua quando incipiet habere vires, legatum eſt eius hæreditas. &c. ſic, loquitur conſtitu. regni non delegante, nam non eſt inualidum ratione rei legatæ ſine conſenſu domini. ſcilicet, quia non eſt, vel non erit ſua, quando incipiet habere vires legatũ eſt eius hæredis, &c. quia ſuperuenit defectus in cauſa eſſicienti, ſcilicet in perſona teſtatoris. Loffred. in conſi. 9. num. 8. dum allegat, de hæredi. & falci. his ergo a nobis, dic. §. his igitur a nobis. ibi, iure proprio reuocaret per conſtitu. adde, conſtitutionem diuæ memoriæ. ibi, vt capit, dic, vt capiat. ibi, nam per aduentum non mutatur. dic mutatur. ibi, verbum ſententiæ ſimpliciter vtramque ſignificationem habet, vt in l. & eſt. dic ver. ſincere, ſimpliciter prolatum vtramque ſignificationem habet. l. in lege. ff. locati. cui reſpondet Iſern. dum allegat. C. de codicillis. l. ſi idem. adde ſecundum Loffred. hic, hæc autem non ſunt diuerſa in nomine, quis minor & media idem ſunt in ſubſtantia & effectu: ergo non inducunt diuerſitatem. ibi, vt aliam ſignificationem, verbo, &cæ. dic, vt aliam ſignificationem det verbo, &c. ibi, quantumcumque verba eſſent acta, dic aperta. ibi, de ſacroſan. eccl. illam. dic, illud. dum allegat, de inte. actio. de ætate. §. pen. & depo. pri. in fin. dic, de interroga. actio. l. de ætate. §. antepe. & depoſit. l. publia. ibi ſe extendat fauore matrimonium, argum. de iure dot. l. 2. & ſol. matr. l. pri. de priuil. credi. l. prim. & 2. dic, ſi extendat primo fauore matrimonium, argumen. de iure dot. l. 2. ſol. matrim. l. pri. & de priuileg. credi. l. 2. in fine. & 3. ibi, ff. locati, ſi virum, vult dicere. l. ſi quis conduxerit. & l. quis fundum. Vltimò circa redemptionem, quæ datur domino, ratio eſt, quia vtile dominium quod habet vaſallus, non debet eſſe perpetuo, aut iugiter ſeparatum a ſuo directo, quod remanſit apud dominum, ſed facilius reconciliatur ſuo directo, vnde ad illud redire eſt bonum. Nam licet ſit extraneus vaſallo, non tamen eſt extraneus feudo. Lucas in l. vni. col. 10. circ. med. C. de impone. lucra. deſeri. Illa ratione, quia vtilis redditur formæ ſuæ, & dicitur in priſtinam cauſam redire potius, quàm de nouo venire. & ſic non dicitur acquirere, ſed potius non amittere. Iſer. in c. pri. in ver. ex quo non ſeruit. nu. 4. cir. fi. de feud. ſine culpa non amit. & vtile facilius conſolidatur directo, quàm directum veniat ad vtile. idem Iſer. in c. pri. in fin. qualiter dom. propri. priuet. & in c. ſancimus, lo vlt. nu. 8. in fin. & poſt nu. 11. quo tempore miles. in c. pri. nu. pri. cir. med. de vaſa. decrepitę ętatis, & in c. ſi vaſallus. de feudo. nu. 2. ſi de feu. defun. milit. controu. fuer. ſicut in vſufructu & proprietate. ¶ l. in l. & Proeul. de leg. 2.

I

Quis dicatur Dux, Marchio, Comes, Capitaneus vel Valuaſor. Tit. X.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallorum copia in regno.*
2 *Præſidentium numerus multiplicatur, ſicut numerus ſubditorum.*
3 *Regales dignitates quæ ſint.*
4 *Dux quis ſit, & vnde dicatur.*
5 *Marchio quis, & vnde dicatur.*
6 *Comes & Comitatus qui ſint.*
7 *Capitaneus quis ſit.*
8 *Dux præfertur Marchioni, Comes Marchioni, in quibuſdam locis, in aliquibus non, ſed ante ponuntur Baronibus.*

AD RVBRICAM.

1 VAſallorum copia eſt in regno, propter peccata incolarum. Lucas in l. cum ſcimus. columna ſecunda. circa medium. C. de agrico. & cenſi. ideo pręſidentium numerus multiplica-
2 tur, ſicut numerus ſubditorum. Zabar. in clemen. ſecunda. §. ſtatuimus. In ver. extra ciuitates. nume. 3. de ſepulturis. & inuentæ ſunt Regales dignitates, quarum prima eſt Regum, ſecunda Princi-
3 pum, tertia Ducum, quarta Marchionum, quinta Comitum, & ſexta baronum. Cap. in verſi. feudorum genera. in princip. ibi, & inter regales. De prima licet non ſit materia noſtra, dic tamen, quod Rex eſt nomen dignitatis, & æquitatis. Bal. in conſi. 327. in fine. primo volumine. ipſe ſolus dat in regno iuriſdictionem officialibus, conſtituit Capitaneum ad guerram, eſt maior qualibet poteſtate, vocatur iudex iudicum, & in eo eſt omnis dignitas ac iuriſdictio. fluunt & refluunt omnia ad eum tanquam ad fontem. eſt in terris ſicut Deus in cœlis, ſuper oĩa præcellit, nec poteſt eius poteſtas limitari, ſed poteſt iuriſdictionalia ad libitum ſuæ voluntatis tollere. Afflict. quæ ſint regalia. in ver. poteſtas. in princip. aliqua Aluarot. infra in nigro. poſt nume. 15. de ſecunda tractat Zabarel. in clemen. prim. nume. 2. & 3. de teſtib. & in clemẽ. vnic. de iureiuran. & nos infra eum textu. Dux au-
4 tem dicitur a ducatu, quia ducit populum vel exercitum, vt per Cap. vbi ſupra. ita l. penulti. C. de appellatio. & l. prim. C. ad legem Iul. repetunda. ſi autem inueſtitur a principe de aliquo ducatu, dicitur Dux, ſicut dux Calabriæ. Iſern. infra, in nigro, nume. prim. late Fre. de Subfeud. lib. ſecundo. Quis dicatur Dux. & ſic non Dux vel Comes cuiuslibet militis. l. vnic. in princip. C. vt omnes iudic. tam ciuiles, quàm milita. l. fin. C. de offic. mag. milit. nam de eo diximus in capitu. prim. hic finitur lex. ſed dux à ducatu vt in textu, qui Regis vel regni Capitaneus dicitur. Alexand. in conſi. prim. nu. 38. poſt medium, quinto volumine. ſicut omnes inueſtiti de feudis Regalibus. Cap. in ver. feudorum genera. ibi, nobile feudum. Marchio autem
5 dicitur, qui de Marchis eſt inueſtitus. Marchia dicitur a mare, ideſt collecta cum iuxta mare plerumque

ramque ſit poſita. cap. ſundamenta. & ibi gloſ. in
ver. Marchio. de electione. in 6. Iacob. in ves. Mar
chio. in princip. Aluarot. infra in nigro. & late Fre
ei. vbi ſupra, ibi, quis dicatur Marchio, per totū.
Comes in iſta materia eſt, qui inſignitus eſt ali-
qoo comitatu, qui habet ſub ſe caſtra. Afflictus in
conſtitu. ſi aliqus Baron. in quarto notab. de ſtatu
dota. in feud. & dicitur diſtrictus alicuius ciuita-
tis, vbi eſt Epiſcopus. gloſ. in capit. 2. in ver. comi-
tibus. 99. diſtinct. vel tantum ſpatium quantum v-
nus Comes tenet: a comitijs dictum, quæ fiunt
quando Princeps ad Imperium ſublimatur. Lu-
cas in l. ſi quis decurio. in princip. C. de decurioni.
Iacobi. in ver. Comes de villaris. in princi. & non
differt a territorio. Cagno. in l. fin. nume. 10. de iu-
riſdictio. omnium iudicum. Qui verò inueſtitus
eſt ab alio de plebe, vel parte plebis, Capitaneus
eſt. Odoffred. in Summa, qui poſſont ſuccedere in
feud. nume. 23. iſte eſt Baro. quaſi ſit homo po-
tens & caput in regno. Fre. de Subſeud. lib. primo.
de origine Baronum. nume. 6. inde Baro eſt no-
men Græcum: bare enim Græce, Latine dicitur
grauis, eo quod ſit fortis in laboribus. Curt. in tra
cta. feud. in 2. part. in prim. quæſtio. dum tractat
de laicis, qui poſſunt inueſtire. Fre. vbi ſupra. Quis
dicatur Baro in regno, vel potius eſt hebræum.
Bar, enim hebraice, latine filius, nam primo Re-
ges cum haberent plures filios, non omnes Re-
ges facere poterant, eo quod regnum ſectionem
non patitur. Vnde vni committebant regni admi-
niſtrationem, alijs donabant ampla caſtella cum
iuriſdictione & Imperio, & illi vocabantur Baro-
nes, ideſt filijs alijs celſiores. Lucas in l. fin. in fin.
C. de mancip. & colon. patri. In dictis feudis non
eſt differentia, niſi tantum in nomine, non in effe-
ctu, quia dignitas per dignitatem non augetur, li-
cet vtilitas augeatur. Afflict. ſupra titu. prim. de his
qui feud. dare poſſunt. poſt num. 35. omnes enim
dignitatis titulo inſigniti ſunt in extrauag. comm.
prim. circ. princ. de ſepulturis, ſicut nonnulli alij
dicuntur habere dignitatem. gloſ. prim. in capitu.
fin. 4. diſtinction. Dux tamen præcedit Marchio-
8 nem, etiam quòd ſit Marchio & Comes. Frec. de
Subſeud. lib. primo. de offic. magiſtri Iuſti. nume.
30. in princip. iure iſto maioris dignitatis eſt Mar
chionatus, quàm Comitatus. Præpoſit. dicto titu.
de his qui feud. dare poſſunt. in princip. in 3. no-
tab. & apparet hic argumentando, ex ordine litte
ræ, quod eſt validum. idem Præpoſitus infra in ni
gro, nume. prim. circa finem, in Italia maiores ſunt
Marchiones Comitibus; ſecus in Francia & Ale-
mania, vbi Comes præcedit Marchionem. Fred.
vbi ſupra, lib. ſecundo. quis dicatur Comes. num.
42. in princ. & quis dicatur Marchio nume. 2. cir-
ca medium. & in ſacra ſcriptura, vbi Comes, Prin
ceps, & Dux nominator. Lucas in rub. C. de Co-
miti. conſiſtorian. circa medium. & Comites præ
feruntur Baronibus. Curt. in tracta. feud. in prim.
quæſt. in fin. 2. par. principa. dum tractat de laicis:
& ſic ſedebunt per ordinem. Cap. in ver. præro-
gatiuę. in princip.

SVMMARIVM.

1 *Quis vel qui, reſtringit.*
2 *Princeps quis, vnde, a quibus cępit, & quos com-prahendit.*
3 *Ducatus dicitur regio ſeu prouincia præfectura du-cis in feudum tradita.*
4 *More ſolito, uerba accipiuntur ſecundum aſſiduos actus hominum.*
5 *Marchia, prouinciam ſignificat.*
6 *Marchio magiſter militum, quaſi milites ar-cens.*
7 *Comitatus eſt vniuerſitas agrorum, ſicut territo-rium, alibi pro curia ſeu reſidentia Princi-pis.*
8 *Comes proprie et abuſiue, quando dicatur officium & quando dignitas.*
9 *Comitatus dignitas quomodo, & per qua verba inſignitur.*
10 *Poteſtas, habens iuriſdictionem dicitur.*
11 *Plebs, plebani, & plebania, quid.*
12 *Capitanei, primates, alibi priores, ideſt nobiles ap-pellantur.*
13 *Valuaſores feudatarij appellantur.*
14 *Valuaſini priuati dicuntur, nulla præditi digni-tate.*
15 *Subinfeudatus, ſi non præſtat ſeruitium, apperitur primo infeudato.*
16 *Hodie, hoc dic, nunc.*
17 *Nobilitas tribuitur antiquitati.*
18 *Plebei, ideſt non nobiles.*
19 *Nihilominus, ideſt non eo minus:*
20 *Soldata eſt, quod annuatim præſtatur in pecunia vel in alijs, & ſic dicitur quia plerumque in ſoli-dorum præſtatione conſiſtit.*
21 *Paradogium eſt vulgare Longobardum, & impor-tat idem quod nobilitas, & feudum quod non in-ducit nobilitatem, appellatur paradogium.*
22 *Hominis ſtatus eſt in cibis & veſtibus, ſecundum vulgus.*
23 *Soldata quomodo conſiſtit in vino & annona.*
24 *Infeudatus poteſt alijs ſubinfeudare, et ij capitanei, valuaſores, & valuaſini appellantur.*
35 *Loca inſignia, & diuerſi gradus dignitatum.*
26 *Nominatio ſola Papæ vel Principis, an faciat ta-lem.*
27 *Deum laudant maria, gelu & alia, & quomodo laudatur in ſanctis ſuis.*

A D T E X T V M.

1 QVi.] Iſtud relatiuum reſtringit ſubie-
ctum. Zabarel. in clemen. vni. in prin
cip. poſt num. 18. de foro competen.
Ideo ſequitur, A Principe.) Ideſt ab
eo qui primum locum capit. Aluarot. hic colum.
2 ſecunda. poſt princip. vel eſt primus dux, Diuus
Thomas ad Epheſios. cap. vltim. ibi, de cætero. co
lumna 3. in princip. & hoc eſt nomen dignitatis,
quandoque ordinis. gloſ. in capitu. fundamenta. in
ver. princeps, de electione in 6. & capitur tribus
modis. Iacobi. in ver. Marchio in Italia. ibi, Prin-
ceps Pedemontium. in princi. in iure Princeps au
tor delicti dicitur principalis perſona, ſeu iudex ex
ponitur. l. in hoc, & ibi gloſ. ff. de ſeruo corrupto:
glo. fin. in capit. definiuit. 17. quæſtione quarta. &
quandoque diuus, Angelus, Papa, Epiſcopus, Im
perator, Rex, Princeps dicitur. gloſ. in clemen. vni.
in ver. Regum. de baptiſmo & eius effe. Primus &
omnium, excelſior proprie eſt. Imperator cæpit
apud Germanos a Longobardis incognitus. Fre.
de Sub-

de Subfeudis.lib. ſecundo, quis dicatur princeps.
per tot. & de form. inueſtitu,lib. tertio,ibi, diffe-
rentiæ inter feudi regalis. poſt numer. 5. & lam
tractat differentiam electionum & Baronum poſt
nume.49. Caſſan.in proœm. conſuetud. Burgun.
ibi, dux, & rub. prim. §. quinto. in fine. ibi du prin
ci, in pr. addi. pri. circa finem ad Odofred. in Sum
mi, vtrum hæredes vaſſalli poſſint feudum diuide-
re. & dicitur princeps, maxim is. Litem veniunt. §.
præter. ff. de petitio. hæredita, qui ab i to. De Da-
3 catu,] Ideſt regione ſeu prouincia præfectus. Du-
cis in feudum traditas. Frec. de Subfeud. lib. ſecun-
do, quis dicatur Dux, nume. 3. in fine, quia inueſti
tus eſt a principe de ducatu. Iſern. nume. primo,
4 Dux ſolito more.) Ideſt ſecundum aſſiduos actus
hominum. Archidiaco. in cap. conſuetudo. in prin
cip. prim. diſtinctio. Vocatur.) Licet non ſit bona
conſequentia, eſt conceſſus Comitatus in feudū,
ergò eſt Comes, quia non repugnat quod Comi-
tatus ſit conceſſus, & tamen non conceditur in
feudum. Socin. in conſi. 68. nume. 15. poſt med.
& circa finem. primo volumine. Quæ verò de Mar
5 chia, Quid Marchia ſignificat. Fre. de Subfeud. l.
lib. primo. de antiquo ſtatu regni. nume. 17. circa
6 finem. Marchio dicitur.) Alibi Marchio magi-
ſter militum, quaſi milites arceas dicitur. Odof-
fred. in Summa, qui poſſint ſuccedere. in feud. nu-
me. 22. in fine. Dicitur autem Marchia, quia Mar-
ca, & vt plurimum iuxta mare ſit poſita. Quæ ve-
rò de aliquo comitatu.) Quæ eſt vniuerſitas agro-
7 rum, ſicut territorium. Pau. de Caſt. in conſi. 193.
poſt numer. 2. primo volumine. alibi capitur pro
curia ſeu reſidentia Principis. Zaba. in clemen. ne
Romani. §. ſane. poſt num. 5. de electione, vel ter-
ritorio, quod eſt plurium villarum ſeu caſtrorū.
Fre. de Subfeudis. lib. ſecundo. Quis dicatur Co-
8 mes. nume. 30. Inueſtitus eſt, comes appellatur.)
Proprie, aliter abuſiue. Bald. hic nume. 21. eſt no
men adminiſtrationis. Archidiaco. in capitu. præ-
5 ſens, circa finem. 20. quæſtio. 3. officij, quandoque
dignitatis. Fre. vbi ſupra, Quis dicatur Comes. nu-
me. 17. in fine. & inueſtitur per vexillum, ibi nu-
9 me. 57. quomodo & per quæ verba. Pau. de Ca-
ſtro, vbi ponit priuilegium Marchionis Monferra
ti, ante conſiliū 334. primo volumine. Qui verò a
Principe.) Puta Duce & Comite perpetuo, qui
poſſunt ea quæ poteſt ſupremus Princeps. Curt.
in tracta. feud. in 2. quæſtio. ſecundæ. par. prin. cir
ca finem. dum tractat de laicis. Fre. vbi ſupra, Quis
dicatur Marchio, num. 2. poſt medium. habent iu-
ra Imperij, & poſſunt derogare cum clauſula, nō
obſtante. Caſſan. in concluſ. & approbatione con
ſuetud. Burgund. auons. nume. 3. Sunt vicarij per
petui & domini in eorum locis, loco Principis.
Pau. de Caſtro. in conſi. 34. columna ſecunda. cir-
ca princip. ſecundo volumine. & poſt ſupremum
honorem ſecundo loco ſunt poſiti. §. hanc dicen.
tes. Authen. vt omnes obedien. iu. l. vel alio qui re
cognoſcit ſuperiorem, quorum plures ſunt in re-
gno, qui abuſiue ſunt Principes, & in aliquib. gau
dent priuilegio Principum. Afflict. hic poſt num.
6. Vel ab aliqua poteſtate.] Ideſt ab aliquo haben
10 te iuriſdictionem. Præpoſitus hic poſt princi. De
plebe aliqua, vel plebis parte] De domino plebis,
cap. prim. Epiſcop. vel Abba. plebano & plebaniæ.
11 cap. prim. in ver. plebanis. & in ver. capellas. circa
finem. ne clerici vel monachi. in 6. cap. fin. ne cleri.
vel monach. Per feudum eſt inueſtitus, is Capita-
21 neus.] Forte primas, alibi prior, ideſt nobilis ap-
pellatur. gloſ. in capit. ſi quis ex ſacerdotibus. 79.
diſtinctio. gloſſ. prim. in cap. ſi quis deinceps. 17.
quæſtio. quarta. capit. qui contra. 24. quæſtio. pri.
Qui proprie.] Et non abuſiue, vt ſupra de Comi-
te. & Soci. in dicto conſi. 68. nume. 2. primo volu-
mine. Valuaſores maiores.) capitu. prim. an mari-
13 tus ſucce. vxo. ideſt feudatarij. Fre. de Subfeudis.
libro primo. de origine feudorum. nume. 77. O-
lim appellabātur, qui viro a Capitaneis antiquitus
beneficium tenent valuaſores ſunt, qui autem a
valuaſoribus feudum quod a Capitaneis habeba
tur, ſimiliter acciperent, valuaſiui, ideſt minores
valuaſores appellantur.) capit. prim. de feud. datis
mini. valuaſo. qui priuati dicuntur, nulla præditi
14 dignitate. gloſſ. ſecunda. in capitu. qui contra. 24.
quæſtion. prim. licet alibi eorum feudum dicatur
habere aliqualem dignitatem, Cap. in ver. feudo-
rum genera. ibi, aliqualiter nobile. Qui antiquo
quidem vſu conſuetudinem feudi naturam habe-
bant.] Sed hodie idem obſeruatur in minimis, qd
dictum eſt in maioribus valuaſoribus. capit. prim.
in ſi. de natura feu. & iure iſto dato in feudum
non extendebatur vltra tertiam perſonam; nam
Princeps dabat Capitaneo, Capitaneus valuaſori
maiori, valuaſor maior minori, qui valuaſinus ap
pellatur. Iacobi. de Ardizo. in Summa, de inueſti-
tu. Marchio. & aliorum. hodie poteſt dari in infi-
nitum. Iacobin. de Ardizo. vbi ſupra poſt princip.
Valuaſore autem ſine filio mortuo, feudū quod
valuaſori minori dederat, ad Capitaneum reuer-
tebatur.] Sicut ſubinfeudatus ſi non præſtat ſerui-
15 tium, agit primus infeudatus, & vendicat, quia ei
apperitur. Iſern. in §. præterea. poſt nume. 10. cir-
ca medium. vſque ad 13. de Cap. Corrad. Sed ho-
16 die.) Ideſt hoc die, nunc. l. liber homo, la prima.
§. primo. de verborum obligationib. l. prætor. §.
præterea. ff. de iniurijs. Eodem iure vtuntur in cu-
ria Mediolanenſi.) Cum non ſit vſus in contra-
rium qui tollit alium. Fre. de formu. inueſtitu. lib.
3. ibi, ſed poſt quam, poſt nume. 18. Quo & valua
ſores.) Scilicet vtuntur, circa deuolutionem ſeo
rum beneficium per mortem, minorum valuaſo-
rum ſine filijs, Ceteri.] Pri. ad Theſſaloni cenſes. ca
pitu. 4. quaſi dicat, omnes alij præter prædictos.
Diuus Augusti. in homilia ſuper Lucam. capit. 18.
de publicano & pharifęo. Verò qui ab antiquis
temporibus beneficium non tenent, licet nouiter
a capitaneis ſeu a valuaſoribus acquiſierint, ple-
17 bei nihilominus ſunt.] Et ſic nobilitas tribuitur
antiquitati. Aluarot. hic in §. cæteri. nume. primo.
nam ſecundum aliquos, feudum antiquum dici-
tur nobile & non nouum. Deci. in conſi. 53. num.
2. & in Francia ſoli nobiles poſſunt tenere feuda.
Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 8. §. quinto. &
in conſi. nume. 67. gloſ. 3. Pariſ. nume. 4. circa fi-
nem. titu. primo. §. 9. & nobilitas proprie ſumpta
nihil aliud eſt quàm dignitas, nec naſcitur ictu o-
culi, ſed qui diu nobiliter vixerunt, nobiles repu-
tantur; quando non apparet de nobilitate collati-
ua Principis, gloſ. 3. pari. poſt nume. 5. titu. primo.
§. 9. Præpoſit. ſupra in prælud. num. 33. nam tunc
nobilis fit, qui a principe habet beneficium, & cæ
teris paribus plus honoratur quod a Principe fit
quàm ab aliis. Iſer. hic num. 4. iſto modo etiam no
uum nobilitat; & datur feudum nobile & minus
nobile.

nobile. Præpoſit. vbi ſupra in prælud. nume. 32. &
31. & nobile, & non nobile ratione ſeruitij. Paul.
de Caſt. 462. nume. 5. in princip. primo volumi-
ne. aliàs ſi acquiſierint a valuaſoribus plebei, ideſt
18 non nobiles. Aluarot. hic in §. cæteri. columna ſe-
cunda, in princ. Nihilominus,] Ideſt, non eo mi-
19 nus. Ioan. And. in capitu. cupientes. nume. 4. circa
princip. de electio. in 6. Sunt, nam illi qui ſolda-
tam] A ſolidi, ideſt ſtipendij præſtatione dicta, li-
cet in alijs rebus ſæpe conſiſtat, Præpoſitus hic in
prin. Habuerunt vel acceperunt vel habent.) Quia
verba ſic multiplicata ampliant effectum. glo. Pa-
riſ. tit. primo. §. 22. poſt nume. 125. Per eam nul-
lum pedagium,) Paradogium ſecundum Iſer. hic
20 vel paradogiuum, eſt vulgare Longobardum, & im
portat idem quod nobilitas, vnde feudum quod
non inducit nobilitatem, poteſt appellari parado
gum. Aluarot. hic in §. cæteri. columna ſecunda.
circ. princip. Sed nec feudi vſum acquirunt.] Quia
non tranſit ad heredes vt infra, ſicut pronilio de-
bita ſuper functionibus fiſcalibus, prout fuiſſe iu-
dicatum refert Loffred. hic, & eſt in curijs pro-
mulgatum. l. ſed & milites. §. quæſitum. ff. de excu
ſatio. tutor. Soldata autem eſt præſtatio quædam
annua gratuita, quæ a neutra parte tranſit ad hæ-
dem, ſed finitur morte dātis vel accipientis.] Sol-
data verò dicitur, quia plerumque in ſolidorum
donatione conſiſtit, quandoque in vino & anno-
21 na conſiſtit. Odoffred. in Summa, qui poſſunt ſuc
cedere in feud. nume. 28. Iacobin. de Ardizo. in
Summa, de ſoldata. Iaſ. in prælud. feud. num. 126.
Curt. in tract. feud. in 8. quæſtione prim. par. prin.
nume. 34. Cap. in ver. feudorum genera. ibi, ſolda
tæ. & conſiſtit quādoque in vino & annona, quia
homines ſtatus ſecundum vulgus in cibis & veſti-
22 bus eſt. Zabarel. in clemen. prim. in prin. in ſecun
do notab. de ſtatu monacho. initium neceſſariæ
rei vitæ hominum, aqua, ignis & ferrum, ſal, lac,
& panis ſimilaginius, & mel, & botrus vuæ & o-
leum, & veſtimētum. Eccleſiaſticus. 39. Ideo tem-
23 pore expeditionis militibus dabatur panis buccel
latus, ideſt biſcoctus, vinum, acetū, lardum & car-
nes veruecinę, videlicet duobus diebus panis buc
cellatus, tertio die panis integer, vno die vinum
alio acetum: vno die lardum & duobus diebus
carnes. leg. prima. & ibi Bartol. Codic. de eroga-
tio. milita. anno. & quod debebat dari in pane,
non poterat ſolui in frumento. l. prim. C. de frum.
vrbis Conſtantinopo.

Declarato textu, dubia reddebatur eius deci-
ſio, & primò quod omnes ſimus æquales, nec den
tur gradus prædicti inter mortales: nam lex ęqua
liter omnibus ſubuenit ita inopib. ſicut locuple-
tibus. l. prim. vbi not. Bart. C. de apochis public.
omnes ęqualiter ſecuritatem tribuit. l. capitalium.
§. & vt generaliter. ff. de pœnis, & humanitatis ſuæ
eſt, egenis proſpicere, & dare operam vt pauperi-
bus alimenta non deſint. l. priuilegia. C. de ſacro-
ſanc. eccleſi. maxime contra nobiles, qui terribi-
les ſunt inferioribus. Lucas in l. vnic. in princ. C. de
irenarchis, vnde ſi darentur dicti gradus, efficerē-
tur nobiles qui opprimunt pauperes, quibus de-
bēt ſubuenire. l. prim. in glo. fin. C. de operis liber
to. Secundo, res recipit conditionem a perſona.
Petrus in conſi. 12. colum. ſecunda. circ. princ. mo
do ſi dux diceretur qui eſt inueſtitus de ducatu,
& ſic de ſingulis, perſona reciperet conditionem
a re quod non videtur verum, nam conditio per-
ſonæ cum non mutatur, nec rei ſtatum conuenit
immutari. l. vnic. C. de impone. lucra. deſcrip. Vlti
mò videtur, quòd non poſſit Capitaneus conce-
dere valuaſori, quòd habuit a principe, nec valua
ſor valuaſino; nam Princeps vbi apponit manus,
nullus poteſt ſe in illis intromittere. Afflic. in cap.
filij nati. poſt nume. 4. ſi de feud. fue. controuerſ.
inter domi. & agn. nec poteſt alienare, quæ ab im-
periali dono habuit. Iſern. de his qui feud. dare
poſſunt. poſt nume. 2. Immo ex hoc feudatarius
cum efficiatur miles. Iſern. in capitu. ſi quis miles.
in princi. Impera. Lotha. non poſſet fieri ſine ap-
probatione Principis. l. 2. C. de cohartalibus, aliàs
ridiculum eſſet, vt eadem fabrica potiori quàm
Principis priuilegio in talibus vteretur. in extra-
uaga. communi. capitu. poſtulati. circa finem. de
præbend.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, & ra
tio eſt, quia ſicut angeli non ſunt æquales, ſed dif-
ferunt alter ab altero in poteſtate & ordine. capit.
fin. in fine. 89. diſtinctin. cap. fin. poſt princip. de.
peniten. diſtin. 2 & ordines ipſorum ſunt nouem
ſecūdum D. onitium, ſub triplici hierarchia diſpo-
ſiti. glo. in extrauag. comm. prim. in verſi. confite-
buntur. poſt princ. de pœniten. & remiſſio. in ec-
cleſia ſimiliter ſunt nouem ordines. glo. in proœ-
mio 6. in ver. epiſcopus. ad tres reducibiles. gloſſ.
mag. in fine. in dict. extrauag. de pœnitent. & re-
miſſio. ita Imperator qui habet Imperium a Deo,
& deo debet parere. Bald. de pace tenen. in princ.
nume. 3. non tanquam ipſe, ſed tanquam Deus vi
detur facere, non ſua vice, ſed delegantis Dei, cu-
ius vice fungitur, idem Bald. de pace Conſtan. in
princ. in terris gradus dignitatis adinuenit, de qui
bus hic, vbi, ſicut prius nominatus cenſetur di-
gnior & magis dilectus. gloſ. Pariſ. poſt numer. 5.
titu. primo. §. 45. ita in gloria paradiſi eſt differen
tia dignitatis quo ad maiorem & minorem gra-
dum. not. in capit. vnic. in fine. de reliquiis & vene
ra: ſancto. in 6. martiribus enim datur corona triū
phi, doctoribus poteſtas fulgendi ſicut ſtella, pau
peribus poteſtas iudicandi, omnibus fidelibus vi
ſio Dei. Archidiaco. in cap. etſi 11. q. 3.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam Impera-
tor licet æqualiter omnibus ſubueniat, non tamen
negat diuerſitatem graduum, immo fatetur, quia
ipſe dicit, quod maximorum, mediorum, & par-
uulorum ſua cura eſt. §. fin. Authen. de defenſo. ci
ui. & alibi credimus, oportere vniuerſis opitulati.
§. pri. Auth. de tabellioni.

Non obſtat Secundum nam verum eſt, quod
res ſumit conditionem a perſona concedentis, &
ideo aliquid maius dicitur ratione conferentes. gl.
prim. circa finem. in capitu. de his. de conſecratio.
diſtinct. quinta. ſicut dignitate dominantium, ho-
neſtantur obſequia ſeruorum. Lucas in l. vnic. co-
lum. 3. poſt princip. C. de capi. ciui. cenſi. eximi. res
poſtea nobilitat perſonam, quia confert parado-
gium. Iſern. in §. valuaſores. nume. 10. in fine. dict.
titu. de his qui feu. dare poſſunt. & Dux efficitur,
inueſtitus de ducatu, vt hic.

Non obſtat Vltimum, nam Princeps videtur
facere, cum per alium faciat. l. ita autem. §. geſſiſ-
ſe. ff. de adminiſtratio. tut. l. ſi cum dotem. §. tranſ-
grediamur. in gloſ. 2. ſoluto matrimo. & non po-
teſt alienari, quando eſt datum ſub conditione ne

alienetur. dixi cum Iſern. in dicto titu. de his qui
feu. dare poſſunt. in pri. Et ſic firma remanet con-
24 cluſio, quod infeudatus poteſt alij ſubinfeudare,
& ij capitanei valuaſores & valuaſini appellantur.
Intellige habere locum tam in laicis, quàm in cle
ricis. Iacobi. de Ardizo. in Summa, qui poſſint in
feud. dare. in princip. & poſſunt in feudum dare
totum vel partem, licet Veronę poſſint tantum di
midiam, maiore parte retenta. idem Iacobi. de Ar-
dizo. in Summa, quando vaſ. feud. infeu. dare po
teſt, alibi ſicut prohibetur alienatio totius, ita &
magnæ partis. in conſi. feud. diuerſi. 8. nume. 12.
& poteſt dari tam maiori, quàm minori, ſiue ſit
maſculus, ſiue fœmina. Iacobi. de Ardizo. in Sum-
ma, quis poſſit in feud. accipere. in princip. Intelli-
ge tamen, dummodo fiat ſincere & ſine fraude, a-
liàs fraude interueniente non licet Iacobi. de Ar-
dizo. vbi ſupra, quando vaſ. in feud. dare poteſt.
Itē procedit, ſi dat eo pacto quo habet, aliàs ſi de-
inde alia lege, non præiudicat domino, ſed reſolu
to iure datoris, reſoluitur ius acceptoris. §. profe-
cto. de lege Corrad. Iacobi. de Ardizo. in Summa.
eodem pacto feudum concedere quis debet quo
habet. Vltimo habet locum, ſi concedit maiori
vel æquali, ſecus ſi inferiori. §. ſimiliter. dicto titu.
de lege Corrad.

Nota loca inſignia. Zabarel. in clemen. ſecun-
da. in ſecundo notab. de ſenten. excommunicat. &
25 quod diuerſi ſunt gradus dignitatum, ſicut diuer
ſi gradus militancium. l. vnicuique. in gloſ. penulti.
C. de proxi. ſacro. ſcrini. in tribunali tres gradus,
& qui ſedent in eis. Lucas in rub. poſt prin. C. de ap
parito. pręfec. vrbis. In rebus humanis nihil maius
Principatu, cuius officium omnia quodammodo
circuit, implet & penetrat, & quaſi robore virtutis
ſuæ totius reipublicæ molem ſuſtentat. Idem Lu-
cas in l. prim. columna ſecunda. in fine. C. de Con
ſuli. & non ſparg. eſt proxima regię dignitati. Cap.
in ver. feudorum clauſulæ. ibi, cum titulo & hono
re. poſt Imperatores & Reges, & largo vocabulo
etiam eos compræhendit. Pariſ. de ſyndicatu. in
ver. de exceſſi. princi. inferi. in princip. Et dicun-
tur Principes perpetui. Paulus de Caſtro conſil.
34. columna fin. in princip. & circa finem. ſecun-
do volumine. Curt. in tractat. feud. in 2. quæſtion.
nume. 8. 2. par. prin. Aluarot. de natura feud. poſt
nume. pri. alibi vicarij perpetui, & ſunt domini in
eorum locis, loco Principis. Paul. de Caſtro in d.
conſi. 34. colum. ſecunda. circa princip. In regno
non eſt noua dignitas, ſed antiqua, licet in vſibus
feudorum non fiat mentio de inueſtitura Princi-
patus, ſed tantum Ducatus, Marchionatus, & Co-
mitatus. Afflict. in conſtitu. ſcire volumus. in pri-
mo not. de iure regn. re. & Prelatus quandoque di
citur Princeps. Archiaco. in cap. neceſſe. poſt prin.
47. diſtin. & vicarius alius perpetuus, & alius tem-
poralis. Zabarel. in clemen. vnic. in prim. & 2. not.
vbi etiam æquiperat vicarium rectori. de offic. vi-
carij. Perpetua vicaria tribuit ius. Archid. in capit.
perlectis. colum. fin. poſt princip. 25. diſtin. Zaba.
in clemen. prim. §. ſane. in ſecundo not. de iure pa
tron. & appellatione Principatus, intellige omnē
dignitatem & prælationem. Archid. in c. principa-
tus. in prin. pri. q. pri.

Secundò nota, quòd per infeudationem feudi
quaternati, contrahitur paradogium, ideſt nobili-
tas, quando feudum habet vaſallos non modicos.

Afflict. in deciſio. 365. poſt nume. 11. & reperitur
feudum nobile, aliqualiter nobile, & minus nobi-
le, & quomodo, Addi. ad Odoffred. in Summa, v-
trum dominus poſſit ius ſuum alie. in ruſtico. circ.
finem. vnde ambitioſus libenter agit de principa-
tu quem ambit. Archid. in capitu. omnes. circ. me-
dium. 47. diſtinctio. quia familiæ hominum ſplen-
re generis nobilitantur. Sanctus Ambroſius in li-
bro de Noe & arca. licet diſputans de nobilitate,
diſputat de nobili ſtercore; tamen propagatio al-
ta & clari ſeminis, ſuam poſteritatē nobilitat & at
tollit. Zabarel. in clemen. vnic. poſt nume. 8. de ba
ptiſmo. & cum de honorificentia agitur, grauis
cauſa tractari dicit. Fre. de Subfe. li. pri. de origine
Baro. ibi, alia. poſt nu. 41. nam nihil laborioſius eſt
quàm terrenis æſtuare deſiderijs, nihil quietius
quàm nihil appetere in hoc mundo. Arch. in c. om
nes. poſt med. 47. diſt.

Vltimo nota, quòd ſoldata conſiſtebat in vino
& annona, antequam argentum eſſet ſignatum:
nam militibus dabatur veſtis, frumentum, & equi
tibus equi. ij matriculati poſtea ſolidati, nunc ſol-
dati, appellantur. Fre. de Subfeud. in princ. de ori-
gine feudo. poſt nume. 13. & 14 & confertur plus
vniquàm alij, ſicut in eccleſia ſunt beneficia inę-
qualia, quæ pro varietate meritorum, cuilibet da-
ri debent pro ſedulitate officii, ordinum maiorita
te & conſiderata nobilitate. Archid. in c. decimas.
poſt prin. 16. quæſt. 7.

Iſer. diuidit & declarat textum, & tractat de of-
ficio dato ad vitam, cui pro mercede eſt ſtatutum
feudum, puta Marchionatus vel Comitatus, nam
illud habebit pro ſuo labore, donec gerit officiū.
Iſern. de feu. guar. poſt nu. 2. dicitur dignitas col-
lata per modum feud. mediante inueſtitura, & nō
eſt proprie feudum, ſed eſt ſicut feudum ſoldatæ
& annuæ præſtationis, tales ſunt vicarii Papæ in
illis terris quas Papa eis conceſſit, habent merum
Imperium & omnimodam iuriſdictionem, ſed nō
habet locum ſucceſſio, quia iſtæ adminiſtratio-
nes ſunt commiſſarię, & non tranſmittuntur ad
hæredes. Præpo. in §. fi. poſt pri. de aliena. feud. &
tunc Dux uel Comes erit officialis, ſicut Præſes
prouintiæ. Iſern. ſi de inueſt. inter domi. & vaſa.
quæſtio oritur. poſt nume. 3. uel gerit officium
Comitis, Ducis uel Marchionis. Idem Iſern. de
feud. marchię. poſt nume. 4. habebit ſportulas &
alia ſecundum conſuetudinem. l. fin. C. de præpo.
agen. in rebus. non eſt uere feudum. §. ſciendum.
de feud. cog. & Iſer. hic: ſed eſt conceſſio perſona-
liſſima, nam reperitur feudum reale, perſonale, &
perſonaliſſimum. Aluar. ſupra in proœ. num. 29.
ita & conceſſio. Præpo. in prælu. num. 48. eſt con
ceſſio perſonalis facta perſonæ, realis facta digni-
tate. in conſi. feu. diuer. pri. poſt nu. 38. iſtos a ma-
nu Regia donationes accipientes adhuc inter ſer-
uos haberi non eſt ferendum. l. fin. C. qui militare
poſſ. vel non, lib. 12.

Sed ſola nominatio Papę vel Principis an faciat
26 talem? & videtur quod non: nam ex nominatio-
ne non præſumitur vxor. Arch. in c. inuenta. 27.
quæſt. 2. Papa uel Imperatori, etiam quòd nomi-
net aliquem ſub titulo cuiuſuis dignitatis ex cer-
ta ſcientia, puta Epiſcopum uel Ducem, non per
hoc illum in ea dignitate approbare videtur. cle.
fin. de ſenten. excom. Abb. in c. fin. num. 7. de præ-
ſumptionib. immo ſi inſtrumento reperitur aliqua

ecclesia

eccleſia nominata cum certis capellis, illa dictio, cum certis, ſtabit improprie, gloſ. prim. in cap. deinde. 26. diſtinctio. Si ſententia dicit, condemno Titium tutorem, non per hoc probatur eſſe tutor Speculat. in titul, de probationi. §. 3. nu. 23.

Pro alia parte videtur, ꝙ Papa nominando aliquem magiſtrum. Innocen. in capitu. penultim. circa prin. de reſcriptis. Primatem, vel Epiſcopatum, ſola nominatio tribuit ius. Lucas in l. prædia. colum. 22. circa princ. C. de locatio. prædio. ciui. eo ipſo quòd ſuperior ſcribit tanquam ciuitati, vel caſtro, per hoc videtur tacite approbare. Præpoſi. in §. conuenticulas. nume. 2. circa finem. de pace iuramen. firma. & ſi appellat ciuitatem ſciens non eſſe, eo ipſo efficitur ciuitas. Barto. in l. vnic. in 3. addit. poſt nume. 4. de Metro. Bori. ſicut in ſtipulatione ſeruorum, ſola nominatio domini, facit vt ei acquiratur. l. qui bona fide. in ver. ei acquirit. ff. de acquirend. rerum domi. Papa ſi per literas commendat plebanum talis eccleſiæ propter occupationem bonorum, quo ad illum effectum probatur eſſe plebanum, niſi probetur contrarium. Socin. in conſi. 87. nume. 19. in princip. 3. volum. An ſola nominatio tribuat ius, late Zabar. in clemen. fin. §. ſimiliter. in 3. & 4. not. nume. 2. de ſenten. excommunic. princeps ſi ſcribendo appellat Conſulem, cenſetur conſtitutus Conſul. Pau. de Caſt. in conſi. 203. colum. ſecunda. in prin. primo volumine. Fre. de Subfeu. lib. 2. ibi, quis dicatur. Comes, nume. 53. glo. adducit pro & contra, in cap. ſacerdotibus. in ver. appellat. 11. quæſtio. prim. diſtinc. Tamen quod, aut Rex dixit, volo tibi conferre tale caſtrum, vel dignitatem: tunc quia requiritur actus ſecundus, primus non tribuit ius. Iſto modo procedunt primo loco adducta. Aut dixit, volo te habere, quia ſunt verba redacta in forma ſolemni probant & transferunt ius. Addit. vlt. ad Bald. in §. notandum. in fi. de his qui feud. dare poſſunt. ſicut ſola nominatio Principis, quando pater habuit illam dignitatem, operatur translationem in filium. Ludo. de Moli. de Hiſpan. primogenit. lib. pri. cap. 11. num. 22. vel nominatio in conceſſione, ſi eſt de longinquo probat, in conci. feu. diner. pri. nu. 37. ante & poſt.

Redeundo ad primum, in caſtro commiſſo ſub protectione & regimine, alicui, habebit iuriſdõnẽ. Iacob. in ver. de caſtro. in fi. fructus & prouentus. Iſern. hic, nec non & annuas præſtationes, in quibus conſiſtit baiulatio. Afflict. in conſtitu. quadragennalem. in fine. num. 11. de præſcriptio. ſecus in iure excubiarum, quod loco reditus ſine caſtro aſſignari non poteſt. Boer. in dec. 212. nu. 8. & 17. terra tamen feudi & proprietas remanebit apud dantem, & conceſſionarius erit Dux, Comes, vel Marchio improprie, vt ſupra. & Bald. hic numero ſecundo.

Iſern. in prima parte dum allegat. 24. quęſtion. 2. dic. pri. in 3. parte. circa prin. dum dicit, iudicis. dic, Principis. & fac punctum in reliquo, vſque in fin. ponitur differentia inter valuaſores maiores & minores, quæ magis diſtincte ponitur per Iacobi. de Ardizo. in Summa, de inueſtir. Marchio. & aliorum, poſt princ. & inter alia differunt in nobilitate, diximus dicit Iſern. ſupra, qui ſucce. tenea. capi. prim. §. hoc intelligendum. nam ex parte dantis, contrahitur nobilitas. cap. per tuas. de maiorita. & obedien. ſicut ex parte rei donatę: nam ſi eſt feudum cum vaſallis, nobilitat. Lucas in l. mulieres. colum. prim. circa finem. ibi quarto, de dignitatib. Ex infeudatione Regis contrahitur paradogium, & ſi ruſticus emit feudum nobile, non erit nobilis. Fre. de Subfeud. lib. ſecundo. ibi, quis dicatur ſubfeudatarius in reg. poſt num. 10. & 12. vulgo tamen omnia feuda ſunt nobilia, proprie autem qui habet iuriſdictionem & conceſſionem ab eo, qui habet poteſtatem nobilitandi. gloſſ. 3. Pari. nume. prim. & poſt nume. 3. & 4. titu. primo. §. 9. vnde nobile eſt, quod datur a Rege, & nobilitatur res propter homines, quia hominum cauſa ſunt conſtituta omnia. §. In pecudum. Inſtitu. de rerum diuiſio. l. iuſtiſſime. de ędilit. edicto. Ideo pſal. 148.

27 Benedicite omnia opera domini domino. dicuntur laudare Deum, flumina, maria, gelu & frigus, quia homines ea attendentes mirantesque prorumpunt in laudem Dei, qui fecit ea, & ſic de illis naſcitur in nobis laus Dei. Iſern. hic ea intentio. diui Auguſt. Vel benedicimus Deo agnoſcendo eius bonitatem quam nobis fecit in mare, gelu, & aliis. Facit quod dicit Diuus Tho. in 2. 2. nodtur. Ad te Domine clamabo. ibi, benedictus dominus. Auguſt. in Soliloquiis. capit. 10. nam hanc curam videntes, magnum & bonum laudabunt Deum, qui hæc bene ſanciit & iuſte illuminauit. §. fin. circa finem. Authen. vt omnes obedi. iudi. hoc modo laudatur Deus in ſanctis, & mirabilis prædicatur in Apoſtolis, in extrauag. comm. 2. circa fi. de pœnit. & rem. nam laudantur Dei mirabilia, laudando ea quæ ſancti fecerunt in Dei virtute. not. in clemen. vnic. & ibi Zabarel. vbi etiam quòd ſi tenemur laudare in ſanctis, potius in ſe ipſo. de reliquiis & vene. ſancto. ſicut in honeſtis honoratur ſacerdotale officium. gloſ. in clemen. prim. in ver. decenter. de iure patro. vnde attendentes violentiam ventorum, vim habere diuinam. l. fluminum. §. vitium. de damno infecto. animus noſter extollitur, & Deus aſcendere dicitur, quia in tanto nobis ſublimior, quanto noſter animus ab infimis ſeperatur. glo. in extrauag. Ioan. prim. in ver. apertius. de verborum ſignificationib. Et ſic metaphorice feudum fit nobile, ex quo poſſeſſorem nobilitat. & ponitur qualitas pro quali, & contentum pro continente. l. pergit, C. de ſepulc. violat. & vbi aliàs inter habentes eandem dignitatem, ille antecedit qui eſt prius adeptus. l. pri. C. de conſu. & non ſparge. hoc procedit in eis qui habent ab eodem, ſecus ſi vnus a Principe, & alter ab alio. l. reſtituendæ. in fine. cum ibi not. C. de aduocat. diuerſ. iudic. ſicut qui militiam a Rege ſuſcepit, magis eſt honorandus, quàm is qui recipit ab inferioribus. Lucas in l. vnic. circa finem. de equeſtri. & qui habuit dignitatem honorariam, ſi poſtea confertur adminiſtratio, præfertur habenti honorem cum adminiſtratione eodem tempore. l. penultim. dicto titu. C. de conſu. & non ſparge. l. 2. præfec. præto. ſiue vrbis. licet ſpectanda ſit conſuetudo. Fre. de Subfeud. lib. ſecundo. Quis dicatur Baro in regno. poſt nu. 5. & quis dicatur Marchio. nume. 2. poſt medium. & quis dicatur Dux, nume. 7. circa finem. Concludit ergo Iſern. quòd feudum proprie eſt, quando datur terra vel caſtrum habens vaſallos, & tunc is cui datur, efficitur nobilis, & debet ei ſubuentio, vt in conſt. quam plurimum, & tenetur ad ſeruitium, quando eſt guerra in regno, quod qualiter præſtabitur pro

terra

terra cum vaſalius, & illa quæ eſt ſine vaſallis. Iſern.hic,& diximus late in §. ſimiliter in hoſtenduiis.de capi.Corrad.

De gradibus ſuccedentium in feudo. Tit.XI.

SVMMARIVM.

1 *Gradus dicitur, inceſſus ſeu faſtigium quo aſcenditur.*
2 *Genitiuus demonſtrat.*
3 *Feudo, qui non ſuccedunt.*
4 *Succedere idem eſt, quod adire.*

AD RVBRICAM.

1 GRadus.) Dicitur inceſſus ſeu faſtigiū, quo aſcenditur, eius porta qua inde poteſt aliquid portari vel exportari. Arch.in c.cum in ſanctam.cir. fin.de
2 pœnit. diſt.2. Demonſtrat genitiuus Succedentium.] Loffred.in conſi.43. numero.13.
3 vnde quia ſunt nonnulli, qui non ſuccedunt in feudo. Bald.in capitu.cæterum.numer.9.de iudicijs. ideo hic ponitur, de gradibus eorum, qui ſuccedunt in feudo. Eſt autem ſuccedere, idem quod
4 adire. Pau.de Caſtro in conſil.292. nume.ſecund. ſecundo volumine. & porta per quam aſcendunt ſunt gradus ratione ſuperioritatis. Archidia. in capit.in Chriſto.colum.6.poſt princ. de conſecra.diſtinc.2. nam humor aſcendit de trunco ad ramos, & non redit.idem Archidiac.in cap.vni. poſt princip.35.quæſtio.10.Ideo tractatur de gradibus deſcendentium eius, qui fuit primus autor feudi. Pręposit.infra in nigro. nume.prim. cir.finem.de ordine ſucceſſionum in feudis.Odofred.in Summa, qui poſſunt ſucce.in feud.nu.38.

SVMMARIVM.

1 *Per, dictio quid importet.*
2 *Succeſſio eſt duplex, edictalis & decretalis.*
3 *Quoque, implicat præcedentia.*
4 *Sicut, ponitur ſimilitudinarie.*
5 *Pertinere, verbum latiſſimum eſt.*
6 *Mori quis dicitur multis modis.*
7 *Liberorum prima cauſa in ſucceſſione feudi.*
8 *Liberorum, ideſt filiorum, & quare ſic dicuntur.*
9 *Linea deſcendens donec ſupereſt, nunquam collateralis admittitur.*
10 *Deinceps, ideſt amodo.*
11 *Primitiuam qui inficit deriuatiuam vituperat.*
12 *Prolis appellatione, venit maſculina tantum, ratione adiuncti mutat naturam, alibi eſt ſpes & intentio procreandi prolem.*
13 *Sexus diſcretio maris & fęminę, & vnde dicitur.*
14 *Niſi, ponitur pro eo quod negatiua præcedit.*
15 *Frater ſuccedit in feudo antiquo cum filijs præmortuorum fratrum.*
16 *Deinde, eſt aduerbium temporis.*
17 *Feudum antiquum paternum ſeu auitum, pro eodem ponitur.*
18 *Antiquum dicitur, quod nõ habuit originem à ſuâ perſona, ſed in perſona aſcendentium ſuorum.*
19 *Nouum, quod habuit originem in ſua perſona, quia ipſe primo fuit inueſtitus, ſi decedit ſine liberis, reuertitur ad dominum.*
20 *Cognati ſuccedunt ex deſuetudine, in multis partibus.*
21 *Succeſſio feudi non ſpectat ad cognatos.*
22 *Feudum nouum, & antiquum, quid, & in quo differant, & quid in dubio, & datur feudum nouum poſſidendum cum qualitate antiqui, & antiquum poteſt dici nouum reſpectu qualitatis additę.*
23 *Cauſæ cognitio vtriuſque partis præſentiam requirit.*
24 *Diligenter, accurrate, exquiſite, magna cum cura & diligentia, idem.*
25 *In ſucceſſione feudi prima cauſa eſt liberorum, ſecunda deſcendentium, tertia collateralium.*
26 *Feudum aliud nouum, & aliud paternum.*
27 *Vaſalli ſi delinquunt, non ſuccedunt deſcendentes vſque ad tertiam generationem.*
28 *Feudum, ſi debet peruenire ad vnum, erit primogenitus tanquam dignior.*
29 *Ius Franchorum habet locum etiam in linea collaterali, ſi eſſent plures fratres.*
30 *Renouatio cenſetur facta ſecundum tenorem primæ inueſtituræ.*

AD TEXTVM.

8 nomine de pecunia communi, non communicantur, ſed eſt debitor pretij. Bald. in conſil. 491. in pri. 2. volum. & is de cuius pecunia ſunt empta, habet actionem ad pretium. l. 2. C. pro ſocio. l. 4. cum duabus ſeq. C. ſi quis alteri vel ſibi. alibi tenetur ad dimidium lucri, & ad intereſſe: quia in ſuam vtilitatem conuertit, vel ad communicandum res emptas. Bald. in conſil. 304. nume. 3. pri. colum. & ſic
9 non ſuccedit, Niſi per pactum.) capit. pri. de bene. fratris. Frater fratri in feudo empto non ſuccedit. Cam. in cap. Imperialem. car. 53. in fi. & 54. in pri. Afflict. in §. & quia. ante & poſt nume. 19. de his
10 qui feud. dare poſſ. Neque] Quæ dictio affirmat. Archid. in capitu. quiſquis. 25. quæſt. 4. Viuente eo qui acquiſiuit.) Puta per refutationem. capit. pri. de eo qui finem fecit agn. Neque poſt mortem eius; fructus tamen erunt communes donec ſimul habi
11 tauerint.) Dicuntur autem fructus, quia fruuntur. Diuus Thomas ad Galatas. 5. ibi, fructus. in princ. & ſicut tria requiruntur ad hoc, vt feudum quæſitum per vnum ex fratribus ſit commune, quòd ſimul habitent, quòd ſit acquiſitum ex bonis communibus: tertiò quòd dominus qui infeudauit ſciat hoc. Cap. in ver. feuda bonorum appellatio. ibi, ſocietas. Aluar. in dicto titu. de bene. fra. col. pri. & 2. in princ. Ita etiam, vt fructus communicentur, requiruntur tria: communis habitatio, communis
12 menſa, & quòd fructus ex feudo proueniant. Præpoſi. hic col. 2. in princ. & hoc, Donec.] Tamdiu:
13 quod eſt limitatiuum temporis. Paul. de Caſtr. in conſi. 365. nu. 2. 2. vol. Simul habitauerint.) Quòd ſi cum equis & armis communibus vel pecunia cõmuni ſit acquiſitum, adhuc idem dicunt, nam regulariter frater non ſuccedit fratri in feudo, niſi feudum ſit antiquum ſeu paternum, vel ambo cõprehenſi fuerunt in inueſtitura. Socin. in conſi. 9. nume. 15. in fin. pri. volumi. & 66. nume. 13. circa medium. 3. vol. Odoffred. in Summa. qui poſſ. ſucce. in feud. nume. 43. & 44. etiam, Quòd fuerit acquiſitum cum equis & armis communibus. Iſern.
14 hic in 2. part. Ne.] Quod eſt aduerbium negandi; & prohibendi. Lucas in rub. C. ne fiſcus rem quam vendi. coin. Forte.) Non dubitatiue, ſed aſſertiue ſtat. Innoc. in cap. tua nos. in princ. de ſponſa. Inui-
15 tus dominus, alium quàm quem eoluerit ſibi acquirat vaſallum.] Quàm qui voluit, & dedit feudum. Iſern. hic, & Decia. in conſi. 435. num. 7. ſicut ſocietas non tranſit ad hæredem, ne inuitus ſocius efficiatur cui non velit. l. actione. §. morte. circa fin. ff. pro ſocio, Dummodo meminerimus.) Cum memoria hominis ſit labilis & infirma. Præpo. in cap. 2. poſt nume. 6. de feud. guar. Quòd id, quod de cõmuni expenſum eſt, alteri pro parte competenti eſt reſtituendum.] Iudicio communi diuidundo, vt per glo. fin. hic.

Declarato textu, dubia reddebatur eius conſultatio

tatio

tatio; & primò,res emptæ ex vſuris,ſuccedunt loco pecuniæ.not.in capit.cum tu. de vſuris.pecũnia peruenta ex alienatione rerum dotalium, ſubiacet conſuetudini, ſicut bona empta ex ea. Cap.in deciſ.194.nume.16.& poſt num.18. circa medium. & res nouę emptę ex pecunia redacta ex antiquis, ſuccedunt in locum veterum. Bald. in conſil.112. nume.5.pri.vol.Ita feudum debet eſſe commune, ſi pecunia eſt communis.

Secundò,acquiſita occaſione rerum communium, ab omnibus videntur procedere, & omnibus acquiri. Iſern.in ſimil.in capit.pri.§.profecto. nume.5.quid iuris ſit,ſi vaſa.poſt aliena.feud.recupe. nam meum dicitur, quod mei cauſa factum eſt.glo.fin.in cap.magnum. & ſeq.in poſitione caſus.11.quæſt.pri.& eſt eccleſiæ quod eſt de bonis eius quæſitum.Lucas in l.pri. C.in fin.de anuo.ciuili.ita & in iſtis fratribus.

16 Vltimò,ſi feudum non eſt commune, nec fructus: quia quod commune eſt,meum non eſt.glo. in l.pri.in ver.nullius.de rerum diui.commune parit diſcordiam.l.cum pater.§.dulciſſimis.de leg.2. & ſperni ſolet, quod commune eſt. l.meminimus. C.quando & quibus quarta pars debe.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium: & ratio ponitur in textu,ne cogatur dominus,&c.

Qua ſtante,non obſtat Primum: nam illud procedit in vniuerſalibus. Alexan.in conſi.70.in 3. dubio.num.4.& 79.nume.pri.circa medium.& 7. 5. volum. & odio vſurarum, ſicut fauore minoris & militiæ.l.ex pecunia.cum ibi not. C.de iure dotiũ. l.fin.C.de ſeruo pig.dato manu.

Non obſtat Secundum: nam illud procedit in eo quod obuenit occaſione rei Regiæ.Iſern.ſupra de feu.guar.nume.6.circa medium.in alijs ſecus: vnde pecunia mutuata, licet ſit vxoris,nomen tamen debitoris non eſt eius.l.penul. C.de diſtra.pigno.

Non obſtat Vltimum, nam concordia retinetur,& cauſa diſcordiæ amouetur.not.in l.de fideicommiſſo.C.de tranſactioni. Et ſic firma remanet concluſio,quod feudum non venit in communione,etiam quod fratres ſimul habitauerint.

17 Extende concluſionem prædictam,etiam quòd ſuerit acquiſitum cum equis & armis communibus, vt hic: ſicut quæſita per vnum ex fratribus in obſequio Regis vel iudicis ſunt propria donata: quæ in exercitu, ſunt communia. & ſi donauit ex communibus ducendo vxorem,tantundem donabit alter.l.ſi fratres.& ibi late gl.de ſucceſſionibus, in Longobar.Idem in ſtipendiis illicitè acquiſitis, nam illa non communicantur. Bald.in conſi.65.5. vol. vel in acquiſitis ex operibus & induſtria propria,puta ſi ſit aduocatus, medicus, ſiue tabellio: nam iſta non communicantur cum aliis. Afflic.hic in 2.not.poſt numerum 3.nec veniunt lucra dotis. Bald.in coſi.284.5.vol.

Reſtringe tamen in feudo, ſecus in fructibus ipſius,vt hic: & feudum non erit commune,ſed ſolummodo fructus, donec ſimul habitant. Aluar. hic nume.pri.& per communionem fructuũ, non infertur ad communionem capitalis. Alex.in conſ. 76.nume.9.4.vol.Iſto modo quod vnus conſequitur ratione rei communis,alteri communicare tenetur.idem Bald. vbi textus in l.in re communi.ff. de noxalibus.Item procedit in feudis,ſecus in aliis bonis: nam regulariter bona empta per vnum ex fratribus durante ſocietate, remanent communia. Bald.in conſi.461.4.vol.

Vltimò habet locum in proprietate feudi,ſecus in pretio, nam ſi fuit emptum ex pecunia communi, debetur pars pretii reſpectiue ad quantitatem erogatam,& non ad valorem. Afflict.hic in princ. 5.not.& ita practicatur.

Nota,quòd feudum,& emphiteoſis eccleſiaſtica non veniunt in communione, fructus verò cõmunicantur. Præpoſi.hic in pri.Cam.in cap.Imperialem.in princ.car.17.col.4.circa finem.commu-

18 nicatio autem fructuum non facit, quòd proprietas bonorum communicata ſit. Deci. in dicto conſi.435.nume.5.& 6.628.col.1.poſt princi.& 651. nume.2.5.vol.habet tamen ſicut ſocietas,ius quodammodo fraternitatis. l.verum.ff. pro ſocio.poteſt ratione ſocietatis,quod aliàs non poſſet. Arch. in capit.nemini.in princ.16.quæſt.ſeptima.ſtando ſimul videtur vnus alteri dare auxilium. Aluar. in dicto cap.pri. numero 3.circa finem. de bene.fra. ſi ex duobus fratribus, vnus defendiſſet dominũ, & alter non,ratione coniunctionis perſonarum & feudi alter excuſatur.addi.ad Odoffre.in Sum.quibus modis feu.ami.ibi,vel ad mortem. poſt princ. inter fratres augmentat affectionem. not. Bar. in l. cum allegas.de caſtrẽ. pecu.mili. & charitatem inter commilitones. l.pen.in princ. ff.de caſtr.pecul. & inter conſanguineos vel coniunctos, aſſidua & frequens conuerſatio præſumitur augere affectionem. Lucas in l. quicumque. præſumptione 171. C.de apochis publi. & præſumitur quòd acquiſita ex induſtria duorum fratrum ſint communia. Bal. in conſi.74.2.vol.ſecus in feudo,vt hic.

19 Secundò nota, quòd nigrum poteſt eſſe generalius rubro,nec per hoc reſtringitur. Alexan.in conſi.215.num.4.& 23.6.vol.glo.rub.de eo qui mitti.in poſſe.cau.rei ſeruat.propterea Iſern.hic in pri. dicit, quòd hęc lex non multum facit ad titulum, ſicut quandoque in nigro nihil de prima vel vltima parte rub. Bart.in rub.in princ. C.de nauiculariis.glo.in l.decreto.ff.qui petãt tuto.vel cura. Iſer. opponit & ſoluit, diuidit, & declarat textum, vt per eum.dum allegat, ſi quis alteri vel ſibi. qui alteri,dic, qui aliena. Aduerte tamẽ, dum dicit quòd fructus feudi erunt communes donec ſimul ſtant; nam debet pro rata reſtitui impenſa facta in acquirendo. Cap.in verb.feudorum expenſæ. circa medium.& quod legatur vel acquiritur caſtrẽ,acquiritur pro portionibus dominij non ęqualiter. Bal. in l.ſi ſeruus plurium. in princ.de lega.pri. venit in diuiſione, niſi vnus paſſus ſit alterum capere animo donandi. Bald.in conſi.239.nume.2.4.vol. & ſi quid ſupereſſet vltra neceſſitatem eſt domini. Sicut in prouenientibus ex rebus paraphernalibus vxoris: nam ſi ſupereſt aliquid,quod non ſit conſumptum,debet pertinere ad vxorem. Præpoſi.hic poſt nume.pri.

Quid in emphiteoſi capta pro ſe & fratre? ſi frater ratificauit, tranſibit etiam ad filios, non ad extraneos. Alexan.in conſi.22.nume.pri. vſque ad 6. 5.vol. & ſi faciunt ſe nominari in inſtrumentis emptionum, & poſtea communiter pro illis bonis tributa ſoluunt, efficiuntur domini. Bart.in l.rura. in prin.C.de omni agro deſer.l.4. & l.cum res. C.de probatio. apponens verò ſignum cenſetur dominus.l.vni.cum ritu.ſeq. C.de his qui potent.nomi. Lucas late in l.ſtigmata.col.pri.circa medium. C.

de

de fabrice. Cap. in deciſ. 27. in 9. dubio, & ſcriptu-
ris lapidum vel columnarum ſtatur. glo. in cap. ſa-
ne, lo ſecondo, in ver. poſt. 24. quæſt. 2. cap. ſolem-
nitas. de conſecrat. diſtinct. pri. l. monumentorum.
C. de relig. & ſump. fune. deſcriptio autem & ſolu-
tio cenſus, non faciunt quem dominum. l. ſolemni
bus. C. de rei vendi. æſtimium, poſſeſſio. & ſi emo
à te tanquam domino, non facio te dominum. Ale
xand. in conſi. 185. nume. 5. & 6. 5. volum. Inſtru-
mentum dotis, nec probat dominium, ſi agit con-
tra tertios. Bald. in conſi. 185. nume. 2. 5. volu. ſicut
in feud 5 non probatur dominium, etiam quòd ſit
emptum ex pecunia communi, vel ſit acquiſitum
cum equis & armis communibus, vt hic. Nec re-
fert, ſi fuit in exercitu Regis vel alterius domini.
Aluar. in dicto titu. de bene. fra. nume. pri. circa fi-
nem. Iſern. dum dicit, de bene. fiſci. dic fratris. ibi,
idem. vult dicere, id. in fi. dum dicit, dicimus ſupra
de bene. dic, de bene. fratris.

SVMMARIVM.

De inueſtitura quam Titius accepit a Sempronio. Tit. XIII.

1 *Nomina particularium, quando in ſcripturis ponun tur, fit in potentiam, celebritatem, aut generoſitatem illorum.*
2 *Dans & recipiens cenſetur eſſe nobilis & ſtrenuus.*
3 *Honeſtiores, non ſolent pati nomina eorum inſtrumentis inſcribi.*

AD RVBRICAM.

1 NOmina particularium, quando in ſcri
pturis ponuntur, fit in potentiam, ce
lebritatem, aut generoſitatem illo-
rum. Lucas in l. 2. circa finem. C. vt
dignitat. ordo. Ideo in celebritatem Sempronii, di-
citur hic, feciſſe inueſtituram Titio: tanto magis
quia, vt præſumatur donatio, oportet credere do-
2 nantem eſſe nobilem & diuitem. l. vxori. § fina. in
glo. fin. de leg. 3. & donatarium ſimiliter nobilem:
nam nobiles conſueuerunt eſſe ſtrenuiores, & pro
pterea dantur eis feuda. Licet ſecundum Hiſtorias,
natu viles fuerunt ſtrenuiſſimi, vt Marius. Iſern. in
3 cap. filij. nume. 2. & poſt, ſi de feu. defun. mili. con-
tro. ſue. Solent tamen honeſtiores, non pati nomi
na eorum in inſtrumentis inſcribi. l. pupillus. §. fin.
ff. de autori. tuto. & ad iudicem venire nequeunt.
Authent. principales. C. de iureiurand. & dixerunt
compilatores. magiſtraliter facit glo. in l. Gallus. §.
nunc de lege. in ver. primum. de liber. & poſthum.
Et ſunt verba magiſtralia ſicut feudum ex pacto &
prouidentia. Iſern. infra, An agnatus. circa princi.
& huiuſmodi nominibus Titij & Sempronij ſæpe
vtuntur doctores, & in ſpecie in iſta materia. Iaco.
de Ardizo. in Somma. de ſucce. feud. in 22. quæſt.
ibi, adhuc etiam quæritur, ſi Titius ceſſit Mæ-
uio. & c. j.

SVMMARIVM.

1 *Nomina ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt: De dictione, talis. numero 2.*
3 *Ipſe, ſcilicet prænominatus.*
4 *Hæredis appellatione, venit legitimus maſculus.*
5 *Porro. i. longe poſt.*
6 *Fœmina non eſt locus, donec ſuperſit maſculus.*
7 *Feudum poteſt dari in dotem non æſtimatum, nec cum pacto de lucrando.*
8 *Maritus proprie dicitur poſt contractum matrimonium. Vir quadrupliciter accipitur.*
9 *Maritus non ſuccedit in feudo, ſed liberi ſic, ex eodem matrimonio.*
10 *Maritus non ſuccedit vxori in beneficio.*
11 *Vaſallus per inueſtituram habet vtile dominium.*
12 *Feudum ſpectat ad fœminam, ex tenore inueſtituræ.*

AD TEXTVM.

1 TItius à Sempronio.] Nomina ſignifi-
candorum hominum gratia reperta
ſunt. Azo in Sum. nume. 4. C. de ver.
ſignific. & ad eos cognoſcendum im-
ponútur. Diuus Thomas ad Ephelios. cap. pri. ibi,
ſecundum. colum. 3. circa medium. Ad cognitio-
nem eius qui fecit, & accepit inueſtituram, dicitur,
2 Titius à Sempronio Talem) Qualis ſequitur. l. 3.
de fundo inſtru. Inueſtituram accepit feudi vt ha-
3 beret ipſe,] ſcilicet prænominatus Titius. Hieron.
Gabr. in conſi. 8. nume. 7. Et hæredes ſui legitimi
4 maſculi.) Qui veniunt appellatione hæredis. §. & ſi
clientulus. de aliena. feud. Iſern. hic in prin. & om-
nes deſcendentes in infinitum. & verificatur etiam
quòd perueniat ad vnum. Et ſi dicitur, ex corpore,
inſpicitur tempus mortis. Alexand. in conſi. 53. nu.
3. & 10. 6. volum. Et ijs omnibus deficientibus fœ
minæ,) c. primo. de eo qui ſibi & hæred. ſuis. ſicut
5 in conſti. vt de ſucceſſionibus, Porro.] Longe poſt.
Gramma. in ver. porro, Titius ſuperſtite tantum fi
6 lia.) Nam non eſt locus fœminæ donec ſupereſt
maſculus. Iſern. in dicto cap. pri. num. pri. & 3. de
eo qui ſibi & hæredi. ſuis. Deceſſit: ipſa a domino
inueſtita fuit.] Confirmando veterem. ſupra, per
quos fiat inueſt. in pri. Et feudum in dotem dedit.]
7 Non æſtimatum, nec cum pacto de lucrando. Iſern.
in §. donare. poſt princ. qualiter olim poterat feud.
8 aliena. Marito que ſuperſtite,] Qui proprie dicitur
poſt contractum & perfectum matrimonium: vir
verò quadrupliciter. Caſſan. in conſue. Burg. rub. 4.
4. §. pri. ibi, en la puiſans, num. pri. & 2. Sine liberis
deceſſerit.) Alias intelligeretur prouidere proxi-
mioribus ſui ſanguinis, & non remotioribus agna
tis. Pernus in conſi. 13. col. 3. in fin. Quærebatur ſi
ad maritum ſucceſſio feudi pertineat? reſponſum
eſt non pertinere.] Et ſic non ſuccedit maritus, ſed
liberi ex eodem matrimonio ſic. Præpoſit. hic poſt
princip.

Declarato textu, dubia reddebatur eius conſul-
tatio. Et primò arguendo ab alluſione vocabuli. §.
nulla. per quos fiat inueſt. vxor dicitur conſors vi-
ro, ex eo quia ad eum pertinet pars bonorum: nã
ſortem pro parte veteres ponebant. Lucas in l. e. li-
cinius. circa pri. C. de naufilegulis. ſi habet partem
& omnes conqueſtæ durante matrimonio factæ
ſunt communes. Boer. in deciſ. 22. nume. 27. & in
deciſ. 23. nume. 3. & quarto. ergo ſaltem per viam
non decreſcendi, debet in alia parte ſuccedere. dixi
ex intentio. Bald. de duobus fratri. de no. bene. in-
ueſtit.

Secundò,

Secundò, in ſeudis ſeruatur æquitas. Iſern. in §. quod autem. nume. 18. in fin. de contro. inueſt. vir ſuccedit vxori de æquitate Prætoris. glo. rub. in fi. C. vnde vir & vxor. ita & in ſeudis, quia ęquitas paria deſiderat, vbi ratio non eſt diuerſa. Iſern. in §. fi. in fin. de pace iura. firma.

Vltimò vxoris bona, viri dicuntur. glo. rubr. C. de condu. & procura. ſine exacto. prædi. fiſca. ſed feudum eſt vxoris, ita & viri: eo magis, quia vxor dicitur ſocia diuini & humani iuris. l. pri. in glo. ff. de ritu nupt.

His non obſtantibus, fuit reſponſum contrarium: & ratio eſt, quia quæreret dominus inuitus alium ſibi vaſallum quàm voluerit. capit. pri. dicto titu. de fratribus de nouo bene. inueſt. ratio enim prouocat & deterritat. l. quod ſi nolit. §. fina. de ędili. edi.

Qui ſtante, non obſtat Primum: nam licet maritus ſuccedat vxori, non tamen in feudis. Bald. ſupra, an maritus ſucce. vxori. poſt princip. & nume. 14. nec in iſta materia habet locum titulus, Vnde vir & vxor. Iſern. hic in fi.

Non obſtat Secundum, nam æquitas non attenditur in feudis. Cam. in capitu. Imperialem. car. 43. colum. 2. circa princip. ſed tenor inueſtituræ, quæ derogat omni naturæ feudorum. Bal. infra, de duobus fra. à capi. inueſti. poſt num. 3.

Non obſtat Vltimum, nam legum ſubtilitate conſtante matrimonio, tranſit dominium in virũ, naturali tamen iure ſemper permanet in dominio mulieris. Lucas in l. 3. colum. pri. in fin. C. de pręd. curia. vel largo modo maritus eſt dominus, & etiam vxor. l. in rebus. C. de iure doti. ita glo. in cap. licet. in ver. eodem modo. de probatio. Ludoui. de Molin. de Hiſpan. primog. lib. pri. cap. 23. num. 6. Illud in vita, hoc in morte, quæ omnia ſuluit. §. deinceps. Authent. de nuptiis. cum ſit diſſolutio animæ & corporis. not. in clemen. pri. vt lite penden. & ſic firma remanet concluſio, quod maritus non ſuccedit vxori in beneficio, ſed liberi ſic. Intellige etiam ſi ambo ſint inueſtiti: nam non ſuccedit, niſi ſit dictum. Iacob. de Ardizo. in Summa. de ſucce. feu. ibi, maritus vero non ſuccedit. Ita ecõtra, vxor non ſuccedit viro. Iacob. de Ardizo. vbi ſupra, nam vir & vxor non debent ad imparia iudicari. capitu. 2. & capit. gaudeamus. de diuortijs. & non ſuccedit non ſolum ab inteſtato, ſed nec etiam ex teſtamento. in ſimil. in §. donare. dicto tit. qualiter olim poterat feu. aliena. Intellige tamen, niſi in inueſtitura ſit dictum, pro ſe & quibus filia dederit; vel eſſet conſuetudo ſpecialis, quòd maritus ſuccedat. Præpo. hic circa finem. Et procedit iure iſto, ſecus de iure Romano & Longobardo: nam ſuccedunt adinuicem. Iaco. de Ardizo. vbi ſupra. nec habet locum, ſi eſt dictum quòd ſuccedat, vel ita eſt conuentum. Iſern. hic, & in dicto cap. pri. in princip. an maritus ſucce. vxo. quia tunc ſi eſt dictum, feudum tranſiret ad quoſcumque hæredes. Afflict. in capit. Imperialem. in princ. nume. 37. in fi. alias aperiretur domino ratione directi dominii. Idem Afflict. hic nume. 4. circa finem.

Vltimò habet locum, niſi localis cõſuetudo hoc permittat, per ea quæ in ſimili dicit Bald. hic. quia conſuetudo æquiparatur pacto. l. 2. in glo. mag. circa medium. quæ ſit longa conſuetudo. æquipollet veritati & priuilegio. Bald. in conſ. 289. in princip. 4. volum.

10 Nota, quòd maritus non ſuccedit vxori in beneficio, licet poſſit dari in dotem, dummodo non habeat aliũde, nec det æſtimatum, vel faciat pactum de lucrando, quia ad maritum non poteſt pertinere. Iaco. de Ardizo. in Summa. vtrum vaſal. poſſit
11 feudum in dotem dare pro filia. Item nota, quòd vaſallus per inueſtituram habet vtilem rei vendicationem, contra quemlibet etiam dominum: vtitur enim eo iure quod habuit qui inueſtiuit, & fructus feudi petit non tanquam ipſe, ſed loco domini, cuius authoritate fungitur. Iaco. de Ardizo. in Sum. quod commodum habeat vaſal. per inueſtitu. nam habere dicitur iure dominii. l. habere. de verb. ſigni
12 fic. & ſi eſt fœmina, habebit amore patris. cap. pri. quemadmodum. feu. ad filia. perti. vel ex tenore inueſtituræ. cap. primo, de bene. fęmi. & hic, vbi Præp. in princip. quod ſi detur in dotem, maritus ſeruiet pro vxore. Idem Prępoſit. hic in fin. Theorica Iſer. eſt clara, & eam tetigimus ſupra: tamen cir. fi. dum remittit ſe dictis in §. donare. adde & in cap. Imperialem. nume. 3. in fine.

De vaſallo decrepitæ ætatis, qui feudum refutauit, vt filij inueſtirentur. Tit. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Aetas vnde, quotuplex, & quæ ſit decrepita.*
2 *Refutatio quando fit proxime ſucceſſuro, eſt ſucceſſionis præuentio: ſi ſit agnato remotiori, eſt alienatio.*
3 *Refutatio debet fieri in manibus domini, & non habet ſpeciale nomen.*
4 *Vt, eſt cauſatiuum non conſequutiuum.*
5 *Feudum nuda renuntiatione non amittitur, niſi alteri quæratur.*

AD RVBRIC.

1 AEtas.] Dicitur quaſi æuitas: ſimilis æuo. nam ęuitas eſt vita perpetua, cuius initium vel finis ignoratur. Lucas in rub. C. qui ætate vel profeſſio. ſe ex cu. & in l. ii vltra. in princ. C. de decurioni. iſta naturaliter variatur. Bald. de pace Conſta. in ver. in omni decimo. nume. pri. eſt quatruplex. l. hæreditatum. in glo. 2. ad leg. Falcid. & capitur diuerſimode. nam vno modo eſt iure Romano, & alio iure Longobardorum. Iſer. in cap. hac edictali. num. 4. circa finem. ibi, item nota. de pace iuram. firma. inde dicitur adoleſcentia glorioſa. l. vni. in ver. glorioſam. C. de ſtudijs libera. vrbis Romæ. ætas legitima, l. fina. C. de his qui veni. æta. impetra. ætatis ſeniũ. l. ſi quando, la ſeconda. C. de operi. publi. & ętas decrepita, de qua hic, quæ dicitur quando eſt quis 80. annorum, vel illos excedit: nam ætas finitur ſpatio centum annorum. Aluar. infra in nigro. col. pri. poſt medium. & valet ad multa ætas prædicta, videlicet ad matrimonium contrahendum, ad in integrum reſtitutionem petendam, ad finiendum tutelam, & ſimilia. gloſ. in l. 2. in ver. ętates. ff. de ſeruis. ex ętate & aliis indiciis arbitramur, an aliquis ſit diſpoſitus ad aliquam ſcientiam. Bald. in

conſi.

conſi.412.circa medium.pri.volumi. licet hic non
interſit, an ſit facta refutatio per iuuenem, vel in
decrepita ætate conſtitutum, vt dicetur infra cum
textu. Quando autem fit refutatio proxime ſucceſ
ſuro, eſt futuræ ſucceſſionis præuentio. Loffred.in
conſi.1.nume.30.ſi fit agnato remotiori eſt aliena
tio, & habetur loco donationis. Iaco.de Ardizo.in
Sum.ſi vaſal.refuta.feu.domi. vtrum præiu.agn.vi
uen.vaſa.& eius filijs.poſt princ.Iſta debet fieri in
3 manibus domini.Afflict.infra in 3.nota.nume.17.
& non habet ſpeciale nomen. Iſern.in §.& ſi libel-
lus.poſt num.6.de aliena.feu.pater. adeo quòd fit
in manibus domini,nõ filii vel vxoris. Iaco.in ver.
& vnus ex dictis vaſallis.nume.11. & ſi eſſet qua-
ternatum,non ſufficeret refutare domino à quo te
net,niſi Rex conſentiat. Loffr.in cap.Imperialem.
col.3.circa medium.ibi,quinta concluſ.de prohib.
feud.alie na.per Fre. Verum ſit Vt,]Quod eſt con-
4 ſequutiuum,non cauſatiuum.Archid.in cap.2.23.
quęſt.6.quandoque ſtat cauſatiue,glo.pri.in clem.
pri.de iure patro.& denotat veritatem.l.cum aliis.
in ver.vt à matre.C.de ſecund.nup. & ſic,Refuta-
uit,vt filii inueſtirentur.) Simile in l.pri.in ver.vt li
minibus.C.de ſeruitu.& aqua. in l.ſi manumiſſo-
ri.in gloſſa tertia. C.de obſequiis patron. præſta.
Iſto modo feudum nuda renuntiatione non a-
mittitur,niſi aliter quæratur. Iacobin. in ver. & v-
nus ex dictis vaſallis, numero decimotertio. & ſi
vaſallus non inueſtitur, quia non eſt ſimilis pri-
mo, non propter hoc, qui hac conditione refu-
tauit, amitteret, ſicut per ceſſionem inutilem non
videtur cedens renuntiare liti motæ. l.2. C. de li-
tigioſis.

SVMMARIVM.

1 *Quidam, eſt ſignum ſingulare potius quàm particu lare.*
2 *Decrepitæ ætatis uerba, ſignificat accidentiam facti, non miniſterium iuris.*
3 *Refutatio feudi non fit niſi in manu domini, ad quẽ eſt reuerſurum.*
4 *Refutatio alia ſimplex, & alia cum cauſa; non ſimpliciter, ſed cum modificatione.*
5 *Lis dicitur à contentione limitum, & eſt duplex, ꝓprie & improprie.*
6 *Tanquam, dictio iſta importat ſimilitudinem.*
7 *Feudum per nouam inueſtituram, deſinit eſſe paternum.*
8 *Contentionis & inuidiæ vitio, pernitioſa iurgia inter homines nutriuntur.*
9 *Vnde, ideſt ex qua re.*
10 *Quamuis, ideſt, tametſi.*
11 *Nihilominus, ideſt non obſtante.*
12 *Refutatio ſi fit in manibus domini vt alter inueſtiatur, ſi inueſtitus decedit ſuccedit frater.*
13 *Refutatio ſimpliciter facta, in dubio intelligitur de omnimoda, & in rem.*
14 *Feudum poteſt eſſe nouum & antiquum, habito reſpectu ad diuerſas perſonas.*
15 *Fellonia remiſſa, an feudum remaneat antiquum.*
16 *Reſtitutus, an recuperet bona alienata.*
17 *Reſtitutio, an extendatur ad ea, quæ fuerunt proditoris, & obuenerunt poſtea.*

AD TEXTVM.

1 QVidam.) Eſt hæc dictio ſignum ſingu
lare potius quàm particulare. Gram-
mat.in ver.quidam. Vaſallus, Cum.)
Ideſt, dum.idem in ver.cum: Decre-
pitæ ætatis eſſet.) Idem ſi fuiſſet iuuenis. Sed dici
tur decrepitæ ętatis, quia ſic contingit in facto. Al-
uar.hic col.pri.in fi.& Afflict.numero 16.& poſt.
2 & verba illa ſignificant accidentiam facti, non iu-
ris miniſterium. Præpoſi.hic in princ. Feudum ſuũ
in manu domini, ad hoc refutauit.) Aliàs non te-
3 net refutatio, niſi fiat in manu domini, ad quem
feudum eſt reuerſurum. Iſern.in §.& ideo.poſt nu.
4.de vaſa.qui contra conſti.Lotha.& Præpoſi.hic.
Vt Seium & Sempronium filios ſuos de eodem
4 beneficio inueſtiret.] Et ſic refutatio, alia ſimplex,
& alia cum cauſa. Afflict.hic in 6.notab.nume.20.
hic non fuit facta ſimpliciter, ſed cum modificatio
ne, vt filii inueſtiantur. Præpoſit.hic nume.2. Va-
ſallo, qui refutauit, mortuo, Sempronius ſine legi
timo hærede, Scio fratre, adhuc ſuperſtite.) Et in
5 mundo viuente, Deceſſit; Lis]Quæ dicitur à con-
tentione limitum.cap.forus.de verb.ſignifi. & capi
tur proprie & improprie. Improprie eſt actio & in
ſtantia iudicii: proprie dicitur cauſa. l. properan
dum.§.fin.in ver.nihilominus.C.de iudiciis.quæ li
cet criminalis dicatur, quandoque & large, poni-
tur pro ciuili.glo.in Authen.habita.in ver.ſi litem.
C.ne filius pro patre.ita hic. & eſt inter dominũ,
6 Tanquam.) Quæ dictio importat ſimilitudinem.
Aluar.in §.rei autem.circa princ.de inueſt.de re a-
lie.facta. Nouum feudum ſibi delatum eſſe dicen-
7 tem,]Quia per nouam inueſtituram deſinit eſſe pa
ternum. Bald.in §.& quia.nume.10.de his qui feu.
dare poſſ.& Loffre. hic in princ. & refutatio facta
per patrem, nocet filio, cum diſti. de qua Iacobi.in
ver.& vnus ex dictis vaſallis.nume.8. Et Seium pa
ternum eſſe contendentem.) Quia factum noui
ſucceſſoris, non poteſt alterari naturam feudi an-
tiqui. Bald.in conſi.137.in fin.2.volum. & ſic con-
8 tentionis & inuidiæ vitio, pernicioſa iurgia inter
iſtos nutriebantur. Diuus Thomas ad Galatas.ca.
5.ibi, vos enim.col.2.circa finem. Vnde,]Ideſt, ex
9 qua cauſa. Archid.in cap.illa.circa finem.12.diſtin.
in cap.pri.col.2.circa medium.pri.diſt. Paul.de Ca
ſtro in conſi.322.in prin.primo volu. Eorum ſen-
tentia præualuit.] Tanquam melior. Grammat.in
ver.prçualeo. Qui dixerunt, hoc feudum, Quam-
10 uis.) Ideſt tametſi. l. Stichum aut Pamphilum. §.
pri.in ver.interim. de ſolutioni. Refutatum, Nihi-
11 lominus.) Ideſt non obſtante refutatione. Io.And.
in ſimil.in cap.3.nome.8.circa fin.de appellatio.in
6. Eſſe paternum.) Quia feudi qualitatem non mu
tant medii illius ſucceſſores. Afflict. in cap.ſi quis
miles.num.6. Impera.Lotha.

Declarato textu, impugnatur eius determina-
tio, & primò: Refutatio operatur, quòd ſuccedā
tur ex perſona eius, cui eſt facta refutatio, & non
ſucceditur ſicut prius erat in perſona illius: nam
eſt nouum. Iſern.in cap.pri.§.profectò.nume.6.in
fin. Quid iuris ſi vaſa.poſt aliena.feudi id recupe. ſi
nouum, in feudo nouo frater non ſuccedit fratris,
niſi ex pacto.capit.prim.de fratrib. de nouo bene-
fi.inueſti.

Secundò, refutatio, vt alter inueſtiatur, impor-
tat

tat vt in perſona inueſtiti ſit feudum nouum, adeò quòd frater refutantis repellitur. Iſern. in capit. fin. circa finem. ſi de feud. defun. mili. controu. ſue. ſed in ſucceſſione feudi, admittitur, qui eſt proximior vltimo. Ludouic. de Molin. de Hiſpano. primoge. lib. 3. cap. 9. nume. 14 huic vltimo non poteſt ſuccedere, quia feudum eſt nouum; ergo debet reuerti ad dominum. cap. pri. de gradi. ſucce. in feu.

Vltimò, feudũ per refutationem ex paterno fit nouum; in nouo nõ ſuccedit, quia obſtat ſibi factũ ſuum & conſenſus proprius. Iſer. qui ſucce. tenea. lo primo. nume. 11. circa fin. ſucceſſiue idem in filio, quia natura pater & filius eadem perſona pene intelliguntur. l. fin. in fine. C. de impube. & aliis ſubſti.

His non obſtantibus, prævalet opinio eorum qui dixerunt, eſſe paternum. Et ratio eſt; quia in renunciatione, videtur actum vt remaneat antiquum, prout erat. Afflict. hic numero tertio. circa medium.

Qua ſtante non obſtat contraria: nam illa omnia habent locum, quando ius eſt extinctũ, & non tranſlatum, vt hic. Iacob. de Ardizo. in Sum. ſi primus vaſa. decedat ſine hærede, vel refutat feud. an ſecũ. retineat feu. in fin. tunc mutata forma, ſubſtãtia eius videtur interimi. Loffred. in conſi. 3. num. 41. ſecus ſi renũtiatio fuit perſonalis, quia pactum vni factum, alteri non prodeſt. l. 4 §. pri. in ver. mihi ſoli. de libera. lega. cum quædam ſit realis, & alia perſonalis. Cap. in ver. feudorum diuiſio. in 4 limi. Afflict. in cap. ſi quis miles. poſt nume. 10. Impera. Lotha. & ſic firma remanet concluſio, quòd
12 refutatio ſi fit in manibus domini vt alter inueſtiatur, ſuccedit frater ſi inueſtitus decedit. Extende, idem eſſe in ſilentio annali, quod habet vim refutationis, licet non currat ignoranti. Bald. in §. porro. nume. pri. in fi. & 2. qualiter feud. aliena. poſſit. & beneficio cuius renunciatio non poteſt fieri, niſi in manibus Summi Pontificis, & cum ipſius licentia. cap. quod in dubiis. & cap. fin. de renunciatio. & remanet antiquum, etiam quòd ſit adiecta noua qualitas. Bald. hic circa princ. quæ non potuit addi in præiudicium agnatorum. dixi ſupra, dicto titu. de gradi. ſucceſ. in feu. adeo quòd ſi prima inueſtitura reperitur vno modo facta, & ſecunda alterata, in dubio ſtandum eſt primæ ſi conſtat de antiqua, & præſumitur ſequens facta ſecundum conditiones appoſitas in prima. Curt. in tracta. feu. in 7. quæſt. 2. par. princ. dum tractat de inueſt. laicorum. Procedit tamen concluſio prædicta in refutatione perſonali, ſecus in reali: quia aliud eſt cedere, & aliud renuntiare. hic ceſſit, ſed non renuntiauit. Licet qui ceſſit, non poſſit exiſtente conditione renuntiare in præiudicium eius cui ceſſit. Bald. in conſil. 403. nume. 3. & 4. pri. vol. Item procedit in eo, quod eſt proprium eius qui refutauit, nam illud amittit, ſecus in eo quod eſt vniuerſitatis ſeu populi. Idem Bald. in §. porro. nume. primo. qualiter feud. aliena. poſſit. Afflict. in §. donare. in 10. notab. poſt numerum trigeſimumquintum. qualiter olim poterat feud. aliena.

Vltimò, procedit in feudo, quod ad eum tunc ſpectabat: ſecus ſi habet tractum de futuro, quia eſſet contra naturam refutationis, quæ non extenditur ad futura. Afflict. in cap. 2. poſt nume. 24. dicto tit. Impe. Lotha.

13 Nota, quòd refutatio ſimpliciter facta, in dubio intelligitũ de omnimoda & in rem, adeo quòd renuntiantem excludit in perpetuum, ſi non eſt reſtricta ad perſonam tantum cui eſt facta refutatio. Alexand. in conſi. 13. nume. 5. 5. volum. vnde ſi eſt ſimplex vel realis ſine aliqua conditione, & dominus poſtea inueſtit illum vel eius filium, efficitur feudum nouum. Anto. de Alex. in conſi. 51. nume. 6. inter enn. Loffr. & is qui refutauit non ſuccedit. Iacobi. in ver. & vnus ex dictis vaſallis. nume. 7. cir. fin. & nocet in perpetuum renuntianti. Afflict. de eo qui finem fecit agn. nume. 9. quia non admittitur, ad quod ſemel dedignatus eſt aſcendere. l. nulli. C. de numerariis, actuariis & chartula. ſi eſt perſonalis vel cum cauſa, puta vt alter inueſtiatur, ſi ille decedit, ſuccedit frater: quia remanet antiquum nec deſinit per refutationem. Iaſ. in repe. feu. in pri. nume. 96. & non fuit refutatio ſimplex, ſed vt ille inueſtiatur. Aluar. hic col. 3. circa medium. niſi omnino, vel in omnem cauſam refutaſſet, ſeu paſſus eſſet illum inueſtiri tanquam de nouo beneficio, Cam. in cap. Imperialem. in prin. car. 16. volum. 4. poſt medium. Loffr. in conſi. 11. num. 25. vel refutaſſet in manibus domini. Iacob. in ver. & vnus ex dictis vaſallis. nume. 6. poſt medium. & 7. & niſi ſit dictum, vt de nouo inueſtiatur. Alua. hic colum. 3. circa princ.

14 Iſern. declarando textum, ponit quomodo poteſt feudum eſſe nouum & antiquum, habita reſpectu ad diuerſas perſonas. Præpoſi. hic poſt nume. 2. & Afflict. in dicto titu. de eo qui finem fecit agn. in 12. not. num. 13. ſicut reſpectu diuerſorum, eadem actio eſt contractus & diſtractus. Bald. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. in 2. repet. nume. 8. ff. de pactis. nam quod patri fuit nouum, filijs eſt paternum. Aluar. hic circa princi. quia iuncta hæreditas eſſe cœpit. l. ſed ſi plures. §. 1. de vulgari & pupilla. & contra, per refutationem ex antiquo fit nouum, puta ſi antiquum concedatur iure feudi noui. Multa Curt. in tractat. feud. in 8. quæſt. pri. par. principalis. poſt numerum 9, & ſeq. vſque ad 11. facit l. peculium. §. ſi ære. ff. de peculio. Sed non in præiudicium agnatorum. Pau. de Caſt. in conſi. 425. 2. volum. & ſi refutat vt inueſtiatur, non valet, ſicut qui ſoluit vt ſtatim repetat, non dicitur ſoluere. l. qui ſic. de ſolutio. nec videtur capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere. l. non videtur. de reg. iuris. l. aliud eſt capere. de ver. ſign.

15 Quid ſi vaſallus commiſit felloniam, quam poſtea dominus remiſit, vtrum retinebit feudum iure primæuo, an efficiatur nouum? Iſern. hic & in §. inſuper. nume. 58. de prohib. feu. aliena. per Fre. diſtingue vt per eum, quem ſequitur Alex. in conſi. 34. ante & poſt num. 6. 5. vol. Aluar. & Præpo. hic col. 3. circa finem. Afflict. nume. 7. & infra, hic finitur lex. in 6. notab. nume. 27. & Iaſ. in vſibus feu. in princ. num. 95. dicunt, quòd eſt antiquum, niſi addatur noua qualitas: quia qui de gradu decidit, eius conditionis eſt cuius erat ante gradum. Io. An. in cap. 2. nume. 5. circa finem. de pœnit. in 6. dic autem vltra alios, quòd immo efficiatur nouum: nam mutatur conditio per reſtitutionem in integrum. l. ſi is qui hæres. in ver. cum filius. in fi. de vulgar. & pupilla. & reſtitutio non reſtituit omnia in priſtinum, ſed exceptionem inducit. glo. in l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. in ver. ſed utiles. ff. de minorib. res enim mutata, in priſtinum ſtatum redire nõ poteſt. glo. fin. circa finem. in l. homo liber. de ſtatu

homi.

homi, & reuerti ad ſtatum priſtinum difficile eſt. cap.quicunque. 50.diſtin.quia plus aufert ſuſpenſio, quàm contulit conſecratio : plus tollit negatio quàm poſuit affirmatio, glo.in capit,cum dilectus.in verbo,à ſuſpenſis.poſt princ. de conſuetudine. Lucas in l,quamuis.circa princ.C.de decurionibus. Patet etiam,quia proditor reſtitutos, poteſt dici quòd fuit proditor.Iſern.in §.præterea.nume. 15.quæ ſit prima cau.bene.ami.nec negari poteſt, quia in ſimili dicimus, Verum eſt tabulas extare.l. vni.in fin.ff.ſi tabulæ teſta.exta.vnde patronus deportatus & reſtitutus, non recuperat ius patronatum.l.pri.ff.de ſenten.paſſis. filius non reincidit in poteſtatem patris, nec ex ſola indulgentia pater filios recuperat, idem in ſeruo. l.in inſulam. l.ſi pater.& l.fruſtra.eodem titu. C.de ſente.paſſis. vltra quod nõ reperitur æſtimatio æſtimationis, nec priuatio priuationis. Bald.in dicta l.ſi vnus.§. pactum ne peteret.in 2.rep.poſt nume.13.

Facit pro alia parte, quòd tantum valet ad reſtitutionem indulgentia, quantum valuit ad correctionem ſententia.l.fin.§.fin.dicto tit.C.de ſenten. paſſis.tantũ potuit nomen condemnationis in condemnando, quantum nomen reſtitutionis in reſtituendo.glo.circa finem,in l. 4.de teſtibus. in Longobar.tantum debet facere remiſſio,quantum cõdemnatio cum præſtatione pœnę. Lucas in l.vni. col.27.poſt princip. C.publicæ lætitiæ vel conſul. quod contumacia abſtulit,obedientia reſtituit. Aluar.in §.fin,num.7.circa medium.per quos fiat inueſt.vbi etiam Præpoſi.poſt numerum 3.hoc tantum remiſſio remittit,in quo tenuit nunciatio.l.vni.circa medium. ff.de remiſſioni. Per contrariam ſententiam, omnia reſtituuntur ad ſtatum priſtinum.Archid.in cap.pri.circa medium. 4.quæſtio. prim.Princeps ſi remittit crimen delinquenti,non poteſt dici tale crimen commiſiſſe, nam licet non tollat infamiam,fingit tamen nõ eſſe infamem.Lucas in l.contra publicam.col.2. circa princ.ibi,ſexto.& 3.in princ.C.de re milita.& omni macula penitus dirempta,quaſi ſuis natalibus redditis,neque vocabulum inhoneſtum inhærere vult.l.Imperialis.§ primo.C.de nuptijs.reſtitutio enim & poſtliminium idem operatur. Bald.in conſi.408.num.5. prim.vol. ſicut reſtitutus ad præſentandum,vel ad appellandum, ad integrum tempus reſtituitur, & non ad tempus quod ſupererat. c.ſi electio.in ver. occultum.cir.fin.& c.ſi.de electio.in 6.

Contraria procedunt niſi iuſſio Principis hoc expreſſe indulgeat.l. qui excubias. ff. de re milita. etiam quia indulgere & reſtituere differunt. gl.in clemen.fina.in ver.reſtituerint.de cenſibus.aliàs ſi in priſtinum ſtatum non reponeretur,non reſtituerentur amiſſa.Afflict.in §.ex hoc.nume.10. de beneſi.ſęmi.vel tum maxime,ſi dicatur, quòd reſtitutus reponatur in eo ſtatu,in quo erat ante culpam: quia important hæc verba reſtitutionem in honoribus & in omnibus aliis.Iſern.hic numero 2.Iſto modo Summus Pontifex reſtituit ad omnia,capit. frateres.9.quæſt. 3.& ſic reſtitui in integrum dicũtur.l.edicto.ff.de bono.poſſeſſio.l.pri.poſt princi. & circa medium.ff.ad Tertullia.Vltra quod diſtinguit Iſern.quòd aut eſt delictum tale, quod requirit ſententiam declaratoriam : ſi ante ſententiam reſtituit,remanet ius antiquum. Vnde ſi excepit quòd commiſit culpam, replicabitur quòd remiſit & pœnitentia; licet acquirat gratiam, non tamen ſemper reſtituit in poteſtatem priſtinam. Archid in cap.hoc ipſum.33.quæſt.2. Quatenus Iſern.allegat.ff.de inoffi.teſtam.Pompo.§.ſi fieri. dic l.Papinianus.§.ſi filius.ibi,agit vt eo coniuncto,dic,coniuncto. Aut priuatur ipſo iure, & dominus poſſidet ciuiliter,quia vtile reconciliatur directo: tunc habet ex noua collatione,non iure priſtino. Et dũ dicit,quòd dominus poſſidet ciuiliter, & vaſallus naturaliter,adde glo.in l.ſi vt certo.§.ſi duobus. in ver.dominium.circa medium.ff.commodati.l.3.§. ex contrario.in glo.pri.in fin. de acquiren.poſſeſſ. ibi,de nouo videtur.adde,ei tradere. Ideo dominus non habebit vt paternum. Dixi tamen, prædicta intellige in feudo nouo, in quo collaterales non ſuccedunt,ſicut in antiquo,in quo propter delictum vaſalli, feudum non aperitur domino, ſed vadit ad agnatos, filijs verò ſemper præiudicaret. Iſern.hic; cuius dictum accommoda:dum remittit ſe dictis per eum ſupra de inueſtit.de re alie. facta,vult dicere,quis dicatur dux.§.cæteri. circa finem.ibi,de contro.inueſt.§. ſi quis de manſo.dic. §.quod autẽ, dum fundat ſe quòd reſtitutus reponitur in eo ſtatu,in quo erat ante culpam: concordantia quę hic allegat,fuerunt glo.pen.in prin.cap. quamuis.de reſcriptis. in 6. & quatenus ponderat verbum,reddere,idem in verbo,relinquere. idem Iſern.in §.valuaſores.num. 10.circa medum.de his qui feu.dare poſſ.

Quid ſi dixiſſet reddimus,& de nouo concedimus: vltra notata de quibus per Loffre.hic, dixi in cap.Imperialem.in princ.de prohib.feu aliena.per Fre.Iſer.dum allegat.3.quęſt.5.hoc quippe.dic.3. quæſt.6.hæc quippe.ſequitur,de auro & arg.lega. l.& ſi non ſunt.§.prænominamus. dic.§.peruenimus. ibi,de pen.dic,de penu lega. ibi.ff.commo. l. ſicut certo.§.nõ tibi.dic.§.nam ſi tibi.ibi,irrito.&c. ff.locati.in l.vult dicere.l.in lege. & l.ea lege.ff.locati.dum allegat. ff.de exercito. l.pri. §. igitur iure dubio,dic.§.in re igitur.ibi,de condit.& demonſt. nam ad ea,dic l.non ad ea.

16 An autem reſtitutus recuperet bona alienata, vel ea tantum quæ ſunt penes fiſcum. l.pri. §.liberis.ff.de bonis damnator.

Pro parte negatiua facit regula, id quod noſtrum. de reg.iuris.alij dicunt,dicit Iſern. aut Princeps præuenit illum ad quem res reddit, & poteſt: aliàs non. Verius videtur quod etiam ad illa reſtituatur : nam Princeps tollit ea quæ ſunt iuris ciuilis, & tollit ea quæ ſequuntur ex ſententia, ob eam & propter eam.

Arguit poſtea pro alia parte, & reſpondendo contrarijs,videtur in ea reſidere. Allegat inter alia glo.in dicto capitu.hęc quippe.& l.nec auus. C.de emancip.libe.& facit quia ius ſingulare reſtitutionis, non debet plus quam pactum, immo minus operari. Bald.in l.ſi vnus.§.illud nulla.circa princ. ff.de pactis. & iſtam opinionem poſt multa pro & contra,ſequitur Bald.& Afflict.hic finitur lex.nu. 12.& in 6.not.vnde cautela eſt,quòd in reſtitutione ponatur clauſula, ita quòd extendatur ad bona etiam alienata.Tu pro parte affirmatiua adducito. l.cum duæ.de capti.& poſtlimi.reuer. vbi in reſtituto duplex eſt cauſa, vna quòd alij eum recuperant,& ipſe ius ſuum tanto magis,quis poteſt quis reſtitui in priſtinum ſtatum,& recuperare iura primæua. Aluar.in §.ex hoc.col.pen.in prin.de bene. ſęmi.Contrarium not.in cap.quamuis.de reſcriptis.

tis.in 6. Et reſtitutio ſine alterius iniuria extenditur. Lucas in l.pri.eqlum.2.poſt prin. C.de his qui in exilium dati. adeo quòd reſtitutio non trahitur ad fructus conſumptos. Bald. in conſi. 359. nume. 3.pri.vol. nec ad fructus bonorum non alienatorum. Afflict.in dicto titu.hic finitur lex.in princ.in 6.not.numero 23.circa medium. Et doctor priuatus lectura propter crimen ſi reſtituitur, non recuperat lecturam alteri conceſſam. Lucas in l.prima. col.prim.poſt medium.cum duabus ſeq.d.tit. C.de his qui in exilium miſſi. Quid ſi priuatur vaſallus, & poſt feudum alteri conceſſum reſtituitur. Ioan. And.in cap.quamuis.in princ.de reſcriptis. in 6.& delinquendo ſubfeudatarius, an poſſit Rex remittere culpam in præiudicium Baronis. Frc.de ſubfeud.lib.2.ubi, vigeſimanona authoritas.poſt num. 2.ver.dubitauit Andreas.quia non ſicut delictum, ita & donum, vt ait D.Paul.ad Roma.cap.5. Prædicta intellige in eo, qui habet cauſam à Principe. Iſern.in addi.dicit idem in eo, qui habet cauſam ab eo, ad quem bona redierunt, antequam Princeps illum reſtituit. Sed quomodo non obſtat ei, quod obſtaret eius authori, con.reg.l.in omnibus.§.non debeo.& l.quod ipſis.de reg.iuris. Poteſt reſponderi, dicit Iſern. quando res adhuc eſt penes eum, apud quem per ſententiam, vel eius conſequentia, ſeu occaſione criminis remiſſi rediit: ſi re integra antequam Princeps tráſfert in alium, tollit ea quæ per ſententiam de iure ciuili erant ſibi quæſita, tũc procedit regula prædicta. ſi verò habet cauſam ab eo ad quem redijt per ſententiam, quæ tempore alienationis ſtabat, & non erat reuocata, quia habet ex alio titulo quàm per ſententiam, princeps faciẽdo gratiam de prædicta ſententia, non extenditur contra illos, qui nõ habent cauſam immediate per ſententiam reuocatam. Faciunt pro diſtin.prædicta iura, quæ dant differẽtiam inter rem integram & non integram. l.qui cum natu maior. §.accuſaſſe.ff.de bonis libert.l.Papinianus. §.meminiſſe. ff. de inoffi.teſta. & regula, quædam ſunt inutilia penes me, quæ vtilia ſunt in poſſe alterius, qui habet cauſam à me: ſicut actiu inutilis cedenti, & vtiles ceſſionario.l.cum is.in glo.fina. ff.de fideiuſſo. ius inefficax apud vnum, ſi ille mandat alteri, erit in perſona illius efficax.gloſ.in capit.ſuper quæſtionum. §.ſi verò.in ver.delegare. in fin.de offi.deleg. Poſſumus committere alijs, quæ nobis retinere nõ poſſumus.glo.pri.cir.fin.in c.nouit.de iudicijs.iuriſdictio quæ prius erat inefficax apud delegatum, modo eſt efficax.glo.fin.in cap.ex tranſmiſſa.de foro competen. & in eadem perſona erit vno modo efficax, alio non: adeo quod conſequimur aliquando excipiendo, quod agendo petere non poſſumus; & econtra, conſequimur agendo, quòd non conſequeremur excipiendo. cap.quemadmodum. in ver.fortius. & §.illud. in gloſſ.fina. de iureiuran. qui non poteſt excipere, poteſt accuſare, vel denũciare.not.in cap.conſtitutis, lo ſecondo.& in capit. conſtitutus.de appellatio. vna via excluſus, alia admittitur.gloſ.fina.circa finem. in capitu.penult.de cogna.ſpiritu.

Vltimò, ſæpe permittiť aliquid indirecte, quod non permitteretur directe.capit. per venerabilem. in ver.habeat. circa medium. qui filij ſint legi. Sed ſecunda regula eſt brocardica, nam quod non poteſt quis per ſe, nec per alium.multa in capit.fin.§. pri.in glo.pri.de offi.delega.& per alios non licet, quod per ſe non liceret.capit.licet.de teſti.glo.pri. circa medium. in cap.fin. de procurato. Quidquid ſit, prędicta intellige in ſententia priuante propter veram & iuſtam cauſam, alias remaneret obligatio naturalis, quæ impedit repetitionem indebiti. l. ſi non ſortem.§.libertus.de condi.indeb. res enim iudicata pro veritate habetur. l. ingenuum. de ſtatu homi.l.res iudicata.de reg.iuris.ſi non eſt nulla, & non eſt appellatum, vel non poteſt appellari. duo exempla ponit Iſern. vnum ibi, puta ex culpa commiſſa contra dominum generalem, Regem vel Imperatorem: dominus offenſus ſi priuat vel publicat bona culpantis, quæ tenet ab alio quam ab ipſo offenſo: quia redeunt ad eum à quo tenet.cap. pri.ſi vaſa.feu.priue. Non remittitur hęc culpa, niſi cum voluntate domini offenſi, aliàs perſona pertineret ad Regem, bona ad Comitem vel Baronem. Afflict.in conſtitu.dohane ſecreti. in 6.nota. in fin.de offi.ſecret. Aliud exemplum, ſi ipſo iure ſine alia ſententia, bona publicantur, remittendo culpam remittit etiam quantum ad bona alij quæſita propter offenſam: nam quæſitum tibi propter me, meum eſt.l.qui proprio.§.procurator vt in cæteris.ff.de procurato.& ſic condemnatus, ſi ne reſtituitur poſt alienationem quæ fuit ante ſententiam, ſiue poſt ius alteri quęſitum, vt ſupra, non recuperat bona alienata, niſi adeſſet ſententia, quæ feciſſet tranſitum in rem iudicatam, vel res eſſet integra. Iſern.hic: quia tunc extincto principali dependentia tolluntur.reg.cum principalis.de regu. iuris. vnde dominus offenſus ſi noluit remittere niſi offenſam ſibi factam, abdicatio rei quam offendens tenet, deber fieri per ſententiam. Secus ſi ipſo iure ipſoque facto eſſent perdita, puta quia ſic cõuenerant: tunc remiſſa culpa non conceduntur bona perdita, niſi per verba remiſſionis hoc appareat: nam ſtamus voluntati contrahentium, ſi conſtat: aliàs recurrimus ad coniecturas. Bald.in conſi. 411.5.vol.

17 Quid ſi facta reſtitutione proditoris, moritur donatarius Principis, an reſtitutio extendatur ad ea quę fuerunt proditoris, & ſuperuenerunt poſtea. Iſer.hic in fin.tenet quòd non: quia reſtitutio non extenditur ad ea, quæ habuit poſtea. Faciunt not. in l.penulti. quæ res pign.obliga. poſſi.adeo quòd facta conceſſione ſocularium alicuius terræ vel caſtri, cenſentur conceſſa quæ tunc erant, non quæ ſuperuenerunt poſtea. Affli.in conſt.dignum. in 5.not.poſt nume.7. Multa pro & contra, Loffr. ſupra, de contro.inueſt.circa finem. Quid ſi dominus mediatus noluit reuocare iniuriam in animũ, quam vaſallus fecit, an poſſit immediatus, & ſic ſubfeudatarius: vel an Rex indulgendo, reſtituat ad feudum Baroni quæſitum, cum diſti. Iſern.hic, de qua ſupra, tranſit Capi.in deciſ.162.in tertio, & quarto dubio.

De inueſtitura in maritum facta. Titu. X V.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica eſt initium legis, & per eam tota lex interpretatur.*

2 *Feudum*

2 *Feudum poteſt emi, & emptor dicitur inueſtiri mediante pecunia.*
3 *Maritus poteſt inueſtiri de feudo, quod ſpectabat ad vxorem.*

AD RVBRIC.

1 RVbrica eſt initium legis, & per eam tota lex interpretatur. Bald. in conſil. 34. nume. 3. circa finem. 5. volum. dominus inueſtierat maritum dãdo partem, quæ fuerat ſoceri: agnatus defuncti agit cum marito, dicens feudum eſſe paternum, & ad ſe deuolutum, vt in nigro: nunc quæritur de iſta in maritum facta, ideſt in perſona mariti, quia dictio, In, ſignificat quæ à perſona non ſunt ſeparata Bald. in conſi. 420. numero 3. in fin. dicto volum. Ex quibus autem præſumatur inueſtitura facta in fraudem, & ex quibus non, Iacob. de Ardizo. in Sum. ſi feudum detur in feudum, idque in frau. & quando fraus intelligat. ſue emerat, quod poteſt. gl. & Iſern. in cap. pri. ibi, ſi vero. circa medium de natura feud. & emptor inueſtiri dicitur per pecuniam. Idem Iſern. infra in nigro. in princip. licet potuiſſet contemplatione vxoris, cuius patrem dominus dilexerat. capitu. pri. vbi late, Quemadmodum feud. ad filii. perti. Pro deciſione huius quæſtionis dantur iudices, vt in nigro.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus dicitur proprie, qui aſtringitur ad ea quæ dicuntur in iuramento fidelitatis.*
2 *Pars, reſiduum, locus, rata & portio, quæ ſint.*
3 *Nunc, dictio, tempus inſtans ſignificat.*
4 *Omnimodo, dictio, omnem caſum comprehendit.*
5 *Deuolutio eſt additamentum ad iuriſdictionem.*
6 *E contra, e diuerſo, contra.*
7 *Curiæ plures in materia feudali.*
8 *Item, quaſi, iterum, idem, dictiones.*
9 *Tunc, ideſt eo caſu.*
10 *Quatenus, eſt verbum quantitatiuum.*
11 *Pares, ſeu curia domini, idem.*
12 *Iuriſdictiones quando ſunt diſtinctæ, non habet locum prorogatio.*
13 *Feudum an ſit nouum vel paternum, debet dirimi coram ordinario vel arbitris.*
14 *Narratio facti non inducit diſpoſitionem iuris.*
15 *Feudum datur per pecuniam, & per laborem, quia æquiparatur pretio.*

AD TEXTVM.

1 VAſallus.] Proprie dicitur, qui aſtringitur ad ea quæ dicuntur in capitu. pri. & ſimilibus, de forma fideli. & conceſſio ei facta eſt feudalis. in con. feu. diuet. 2. poſt numerum vigeſimumnonum. hic, Superſtite tantum vna filia deceſſerit) Illa verò maritum accepit, cui dominus.] Ratione iuriſdictionis. §. ſed etiam. in ver. poſſeſſores. Authen. de mand. Princip. Accepta pecunia partem.) Reſiduum, locum, ratam & portionem, quę inter ſe differunt:
2 nam appellatione reſidui venit totum. Alexand. in conſi. 93. poſt numerum ſecundum. 3. volumin. & vigeſimoſexto. numero 2. 4. volum. quælibet portio fundi appellatur locus. Idem Alexand. in conſi. ſeptuageſimotertio. numero nono. 3. volum. Rata verificatur in milleſima parte. Alexand. in conſil. ducenteſimo ſecundo. poſt numerum tertium. 2. volumi. vel importat virilem, & non totum. Idem Alexand. in conſi. ſeptuageſimoſecondo. numero octauo. 5. volumin. pars comprehendit dimidiam, niſi addatur, aliqua. Socin. in conſi. vigeſimoſecundo. poſt numerum vndecimum. 4. volum. & ſic dimidiam feudi quod pater puellæ.) Vt Matthæi capitul. 9. Habebat, retenta ſibi parte altera.] Quæ eſt de duobus: aliàs de multis. Lucas in l. fina. poſt princip. C. de bonis vacant. Dedit.) Accepta pecu-
3 nia: quod dicit Præpoſit. hic in princip. Nunc. Quod tempus inſtans ſignificat, licet non ſemper capitu. primo. vbi Abbas de verbo. ſignificat. nam quandoque exponitur, aliquando. Zabarel. in clementi. 2. in 5. notabil. de ſenten. excommunicatio. Quidam agnatus defuncti cum marito agit, dicens feudum eſſe paternum, & Ideo.) Inferi hæc dictio, ad Hebræos, capitu. nono, vel 8. & ideo noui teſtamenti mediator eſt. Omnimodo.) Ac ſi di-
4 ceret, totaliter. Ioan. And. in capitu. ſi beneficia. numero ſecundo. de præben. in 6. & omnem caſum comprehendit. l. omnimodo. C. de inoffic. teſtam. Bart. in l. extat. §. quatenus. numero prim. ff. quod metus cau. Eſſe ad ſe deuolutum.) Per additamen-
5 tum ad iuriſdictionem. Ioan. And. in capitu. quamquam. numero ſecundo. de electio. in 6. E contra,]
6 E diuerſo, contra. Grammat. in ver. econtrario. alibi econtrario, ideſt pro alia parte. capitu. cum apoſtolica. & ibi Abb. circa princip. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſe. capitul. Maritus contendit hanc partem, quam ipſe habet, nouum feudum eſſe.] Vel ratione partis quam habebat à domino, prætendebat totum feudum eſſe nouum: quia quod de parte, præſumitur de alia. Iacob. de Ardizo. in Summa. de contentio. quæ de feud. inſtitui. ibi, vidimus qui poſſi. cognoſcere. circa medium. & hic dictio prędicta, Omnimodo, recipit congruam determinationem. Bald. in l. fin. numero 2. & poſt numerum tertium. C. de contrahen. emptio. Deci. in l. ſi quis in conſcribendo. nume. 12. C. de pactis. Et ideo domino apertum.] Et ſucceſſiue ſibi legitime
7 conceſſum, Quæritur igitur.) Cum ſint plures curiæ in materia feudorum. Alciar. cap. pri. cir. princ. de noua forma fid. li. Præpoſi. in cap. pri. in princ. & poſt, apud quem vel quos. Vtrum apud dominum eundem, à quo maritus habet cauſam. Et in eius curia, cogatur agnatus defuncti litigare, vel apud agnati iudicem, vel arbitrum, vtriuſque conſenſu Electum.] Cum delegatione ſuperioris: nam aliàs cauſa feudalis non poteſt compromitti. Iſern. in §. ſi inter partes. numero 6. de lege Corra. Hoc eſſe debeat mihi & aliis placet, totius litigiũ apud iudicem ordinarium vel arbitrum, quàm apud eundem dominum fore determinandum.] Quando autem cognoſcat ordinarius, quando pares, arbitri, vel dominus: quomodo erat correctum per cõſtitutio. Frederic. & hodie per conſti. iuſtitiarii nomen & normam. & cognoſcunt pares, ſi dominus dicat commiſiſſe culpam, propter quam debet feudo priuari. Odoffred. cum addit. 2. ad eum. in Summa. qui poſſunt & debeant de feud. cogno. & pronunciare. Item.] Quaſi iterum, idem & ſimi-

liter. Gramma. in ver. Item placuit agnatum non ſemper,) Ideſt non omni tempore, & omni caſu. l.prima.in ver.ſemper.ſolu. matrimo. Cogendum probare feudum hoc eſſe paternum, ſed ab aduerſa parte nouum eſſe probandum, Bald.in §.fin.numero 3. de gradi. ſucce.in feud. Qua deficiente in
9 probatione, Tunc.) Ideſt, eo caſu.l.pri.C.de procuratori.& ſtat reſtrictiue. Deci.in conſi.trecenteſimo ſeptuageſimoſecundo. colum.pri.in fin.& 5. in princ. 3.volum. Agnato, vt dictum eſt.) §. ſacramentum.de conſuetu.recti feud.Cauſa cognita de
10 tur electio. Quatenus.] Quod eſt verbum quantitatiuum. Loffred.in conſi.41. numero vndecimo. Vel iuret eſſe paternum, vel alteri parti referat iuſiurandum,] Et reus cui delatum eſt iuramentum tenetur iurare, deferre, vel ſoluere.l.delata.C.de rebus credi. & quæ eſt differentia ſi recuſet vel defesat.l.generaliter.§.primo.in verb.volente. eodem titu.de rebus creditis.Et ille, aut iuret, aut taceat.) Tacere eſt aliqua præſumptio, ſed non probatio. Innocen.in capit.nonne. de præſumptio. Illud tamen ſciendum eſt, quòd ſi inter duos qui dixerint ſe eſſe vaſallos, de feudo fuerit dubitatio.] Si non ſunt vaſalli de alia re quam de qua eſt quæſtio, vt per Iſern.hic, ibi, ſi verò. Alter alterum inuitum trahere non poteſt ad dominum, vel eius curiæ iudicium.) Vt ſunt pares, qui alibi dicuntur, Curia domini.Iſern.ibi, ſi verò.in princ. Si verò cum ſua curia dominus vocauerit eos, nemini eorum Licet.] De iure.l.prim.§.ſi cui.in ver.adeſſe.ff.de ventre in ſpecie.Illius domini, vel eius curiæ examen declinare.] Nec habet locum prorogatio, quia iuriſdictiones ſunt diſtinctæ.not.in l.repetita. C.de Epiſco.& cleri.& certus iudex deputatus.Paris de ſyndi.in ver.officialis, lo primo, capitu.2.nume.4.verum cauſa quę requiritur, tanquam fundamentum iuriſdictionis, oportet eſſe veram & diſcuſſam. Bal.de pace Conſtan.in ver.in nomine Chriſti.nec ille dicitur habere iuriſdictionem ante ortum cauſæ, in qua datur iuriſdictio.not.in cap.pri.de offic. ordina.in 6.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio. Et primò, quòd dominus feudi debet eſſe iudex: nam Papa & Imperator cognoſcunt in cauſa propria, capit.cum veniſſent.de iudiciis.l.proxime.ff.de his quæ in teſta.delen. multò magis in cauſa ſubditorum. Authent.multò magis. C. de ſacroſanctis eccleſ.

Secundò, quando eſt controuerſia inter duos vaſallos, cognoſcit dominus, ſi inter dominum & vaſallum, cognoſcunt pares. §. præterea ſi inter duos.de prohib.feud.aliena.per Fre. ſucceſſiue cùm ſit lis inter agnatum & maritum, cognitio erit domini, cum nec clericus pro cauſa prædicta poſſit forum domini declinare.cap.verum.de foro competen.& 11.quæſt.pri.in Sum.

Vltimò, in defectu probationis, ſi feudum eſt nouum vel paternum, debet poſſeſſori deferri iuramentum.§.ſi quis. ſi de inueſt.inter domi. & vaſal.lis oria.etiam quia eſt in poteſtate actoris, quando experietur de iure ſuo, ſecus in reo.l.pure. §.final. de doli mali & metus exceptio. & propterea mora illius, debet prodeſſe reo. l.non ex omnibus. §.fin.in glo.fin.de arbitris.

His nõ obſtantibus, determinatur contrarium. ratio eſt: quia lex facit dominum iudicem, qui fungi debet munere iniuncto. Iſer.in dicto §.præterea ſi inter duos.numero ſeptuageſimooctauo. per ſe, vel alium delegando, & iſto modo cauſæ pecuniariæ clericorum delegantur laicis. gloſſ. in capitulo ſecundo. de iudiciis. & cognoſcere dicitur.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam Papa vel Imperator dicitur iudicare committendo vices ſuas. gloſ.fina.in cap.pri.de tranſactio. Iſto modo dicuntur cognoſcere in cauſa propria.gloſ.in capit.nunc autem.in ver.Marcellinus.& fin.vigeſimaprima diſtin.faciunt not.in cap.ſi Papa.40.diſtinct. quia regulariter contra. l.penult.ff. de arbitris. Committunt vt apud Præpo. hic numero pri.circa medium. vel eligunt arbitros. glo.pri.in capitu.ſecundo.16. quæſt.6.

Non obſtat Secundum: nam inter duos vaſallos cognoſcit dominus; hic non, quia habebat partem feudi ſibi retentam, aliàs ſi non retinuiſſet, cognoſcerent pares. Præpo.hic poſt numerum primum. & de voluntate eius eligitur arbiter.

Non obſtat Vltimum, nam ibi erat quæſtio inter dominum & vaſallum. Si verò inter conuaſallos, iudex cauſa cognita diligẽter intuebitur, cuius iuramento dirimenda eſt, capit.pri.in fin. de gradi. ſucce.in feud, & ſic firma remanet concluſio, quòd
13 feudum an ſit nouum vel paternum, debet dirimi coram ordinario vel arbitris, & non coram domino. Idem erit, ſi eſt controuerſia inter dominum & fidelem.capitu.primo.de contentio.inter domi. & fide.de inueſtitu.feud.capitu.primo.de contentio.inter me & domin.de portio.feud.fratris mei. & non ſolum ſi tractatur de qualitate feudi, verum etiam & ſi de eius inueſtitura.cap.pri.de contentio.inter domi.& vaſal.de inueſt.feu.

Vltimò idem eſt ſi filius militis prætendit patrem habuiſſe in feudum, quod loco pignoris dominus dediſſe allegabat.cap.primo.de vſu Mediolanenſ. Prædicta tamen habent locum, niſi eſſet cõtentio inter capitaneos: quia tunc terminari oporteret coram Imperatore, capitu.primo, apud quem vel quos. Item procedit iure iſto: ſecus hodie, nam non poteſt compromitti ſine aſſenſu, Iſern.in dicto §.ſi inter partes.poſt numerum ſextum.de lege Corra. Item nunc ſiue fiſcus agat, ſiue conueniatur, vel quæſtio eſt inter priuatos, ſed datur intereſſe fiſci, puta quis vnus eorum habet cauſam ab illo, procurator Cæſaris eſt iudex competens: qui hodie eſt Regia Camera. Afflict.in conſtit. Præſes prouinciæ.in 5.not.circa finem.de iure commu.dominus eſt iudex vaſallorum, tam ſi agatur de feudo, quàm de allodio.§.ſi verò, Authen.de Quæſtore. & dicitur iudex competens, qui vocauit, licet vocatus non ſit de ſua iuriſdictione. l.2.in verſi.ex cauſa.ff.ſi quis in ius voca.non pent.

14 Nota, quod narratio facti, non inducit diſpoſitionem iuris. Loffred. in conſil.50. numero 29.ſed ſumitur pro cauſa impulſiua. Capi. in capitu.Imperialem.colum.8.circ.prin. de prohib. feu. aliena.per Fred. quæ potius attenditur, quàm ipſum factum. gloſ.in capitu.ſecundo. in ver. ſed libido. 41. diſtinctio. gloſ.fina. in capitu. 12.quæſtio.ſexta, & hic, vbi narratio facti, fuit cauſa alterius vnum probandi per aliud. gloſ. ſecunda. in fin. in capitu. ſi nulla. de conſecratio. diſtinctio. quarta. & facti cauſa fuit vt oriatur alia quæſtio l.tutor.& l.Seię. ff.de tuto.& curato.datis ab his.

Secundo nota, quod idem factum habet contrarias præſumptiones diuerſo reſpectu. gloſ.

fin.

fin. in capit. pri. 57. diſtin. agnatus agendo actoris officium exercet, l. pri. in glo. pri. ff. de except. maritus dum excipit, non ponit, ſed poſitum negat, l. non vtique. cum ibi not. d. tit. de exceptio. & ſubiit iudicium, l. idem Pomponius. §. fin. in ver. exitura. ff. de arbitris. hic datur iudex, a quo non poteſt declinari, vel poteſt, ſed non honeſte. Prima tamen eſt magis conſona iuri. Præpoſi. hic poſt nume. 2. & 4. & datur modus probandi, quia iudex cui nihil probatum eſt, nihil mandare poteſt. Afli. in c. fin. in 2. not. poſt nume. 9. quo tempore miles. & probatio ſit plenaria ſecundum ſubiectam materiam. Iacobi. in verſi. cum mero mixto Imperio, num. 11. in fi. Iſer. exemplificando textum, dicit quòd maritus de quo hic, habuerat partem feudi per pecuniam, & partem ſibi dominus retinuerat, & ſic feudum licet regulariter detur ob amorem. Iſer. in c. pri. poſt num. 2. quemadmo. feu.
15 ad filiam perti. poteſt tamen pecunia emi. Dicit ipſe pluries dictum eſt in ſuperioribus. c. pri. cir. fi. de bene. fra. §. ſed & plures. nu. 5. per quos fiat inueſt. c. pri. poſt nu. pri. de feu. dato in uicem legis commiſſ. & de natu. feu. num 2. cir. fin. idem in labore, quia labor equiparatur precio; & hodie eccleſiæ & barones, dant feuda aduocatis pro patrocinio. Iſern. de feu. guar. ante & in num. 4. in propoſito, agnatus ſoceri defuncti prætendebat feudum eſſe paternum: maritus replicabat eſſe nouum, quis cognoſcet: & dicit, quod ordinarius vel arbiter, dominus autem non. Rationem ponit Iſer. hic, & in d. §. prę terea. ibi, ordinarium. & dum ponit regulam, quòd actor ſequitur forum rei. c. pri. & c. ſi clericus. de foro compe. & ſi habet plures foros, electio eſt actoris. l. cum clericis. & ibi not. C. de Epiſco. & cleri. glo. in l. fin. C. vbi in rem actio. Quando autem defertur iuramentum, quid conſiderabit iudex. Iſer. hic. ibi, placet. dicit, quòd procedet ad hoc ex cauſa, vt eſt dictum pluries in ſuperioribus. §. ſi autem non fuerit. poſt num. 3. de contro. inueſt. §. inſuper. poſt num. 8. de conte. inter domi. & fidel. §. ſi verò inueſtitura, poſt num. 12. & 14. quid ſit inueſt. c. pri. nu. pri. in fi. de contenti. inter domi. & vaſa. c. pri. in ver. & ſi teſtes. & c. ſi quis, ibi, ſi autem. ſi de inueſt. inter domi. & vaſa. quæſtio oria. & in d. c. pri. poſt nume. pri. de vſu Mediola. Iaco. de Ardizo. in Sum. de contentio. quæ de feu. inſtitui. cir. fin. & pares erunt iudices, ſi volunt. Iſer. hic, qui ſe ad dictam Sum. remittit. de cōtentio. quæ de feudo inſtitui. in pri. Quando autem dominus moturus eſt controuerſiam ſuper feudo, debet prius interpellare vaſallum extraiudicialiter. Affli. de milite vaſa. qui contumax eſt in pri. not.

De controuerſia feudi apud pares terminanda. Tit. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Controuerſia & differentia, ſunt diuerſa.*
2 *Pares qui ſunt.*
3 *Terminatur controuerſia, abſoluendo uel condemnando.*

AD RVBRICAM.

1 Controuerſia) & differentia ſunt penitus diuerſę. Controuerſia & quęſtio poſſunt eſſe ſine lite. Cauſa non dicitur ante litem conteſtatam. Lis verò dicitur ante & poſt. Pau. de Caſt. in conſi. 303. 2. vol. Iſta ſi eſt feudi, quia feudatarij, dum agunt vel conueniuntur, habent iudices proprios, ſicut iudex militaris erat legionis præfectus. Fre. de ſubte. lib. pri. in pri. nu. 29. & 30. & ſunt quatuor; Curia domini, Curia omnium parium complexiue, Curia parium electorum, & Curia iudicis ordinarij: arbiter verò non habet curiam. Bal. & Affli. infra, an apud iudicem vel Curiam domi. num. 3. in fi. &
2 num. 6. Sunt autem Pares) qui tenent feudum, & ſunt vaſalli eiuſdem domini. Odofr. in Sum. quomodo probatur inueſt. feu. cir. fin. Afflict. ſi de inueſti. feu. inter domi. & vaſa. lis oriatur in 7. not. nume. 11. vbi Aluar. col. 2. cir. med. & num. 4. & Præpo. num. 2. alibi pares domini, vt in d. §. Summa. & idem ſunt quòd compages, Affli. de nobili feu. in pri. num. 3. in fi. Quandoque pares dicuntur, id eſt ſufficientes. l. per. iuncta glo. in ver. pares. C. de tutori. vel curato. Illuſt. perſon. quando eſt controuerſia inter dominum & vaſallum, ipſi cognoſcunt, vt infra in nigro. de ipſa, apud pares terminanda, hic tractatur: & terminatur condem-
3 nando vel abſoluendo. l. generali. ubi not. Bart. nume. 7. C. de de decurioni. & dicitur fine canonico, quandoque fine debito terminari. capit. ex conqueſtione. & ibi glo. fin. de reſtitut. ſpoliatu. capitu. veniens. de teſtibus. per ſententiam, de cuius natura eſt imponere perpetuum ſilentium. not. in l. ſin. C. vt lite penden. Cuius appellatione ſimpliciter venit diffinitiua. l. prima. §. biduum. in verſicu. ſententiæ. ff. quando appellaſit.

SVMMARIVM.

1 *Si, pro quia, ponitur.*
2 *Inter, ſignificat ſeparationem.*
3 *Dominus intelligitur, qui habet merum Imperium ſiue omnimodam iuriſdictionem.*
4 *Pares cognoſcunt, quando non negatur rem eſſe feudalem.*
5 *Pares curię dicuntur, alibi pares curtis, domus, id eſt prouincię.*
6 *Dirimere, id eſt diſſoluere.*
7 *Iudicium diffinitur per ſententiam, quæ eſt vltimus actus iudicij.*
8 *Pares ubi non ſunt, cognoſcit ordinarius.*
9 *Officium iudicis conquieſcit, quando partes ſe concordant.*
10 *Diſcentire, interdum amoris vinculo colligatis.*
11 *Dignior præfertur in eligendo.*
12 *Dictio, ſecundum, capitur multipliciter.*
13 *Fidelitatem qui non iurauit, pro pari non eligitur.*
14 *Controuerſia feudi inter dominum & vaſallum, terminatur per pares.*
15 *Pares hodie ſunt in uſu.*
16 *Iudicium parium, & de eius ordine.*
17 *Reconuentio admittitur coram paribus.*

18 *Feudum quaternatum, quid: & ex quibus ſit.*
19 *Feudum quaternatum planum, & de tabula, diffe-runt.*
20 *Feudum quaternatum quod tenetur à Barone, non eſt vere quaternatum.*
21 *Aßenſus quaternat feudum.*
22 *Quaterniones quare fuerunt inuenti.*
23 *Feuda quaternata non veniunt in quacumque con ceſſione.*
24 *Taxa conſueta quæ dicatur.*
25 *Atteſtationi Principis ſtatur, aſſerentis ſpectare ad ſuam collationem.*

AD TEXTVM.

SI,) Hæc dictio ſimpliciter poſita, ſtat
conditionaliter. Capitur aliquando
pro quamuis: quandoque cauſatiue:
& exponitur quia. Iaſ. in l.pri. numr.
1 69.ff.de offic.eius. Ita hic, & in l.venditores. vbi
Alexan.nume.4.de verbo.obliga. ſui natura eſt fa-
cere rem dubiam. Bart.in l.demonſtratio, §.quod
autem,nume.7.de condi.& demonſtra.& merito;
2 quia, Inter.) Quod ſignificat ſeparationem. Luc
capitu.16.vbi dicit,& in his omnibus, Inter nos &
vos magnum chaos firmatum eſt. Dominum.]Qui
3 habet merum imperium, ſiue omnimodam iuriſdi
ctionem. Caſſan.in proœ.conſue.Burgund.ibi,ſe-
4 gnieur.Et vaſallum orta fuerat contentio.) Si non
negatur rem eſſe feudalem. Alexand.in conſi.79.
nume.pri.pri.volum. Per pares illius domus, ſicut
lex Corradi dicit, Dirimatur.) Sicut ſi vaſallus con
uenitur coram aliquo tanquam domino feudi, ſi
negatur feudum ad eum pertinere, non poteſt co-
gnoſcere.Socin.in conſi.187.nume.30. 2.volumi.
5 Pares autem dicuntur, pares Curiæ: alibi pares cur
ris. Aluar.in cap.pri.§.ſimiler.poſt princip.de con-
trouer.inueſt.& hic colum.pri.in fin. & 2.in prin.
hic vocantur pares domus, ita et prouinciæ, quia
totum regnum pro vna prouincia capitur. l.fin.C.
de longi tempo.præſcrip. Lucas in l.3.poſt princ.
C. de diſcuſſori. & Rex cum dicatur habere do-
mum in qualibet ciuitate, Bart.in l.aſſumptio. §.iu
riſprudentibus. numero primo. ad municipa.quæ
reſpublica dicitur. gloſ.prima.in l.3. C.qui potio.
in pign. Pares de eadem prouincia. Bald.in §.præ-
terea ſi inter duos. nume.8.de prohib. feu.aliena.
per Fre.domo vel republica eſſe debent: quia ini-
quum eſt aliquem peregrinare. §.pri. Authent.de
Quæſtore. & cogi iudices vel litigantes de patria
exire. Bald.in dicto §. præterea ſi inter duos. poſt
numerum octauum.& ſic pares, ſicut teſtes de il-
lo pago,& non de alio eliguntur.l.2.de teſtibus.in
6 Longobar. & per ipſos, Sicut lex Corradi dicit di-
rimatur) Id eſt diſſoluatur. Gramm.in ver.dirimo.
per ſententiam: quia iudicium diffinitur per ſen-
7 tentiam. Ioan.And.in capitu.quamuis.numero ſe-
cundo.de electione. in 6. quæ dicitur, vltimus a-
ctus iudicij. Paul.de Caſtr.in conſi.centeſimo de-
cimoſecundo.numero pri.circa finem.2.vol.Si ta-
8 men pares habet.) Nam ſi non habet, cognoſcit or
dinarius. Præpoſi.in cap.pri.per illum text.nume.
2.in princip.de inueſtit.in mari.facta.& in dicto §.
præterea ſi inter. vbi etiam Aluar.nume.ſeptimo.
& actor ſequitur forum rei, Iſern.de feud.ſine cul-
pa non ami.ver.vſi ſunt.vel ſumuntur pares de lo-
cis vicinis. Præpoſit. in dicto §. præterea.numero
decimo.in fin.ſed melius eſt ſub iudice ordinario.
Odoffre.cum addi.ad eum, in Summa qui poſſunt
& debeant de feu.cogno.& prouintia.ibi, ſed quid
ſi pares. Et ſi quidem dominus & vaſallus conſen
9 ſerint in eligendis paribus,] Conquieſcit officium
iudicis quando partes ſe concordant.l.fin.ff.famil.
erciſcund.&, Nulla dubitatio eſt.] Vbi eſt caſus in
iure expreſſus.l.ancillæ.C.de furtis. Si verò diſſen-
10 tiant.) Quos amoris vinculum colligauit. Ioan.
And.in cap.indemnitatibus.numero quinto.de e-
lectione.in 6. Tunc quid faciendum ſit, quæritur.
Sed præualuit eorum ſententia.] Et iudicium ex-
preſſum. Lucas in rub.C.de ſenten.aduerſus fiſcum
latis retracta. Qui dixerunt, dominum debere eli-
11 gere.] Nam dignior præfertur in eligendo. Aluar.
hic, numero pri. & ibi, ſi vaſallus non vult eligere.
numero ſexto.& Præpoſi.numero primo.circa fi-
nem.& in dicto §.præterea.numero ſexto.& ſic e-
ligit dominus,& poſtea vaſallus. Iſern. ſi de inueſt.
inter domin.& vaſa. quæſtio oriatur, in ver. præ-
terquam.poſt numerum vndecimum. Prius, quem
aut quos voluerit, & vaſallus ſimiliter hoc faciat.]
Et ſic vnus vel plures eliguntur à domino, & tot-
idem à vaſallo. Deci.in cap.cæterum.numero de-
cimoquarto.de iudicijs. Hoſtien.in Summ.de feu.
ibi,apud quem.circa princi. Secundum.] Quæ di-
12 ctio capitur multipliciter.late Caſſan.in conſuetu.
Burgund.rub.4.§.ſexto.ibi, ſelon la generale, nu-
mero primo,ſecundo,& tertio. Numerum à domi
no comprobatum.) Laudatum, tribuendo authori
tatem per electionem. Grammat.in ver.approbo.
Ille tamen vaſallus qui fidelitatem domino non iu
rauit, domino vel vaſallo diſſentiente, pro pari non
13 eſt eligendus,) Quia non debet alii obiicere, quod
ipſe ſeruare noluit.capitu.pro illorum. de præben.
gloſ.in cap.ſecundo. circa princip. de exceptio.ſi-
cut qui non defert appellationi, appellationem
contra alium obiicere non poteſt. capit. conſtitu-
tis.de appellatio.& qui habet plura beneficia, non
excipit de pluralitate plurium beneficiorum. gloſ.
prim.in cap.cum teneamur. de præbendis. capitu.
cum adeo.& ibi glo.in verb.de præbenda.circa me
dium.de reſcriptis. Simoniace ordinatus, non po-
teſt ſuum ordinatorem conuenire.glo.fina.in cap.
penult.ſexta quæſtio.prima.nec fraudis conſcium.
l.ſed & ſi.§.primo.in verb.particeps. ff. de inſtito.
iniquum eſt virum ab vxore pudicitiam exigere,
quam ipſe non exhibet. l.ſi vxor. §.iudex. ff. de a-
dulteriis. infamis non admittitur ad denūtiandum
aliorum crimina, nam non poteſt alium corrige-
re, qui in ſimili delicto corruit.glo.in cap.in omni.
cap.perſonas. & capitu.teſtimonium. in glo.pri.&
penult.de teſti.& alte ſtat. capitu.1.& ſeq. cum ibi
notat. de exceptioni.gloſ.fina. in capitu. quia fru-
ſtra.& cap. Michael.de vſuris. nec poteſt obijce-
re, quia vterque in eadem cauſa eſt. l. quidam: in
gloſſ.ſecunda. ff.ſi quis omiſſ.cau. teſta. & parum
probe poſtulat, ſibi ab eo caueri earum ædium no
mine, quarum ipſe cauere ſuperſederit. l.bona.§.ſi
quis quia.de damno infect. vnde nihil Iudæus Iu-
dęo, nihil Catelina Cæthego.l.penul.in ver.intro-
ducere.de hæreticis.l.2.§.idem ait.ff.ne quid in lo
co publi.facit.l. final. C. de legi.tute.licet excom-
municatus obijciat contra teſtem de excommuni-
catione, Bald.hic finitur lex.in princ.num.quatto.

& lic

& ſic dominus & vaſallus eligunt quos volunt, dũ
modo ſint idonei.l.vni.& ibi glo.2. C.vbi conuen.
qui certo loco dare promi. nec pro pari eligitur,
qui fidelitatem domino non iurauit. Præpoſi. hic
nume.ſecundo.& in dicto §.præterea ſi inter duos.
nume.2.ſicut inimicus licet proximus ſit, non po-
teſt eſſe ſacramentalis.l.ſi quis alij, la prima.de do-
bitia, & guadimonijs. in Longobar.quia qui fide-
litatem domino non iurat,non eſt reputandus pro
pari domino vel vaſallo qui litigat. Aluar. hic nu-
mero tertio.circa princip.& in cap.pri. colum.pe-
nult.circa fi.& col.fin. in princ.qualiter domi.pro
prie.princ.& in dicto §.præterea.numero tertio.ni
ſi dominus & vaſallus conſenſerint. Præpoſit.hic,
numero 2.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio. Et
primò,non eſt ſanitas litigare cũ potentibus. Iſer.
in §.porro.poſt numerum 22. quæ ſit prima cauſa
benefi.ami.quia pauper dum non habet quid offe-
rat in iudicio, non ſolum audiri contemnitur, ſed
etiam contra veritatem opprimitur, capit.pauper.
11.quæſt.3.

Secundò, boni viri lites odio habent. Bald.in l.
item ſi res.§.itemque.nume.3. de aliena.iudi.mu-
ta.cau.facta. vnde non ad pares, ſed totam rem ad
iudicem,aut ad bonum virum remittere debemus,
l.continuus.§.cum ita.de verb.oblig.

Vltimò,quatenus eſſet litigandum, debet cau-
ſas pertinentes ad fiſcum rationalia decedere. l.ad
fiſcum.C.vbi cauſę fiſcales.aliàs iudicem ſuę rei ali
quem fieri iniquum eſt.l.Iulianus,la ſeconda. ff.de
iudicijs.nam iudicium domini & parium idem eſt,
ſicut idem Conſiſtorium Epiſcopi & ſui officia-
lis. cap.primo. in glo.2.& ſeq.de officio vicarij. in
6.glo.fin.in capitu.pri.§.fin.de foro competen.eo.
lib.5.

His non obſtantibus,ſeruatur contrarium: & ra
tio eſt: quia melius veritas per eos inquiri poteſt,
quam per alios in ſubſidium, ſi idonei inueniun-
tur. Iacob. de Ardizo.in dicta Sum.de conten.quę
de feu.inſtitui.car.2.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam vaſallus
non debet indiſcuſſum dimittere ius ſuum. Iſern.
in cap.pri.ibi,non vt ego.de conten.inter me & do
mi.de portio.feu.fra.mei. & iudex non declinabit
in iudicium pauperis. Exod. vigeſimotertio. & ſic
non ad dexteram,neque ad ſiniſtram.Deuterono-
mio.cap.5.

Non obſtat Secundum, nam pares etiam dicun
tur iudices,recuſantur & appellatur ab eis, vt lato
infra Iſern.in capit.ſancimus.lo vltimo.numero 6.
& poſt,Quo tempore miles. & ſucceſſiue boni vi-
ri appellantur. l.in propoſito. & ibi glo. ff.pro ſo-
cio.

Vltimum non obſtat,nam illud procedit quan-
do ſecundum vſus feudales non eſſet determina-
tum,capit.primo.de feud.cog. & illud intelligitur
de generali & principali Conſiſtorio,clement.2.in
ver.foraneo,de reſcriptis.& ſic firma remanet con
14 cluſio, quòd controuerſia feudi inter dominum
& vaſallum,terminatur per pares. Amplia & limi.
vt per Curt. in tracta. feud. in 7.par.nume.34. vſ-
que in fin.vltra quem extende, idem eſſe, ſi lis eſ-
ſet inter conuaſallos, & vnus ipſorum nominat a-
lium in dominum: nam tunc nominatus non co-
gnoſcit,ex quo efficitur reus. Bald.in dicto §.præ-
terea ſi inter duos. numero ſeptimo. & habet lo-
cum etiam ſi vaſalli eſſent clerici.idem Bal.hic,nu-
mero 4.& de controuer.inter vaſal.& epiſco.num.
4.vbi Aluar.nume.5. Alexan.in conſi.76.in princ.
pri.volum. Iaſ.in prin.huius tracta.poſt numerum
6.nam ratione feudi, clericus mutat forum. Ioan.
And.in capit.vni. nume.pri.de cleris coniuga.in 6.
Curt.vbi ſupra in 2.quæſt.pri.part.poſt numerum
5.& pares etiam laici poſſunt cognoſcere de huiuſ
modi cauſa contra clericum.Præpoſi. hic nume.3.
item cognoſcunt pares, etiam quòd vaſallus non
ſit inueſtitus.Bald.in conſi.466.in 5.dubio. pri.vo-
lum. Et procedit in paribus qui fuerunt tempore
inueſtiturę,etiam quòd poſtea pares eſſe deſierint.
cap. primo. an remoueri debeant teſtes qui pares
eſſe deſiere. Iaco.de Ardizo.in dicta Sum.de con-
tentio.quę de feud.inſtitu.poſt medium.vbi etiam
quòd abſentes,ſunt expectandi donec veniant.

Vltimò,quando ſunt plures non ſolum ſunt iu-
dices,ſed teſtes. Bald.in capitu.pri.poſt numerum
ſecundum. de conten.inter domi.& fide. Aluar.in
cap.pri.poſt numerum 4.de controu.inueſtit.& in
§.notandum.poſt prin.de nouis feu. Iſern.in capit.
pri.in ver.præterquam.nume.10.in fi.ſi de inueſt.
inter domin.& vaſa.quæſtio orta.Intellige tamen,
ſi habet pares, vt hic: aliàs recurritur ad arbitros,
vt in titul. præceden. vel iudex ordinarius cogno-
ſcit. Aluar.hic,colum.1.circa principium.& ipſe iu
dicabit. Exod. capitu.vigeſimoprimo.& procedit,
dummodo pares voluerint, aliàs non. Iſern. ſupra
titu.præceden. de inueſtit.in mari.facta. circa fin.
Item habet locum in eo qui habet feudum quater-
natum,ſecus ſi planum,& de tabula. Fre.de formu.
inueſtit.libro tertio.ibi, inter quaternata. numero
decimotertio. & habet locum, quando occaſione
feudi agitur ciuiliter,ſecus ſi criminaliter: nam tũc
pares non cognoſcerent. Bal.apud quem vel quos.
numero quarto.ſed iudicaret iuſtitiarius cum aſſi-
ſtentia parium. Afflict.in cap.pri.numero trigeſi-
monono.de natura feud.Item procedit in vaſallo,
qui iurauit, aliàs non eligitur pro pari, vt hic, vbi
Præpoſi.nume.2. Loffre.de forma fide.in princip.
Vltimò procedit, ſi non negatur dominium, nec
rem eſſe feudalem. Affli. in §. ſi inter dominum.in
pri.not.de aliena.feu.pater.

15 Nota, quòd hic, per conſtitutionem, vt vniuer
ſis.vbi Afflict.poſt numerum quintum. de ſeruan-
do honorem comi.habens feudum quaternatum,
ſi conuenitur iudicio criminali vel ciuili ſuper feu
do,condemnatur vel abſoluitur à paribus. Fre.de
ſubfeud.lib.3.ibi,differentię inter feuda quaterna-
ta, & alia quæ plana & de tabula appella. numero
13.& eſt cap. regni. Item ſtatuimus, quod ſi comi
tes. car.29.col.2. in regno Franciæ viget officium
parium. Socin.in conſi.12.numero 22.pri.volum.
in ſupremo concilio in cauſis feudalibus iudicatur
cum paribus Franciæ. glo.pri.Pari.poſt numerum
72.titu.pri. §.13. & §.21.nume.105.circa finem.
qui ſunt duodecim. Frec.de ſubfeud.libro pri.de
origine Baronum.ibi,alia poſt numerum 22. Caſ-
ſan.in proce.conſuet.Burgund.ibi,per la gratia de
dieu, numero tertio. ibi, de noz parlamentes. in
fine. & rubric.8. §. quinto. quorum primus Dux
Burgundię. Idem Caſſan. vbi ſupra in concluſ. &
approba. dicta conſuetud. ibi, pour loix genera-
les. in regno cognoſcit magiſter iuſtitiarius, ſi-
ue quæſtio ſit inter duos vaſallos, ſiue inter do-
minum & vaſallum. Iſern. in conſtitutio. iuſtitia.

rii nomen, & normam. Iure iſto pares habent iu-
16 riſdictionem in pares. Præpoſi.in §.notandum.in
prin.de notis ſeud.vnde par parem requiri.Zaba-
rel.in clemen.pri.in ver.duro.in 4.notab.de hære-
ticis.Sunt iudices ordinarij.Afflict.hic numero ter
tio,& octauo, quia dati à lege. Aluar.hic numero
tertio.circa finem.& ab ea habent iuriſdictionem,
etiam quòd eligantur à partibus. Præpoſi.hic nu-
mero pri.circa finem.ſicut in defenſore.§.pri. Au-
then.de defenſo.ciuita. eligit primò dominus, &
poſtea vaſallus,tot quot dominus elegit. Iacob.de
Ardizo.In Summa.de contentio. quæ de feu.inſti-
tu.poſt princ. Iſern.hic,numero ſecundo.& Affli.
numero vndecimo. in 4.notab. late Aluar.in dicto
§.præterea ſi inter.numero ſexto,decimo,& vnde-
cimo.non habent certum tribunal,ſed in quolibet
honeſto loco poſſint cognoſcere. Paul. de Caſtr.
in conſi.centeſimo vigeſimoquarto, col. 2.in prin.
2.vol. Aluar.in cap.pri.col.penult.apud quem vel
quos iurãt iuſtitiam facere,ſicut ordinarii. Afflict.
hic,numero quinto. non eliguntur qui tenent feu
da in capite à Barone,etiam quòd ſint feuda qua-
ternata.Fre.de formu.inueſtit.lib.3.ibi,differentiæ
inter feuda regalia,poſt numerum vndecimum, &
duodecimum. non citant,ſed admouent. Bald. de
milite vaſa.qui contu.eſt.num.5.circa finem.& 18.
ſunt iudices inter dominum & vaſallum, niſi factũ
ſit notorium: quia tunc poteſt ſolus procedere,ea
quo ceſſat ſuſpitio. Abb.in capit.grauem.nume.6.
de ſenten.excommuni. vel de feudo quod obuenit
à manu regia cognoſcit dominus,de alio pares. Al
uar.in capitu.pri.numero primo.poſt medium. de
lege Corra.qui ſunt iudices reales.Præpoſi.de con
tro.inter vaſal.& Epiſcop.col.penul.poſt princip.
& iudicium reale. Bald. de pace Conſtant.in ver.ſi
qua controuerſia.nume.2.Iacobi.in ver.& dicti va
ſalli pro dictis rebus.nume.15.porrigitur libellus,
& lis conteſtatur ſecundum ordinem iuris.Prępo.
in dicto §.præterea ſi inter.circa finem. poſt num.
17.ea cauſa ſuſpitionis poſſunt recuſari. Præpoſit.
ibi.nume.9.& in dicto capi.pri.poſt nume.8.apud
quem vel quos,licet aliter Iacobi.vbi ſupra.in ver.
& dicti vaſal.pro dictis rebus.nume.20.ſedent pro
tribunali in loco maiorum. Bald. in dicto §. præ-
terea ſi inter duos. nume.20. & ſi nolunt iudicare
coguntur. Iſern.in §.penul.col.fin. ibi,item pares.
de prohib.feud.aliena. per Fre. & hoc quando cę-
perunt cognoſcere. Afflict.in capitu.pri.in 4.nota.
poſt numerũ 5.an apud iudi.vel curi.domi. aliàs ſi
nollent,cognoſceret ordinarius qui dicitur Subſi-
diarius in feudis. Afflict.ibi numero quinto. nam
non habet locum prorogatio iuriſdictionis vbicũ-
que lex imponit neceſſitatem fori. Præpoſi.in di-
cto cap.pri.in fin.apud quem vel quos.Lata autem
ſententia contra dominum,ſi ille non vult parere,
aditur ſuperior.cap.pri.circa fin. de mili.vaſa. qui
contumax eſt.ab eis appellatur. Aluar.in capit.fin.
colum.2.circa finem.quo tempore miles.ad ordi-
narium, & in procedendo ſeruabunt ordinem iu-
diciarium.Innocen.in capitu.cæterum.de iudiciis.
Appellatione pendente nihil innouatur,& debent
ire ad Principem,& reddere rationem.In aliis cau-
ſis ſufficeret mittere apoſtolos. Affli.in dicto cap.
fina.in princ. 3.& 4.notab.quo tempore miles.Ad
quem appellatur, Deci.in cap.cæterum.numero vi
geſimo.dicto titu.de iudi. hodie Comites & Baro
nes non iudicantur, niſi pręſentibus eorum pari-
bus. Lucas in l.quinque. in fine. C.de decurioni.

Secundò nota, quòd licet legem Corradi, de
qua hic meminit textus,non habeamus:tamen qa
eius mentem inſerit tener. glo.in ſimil.in cap.pri.
in ver.clementis.ne clerici vel mona.in 6. Alia cir-
ca materiam ponit Iacobi.vbi ſupra.in ver.& dicti
vaſalli pro dictis rebus.nume.9.vſque ad 18.Iſer.
exemplificando textum dicit, quòd in dictis caſi-
bus dominus non erit iudex, ſed pares: quia non
poteſt eſſe iudex in cauſa propria, ſicut nec teſtis.
Bald.in §.ſi duo. nume.2. de pace tenen.pares au-
tem cognoſcunt.dicto §.fina.de allodijs.ſi adſunt,
aliàs extranei admittuntur.Iaco.de Ardizo.in Sum
ma.de content. quę de feud.inſtitui. vel eliguntur
de eadem prouincia, ſeu de locis conuicinis. in ſi-
mil.in capitu.ſuper eo.de cognatio.ſpiritu.Innoc.
in cap.graue.nume.4.in fin.de præben. Afflict. in
dicto §.præterea ſi inter duos.in 2.nota.circa finẽ.
17 An autem coram paribus admittatur reconuen-
tio.Iſern.& Præpo.hic num. 2.circa finem. & in di
cto §.præterea.col.3.poſt medium. videntur tene
re, quòd ſic,in eodem genere cauſarum ciuilium,
etiam quòd non ſint feudales. l. cum Papinianus.
cum Aut.& conſequenter.vbi doctores. C.de ſent.
& interlocu.omni.iud.Sed videtur,quòd etiam ſu-
per diſſimilibus poſſit reconueniri. glo. in cap.G.
perpetuus.in ver.ſuper ſimilibus.de fide inſtr.aliàs
haberet exceptionem, ne reconueniatur à reo co-
ram alio iudice niſi lite finita.capitu.fin.vbi glo.in
ver.ad diuerſa.de reſcriptis. & habet locum etiam
in iudice delegato ad vnam cauſam.Afflict.hic nu-
mero decimonono.Diſtingue tamen,vt per Iaco-
bi.in dicto ver.& dicti vaſalli ex dictis rebus.num.
18.vſque ad 20. & in tantum eſt verum, quòd iu-
dex incompetens fit competens ratione reconuen
tionis.l.2.in glo.C.de interdictis. in cap.at ſi cleri
ci.in ver.non tenet.de iudiciis.& practicatur in cle
rico.adeſt ritus mag.Curiæ ſub rub.quòd teneatur
clericus reſpondere per viam reconuentionis. &
ſic erit idem iudex in vtroque negotio.§.illud.cir-
ca medium. Authent.de executo.& in iis qui con-
ueni. & recon. & facit. l.4.§. ſi dicantur. ff.finium
regu.in regno de feudis cognoſcunt iuſtitiarii,tam
in petitorio,quàm in poſſeſſorio. Lucas in l. vni.
enl.fin.poſt princip. C.de reis poſtula. & ſeruatur
conſt.pręſides prouinciarum.vbi quòd pręſes pro
uinciæ cognoſcit de feudis non quaternatis: de
quaternatis cognoſcit Rex,& hodie Regia Came
18 re. Quæ autem dicantur quaternata,& quæ non,
Cam.in capitu. Imperialem.in princ.car.37.col.4.
poſt princ.& fit vt per Afflict.in deciſ.232.nume.
ſecundo. poſt medium. & 3.cum ſeq. Et dicuntur
quaternata, quia ſcripta ſunt in quinternionibus
Curiæ.Iſern.hic numero nono.circa finem. Quin-
terniones ſunt libri,ſeu quinterni compoſiti in mo
dum regiſtri, in quibus regiſtrantur omnia priui-
legia conceſſionum Regiarum. Cap.in ver.feudo-
rum genera.ibi,quaternatum. Iſti non erant tem-
pore Iſern.ipſe dicit in conſtitu. magnæ curiæ no-
ſtræ. vbi Afflict.in 3. notab. & non fuerunt indu-
cti principaliter pro inducenda dignitate Baronis,
ſed propter intereſſe Regis, vt ſciat qui ſunt eius
vaſalli. Fre.de ſubfeud. libro ſecundo. quis dicatur
Baro in regno,numero tertio. circa finem. Vnde
eſt quaternatum,quod ſpectat ad collationem Re
gis,ſeu tenetur à Rege,vel Imperatore. Lucas in l.
quicunq;.col.2.poſt med. C.de omni agro deſer.

Iſern.

Iſern. hic, numero 9. E omnia ſcripta in tali quinterno ſunt feudalia, ſicut principium, etiam quòd ſint plures qui pro feudis quaternatis exigunt ſeruitia à ſuis ſubfeudatarijs. Fre. vbi ſupra, ibi, quinta authoritas, nu. 3. & 9. circa finem. & ibi, vigeſimanona authoritas, nume. 2. circa finem, vſque ad 7. ſicut omne caſtrum præſumitur quaternatum. Afflict. in conſtit. ſtatuimus, in 4. not. de offi. mag. Iuſtit. in conſt. iuſtitiarij nomen & normam. poſt poſt numerum 29. de offi. iuſtitiarij proui. in conſtit. ea quæ ad ſpeciale decus, poſt nume. 19. quòd nullus prælat. &c. & in conſtit. violentias. poſt num. 37. Immo quęlibet pars illius dicitur feudum quaternatum. idem Afflict. in dicta conſtit. ſtatuimus, circa finem, poſt nume. 59. ſicut eo ipſo quòd ſunt caſtra. Iſern. in dicta conſt. iuſtitiarij nomen & normam. Licet videatur tenere contrarium Afflict. in conſti. præſes prouinciæ. poſt numerum 9. vt iuſtitiarij habeant, &c. & ſunt feuda quaternata in terris Baronum, quæ ad eos ſpectant. Iſern. ex quibus cau. feu. ami. in fio. & quod tenetur ab eis non eſt vere quaternatum, quo ad omnia, & quo ad omnes effectus: ſed dicitur quaternatum ſecundum quid. Fre. de ſubfeu. lib. 3. ibi, differentiæ inter feuda regalia. numero decimotertio. & ſic non dicitur quaternatū ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Quando Barones ſubinfeudant cum Regio aſſenſu, Rex enim aſſentiendo dicitur dare: & quia aſſenſus regiſtratur, dicitur quaternatum ſecundū quid. Cam. in d. c. Imperialem. car. 69. col. pri. cum duabus ſeq. ſimil. Fra. de ſubf. lib. 2. ibi, vigeſima octaua authoritas. col. pen. in fi. & col. fi. ferè per tot. & aſſentiendo quaternat, ſi eſt dictum in aſſenſu vt ab eo teneat. Cap. in ver. feudales aſſenſus. ibi, effectus. col. pri. in fin. & in dicto ver. feudorum genera. ibi, quaternatum. ver. ponit Andreas. Cam. vbi ſupra, car. 70. col. 4. circa prin. ſecus ſi non dixiſſet illa verba, & prout hodie conſueuit, Dummodo teneat à nobis, & noſtra Regia Curia; quia tunc aſſentiendo non dicitur alienare, ſed alienationem non impedire, & ius eius prorogare. Afflict. hic poſt nume. 29. & illa quæ ſpectant ad collationem Baronum cum Regio aſſenſu, de quibus Afflict. in §. ſi quis hominem. in 10. not. nu. 4. de pace tenen. in conſt. poſt mortem. nume. pri. & in 5. not. numero 14. de morte Baro. in conſt. vt de ſucceſſionibus. in prim. not. nume. pri. de ſucce. nobil. Si conferuntur à Rege, commoditas ſeruitiorum & releuiorum erit Baronis. Cam. vbi ſupra, car. 68. colum. 3. circa finem.

21 Si tenentur à Barone, & adhibetur conſenſus Regis quaternatur. Cam. ibi. & car. 69. col. pri. circa finem. Iſern. in conſt. ſi quis Baro. Quaternata ſeu de tabula, quæ ſpectant ad collationem Regis ſic dicuntur, quia ſunt ſcripta in tabula ſeu quaternis Cameræ. Aluar. ſupra in proœ. num. 40. & deſcriptio in quaternionibus, probat rem eſſe feudalem. Iacobus Regeli. de iure adhoæ. nume. 87. & 88. Feudum autem planum & de tabula, non quaternatum, eſt quod tenetur à Comite vel Barone, pro quo præſtantur operæ ſeu redditus. Sunt bona ruſtica, ſed quantum ad ſucceſſionem, iure feudi cenſentur. Lucas in dicta l. quicumque. col. 3. circa pri. Sed licet parua, ſecundum regulas feudorum terminantur, aliàs feudum guardiæ & ſimilia non eſſent feuda: quia parua. Tanto magis, quia ſublata eſt differentia inter feuda magna & parua. Cam. vbi ſupra car. 41. col. pri. circa prin. 2. in fin. & 3. circa medium. Cap. in dicto ver. feudorum genera. ibi, teoaſię, & ſub dicto feudo plano & de tabula, veniunt manſa, attenaſiæ, & ſimilia. Cam. vbi ſupra car. 69. colum. 2. circa princip. differunt à quaternatis in aliquibus. Afflict. in conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ. in 4. quæſt. nume. 64. vſque

22 ad 65. 26. differentias ponit Fre. vbi ſupra, de formu. inueſt. lib. 3. ibi, inter quaternata feuda & alia, per totum. & in ſpecie, collatio illorum eſt libera Baronis, nec eſt neceſſarius aſſenſus Regius. Affli. in conſt. poſt mortem. numero quarto. pro eis non debentur collectæ, etiam quòd non pręſtetur ſeruitium. Cap. in dicto verbo, feudorum genera. ibi, planum. & in quacumque conceſſione, cenſentur exceptuata feuda quaternata. Præpoſit. hic circa finem.

23 Quid ſi concedatur feudum cum vineis, querquetis, oliuetis, &c. an illa & ſimilia erunt quaternata? Fre. vbi ſupra. ibi, vigeſimanona authoritas. nume. ſexto. poſt medium. & ſi in forma priuilegiorum dicitur, Donamus tibi talem terram, cum omnibus iuribus & pertinentijs, quæ de demanio in demanium, habes, ſcilicet in feudatarius; & quę de ſeruitio in ſeruitium; vt ſcilicet alij feudatarij qui ſunt in illa terra, non habentes feudum quaternatum, ſed planum & de tabula, tibi ſeruiant. Iſern. hic, numero decimo. in princ. Cap. in ver. feudorum clauſulæ. ibi, quæ videlicet de demanio in demanium: & ſi eſt caſtrum, & non apparet de forma conceſſionis, in dubio venit ad primogenitum. Perous in conſ. ſeptimo, circa finem. & dicitur quaternatum. Iſern. hic, nume. 10. circa medium. Pernus in pri. notabilibus. colum. 9. circa finem. niſi aſſet feudum Eccleſiæ. Loffred. hic. Iſer. in dicta conſtit. Iuſtitiarij nomen, & normam. & poteſt eſſe in terra Baronis feudum quaternatum, etiam quòd non ſit caſtrum, cuius collatio pertineat ad Regē. Iſern. in §. ſi vero contingerit. de pace iuramen. firma. Iure iſto poterat quilibet nominatus in capit. de his qui feudum dare poſſunt. infeudare, & de re ſua conſtituere feudum. Iſern. de capita. qui curi. vendi. numero primo. circa medium. Cap. in verb. feudum dant. ibi, infeudat. colum. pri. & ſeq. hodie non poteſt niſi domino approbante. Idem Cap. in ver. feuda allodia. in fin. & in regno Siciliæ non infeudat alius quàm Rex, niſi ex acadentias, vt in dicta conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ. poterat Baro iure iſto burgenſatica reducere in feudum. Iſer. hic numero vndecimo. ſecus in regno. Idem Iſern. in §. ſi contigerit. numero quinquageſimo. de pace iuramen. firm. Grammat. in deciſ. centeſimatertia. numa. centeſimo trigeſimoſecundo. de feudo non poteſt facere burgenſaticum, quia non poteſt feudo ſeruitutem imponere. §. quid ergo. & ſeq. de inueſtitu. de re alieo. facta. nec res liberas, quas conceſſit in feudum, poteſt reducere in burgenſaticū, & econtra. Nec ſine principis voluntate deſtruet quod fecit cum eius voluntate; ſicut ſuperior ſi in dulgentiam inferioris ex certa ſcientia confirmauit, non poteſt ipſam inferior reuocare. Hoſtien. in Summ. de priuileg. §. qualiter. circa finem. Princeps verò vel Rex poteſt dare in feudum quaternatum vel nobile, quod non erat, dummodo ſit res ſua libera: quia fiunt feuda deſtinatione patrisfamilias. l. ſi cum duas. com. prædio. & ſi quod concedit eſt in alterius terra, non poteſt niſi cum voluntate eius ad quem pertinet, ex quo licet Princeps ſit do-

minus directus feudorum, feudatarij ſunt vtiles. Iſern.hic,dominus habet ciuilem, feudatarius naturalem. Idem Iſern.in conſt.ſi vaſallus. circa medium,de fideiu.domin.à vaſal. Boeri.in deciſ.211. num.5.& tranſit feudum in conceſſionarium cum tota terra, niſi nominatim excipiatur, vel peruenerit titulo particularis, argum.l.2. ff. de hæred. vendi.

Quid ſi ſimul vel bis,Rex fecit inueſtituram de attenſia, ac ſi eſſet feudum quaternatum,an præiudicabit Baroni? Iſtam quæſtio. excitat Iſern. hic numero 12. & diſputat ad partes. Afflict. in dicta conſtitu.poſt mortem. poſt nume.6. vſque ad 12. & hic poſt numerum vigeſimum nonum. & tenet quòd in poſſeſſorio ſufficit vnus vel binus actus, & vaſallus non poſſet ita ſe defendere; quia non poteſt in ſimili duorum ſimul teſtamenta rumpere, aui ſcilicet & patris, l.ſi filiusfamilias, in fin. ff. de milita.teſta. In petitorio requiritur poſſeſſio triennalis,in conſtitutio.conſuetudinem prauam.& ſic mutatur natura rei,ſicut res à laico donata mutat naturam, ſed non in præiudicium alterius. cap. ſecundo.§.fin.in glo.fin.de decimis.in 6.an autem
25 ſtetur atteſtationi Principis aſſerentis, illud feudum ſpectare ad ſuam collationem? ſoli non creditur. Iſern.de capi.qui curi.vendidit.colum. antepenul.circa prin.Deci.in conſi.528.nume.4. 544. nume.51. Afflict.in deciſ.14. numero ſexto, ſicut nec Papæ. Felin.in cap.cum ad audientiam.nume. nono,& decimo. de præſcriptio. ex certa ſcientia, cum ſubſcriptione Quæſtoris & Cancellarij,ſufficere; niſi conſueuerit eſſe mendoſus, quia tunc omnes miniſtros habet impios.Iſern.qui ſucce.tenean.lo primo.numero decimoquarto.in §.ſimiliter,lo vltimo.numero vigeſimo ſeptimo.circa medium.de capi.qui curi. vendi. & in §. ſed nec eſt alia.colum.fin.quæ ſit pri.cau.bene.amit. ſicut creditur prælato cum capitulo. Cap. in ver.feudum dant.colu.12.circa medium. Regulariter creditur Principi, propter duplicem authoritatem quæ eſt in eo.Lucas in l.medicos.colum.2. circa medium. C.de profeſſo.& medi.& in l. cognouimus. poſt princip.C.de manci.& colo.

Circa ſeruitium de quo ſupra, aduerte; quod ſi plures ſunt hæredes vnius vel multorum,quando præſtatur ſeruitium, adoham, aliàs adunant ſe tot quòd faciunt vnum militem. Iſer.hic,nume.9.circa medium. Capi.in deciſ.32. Boeri.in deciſ.213. nume. decimoſexto. ſicut poſſit ciuitas iniungere quod vnus teneat equum pro communi: puta qui eſt bonus eques vel armiger, & alter conferat in expenſis. Barto.in l.non videtur.C.de muni.patrimo.libro decimo. Inde adoha, quæ aliter præſtatur pro feudo nouo,aliter pro antiquo: nam in nouo, pro quibuslibet 20.vncijs præſtatur ſeruitium vnius militis: in antiquo ſeruiet prout prius. Iſer. de vaſal.decrepi.ætat.colum.2. in princ.nume.pri.
24 in fi.& taxatio conſueta dicitur, quæ eſt præſcripta,puta quia per quadraginta annos ſic fuit obſeruata: & tunc quantumcumque redditus ſunt aucti, non mutatur taxa, & ſic ferè fuit in omnibus partibus Franciæ: niſi mutetur de anno in annum, vel conſuetum ſit taxari per aliquot annos. & qualiter fiat, Zabarel. in clem.ſecunda.vbi etiam,cum quo & qualiter fiat,numero ſexto,ſeptimo,& octauo.de decimis. Sed Regia Camera taxat in feudo nouo,ſecundum valorem vnius anni, computando fructus trium annorum,& diuidendo pro rata. Loffr.e. in §.firmiter.ibi,in ſecunda col.de prohibi. feu.aliena.per Fre.Adeo quòd in feudo vnciatum. 20.adhoa eſt vnciarum decem cum dimidio: ſi eſt ſine vaſallis,eſt vnciarum ſex: ſi conſiſtit in re pro qua ſoluitur pecunia,eſt vnciarum quinque.Cam. in dicto §.firmiter.car.93.col.pri.circa medium.& ad rationem prædictam exigitur pro taxa,quæ reperitur facta in feudo paterno,& iſto modo exigitur ſecundum taxam antiquam,& pro eo quod eſt augmentatum poſt taxam non exigitur. Iſern.in §. quod autem,numero decimo ſeptimo,vbi late diſi, de contro.inueſtit. aliàs Dei beneficium inuidioſa calumnia perſequeremur.l.vni.C.de theſauris.huiuſmodi ſeruitia quæ præſtantur in pecunia,adohamenta vocantur in regno Siciliæ,ex quo conſueuerunt duo vel tres non habentes feudum integrum, combinare ſe, & facere vnum militem, quilibet pro rata.Iſern.in §.ſimiliter in hoſtendiitijs. nume. decimotertio.cir.finem. ibi,in regno.de capi.Corra.& quod ſoluitur per combinatos,ideſt coniunctos,aſſociatos, & adohatos, adohamentum dicitur. Idem Iſern.hic numero 9.circa medium. alio vocabulo hoſtendiitiæ vocantur.glo.pri. & ibi Afflict.in capit.Imperialis.circa princ.& nume.11.de prohi.feu.aliena.per Lothar.olim erat regiſtratum in curia: erat ſcriptura,liber, ſeu monumenta publica in archiuo, vbi erant notata huiuſmodi feuda, vt ſupra. & diſtinguebant quantum debebant adhoare.Iſern.hic poſt numerum 9.quæ hodie dicitur cedularium, in quo notatur feudum conceſſum à Rege cum reſeruatione ſeruitij. Loffr.hic in ver. feudum quaternatum. de archiuio eſt textus in cap.peruenit.30.quæſt.pri.

De eo qui ſibi vel hæredibus ſuis maſculis & fœminis,inueſtituram accepit. Titu.XVII.

SVMMARIVM.

1 *De, dictio capitur pluribus modis.*
2 *Qui,relatiuum facit conditionem: demonſtrat, reſtringit,& declarat.*
3 *Hæres ab ero, & dicitur memoria defuncti.*
4 *Maſculi, & fœmina, vtriuſque ſexus ſunt nomina.*

AD RVBRICAM.

1 DE, iuncta ciuitati vel communitati,ſignificat originem. Bal,in conſi.139. poſt numerum 2. 5.vol. vnde idem eſt dicere, Titius eſt de Neapoli vel Paleſtina, quod Neapolitanus, vel Paleſtinus. Lucas in l.pri. de municipibus & origina, & in rub. C.de colo.Paleſti. vnita concilio alicuius,importat neceſſitatem.capit.vt commiſſi. & ibi Ioan.And.nume.8.de hæreticis.in 6.adeo quòd non ſufficit petere,ſed debet expectare.argument. tex.& glo.in cap.cum in veteri.in ver.expectatum. de electione.& hoc ſi eſt collega officij, aliàs non tenetur requirere nec ſequi. Bart.in l.pri.§.ſi plures.lo ſecondo.poſt nume.2.ff.de exercito.denotat aliquando cauſam mediatam,& remotam. Alexan. in l.

in l. ſi finita. §. deinde, nume. 2. de damno infecto.
quandoq; & vltimò, ſignificat cauſam propinquá
& in mediatam. Bald. in l. ex hoc iure, num. 14. cir
ca finem, de iuſtit. & iur. ita hic, nam ponit de quo
eſt tractaturus, Eo.) Videlicet, Qui ſibi.] Relati-
2 uum autem, qui, iunctum verbo futuri temporis,
facit conditionem; vnitum verbo præſentis indu-
cit demonſtrationem, l. Stichum qui meus, vbi A-
lexand. in princ. de leg. pri. non demonſtrat quan
titatem vel qualitatem, ſed deſignat ſubſtantiam,
l. vni. in ver. proferuntur. C. de ſenten. quæ pro eo
quod intereſt. l. vinum. & ibi Alexand. num. prim.
ff. ſi certum peta. & non ſtat reſtrictiue, ſed decla
ratiue. Pau. de Caſt. in l. cunctos populos. num. 2.
C. de Summa Trinita. prout hic; nam eſt vnitum
verbo, accepit, & ſucceſſiue demonſtrat & decla-
rat, qui ſibi & hæredibus ſuis inueſtituram acci-
3 pit. Dicitur autem, hæres, ab hero, ideſt domino,
§. fin. inſtitu. de hæred. qualit. & differe. gloſſ. in l.
item Mela. §. ſed ſi. in ver. hero. ad leg. Falcid. Iſer.
in §. præterea ſi quis infeudatus. in ver. a proprio
domino. de prohib. feud. alienat. per Fre. idem eſt
quod dominus. l. his verbis. in glo. prim. ff. de hæ-
red. inſtituen. vel quaſi dominus. gloſ. in l. prim. ff.
de condic. furti. Caſſan. in conſuetud. Burgund. ru
bric. 7. §. ſecundo, in princ. nume. 2. & dicitur me-
moria defuncti; adeo quòd quando hæres priua-
tur, dicitur damnari memoria illius. Iſer. quæ ſint
rega. in ver. contrahentium inceſtas nuptias, circa
finem, poſt num. 33. & in cap. prim. §. diffidamus,
nume. 24. in fine. de ſtatu. & conſuetu. contra li-
be. eccleſ. ſecus hic, nam accepit Sibi & hæredib.)
Et ſic hæres dominus factus eſt, l. peculium. la ſe-
cunda. aliàs. l. ſed ſi. §. ſed & creditor. ff. de pecu-
lio. & intelligitur de filio maſculo, ita communi-
ter tenetur. Deci. in conſi. 516. nume. 10. & 14. 4.
volumine. ſequitur Suis.] Qui dicantur ſui, & qui
proprij hæredes. Caſſan. in conſuetud. Burgund.
rub. 7. §. 3. ibi, aſes vrais, per tot. ibi, ſa vraye. nume.
4. §. quinto. ibi, meilleur, in fine. vnde ſi paciſcatur
filijs tanquam hæredibus, ſi non ſunt hæredes, nó
habent. Specula. in titu. de emphyteuſi. poſt num.
4 184. Maſculus & fęminis.] Idem eſt ac ſi dixiſſet,
hæredibus vtriuſque ſexus. Deci. in conſili. 395.
poſt nume. 7. & tunc omnes veniunt. Fœminę ta-
men, in defectu maſculorum, vt in conſtitu. in ali-
quibus. quia in feudi ſucceſſione, non eſt locus fę
minæ, donec ſupereſt maſculus, vt in textu, vbi
Aluarot. nume. 4. in princip.

SVMMARIVM.

1 *Quis vel qui, adiunctum certis corporibus & ſpecie bus, ponitur demonſtratiue.*
2 *Vel, ideſt, & : &, etiam.*
3 *Hæredibus, ideſt liberis.*
4 *Suitatis materia habet locum in feudis. Quid ſit ſui tas, & ſui, ibidem.*
5 *Feuda non tranſeunt ad extraneos, nec poteſt hoc pacto inueſtiri.*
6 *Verba, ſibi & hæredibus ſuis, comprahendunt de- ſcendentes in infinitum, ordine ſucceſſiuo.*
7 *Fęminę quando vocantur, non ſunt adæquatæ cum maſculis, ſed veniunt ordine ſucceſſiue.*
8 *Dictio, vna, quando ponitur, ſemper intelligitur pro tantum.*
9 *Deſcendentis appellatione venit etiam fęmina.*
10 *Ex eo, ideſt ab eo: & ponitur incluſiue.*
11 *Factum pluries recitatur.*
12 *Dubium grande ſi emergit, non debemus paſſim reſpondere, ſed ponderare, & diſputare articu- lum.*
13 *Maſculorum appellatione, non veniunt maſculi ex fœmina.*
14 *Hæres altero de tribus modis accipitur, nam eſt, hæres ſanguinis, hære hæreditatis, & hæres feudi.*
15 *Feudum ſi eſt receptum pro maſculis & fœminis, in portione vnius fratris, filia ipſius præfertur al teri fratri.*
16 *Cumque, ideſt, & cum.*
17 *Sapientes qui omnia ſciunt, maxime difficilia.*
18 *Sępe, duas vel tres vices comprębendit.*
19 *Pro maſculo, ideſt, in fauorem maſculi.*
20 *Fęmina non ſuccedit, donec ſupereſt maſculus de- ſcendēs ex illo, qui fuit inueſtitus, etiam quod ſe- cerit tranſitum ad fęminam, & ſic maſculus ex fęmina, non eſt ex linea maſculina.*
21 *Deciſione vnius quæſtionis, inuenitur via ad deci- ſionem alterius.*
22 *Proprium dicitur, quod ſoli ineſt.*
23 *Pro beneficio, idem quod nomine beneficij.*
24 *Maſculo exiſtente non recognoſcitur feudum per fęminam.*
25 *Donec, eſt temporis limitatiua.*
26 *Allodium, idem quod dominium & proprietas.*
27 *Alioquin, ideſt ſi non.*
28 *Filia non ſuccedit niſi ex pacto, & non exiſtenti- bus maſculis.*
29 *Feudum tranſit ad hæredes, niſi viuatur iure Fran corum.*
30 *Fœmina non ſuccedit in feudo niſi ex pacto.*
31 *Nepos excludit materteram.*
uus conſenſus requiritur. l. Auiſtius. §. prj. de acq.
hær. Secundò, dignitas, authoritas, & opinio atten
ditur in teſte. l. iuriſiurandi. in gl. 3. C. de teſtib. po-
ſito enim in dignitate magis creditur. §. pri. in var.
per dignitatẽ. Auth. de teſtib. quia fides ex eius di-
gnitate approbatur. l. 3. §. pri. in ver. dignitas. ff. de
teſtibus. illa ceſſant, quia deſierunt eſſe pares, ergo
ceſſare debet eorum fides, etiam quia propter di-
uitias, honeſtas & dignitas agnatorum conſeruã-
tur, quę perit propter inopiam. §. ſancimus. Auth.
de teſtib. Dec. in conſi. 272. ante nu. 6. 1. vol. Vlti-
mò, teſtis ſi apparuit ſeruus, eius depoſitio deſpici
tur. Auth. ſi teſtis. de teſtib. ita ex cauſa ſuperuenię
ti depoſitio iſtorum, qui pares eſſe deſierunt, de-
bet reprobari. §. quia verò, in ver. non habebit. circ.
med. Auth. de teſtibus.

His non obſtantib. ſeruatur contrarium. Et ra-
tio eſt, quia tempus depoſitionis attenditur circa
depoſitionem teſtis. l. ad teſtium. §. pri. in ver. ſigna
rent. ff. de de teſt. ſicut tempus teſtamenti inſpici-
tur, cuius conditionis ſit teſtis. d. l. ad teſtium. §. pr.
Vnde creditur teſti, ſi poſt depoſitionem efficitur
affinis. Azo. in Sum. C. de teſtib. nu. 37. in pri. & ſi
legatur alicui tanquam vxori vel cognato, debet
eſſe talis tempore teſtamenti. Arch. in ca. inquna-
mus. cir. med. 60. diſt.

Qua ſtante, non ob. Primum: nam actus contra
rius proueniens ex neceſſitate naturę teſtatoris vel
teſtium, non vitiat teſtamentum. l. cum antiquitas.
d. tit. C. de teſta. & Aluar. hic poſt nu. pri. & nõ de
bet alien per alterum iniqua conditio inferri. reg.
non debet. de reg. iur.

Secundum non ob. nam quãdo culpa præceſſit
caſum, attenditur quod in futurum euenire põt.
gl. in l. diuortio. in ver. ſed acſi. cum ad. l. ad eam. ff.
de neg. geſt. Non ob. Vltimum, nam quandoque
ſtatus præſens inſpicitur. Loffre. quis dicatur dux.
cir. finem. in contractibus inſpicitur initium. Zab.
in clem. 2. nu. 13. cir. fin. de rebus eccle. non alien.
& ſic firma remanet concluſio, quòd pares tem-
10 pore inueſtiturę admittuntur, etiam quòd poſtea
eſſe deſierint. Intellige, tam ſi per culpam, quam

alio modo,pares eſſe deſierint. Iſern.hic in princi.
Et habet locum, non ſolum in paribus, verum e-
tiam & in ijs qui tunc pro paribus habebantur. Ia
cobin. de Ardizo.in dicta Sum. de contentio.quæ
de feud.inſtitu. ibi,vbi verò,poſt medium.idem ſi
tempore inueſtituræ non eſſent pares, & tempo-
re ferendi teſtimonij ſic.Iſern.hic,quem reprehen
dunt Aluarot.& Præpo.hic,cir. medium.& poſt.
Vltimò,idem erit in quolibet alio teſte,nam con-
ditio illius inſpicitur tempore quo adhibetur,licet
eius conditio mutetur vere vel opinatiue.Bald.&
Afflict.hic nume.prim.Aluarot.in cap.prim.num.
8.d.tit.qui teſtes ſint neceſſ. ad proba. nouam in-
ueſti.nam infamia ſuperueniens,non poteſt infrin
gere teſtimonium aliàs legitime præſtitum. Abb.
in cap.præterea.poſt num.10.de teſtibus cogen.l.
pri.C.de teſtamen.Specul. in tit.de teſte.§.pri.nu.
27.vbi Bald.in in addit. vlti.in prin.vn.dotis.teſtis
ſcriptus in inſtrumento, ſi excommunicetur,nihi-
lominus tenet inſtrumentum.Specul. in tit.de in-
ſtrumen.editione. §.9. numer. 19.& cum dictum
ſuum a principio valuerit, non debet infringi ra-
tione caſus ſuperuenientis. l. ſi poſt mortem.§.fi.
de contra tab. Bald.in l.furti.§.pri.num.5.cir.me-
dium.de his qui no.infam.Reſtringe tamen in pa-
ribus qui tunc erant, nam etiam, quòd poſtea alij
efficiuntur non admittuntur.Iſer.hic.num.3.quia
initium ſpectare debet.l. ſi filiusfamilias.de verbo
rum obligationib.l.ſi procuratorem.ff. mandati.ſi
cut in contractibus.l.ſi vxorem.in gloſs. fio.C.de
condi.inſer. & procedit quando deſierunt eſſe pa
res ex cauſa honeſta,ſecus ſi ex cauſa quæ irrogat
infamiam, quia tunc non eſſent idonei in iudicio,
licet inueſtitura valeret.Afflict.hic poſt numer.2.
ex intentio. Iacob.de Beluiſo.item non habet lo-
cum, quando inhabilitas fuiſſet occulta,& poſtea
tempore depoſitionis manifeſtata.Idem Afflictus
hic,nume.5.circa finem.ibi,quarto,ſicut proditor
condemnatus de fidelitate,non poteſt eſſe teſtes.
Bald. in capitu. licet vniuerſis. numero tertio.de
teſtibus.

11 Nota, quòd quæſtiones facti aperiunt intelle-
ctum.Pariſ.de ſynd.in ver.latro.cap.pri.cir.finem.
vnde,quod hic dicitur de facto acciderat,vide Al-
uaro.hic circa prin. & quòd factum & modus con
12 ſiderantur in quolibet opere.gl. in extrauag.exe-
crabilis.in ver. legitimis. circa finem.de præbend.
perſonam deſignat.Bald. in conſi. 59. circ. finem.
poſt numer.6. 5.volum.& dicitur facti quæſtio,l.
pen.ff.ad leg.Iul. de plag.l. Herennius, de verbo-
rum ſignificationib.facti & non iuris.l. 2.§.fin.de
donatio. l. triticum. de verborum oblig.volunta-
tis & non iuris.l. ex verbis.C. de donatio.inter vi-
rum & vxorem, attenditur modus, quia modica
mutatio facti,facit mutare ius.Lucas in l. vnic.co-
lum.18. in princip.C.public.læti.vel conſu.l.ſi ex
plagijs.§. in cliuo. ad leg. Aquil. Deci.in conſilio
599.num.6.4.volum.& totum ius enrumpit.Ca
me.in capitu.Imperialem.car.29.colum.prim.cir
ca medium.

13 Vltimò nota, quòd inſpicitur initium. not.Za-
bar.in clemen.fi.in 2.notab. de reſcriptis.in clem.
quoniam.in ver.ſi verò,num.4.in fi.de vita & ho-
neſta.cler.in clem.2.poſt num.3. de iure patron.
datur reſtitutio in integrum initio inſpecto.l.3.§.
prim.in fi.de minori.ſimilia.Pau.de Caſt.in conſi.
289.in 3.dubio,num.3.pri.vol.cap. cum bonæ.in
gl.pen.in princ. de ætate & qualit. ſufficit qualita-
tem requiſitam ſemel extitiſſe, licet non duret,&
quod ſemel fuerit in principio actus, ſicut ſi tem-
pore commiſſionis fuerit in aliqua dignitate, licet
nun duret.Caſſan.in conſuet.Burgund.rub.6.§.5.
ibi,& ſi pares, ante & poſt numer. prim. 2.& 3.
idem in accuſatore.Abb.in cap.pri. num.15.de ac
cuſationibus. inde iuſſus inutilis vitiat, ſecus ſi ex
poſtfacto, quia ſufficit ſemel fuiſſe vtilem.l.qui in
aliena.§.ſi is.in ver.quamquam.ff. de acquireo.hæ
red. tutori ſufficit bene & diligenter negotia gere
re,etiam ſi euentum aduerſum habuerit.l.3. circa
finem.ibi ſufficit.ff.de de contrah.& vtile actio.tu
te.in condictione furtiua,ſufficit aliquando inter-
fuiſſe,licet ſi hodie non interſit.glo. in l.& ideo.in
ver.communi. de condictio. furti.in l.item illa, in
ver.egit.cir.finem.de conſtit.pecunia.ſatis eſt ido-
neum eligere, quamuis poſtea facultatibus lapſus
ſit.l.pri.§.fi.poſt medium.ff.de mag.conuen.con-
tinuant ſyndicus,tutor,& ſimiles, etiam poſt fini-
tum officium,cauſam ſimilem cęptam. Alex.in cõ
ſi.135.nu.2.2.volum.procurator qui habet man
datum a tutore, ſyndico,vel adminiſtrationibus ci
uitatis, re non integra, etiam morte mandantium
non expirat. Alexan.in conſi.128.6. volum.& per
furorem.non deſinit eſſe iudex, qui ab initio recte
datus eſt.l. index.ff. de iudicijs. & quando aliquid
ab initio requiritur, non refert ſi aliud ſubſequa-
tur.Zabarel.in clemen.vnic.nume. 3.de conſang.
& affinitat. in venditione tempus præſens inſpici-
tur.gloſ.Pariſ.poſt nume. 56.titu.ſecundo. §.58.
idem in ſtipulationibus.Azo in Summa.C.de in-
ueſtitu.ſtipula. in fin. in crimine iniuriarum.idem
Azo in Summa.C.de pœnis. numer. 13.eſt quòd
inſpicitur tempus vltimum.l.ſi minor. ff.de mino-
ri.l.ſi patre.§.quo tempore.de petitio.hær.l.quæ-
ſitum.de feud.& bene conſtit.Imperia. in extraor
di. quando ius eſt pœnale, debet attendi finis,&
non initium.Zabarel.in clemen.2. poſt nume. 17.
de ætate & qualit.idem in obligatione,cui ſatisfa-
cere ſatis eſt,quia ita ineſt ab initio.gloſ.prim.Pa-
riſ.poſt nume.109.tit. 2.§.55. in conditionis eue-
nientis attenditur.Zabarel. in clemen. fin.numer.
18.dicto tit. de electio. inſpicitur ſtatus præſens,
nec curatur de in integrum reſtitutione. glo.Pari.
titu.prim.§.7.numer.42.vnde ſi factum eſt perfe-
ctum, non reuocatur per actum ſequentem,ſecus
ſi non eſſet perfectum. Zabarel. in clemen.prima.
§.ad hoc.nume. 10. circa medium. de præbend.Si
quis contulit vaſallo feudum, credens quòd eſſet
vir probus, & repertum eſt contrarium, non po-
teſt auferri.Abb.in cap.fin. circ.finem.de ætate &
qualitat.& ſicut inhabilitas ſuperueniens,non im-
pedit retentionem feudi paterni. Præpoſitus,in di
cto §.& quia.nume. 37. in fine.qui feud.dare poſ.
ita ſi tempore depoſitionis erat integræ famæ,
& ſi poſtea efficitur infamis,quia inſpicitur tempus
quo tulit teſtimonium. idem Præpoſitus, qui te-
ſtes ſint neceſſar. ad probatio. feud. integra. poſt
medium. & teſtes qui erant pares tempore inue-
ſtituræ, & tempore probationis non, probant.
idem ſi non erant pares,& pro paribus reputaban
tur. Idem Præpoſitus, qui teſtes ſint neceſſar.ad
probat.nouam inueſtitur.in fin.numer. 4. Quid ſi
erat criminoſus tempore depoſitionis,& non tem
pore iuramenti vel econtra. Abbat. in capitul.
teſtimonium. numero quinto. de teſtibus.

In

in legatis & donationibus cauſa mortis, ſatis eſt quod quis poſſit capere tempore mortis tantum. l.in mortis.ff.de donation.cauſ.mortis.l.cum quidam.ff.de conditio.& demonſtratio. l. non intelligitur.§.quando.ff.de iure fiſci.Archidiaco.in capit.curæ.columna ſecunda.in princip.11.quæſtio. tertia.& in officiali tempus cœpti officij, non doli vel culpæ inſpicitur. Azo in Summa, C. de bonis proſcripto.poſt numer.ſeptim.Nec obſtat mutatio ſtatus, nam teſtis deponit de eo quod vidit in minore ætate, & liber factus de eo quod vidit in ſeruitute,Bartol.in l. notionem, §. inſtrumentorum.de verborum ſignificationib.Curt.in tracta. feud.in quarta quæſt.ſecunda.part.prins. dum de inueſtit.laicorum.ait.num.26.Iſern.& Afflic.ante & in numer.4. Aluaror.columna fin.in princip. & Præpoſitus,circa medium. & ſequens condino non tollit priorem.l.obligationum, la ſecunda.in fine.de actio. & obligatio. nam ſi teſtis erat teſtabilis tempore quo iurauit, ſed dum eius dictum recipitur inteſtabilis, ſi crimen non eſt notorium, eius dictum recipitur. Archidiaco.in capitu. conſtituimus.3.quæſtio.5.

De controuerſia inter Epiſcopum & vaſallum. Tit.XX.

SVMMARIVM.

1 *Controuerſia,eſt certarum perſonarum de re propria contentio.*
2 *Epiſcopus vocatur pluribus modis.*
3 *Vaſallus idem quod fidelis.*

AD RVBRICAM.

1 Controuerſia.) Eſt certarum perſonarum de re propria contentio.Grammatic.in ver. controuerſia,quia Epiſcopus dat in feudum, quę habet,vel & aperta ſunt, ſi adeſt antiqua conſuetudo.cap.prim.de his qui feud.dare poſſ. Iacobin. de Ardizo. in Summa, qui poſſ. in feud.dare, tam ex veteri, quàm ex noua conſuet. in princi.& de hoc ſolet oriri controuerſia inter Epiſcopum & vaſallum.ideo de ea punitur.Dicitur autem E-
2 piſcopus,ſanctiſſimus Chriſti legatus, pater ſpiritualis,Papæ frater & Eccleſiæ columna. clement. prima.§.nec ſuper, de electio. in 6. de pœnis.religioſiſſimus.not.capit.nullus.de electio.in 6.ſummus ſacerdos.capit. vnic. in princ. & ibi glo.ſummus.de ſancta vnctio. ſacrorum canonum miniſter & cuſtos.gloſ. in capitu.cupientes. in ver.peruenit.dicto titu.de electio.in 6.aſſumptus in partem ſolicitudinis, nam Papa ſolus eſt in plenitudinem vocatus poteſtatis.cap.ad honorem,de autori.& vſu palli.eſt vicarius domini.capit.penulti. in fin.33.quæſt.quinta.ſucceſſit in locum apoſtolorum.gloſ.fin.in capit.fin.66.diſtinct.cap.in nouo.21.diſtinct.cap. quamuis.circa finem. 68.diſt. habet iuriſdictionem ſpiritualem in dominium temporalem.Iſer.qualiter vaſa. iurare debeat fidelitatis.fin.poſt num.7.& ſi ſunt ei commiſſæ animæ, multo magis eccleſiarum bona.Lucas in l.prædia. colū. 2.ibi. quarto.C.de locatio.prædi.ciui.Iſta ſi rite conceſſit vaſallo,non poteſt ſucceſſor Epiſcopus retractare.Bal.ſupra, Epiſç.vel Abb.in princ.
3 poſt nu. 2. eſt autem vaſallus idem quod fidelis, quia obligatus eſt ſub fidelitate. Caſſa. in conſuet. Burg.rub.3.in prin.num.4.inter iſtum fidelem & Epiſcopum, ſi tractatur de inueſtitura per prædeceſſorem facta, pares cognoſcent, & determinabunt prius poſſeſſorium quàm petitorium, vt infra in textu.

SVMMARIVM.

1 *Ex,dictio priuat & denotat cauſam proximam,remotam,aliquando mediatam.*
2 *Quęſtio,ideſt lis,& econtra.*
3 *Pares ſunt iudices inter dominum & vaſallum.*
4 *Ex deciſione vnius, via inuenitur ad alias quæſtiones.*
5 *Fortaſis,& forte,denotant dubitationem.*
6 *Annuam prӕſtationem habens,ſpoliatur ſi praſtare recuſat qui debet.*
7 *Tribunalium & iuriſdictionum multiplicatio non admittitur.*
8 *Opponere eſt contra ponere,ſeu ex aduerſo ponere.*
9 *Quod,pro quia,ponitur.*
10 *Item,ſimiliter,quaſi iterum,idem.*
11 *Feudum aliud rectum & aliud conditionatum.*
12 *Replicatio tollit exceptionem,ſicut exceptio actionem.*
13 *Laudatum,ideſt iudicatum.*
14 *Poſſeſſio reſtituitur,antequam cauſa principalis decidatur.*
15 *Iudex ęſtimabit ex euentu cauſæ.*
16 *Expedite,ideſt plane.*
17 *Præter,exponitur contra,& ſtat excluſiue,quandoque incluſiue.*
18 *Tunc,ea vice,eo caſu,& denotat diuerſitatem caſuum.*
19 *Quin,quod non.*
20 *Pares cognoſcunt,inter vaſallum & Epiſcopum de inueſtitura feudi.*
21 *Honor debetur clericis litigantibus.*
22 *Succeſſor Epiſcopi poteſt adimplere,quod prædeceſſor fecit.*
23 *Feudum prӕſumitur, quando magna pars eorum quæ poſſidet,ſunt feudalia.*

AD TEXTVM.

1 Ex eo.) Elegantia huius textus videtur,quòd non ſit bene declarata.Præpoſitus, hic poſt princip. dic tamen quòd, Ex, priuat, in extrauagatio. Ioan. capitu. tertio. in verb. expropriationem. de verborum ſignificationibus. ſed non ſemper,in extrauagat.eiuſdem. capitu.execrabilis.in verb.extruxerat.de præbend.deſignat cauſam proximam, aliquando remotam. lege prima. in marg.de incend.rui.naufrag.Socin.in lege vnic. numer. octuageſimo. C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt. ſignificat etiam & cauſam mediatam.idem Socin.in lege, ſi mihi & tibi.in princip. de legat.primo.& in conſilio 51.numer.7.quarto volumine. Bald. in §. iniuria. numer. 19.circa finem.de pace iuramen.fir.Et ſic ex eo, Quod ſcri-

prum eſt.] Supra, de controuer. feud. apud pa-
res termi. & determinatum, quod Si inter domi-
2 num & vaſallum de feudo naſcatur quæſtio.)
Ideſt lis.capitu.diſpendia litium.de reſcriptis in 6.
& econtra. l. licet. Codice, de procurato. Per pa-
3 res eiuſdem Curiæ dirimenda ſit.] Quia ipſi ſunt
iudices inter dominum & vaſallum.capitu. primo.
de inueſtitu.in mari. facta. Nunc, Quæſitum eſt.)
4 Vnde ex deciſione vnius, via inuenitur ad alias
quæſtiones.cap.ex multa. de vo.& voti redemp.Si
quis dixerit ſe a quodam Epiſcopo, Fortaſis.] Le-
5 ge fin. ff. de litigio. leg. generaliter. de fideicom-
miſ.liber.lege tertia.§. fina. in ver. fortaſis.lege fi-
deicommiſſa.§.ſi rem.in ver.forte de legat. tertio.
l.quantæ.in verb. fortaſis.de publica.Eſt philoſo-
phicum temperamentum, vt ibi, ſicut dict in, pœ-
ne.lege, qui fundum. §. ſi tu. in ver.relinquent.ad
leg. Falc. &, prope.lege penultima.in verb.propo
nendum.de acquirend.rerum domin.& forte, quę
etiam denotat dubitationem. lege ſi duo. in marg.
ff. de arbitrijs. Iam defuncto de annua præſtatio-
6 ne.) Qua debitor denegando petentem ſpoliat.
Præpoſitus hic. numer. ſecund. Aut qualibet alia
re, per feudum inueſtituram accepiſſe, & cum ſuc
ceſſore eius agat, & ille reſpondendo neget, hunc
eſſe vaſallum, vtrum per pares eiuſdem curiæ ſit
iudicandum.] Et videtur quòd multiplicatio tribu
7 nalium vel iuriſdictionum non admittatur, ſed de-
bet iuriſdictio exerceri prout fuit conceſſa. gloſſ.
Pariſ.poſt nume.25.titu.primo.§.decimo.tamen,
8 Super hac quæſtione. Opponit.) Ideſt, contra po-
nit, ſeu ex aduerſo ponit. Grammat. in ver.oppo.
9 Vaſallus Quod.] Pro quia. Archidiac.in cap.præ-
sbyteris, in fin.de conſecratio.diſtinct.quarta. Do
minus negat eum eſſe vaſallum, & ideo in ea Cu-
ria.] Ideſt iuriſdictione. Aluarot.in §. ex eadem le-
ge.columna prima.circa finem.de lege Corrad.a-
libi, legati hebræorum introierunt Curiam. 1. Ma
chabeo.capi.octauo. Pares.] Ideſt conuaſallos, qui
feudum tenent ab eodem domino.capit.primo.ſi
de inueſtitu. inter domi.& vaſal. lis oria. Non ha-
bet.) Quia ſi dicit non eſſe vaſallum, fateretur non
habere conuaſſallos, ſicut qui dicit ſe manumiſsũ,
videtur fateri fuiſſe ſeruum, ſi allegat ſe abſolu-
tum, fatetur fuiſſe excommunicatum, petendo re-
ſtitutionem, fatetur de iure communi non poſſe
appellare. Pau.de Caſt.in conſil.283.poſt numer.
10 primo volumine. Item.) Similiter, quaſi iterum,
idem. Gram. in ver.item. Item vaſallus dicit, quòd
prius de ſuo recto feudo.) Cum aliud ſit rectum,
11 & aliud conditionatum. Cam. in §.prætetea duca
tus.car. 96.columna prima. circa medium.de pro-
hib.feud.alienat.per Frede. Debet inueſtiri, quàm
a nemine iudicari, domino reſpondente,) Per cu-
12 ius replicationem tollitur exceptio, ſicut actio
per exceptionem.gloſ. penultim.in l.ſecund. ff. de
exceptio. Quod quidquid inter eos, ſiue de inue-
ſtitura, ſiue de Fidelitate.) Ideſt iuramento quod
præſtatur domino a vaſallo. capitu. primo. quid
præcedere debeat, inueſti.an fideli. Siue de princi-
pali cauſa agendum eſt.) Tam in petitorio, quàm
poſſeſſorio.dixi, ſupra de controuer.feud.apud pa
13 rea ter.nume. 17. in fin. Per ſuam curiam eſt ex-
pediendũ. Sed Laudatum.) Alibi ſic iudicatum.le-
ge ſi. de donati. qui chingatione vel lanechil fiunt.
in Longobard. Sępe ſcio, pares illius Curiæ, ſecun
dum præfatum modum eſſe eligendos priui.] Per

domiuum, & poſtea totidem per vaſallum.dicto
capitu.primo.de controuer. feud. apud pares ter-
mi. Ad quorum ſpectat officium, vt illum prius de
ſuo recto feudo inueſtiri faciant.) Et ſic poſſeſſio
14 prius reſtituitur, quam cauſa principalis decida-
tur. Iſer.hic & in §.illud quoque.nume.70.de pro-
hibita. feud.alienat. per Frede. & in conſtitu.vio-
lentias.poſt medium.de violen. circa poſſeſſio.ad-
mi. Cap. in ver. feudatorum exceptione.columna
prima. poſt medium. Sed fidelitatis iuſiurandum
differatur Donec.) Quæ dictio eſt temporis limi-
tatiua. Zabarel.in clemen.ſecunda.§.illi verò.in 6.
notab.de ætate & qualitat. De principali cauſa co
gnoſcatur. ex illo enim apparebit.) Et iudex ex e-
15 uentu cauſæ æſtimabit. lege prima. C. de his qui
accuſare.non poſſunt, & videtur debere declara-
ri. Pau.de Caſtro in conſi. 258.columna prima.in
fiu.prim, volumine. Verum iurare debeat an non,
16 quod totum, Expeditæ.) Ideſt planę. Grammatic.
in ver.expedite. Quæſtionis eſt. Sed ſi conſtiterit.]
Indefinite Vaſallum aliquid aliud, Præter.] Quæ
17 exponitur contra, & ſtat incluſiue, licet quando-
doque excludat. Archidiaco. in capitu. ſi qui præ-
ter.in princip. vndecima, quæſtio. 3. capitu. cleri-
cus.12.quæſtio.prim.& in capit. ebron. 13.quæ-
ſtio.ſecunda. Id de quo quæritur, ab eodem domi
no tenere pro feudo.] Et ſic dum conſiſtit diffe-
rentia inter vaſallum habentem aliud feudum, de
quo non eſt controuerſia, & eũ qui nõ habet niſi
illud de quo quæritur. Præpoſit.colum. penultim.
circa medium. ibi, quæritur, vſque in fin.intelli-
gitque modis, veritas tamen videtur, quia dum ha
bet aliud eſt vaſallus, & ſucceſſiue habet pares. Et
18 Tunc.] Ea vice. gloſ.in capit.quiſquis.in ver.tunc
de electio.eo caſu.quòd denotat diuerſitatem in-
ter hunc & ſuperiorem caſum.lege, in ſubſtitutio-
ne.in gloſ.penultim.cum additio. in marg.de vul-
ga.& pupilla. Non eſt dubitandum, Quin.] Ideſt,
quod non. gloſ.fina.in lege, vbi abſunt.ff.de tuto.
& curato. datis ab his. Debeat de ſuo recto fecto
19 vaſallus, inueſtituram accipere, & fidelitatem iu-
rare.) Et ſic (pares) ad principalem cauſam petito
rii, accedere. Lege prima. Codice, de aduoca. di-
uer.iudicio.

Declarato textu, impugnatur eius determina-
tio. Et primo nemo militans Deo, debet ſe ſecula-
ribus negotiis implicare ad Timoth.ſecundo.cap.
primo.& cap.ſed nec, ne clerici vel monach. Epi-
ſcopus militat Deo, & dẽt alios monere, ne ſe im-
plicent litibus, ſucceſſiue non debet ipſe litigare,
quia ſi alios docet, & ſeipſum non, blaſphemat, ſi
cut qui prædicat non furandũ, tñ furatur. Roma-
nos 2. Secundò Epiſcopus eſt ſeruus Dei. Vnde
Apoſtolus ad Romanos, capit.prim. & ad Titum.
capitu.prim. vocat ſe ſeruum Ieſu Chriſti, & Sum
mus Pontifex ſeruum ſeruorum Dei in procem.
Decretale, in princip. Seruum autem Dei non o-
portet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, ad
Timoth. ſecundo. ergò idem in Epiſcopo, quia
quod non permittitur inter ſe, nec cum alio.lege,
cum ij.§.ſi vni.in ver.non debet.ff.de tranſaction.
Vltimò lis non debet fieri ex litibus.lege, termina
to. Codice, de fruc. & liti. expenſat. ſucceſſiue, ex
eo quod eſt determinatum non debet naſci iſta a-
lia quæſtio.

His non obſtantibus, determinatur cõtrarium,
& ratio eſt, quia in iſtis clerici non tanquam
clerici,

clerici, ſed vt laici reputantur. lege 3. C. de epiſcô. & clericis.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam clerico licet ſit opprobrium eſſe peritum diſceptatiunum forenſium l. conſulta. Cod. de teſtamen. poſſet tamen cauſam ſuam vel eccleſiæ proſequi. capit. primo. de poſtula.

Non obſtat Secundum, nam Epiſcopi & ſacerdotes, licet non poſſint conſtitui rationales & præſidentes ad diſcutiẽdum rationes officialium, nec rei familiaris curam habere debeant, ſed orationi & prædicationi vacare: tamen contrarium ſeruatur. Lucas in l. milites. col. 2. cir. fi. & 3. in prin. C. de re milita.

Non obſtat Vltimum, nam quandoque ſunt lites ex litibus. Iſer. in §. præterea ſi inter duos. nume. 77. cir. prin. de prohib. feud. aliena. per Fre. &

20 ſic firma remanet concluſio, quòd pares cognoſcunt inter vaſallum & Epiſcopum de inueſtitura feudi. Intellige tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio, vt hic, & tam in cauſa cum Epiſcopo, quàm cum domino temporali. dicto capitu. primo. de controu. feud. apud pares termi. Et habet locum, tam ſi vnus ſit clericus, & alter laicus, quàm ſi vterque clericus. Afflictus in pri. not.

Reſtringe tamen in feudalibus, aliàs clericus non conuenitur coram laico, etiam pro patrimonialibus. Iſern. in §. eccleſiaſticam. nume. 15. de ſtatu. & conſu. contra liber. eccleſ. & procedit quando habet pares, aliàs recurritur ad ordinarium. dicto capitu. primo. de controuer. feud. apud pares termin.

Vltimò procedit, quando antiquitus conſuetudo fuit, illa donari in feudum: ſecus in ijs quæ habet in titulùm eccleſiæ. capitu. primo. Epiſcop. vel Abba.

21 Nota, quòd clericis etiam litigantibus debetur honor & reuerentia. not. in l. omnes. C. de Epiſco. & cleri. & propoſitiones & replicationes quæ inſeruntur, iudicialis exitus moras habet: nam paruo tempore non poſſunt multa præſertim grandia expediri. Lucas in l. quamuis. columna fin. circa medium. C. de decurionib. Sunt tamen quæ fiunt quodammodo coniuncta, vt in eis non ſit ordo prioritatis & poſterioritatis. Afflict. in capit. primo. in ſecundo notab. in fin. poſt num. 14. quo tempore miles.

22 Secundò nota, quòd ſucceſſor Epiſcopi, poteſt ſecure adimplere, quod precellor fecit, nec videtur de nouo facere, ſed potius factum defuncti adimplere. Iacobin. de Ardezan. in dicta Summa, de inueſtitu. prælat. poſt medium, maxime ſi diſpoſuiſſet de rebus proprijs: nam in ipſis tanquàm laici reputantur. Aluarot. hic poſt nume. 4. ſi de rebus eccleſiæ, & tunc aut ſunt penes eum qui inueſtiri debet, & tenetur ipſe & ſucceſſor eius adimplere. Aut ſunt in poſſe eius qui debebat inueſtiri, & moritur antequam adimpleat, & ſucceſſor non tenetur adimplere. Immo ſi eccleſia eſt enormiter læſa, poſſet is qui conceſſit reuocare. Iacobin. de Ardezo. in dicta Summa. Vltimò, ſi duo dicant, habuiſſe feudum ab epiſcopo, poteſtas illius loci cognoſcet. Bald. ſupra, apud quem vel quos. numer. prim. Iſern. in princip. fere vſque ad nume. 1. poſt caſum cum poſitionibus & replicationib. & quid iudex facere debet iuxta textus diſpoſitionem, adeo quòd ſuppletione non indiget, eſt tamen eius lectura deprauata, dum legitur, & vtrũ tenuerit, dic, vtrum valuerit. Ibi, quando cõmiteris. dic, confiteteris. ibi, ſine quæſtio, dic, ſine ſit quæſtio. ibi, ſupra de inueſti, dic, ſi de inueſtitu. ibi, contra quas non erat ſuſpitio, dic, contra quas perſonas non erat ſuſpitio. & eſt ratio, quare magis iurabit, quando eſt vaſallus, quàm quando non, quia præ-
23 ſumptio eſt quòd ſit feudum, quãdo magna pars eorum quæ poſſidet eſt feudum. idem Iſern. in §. cum autem. poſt numer. quint. & in fine. & in §. ſi verò probare. poſt nume. 6. de controuerſ. inueſtitu. & in §. quidam tamen. poſt nume. 3. de controuerſ. inter maſcul. & fœmin. licet Iſern. hic dicat quòd non apparet ratio, & quòd ſileo recipere ſacramentum præiudicat, quia in fauorem domini eſt inductum. Iſer. num. 3. vſque in finem. opponit contra textum: ponit tres opiniones, & duas ſolutiones. Oppoſitio eſt, nam videbatur, quòd non deberet deferri iuramentum, ſed debet dari poſſeſſio ſaltem imaginaria, vel ſi dominus offerebat probationes in promptu debebat audiri per reg. l. ſi is a quo. ff. vt in poſſeſ. lega. & Præpoſitus hic in fine. vnde ſecundum quoſdam videtur hoc. capitu. irrationabile, & ſucceſſiue non debet ſeruari. idem Iſern. ſupra in prælud. in tertia quæſtione, poſt nume. 39. & quòd dominus voluerit ſic deferri ſacramentum. Sed non placet Iſern. quia non reſpõdetur, quatenus dicitur diffiniri cauſam principalem, cum etiam quòd dominus velit agere antequam iuretur, facere renouari inueſtituram prædeceſſoris, & ſi dominus non poſſiderit, obijceret vaſallus in modum contradictionis. lege Papinianus. §. ſi filius. ff. de inofficioſ. teſtament. vel ſecundum alios in poſitione caſus huius capitu. poteſt dici, quod hic interuenerat violentia ex parte Epiſcopi, denegando ſolutionem annuæ præſtationis, quam præceſſor ſoluerat, & ſic deſtituerat Titium a poſſeſſione vel quaſi, delatio autem iuramenti fuit ad petitionem domini. & intelligunt finem huius textus, vt inueſtiatur de alio feudo recto, cum aliud ſit rectum, & aliud conditionatũ. Aluarot. hic, columna prima. in fine. alij habent literam, non a nemine iudicari, ſed quem in crimine iudicari. Petebat enim vaſallus ſe inueſtiri, vel reſtitui ad id quod ſpoliatus erat: dominus dicebat commiſiſſe delictum, per quod erat priuatus feudo, & ſic ponitur deſtitutio per negationem ſolutionis. ſed nec ſatisfacit Iſern. nam ſacramentum quod defertur volente domino, vel cum proteſtatione eſſet ſine ratio. ideo Iſern. dicit, finem huius capit. vbi dicitur debere interim iurare, intelligi de alio feudo, & ſic ceſſaret difficultas: alias vt ex præmiſſis patet, ſequeretur inconueniens, quòd per viam contradictionis probaret dominus, non valere inueſtituram, vel commiſiſſe culpam vnde perditum eſſet feudum, & exemplificando hoc modo quòd violentia interuenerit ex parte domini, non cognoſceret dominus, quia eſſet iudex in cauſa propria, ſed pares. Nam ſi, per alium eſſet facta violentia, cognoſceret ordinarius, ſic puto dixiſſe Iſern. ſed non recedas a declaratione, de qua ſupra.

De vaſallo milite, qui arma bellica depoſuit. Tit. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus, alius miles, & alius burgenſis.*
2 *Arma alia eccleſię, & alia laicorum.*
3 *Militia duplex, cęleſtis & terrena.*
4 *Deponere aliud eſt, & aliud amittere.*

AD RVBRICAM.

1 VAſallus.) Alius burgenſis, de quo Iſer. in c. prim. circa princ. qualiter vaſa. iurare fidelit. & alius miles, vt hic, & exponitur, ideſt feudatarius. Iſern. in capit. tancinius, lo vltimo. in prin. quo tempore miles. qui dicitur miles, etiam quod non ſit. Cap. in ver. feudorum executiones. ibi, ex cauſa iudicati, in ver. an quãdo. vnde, dum dicitur de vaſallo milite, intelligas de eo qui feudum habet. Iſern. in capitu. prim. in princi. de feud. ſine culpa non amitt. Qui
2 arma bellica.] Nam arma quædam ſunt eccleſiæ. not. in capitu. dilecto. de ſenten. excommunic. in 6. alia clericorum. Lucas in rub. C. vt armo. vſus. quędam alia ſecularium, illorum appellatione largo ſumpto vocabulo, veniunt lapides, fuſtes, & ferramenta. Afflict. in §. ſi quis alium. numer. 2. & in §. ſi quis ruſticus. in princ. not. de pace tenen. ad differentiam iſtorum, dicuntur arma bellica. Tanto magis, quia militia eſt triplex: cęleſtis, & iſta eſt
3 clericorum, legalis, aduocatorum. & ęqueſtris, militum. gloſ. prima in l. penultim. ff. de milita. teſtamen. Aluarot. infra in nig. colum. 2. in fine. vel duplex dicitur. ſ. cęleſtis & terrena. addit. ad Odoſfred. in Summa, Quibus modis feud. amit. in verſi. arma, vel litterata quę compræhendit clericos & doctores: & honeſta, ſub qua veniunt milites. Lucas in l. proximos. colum. ſecunda. circa medium. C. de proxim. ſacro. ſcrini. de militia clericali. Archidiaco. in capit. quicumque. in princ. 50. diſtinc.
4 & dicit, Depoſuit, & non amittit, quia maior eſt dignitas cuiuslibet clerici, quàm quælibet militaris. not. in leg. 3. C. de Summa Trinit. & ſi vetera amittit, noua acquirit. Lucas in lege 4. in ſecundo notab. C. de iure fiſci.

SVMMARIVM.

1 *Miles quis, vnde, & quis primo inuenit, qui ſint tirones, & vnde.*
2 *Filij eius qui ingreditur monaſterium, ſuccedunt eidem.*
3 *Intrat quis monaſterium ex pluribus cauſis.*
4 *Seculo renuncians eodem ſe ipſum priuat.*
5 *Deponere, ideſt deorſum ponere, abyciendo arma.*
6 *Habitus triplex, profeſſionis, conuerſionis, & probationis, & in eo conſiſtit maxima vis ordinis.*
7 *Religio eſt Dei cultus, & ſic dicitur, quia per illã religamus animas noſtras ad diuinum cultũ vinculo ſeruiendi.*
8 *Conuerſus & oblatus differunt, quandoque capiuntur promiſcue.*
9 *Donec, tamdiu, & quamdiu, idem important.*
10 *Dominus pratendit ſi feudum eſt nouum, agnatus ſi eſt paternum, per ingreſſum religionis vaſalli.*
11 *Conditionis nomen pluribus modis, hic exponitur: conditio, ideſt ratio.*
12 *Militia clericalis a ſeculari eſt diſtincta, ideo eligendo vnam, videtur alteri renunciare.*
13 *Miles Chriſti ſeruiat Chriſto, miles ſeculi ſeruiat ſeculo.*
14 *Debet, verbum importat neceſſitatem.*
15 *Officium qui non facit, non debet percipere beneficium.*
16 *Miles ſeculi ſi efficitur miles Dei, feudum amittit.*
17 *Magiſterium & præfectura militiæ, eſt Imperatoris.*
81 *Comes effectus clericus, deſinit eſſe Comes.*
61 *Filius ſi viuo patre efficitur monachus, eo mortuo reaſſumendo habitum laicalem, an perdat feudum.*

AD TEXTVM.

1 MIles.] Quia mille annis in vno numero erant, vel quia vnus ex mille electus. Romulus primus ex populo milites ſumpſit, appellauitque tirones, quaſi fortes pueros ad militiam, & in gerendis armis habiles. Archid. in cap. ſi clericatus. 16. quæſt. pri. Qui beneficium tenebat.) Ideſt poſſidebat. l. poſſeſſio quoque. in glo. prim. de acquirend. poſſ. vel magis tenebat quàm poſſidebat, ſicut vſufructuarius vel vſuarius. l. prim. §. quod ait. ff. quorum legat. Cum eſſet ſine liberis.] Nam ſi habe-
2 ret liberos filij ſuccederent. Præpoſitus, hic poſt nume. ſecund. Venerabilem domum.] Alibi oratorij domum. §. ſi quis oratorij domum. Authen. de ſanctiſſ. Epiſcop. intrauit.) Non cauſa orandi,
3 ſed vt monachus vel conuerſus fieret. gloſſ. prim. in §. ſi qua mulier. Authen. de ſanctiſſ. Epiſcop. Et
4 ſeculo renuntiando.] Illo ſe ipſum priuando, cum renunciatio ſit priuatio, & non pactio. Afflict. de eo qui finem fecit agn. in gloſſa prima. numer. 14. & profitendo regulam, obligatur viuere in caſtitate, obedientia, & ſine proprio. Bald. hic poſt nume. ſecund. Arma bellica depoſuit.) Deorſum po-
6 ſuit abijciendo. Grammatic. in ver. deponere. Habitumque.] Qui eſt triplex, profeſſionis, conuer-
6 ſionis, & probationis. Ioan. And. in capitu. 3. num. ſecund. de regularibus. in 6. in quibus maxima vis ordinis conſiſtit. glo. prim. in fin. in capitu. præsby-
7 teros. 16. quęſtio. prima. Religionis.] Quæ eſt Dei cultus. Et ſic dicitur, quia per illam religamus animas noſtras ad diuinum cultum vinculo ſeruiendi. Ioan. And. in princ. nume. 6. dicto tit. de regulari. in 6. Aſſumpſit, & ſic conuerſus factus eſt,) Et
8 eſt is qui ſe obligat ad ſubſtantialia, oblatus verò qui non obligat, ſed habet quędam modum viuendi. Quandoque non fit differentia, ſed capiũtur promiſcue. Zabarel. in clemen. vnic. in ver. nonnulli. in princip. de exceſſi. prælato. & in clement. prim. nume. 5. 6. 7. & 30. circa medium. de deci-
9 mis. Hic Donec.) Tamdiu eſt, quãdiu, quod idem important. Pau. de Ca. in conſi. 462. in prin. prim. vol. Vixerit, feudum tenere conatur, quod domi-

nus]

nus.) Si feudum eſt nouum. Vel agnatus.] Ideſt
9 feudum paternum, Curt.in tract.feud.in 3. parte princip.ibi, expedita igitur prima. nume.32. Sibi pertinere contendit, ſed iudicatum eſt domini vel agnati.) Reddendo ſingula ſingulis.lege, generaliter, In ver. diffinitiua, & in verb. expectata. Codice, de rebus credit. Conditionem.] Ideſt ra-
11 tionem, lic t alibi nomen conditionis, pluribus modis capi[illegible], gloſſa prima, in l. ſocietatem mecum coiſti. ff. pro ſoci[illegible] [illegible]e potiorem, eo quòd deſijt eſſe mi[li]tes ſeculi, qui [fa]ctus eſt miles Chri-
12 ſti.] Nam Epiſcopus & clerici dicuntur cæleſtes milites, & [illegible] militare dicuntur. Abb. in capi. cum ex offi[illegible] nume. 8. de præſcriptionib. militia clericalis a ſecul[ari] eſt diſtincta, ideo eligendo vnam, videtur alte[ram] renunciare. Archidiaco.in cap. ſecundo.poſt princip. 51. diſtin[cti]o, eſt enim ſcri-
13 ptum, miles Chriſti ſeruiat Chriſto, miles ſeculi ſeruiat ſeculo.l.& iure.de feud.& benefi.conſtitu. Imperia.in extraordina. & diſtin.vt per Bald.in l. quiſquis, circa princip. Codice, de epiſcop. & cleri. Nec beneficium pertinet ad eum, qui non Debet.) Quod verbum importat neceſſitatem, vt e-
14 tiam ſi velit, non poſſit ſuccedere. Præpoſitus in §.& quia, nume. 22. de his qui feud. dare poſſunt. Gerere officium.] Nam qui non facit officium, non debet percipere beneficium. Archidiacon.in
15 capit. præter. circa medium. 32. diſtinct. & incipit propter cumutationem ſtatus aliquid non licere, quod prius licuit. nota gloſſa, in capitu. lex. 31. diſtinctione.

Declarato textu, impugnatur eius determinatio. Et primo, argumentãdo a conſequenti deſtructo. l. ſi ego. §. partus. in ver. cauſis. circa finem. de publicia. hic præſupponitur, quòd non retineat, ex quo non poteſt ſeruire. Hoc eſt falſum, nam clerici poſſunt indicere bellum, intereſſe, acclamare capite, pugnare, ſed non occidere. Innocen.in cap. olim cauſa. nume. 8. circa finem. de reſtitu.ſpoliat. Archid.in cap.fin. poſt medium. 36. diſt. Abb.in c. ſicut, & infra, poſt num. 20. de iureiuran. & vaſallus qui tenetur ad operas perſonales, ſi efficitur clericus, honeſtas & non incongruas actiones ordini per ſe præſtabit, alias per ſubſtitutum. Lucas in l. colonos. in prin. C. de agrico. & cenſi. ergo poterit retinere, quia ceſſ[a]nte cauſa ceſſat effectus. l. adigere. §. quamuis, de iure patro. Secundo, eccleſia comparatur filio. Zabar. in clemen. 2. §. verum. poſt nume. 20. de ſepulturis. ſed iſte qui ingreditur religionem, clarum eſt quod ſi haberet filios, illi ſuccederent, vt ſupra, ita & eccleſia. Tertiò eſt verum dicere, eſt ita apud ſeculares, eodem modo erit apud eccleſiam. gloſ. ſecunda. in capit. ſi officii. 59. diſtinctio. apud ſeculares, præſtare dicitur, qui facit alium præſtare. l. ſi quis pro eo. in gl. pri. ff. de fideiuſſo. ita & in eccleſia eo magis, quia eſt cõſultum d[omi]no, nam qui ſeruit in feudo per ſubſtitutum, ami[tti]t feudum, ſi ſubſtitutus committit offenſam, ex quo delinquens priuaretur feudo. Lucas in l. nullus. circa medium. C. de decurioni. Vltimò, feudum datur vt dominum defendat. Iſer. in §. præterea ſi quis infeudatus. in ver. infeudatus. in fin. & in §. firmiter. in princip. de prohib. feud. alienatio. per Fred. eccleſia defendit ſanguinem. not. in capit. nouimus. de verborum ſignificationib. dotes protegit viduarum. capit. nuper. de donatio. inter virum & vxorem, tutrix eſt & curatrix aliarum perſonarum. no. in c. pri. de immu. eccleſ. in 6. ita & poterit dominum defendere, nam quod fieri poteſt inſpicitur. l. in argento. io gl. 2. de auro & arg. leg.

His non obſtantibus, fuit iudicatum contrarium. & ratio eſt, quia nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſecularibus. capi. repræhenſibile. 23. quæſtio. 8. capit. prim. in fi. & cap. ſed nec. ne clerici vel monach. & exemplo Chriſti, debet potius pati ſuum ſanguinem effundi quàm alienum ſpargere, aliàs efficeretur irregularis. Bald. in conſi. 432. nu. 2. volu. nec eſt licitum, niſi pro eccleſia ſua alicui facere fidelitatem. Innocen. in ca. ex diligenti. de ſimonia.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam vocato caſtro cum conſenſu Summi Pontificis proficiſcũtur hoĩes ad caſtra. l. fin. de feud. & benefi. conſti. Imperia. in extraordi. & poteſt dare licentiam clerico pugnandi in bello iuſto citra pœnam irregularitatis. Abb. in cap. 2. nume. 4. de vita & honeſta. clericorum. cum regulariter clerici pugnare non debeant. Archid. in capit. prim. & c. cum a iudæis. 23. queſt. 8. & clericatus officium, reddit clericos inhabiles ad pugnandum. cap. ex multa. §. fin. vbi Abb. de voto & voti redemptio. cap. clericis. nume. 11 ne clerici vel monac. nec in feudis ſeruiunt per ſubſtitutum; hunc caſum inter alios ponit Afflict. in §. ex hoc. num. 6. circ. med. de benef. fœmi. & ideo non retinent vita durante. Aluarot. in cap. clericus. nume. 2. ſi de feud. defunct. milit. controuer. feud.

Non obſtat Secundum, nam eccleſia eſt filius anomolus, & non legitimus & naturalis. Bald. in §. donare. nume. 5. qualit. feud. alienari poſſit, & ſuccedit, ſed non in feudalibus. Innocen. in capitu. in præſentia. poſt nume. 5. de probatio. & Afflict. hic in pri. not.

Non obſtat Tertium, nam clericus accipiendo feudum nouum, poſſet ſeruire per alium, antiquũ verò non poſſet retinere. quia ſi non poteſt ſeruire per ſe, nec per alium. Iacobi. de Ardizo. in Summa, vtrum vaſal. amitta. feud. ſi cleric. effic. poſt medium.

Vltimum non obſtat, nam eccleſia eſt peioris conditionis quam priuatus, quando agitur de præiudicio tertii. Iſe[r]n. in §. inde poteſt. in fine. & ibi Afflict. nume. 4. de alienat. feud. vnde effectus clericus, habeat conditionem quam elegit. leg. ſecunda. C. de tabula ſcrib. logogra. feudum verò habebit agnatus vel dominus, vt hic, vbi Aluarot. poſt nume. 5. Et ſic firma remanet concluſio, quòd mi-
16 les ſecu[li], ſi [e]fficitur miles Dei feudum amittit. Intelli[g]e, tam ſi ſit clericus ſecularis, quàm regularis. Aluarot. in dicto capit. qui clericus. num. pri. ſi de feud. defunct. milit. controu. fue. in §. ex hoc. nume. prim. de benefi. fœmi. tam ſi ſit monachus, quàm conuerſus. idem Aluarot. hic, nume. ſecun. vſque ad 3. & Præpoſit. in fine. qui etiam ponit differentiam inter monachum & cõuerſum. Cap. in verb. feuda amittuntur. ibi, quadrageſimoſecundo. in princ. & habet locum, etiam quod religionem apoſtatando reliquerit re non integra, nam non recuperat feudum. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 7. §. 14. ibi, religioſ. circa medium. & in fin. §. poſt nume. 5. Iacobi. de Ardizo. in dicta Summa, vtrum vaſa. amitta. feud. ſi cleric. effic. & Iſern. hic. nu. pri. in fin. & non ſolum ſi eſt mona-

chus, verumetiam ſi eſt canonicus regularis.gloſſa prima. in leg. de quibus. ff. de legib.quia conſuetudo feudalis diſponens, quòd non ſuccedat monachus, habet locum in canonico regulari, vel ſimili inhabilitato. Pau.de Ca.in conſi.261.nu.3. in pri.pri.vol.nec habet vitam & militiam. Afflict. in d.c.qui clericus.nu.2.& poſt. Minadoes in conſti.alicui.car.17.idem econtra, ſi clericus efficeretur miles vel ioculator, ſtatim amittit eccleſiam, & illã poſſet Epiſcopus, ſi conſtiterit alteri conferre.gl. 2.in cap.fin. de cleri.non reſiden.& non ſolum in milite, verumetiam Rex, Imperator vel Papa, ſi deſinit eſſe talis, non tranſit ius regni ad monaſterium, ſed ad ſucceſſores ſanguinis.gloſ. prim.in c. ſcripſit.27.quæſt.2.Cap.in ver.feudatarij habiles. ibi, ſi Rex. Iacob. in ver. & vnus ex dictis vaſal.in fi. vel ſi efficiatur clericus. Ludo.de Molin.de Hiſpa.primogen.lib.pri.c.14.poſt num. 96.& debet renunciare in manibus domini, in cuius electione erit admittere vel non, huiuſmodi renunciationem. Afflict.in conſtit.errores.in 5.notab.& num. 5.de his qui debent accedere ad ordi.cleri. Iaco.in ver. & cum pacto de non alienando.nume. 34.& ſic Rex ſiue Baro poteſt promoueri ad clericatũ, & miles Dei nõ eſt incapax militiæ ſecularis. Quãdo perdit priuilegium clericale, & quando non eſt, inter cle. an poſſit cogi ad deferendũ tonſurã. c.fi.& ibi, Ab.de cle.coniug. Intellige tamen in eo qui cępit ordines ſacros, ſecus ſi cępiſſet quatuor ordines minores, nam tunc poteſt, per viam reſtitutionis feudum recuperare. Bal. in d.c. qui clericus.nume.2.Iacob.in ver.dictique vaſalli. nu.40. & 41. item non procederet in cruciferis, qui licet ſint regulares, tamẽ ꝙ militant Deo in armata militia contra infideles, ſunt capaces feudi, ex quo non deponunt arma bellica, ſed commutant in meliorem militiam. Bald.in conſi. 170.num. 2. 2.volum. Aluarot.hic.nume.9. & Præpoſit. circ.fin.& habet locum in eo, qui conuertitur ad eccleſiam regularium, ſecus ſi ad eccleſiam ſecularium, nam tunc non intelligitur vouere continentiam, renunciare proprijs, nec offerre futura, cum poſſit etiã ducere vxorem. Archid.in cap. vt lex.27.quæſtio. prim. item procedit in eo qui habuit feudum per ſucceſſionem, ſecus ſi effectus clericus habuit per inueſtituram, nam poſſet. Afflict. de cleri. qui inueſtit. fecit in prim.notab. ſunt enim diuerſa, clericum ſuccedere in feudo ſeculari, vel de nouo recipere. Iaſ.in repet. feud.in princi.nume. 120.in fin. item non procedit in monacho, qui eſt effectus Comes ex diſpenſatione Papæ, nam ſuccederet in feudo quod ei aperitur. Bald. in conſi.275.nume. 7.ſecundo volum. ſicut Epiſcopus & comes. Abb. in cap.inter dilectos. poſt num. 2. & 5.de fide inſtrum.& iure quodammodo poſtliminij recuperat feudum. Freci.de Subfeud.lib.2. ibi, tertia authoritas. nume.25. item niſi haberet iuriſdictionem temporalem, nam tunc poſſet indiſtincte arma ſumere pro defenſione ſua & ſuorum: aliàs nõ niſi ad defenſionem, vel hortando. Ioan. And.in capit.delicto.num. prim. circa finem. de pœnis.& remiſſi. in 6.& ſic poteſt intereſſe bello iuſto, ad quid & quomodo, Specul.in titu. de diſpenſationibus, §.quarto.poſt nume. 55.56.57.& 58.non tamen vt ſit Princeps vel capitaneus belli. Abb.in capit.penulti.num.16.ante & poſt.ne clerici vel monach. & habet locum quando mutauit habitum cum voluntate domini, aliàs occaſione ſeruitij ad quod tenebatur, potuiſſet impediri a domino quin clericus efficeretur. Cap.in d. ver.feuda amittuntur.ibi, quadrageſimoſecundo.in fin. & patet, quia reuocatur ad curiam, qui ea relicta militauerit.lege, qui derelicta. Codic.de decurioni.lib.vndecimo.& tranſeunt feudalia ſicut, & emphyteotica in monaſterium, ſi ſeruitia ſunt talia quę poſſunt exhiberi per monaſterium vel alium. Innocen. in capitu.in præſentia.poſt nume. 5. de probatio. Archidiaco. in capit.ſi qua. circa finem.19.quæſtio.tertia. Abb. in dicto capitu. in præſentia.nume.69.& intellige in feudo irregulari, ſecus in proprio & regulari. Cur.in tracta.feud.in tertia par. princi.ibi, expedita igitur prima. nume.23. nec in cenſuali, quia tranſit ad monaſterium cum ſuo onere. Bal. in capit.quæ in eccleſiarum.nume.11.de conſtitu. vel diſtingue, vt per eundem.in cap.cum in magiſtrum, poſt num.2.de electio. Bar. in Auth.ingreſſi.nu.44.C.de ſacroſan. eccl.§.pri.num.10.Auth. de aliena.& emphy.

Nota quòd monachus non ſuccedit in feudo: ita poſt multa pro contra, Caſſan.in conſuetu. Burgund. vbi ponit.11.limita.rub.3.§.quinta.ibi, excepte les religiux Cur. in ſuo tracta. feud.in tertia par.princip.ibi, expedita igitur pri. in 10.quæſtio. numer. 13. nam per monachatum quis deſinit eſſe miles ſeculi, Bald. hic, numer. ſecund. & licet gloſ. dicat eſſe caſum nouum, pro quo debeat princeps conſuli, in lege, humanum.gloſſ. ſecunda.in lege prima. Codice, de legi.dic, ſi feudum præſtat ſeruitium reale ſuccedit, ſecus ſi pro eo præſtatur fidelitas, vel debetur adoha. Afflict. in dict.conſtitu.errores.nume.quart. & ita fuiſſe iudicatum dicit Cap. in dict. verſi. feudatarij habiles, ibi, clericus, an ſuccedat. Iſto modo nihil intereſt, vtrum per filios, an per generos commoditatibus ciuiũ conſulatur. lege tertia.circa finem.capitu.de natura.libi.§.ſi verò ab initio. Authenti. quibus modis natur. effic. ſui. & ſeruus effectus clericus, per alios, impoſitam agriculturam adimplet.§.ſi ſerua ſciente. & ibi gloſſa vltima. Authen.de ſanctiſ. Epiſcop.& curialis effectus clericus, per ſubſtitutas perſonas pecuniaria munera complet, a corporalibus autem liber ſeruatur.§.ſed neque. dicto titu. de ſanctiſ. Epiſcop. & ſuccedit vt alios hortetur, vel vt per ſubſtitutum ſeruiet. Iacobi.in verſi. & quibuſcumque. nume. quart. idem in maioratu. Ludouic.de Molin.vbi ſupra. libro primo.capitu. decimotertio.nume.68.vnde, Papa ſi tempore quo moriatur Comes, frater, reperitur in Papatu, comitatus nõ acquiritur eccleſiæ, ſed erit ſuus. Bald. in dicto conſi. 275. nume.8. ſecundo volumine. Iacobin. in ver.dux. ibi, quid ſi Rex.nume. prim.tangit Cap. vbi ſupra in ver. feudatarij habiles.col.fin.ibi, & de Papa, Corſetus, qui etiam & de Cardinali, in additio.ad Abb. in reperto, in ver. feudatarius. filius Regis Ducis, vel Marchionis ſi ingreditur monaſterium, & pater moritur ſine hærede, Regnum vel Ducatus acquiritur monaſterio, ſed de facto non ſeruatur. Speculator. in titu.de ſtatu monacho. numero decimoquinto. ſi vnicus peccat, & non meretur, ſed Papa poteſt diſpenſare, ne regnum pereat. Bald. in l. ſi pater.in tertia repetitio. §. in arrogationibus, & in lege, ſi tibi, filius. in prima repetitione. in fine. de adoptionibus.

Nota

Nota etiam, quòd magiſterium & præfectura militiæ eſt Imperatoris. Authen. vt ordinariæ præfecturæ. poſt prin. & ideo non placet tela in vſum vomeris ligoniſque conuertere. l. fi. C. de mancip. & colo. patrim. lib. 11. vnde valet cõſuetudo, quòd ingrediens monaſterium non ſuccedat. Caſſan. in conſue. Burg. rub. 7. §. 14. in prin.

28 Vltimò nota, quòd Comes, quàm primum efficitur clericus, deſinit eſſe comes. glo. pri. in cap. præſens. 20. quæſtio. 3. quia non poteſt militare etiam contra ſaracenos. cap. pen. de homicidio. c. ex multa. de voto. poteſt tamen de nouo acquirere per inueſtituram. Afflict. hic num. 9. & Aluar. nume. 11. dummodo ſciat dominus ipſum eſſe clericum. Alex. in conſi. 10. num. 17. 5. vol. & tunc cauſam ſanguinis exercebit per alium. glo. fin. in cap. eos. 20. quæſt. 3. & inueſtiendo cenſetur in hoc diſpenſare. Afflict. in dicto cap. qui clericus. num. 4. & licet nõ habeat in actu, retinebit in habitu. glo. mag. in ſimi. in capit. beneficium. circa fin. de regulari. & tranſe. ad relig. in 6. nam clericatus officium, etiam quòd eos reddat inhabiles ad pugnandum, poſſunt eſſe concilio ſtrenui, aut adeo diuites, vt expenſis ſuis aliquos ſecum ducere valeãt bellatores. dicto c. ex multa. §. fin. de voto & voti redẽ. conſueuerunt cõciliis proprijs adiuuare adminiſtratores. l. velut. C. de aſſeſſo. clamando eſſe bonos ſicut quoslibet. Authen. de referendarijs. in verb. in paucis hortari ad pacem. Bald. in §. fin. poſt nume. pri. de pace tenen. & dare milites principi pro feudo. glo. pri. in fin. in capit. pri. 23. quæſt. 8. intereſſe & alios ad pugnam iſtam hortari, vt ibi. & glo. pen. in cap. ſi ſciſcitaris. 7. quæſt. pri. licet hoc poſſit intelligi, quando propria eccleſia vel patria impugnatur. glo. fin. in cap. quicumque. 23. quæſt. 8. Abbas in cap. fin. poſt nu. 8. de dilationibus. Nam Lucas in dicta rub. cir. fin. C. vt armorum vſus. dicit quòd licet hortari laicos ad arma, nec mouere arma corporalia, etiam contra hoſtes: quia lachrymæ & orationes ſunt arma ipſorum. c. porro. in ver. arma. 16. quæſt. 3.

Iſern. declarat textum, & exemplificando remittit ſe ad glo. fin. de feu. fœmi. quatuor modis intelligit Præpo. col. pri. poſt med.

29 Quid ergo ſi filius viuo patre eſt clericus, deinde eo mortuo ſtatim reaſſumit habitum laicalem, an retinet feudum. Iſer. & Præpo. hic, nume. 4. tenent quòd nõ, niſi permaneret in clericatu, in quo erat: quia tunc intelligitur velle perſiſtere, vel ſi re integra nondum mota quæſtione de feudo, clericatum dimittit, poteſt feudum retinere. Iaco. de Ardizo. in dicta Sum. vtrum vaſa. ami. feu. ſi cleri. efficia. Afflict. in dicto cap. qui clericus. poſt num. 10. 11. & Aluar. hic nu. 7. vbi ponit limitat. cum Iſern. hic tranſit Lucas in l. nullus, la vltima. circa fin. C. de decurio. & in l. nulli. col. pri. circa finem. de numera. & facit, nam intrans religionem ante decimumquartum annum, cum venit ad annos diſcretionis, poteſt dimittere habitum, & bona paterna poſtulare. not. in capit. cum ſeruus. de regulari. & ſi diſpoſuit de bonis infra annum profeſſionis, videtur donare cauſa mortis, adeo quòd nõ ſecuta profeſſione reuocatur. Deci. in conſi. 86. colum. 4. cir. finem. poſt nume. 5. beneficium durante anno profeſſionis non vacat, niſi ingreſſus declarauerit animum intrandi profeſſionem; & ſi non declarauit, conſeruantur fructus, conſtituto vicario. not. in d. cap. beneficium. de regula. in 6. & regreſſus repetit beneficia. glo. fin. in cap. pri. 17. quæſt. 2. nam ante nouitiatum, dicitur religioſus commutabiliter. Io. And. in cap. religioſo. poſt princ. de pœniten. & remiſſ. in 6. & ſucceſſiue beneficium eius qui eſt infra annum profeſſionis, non poteſt alteri conferri. Paul. de Caſt. in conſi. 433. nume. 4. pri. vol. ſubſtitutio non expirat per ingreſſum ſubſtituti in religionem fratrum Minorum, ſed vt admittatur, mors eſt expectanda ingreſſi. Bald. in conſi. 280. pri. vol. in tantum quòd monialis egreſſa de monaſterio, in quo nõ erat profeſſa, nec vouerat paupertatem, recuperat feudum, & tanquam in capillo cæteris nuptis præfertur. Cap. in deciſ. 115. in vlti. dubio. Immo & fortius, tranſiret ad eccleſiam, durante vita ingreſſi & profeſſi. Alex. in dicto conſi. 10. 5. vol. ſicut emphiteoſis & libellus. glo. pen. circa fi. cum addi. ad eam. in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. Aluar. in d. c. qui clericus. nume. 5. Bald. hic in princ. & in dicto cap. pri. nume. 3. de bene. fœmi. ſaltem quando poſſident in communi. gloſ. in extrauag. Io. c. antiquæ. in ver. abdicationem. de voto & voti redẽ. & eius fratres ſunt capaces, & poſſunt acquirere, vt fratres ordinis ſancti Auguſtini. Bald. in conſi. 332. in prin. pri. vol. & acquirit fructus ſicut clericus, ſi de licentia ſui prælati intrauit religionẽ, durante probatione habebit fructus ſui beneficij, & poſſit reuerti ſi velit. Archid. in c. deſponſatam. 27. quæſt. 2. Sed videtur quòd non recuperet, etiam quòd deſinat eſſe clericus. Bart. in §. ſed neque. nu. 4. Authen. de ſancti. Epiſco. & ſecundum Iſer. hic, amittit etiam quod exeat infra annum profeſſionis, ſed non firmat. Cur. vbi ſupra, ibi, expedita igitur. nume. 21. circa fin. Diſtin. tamen, vt per Archi. in cap. pri. 17. quæſt. 4. & ſi amittit ad quem deuoluitur. Aluar. in §. fin. nume. 33. quæ ſit prima cau. bene. amit. & in §. ex hoc. nume. 4. d. tit. de bene. fœmi. ſuccedit monaſterium ſi habet ſeruitium reale. Afflict. in deciſ. 265. poſt nume. 37. & 320. nu. a. aliàs non licet monachis diſcurrere per curias Principum. Zabar. in clem. pri. in ver. quia vero. in 5. not. de ſtatu monacho. nec ſe curijs immiſcere. Idem Zaba. in clem. pri. §. amplius. de ver. ſignifi.

An clericus poſſit eſſe Præpoſitus in bello. Inn. in c. pen. nu. 2. ne cleri. vel mona. & ſi propter hoc efficitur irregularis, diſt. vt per eundem in cap. pen. de homi. & in c. quod in dubiis. de pœnis. Et Epiſcopus ſi habet feudum vel iuriſdictionem, iudicatur vt laicus, & ab eo appellatur ad dominũ. Fre. de formu. inueſtir. ibi, differentiæ inter feuda regalia. verſi. quinquageſimatertia. etiam quia poſſunt Principes prælatis Eccleſiarum cauſas criminales committere, & omnia demandare, præter vltimum ſupplicium & vindictam corporalem. Inno. in cap. in Archiepiſcopatu. de rapto. Et ſunt quædam religiones ordinatæ ad militiam & hoſpitalitatem, in quibus ad perfectionem requiruntur diuitiæ. Zab. in clem. pri. nu. 14. de regulari.

Quid econtra, ſi dominus ingreditur religionem. Bald. in cap. quę in eccleſiarum. nume. 10. de conſtitutio.

Quid ſi ſunt tres fratres, & vnus ingrediendo religionem, partem feudi alteri donat, an vterq; vel donatarius tantum partem donatam cõſequatur? quòd vterque, tenet Bald. & Afflict. in cap. pri. nu. 30. de aliena. feu. pater.

Non omitto, quòd iſtud. c. eſt fundatum in ratione naturali & inconuicibili, nec eſt contra libertatem

tatem eccleſiæ, quia eccleſia debet iuſtitiam colere. Bald. in dicto cap. quæ in eccleſiarum. nume. 9. in fi. nam arma prohibentur clericis ſimpliciter, alijs ad alterius iniuriam. Zabar. in clem. vni. in ver. præſentatos. in 14. not. de exceſſ. prælator. & eccleſia corporalia neſcit arma. Archidiac. in cap. conuenior. circa medium. 23. quæſt. 8. vnde beneficium, facto proprio amittit, ſe ad vitam oppoſitam conuertendo. Archid. in cap. placuit. circa finem. 32. diſtinct. poſſint tamen hortari fideles, quòd defendant eccleſiam. Archid. in c. quicumque. 23. quæſt. 8. ſicut Papa vadit ad hortandum exercitum congregandum. Idem Archidiac. in cap. igitur. ea. cau. & quæſt.

De milite vaſallo, qui contumax eſt. Tit. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus eſt, qui iurat fidelitatem ratione feudi.*
2 *Contumax eſt qui debet parere, & non paret: & vnde deriuatur.*
3 *Contumatia non eſt, niſi contemptus: & eſt triplex. & contrahitur multis modis.*
4 *Contumatia punitur ſecundum maius & minus.*

AD RVBRICAM.

1 VAſallus] appellatur, qui iurat fidelitatem ratione feudi, ſecus ſi iurat ratione iuriſdictionis, vt prælati. Bald. in rub. num. 15. de iudicijs. de iſto vaſallo, quando eſt contumax tractatur. Eſt autem
2 Contumax, qui debet parere, & non paret. glo. pri. in cap. prout. de dolo & contu. & deriuatur à, contumeo, quod cōponitur, à cum, vel con, & tumeo: quod ſignificat inflare, & ſuperbire. Inde ſuperbus, iniurioſus, vel repugnans. Zaba. in clemen. vni. col. 7. de dolo & contu. & proprie eſt contemptus ſuperioris per inferiorem: à tumendo, dictus. Lucas in l. 2. circa medium. C. de execoctio. & translatio. mili. anno. contemnit enim præſentiam ſui facere.
3 l. contumacia. ff. de re iudic. vnde contumacia non eſt niſi contemptus. Archidiac. in cap. Epiſcopi. in princ. 11. quæſt. 3. contemnere eſt aſpernare, non curare: inde contumax, quaſi contemnax, & à contumendo eſt contumax. Idem Archid. in cap. petimus. ea. cau. quæſtio. pri. Et eſt duplex, verus, & fictus. Aluar. in l. a in nigro. col. pri. in fin. Zaba. in d. clemen. vni. nume. 1.. 14. & poſt, de dolo & contum. & contumacia eſt triplex, euidens, vera, & ficta. glo. mag. poſt prin. in d. clemen. vni. de dolo & contum. Eſt autem euidens, quando inuentus executori declarat nolle venire ad iudicem. l. properandum. §. & ſi quidem. in ver. inuenta. C. de iudiciis. & fuit in eius poteſtate venire, vel non. l. ex conſenſu. §. fin. ff. de appella. Vera vel expreſſa eſt, quando non executori, ſed alteri, ſe dixit nolle venire; ficta vel præſumpta inducitur per abſentiam poſt tres denuntiationes. l. ea quæ. & l. conſentaneum. in verb. contumacia. C. quomodo & quando iudex. & contrahitur multis modis. Ioan. And. in cap. cum contumacia. nū. pri. de hæreticis. in 6. punitur, vt. l. ſi tutor. ff. de co odi. cau. data, ſecundum maius & minus. Archid. in capit. non ita. in fin. 2. quæſt. 6. quia eſt delictum. l. ſi filius. in glo. 2. circa prin. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interroga. actio. & peccatum mortale. Archid. in cap. pri. poſt princ. 4. quæſt. pri. propterea ſuſpenditur ab officio & beneficio. Idē Archid. in cap. quiſquis. circa medi. ea. cau. quæſt. 5. & in caſu noſtro amittit poſſeſſionem feudi. vt infra in textu.

SVMMARIVM.

1 *Dominus, eſt verbum æquiuocum. vnde deriuatur: & quot modis accipitur.*
2 *Vocatio alia fit verbo: alia re & verbo.*
3 *Miles, ideſt vaſallus.*
4 *Occaſio non omnis ſufficit ad amiſſionem feudi.*
5 *Paruipendere videtur, non reſpondens.*
6 *Vaſallus vocatur ad curiam trina citatione.*
7 *Contumax, elapſo anno priuatur poſſeſſione feudi.*
8 *Verba, hoc ipſo, eo ipſo, ſine alio hominis adminiculo intelliguntur.*
9 *Poſſeſſio reſtituitur vnà cum fructibus, ſi contumax venerit infra annum.*
10 *Lombarda, ideſt in libro qui dicitur Lombarda.*
11 *Forſan, eſt nota dubitationis.*
12 *Malo ordine fieri dicitur, quando dominus non ſeruato iuris ordine, ſine aliqua ſententia vaſallum ſpoliat.*
13 *Perperam, ideſt petulanter.*
14 *Curia debet vocari vbicumque elegerit dominus intra territorium ſuum.*
15 *Iudex debet hortari dominum, vt ſeruet pacta.*
16 *Vaſallus debet agere actione in factum, verbis quātum fieri poteſt temperatis & honeſtis.*
17 *Competenter cogere, ideſt cogi facere.*
18 *Iudicium capitur pluribus modis: hic pro diſcretione.*
19 *Licet, ideſt decet.*
20 *Tunc, eſt aduerbium temporis præteriti, & futuri.*
21 *Poteſtas multa ſignificat.*
22 *Repræſaliæ dantur in defectu iudicis, ſicut plerumque fit in Lombardia.*
23 *Citatus ter, ſi non comparet, amittit poſſeſſionem feudi, & dominus ter monitus. ſi minus legitime captam poſſeſſionem non reſtituit, compellitur per maiorem poteſtatem.*
24 *Contumaciæ pœna præſtatur.*
25 *Contumacia non parendi, & alia non reſtituendi, non probandi, non agendi, & non appellandi, & ſimilia.*
26 *Vaſallus ſi authoritate conſuetudinis deprædatur dominum, non tenetur.*
27 *Pares ſunt curia, & non parietes loci.*
28 *Locus iudicij attenditur in ordine procedendi.*
29 *Citatus, ſi ignorat, excuſatur à contumacia.*
30 *Citatio in dubio præſumitur legitima.*
31 *Citatio quomodo fit.*
32 *Iudiciorum dilatio, habet nonnullas moras.*
33 *Litigare non licet cum ſuo prælato, ſine licentia.*
34 *Interdictum, unde vi, datur contra tertium poſſeſſorem.*
35 *Spoliatus agit ad intereſſe, contra ſpoliatorem, etiā quòd tertius poſſideat.*
36 *Duo ſi concurrunt, quorū vnum prodeſt, aliud non, quid præualeat.*
37 *Doctor vulgi more loquitur, vt ambiguitates, & obſcu-*

obſcuritates euitet.
Iuſtitiæ laudes. eo. ad finem.
38 *Rex requiſitus pro iuſtitia, ſi denegat, non priuatur regno.*
39 *Repraſſalias paſſus pro particulari, habet regreſſum contra illum.*

AD TEXTVM.

1 DOminus.) Eſt verbum æquiuocum, ſi
cut dicas domus. Soc. in cōſi. 102. nu.
8. 3. vol. vnde interdum is cui nullo
iure ſubiecti ſumus, dominus hono-
ris gratia appellatur. Pau. de Caſt. in
conſi. 314. nume. 3. poſt prin. pri. volum. large ve-
nit bonæ fidei emptor, emphiteota, vel ſuperficia-
rius. Azo in Summa. C. de ſerui. & aqua. nume. 10.
& ſi non dicitur, rei vel ſundi, eius appellatione ve
nit vſufructuarius. glo. Pariſi. pri. titu. pri. §. pri. poſt
num. 7. & per deriuationem dominus dicitur, quia
domus præeſt, vel quaſi dans minas. Archi. in cap.
omnibus. 24. quæſt. pri. hic capitur pro eo qui ha-
bet omnem iuriſdictionem in terra. Fre. de ſubfeu.
lib. 2. ibi, ſecunda authoritas. nume. 21. poſt medi.
2 Hic, Vocat.) Verbo tantum intellige, vel re & ver-
bo. glo. fin. in l. ſed & ſi. ff. de in ius voca. Militem.]
3 Ideſt vaſallum. Præpoſi. hic in prin. Qui ab eo ſeu-
dum poſſidebat.] Ex quo dedit: nam dictio, ab, de-
notat cauſam efficientem. Caſſan. in conſue. Burg.
rubr. 13. §. 4. ibi, des laſaint, michel. ou. 2. Dicendo
eum in culpam incidiſſe.] Notabilem & egregiam:
4 nā non omnis occaſio ſufficit ad amiſſionem feu-
di. infra, Quibus mod. ſeu. ami. Sed talem intellige,
per quam feudum amittere debet: hic miles non re
5 ſpondet.) Et non reſpondendo videtur paruipen-
dere. Afflict. ex quibus cau. feu. amit. in prin. nume.
2. in fin. Quæritur quid faciendum ſit domino? Re
ſpondeo Eum.) Scilicet vaſallum. Ad curiam.) Id-
eſt, pares curiæ. Præpoſit. hic poſt nume. 2. vocari
debere: & ſi non venerit, iterum eum debere voca
ri vſque in ſpatio tertio ſeptem, vel decem dierum,
arbitrio eiuſdem curiæ terminando.) Cum termi-
nus ſit arbitrarius. Zaba. in clemen. pri. in 4. not. de
6 vita & honeſta. cleric. & ſic vocatur vaſallus ad cu-
riam, trina citatione, per interuallum ſeptem, vel
decem dierum, arbitrio curiæ. Hoſtienſ. in Sum. de
feudis. col. pen. poſt princ. & vbicunque in materia
odioſa, ius requirit trinam monitionem, non ſuffi-
cit vna etiam peremptoria. Abb. in cap. 2. in fin. ne
cleri. vel mona. fit ſolemniter cum interuallo tem-
poris. Aluar. hic nume. 13. col. 4. cir. princ. & §. fin.
colum. 3. circa medium. ſecundum loci diſtantiam.
Afflict. in §. fin. in quadrageſima ſecunda cauſ. qui
bus modis feud. ami. & fit ter, quia tractatur de gra
ui præiudicio. Bal. in conſi. 214. nume. 2. 3. volum.
nam ſi nō venit, amittit poſſeſſionem feudi, vt hic.
7 ex quo debitam ſuperioritatem, quam habet domi
nus ex natura feudorum. clem. paſtoralis. poſt me-
dium. de ſent. & re iud. videtur contemnere: & pro
pterea mulcta pro iuriſdictione iudicis dānabitur.
l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. & dominus in
poſſeſſione mittitur, quam ſi intra annum venerit
vaſallus, recuperat. Hoſtienſ. vbi ſup. de feudis. col.
pen. poſt prin. Quod ſi Neque.) Quæ eſt dictio co
pulatiua. Bart. in l. quidam teſtamento. nume. 2. de
vulga. & pupilla. Venerit ad tertiam vocationem.]
Et ſic vnum peremptorium non ſufficeret. Zabar.
in clem. pri. in 3. not. de vita & honeſt. cler. nec vna
citatio, niſi vaſallus eſſet tirannus vel terribilis. Præ
poſi. hic poſt nume. 2. Hoc ipſo.) Ideſt, eo ipſo, ſi-
ne alio hominis adminiculo. Ioan. And. in cap. pri.
poſt nume. pri. de ſepulturis. in 6. Feudum.) Ideſt,
feudi poſſeſſionem. Iſern. hic, num. 5. in prin. Amit
tat: & ideo debet curia dominum mittere in poſſeſ
ſionem. ſed ſi intra annum venerit, reſtituitur ei
poſſeſſio.] Et ſic citatus, ſi intra annum à die vlti-
mæ citationis non comparet, mittitur dominus in
poſſeſſione rei quæ petitur. Si venit infra annum,
recuperat, ſolutis expenſis: Si non venit infra an-
num, efficitur de poſſeſſore petitor. In regno ſe-
queſtratur iuriſdictio; ſi eſt iudex, amittit iudica-
turam. Odofred. in Sum. cum addi. ad eum. Quid
faciendum ſit, ſi citatus intra annum compareat.
Dic quòd reſtituitur poſſeſſio, vnà cum fructibus,
refectis expenſis per eum vel colonum factis gra-
tia quærendorum fructuum. Quid ſi collegit fru-
ctus immaturos? attenditur conſuetudo loci: vel in
vſus proprios conuertit. & quod poſſit dominus
reficere & neceſſaria reparare. glo. Pari. 8. titu. pri.
§. prim. nume. 24. & §. 38. per tot. Alioqnin benefi
cium & poſſeſſionem amittit.) Nam creſcente con
tumacia, creſcere debet & pœna. Archid. in cap. ſi.
21. quæſtio. 4. & elapſo anno, amittit dominium,
quia aliud eſt feudum, aliud poſſeſſio feudi. Aluar.
hic colum. 3. & Præpoſi. poſt nume. 2. Vt in Lom-
barda.] Ideſt in libro qui dicitur Lombarda. Innoc.
in cap. Rainutius. cir. princ. de teſtam. & de hac Ar-
chid. in capit. paruuli. 2. quæſt. 5. inde leges vulga-
res, ideſt Longobardæ. Idem Archi. in cap. omnes.
2. quæſt. 2. quia vulgaribus verbis ſunt compoſitę.
cap. cum deuotiſſimam. 12. quæſt. 2. De his qui ad
palatium venire contempſerint. l. ſi cuiuſcunque.)
Et per totum. Si verò vaſallus conqueritur de do-
mino.] Quod poteſt cum quadam honeſtate ver-
borum. l. 2. iuncta glo. pri. & l. nam & his. §. fina. ff.
de inoffi. teſtam. cum debeatur honor, etiam quod
pro alio compareat. l. licet. ff. de obſequiis à liber.
patro. præſta. & excipere poteſt, licet non agere. l.
falſi. C. de falſis. Forſan.) Quæ eſt nota dubitatio-
11 nis. Zab. in clemen. ne Romani. §. ſane. in ver. eo ta-
men. in princ. de electio. in clem. paſtoralis. in ver.
denique. in prin. de ſent. & re iudi. & eſt tempera-
mentum, quia in veritate non excuſatur. Archidia.
in cap. habent. 13. quæſt. 2. Quia feudum malo or
12 dine intrauit,) Dicitur autem fieri malo ordine,
quando dominus non ſeruato iuris ordine, ſine ali
qua ſententia vaſallum ſpoliauit. Afflict. hic in 14.
not. nume. 18. alibi malo modo, ideſt ſine iuſta cau
ſa. Iſern. in §. rurſus. poſt nume. 26. quibus modis
feud. ami. malo modo vtentes, ideſt abutentes. cap.
nonnulli. vbi gloſ. pri. de reſcriptis. malo modo fa-
ciunt qui non rite & recte faciunt. cap. fin. cum ibi
not. de coniugio ſeruo. faciunt indebito modo gra
tiam. glo. in cap. pri. in ver. gratiam. circa finem. de
collu. detege. Ber. in cap. 2. de cleri. percuſſo. malo
more. l. at qui natura. in fi. pri. de negoc. geſt. l. iſti
quidem. ff. de eo quod metus cau. & malo more fie
ri dicitur, quod fit ſine iudice & ordine iudiciario.
Iſern. in §. illud quoque præcipimus. poſt nu. 70. de
prohi. ſeu. alien. per Fre. & iudex dicit condemna-
re malo modo, ſi condemnat quos non debuit cō
demnare. Idem Iſern. in §. homicidium. in ver. iudi
cis. de pace iuram. firma. de hoc conquæritur ua-
ſallus,

13 ſallus, Domino perperam.] Ideſt petulanter. Grã-
ma. in ver. perperam. Reſpondente, quid vaſallo fa
ciendum ſit quæritur. Reſpondeo, cum curiam de-
bere vocare.) Ideſt pares curiæ, cum pares ſint cu-
ria, & non parietes: ſicut dicebat Archiepiſcopus
Moyſes: ſicut in vniuerſitate & eccleſia. l. ſicut. §.
pri. in glo. ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. Iſern. hic
in prin. Et in eadem curia.) Ipſius vaſalli. Odoffre.
in Summ. qui poſſunt & debent de feud. cogno. &
pronu. poſt num. 9. De domino conquæri.) Aliàs
ſi dominus conquæreretur de vaſallo, ipſe ſederet
cum paribus quando iudicant. Iacobi. in ver. & di-
cti vaſalli pro dictis rebus. num. 28. hic autem, Cu
ria debet adire dominum.) Cum ſit vocata vbicum
14 que ſedere elegerint, dummodo intra territorium
domini, cuius eſt feudum. Hoſtienſ. in d. Sum. de
feudis. col. pen. cir. med. & ſicut iudex hortari do-
15 minum, vt ſeruet pactum. Azo in Sum. C. de ope-
ris libert. poſt nume. 2. Eumque ſalua reuerentia.)
16 Nam quando vaſallus agit actione in factum, ver
bis quantum fieri poteſt temperatis & honeſtis,
ſaluo iure vaſalli & reuerentia domini, vti debet.
glo. 4. Pariſ. titu. pri. §. pri. nume. 55. & cum aliquid
petitur à ſuperiore, vel alio in dignitate poſito, de-
bet peti humiliter. Zaba. in clemen. 2. §. ſtatuimus.
in 4. not. de ſepulturis. clemen. pri. §. ad ampliatio-
nem. de ſtatu monacho. Competenter cogere.] Id-
17 eſt cogi facere. ſicut alibi, compellere, ideſt com-
pelli facere per habentes poteſtatem. Zaba. in cle-
men. 2. in princ. nume. 9. circa fin. de relig. domi. &
reuocari facere, ideſt reuocabit. ibi. poſt nume. 16.
competenter, alibi decẽter, & quomodo. Idem Za-
bare. in clemen. pri. §. ſaue. in 4. & 5. not. de iure pa
tron. Vt vel poſſeſſionem reſtituat, & acquieſcat,
18 vel iudicio.] Ideſt diſcretioni. Archid. in cap. nos.
in prin. 2. quæſt. 7. licet alibi iudicium dicatur pluri
bus modis. Idem Archid. in capit. ſicut. in princ. ea.
cau. quæſt. pri. Curiæ ſe committat. Quod ſi ter ad
monitus.) Et ſic, ſicut per trinam monitionem cõ-
uincitur contumacia ſubditi, ita & per trinam re-
quiſitionem conuincitur pertinacia domini. & pro
conſtituendo ſuperiorem in mora, requiritur tri-
na monitio: in conſtituendo parem vel inferiorẽ,
vna. Præpoſi. hic nume. 2. circa medium. Licet.] Id-
19 eſt, decet. Odoffr. in dicta Sum. qui poſſ. & debea.
de feud. cog. & pronun. poſt num. 9. Tunc.) Quod
20 eſt aduerbium temporis præteriti & futuri. exem-
plum ponit Archid. in cap. tunc. de conſecra. diſtin.
4. & facit quod dicit Zaba. in clemen. pri. in 6. not.
de iure patro. Vaſallo ad aliam maiorem poteſta-
21 tem.] Quæ dictio, multa ſignificat. Archid. in cap.
magnum. poſt medium. 11. quæſtio. pri. Ire & ſibi
conſulere, & in defectu vel negligentia ipſius, dan
tur repræſſaliæ, quæ vulgo dicuntur marcha. not.
in capit. vni. de iniuriis & damno dato. in 6. Affict.
22 hic in 19. not. nume. 27. & inſultant, ſicut plerum-
que faciunt ciuitates in Lombardia. Pileus in Sum
ma poſt Azo. de iure reipublicæ. col. 2. cir. med. C.
lib. 11. Et ſi dominus ei iuſtitiam facere noluerit,
poterit eum deprædare.) Ideſt prædio priuare. Al-
uar. hic n. 3. cir. fi. & col. 6. cir. fi. & Præp. poſt nu. 3.

Declarato textu, impugnatur eius determina-
tio. Et primò videtur, quòd non requiratur trina ci
tatio: nam citatus ſi non venit ad primam, delin-
quit, & præſtabit ſumptus litis. glo. in capitu. pri. 4.
quæſt. 5. ſi delinquit, contumaci clauditur iudicio-
rum copia, niſi contumaciam ſuam probabili ra-
tione excuſauerit. Bald. in conſi. 33. num 4. cir. fin.
5. vol. in tantum, quòd denegatur audientia in aliis
cauſis. Iacob. in ver. & dicti vaſalli pro dictis rebus.
num. 27. in fi. & Aluar. hic num. 18. vnde ſi hoc fit
in prima, fruſtra fit per plura, quòd poteſt fieri per
pauciora. l. in donationibus. C. de donationi.

Secundò, iudiciorum rigor, in fine cauſæ conſi-
ſtit. Afflict. in cap. pri. nume. 13. quo tempore mi
les. ſed ſi vaſallus priuaretur poſſeſſione, iudicium
inciperet ab executione, contra. l. pri. vbi Bar. C. de
executio. rei iudi.

Tertiò, qui ipſi poſſunt alienari, non poſſunt eo-
rum dominos in iudicium vocare. l. 2. C. in quibus
cau. colo. domini poſſunt alienare vaſallos. §. ex ea
dem lege. de lege Corra. ergo inter eos iudicium eſ
ſe non poteſt.

Quartò, curia non debet adire dominum: nam
iudex non debet ire ad partes. l. 2. ff. quis ordo in
bono. poſſe. ſerue. Archid. in capitu. epiſcopus. 11.
quæſt pri. nec iudex ad domum litigantis, ſed liti-
gator ad domum iudicis. Odoffred. in d. Sum. qui
poſſint & debeant de feud. cogno. poſt nu. 3.

Vltimò videtur, quòd debeat dominus ſoluere
pœnam banni, vt ita caſtigatus caueat, ne ſępius ite
rando beneficium amittat. l. de nouis decimis. in
Longobar.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium: &
ratio eſt: quia contendere dicitur, poſt trinam ci-
tationem, vel vnum peremptorium. Archid. in cap.
ſi quis. 24. quæſt. 3. & priuat illum poſſeſſione, vt
tędio affectus cogatur iudicio ſtare. l. 2. de dolo &
contuma. & iudex hoc modo pœnali iudicio, iuriſ-
dictionem ſuam defendit. Lucas in l. ſi ſubiis, col. 9.
poſt medi. C. de agri. & cenſi. in eos quos poſſidet,
ratione iuriſdictionis quam habet. Bar. in §. penul.
nume. 2. Authen. de manda. Prin.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam ſpeciale
eſt in hoc iudicio feudorum, vt ter citetur. gloſ. &
Iſern. hic numero. 2. & numerus citationum indu-
ctus eſt de benignitate. Aluar. hic numero 15. circa
finem. quantum vnum citatorium debet diſtare ab
alio, quomodo citati vocantur, nec ſufficit vnum
pro omnibus: & vbi citabitur ſi illius copia haberi
non poteſt, Odoffre. in Sum. cum addi. ad eum, de
forma iudicii. & quid faciendum ſit. Per trinam ci-
tationem conuincitur contumacia ſubditi: & per
tertiam requiſitionem, conuincitur duritia ſiue per
tinacia prælati. Bald. hic poſt num. 5. quæ perimũt
& deſtruunt ius ſuum, adeo quòd poſtea non audi
tur, not. in clem. vni. de exceptio. In aliis cauſis non
afficitur damno litis, ſeu amiſſionis ſui iuris, ſed tã
tum expenſarum. Pau. de Caſt. in conſi. 335. nu. 7.
pri. vol. vel condemnatur ad emendam. Caſſan. in
conſue. Burg. rub. pri. §. 7. in princ. nume. 2. & poſt.
quid in regno: Fre. de ſubfeu. lib. 2. ibi, vigeſimano
na authoritas. nu. 13.

Secundum non obſtat, nam nunquam pro do-
mino eſſe incipit, ſed ſimul cum eo eſſe iubetur, vt
ſaltem tædio perpetuę cuſtodię compareat. l. ſi cui.
ff. vt in poſſeſſ. lega.

Non obſtat Tertiũ, quia non poteſt eſſe in iudicio
ſine venia, ſed cum venia ſic. l. quęſitum. ff. de in ius
voca. immo ſicut poſſit dominus vocare vaſallum
ſine venia, ita econtra: nec iuratur de calũnia. Cap.
in ver. feudorum dominia. ibi, decimoſeptimo, &
vigeſimoprimo. Lucas in d. l. 2. col. 3. ibi, quarto. C.
in quibus cau. colo.

Non

Non obſtat Quartum, nam reuerentia quanto
plus exhibetur ſuperiori, tanto plus debet ius reue
rentię ſaluari. Ioan. And. in cap. cum appellationi-
bus. num. 5. de appellatio. in 6.

Non obſtat Vltimum, nam pęna hic eſt, vt poſ-
ſit dominum deprædare, ſicut ciues & alium popu
lum delinquentem. Bald. in conſil. 103. cir. med. 4.
volum. & ſic firma remanet concluſio, quòd ter ci-
23 tatus, ſi non cōparet, amittit poſſeſſionem feudi: &
dñs ter monitus, ſi non reſtituit poſſeſſionē minus
legitime captam, compellitur per maiorem pote-
ſtatem. Intellige habere locum, etiam ante tradi-
tam poſſeſſionem, nam eodem modo priuatur, ſi-
cut ſi haberet integrum feudum. Aluar. in §. eſt &
alia. num. 3. quæ ſit prima cau. bene ami. tam in feu
do nouo, quàm antiquo: & tam ſi ſuperſunt agna-
ti, quàm non; quia delictum inobedientiæ reſpicit
perſonam domini. Idem Aluar. §. fin. col. pen. poſt
medium. de pace iuram. firma. ſicut vaſallus, ſi eſt
deportatus vel bannitus, poteſt dominus feudo ma
num iniicere, dummodo non ſit ſuſpenſa ſententia
per appellationem. glo. Pariſi. ſecunda. nume. 3. tit.
pri. §. pri. & denegatur audientia. Alexan. in conſi.
75. nume. 8. cir. fin. pri. vol. adeo quod ſi fertur ſen
tentia pro bannito, contra aliquem nominando il-
lum bannitum, ſententia eſt nulla. Idem Alexan. in
conſi. 81 num. 3. & 4. 2. vol. Si eſt contumax, quid
faciet dominus, glo. prędi. Pariſi. 5. in 2. not. nume.
13. titu. pri. §. pri. & non citatur contumax, non ſo-
lum coram illo, verumetiam nec coram alio. Lucas
In l. fin. col. fin. ibi, quinto quæritur. C. de re milita.
non ſolum per ſe, verumetiam nec per procurato-
rem, adeſt ritus mag. curiæ. item ſi aliquis. ſub rub.
de contumaciis. & habet locum, etiam quòd pro-
ceſſus eſſet nullus; nam tenet ſi citatus non compa
ruit, nec poteſt allegari error poſt ſententiam. Bal.
in conſi. 420. post nume. pri. & 2. 5. vol. Intellige ta
men, ſi conſtat de legitima citatione: aliàs vaſallo
non poteſt aſcribi contumacia. Aluar. in dicto §. fi.
num. 3. de pace iuram. firma. quia in quolibet actu
præiudiciali, requiritur citatio partis, cui præiudi-
cium poſſit inferri. in con. feud. diuer. 21. num. 15.
& termini dilatio & præfixio debet intimari. Zab.
in clemen. pri. in 3. not. de appellatio. & licet alibi
contumax ſit, qui citatus tribus edictis, vel vno per
emptorio venire contemnit. Ioan. And. in capi. pri.
nu. 4. de dolo & contum. in 6. tamen vbi agitur de
priuando quem iure ſuo vt hic, trina requiritur mo
tio. Caſſan. in conſue. Burgun. rub. 4. §. 23. ibi, ſerra
ſuffiſſament. num. 18. & poſt nume. 21. & habet lo
cum in poſſeſſione, quam amittit reuocabiliter, ex
quo, vaſallus ſi comparet infra annum, refectis
expenſis purgat contumaciam, & præſtita cautio-
ne de ſtando iuri, recuperat poſſeſſionem feudi. Af
flict. hic in 9. not. nume. 9. Capi. in deciſ. 131. Item
procedit in vero contumace, qui dixit nolle venire,
ſecus in ficto. Iſern. hic, nume. 5. nam tunc non eſt
de cætero expectandus nec citandus. Iacobi. in ver.
dictique vaſalli, pro dictis rebus. nu. 17. & in ver.
dictique vaſalli. nume. 46. ſicut qui negauit ſe non
acturum, poſtea non auditur. l. ſi maritus. §. ſi nega
uerint. ff. de adulteriis. Vltimò non procederet, ſi
præceſſiſſet neceſſitas, cui naturaliter reſiſti non
potuit, ſed compulit ad recedendum. Bald. in conſ.
338. nume. pri. pri. vol. nam vt quis ex contumacia
puniatur, illa debet eſſe inexcuſabilis. in con. feud.
diuer. 21. nu. 17.

Nota, quòd vaſallus ſi vocatus ire contemnit,
feudi poſſeſſionem amittit, vt hic, vbi Iſern. num. 2.
nam multæ & innumerabiles cauſæ rebus incidūt
mortalium, per quas homines iugiter retinere non
poſſunt quod habent. l. pen. C. de vſufru. & habita.
& inter alias, ſi quis contemnit excommunicatio-
nem, iudex ſecularis vel dominus poteſt illum feu
do priuare. glo. in cap. præceptum. 32. quæſt. 5. di-
ruitur villa. l. ſi is. ff. com. diuid. parentibus contuma
cis, emancipatione reſciſſa damno libertatis mul-
ctantur. l. vni. C. de ingra. libe. nō audiuntur ab eo,
quem ſpreuerunt, glo. 2. in l. litigatores. ff. de arbi-
tris. crimen dignitate præpoſiti augetur. l. omne. ff.
de re mili. ſi eſt aduerſus pręſidem, capite punitur.
glo. in cap. grauem. in ver. depoſuiſſe. de exceſſ. prę
la. glo. fin. in cap. pater. 9 quæſt. 3. vocatus ab Im-
peratore ſi non vult venire, amittit bona per anno
tationem: ſi poſtea venit, & probat ſe innocentem,
recuperat. glo. in l. cum qui. C. ad leg. Corne. de ſic-
ca. ſi venit infra annum, pro crimine & bonis audi
tur: ſi poſtea quandocunque auditur pro crimine,
ſed non pro bonis. l. 2. & fin. vbi gloſ. vlti. C. de re-
quiren. reis. habetur pro conuicto, qui per annum
ſtetit in contumacia, & poſtea non auditur vt recu
peret bona, ſed vt oſtendat ſuam innocentiam. gl.
in cap. rurſus. & ibi in poſitione caſus. cir. fin. 11.
quæſt. 3. fit annotatio, cum detur facultas purgan-
di ſi potuit, vt ſic res arbitrio iudicis ſignatas recu-
peret. l. pri. dicto titu. C. de requiren. reis. & ſi infra
annum non venit ſunt fiſci. glo. in cap. excommuni
camus. §. qui autem. in ver. condemnetur. de heret.
§. ſi quis hominem. vbi Afflict. in 10. not. in princ.
de pace tenen. glo. in cap. pri. 3. quæſt. 9. contuma-
cia facit durius in contumacem fieri iudicium. c. de
illicita. in fin. 24. quæſt. 3. in contumacia perſiſten
tibus nos conuenit eſſe ſeueros. glo. in capit. fin. in
ver. rebellibus. de ſtatu monach. quia contumacia
cumulat pœnam. l. relegati. ff. de pęnis. ter mulcta-
tur in anno, contumacia creſcente debet augeri pę
na, & geminata culpa pęnam exigit duriorem. Af-
flict. in §. aut ſi libellario. poſt nume. 28. & 29. di-
cto tit. quibus modis feud. ami. punitur in multis.
glo. pri. in cap. pri. de dolo & contuma. & ſic contu
24 maciæ pęna pręſtatur. l. 3. §. fin. ff. de tabulis exhi.
& punitur. l. quid autem. ff. de excuſa. tuto. quia iu-
dex offenditur multis modis, calumnia, delicto in
eum commiſſo, reſiſtentia & contumacia. Caſſan.
in conſue. Burgund. rub. pri. §. 7. in prin. nume. pri.
25 12. 13. & 14. & eſt, alia non parendi, alia non re-
ſtituendi, non probandi, non agendi, & non appel
landi. ibi. nume. 5. vſque ad 9. vnde contumax, ficte
pro præſente habetur. glo. in l. ſi dolo. in ver. dan-
dam. ff. de dolo malo, quia paria ſunt quem eſſe pręſ
ſentem, vel abſentem per contumaciam. l. in cauſę,
la prima. §. cauſa. & ibi glo. in ver. per contumaciā.
& Bal. ff. de minori. l. properandum. §. cum autem.
in ver. Dei pręſentia. C. de iudiciis. ſed ex quo non
venit eſt contumax præſumptus, non tamen dici-
tur manifeſtus, quia admittitur ad probandum cō
trarium, videlicet quòd fuit impeditus. not. in cap.
venerabilibus. §. pri. de ſenten. excommuni. in 6. &
contra eum profertur ſententia expreſſa cauſa: &
dicitur ordo retrogradus. glo. in ſimil. in cap. pri. in
ver. cauſam. d. tit. de ſentent. excommu. in 6. etiam
quòd ſententiæ in contumaces prolatæ, quodam-
modo pręſumantur iniquę. Lucas in l. 2. col. 2. poſt
med. C. de fetori.

Item

Item nota, quòd vaſallus non poteſt dominum
in ius vocare ſine venia. Cap. in ver. feuda officio-
rum. col. 7. poſt prin. Iacobi. in ver. dictique vaſalli.
nume. 48. Iſern. hic num. 6. in fi. Aluar. in §. fin. nu.
pri. & 7. vſque ad 6. infra eo. nec contra eum quæ-
relam exponere criminalem. Lucas in l. vni. col. 2.
cir. fin. C. de capi. ciui. cenſi. exími. tam ſuo, quàm
alterius nomine. l. pri. cum ibi not. C. de obſequiis
parro. præſta. Aduerte tamen, quòd non ſufficit li-
tem inſtituere, ſi in ea non perſeueraret. l. nam & ſi
parentibus. §. pri. ff. de inoffi. teſtam.
26 Vltimò nota, quod vaſallus, ſi deprędatur domi
num virtute conſuetudinis, non meretur pęnam.
Præpoſi. hic num. 5.

Iſer. diuidit, declarat textum, & opponit, & exẽ-
plificando dicit, dominus conquæritur de vaſallo,
puta quia commiſit culpam, cum ſint multę cauſę,
propter quas debet amittere feudum. toto tit. qui-
bus modis feu. ami. lo primo, & 2. quæritur quid fa
ciendum, cum dominus non poſſit deſtituere va-
ſallum niſi propter culpam, quæ ſit laudata per pa
res? hic datur modus, nam ſi vaſallus fatetur com-
miſiſſe culpam, dominus poterit accipere poſſeſ-
ſionem feudi, propria authoritate, ſi negat. Ibi do-
minus ad curiam, quæ dicto, dic, congregabitur in
tali loco. Aluar. hic, col. pri. poſt medium. 2. in pri.
& §. ſeq. poſt nume. pri. & 2. & curia non ſunt pa-
27 rietes, ſicut in vniuerſitate & eccleſia. Idem Iſern.
in capit. imperialis. poſt nume. pri. de prohib. feud.
aliena. per Lothar. in eccleſia materiali tamen ali-
ter, quia parietibus eius in ſua integritate manenti-
bus, licet corruant ligna, iterum non conſecratur.
c. ligneis. de conſecra. eccle. vel altar. Illo modo ec-
cleſia, parietes dici poſſint. clemen. pri. in ver. matri
cem. de ſenten. excommu. quidquid ſit, curia ſuſti-
net vicem perſonæ, ſicut hęreditas, nam obligatur.
l. nam & Seruius. §. qui negotia. in glo. pri. ff. de ne-
goc. geſt. & pares qui repræſentant, vel ordinarius
quando pares non habet, ſupra, de inueſt. in mari.
facta. vocabunt & citabunt vaſallum, vt veniat ad
ſe defendendum, quia dominus ei imponit talem
culpam: & ſic debet ponere cauſam, & fuit indu-
ctum in fauorem rei, vt poſſit deliberare, an velit
cedere vel contendere. Alexan. in conſi. 101. num.
7. 5. volu. & cauſa debet eſſe propinqua & non re-
mota. not. in cap. Abbate. & ibi glo. circa medium.
de re iud. in 6. niſi incertitudo cauſetur ex facto rei.
l. pri. §. quia autem. ff. quorum lega. cum ſimi. alle-
ga. hic per Iſern. Et citabit ter cum termino arbitra
rio; alii iudices vna citatione vtuntur pro omnibus
nempe peremptoria, licet quidam dicant quòd nõ
poteſt niſi ordinarius vel delegatus à Principe. gl
in dicto c. de illicita. in ver. peremptorio. 24. quęſt.
3. & Aluar. hic nu. 9. & non ſufficit vna vice ter ci-
tare. glo. fin. in ſimil. in l. ſi conuenerit. ff. de pigno.
action. imo ſi prima citatio continet perempto-
rium, poteſt ab ea appellari. Afflict. hic 7. not. circa
medium, ibi, nono, citatus autem ſi non comparet,
efficitur contumax, amittit poſſeſſionem feudi, &
fructus diuiduntur inter fiſcum & filios: fiſcus ve-
rò ſubſtinebit vicem vnius, Cap. in ver. feuda amit-
tuntur. ibi, quinquageſimo. Tamen ſi venit infra
annum, auditur iuſtam cauſam allegans. not. in cap.
ſæpe. de appellatio. & refectis expenſis purgat cõ-
tumaciam. §. ſi verò ſemel. Authent. de exhibẽ. reis.
& præſtita cautione de proſequendo litem vſque
in finem. §. ad excludendas. de litigioſis. recupera-
bit poſſeſſionem. l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi 95.
C. de præſcrip. 30. ann. d. l. properandum. §. ſin aũt
reus. C. de iudiciis. & tunc non dicitur contumax,
quia comparuit, & paratum ſe obtulit ſtare iuri.
Bald. in conſi. 65. poſt nume. 2. 4. vol. poſt verò an-
num non auditur, ſed amittit poſſeſſionem & pro-
prietatem. Iſern. hic & Iacob. de Ardizo. in Sum. ſi
domi. fecerit vaſa. citari per tres vices, & non vene.
an amit. feud. hodie verò proceditur diuerſimode,
ſecundum morem vniuſcuiuſque prouinciæ: nam
locus iudicii ſemper attenditur in ordine procedẽ
di. Aluar. hic nume. 5. circa fin. tam in cauſa princi
28 palis, quàm appellationis. Alexand. in conſi. 164.
6. volum. & 217. nume. 5. 7. vol. Bart. in l. cunctos
populos. num. 25. de Sum. Trin. ſemper tamen re-
quiritur, quòd citatio perueniat ad notitiam citati:
ideo debet fieri perſonaliter, quando ſit domi, ve-
riſimiliter peruenit ad notitiam citati. Bal. in conſi.
124. in prin. 4. volum. & ſufficit abſentem ecquiri,
licet peremptorium ad eius notitiam non perue-
niat. not. in cap. ex literis. de exceſſi. prælat. ſolet au-
tem poni edictum citatorium. l. pri. §. item cum ex
edicto. de liber. ag. de quo Innoc. in cap. pen. num.
3. de appella. Aluar. hic col. pri. circa finem. & nu.
4. in domo, eccleſia, vel feudo, de quo agitur. Iſec.
hic nume. 3. & Aluar. poſt nume. 5. idem in regno,
quod eſt domicilium Regis. clem. paſtoralis. poſt
medium. de ſentent. & re iudic. & dioceſe, quæ eſt
parrochia Epiſcopi. Zaba. in clemen. 2. in prin. poſt
nume. 11. de priuileg. & ſic degens extra regnum,
citatur in domo, caſtro, vel loco, vbi habet bona &
familiam, cum termino. 60. dierum excuſatori. &
ita fuiſſe ſeruatum dicit Iſern. in cap. pri. nume. 7. &
poſt nume. 9. de contro. inter vaſa. & alium de be-
nefi. & vaſallus citatur in loco feudi coram dome-
ſticis, dummodo ſit capax & idoneus, aliàs datur
curator. glo. Pariſi. 4. titu. pri. §. pri. poſt numerum
2. & 3.

Quòd ſi citatus ignorat & recedit, excuſatur: ſe
29 cus ſi ſciuerit & data opera receſſit, quia tunc eſſet
indignus beneficio denunciationis. Iſer. vbi ſupra.
nume. 5. circa fin. & 6. & præſumitur fraudis cauſa
latitare. Bald. hic num. 13. & Afflict. poſt num. 15.
& vt poſſit denuntiari à videntibus, conſueuit edi-
ctum poni in albo. & eccleſia Romana facit appo-
ni in foribus eccleſiæ, & ita fuiſſe ſeruatum contra
Principem Manfredum. refert Iſern. hic. cum enim
Roma ſit communis patria. glo. in l. fi. de offi. pro-
conſu. l. ſed & reprobari. §. fin. cir. fin. ff. de excuſat.
tuto. omnes ad eam confluunt. & ſufficeret denun
ciari procuratori, maxime; quia qui dat operam ne
citetur, in dolo eſt. l. prim. §. Ariſto. & l. 3. in fin. ff.
quod vi aut clam, & ſi apud acta reperitur quem
fuiſſe citatum, ſtatur dicto nuncii. Napo. in conſu.
non creditur. in quibus caſi. liceat auto. propria pi
gno. & præſumitur pro officiali, quod ſit legitime,
30 etiam quòd non appareat. Bald. in conſi. 299. cir.
finem. 1. vol. niſi exceſſerit commiſſionem, vel re-
latio ſit ſuſpecta, puta quia non contineret veriſimi-
lia. Alexand. in conſi. 114. nume. 5. & 6. 4. vol. quia
tunc non creditur nuncio de geſtis vltra ſuam cõ-
miſſionem. Nap. ibi, & præſumitur in dubio voca-
tus ſi negat: & ſi qui dicit vocatum, tenetur proba
re. glo. in cap. quod ſicut. in ver. vocato. de electio.
ſi autem fieret in ſcriptis in albo, uel in membra-
nis affixis in loco vbi non eſſent amici citati, qui po
tuiſſent ei denunciare, non ualeret: quia oportet.
quòd

quòd fiat domi, vt ad notitiam eius perueniat: cum
aliàs præſumatur quòd ignorauerit. l. verius. & l.
cum de indebito. in ver. ignorantiæ. de probatio. de
ſubſtantialibus enim eſt, quòd ſciant & videant illi
edictum, qui potuiſſent denunciare; puta amici.
quia licet mentiri nemo præſumatur. Bal. in conſi.
318. nume. 6. pri. vol. inimici faciliter mentiuntur.
l. pri. §. præterea. de quæſt. & Iſern. hic, ſed ſi ſtatu-
ta eſt forma, ab ea non eſt recedendum. l. fin. C. de
fideiuſſo. l. pri. C. de prædiis curia. dummodo adſit
ratio, aliàs ceſſante ratione, ceſſat ſtatutum. l. fina.
§. ait lex. ff. de diuortiis. nam aliud ratio, & aliud
ius exigit. cap. nunquam. pri. quæſt. pri. quæ ſi non
ſunt ſcripta, puta quia in publicatione ipſorum nõ
adeſt inſcriptio, vel fuerunt publicata per Metro-
politas, ſine appoſitione membranarum, ligant ſta
tim, ſi cum ſcriptura poſt duos menſes. Authen. vt
factę nouæ conſti. in prin. in citatione non ſic: quia
præfinitur modus & forma. & primò debet citari
dominus, quàm procurator. Iſta eſt melior practi
ca, & ſic obſeruatur. Bar. in l. eum qui res. nume. 2.
C. de procurato. ſed communis eſt in contrarium,
cum duabus limitationibus. Prima, niſi principalis
fuerit præſens: quia tunc debet ab eo incipere. Se-
cunda, niſi eſſemus in iis quæ ſunt magni præiudi-
cii; & abſentia vel præſentia deberet probari per
eum, qui ſe fundaret in ea. Loffred. in conſi. 20. nu.
3. poſt litem conteſtatam, citatur procurator. Iſer.
31 hic, & ſic fit mandatum vt compareat coram iudi-
ce, vel quòd veniat informaturus curiam, ſeu audi
turus, & facturus quidquid per curiam rationabi-
liter iniungitur. Paris de ſyndica. in ver. præceptũ.
cap. 3. poſt nume. 2. & poteſt Baro præcipere ſub-
feudatario, quòd eum veniat informaturus. Fre. de
ſubfeud. lib. 2. ibi, quadrageſimatertia authoritas.
verum non imponitur alia pœna, quàm amiſſionis
feudi. Aluar. hic poſt nu. 10. & in eum caſum non
poteſt vxor pro dotibus & antefato retinere feu-
dum, ſi poteſt aliunde ſatisfieri. Frec. vbi ſupra lib.
2. ibi, vigeſimanona authoritas. nume. 12. citat e-
tiã iudex ordinarius vel delegatus à Principe. Iſer.
hic ex intentione glo. mag. poſt prin. Bar. in Auth.
qui ſemel. nume. 7. C. quomodo & quando iudex.
& ſi non venit pignoribus captis cogitur, cum diſt.
quòd de proprietate conuentus, ſi venire contem-
nit, mittitur aduerſarius in poſſeſſionem: Si infra
annum comparet, reſtitutis ſumptibus, & præſtita
catione de iudicio ſiſti, recuperat poſſeſſionem. Si
conuenitur actione perſonali, creditor mittitur in
poſſeſſione, iuxta modum declarati debiti, glo. in l.
prim. de exercitalibus. in Longobar. & contra non
obtemperantem in iudicio, elapſo anno non inqui
ritur nec mulctatur, ſi inobedientia eſt momenta-
nea & elapſa: ſecus ſi ſit ſucceſſiua. glo. Pariſi. nu.
4. titu. pri. §. 16. & offenſa ſi fuit manifeſta, præce-
dit emenda, ſi iubetur, quòd eſt in veniendo con-
temptus eſt contumacia, & ſufficit cautio. Ioan.
And. in cap. ſolet. nume. 6. circa medium. de pœni-
ten. & remiſ. in 6. facit quod dicit Innocen. in capi.
ſolet. num. 4. circa finem. de ſent. excommu.

Sed opponit Iſern. contra textum, quatenus di-
cit, quòd ſi citatus non comparet, amittit poſſeſſio-
nem, quam recuperat ſi venit intra annum, contra
§. illud tamen non lateat, Quæ ſit prima cau. bene.
ami. vbi dicitur, quod perdit feudum, qui non facit
iuſtitiam domino: ſed ille text. intelligitur ſecun-
dum iſtum vt perdat feudum, ideſt poſſeſſionem
feudi; & ſecundum vnum intellectum non perdit
perpetuo, quia eſt reuocabilis infra annũ. Pro quo
facit, quòd ſi iudex excommunicatur, & poſtea ab-
ſoluitur vel reſtituitur à Principe, reaſſumit iuriſ-
dictionem. glo. in cap. ſciſcitatus. in ver. infamem.
de reſcriptis. iudex tempore reſcripti eſt excommu
nicatus, tempore receptionis abſolutus, valent lit-
teræ. glo. in capitu. dilectus. in ver. receperunt. poſt
princ. de prębendis. nam ceſſat priuilegium ad tem
pus, propter delictum. cap. fin. vbi glo. fin. de vita &
honeſta. cleri. capite minutus remanet iudex vel ſe-
nator. l. amiſſione. §. fin. de capi. dimi. ſuſpenſus ad
tempus, ſtatim finito tempore ſine alia abſolutio-
ne poteſt redire ad eccleſiam. Lucas in l. quamuis.
colum. 2. poſt princ. C. de decurioni. & interim ha-
bebit ſalariũ de publico. Idem Lucas in l. in ſacris.
colum. 3. in fina. C. de proxi. ſacro. ſcrini. inde dici-
mus, quòd exul habet dignitatem. l. [illegible]. &
ibi glo. in ver. decorari. C. de aduo. diuer. iudicio. in
famis nõ repellitur ab omnibus. glo. 2. in l. Pedius.
ff. de arbitris. licet in excommunicato ſecus, nam
ſententia vel conſtitutio per eum prolata eſt nulla,
nec tractu temporis conualeſcit. not. in cap. aduer-
ſus. de immu. eccleſ. in §. excommunicamus. & §.
credentes. in verb. damnetur. de hęreticis. Faciunt
not. in cap. fin. de exceſſi. præla. cum diſt. inter ex-
communicationem occultam & publicam. cap. ex-
ceptionem. in gloſ. condemnamus. circa fin. & ſeq.
de exceptioni. nam valet quandoque proceſſus fa-
ctus per excommunicatum. not. in cap. præſiden-
tes. de hęreticis. in 6. alium caſum ponit glo. in cap.
dilectus. in ver. receperunt. poſt princ. de præben.
poſſit exercere, quæ ſunt minoris iuriſdictionis, &
conferre beneficia. not. in cap. pri. & ibi. glo. pri. de
offic. vicarij. in 6. in feudatario non ſic, quia ſi non
eſt in gratia, non eſt in iuriſdictione. Afflict. in §. in
ſuper. in 7. not. in tit. de probib. feu. alien. per Fre.
verum ſi recuperat gratiam per purgationem con
tumaciæ recuperat feudum, vt hic: amitteret tamen
ſi elapſo anno banniretur. Cap. in d. ver. feuda amit
tuntur. ibi, ſeptuageſimoſeptimo, & ſeptuageſimo
octauo. tangitur in dicta Summ. ſi dominus fecerit
vaſa. &c. & ſi liqueret de cauſa proceditur ad diffi-
nitiuam. Iſern. hic, & condemnatus puta de homi-
cidio, in cõſequentiam priuatur feudo propter ma
ximam capitis diminutionem. Bald. in conſil. 141.
cir. finem. 2. volum. ſi non liqueret de cauſa, adeo
quòd non poteſt procedi ad diffinitiuam, ſemper
in proprietate audiretur, vt ſupra, & Iſern. hic, nu.
4. in fin. & hoc in ficto cõtumace ſecundum eum,
patet (dicit ipſe) quia ter vocatur: ſecus in contu-
mace expreſſo, qui dicit nolle venire, quia de cæte
ro non eſt vocandus: nam non eſt neceſſaria illa ſo
lemnitas, poſtquam ſumus certi, quòd citatus non
vult venire. Aluar. hic poſt num. 15. Sed ſi velles te
nere contrarium, facit, quòd lex non conſiderat
quod euenire poteſt per contumaciam. l. pri. ff. de
32 in litem iura. iudiciorum enim dilatio & exceptio,
nonnullas moras habet. l. etiam. ff. vt lega. nomine
cauea. Azo in Sum. C. eo. tit. vt in poſſe. lega. nume.
3. cir. finem. & cum ſit forma per quam datur or-
do, ſi non ſeruatur proceſſus eſſet nullus. Bald. in
conſi. 63. in prin. 5. volu. & in ſubſtantialibus non
poteſt mutari etiam momento vnius horæ. Aluar.
hic colum. 5. cir. princ. tanto magis, quia differen-
tia inter veram & fictam contumaciam videtur a-
dempta, per d. §. illud tamen non lateat. Quæ ſit

pri.

pri.cau. qui cum ſit poſterior, derogat prioribus. l.pri.ff.ad l. Aquil. & illas trahit ad ſe. glo.pri. in c. celebritatem. de conſecra.diſtinct.3.ratio verò textus in §.ad hoc.hic finitur lex.eſt, quia plus delinquit qui dicit,nolo venire,& ſeruire renuit, quàm fictus contumax,qui interdum non delinquit, niſi quia non reliquit procuratorem,quem citatus domi,neceſſe habet relinquere.Idem Iſern.in conſti. citationis literæ. poſt medium.licet fuerit in culpa, & diſſequeſtrari debebat, cum ſua diligentia non debeat litem protrahere in præiudicium aduerſarii.Bald.in conſi.454.circa finem.4.volum. tamen minus delinquit qui non reliquit procuratorem, quam qui non vult.capit.dilectus. de procurato.& vbi plus deliquit, plus punitur. l.capitalium.§.ſolent. ff. de pęnis. & ideo primo caſu priuatur ſtatim,ſecundo verò expectatur trina citatio, & tanquam citatus & præconizatus in curia, ſi non venit,vel mittit,ille actus cenſetur factus admaiorem exaggerationem contemptus ſui, & contumaciæ. Iſern.in dicto cap.pri.num. 12.de contro. inter vaſal.& ali.de bene.

Vltimò notat Iſern. quod hic agitur de feudo, quod reſtituitur domino propter culpam vaſalli: quid ſi delinquat Baro? Dic,quòd quandoque applicatur vaſallo, aliquando directo domino. Afflic. in cap.domino committente.num. 2. ſi de feu.fue. contro.inter domi.& agn.Inſuper Iſern.declarando textum,ponit quomodo vaſallus conquærebatur de domino, ſub prætextu quòd ante cognitam culpam malo ordine feudum intrauit, vt per eum. Aduerte tamen,quòd prædicta exponit,ſalua reuerentia, vt hic.& in hoc æquiparatur liberto.glo.hic in ver. ſalua reuerentia.& ſicut libertus,non vocat in ius niſi venia impetrata. cap. Epiſcopus. §. liber-
His non obſtantibus ſeruatur contrarium; & ra
tio eſt, quia propter hominum fidelitatem inco-
gnitam, & delictorum multitudinem, leges neque
ſenatuſconſulta ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus
qui inciderent, comprehendatur. l.neq;.& ibi glo.
mag.cir.pri.ff.de legibus. immo propter malas ho
minum voluntates, ad plenum prohibere non poſ
ſumus. c.hac ratione.in fi.31.quæſt.pri.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam debemus de omnibus reddere rationem. Zabar. in clem.pri. in prin. de electione.

Non obſtat Secundum, nam ſi plurimo tempore pro negotio cogitetur, fit forſitan cautior. §. & conſentiat. Authent. vt immobi.ante nuptia.dona. natura tamen ſæpe miniſtrat animi vitia. Bald. in conſi. 176. poſt numerum 4.pri.vol. quæ non poteſt lex humana per omnia prohibere, Iſern. in §.ſi vero. nu. 8.de capita.qui curi.vendi.

Non obſtat Tertium, nam in illis titulis ponunẽ exẽpli cauſa aliqui caſus, & illa exẽpla non arctant regulam.l.regula.§.fin.de iuris & facti igno. & de illis hodie non contingit dubitari. l. cum vero. §. certe.in ver.minoribus.ff.de fideicommi.liberta.

Vltimum non obſtat, nam lex humana, vt ſupra, non poteſt omnia determinare, & quæ iure ſcripto taxata non ſunt, iudicis arbitrio relinquuntur, qui æquitate pcuſata procedit.glo.fin.in capit. finem litibus.de dolo & contuma. capit.ſuper his. in ver.arbitrium.de accuſatio. Et ſic firma remanet
25 concluſio, quòd cauſæ quibus ſeudum amittitur, non poſſunt omnes ſub certa regula diffiniri. Habet locum etiam in feudo empto. Odoffr.in Sum. quibus modis feu.amit. nume. 131. & intelligitur tam de illis quæ committuntur contra dominum laicum, quàm clericum. Iacob.de Ardizo.in dicta Sum.quibus modis feu.ami.poſt medium.idem in indiuijs, quæ requiruntur ad torturam: nam non poteſt dari certa & determinata regula, quia ſtant in pectore & arbitrio iudicis. in con.feud.diuer.9. num.33.in fin.& Intereſſe, cuius difficilis eſt probatio, Deci.in conſi. 323.col.2.circa medium. & poſt nume.4. & 5. Afflict.in conſt.eorum fraudibus. in 2.not.poſt nume.4.de aliena.rerum in iudi.dedu. quia terminus eſt multiplex, & non poteſt diffiniri. Zaba.in clem.2.in ver.ille.cir.princ.de relig.domi. Intellige tamen de cauſis in genere: multi verò in particulari ponuntur in tit. ſeq. & dicto titu. quibus modis feud.amit. Item non procedit in feudo ei dato, qui dominum à latrunculis, hoſtibus, vel morte liberauit, quia illud nulla cauſa amittitur. Odoffr.in d.Sum.quib.modis feud.amit.num: 130.cir.medium. Item intellige iure non ſcripto, vt hic: ius verò ſcriptum eſt certum & finitum.gl. 2.in l.pri.C.quæ ſit longa conſue.

Vltimò, procedit in factis, nã facta incerta ſunt, licet ius ſit certum.l.mora.in glo.in ver. facti. ff.de vſuris.ius finitum, facta infinita.l.2. & ibi glo. pen. ff.de iuris & facti in agn.

26 Nota, quòd de ſingulis dubitare, non eſt inutile.l.3.in gl.requireris.C.de Sum.Trin. vbi Azo in fi.ex intentio.Ariſtotelis: etiam quòd minor & prope nulla ſit dubitatio.l.ſi quis duos.ff.de ſolutioni. ſed debet rationabiliter dubitare. l.3. in ver. quæſierunt.ff.ſi pars here.pet.licet poſſumus quærere, quæ ſunt nobis nota, in c.perlectis.iuncta glo.pri. 25.diſt. forſitan propter maiorem authoritatem. ſimil.in c.pen.& fi.cum ibi not. 11.diſt. & ſic filius Celſus cum referat opinionem patris.l.3.§.ſi quis. ff.de cõdi.cau.data.vel alterius.l.Cornelius.de hæred.inſt.& eam ſequatur, ſicut ſentẽtiam magiſtri. l.ſi ædibus. de damno infecto. l. an manumittere. ff.de manumi.vindi.l.omnes.C.de ferijs. Vnde eſt argumentum, pro opinionibus magiſtrorum.Inn. in capi.pri. de decimis. licet non ſit aſtrictus ſtare verbis illorum.glo.2.cir.fin.in l. pri. C.de legibus vel dubitationis cauſa iſta fuit.l.adeo.§.illud. de acquiren.rerum domi.attendendo, quis & cui loquatur. Ioan.And.in cap.ſi tibi. poſt nume. 2. de præben.in 6.vnde caueant ſubditi cum ſcribunt prælato, nõ appellent eum fratrem, ſed dominum. Abb. in c.3.nume.pri.in fin.de appellatio.

Secundò nota, quòd cauſæ ingratitudinis facile decidi non poſſunt.l.cognitionum. ff.de variis & extraord.cog.l.pri.in princip. C.de ann.excep. ſed magis intellectu percipi, quàm elocutione exprimi poſſunt.l.quo enim.§.pri.rem ratam habere.l.cum quidam.in ver.interuallo. de leg.2. Obertus tamẽ pauca perſtringendo.capit.pri.ne clerici vel mona. illas coarctauit in quaſdam egregias cauſas. l.vni. C.de ſenten.quę pro eo quod intereſt.cum aliàs dici nec enumerari facile eſt. l.fin.poſt princip. C.de tempo.appella.l.vni. quando ciuilis actio. & effuſum & immenſum debet remoueri. Authen.de eccleſiaſti.immo.aliena.in princ. multi caſus euenire poſſunt, qui ſigillatim non poſſunt enumerari. l. ſed & ſi.§.quoties.ff.ex quibus cau.maiores.& decies mille ſunt modi quos nullus pręualeret ſermonibus comprehendere. Authent.de lenonibus.poſt princip.ſicut nec Papa cogitare potuit omnes formas, quibus conceditur exemptio. ſed ſi conſtat de mente poteſt in alijs probari exemptio. capit.ſi Papa.in fin.in poſitio.caſus.in fin.de priuilegijs.in 6.ſed quilibet multa cogitans, & conſiderans adinueniet.§.pri. Auth.vt ſine prohi.matris.

27 Vltimò nota, quòd Epiſtolæ inſeruntur inter leges.epiſtola, Inter claras. C.de Sum.Trin.capi.pri. de forma fidelit.& hic. Iſern.in principio declarat textum, & circa excuſationem, quam ponit Obertus, dicit quod in voluntarijs: licet alicui ſe excuſare, in neceſſarijs non ponit exemplum, vt in l.3.§. pri.de mune.& hono.cũ modificatione, niſi aſtringatur periculo rei familiaris, vt per eum, Tu verò dic, quod poteſt quis cogi conſulere & iudicare.l.
28 in ſacris.vbi not.Bar.C de proxi.ſacro.ſcri.doctori poteſt imponi neceſſitas conſulendi, iudicandi, & arbitrandi. l.ſancimus, la prima. C. de aduo.diuer.iudicio. nam ſi ſententia ferenda eſt cum conſilio ſapientum, poſſunt officio iudicis compelli ad dandum conſilium.glo.& ibi Afflict.in conſt.vt vniuerſis.nume.45.de ſerui.indemni. & capit.iudex verò non. Idem Afflict.in conſti.ſtatuimus.ante & poſt numerum quadrageſimum. Aduerte tamen, quod iudex non poteſt vendere rectum iudicium: aduocatus autem ſic.cap.non licet. 11.quæſt.3.& ſic iuſtitia non debet donis vel premijs vendi: ſecus in officio aduocati, procuratoris, vel tabellionis.in extrauag.comm.pri. in ver. ſub generalibus. de ſentent.excommun. etiam ſi ſunt clerici & monachi.cap.obſeruandum.15.quęſtio.2.verus enim doctor ſemper debet eſſe paratus ad cõſulendum. Lucas in l.vni.colum.octaua.circa finem.C.de profeſſo.qui in vrbe Conſtantinopo. debet dare conſilii clauſum. Affli.in d.conſtit.ſtatuimus. in 3.& 4. quæſt.de offic.mag. & capit.eius ſigillo ſignatum. Lucas in l.2.in fine. C.de proxi.ſacro.ſcrinio. Per quem verò ſit remunerandum, diſtin.idem Lucas, vbi ſupra, col.3.cir.finem.& 4. fere per tot. niſi ſit doctor vaſallus, quia tenetur conſulere domino ſine ſolutione ſalarij. Afflict.de noua forma fideli, in 22.not.poſt numerum 18. Obertus autem etiã quod habuiſſet iuſtam excuſationem, ne videatur vilipendere petitiones filii, & ſilentium eſſe: illi

in pe-

In pœnam.capi.vnic. de ſciſmaticis.in 6. prorupit
in verba,de quibus hic,etiam quia nntando,& di-
ſputando,veritas lucet,l.fi.§.miſta.de mune.& ho
nori.& fortius,defendi poteſt.l.2.ff.famil.erciſcũ.
& ſic dicit, quod non ſufficit omnis occaſio,vt vi
deatur ingratus.ſed vt amittat feudum requirun-
tur quædam cauſæ egregiæ, quæ licet non poſſint
de facili aſſignari, infra titu.ſequen.& §.præterea.
quibus mnd.feud. amitt. in illis regula coniungit
cauſam,ideſt rationem,adeo quòd reddita in vno,
& ad alins extenditnr in quibus uiget eadem ęqui
tas.glnſ.prim. poſt medium.de regu.iuris.in l.pri.
& iſtæ,quia nniabiliter fiunt,ſi non exprimuntur,
videntur negligi.gln. penult. circ.medium.in Au-
thent. qua in prouintia.C. vbi de crimi.agi opor-
tet.Inde verbum,egregium, in malam partem ſu-
mitur. Afflict.hic. nume.3. circ. finem. & delicta
poſſunt intitnlari verbis ſolemnibus. Aluarnt.hic
numer.3.quandoque in bonam,vt,egregin vito,
&c.Iſern.hic num.2.in fin.& egregie ſcripſit.l.di-
nus.§.fin.ff.qui petant tuto. vel curat. & ſic vaſal-
lus benigne,humiliter, & deuote,debet ſe habere
erga dominum ſuum.Iſern.hic.numę.3.Iacobi,in
ver.qui quidem inueſtit.poſt nume.36.& licet ad
quædam non teneatur de neceſſitate,debet tamẽ
de honeſtate.glo.in ſimil. in cap.eam te.in ver.in
fectn.de reſcriptis.eſt enim humanum,vt quis ex
hibeat reuerentiam ei a quo percepit beneficium.
glnſ.fin.in capit.1.8.quæſtin.2.nam benefacienti-
bus,benefacere debemus. Aluarot. hic colum.ſe-
cuuda. poſt princip. & dominus debet eſſe beni-
gnus:& ita præſumitur in dubio.l.4.§. fin. in ver.
neque.ff.de bonorum poſſeſſin.contra tabu.exem
plo Titi Impera.qui vna die cum beneficium nnn
feciſſet,dixit domeſticis ſuis,amici hunc diem per
didimus.Lucas in l. vni.col.pri.in fin.& 2.in prin.
C.qui etiam nb chyrogra. qnn tamen non debet
eſſe nimis benignus,ne reſultet in malum,vel ni-
mis aſper ut exuat ſuditos de theſauris,& facien-
dn contrarium, facit in iuſte, ſed nnn contra le-
gem.glo.in cap.2. in ver. iniuſtorum.23.quæſtio.
3.& reducitur totumq; ad neceſſitatem faciendi ea,
quæ impoſita ſunt, quandu datur feudum, vt per
Iſer.hic:licet Princeps in conceſſionibus ſuis per-
fectis,poſſit apponere cõditiunem,ex defectu cu-
ius perfecta conceſſio & dominium quæſitum re
uncaretur.Lucas in l.qui fundos. C.de agrn deſer
to. tracter propterea vaſallus curialiter dominnm
vt auferatur occaſio delinquendi. l.3. in ver.libe-
rabit.ff. de iureiurand. nam graue eſt litigare cum
dominn, vel eius ſubditis. Azo in Summa.C.de
offic.recto.prnuin. circa finem. nec eſt ſanitas liti-
gare cum potentibus,quibus pares eſſe non poſſu-
mus.Iſern.hic.& in §.porro. columna tertia. circa
finem. poſt numerum 21. quæ ſit prima cauſa be-
nefic.amittend.

SVMMARIVM.

1 *In primis,ideſt cum primum.*
2 *Oportet,ideſt neceſſarium eſt.*
3 *Beneficij appellatione venit id omne, quod gratis & liberaliter confertur.*
4 *Generales ſermones ſunt faciliores, particulares, veriores.*
5 *Scientia tota quodammodo conſiſtit in principijs.*
6 *Beneficium prolatum a iure comprahendit omne beneficium cuiuſcumque qualitatis.*
7 *Actio pro actu, alibi pro adminiſtratione capitur.*
8 *Officium tribuit gaudium, honorem & lucrum.*
9 *Salarium,ſeu ſolatium dicitur.*
10 *Donatio capit vires ex conditione.*
11 *Beneficium, ideſt feudum quod in remunerationẽ datur,& loco beneficij habetur.*
12 *Proprietas eſt pars dominij.*
13 *Vſusfructus,ideſt vtile dominium.*
14 *Feuda ſunt introducta in recompenſationem mali, quod militantes,patiuntur pro tuitione reipublicæ.*
15 *In perpetuum, ita vt non excludat gradus a lege præfinitos.*
16 *Feudum aliud purum,& aliud conditionale.*
17 *Feudum quid ſit.*
18 *Seruitium congruum debetur, ſecundum qualitatẽ rei,& perſonæ,ſi non ſpecificatur.*
19 *Obligatio tacita naſcitur, extra id quod agitur.*
20 *Feudum ex pacto & prouidentia,quid,& quomodo præſumatur in dubio.*
21 *Seruitium non eſt de ſubſtantia feudi.*
22 *Feudum ſi redit ad Regem, an deſinat eſſe feudum.*
23 *Dominus maior poteſt eſſe feudatarius minoris,ratione particularis feudi.*
24 *Princeps non poteſt retinere pro ſe, quod eſt conſuetum concedi.*
25 *Donanti laus ineſt & honor.*
26 *Dona Regalia habent multa præcipua.*
27 *Donatio modica vel magna,dicitur ſecundum qualitatem perſonarum.*

AD §. IN PRIMIS.

1 IN primis.)Ideſt, cum primum.Arch.
in cap.præſenti.in princip.5. quæſtio.
2.perueneris ad ſtudium huius ſcien-
tiæ, Te illud ſcire oportet,]Ideſt ne-
2 ceſſarium eſt. Diuus Thomas. 1. ad Chorinthios.
3 5.ibi,qui autem.colum.3.poſt medium.Benefici.]
Cuius appellationę venit id omne, quod gratis &
liberaliter confertur.Archid.in capit.alienatione.
colum.3.in princ.12.quæſtio.2.Zabarel. in clem.
2.nume.7.de offic.ordin. in clemen.2. nume.12.
circa princip.de prębend.in clemen.2.in ver.vt au
tem.poſt nume. 9. de religio.domi.Illius.) Dico,
quod eſt genus, & comprahendit omne comm-
dum,dignitates, perſonatus & feuda.idem Zaba.
in clemen.prim.in fin.prin. de pœnis. Talem eſſe
diffinitionem,l.prim.§.dolum.ff.de dolo malo,ſe
cundum,ſtrictam verborum ſignificationem.l.nõ
aliter.§.Titius. in ver.ad definitionem.de legat.3.
& præmittit ſermones generales, quia ſunt faci-
4 liores,particulares verò veriores. in conſi.feudo.
diner.54.poſt nume. 6.& quia ſcientia tota quo-
5 dammodo conſiſtit in principijs.Diuus Thomas.
ad Hebræos.11. colum.2. circa medium.Benefi-
6 cium.) Sic a iure prolatum, comprahendens om-
ne beneficium cuiuſcumque qualitatis. Zabarel.
in clemen.1.numer.2. de decimis,Nihil aliud eſt,
quam beneuola actio.) Ideſt beneuolus actus:
7 nam actio ponitur pro actu, alibi pro adminiſtra-
ne,l.3.§.fi.in ver.actionem.ff.de donatio.inter vi-
rum

rum & vxorem. Tribuens gaudium.) Quod quid
ſit, quid lætiua, Archidiac. in cap. eccleſiaſticis. 12.
quæſtio. 2. ſicut officium tribuit gaudium hono-
8 rem, & lucrum. Pau. de Caſt. in conſi. 21. circa fi-
nem. prim. volum. eſſe prælatum eſt honor & com
modum. Abb. in cap. fin. poſt num. 8. de purgatio
ne canoni. nam beneficium ſapit quandam libera-
litatē. Bald. in cap. ſi facta. nume. pri. in fi. ſi de feu.
fuerit controuerſ. inter domi. & agn. vaſ. & ſola-
tium eſt habere ſalarium, l. iubemus, in glo. 3. capi.
de aduocat. diuer. iud. inde ſalarium ſeu ſolatium.
9 Azo in Sum. C. de annonis. & capi. admin. & ſola-
tium diurnum, in l. ſi quis magiſtrum. de homicid.
libe. homi. l. a. de exercitalibus. l. prim. in fin. ne li-
beri homin. opprima. in Longobard. & ſic tribuit,
Capientibus, gaudium.] Ex fruentibus, in conſil.
feud. diuer. 51. nu. 17. in fin. Capiens qui tribuen-
do, in id.) Ideſt ad id, tanquam cauſam finalem.
Diuus Thom. ad Rom. cap. 11. colum. fin. circ. pri.
Quod facit, prona & ſponte ſua parata, vt ait Se-
neca.] Lib. 6. aliàs. 1. de beneficijs. Refert Zabarel.
in d. clemen. pri. in fi. pri. de pœnis. iſte Annius Se-
neca claruit temporibus apoſtolorum. Auguſti. 6.
de ciuitate Dei, cap. 10. & ſic recipiens gaudet co-
moditate fructuum, & is qui dedit, recipit ſerui-
tium. Iſern. hic. num. 11. in fin. & Afflict. num. 4.
nam donatio capit vires ex conditione. Innocen.
10 in cap. verum. circa medium. de condi. appoſit. &
dicit Sponte, nam inuitus non gaudet. glo. in regu.
inuito. de regu. iuris. Cum iſta diffinitione tranſit
gloſ. in extrauag. Ioan. execrabilis, in ver. beneficiū.
de præbend. no. in clemen. paſtoralis. de ſenten. &
re iudic. Ioan. And. in cap. pri. poſt nume. 5. de in
integ. reſtit. in 6. Pau. de Caſ. in conſi. 235. colum.
penult. cir. medium. primo volum. Socin. in conſi.
167. num. pri. ſecundo volum. & conuertitur cum
ſuo diffinito. Late. Iacobi. de Ardizo. in Sum. quid
ſit feudum ſeu beneficium. Bald. ſupra in prælud.
num. 8. & Præpoſit. in 5. quæſt. num. 13. Huius au
tem generis ſpecies quædā, eſt beneficium,] Ideſt
feudum quod in remunerationem datur, loco be
11 neficij habetur. Archid. in cap. in ſacris. circ. finem.
16. quæſt. prim. retinet nomen generis, etiam ſpe-
cies abuſiue. Bald. in cap. fin. poſt numerum ſecū-
dum. de authori. & vſu palli. datum ab inferiore,
appellatur contractus donationis, ſi detur a Prin-
cipe, appellatur beneficium. Curt. in tract. feud. in
2. par. prin. ibi, circa hanc materiam. poſt num. 54.
& ibi, ſecunda cadit. poſt nume. 66. & dum infeu-
dat beneficium eſt. Frec. de Subfeud. lib. ſecundo.
ibi, quinta authoritas. num. 17. circ. princip. diffe-
runt autem in multis feudum & donatio, Aluaro.
in capit. ſi facta. poſt numerum primum. & 6. ibi,
primum. ſi de feud. defuncti milit. contro. fue. Be-
neficium eſt gratia, ſed non conuertitur. Fre. vbi
ſupra. ibi, trigeſimoquinto. num. 27. in additio. no
ua. vel gratia & beneficium. gloſ. Pariſ. in quæſtio.
25. poſt num. 114. tit. prim. §. 30. nam gratia pro-
prie beneficium, impetrata ſonat in ambitionem.
Ioan. And. in cap. penult. poſt num. 5. de reſcriptis
in 6. quomodo autem differat a priuilegio, & feu-
dum an dicatur priuilegium vel beneficium. Curt.
vbi ſupra in 11. quæſt. pri. par. principa. licet priui-
legium ſit illius, in quem deriuantur grata bene-
ficia. Ioan. And. in capit. fin. circ. princip. de verbo
rum ſignificationib. in 6. Illud quod ex beneuo-
entia.) Vel ex beneuolentiæ liberalitate. l. vnic. C.
de magi. ſcrinio. Ita datur alicui vt proprietas qui-
12 dem rei.) Quæ eſt pars dominij. l. Mæuius. §. pe-
nult. in ver. non in parte. de legat. 2. Immobilis.)
Cum feudum non conſiſtat niſi in rebus ſoli, aut
ſolo cohærentibus. cap. prim. in fi. de feud. cogni.
Beneficiatæ, penes dantem remaneat: vſusfructus
13 verò illius rei.) Ideſt vtile dominium. Præpoſitus
hic. colum. prim. circ. medium: nam vaſallus habet
quendam vſumfructum anomalum, qui non eſt
cauſalis nec formalis. Iaſ. in lectu. feud. num. 2. cir
ca medium. vel vtilis proprietas. Innocen. in cap.
ſi diligenti. in princip. de præſcriptioni. Ita ad acci
pientem tranſeat, vt ad eum hæredesque ſuos ma-
14 ſculos.) Cum ſint de publico introducta, in recō-
penſationem mali, quod pro tuitione reipublicæ
militando patiuntur. Lucas in l. ſi quis. circ. me-
dium. C. de profeſſo. & medi. Siue fœminas, ſi de
his nominatim dictum eſt.) Aliàs non ſuccedunt.
§. filia. de ſucceſſio. feud. cap. pri. de eo qui ſibi &
hæred. ſuis. In perpetuum.] Ita vt non excedat gra
dus a lege præfinitos. Loffred. in conſi. 38. nu. 14.
15 Pertineat, ad hoc vt ille & ſui hæredes.) Maſculi,
& his deficientibus fœminæ. dicto capit. pri. de eo
qui ſibi, Fideliter.] Quod eſt aduerbium. Gramma.
in ver. fidelis, Seruiant, ſiue ſeruitium illud nomi-
natim, quale eſſe debeat, ſit expreſſum, ſiue inde-
terminate ſit promiſſum.] Acſi dicat, ſiue feudum
16 ſit purum, ſiue conditionale, nam purum dicitur,
quod datur indeterminate: conditionale, quando
apponitur conditio, vt propter id fiat certum ſer-
uitium. Puta ſit ſentifer, vel præſtet habitationem.
Odoffred. in Summa, de diui. feud. in princ. glo. ſi.
in capit. prim. in fi. de cap. qui curiam vendi. Cap.
in ver. feudorum clauſulæ, circa finem. ibi, ſub ſer-
uitio. & in feud. genera. ibi, conditionatum, & ibi,
rectum feudum, ſi eſt conditionale non poteſt au-
ferri, dummodo ſeruiat, prout laudat Curia. O-
doffred. in Sum. quibus modis feud. amit. numer.
23. 75. & 76. feudum autem ita in ſpecie ſumptū
17 diffinitur, vt per Afflict. hic poſt nume. 6. & ſupra
in prælud. nume. 38. glo. Pari. tit. prim. in princip.
nume. 114. Cap. in ver. feud. definitur. vbi ponit
multas diffinitiones. Pernus in tertio. notabil.
poſt princip. Iacob. in ver. in feudum. in prin. Cur.
tract. feud. in 6. quæſtio. prim. par. prin. in princip.
Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 3. in princip.
Aluarot. ſupra in procem. in quinta quæſtio. num.
18. & hic nume. 9. Alexand. in l. ſi finita. §. ſi de ve
ctigalibus. numer. 19. de damno infecto. Eſt au-
tem ſecundum Bald. in conſi. 38. nume. 2. prim. vo
lum. vſusfructus quidam, qui cohæret perſonæ, &
non tranſmittitur niſi quatenus conſuetudo feudi
diſponit. & eſt tertia ſpecies, quia eſt quædam ſer-
uitus præter naturam rerum. idem Bald. in conſi.
308. nu. 4. & poſt nu. 5. 3. vol.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio, &
Primò, feudum eſt quædam ſeruitus. Bald. in con-
ſi. 466. num. 6. circ. medium. primo vol. ſi ſeruitus
nō eſt beneficiū, quia ſeruitus morti comparatur.
l. cum hic ſtatus. §. ſi donator. ff. de donatio. inter
virum & vxo. & ſic nō beneficium, ius enim bene
ficatum non beneficiat. gloſ. prim. circa medium.
in cap. ſi pauper, de præbend. in 6. Secundo, feu-
dum datur propter ſeruitium. §. ſed non eſt alia.
infra, tit. proxi. ſi propter ſeruitium, non eſt bene-
ficium, ſecundum Senecam, quod vertitur in quæ-
ſtum. Arc. in c. charitas. in fi. de pœn. diſt. 2.

His

His nonobſtantibus, Obertus tenet contrarium. Et ratio eſt, quia feudum datur gratia vtriuſque. Iſer. hic in §. huius autem generis. ibi, quid ergò. Iac. de Ardiz. in Sum. quid ſit feudum ſeu beneficium. cir. fi. & vaſallus, dum habet vſumfructum, non eſt totaliter dñs, quia vſusfructus eſt, niſi pars rei. l. ſi vnus. §. pen. in ver. vſumfructum. ff. de pact. ratione proprietatis. quę eſt alia pars, & vocat proprietas poſſeſſionis. l. locorum. C. de omni agro deſerto, tenetur ſeruire.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam licet feudum ſit ſeruitus. Lucas in l. prędia. columna 9. poſt medium. C. de locatio. prædio. ciui. attenditur id quod principaliter agitur. vnde feudum appellatur beneficium, quia præualet extremum potentius, & gratia, ſi ſit recepta pecunia, præponderat, nec deſinit eſſe gratia. Socin. in conſilio quarto. numer. 6. tertio volumine. munus iudicandi, quia plus tribuit comodi quàm oneris, cenſetur beneficium, aliàs ſecus. Alexand. in l. beneficio. num. 5. ad leg. Falc.

Non obſtat aliud, licet habeat onus, tamen quia habet plus comodi, dicitur gratia. Socin. in conſil. 87. num. 13. in fin. 3. volum. & 22. 4. volum. & ſic firma remanet concluſio, quòd datio in feudum eſt gratia, & per eam transfertur vtile dominium. Socin. in conſi. 66. nume. 5. eod. volum. Intellige habere locum, etiam quòd feudum ſit emptum. quia appellatur mercennarium & gratuitum. Alexand. in conſi. 12. in fin. nume. 6. ſecundo volumi. & quòd magis gratia & amore quàm precio datur. Cagn. in l. 2. num. 208. C. de reſcinde. vendi. & ſi conceditur precio valet conceſſio, quia multa non debent fieri, quæ facta tenent. Bald. in l. licet. C. de libera. cau. ſicut facere gratiam dicitur, faciēdo id ad quod tenetur iure naturali. Præpoſi. in §. ſi verò. circa medium. de pace iuramen. firmat. & feudum quo ad quid, dicitur donatio, ſed non ſimpliciter, cum ſaltem teneatur ad ea quæ ſunt in iuramento fidelitatis. in conſi. feud. diuer. 40. poſt numerum primum. vnde etiam quòd vaſallus debeat ſeruire, intelligitur ſub onere & conditione feudali. gloſ. Pariſ. nume. 67. circ. finem. titu. primo. §. 42. intellige quod dicitur gratia attento principali propoſito concedentis, qui magis conſideratur, quàm viciſſitudo ſeruitiorum. Iaſ. in l. re coniuncti. nume. 227. de legat. 3. vel adſit pactum in contrarium, quia pacta onera minuunt contractuū, & augent. Bal. in conſi. 164. poſt nu. 2. 5. volum.

Nota, quòd feudum beneficium appellatur. Iſern. hic. in §. huius autem generis. in princip. & eodem modo vtrumque diffinitur. Bald. in l. beneficium. in princip. in prim. lectu. ff. de conſtit. Prin. & licet capiatur pluribus modis. Alexand. in d. l. beneficia. circa finem. ad leg. Falcid. & eius appellatione veniunt maiora & minora. Iacobi. de Ardizo. in d. Sum. vnde dicatur beneficium ſiue feudum. in princip. in iſta materia reperitur perſonaliſſimum, perſonale, reale, & realiſſimum. Bal. in d. l. beneficium. nume. 3. & antiquum licet ſit grauius, præſens tamen ſuauius eſſe videtur, vt refert Caſſan. in procem. conſuetud. Burgund. ibi, meſtere ferre. de cuglu, verb. nuncitaque. circ. finem. in iſto ſi eſt limitatum certum ſeruitium, non dicitur feudum rectum. Bald. ſupra in prælud. poſt num. 27. alio verò in contrarium non apparente, intelligitur conceſſum, prout conferri conſueuit. in cōſi. feud. diuer. 40. nume. prim. in princip. Et intelligitur expreſſum ſeruitium, quod ſecundum mo-
18 rem & naturam feudi conſuetum eſt. Aluarot. hic numer. 7. & debetur ſeruitium congruum ſecundum qualitatem rei & perſonę. Lucas in l. fin. cir. finem. C. de fun. patri. exemplum ponit Iſern. in locatione, ſed non operarum, quia non debetur ſalarium niſi conuentum. Fallit in aduocato & obſtetrice. l. ſalarium. cum ibi, not. ff. mandati. in alijs ſolet præſtari ex qualitate fructuum & rei conditiōne. l. ſi cui. de annuis legat. & licet non ſpecificando ſeruitium, neminem ſibi obligare voluerit. l. in hoc iudicium. circ. finem. & ibi gloſ. in ver. volui. ff. commu. diuidun. tamen ſeruitium ex conſuedine præſtitum peti poteſt. glo. fin. In cap. 2. de exceſſi. prælato. & ſi detur cum præſtatione ſeruitij, intelligitur de conſueto. Quod autem ſit conſuetum, & quod præſtando adoham nō teneatur ſeruire de perſona, & ſi cōcedit extraneo erit liberū, ſed prout fuit penes Baronem. Afflict. hic 6. nota. numer. 37. vſque ad 55. & pro promiſſis incontinenti agit mandati contraria, ſi ex interuallo agitur extraordinaria, & ſi non erat aliàs facturus, & conſueuit locare, agit locati. l. prim. in gloſſ. fin. & l. ſalarium. C. mandati. vno tamen nummo non cōſiſtit locatio. l. ſi quis conduxerit. ff. locati. in regno autem ſi dominus dedit vt ſeruias, intelligitur ſecūdum morem & naturam feudi: videlicet vt pro quibuslibet 20. vnciis valoris annui, ſeruiat de vno milite. Iſer. hic nu. 6. poſt med. & de contro. feud. apud pares term. nu. 9. cir. med. Cap. in §. pręterea ſi quis infeudatus. ibi, item nota. poſt medi. de prohib. feu. alie. per Fred.

Sed quomodo dicitur. 20. vnciarum, ſi non dicitur perueniſſe, quod eius nomine præſtaturus eſt. l. qui concubinam. §. ſecundo. de leg. 3. & tantum videtur capere, quantum remanet deducto eo quod ſoluit cauſa conditionis implendæ. l. ſed ſi hoc. §. primo. de conditio. & demonſtratio. Dic quod dicitur. 20. vnciarum, quia ex eis magis obuenit vaſallo, quàm domino, ſicut non dicūtur bona, quę plus incomodi quàm comodi habent. l. propriè bona. de verborum ſignificationib. eſt ſeruitium militare. Fre. de Subfeud. lib. primo. in princip. nu. 49. quod eſt de natura, & rei cohæret. Came. in capit. Imperialem. cart. 75. column. 3. poſt medium. de prohib. feud. aliena. per Fred. & inueſtitura intelligitur conceſſa, prout ius conſtitutionis, & ſic conſuetudo generalis intelligit, & non particularis donatoris. Loffred. in conſi. prim. nu. 45. & poſt num. 117. & 118. licet aliqui dicant, vt refert Iſer. hic colum. 2. circ. finem. quòd ſi Rex vel dominus conſueuit exprimare ſeruitium in ſuis infeudationibus, ſi poſtea infeudat ſimpliciter, non ſpecificādo ſeruitium, videtur intelligere de eo quod conſuetum eſt fieri, non prout erat ſolitum præſtari pro eo feudo, ſed ſecundum morem & conſuetudinem regni, niſi dicat in ſpecie, & in regno ſeruitium debetur alterο de duobus modis. Frec. de Subfeud. lib. ſecundo. ibi, quinta authoritas. nume. 14. 15. & 19. circa princip. & ex frequentia & generalitate, præſumitur veritas, niſi probatur cōſuetudo difformis. Bald. in conſi. 351. circ. finem. primo volumine. adducunt ſimile in feudu ex pactu & prouidentia, quod habent liberi, etiam quod non ſint hæredes patris, dictum eſt pluries, dicit Iſern. videlicet in §. ſed & plures. in princip. & poſt nume.

nume. 5. per quos fiat inueſtit. & in §. quid ergo, poſt nume. 7. de inueſtit. de re alienat. facta. ſed nō placet Iſern. niſi conſtaret, quod hoc fuit actum inter partes, licet expreſſum non fuerit, dicam, dicit ipſe infra tit. ſequen. in fin. nam quod ex mente colligitur debetur, ſi verba ſunt defectiua. l. vnum ex familia. §. ſi omiſſa. de legat. 2. & ſi dicit aliud quàm vox ſignificat, dicit potius quòd intendit dicere, quam quod vox ſonat. gloſ. in capit. quomodo. in verb. dicens. 31. quæſtio. prim. debet tamen probare quod mente agitauerit. l. qui cum tutoribus. §. fi. ff. de tranſactio. aliàs ſi non eſt expreſſum, non immutarit conditionem iuris. l. non rectè. in fi. C. de fideiuſſo. Replicat vero adductis in contrarium, quia in donatione, ſi non additur conditio, remanet integra. l. ſi repetendi. C. de condict. ob cauſ. ſi id de eo agitur eſt extra contractum, puta quia adijciuntur liberi vel hæredes, nunquam intelliguntur, niſi dicatur. facit quod dicit Petrus in conſi. 2. colum. 3. poſt medium. ideo conditio non intelligitur in contractibus & reſcripto, niſi apponatur. vel ſit generalis, ſi potero, ſi ſanus ſum & ſimilia. capit. fin. 32. quæſtio. vltim. ſimilia vide in cap. prim. an mutus vel aliter imperfect. Quod autem dicitur, attendi conſuetudinem eius, quod in ſimilibus facere conſueuit; nam intelligitur in iudicijs bonæ fidei. l. qui ſemiſſes. §. fin. ff. de vſuris. l. atqui natura. §. non tantum. de nego. geſt. vel attenditur, quod conſueuit donator & contrahēs, in eo quod eſt certum, donaſſe & dixiſſe in donatione. l. cum alimenta. de aliment. & cibaria lega. ſecus ſi non dixit, vel omiſit, quia omiſſum habetur pro omiſſo. l. quidquid aſtringendæ. de verborum obligationib. & lex ciuitatis attenditur, nec contra eam aliquid fieri patitur. l. fi. C. de iure reipub.

19 tunc extra id quod agitur, tacita naſcitur obligatio. gloſſ. in capit. vnic. §. primo. in ver. de futuro, de deſponſa. impuber. in 6. in l. 3. in ver. & ſi furioſi. circ. medium. ff. de negot. geſtis. gloſ. 2. in l. non omnis. ſi certum peta. l. ſi aerea. in gloſ. 2. de condi. indeb. l. ſi procuratorem. §. ſi liber. in ver. Iulianus. ff. mandati. l. igitur. in glo. fin. ff. de libera. cau. l. 4. §. tutelæ. in ver. diſtrahendæ. de actio. & oblig. glo. fi. in l. apud antiquos. C. de furtis. Azo in Summa. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contract. poſt numerum octauum. Innocen. in capit. per tuas. circa finem. poſt num. 4. de arbitris. addit. vltim. circ. medium. ad Speculat. in tit. de ſalarijs iudicum. §. prim. Pau. de Caſt. in conſi. 275. circ. finem. primo volumine. & gerere videtur extra id quod agitur. gloſſ. 2. in d. l. ſi area. tempore contractus, ante & poſtea, multa ſunt q̄ interueniunt, etiam extra id quod agitur. Innocen. in cap. tua. nume. 6. in prin. de cohabi. cleri. & muli. & naſcitur ex eo, quod ſimulatur aliud quàm quod verum eſt. Bald. in conſi. 397. circ. finem. primo volumine. & prodeſt aliud ſibi quàm quod prodeſſe putatur. l. ſi per errorem. in gloſ. ff. de vſucapio. vnde in ſtipulatione pacis, intelliguntur etiam compræhenſi perſonæ coniunctæ. Lucas in l. vnic. colum. 19. in fin. C. public. lætitiæ vel conſu. & in condictione quæ datur ad repetendum, naſcitur actio extra id quod agitur. Pau. de Caſt. in l. naturalis. §. at cum do. num. 4. in fi. de præſcrip. verb. Vltimò illud procedit in contractibus bonæ fidei, vt præſupponit Iſer. hic, ſecus in contractibus ſtricti iuris vt eſt donatio, & datio in feudum, de qua hic. Loffred. in d. conſi. prim. poſt nume. 116. & ſic licet non ſubintelligatur, quòd donator conſueuit, ſubintelligitur quod ius intelligit, videlicet quod ſit conceſſum tibi & hæredibus tuis, ita Iſern. hic, num. 11. intelligit. Loffred. in d. conſil. prim. nume. 120. & præſumitur datum, prout dantur alia feuda maiora, & quòd is qui primo cōceſſit, illud dederit in forma ſolita. Lucas in l. vnic. colum. 7. circa medium. C. de imponer. lucra. deſcri. adeo quòd ſemper eſt præſumendum feudum ſecundum propriam naturam, niſi aliter actum probetur. Bald. in §. fin. nume. prim. quid ſit inueſtit. quia in conceſſione vel contractu, videntur intelligi ea quæ ius intelligit. l. ſi cui. de ſeruitu. & l. quamquam. de ritu nuptia. Hæc proſunt ad multa, nam in terminis quæſtionis propoſitæ. ſi conceditur feudum tibi & liberis tuis etiam quòd non exprimantur nomina liberorum, ſemper cenſetur datum contemplatione patris, & habebunt vt hæredes, ſecus in emphyteoſi. Bald. in conſi. 461. nume. prim. 2. & 7. in fi. 5. voluminis. ſi ſimpliciter, non facta mentione filiorum, hæredis vel alterius, videt̄ conceſſum vt ius intelligit: & eſt ex pacto & prouidentia. ita Iſer. hic intelligit. Loffred. in §. & ſi clientulus. de alienat. feud. & in dicto conſi. prim. nu. 54. ante & poſt. & in conſi. 46. nume. 11. poſt medium. & de his qui feud. dare poſſunt. ibi, dic quod feudum debebatur. & in cap. Titius, ibi, ſi hæres non eſſet, ſi de feud. defunct. milit. contro. fuer. Alia opinio eſt, quod dicatur feudum ex pacto & prouidentia, quando da-

20 tur tibi & liberis. Anto. de Alexand. in conſi. 52. inter conſi. Loffred. poſt nume. 52. Cam. in §. præterea ducatus. car. 97. colum. prim. Cap. in ver. feudorum genera, ibi, ex pacto & prouidentia. Afflic. in capit. prim. nume. 6. circ. finem. quibus modis feud. conſtit. poteſt. & de eo qui ſibi & hęred. ſuis. in ſecundo notab. per tot. hic nume. 60. & de aliena. feud. pater. in princip. poſt nume. 5. in cap. pri. nu. 9. an agnat. & in dicto §. præterea ducatus. nume. 13. circ. finem. in dubio omne feudum cenſetur reale ex pacto & prouidentia, niſi aliud appareat. idem Afflict. in §. fin. in fin. nume. 25. tit. proxi. quæ ſit prim. cauſ. benefic. amit. adeo quòd dominium illius in perpetuum ex imperiali liberalitate permanet. l. ſi qui ex titulo. C. de [illegible] præ dijs verba. & ruſtic. lib. 11. & importat quod eſt ex pacto & prouidentia, nam liberi etiam non hæredes habebunt. Ant. de Alexand. in dicto conſi. 52. num. 53. nam non habent beneficio patris ſed pactis. Afflict. ſupra in prælud. poſt nume. 85. ſi datur tibi & hęredib. vt eſt communis forma in regno, eſt hereditarium. Afflict. vbi ſupra, & Loffred. in conſi. 14. num. 38. ſi dixit, pro filijs & hæredibus. idem Loffred. in d. conſi. pri. nu. 132. circ. nu. 133. & 134. & an requiratur concurſus vtriuſque, & veniant omnes deſcendentes in infinitū, Cap. in ver. feudorum clauſulæ. ibi, & liberis & hæredib. cum ſeq. ibi, quid ergò.

Iſer. ſecundum Loffred. hic redit ad ſeruitium, de quo in prim. colum. & dic, quod de ſubſtantia

21 feudi non eſt ſeruitium ſed fidelitas. Afflict. in deciſio. 320. nume. 4. nec pręſumitur promiſſum, niſi probetur. Iſern. in prælud. in 6. quæſtio. ibi, ſeruitium verò, & in §. ſed nec eſt alia. ibi, conſulendum, quæ ſit prim. cau. benefic. amit. pacto, nam dicendo feudum, debetur fidelitas, ſed non ſeruitium niſi dicatur. idem Iſern. in §. ſcriba. ibi, dicendo

do feudum.de prohib. feud.alienat. per Freder.& licet præſumatur datum pro ſeruitio militis. 20.vnciarum. Idem Iſern.de controuer. inter maſcul.& fœmi.nume. 4. in fin.intelligitur quando conſtat de ſeruitio, & non de quantitate: & intelligitur principaliter, acceſſorie tamen eſt de natura feudi. multa ad hoc Cam. in dicto cap. Imperialem.car. 75.colum. 3.in fi.& 4.in princip. Bald.in l.de quibus.poſt nume. 33.ff.de legibus.adeo quòd ſeruitium etiam indeterminatum Rex poteſt petere, quando guerra eſt in regno. Afflict.in dicto §.ſed nec eſt alia.nume.4.Iſern. hic nume. 12.& ſi in datione feudi eſt dictum expreſſe, quòd inde nullũ fiat ſeruitium iure feudi, cenſetur quo ad omnia, excepto ſeruitio de quo ſupr. Aluarot. hic nume. 8.& infra de feud.non haben. propriam feud.natu.Iſe.hic poſt numerum decimumquintum.& in dicto §. ſed nec eſt alia. poſt numerum 35.circa princip.ſicut feudum dicitur a fidelitate.Iſer.hic, & tamen poteſt pacto remitti. Iacobi.de Ardizo. in Summa.vnde dicatur beneficium ſiue feu. poſt princip. tamen quia datur feudum, aduocatiæ cancellariæ, commiſſariæ, guſtus, ſcutiferi, muſici & curſoris, Cap.in verb.feudorum genera, ibi,feudũ aduocatiæ. cum quinque ſequen.Iacobi.in ver.in feudum,nume.14. Iaſ.in repet. feud.poſt numer. 126.& 127. & iſta conſueuerunt tenere Barones pro atriarijs, curſoribus, & ſimilibus, vt plerumque videmus,dicit Iſern.hic,& ſolent dare vt portent literas domini, & ſimilia faciant, huiuſmodi feuda, etiam quòd ſimpliciter dentur.l. ſiſtus.§.ſi quid. in ver.vſtium.de leg.prim.ineſt hoc,& habebunt,quod eſt fortius,etiam quòd rei donatæ donatarij non habeant commercium. Puta ſi muto legetur militia liberi.Ludo. de Milin. de Hiſpan. primogen.lib.primo.cap.13. nume.88. nam claudus, licet non poſſit currere, poterit tamen alteri feudum locare currere valenti:ita& de alijs.Cap. in ver.feudorum genera. ibi, feudum curſoris: ſecus ſi eſſet pactum extraneum, puta aſſociandi vxorem diebus feſtiuis, nam non venit,valet tamen ſi apponatur. Bald.in §.fin. nume.2.quid ſit inueſtit. Iacon.in d.ver.infeudum.nume. 14.in fin. nec poſſunt addi inſolita domino inuito. Quid ſi pactum eſt turpe, & probroſum, & cum eo reperitur datum feudum. Aluarot.in d.§.fin. nume.5.cir. medium.6.& 7.quid ſit inueſti.Sed dictum in feudo curſoris, videtur intelligi ſecundum Iſern.quando conditio illius cui datur tale feudum, eſſet apta portare literas & ſimilia, nam in iudicio quaſi contrahitur.l. 3. §. idem ſcribit. ff. de iudicijs.veniunt omnia niſi actum ſit ne veniant.l. cum prætor. de iudicijs. & omnia cenſentur permiſſa, quæ non reperiuntur prohibita.l.ſtatuas.vbi glo. prim. C.de religio.& ſumpt. fune.tanto magis, quia expreſſum dicitur, non tantum verbis expreſſis,ſed quod ex coniecturis depræhenditur.Bald. in conſi. 3.nume.2.quinto volumine.dummodo probetur,quod hac mente agebatur.l.ſi tibi, de præſcri. verbis.ſtilus mentem eius patefacit.Hiero.Gabriel. in conſil.prim. nume.78. & obſeruantia declarat quid actum ſit.idem in conſi.7.num.18.alibi cenſetur factum,velut ratio naturalis,neceſſitudo ſanguinis,ordo iuris exigit, & veluti prudentes facere conſueuerunt.idem in conſi. 8.nume.18.24.& poſt numerum 26. & relinquitur interpretationi conſuetudinis.Aluarot.in §.præterea.poſt numerum ſecundum.quid ſit inueſtit.& vbi eſt conceſſum feudum non determinata forma oneris, inſunt tacite onera conſueta. Vnde dicimus, quòd conſuetudo informat omnem diſpoſitionem,etiã ſi non ſit dictũ. glo.Pariſ. poſt numerum 86.titu. prim.§.22.& attenditur conſuetudo loci ſeruientis,vt ibi.In dubio conceſſio eſt intelligenda ſecũdum ſolitam naturam talium conceſſionum.Præpoſi.in d.§.præterea. poſt num. pri. quid ſit inueſti.ſed ſi peruenit ad dominũ,& annis 30.ſtetiſſet penes eum, non veniret illa qualitas: nam res recipit conditionem a perſona, & propter hominis dignitatem,ſecundum conditionem eius cenſeri debet.Cap.in ver. feudorum iudicia. poſt numerum primum.ideo dicimus, quod mutatione perſonæ, deſinunt eſſe bona caſtrienſia.l.Paulus, alias, per procuratorem.ff.de acq.hered.& res redit ad dominum iure priſtino,ſicut erat antequam conditionem imponeret.l.& Attilinus.ff.de ſeruit.ruſtic. prædiorum.

Vnde refert Iſern.in addit. quòd ſi feudum re-
22 dit ad Regem, donec eſt in manu eius, non dicitur feudum.Præpoſit. hic in fin.& Afflict.in conſtit.ſi dubitatio.nume. 6.de probatio.per inſtrum, nam ſuperuenit contraria ratio præteriti vſus,quę illum extinguit. Bal.in §. ſi quis de manſo.poſt nume.12.de controu.inueſtit.& quando ius directũ & vtile deuenit in vnam eandemque perſonam,neceſſe eſt quòd alterum confundatur, ſcilicet vtile. ſimilia refert idẽ Bal.in l.mutari.poſt pri.ff.de procuratori.in l.ſi quis. in prin.eod. tit.l.ſi quis ædes. de ſeruit. vrbanorum prædiorum. confuſio dominiorum inducit confuſionem ſeruitutis.l.ſi via.ff. de ſeruit.ruſticorum prædiorum.l. vnus ex ſocijs. nume.prim.eod.titu. non enim poteſt eſſe dominus,& a ſe ipſo tenere. Loffred.in conſi. 17.nũme. 59.circa finem. ex quo res ſua non poteſt ſibi deberi. Afflict.hic,nume. 45.circa finem.ſed cum dominium rei ſeruienus peruenit ad dominum, extinguitur ſeruitus.l.quidquid.in fin.commu. præd.l. prim.quemad. ſerui. amitta. confuſione dominij. ſeruitus eſt ead.l.legatum. §. fina. de legat. prim. Adeo quòd feudum, poſtquam peruenit ad Regem,dicitur liberi perueniſſe,quia omne onus eſt exunctum. Afflict.in conſti.poſt mortem. poſt nu rum octauum. de morte Baro. quia non poteſt dici feudum apud Regem. Idem Afflict. in deciſio. 361.num.35.ipſe verò concedit poſtea,prout placet,quia rei ſuæ dicit legem quam vult. Iſern. in §. ille tamen.nume. 11.poſt medium.de contro.feu. apud pares termi. nam poſtquam vtile dominium fuit conſolidatum cum directo, potuit Rex concedere dictum feudum,retenta prima vel alia quãtitate,prout voluerit. Loffred.in conſi.36.poſt numerum ſextum. facit.l. 4.C. de fundis patrimo.& quod dicit Afflict.in §.præterea.in gl. 3.num.20. ſi prim.cau.benefic. amit. nam non habuit titulo particulari vel iure hæreditario, ſed eſt reuerſum ex lege feudi. Loffre.in conſi. 32.nume.3.poſt medium. niſi contracta eſſet obligatio cum conſenſu ipſius, quia tunc eſſet loco hęredis.ibi poſt numerum quint.Intantum, quod ſi feudum ſit deuolutum ad Regem, ille poſtea concedit alteri ſimpliciter, non dicendo in feudum, nec in burgenſaticum, videtur conceſſiſſe in burgenſaticum. Iſern. hic.Cap.in dicto capit. Imperialem. car.29.colũ. prim.in 3.concluſi.& facit, quòd ſi ędes meæ tuas

ſeruiebant,

ſeruiebant, c. illas emi, & ſic eſt extincta ſeruitus,
ſi illas poſtea alteri vendo, liberę videntur, niſi ſer
uitutem imponerem. l. ſi quis ædes. ff. de ſerui. ru-
ſticorum prædiorum. idem ſi emo prædium mihi
ſeruiens, & tenendo, nō reſtituitur ſeruitus amiſ-
ſa, niſi ſpecialiter imponatur. l. 2. §. fin. in gloſ. vlti.
ff. de hæred. vel actio. vendit. ita ſi alienus ſeruus
mihi furtum fecit, ſi poſtea peruenit in dominium
meum, extinguitur actio furti. l. ſi alienus ſeruus,
ff. de noxali.

Adducitur pro alia parte, quòd hoc ius non ſit
hoīs, ſed prædiji & ſucceſſiue feudo & non perſo-
næ debetur. l. ſi mihi. §. fin. in fin. & l. vnus ex ſo-
cijs. ff. de ſeruitu. ruſticorum prædiorum. item ſi
fundus ſeruiens, vel is cui ſeruitus debetur publi-
catur, vtroq; caſu durant ſeruitutes, quia cum ſua
quiſque conditione fundus publicatur. l. via. §. ſi
fundus. d. tit. de ſer. ruſtic. prædiotum. qui vendi-
didit hæreditatem, ponendo emptorem in locum
ſuum, idem ius videtur ſibi reſeruare contra em-
ptorem, quod habebat contra defunctum. Bald.
in l. ſi ei comm. prædi. Rurſus, habeo actionem
furti contra ſeruum nondum in iudicio dedu-
ctam, ſi emam ſeruum, & rurſus vendam fur-
ti actio reſtaurata non eſt, vt dict. l. ſi alienus, poſt
princip. cum ſequen. de noxa. tanto magis, quia do
minio directo translato vtili, non poteſt dominus
recuperare a ſubfeudatario id, quod feudatarius
illi conceſſerat. Loffred. in conſil. trigeſimooctā-
uo. num. 20.

Tenendo tamen Primum, vltimo loco adducta
procedunt inter duos priuatos, ſed inter priuatū
& dominum res ſumet conditionem a perſona. l.
vnic. C. de impone. lucra. deſcri. & licet ſit eadem
res, quo ad diuerſa, diuerſo iure cenſetur. gloſ. cir-
ca finem. in cap. cum appellatio. de priuileg. & hoc
niſi adſint verba, quæ conſueuerunt dici quando
infeudat, ſicut in donatione. l. filius. §. ſed enim. ff.
de don. vel adſit inueſtitura, ſine qua iure iſto non
eſt feudum. idem Iſer. quid ſit inueſtit. nume. 3. cir-
ca finem. nam ex ijs & alijs de quibus Iſer. hic nu-
me. 14. circa princip. Iacobi. in ver. inueſtiui talem.
poſt numerum decimum. præſumitur eſſe feudū:
nam probatur per indicia. Barba. in additio. prim.
ad Bald. de feud. guar. & correſpondentia ſeruitio
rum. Bald. in conſi. 308. poſt numerum quintum.
tertio volum. vel ex eo, quia vendidit cum conſen
ſu Regis. Afflict. in §. ſi quis de manſo. numer. 32.
circa medium. de controu. inueſtir. vel eſt deſcri-
ptū in libro, in quo deſcribuntur feuda. Afflı. in §.
præterea ducatus. in 6. notab. num. 25. circ. finem.
de prohibit. feud. alienat. per Frede. & in rub. quæ
ſint rega. in prim. quæſtio. nume. 3. & poſt, ſeu eſt
caſtrum cum vaſallis. Iacobi. in ver. de caſtro. Ru
bei. nume. 16. Loffred. hic adducit ſimilia, vel eſt
conceſſum per dominum vtile dominium, reten-
ta proprietate. idem Loffred. in dicto conſi. prim.
nume. 2. & 28. circa medium. Came. in dicto cap.
Imperialem. columna tertia. in fin. & cart. 36. co-
lum. 4. circa medium. nam poſt conceſſionem, di-
rectum dominium feudi remanet concedenti. Af-
flict. ſupra in prælud. poſt numerum 56. idem ſi
cōceditur reſeruata fidelitate. Cam. vbi ſupra, cart.
41. colum. prim. circa finem. & 2. in princip. Cap.
in ver. feuda allodia. columna ſecunda. circa finem,
in ver. feudorum clauſulæ. ibi, inueſtientes, & ſe-
quen, alios caſus ponit Afflict. hic, num. 71. vſque

ad 80. Aduerte tamen, quòd extrinſecus quæſita
non ſunt feudalia, ſed propria, puta boues & ſimi
lia. Bald. in conſi. 222. nume. 3. tertio volumine. &
per rententionem a Regibus regni per tantum
tempus videtur mutata conditio rei. Loffred. in
dicto conſi. 36. nume. 8. in fin. nam quod Regia
curia poſſidet, præſumitur pleno iure poſſidere,
niſi priuatus oſtendat contrarium. idem Loffre. in
conſil. 8. nume. 18. poſt medium. & maior domi-
23 nus poteſt eſſe feudatarius minoris, ratione alicu
ius feudi particularis. Cam. in dicto capit. Imperia
lem. car. 71. colum. 3. in fin. & 4. in princip. Feuda-
tarius habens Comitatum, non deſinit eſſe feuda-
tarius vel Baro. ſim. ponit Fre. lib. ſecundo. de Sub
feud. quis dicatur Comes. num. 46. circa medium,
& poſt numerum 51. & 52. Rex habet regnum &
Comitatum, ſi iudicat vt Comes, appellatur ad ſu-
periorem Comitatus. Pariſ. de ſyod. in verb. ſala-
rium. capit. 3. nume. 4. Fred. vbi ſupra. lib. ſecundo.
de origine Baro. ibi, alia. poſt numerum octauum.
ſicut in Epiſcopo. ibi, nume. 11. Archid. in capit. ſi
quæ. 11. quæſt. pri. ſed per hoc non eſt ſubiectus, ſi-
cut Rex Robertus Henrico Imperatori. Afflict.
qualit. vaſa. iurare debeat fideli. in princip. Dicitur
autem maior & minor diuerſis reſpectibus. Frec.
de Subfeud. in fine, dum tractat differentias electo-
rum & Baronum. nume. 16. ne dignitas ſuperue-
niens præiudicat priori dignitati. l. 3. C. de digni.
lib. 12. nam non eſt cauſa iuris mutata, licet honor
ſit auctus. Aluarot. in cap. prim. num. 9. circa me-
dium. de milite vaſa. qui arma belli. depoſ. Paul. de
Caſt. in conſi. 31. circa princip. ſecundo volumin.
ſicut effectus monachus non eſt capite minutus,
ſed potius propter religionem. Auctus. in Sum-
ma. ff. quibus modis vſusfruct. amitta. poſt nume-
rum ſecundum. non dicitur mortuus, ſed auctus.
Ioan. And. in capitu. quamuis. poſt numerum pri-
mum. de offic. deleg. in 6. adeo quod mutando ſta
tum, non videtur mutaſſe perſonam. idem Ioann.
And. in capit. ſtatutum. nume. 13. in fin. de reſcrip.
in 6. quia non eſt deſpiciendum in eo, quod fuit,
cum incipiat eſſe quod non fuit. idem Ioan. An. in
capit. 4. circa medium. de hæreticis. in 6. & ſi con
currit cum alio præfertur. Frec. de forma. inueſtit.
lib. 3. ibi, differentiæ inter feuda rega. num. 14. cir-
ca fi. & poſt num. 24. adeo quod non amittit feu-
dum, niſi efficiatur Imperator. Cap. in verb. feuda
amittuntur. ibi, ſexageſimoquintu. quia non tene-
tur facere fidelitatem, ſed de eo alius inueſtitur. l.
3. de feudis & benefic. in extraordinariis. & excu-
ſatur propter dignitatem ſibi accreſcentem. Iaco-
bi. de Ardizo. in Sum. quibus ex cau. excuſa. vaſ. co
lum. 2. poſt medium. nec tenetur ſeruire vel conſu
lere. Cap. in ver. feudatarii habiles. ibi, Rex, & in §.
callidis, in pri. limit. circa medium. d. tit. de prohib.
feud. alien. per Fred.

24 An autem Rex feudum ſibi apertum teneatur
alteri concedere vel tenere in domanium. Afflict.
qualiter olim poterat feud. alienar. in princip. poſt
numerum ſeptimum. & in conſtit. vt de ſucceſſio-
nibus. in 18. notab. nume. 14. de ſucceſſ. nobi. vide
tur tenere quod ſit arbitrarium, pro quo facit ca-
pit. pręcarię, lo primo. 10. quæſtio. 2. Prępoſi. circ.
finem. pri. d. tit. qualiter olim poterat feud. aliena.
Tu dic, quod ſi eſt conſuetum concedi, non po-
teſt princeps retinere pro ſe, & tenetur potius in-
ueſtire conſanguineos defuncti, quam extraneos,
multa

multa Curt. in tractat. feud.in 15. quæſtio.2.par. princi. & Rex non debet tenere feudum in patrimonium,ſed alteri concedere ſub conſueto ſeruitio. Caſſan.in conſuetud.Burgund.rub.2.§.tertio. ibi, ſont au. ſingnieur.poſt nume. 5. & rub.3.§.8. ibi, ſans conſentement. poſt numerum quintum. nec vnire feudo dominanti.glo.Pariſ.tit.primo.§. 39.poſt num.186.idem in clerico. Aluarot.in capit.prim.colum.13.in fin.ſi de inueſtit.inter dom. & vaſa.lis oria.vnde vaſallus ſi habet arbitrium libere tradendi feudum alteri, ꝙ poſſet ſibi appropriare, ſe ipſum eligendo. idem Aluarot. de feud. habere propriam feud. natu. 6. Intellige in paruis feudis,non in dignitatibus ducalibus & alijs magnis feudis.idem Caſſan.vbi ſupra rub.8.§.primo. in fin.rub. 10.§. 10. ibi,au ſingneur,nume.prim. vbi reſpondet.§.porro.dicto tit.qualiter olim poterat feud.alienat.& rub.11.§.prim.ibi, reteno.nume.5.circa medium. & hæc in ſeculari,ſecus in eccleſia,quia ſi eſt pauper,poteſt pro ſe retinere. Aluarot.de his qui feud.dare poſſunt.in prin.nu.16. circa medium.

bo.edict. iſta fuerunt clam, quia tenebræ ſunt ap-
tiores ad ſubijciendum dolum.l.pri.§.iſtia.de ven
tre inſpici. & cum non poſſet probare, non tene-
batur reuelare.late in cap.prim.de noua forma fi-
delis. Vltimò,etiam quod vaſallus ſciat aliquẽ mo
liri,non ſufficit: nam periculum debet domino in-
ſtare, & non ſufficit metus inferendi.l. metum.ff.
de eo, quod metus cau. nam multa dicuntur non
vera, & rumor ſępenumero non attenditur. Deci.
in conſi. 115.poſt pri.

His non obſtantibus,ſeruatur cõtrarium. Et ra-
tio eſt, quia conſentire videtur, & authoritatem
præſtare,ſi videt & non prohibet, Aluaro.hic poſt
nu.4.vel defendat,ſaltem clamore:c.quantæ.& ibi
gl.fi.de ſent.excom.

Quibus ſtantibus,non obſtat Primum,nam illud pro
cedit in materia peccati, quod publicari non de-
bet, ſed peccator corripi inter te & ipſum ſolum:
Matth.c.27.

Non ob. Secundum, nam ſecreta domini non
debet reuelare.d.c. pri.de noua forma fideli.alio-
rum verò contra dominum,ſic,vt hic,quando po-
teſt probare, aliàs qui intulit quod probare nõ va
let puniendus eſt.c. pri. 5.q.6.

Non obſtat Vltimum, nam melius eſt in tem-
pore occurrere,quam poſt illatum vulnus reme-
dium quærere.l.fin.C.in quibus cau. in integ.re-
ſtitutio.non eſt neceſſ.& ſic firma remanet con-
15 cluſio,quòd vaſallus videns ſiniſtrum domino im
minere,debet obuiare, & ſi non poteſt denuncia-
bit. Intellige idem eſſe in domino, quia ſi agitur
de damno ſubditi, debet illud deuiare dominus ſi
poteſt.Felin.in c.pri.num.4.in prin. fallen. de of-
fic. deleg. vt infra late cum Iſern.& tam ſi vaſallus
eſt laicus,quam clericus.Abb.in c. Petrus.in fi.de
homicid. item tam ſi futurus delinquens ſit extra-
neis, quàm coniunctus vel famulus,quia tenetur
tam ſi tacuit,quàm ſi animo turbato reſpondit.Fe
lin.in d.ca. Petrus.& non ſolum tenetur indicare,
ſed ſi nõ indicat punitur tam ſi proditio ſit contra
principem, quàm ſi contra ciuitatem. Iaſ. in l.pri.
§.ſi tibi.poſt princ.ibi,quarto limita.ff.de condic.
ob turpem cauſ. Intellige tamen, quando vaſallus
quod intellexerit contra dominum poſſet proba-
re, aliàs ſi ipſe ſolus ſciret non tenetur reuelare.
Afflict.in d.conſtit. domini a vaſallis.num.11.cir.
med.& 12. item niſi is qui delinquit eſſet filius,nã
non tenetur reuelare: verum non obuiando cum
poſſet,punitur graui pœna, ſed non mortis.Fel.in
d. c.pri. in 2.& 3.fallen.de offic.deleg.& procedit
iure iſto,ſed non iure ciuili:nam iure illo, non te-
netur indicare furem,vel alium malefactorem. Ia-
ſo.in d.l.prim.§.ſi tibi.nume.prim.& 6.& Aluaro.
hic circa finem poſt num.5. Et intellige, dummo-
do ſciat,nam nullus ſcit ſecreta alterius,niſi ille ex
primat verbis.l.iuriſgentium.§.pactorum.in gloſ.
pri.ff.de pactis.

16 Nota,quòd non dicere, eſt aliquid facere. Arc.
in c.fi.poſt prin.36.diſt. Vnde non indicando re-
bellem punitur.l.metrodorum. ff.de pœnis.nec re
fert ſigno, verbo, aut quouis alio modo prodat.
Abb. in c. omnis vtriuſque. num.7.de pœniten.&
remiſſio. nam dominus debet certiorari a vaſallo,
quando ſcit aliquid mali imminere. Affli. in conſti.
domini a vaſallis.in 5.not.nu.13.de aſſecura.do-
mi.a vaſa.& Aluar.hic nu. 2. datur merces vt indi-
cet.l.ſolent.de præſcr. verb. licet alibi ſecretarius
qui reuelauit ſecreta, vel teſtamentum,tenetur ad
intereſſe.l. ſi quis teſtamentum.§.ſed & ſi.ad leg.
Aquil.l.prim.§. ſi quis tabulas.ff. depoſ.item nota
quòd quo ad eos qui moliũtur, ſufficit, ſicut in do
natario pro reuocando donationẽ,quod laboraue
rint ad grauem & iniuſtam iacturam inferendam,
vel quod inſidias mortis præparauerint, quamuis
non potuerint damnum vel mortem inferre,con-
tra Ripam,glo.Pariſ.tit.pri.§.30.156.& maior re
putatur ingratitudo vaſalli delinquentis in domi-
num poſt gratiam conſũmatam, quàm ante. Al-
uarot.in §.inſuper.num.2.de prohib. feud.aliena.
per.Freder.

Iſer.poſt textualia, ponit regulam, ꝙ de iure ci
17 uili non tenetur quis denunciare malefactorẽ, cũ
limita.§.ſi cõtra imperium. Aut. vt liceat matri &
auiæ. vt per eũ. ſicut nec prohibere Titium,ꝙ nõ
faciat iniuriam Sempronio, niſi is qui infert iniu-
riam ſit ſubditus ratione dominicę vel patrię pote
ſtis, nam tunc delictum coniuncti vel famuli illi
imputaretur:exemplum in officiali, Fel.late in d.c.
petrus.in. 2. de iure canonico indifferenter ſi po-
tuit obuiare & non obuiauit, tenetur. c. facientis.
86.diſtin.cui ſunt conformes philoſophi, Tullius
videlicet. & Seneca, qui lib.2.de ira,dicit nefas eſt
nocere patrię.i. cuicumq; de patria. & ſępe cano-
nes vtuntur hac dictione,nefas.c.addidiſtis.20.q.
pri.c.quid ergo.23.q.5.cũ beatiſſimus.24.q.pri.
c.quia.& c.nuper.poſt medi.27.quęſtio.prim.l.vt
vim.in fi.de iuſtit.& iure & l. prim. de orig.iur.ne-
fas eſt quod non licet, ex nec, & fas, nefandum.i.
nec dicendum, immane, atrox, indignum, & hor-
ribile.

ribile.Archid.in c. ſi cuſtos.cir. medium.27.quæ-
ſtio.pri.vnde præter fas, præterque naturalem æ-
quitatem vſurpat. Azo in Sum. C.de nili agger.
non rumpen.cir. med.lex diuina eſt fas,quia quid-
quid in ea continetur fas eſt.l. licitum.vel ſas,ideſt
dignum ſari, & bonum. Archid. in cap.2.colum.
prim.cir.finem. prim.diſtin.& proprie a faciendo,
quaſi a ſummo artifice ſit facta, idem Archid.in c.
iuſtum.circ. fin.23.quæſt. 2.In propoſito,ratio il-
lius dicti eſt,quia vtilitas reipublicę eſt,afferre ſuã
vtilitatem in quolibet particulari.Barto.& Iaſ.in l.
prim.in glo. reipublicæ.ſolu. matr.tanquam a ca-
pite,in membra.l. 2. in gl.C.de apparito.procon.
& lega.nam domini & ſubditi connexus eſt ſta-
tus.Afflict.in prin. hic finitur lex.in 3.not.& agit
dominus pro iniuria facta vaſallo. Bald.in §.iniu-
ria.nume.5. de pace iuram.firm.& defendit,ſicut
Moyſes hebræum ab Aegyptio. Exod.c.2. c. non
inferenda.cum ſeq. 23. quæſt. 3. & fecit vltionem
eius qui iniuriã ſuſtinebat, vt hic fratres intellige-
rent,quoniam Deus per manus illius daret ſalutẽ
illis. Act.Apoſto.7.vindicat.l.2.in marg. ff.ad Syl-
lania.& agit non quatenus ſua intereſt,ſed quate-
nus intereſt vaſallorum, niſi habeat mandatum.
Pau.de Caſt.in l.is cuius. ff. de aqua pluua arcen.
Ciuitatem debemus diligere, eidem parere, ho-
norare, & qui eam defendit, non infamatur, ſed
qui eam delet & euitat impius dicitur.cap. forti-
tudo 23. quæſt.3.nam dicitur magis ciuium quã
domini.Bald.de feud.Marchiæ.num. prim.& na-
ſcitur reipublicæ.l.pri.in ver.reipublicæ.ff.de ven-
tre in poſſe.mitte. vnde ledditur per diſſentiones ci
uiles,ſicut per actus impios particulariũ.l.ſi quis
ingenuam.§.fin. de capti. & poſtlimi.reuer.Auth.
vt non luxurien.contra natur.circa finem. non eſt
19 parcendum armis pro defenſione patriæ.Archid.
in capit.Maximianus. circa princip.22. quæſtio.3.
nam reipublicæ nomen peperit communis vtili-
tas,cui vnuſquiſque naſcitur. Bald.in §.ſi quis ve-
rò.poſt nume.2.de pace iuram.firm.cuius Rex eſt
caput, & priuatus ſibi ſubiectus eſt minima por-
tio.Lucas in l.prædia.colum.2.circ.medium.C.de
locatio. prædi. ciui. inde dicit Iſern.poſſumus de-
fendere omnes,ſicut maior eccleſia & matrix po-
teſt defendere & agere pro capellis ſuis,monaſte-
rio,& monacho, Epiſcopus pro eccleſijs ſuæ dio
ceſis,prælatus pro ſe & conuentu.cap.ex parte.cũ
ibi not. & in glo.fin.cap.cum dilecta.de reſcriptis.
not.in capit.prim. de immu.eccle.in 6.& in c.2.de
teſti.in 6. etiam quod nomine ſuo dicat in libello.
not.in cap.Abbate. de ſent.& re iudic. in 6.& vir
& vxor. debent ſibi mutuum auxilium. gloſſ. fin.
in fin.in c.quidam.de conuer.coniuga. agit domi-
nus etiam ſi non habet iuriſdictionem, contra il-
los qui iniuriam ſuis intulerunt.Innocẽ. in c.dile-
ctus.poſt nu.2.de appellatio.agit dñs nomine ſer-
ui,ille tamen punitur.l.2.C. de accuſatio.quia of-
fenditur pater in filio, dominus in ſeruo, & iudex
in ſubdito.gl.in c.ad apoſtolicæ. in ver.offendere.
de ſenten.& re iudic.in 6. licet ſi illos defendendo
alium occidant, incidant in irregularitatem.gl.pe-
nult.in clemen.vnic.de homicid.admittuntur pro
pterea ad reſtitutionẽ petendam,etiam quod non
habuerint ſpeciale mandatum.glo.2.in clem.vnic.
de reſtitu.in integ.quia ſua intereſt mediate.not.in
c.pri.de immu.eccle. in 6.in defenſione enim alte-
rius conſideratur affectio gloſſ. 2.in d.l. vt vim.&
quilibet tenetur defendere proximum ab iniuria
quæ ſibi infertur.not.in c. dilecto. de ſenten.excõ
mũ.in 6.hoc modo intereſt reipublicæ plures ad-
mitti ad eius defenſionem, & ad ſimilitudinem
cuius libet priuati quilibet eam defendit.l. ſeruũ.
in ver.publice. ff. de procurato. ſed videtur,quòd
pater non poſſit agere nomine filii.l.Papinianus.
in princ.& l.filius.ff.de inofficio.teſtamen.nec do
minus nomine ſubditi.glo.fin.cir.medium.in cap.
authoritate. de priuileg. in 6. ſicut nec Abbas pro
re etiam de menſa Prioris ſubditi, impetrare
reſcriptum vt cõueniat debitorem extra ſuam dio
ceſim.clement. prim. de reſcriptis.& prælato non
licet ſine conſenſu Capituli agere,vel contrahere:
ſed neutrum eſt verum. no. in cle. pri.in ſi.de reb.
eccleſ.non alien.

20 Quærit Iſern.an dicatur præſtare auxilium,qui
permiſit ex tractationem armorum ſuorum ad
alterius offenſionem? Iſtam quæſt. tangit Lucas in
rub.in ſi.C.vt armo.vſus,vbi tranſit cum Iſern.hic
qui referendo aliorum opinionem,allegat.l.libel-
lorum.§.ſed & ſi aliud. de accuſatio. l. prim.§.pri.
de ſicarijs.& l.prim.ad leg.Iul. de vi public.Et te-
net quòd videtur opem præſtare, verum qui fer-
ramenta accomodauit mitius punitur, & illud mi
tius eſt arbitrarium.Auguſt.de Arimi.in addit.ad
Ang.de malefic. in ver. dicto maleficio.cart.549.
colum.pri. & 2.in terminis noſtris amittit feudũ,
ſi ſciebat quod capiendo arma volebat alium per-
cutere, etiam quod ignoraret voluiſſe percutere
dominum,ſecus ſi ignoraret voluiſſe nocere alte-
ri. Afflict. hic nume. 19.vnde dicitur fregiſſe pa-
cem, ſi vnus eorum vidit alterum offendi, ſi po-
tuit prohibere & non prohibuit.multa Lucas in l.
vn.col.17.ibi, decimooctauo.C.publicę lętitię vel
conſu. Tamen ſi ſtatutum punit pęna mortis occi
dentem, non comprehendit dantem cauſam mor
tis,etiam quod habuerit animum occidendi.Alex.
in conſi.140.nu.4.& 5.2.vol.

Iſern.quærit cum gloſ. ſi pater commiſit fello-
21 niam, an filius puniatur, vt ſic quærendo de iure
defuncti,ſciamus de iure ſuperſtitis. gl. in cap.pri.
in ver. electio. vt lite penden.in 6.ſimil. in l.ſi ve-
rò.ff.de peculio.l.ſeruus.§. fin.ff.de in rem verſi.l.
qui duos. de rebus dubiis. & quæritur de crimine
propter bona, an fiſco applicentur. Afflict.in §.ſi
quis hominem.in vndecimo not.num.3.cir.fin.de
pace tenen.Allegando tamen ad partes vt veritas
melius deducatur in lucem, in conſi. feud. diuer.
47.ante nu.pri.

Pro parte negatiua aducitur,quod peccata ſuos
debent tenere autores.Zabar.in clemen.vnic.poſt
nume.7. de renunc.ex delicto ſuo non debet quis
damnum pati.l. ſi ex duobus.ff. de noxali.propter
proprium delictum & non patris,filius in ſeruitu-
te reuocatur.l. fi. in glo.2.C.de liber.& eorum li-
be.l.pri.C.de libera. cau.non ſunt grauandi inno-
xi.Zab.in clemen.pri.in pri.in 6.no. de hæreticis.
vnde liberis quæſita dignitas, propter crimen pa-
tris auferenda nõ eſt.l. generali.in fi. de ritu nupt.
l.diui.cum ibi not.ff.de iure pat.qualitas hoſtilita-
tis nõ tranſit in filium, vt bonis priuetur.Loffred.
in conſi.45.ante & poſt nu.29.Iacob.in ver.dicti
que vaſalli.nu.60.& non aufertur feudũ filiis pro
pter felloniam patris.glo.fi.in l.fin.C.de reuocat.
donat. item non eſt impedienda dignitas eius,qui
nihil admiſit.l.ſpurii.ff.de decurio. nec qs alieno

odio,

odio,culpa, vel delicto debet grauari. l. ſi quis, la prima.§.legis.C.de inoffic.teſtam. nam hęres non ſuccedit in pęnam.l.penult.in fin.ff.de operis noui nuntia. & alteri per alium non præiudicatur. gloſ. fina.in l.nec filius. C.de rebus credi.propria enim cuiuſque contumacia punitur. l.ſi plures.in fin.de adminiſt.tuto.nec obligatur de tutela qui non geſſit.l.Seię.in fin.ff.de tutor.& curato.datis ab his.& facto alterius quis hæreditati allegari,neque exhæredari poteſt.l.paterfamilias.ff.de hęre.inſtit.factũ vnius non affert damnum alteri.l.quidam ita. §.fi. ad Trebelleia.aliàs eſſet iniquum,vt qui non deliquit damnetur.l.de pupillo.§.pri.in ver.ſit factum. de operis noui nuntiat. non nocet factum alterius ei qui nihil fecit. d.l.de pupillo.§. ſi plurium, ne in aliena poteſtate ſit conditionem nihil delinquentis deteriorem facere.l.2.ff.quod vi aut clam. in tantũ quòd crimen læſæ maieſtatis patris, non priuat filium beneficio.gl.in cap.ſatis.56.diſtin.& nullum patris delictum innocenti filio pœnæ eſt.l.2.§.pręterea.ff.de decurioni.nec alieni criminis infortunio qs aſtringitur. l.res vxoris. C.de donat.inter vir.& vxo.ne ex aliena malignitate, alienum damnum emergat.l.fin.C.de acquiren.poſſeſſ.& quod eſt dictum in delictis, idem in contractibus.l.3.C.ne vxor pro marit. & ſi punitur filius ex delicto patris lege diuina,tamen ſecundum leges non. §.prim.in ver.ſequuta.Authe.vt omnes obediant iudi. Patris delictum, filij promotionem nõ impedit.l.2.§.nullum.d.tit.de decur. paternum delictum innocentis filij pęna eſt. Sed aliud in dignitatibus ſecularibus, & aliud in eccleſiaſticis, quę non tam ꝑ ꝑ ſe, quam propter alios conceduntur. Archi.in c.2.circa med. & in c.vndecumque.56.diſtin. & graue eſt, vt homo propter vnam pugnam amittat totam ſubſtantiam.l.recolimus,la ſeconda.de homi.liberi homi. in Longobar. & iſtam opinionem tenuit glo.in l.ſi cui.§.pri.in ver.pater.ff.de accuſatio.

Aliam partem tenuit Iſern.hic, nam in feudis ſemper factum patris nocet filio.Bal.in conſi.303. poſt numerum 3. 5.vol.ex qua culpa repellitur pater,repellitur & filius.Afflict.in §.& quia.poſt nu. 24.de his qui feud. dare poſſ. in caſibus in quibus contrahendo poteſt præiudicare,in eiſdem poteſt & delinquendo.Curt.in tracta.feuda.in 5.part.nu. 13.in fi.fellonia patris nocet filijs deſcendentibus. Aluar.in capit.ſi vaſallus,lo primo. nume.pri.ſi de feu.defun.mili.controuer.fue.& omnibus deſcendentibus in infinitum,agnatis verò vſque ad quartum gradum excluſiue.Cap.In ver.feuda amittuntur.cart.2.col.pri.in fin.cum diſtin.de qua Afflict. in §.hoc quoque.nume.18.in princ.& in fine.19. vſque ad 27.de ſucce.feud. & hic in glo.3.in prin. & ſic quod ab vno committitur,id totius delinquitur periculo numeri;& vnius damnum ad omnem tranſit diſpendium.l.iure prouiſum.C.de fabricen. & patris ac filij factum arguitur in alium.l.2.ff.ſi ventris nomi.mulier in poſſeſ.mitta. & perdunt filii per alium, quod ex ſua perſona habere poſſunt. l.qui tutelam. in ver. non affectione. ff. de teſtam. tute.facit quod dicit Bald.in conſi.159. poſt num. 6.3.volum.l.qui in ſeruitutem.in glo.2.de bonis liber. & filius amittit legitimam propter crimen læſæ maieſtatis patris. Zabar.in element.paſtoralis.in prin.nume.15.de ſenten.& re iudi.perduelles etiã cum ſua poſteritate, priuantur iure futuro & ſucceſſione regni Franciæ.glo.3.Pariſ.tit.pri. §.8.nu. 12. poſt medium. nam malus præſumitur qui deſcendit ex mala progenie. Lucas in l. quemadmodum.in 167.præſumpt. C.de agricol.& cenſi.propterea metuitur crimen parentis in filio. gl.in reg. ſemel malus.& in reg.non debet.in fi.de reg.iuris. in 6. nam ratione coniunctionis, & proximitatis præſumitur ſimilitudo, & eadem audacia. Curt.in tractat.feud.in 5.parte. poſt nume. 10.timentur in eis exempla paterni criminis. l. quiſquis.§. filij. C. ad leg.Iul.maieſta.glo.pri.in cap.2. 56.diſtin.Ideo filij hæreticorũ ſunt odibiles, & ꝙ timetur in illis crimen paternum,priuantur bonis paternis, vt ſint perpetuò egeni. Ioan.And.in cap.2.nu.6.in princ. de præſcriptio.in 6.quia ſæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri.capit.ſi qui. in ver.metimur. 6.quæſt.pri. glo.fin.in c.fin.de conſecra.diſtinct. 5.nam animal facit animal,& planta plantam.Caſſan.in conſuet. Burgund.rubr.4.in princ.poſt nume.6.& ſucceſſor inhæret veſtigijs prædeceſſoris. Zaba.in clem.vni. §.cæterum.in ver.porro.in prin. de iureiuran. Ideo præſumitur bonus quando non eſt familię infamatæ. l.quod ſi nolit. §.de ædili. edic. nam ſecundum Ariſtotel. 2.de anima.vnumquodque tale alterum generat ſecundum naturam Bald. in conſi. 355.nu. pri.circa finem. 3.volu. licet bonus natus ex malis parentibus, non magis ſplendet, quam bonus natus ex bonis parentibus. Archid.in cap.nunquam. cir.medium. 56.diſtinct.tamen defectus patris filio ſolet eſſe nociuus. Lucas in l.ſi cohartalis.poſt pri. C.de coharta.nam inimicus patris, præſumitur inimicus filij,etiam patre mortuo.Caſſan.in conſuet. Burgun.rub. 3.§.pri.ibi,oy ala perſonne,nume. 19. ſimil.addi.ad Odoffred.in Sum. vtrum quis poſſit vaſa.hæredi.repud.& eius feu.accipe. in ver.ſed ad collaterales.ſæpe ſolet eſſe ſimilitudo & audacia eadem in coniunctis.Aluar.in c.ſi vaſallus,lo primo. colum.2.in fi.ſi de feu.defun.mili contro.fue. vnde ex facto Abbatis,alij ſumunt exemplum.Zaba. in clemen.pri.in princ.nume.8.circa med.de ſtatu monacho.& delinquit in alios, qui eis præſtat delinquendi exemplum.Archid.in c.ſed.in princ. 26. quæſt.2. & ſpecialiſſimo iure in feudis eſt inductũ ad terrorem delinquentium,vt filius teneatur, quia vitium paternum frenandum eſſe æſtimauerunt. Bald.in c.ſi vaſallus,lo primo.nume.pri.ſi de feud. fue.contro.inter domi.& agn. vaſa. hoc eſt ſpeciale,regulariter contra d.l.quiſquis.§.pri.in ver.committetur.ad leg.Iul.maieſta.& conſuetudines feudales in iſta materia, non ſolum præſentes, ſed futuras ſucceſſiones inſpiciunt.arg.§.fin.Authen. Vt omnes obedi.iudi.§.fin.cir.fin. Authen.quibus mõdis natu.effi.legi. Et iura quæ dicunt,delictum patris non nocere filio, non procedunt in feudis, pro quibus cum habeamus textum expreſſum,vt gloſ. hic,& Io.de Ana.inter vſus feud.cogni.in prin.nu. 24.in fi.& 25.illi ſtamus, etiam ſi omnia ciuilia illi aduerſarentur. Cam.in cap.Imperialem.in prin. colum.4.circa medium.33.& 34.in princ.car. 81. col.pri.poſt prin.82.col.pri.cir.medium. & 4.cir. princ.tamen iura iuribus concordando.l.hæres. in glo.ff.de euictio.

Ideo fac regulam negatiuam,quod delictum patris non nocet filiis.Sed fallit nonnullis modis.Aluar.in cap.pri.colum.3.cir.finem.& 4. per tot nu. ſi vaſa.feu.priue.cui defera. & in ſpecie in feudo vt hic, & alijs de quibus in l.crimen. & ibi glo. ff.de pęnis.vel diſt.vt per Abba.in cap.ex parte, num.9.

de

de feudis. Soci. in l. in ius vocari. aut l. ſed ſi. §. patronũ. nu. 3. ff. de in ius voca. Alex. in l. adoptiuum. §. patronũ. nu. 4. eo. tit. de in ius voca. vel in eo quod habet à genere non præiudicat: ſecus in ijs quę habet à patre. Bald. in conſi. 215. nume. pri. 2. volum. Cap. in ver. feudatariorum delicta. cir. prin. Vel, aut eſt nouum, vel antiquum. Bart. in l. pri. num. pri. ff. de interdi. & releg. Afflict. in §. & quia, poſt nume. 17. de his qui feud. dare poſſ. & in §. item ſi fuerint. ante & poſt nume. 17. 19. 20. & 21. quibus modis feud. amit. & in feudo recepto pro ſe & liberis, factum patris non nocet filio, in con. feud. diuer. pri. num. 84. & ſic, aut eſt feudum tale, quod non poteſt venire in filios niſi per ſucceſſionem patris, & tunc perditur. Aut poteſt venire ad filium alio modo, puta quia fuit conceſſum patri & filijs: tunc nõ perditur per delictum patris. Alberi. in l. pri. nu. 3. C. de liber. & eorum liberis. vel quando delictum eſt commiſſum in dominum, nocet filiis tam natis quàm naſcituris: ſi in alium, fit diſtinctio, aut recepit ſimpliciter: aut pro ſe & liberis, quia & cũ ſit prohibitum alienari per contractum, etiam prohibitum videtur per delictum. Caſſan. in conſue. Burgun. rubr. 6. §. pri. nume. 9. & in nepotibus ex filio cõceſſio procedit. Pau. de Caſt. in l. ſi manumiſſus. num. 8. & 9. d. tit. de liber. & eorum libe. In delictis rurſus, ſi eſt delictum commiſſum in alium quàm in dominum, nõ præiudicat filio, niſi ſit hęres; nec valet pactum quòd pater amittat feudum propter delictum filij. add. ad Odoffr. in Sum. ad quos feu. reuerta. quando amit. in ver. ſi feudum. in fin. & in ver. nota. vel diſt. vt per Bald. in l. fin. de libera. cau. & in l. qui ſe patris. nume. 7. cir. finem. C. vnde libe. & propter delictum patris non placitatum, filius non punitur. Idem Bald. quib. mod. feu. ami. lo pri. in princ. nume. 14. & quod eſt dictum in filijs, licet Bart. in l. 2. nume. 4. per illum textum, C. de libe. & eorum libe. intelligat de poſtea natis, tu tamen intelligas, tam de natis, quàm naſcituris. Afflict. in §. hoc quoque. nume. 33. de ſucceſſ. feud. etiam viuente auo. ibi. nume. 30. & poſt. quia macula patris, inficit ſanguinem filiorum; licet ipſi nihil delinquãt, tamen ſuſtinent pœnam propter delictum patris. Idem Afflict. Quę ſint rega. in ver. & bona committentium. in princ. In alijs præter crimen hæreſis & lęſæ maieſtatis, poteſt ſuſtineri dictum. Bart. & ita poteſt intelligi glo. in l. fin. in ver. ediderit. de decurioni. nam labes purgatur in quarta generatione. Archid. in cap. eccleſia. cir. finem. pri. quæſt. 4. Zabare. in clemen. pri. in ver. ipſius. poſt nume. pri. de pęnis. & filij hæreticorum vſque ad ſecundam generationem repelluntur à dignitatibus. Archid. in cap. dixit. 24. quæſt. 3.

Quid in dignitate, an delictum patris noceat filio? q; ſic. Pau. de Caſt. in d. l. adoptiuum. §. patronum. nume. 5. de in ius voca. glo. Pari. tit. pri. §. 30. quæſt. 36. nu. 132. cum reatus excludat priuilegiũ. Zabar. in clem. pri. in ver. prædictis. in prin. de religio. domi. Et quando ob culpam perditur feudũ, aperitur domino vnà cum meliorationib. addi. vlt. ad Odoffr. in Sum. quid ſit inueſtit. Si frater commiſit felloniam, an feudum tranſeat ad fratrem vel dominum. Albet. diſt. in l. cum filius. numero 8. de lega.

Quid in agnato, an priuetur ex delicto vaſalli? Dic quòd priuatur durante vita delinquentis. Afflic. ſi vaſa. feud. priue. cui defera. in pri. not. cir. fin. & 2. vel dic quòd non, ſi eſt paternum vel aui um. Idem in emphiteoſi eccleſiaſtica, quam infra biennium repetit à fiſco, quia emphiteoſis eſt obnoxia quo ad onera eccleſiaſtica. Zabar. in clem. 2. in ver. inquiſitoribus. poſt num. 4. de hæreticis. ſi fellonia reſpicit dominum, & feudum eſt paternum, etiam agnati amittunt, vt dominus habeat ſuæ iniuriæ vltionem, Hoſt. in Sum. de feudis. ibi, quibus modis feu cau. feu. ami. circa finem. in con. feud. diuer. 2. nume. 164. circa med. An autem agnatus vel filius ad quem deuenit feudum ex delicto agnati vel patris, teneatur ſoluere creditoribus. Fre. de ſub feud. lib. ſecundo. ibi, vigeſimanona authoritas. numero 10.

Quid in Iure patronatus, ſi damnatur pater ob maleficium, an illud filius amittat, vel tranſeat ad fiſcum. Et propter crimen læſæ maieſtatis cum feudum reuertatur ad eccleſiam. Zabar. in clem. 2. nu. 8. de iure patro. videtur quòd non priuetur iure patronatus, quod quæſiuit per fundationem eccleſię in territorio feudali. Archid. in capitu. in ſacris. 16. quæſt. pri. & proditor Imperatoris non amittit feudum eccleſiæ, niſi per ſententiam eccleſiæ. Præpo. in §. fin. cir. finem. poſt num. 3. de probib. feu. alien. per Frede. vt præiudicet filio, quandoque tempus conceptionis attenditur. nam ſi ante delinquit filio præiudicat, ſecus ſi poſt. Archid. in cap. frater. 17. quæſt. 4. addi. ad Odoffre. in Sum. à quo poſſit reuocari feud. quando culpa vel cau. commi. eſt. Remanẽt tamen nobiles, etiam quòd delinquãt, quia dicuntur à corruſcatione clari ſanguinis. Zabar. in clem. 2. in prin. de ſentent. excommun. & ſi ex forma ſtatuti amittunt, intelligitur quo ad lucra & honores, non quo ad damna, onera, & incommoda. glo. 6. Pariſ. poſt nu. 5. tit. pri. §. 37.

Reaſſumendo tamen theoricam Iſern. propter longam ſuſpenſionem. Archi. in c. non poteſt. in fi. 3. quęſt. 4. debet accomodari. dum dicit, hodie ex cauſa aduentitia. all. dic. aliud. ibi, an hęreditas mortui, dic, liberti mortui. Quatenus dicit, de tutor. & cura. datis ab his. l. ſcire oportet, in pri. dic. §. pri. ibi, non emergentem eſſe vtilitatem. demus verbum, eſſe. ibi, ad leg. Iul. maie. adde, quiſquis. §. filij. & remittit ſe ad legem, quæritur. & l. diui fratres, quę allegantur hic in glo. in ver. certiorare. in fi.

22 Secundò quærit Iſern. ſi filius viuo patre commiſit felloniam, an nepos ſuccedat auo excluſo filio. Iſtam quæſt. excitat Afflict. in §. inſuper. in prin. in fi. vbi etiam Bald. de prohib. feud. aliena. per Fre. multa pro & contra. Iaco. de Ardizo. in Sum. ſi filius repellatur, an nepos ex eo admitti poſſit. Vltra quos, pro parte affirmatiua, quòd ſuccedat, facit glo. fin. cir. finem. in l. emancipatum. ff. de ſenatoribus. vbi tenet, quòd ſi filius propter culpam ſuam amittit feudũ, nepos retinet ex perſona aui: & ſicut nepoti auſertur hęreditas propter factum aui, ita & feudum. glo. in l. ſi quis patris. ff. de falſis. Item non debent tantum perpendi delicta patris, quàm merita nepotis. l. 3. §. ſi emancipatus. in fin. ff. de bono. poſſe. contra tabu. vnde ſi pater exhęredat filium quo ad bona libertorum aui, non nocet nepoti patris exhęredatio. l. ſi ex patronis. in fin. de bonis libert. nam cum filius propter culpam eximitur de medio, nepos immediatam cauſam obtinet ab auo. Bal. in d. §. hoc quoq;. n. 5. de ſucce. feu. & ſuccedit, quia cum deſcendat ex alieno iudicio, non perimitur. l. fin. ff. qui petant tuto.

Contra-

Contraria verò opinio eſt mitior & æquior ſe-
cundum Iſern.hic.nam magis patris quàm aui con
ditio inſpicitur.l.priuilegio. C.de decurioni.lib.10.
nec ſit diſtinctio, ſi moritur filius viuo patre vel
poſt: nam lex non ſinit filios nepotibus eſſe dete-
riores.l.3.circa med.de bonis mater.ſed in deteſta-
tionem paterni criminis.c.2.in verb.defectu.de fi-
lijs presbyte.in 6. priuantur omnes deſcendentes,
propter identitatem vnius ad alium, cum filius ſit
idem cum culpante, à quo eſſe deduxit. Iſern.in c.
pri.nume.5.ſi vaſa.feu.priu.coi defera.præſumitur
eſſe eiuſdem affectionis & voluntatis, cuius fuit pa
ter. Bart.in tractat.de Guelfis & Gibelli. num.13.
Gram.in deciſ.18.nume.pri.2. & 3. nec filius dili-
git, quem pater odiuit. Iſern.hic, num.11.cir.med.
ſed ſuorum maiorum imagines intuendo, accendi
tur animus ad deteriora faciendum. Lucas in ſimi.
in l.4.cir.finem.C.de legatio.etiam quia vulgo ex-
pedit bonum exemplum, quod à famoſis naſcitur.
Bald.in conſi.343.nume.pri.cir.finem.pri.volum.
intellige tamen, quando fellonia committitur in
dominum, ſecus ſi in alium. Afflict.in §.fin.in pri.
& poſt, infra eo, & in cap.ſi vaſallus culpam. in pri.
not.ſi de feu.fuerit contro. inter domi.& agn.aliàs
ſi committitur in alium quàm in dominũ, non præ
iudicat nepoti, niſi in feudo hæreditario. Capu. in
ver.feuda amittuntur.ibi, ſexageſimoſecundo.circa
finem. & præiudicat filijs. agnatis non in feudo pa
terno. Iſern.& Afflict.hic, nume.21. Adducta pri-
mo loco procedunt, de iure ciuili, & cum diſt. de
qua ſupra, ſi eſt conceptus ante vel poſt delictum.
glo.in l.diuo.C.de quæſtio. & nocet ſicut noceret
nepoti exhæredatio, quæ ſit viuo filio.l.viuo. ff.de
bonis liberto. Reliquum eſt vt aptemus Iſern.dum
in prin.huius quæſt.dicit, ſi nocens filii.dic, ſi inno-
cens filius filii.quando allegat, de liber. & poſthu.
ſi quis exhæredato, in prin.vult dicere, ſi quis po-
ſthumos.§.ſi filiũ.ibi, C.de adoptio.l.fin.dic, l.pen.
In eo quod legitur, ex ſua perſona, dic, ex ſua, ideſt
nepotis perſona. Illa verba, vnde attendas, quod
ab inteſtato ſuccedens nepos, nõ acquirit patri ex
teſtamento ſua perſona, ſunt ſuperflua ſecundum
Loffred.hic, dum dicit, veniebat enim ab inteſtato,
ille, dic.ibi, dum allegat inſti.de inuti.ſtipula.dic.§.
ei verò qui. Sed retento eodem themate, ſi pater
habet duos filios & feudũ, in quo viuitur iure Fran
23 chorum, primogenitus viuo patre committit fello
niam, an mortuo auo ſuccedat ſecundogenitus vel
fiſcus? Iſtam quæſt.diſputant ad partes Iſern. & Af
flict.hic.tangit Loffr.in conſi.pri.nume.14. Pernus
in ſecundis notab.col.2.cir.fin.tu pro fiſco vltra a-
lios dic, quòd iſta materia, primus, qui à lege voca-
tur. Cam.in §.præterea ducatus.car.103.col.4.cir.
princ. in feudis in quibus viuitur iure Francorum,
dicitur primogenitus, qui ex pacto legis vocatur,
ideſt conſti.vt de ſucceſſionibus. Cap.in ver.feudo
rum genera.ibi, ea pacto & prouidentia. in prin.pri
mæ declarat. ſucceſſiue lex quæ illum vocat, non
fiſcum: ea eius perſona non admittere: aliàs fieret
iniuria naturę, quod fieri non debet.§.optime.cir.
finem. Authe.de nuptiis. Iura inſpiciunt, quod eſt,
& quod euenire poteſt. Afflict.in §.inde poteſt.in
4.not.poſt nume.10.de aliena.feud.ſed poteſt eue-
nire, quòd per mortem patris huiuſmodi primoge
nitus ſuccedat: debet igitur illud attendi: eo ma-
gis, quia naſcendo videtur hoc ius meruiſſe. Lucas
in ſimil. in l.ne quis. cir.finem. de decurioni. Rur-
ſus ius primogenituræ etiam non agnitum, tranſit
de patre in filium, adeo quòd nepos præfertur pa-
truo. Iſern.in cap.pri.poſt nume.4. Impe. Lothar.ſi
hoc in priuato, & fiſco obligare potuit. l.vni. C.rẽ
alien.gere. non interdi.rerum ſua.alien. Aliam par
tem contra fiſcum tenet Iſern. hic, quem ſequitur
Cam.in d.§.præterea ducatus, car.106.col.prim.in
prin.vbi etiam Loffr.colum.5.cir.medium. Imper.
Lotha.& facit, quia non oportet de conditione cu-
iuſquam quæri, antequam hęreditas legatumve ad
eum pertineat.l.non oportet. de leg.2. feudum nõ
eſt filii, ſed durante vita patris, dicitur patris. Loffr.
in d.§.præterea ducatus. vnde antequam feudum
ſit filii, non poteſt dici, ſi eſt primogenitus vel ne,
cum non competat filio in vita patris quo ad actũ
ſuccedendi, quia debetur iure hæreditario: ſecus
quo ad dupplicatum cibum & veſtes. Loffred.in d.
§.præterea ducatus.col.4.in prin.

Secundò facit c.nam & ego. de verb.ſign.vbi vo
cat ſe vnigenitum, licet habuerit alium ante ſe &
mortuum, nam proximus dicitur non ſolum qui
eſt ante aliquem, ſed etiam is ante quem nemo ſit,
intelligitur. l.ex duobus. de volga.& pupil. ita hic.
ſecundus, ideſt vnus poſt primum.§.ſi quis autem
non implens.in ver.prior. Authen.de hęre.& Falci.
qui reperitur primus poſt mortem patris erit pri-
mogenitus, ſicut natus poſt manumiſſionem ma-
tris.l.pen.cum ibi not.de manu.teſta. & hic locum
primi tenuit, vel poſtea tenere cępit. l.cohęredi.§.
cum filiæ.de vulga.& pupil.

Tertiò, vbi bannitus non adiuit, fiſcus non ha-
bet ius aliquod. Bald.in conſi.395.cir.finem.3. vo
lum.hic non adiuit, nec adire potuit; quia viuus hę
redem non habet.l.ſtipulatio iſta, habere licere.§.
ſuæ.in ver.hæredes.de verb.oblig.ergo non ſucce-
dit fiſcus, ſed ſecundogenitus: nam priore ſubdu-
cto, vlterior ſuccedit in proximum locum.l.filius.
§.pri.de libe.& poſthum. ſicut ſi proximior capite
diminutus eſt, qui eſt poſt eum ſuccedit in admini-
ſtratione tutelæ.l.3.§.pen.in fin.ff.de legiti.tuto.&
in teſtamento, ſi primus gradus irritus fuit, accipit
à ſecundo.l.3.§.fin.d.titu.de libe.& poſthu.l.nam
& ſi. ff.de iniuſto rupto & irri.teſtam.l.filius. ff.de
hęre.inſtit. vnde dicimus, quod ſi condemnatur fi-
24 liusfamilias pro homicidio, fiſcus non poteſt pete
re à patre legitimam in bonis matris, quia pater ha
bet vſumfructum. Bald.in conſi.257.3.volum.nec
petit ſupplementum legitimæ: & hæreditas non
adita ad eum non tranſit, quia publicatio bonorũ
non trahitur ad futura. Deci.in conſi.438.poſt nu.
7.vſque ad 15.nec ad ius quærendum. Idem Deci.
in conſi.442. colum. 3. & ita fuiſſe iudicatum pro
ſecundogenito contra fiſcum, refert Iſern. hic, &
Loffred.ibi, in quinta columna. Adducta pro fiſco
procedunt, quando ſunt bona quæ venirent diui-
denda inter filios, aliàs ſecus: nam ſecundogeni-
tus ſuccedit & non fiſcus. Afflict.in conſt.ob filio-
rum culpas.in 7.not.& Iſer.hic, num.12.in fi. im-
mo vno exiſtente inhabili, alter totum habebit.l.ſi
in emptione.§.pen. de contrahen.emptio. l.ſi plu-
res.de hære.inſtit.l.ſi Stichum aut Pamphilum. in
princ. de ſolutio. quia non refert ſi non ſit, vel ſit,
& non idoneus.l.de creationibus. C.de epiſco.au-
di.l.fin.C.de falſis.l.fulcinius.§.ſi in diem. ex qui-
bus cau.in poſſe.eatur.l.nihil intereſt. de reg.iuris.
cum ſimili. quæ Iſer.hic. nec poteſt ante, quia prę-
mature ageretur de hęreditate viuentis.l.2.§.inter-
dum.

dum. de vulg. & pupil. prædicta videtur vera, quando primogenitus moritur viuo patre.

25 Quid ſi naturaliter ſuperuixit patri, an potuiſſet pater illum exhæredare? Iſern. hic nume. 113. cir. med. & Afflict. in glo. 3. nume. 27. & in d. conſt. ob filiorum culpas, licet Bald. tenuerit contrarium, in §. inſuper. poſt num. pri. de prohib. feud. aliena. per Fre. Sed primum in tantum eſt verum, quòd ſi præterijt pater bannitum, quia habetur pro mortuo in ære & perſona, fiſcus non poſſet nomine illius dicere teſtamentum nullum. Marſi. in pract. crimin. §. aggredior. nume. 88. 89. & 100. car. 137. colum. 4. etiam quòd adſit ſententia; quia factum lex non ſententiam attendit. l. qui cum vno. §. ignominia. de re milita: ſententia enim iniuſta nullum ligat apud Deum, quia aliud eſt ſella terrena, aliud tribunal cęleſte: nam ab inferiore accipit ſententiam, à ſuperiore coronam. c. & ſi. & c. non debet. 11. quæſt. 3. nec eſt notandus ſententia, quem peccati macula non inficit. cap. pri. c. ſi quis. cum ſeq. & c. cum aliquis. 24. quęſt. 3. tanto magis, quia quod de ſententia dicitur, habet locum inter delinquentem & fiſcum, nam fiſcus nō debet extendere manus ad bona delinquentis, niſi poſt ſententiam. l. ſi fratres. in ver. dominium. ff. pro ſocio. ſecus inter fiſcum & ſecundogenitum. ſicut ſi quis vendit feudū cum conſenſu primogeniti, & ille moritur ante mortem patris, ſecundogenitus ſuperueniens reuocat; ſecus ſi primogenitus deceſſiſſet poſt mortē patris. Loſfre. in conſi. pri. poſt nume. 69. & 70. & ſi Princeps reſtituit, an poterit pater exhęredare, & reſtitutum appellans proditorem, an teneatur actione iniuriarum. Caſſan. in conſu. Burgun. rub. pri. §. 5. ibi, ſimple, larrecin. poſt num. 21. & videtur quòd non obſtante indulgentia Principis, poſſit illum exhæredare, quia ſicut in pęnam præteriti facti denegatur dilatio. l. fin. in glo. pen. ff. de libe. homi. exhi. na & petitio bonorum. Etiam, quia quos Princeps liberat à pœna, notatos relinquit. Iſern. hic, nume. 15. in prin. Contrarium tamen videtur verius, nā abolitio ponit gladium ad radicem, & funditus extinguit obligationem. Bal. in conſi. 305. poſt num. 4. pri. volu. nec poſt illam, crimen inſtaurare debet. l. mulier. ad Turpillia. adeo quòd qui vocaret illum proditorem, teneretur actione iniuriarum. Iſer. & Afflict. hic, num. 44. & in §. in iuria. nume. 10. vbi ponit alia duo exempla, de pace iuramen. firmat. Petrus in conſi. 20. colum. 2. in fin. & 3. circ. medium. in ſimili, poſt conuerſionem nullus poteſt dici fornicator vel latro, prout erat in ſtatu peccati. Diuus Thomas in 15. pri. noctur. Conſerua me domine, ſecus ſi dicat, tu fuiſti proditor, latro, vel fornicator: nam tunc non tenetur actione iniuriarum. Afflict. in conſtit. varietates. in fin. de iniurijs curia. vel alijs illat. niſi indulgendo dixerit, quòd nec debeat dici, proditor fuiſti. Iſern. hic, & eſt textus in extrauaga. com. vni. circ. finem. de ſciſmaticis, nam licet non poſſit fieri, quod factum nō eſt factum, quia eſt impoſſibile vt quod eſt, non ſit. glo. in reg. verum eſt. in princ. de reg. iuris. poteſt tamen imponi pœna, & tanquam contemptor mādati Regis puniri qui contra feceret. c. ſane. de celebr. miſſ. & inultum eſſe non patiur, quod ad cōtemptum ſuæ iuſſionis conſtat eſſe admiſſum. Lucas in l. lege, repetita. in fin. C. de eroga. milita. anno. & re' cētra iſta, reſpondet ipſe adductis primo loco, videlicet quòd remanet infamia, niſi ſit remiſſa, & licet non eſt remiſſa non eſt cauſa exhæredationis, nam per abolitionem ſeu indulgentiam, aboletur macula, vt quo ad bona non patiatur calumniam. l. cum indulgentia, dicto tit. de ſententen. paſſis.

Quid ſi pater non exhæredauit cum poſſit, & filius conuincitur per fiſcum, an cenſeatur filio remiſſa iniuria, quo ad patrem, adeo ſecundogenitus vel alius non poſſit illum arguere. In dubio hęres legitimus iure ſanguinis coniunctus præſumitur mereri hæreditatem, niſi probetur cōtrarium. Lucas in l. prim. circ. finem. C. de anno. ciuili. videtur tamen quod non poſſit hoc probare fiſcus, ſi teſtator non placitauit. in ſimil. in l. prim. & fin. in ſi. C. de reuocan. donatio. tanto magis, quia querela facilius impeditur competitura, quàm nata extinguitur. l. Papinianus. §. ſi conditione. iuncta glo. in verb. querela. ff. de inofficio. teſtamen. Secundò cauſa ingratitudinis, debet allegari per teſtatorem & probari per hæredem. l. liberi. & l. ſi quis. la ſecūda. C. de inofficio. teſtamē. §. aliud quoque. in ver. nominatim. Authen. vt cum appellatio. cogno. fiſcus eſt hæres patris, ſucceſſiue non debet probando ſędare alienus domos. argum. l. quamuis. C. de adulte. Tertiò, fiſcus non debet ſub prætextu pecuniæ ſibi debitę, alteri patrocinium præſtare. l. pri. & fin. C. ne fiſcus vel reſpubl. & ſic occaſione delicti illius probare ingratitudinem, quæ probata non releuat. l. ad probationem. vbi Pau. de Caſ. C. de probatiō. nam ſi propter delictum non ſuccedit ex voluntate, multominus contra voluntatē. l. ſi ſuſpecta. in verb. de inofficioſo. ff. de inofficio. teſtamen. ſucceſſiue nec fiſcus ex perſona ipſius, ſi enim filius viuo patre bonis ademptis dicitur deceſſiſſe. Bal. in conſi. 7. 2. volum. primogenitus amittit, quod nunquam habuit. gloſſ. 2. in c. concilia. 17. diſt. & facilius perdit, quia eſt in ſpe non in re, & ſi poteſt vēdere primogenituram, multo magis perdere per delictum. c. quàm periculoſa. 7. q. pri. & q̄a habetur pro mortuo, qui cum dedecore eſt remotus. l. pri. C. de primicerio & ſecundic. primo adempto ſit locus ſecundo. d. l. nam & ſi. in ſi. ff. de iniuſto rupto & irri. teſta.

Sed quid ſi Princeps indulſiſſet huic primogenito, an ſuccedat. Iſern. arguit pro parte affirmatiua, ex quo per indulgentiam, habetur ac ſi non cōmiſiſſet delictum, & macula eſt omnino abolita. l. prim. & 2. C. de genera. aboli. adeo quod debet habere ac ſi nunquam fuiſſet proditor, l. quod ita ſanatum. de edili. edic. & ſic videtur, quòd ſuccedat; ſecus ſi fuiſſet abſolutus a iudice. l. 2. & 3. C. de abolitio. tanto magis; quia reſtitutus reponitur in eo ſtatu in quo erat ante culpam. Iſern. in capitu. primo. columna ſecunda. poſt principium. de vaſa. decre. æta.

Contrariam partem, quod nō poſſit Princeps felloniam remittere primogenito, in præiudiciū ſecundogeniti, tenet Cap. in ver. feudatariorum ſi. lii. in 8. limitat. nam ſemel nata actio, nunquam amittitur. l. doli. §. ſi. ff. de ſeruo corrup. etiam quia quantum alterius intereſt pecuniariter, Princeps non poteſt remittere: nam ſicut non poteſt dare meum, ſic nec mihi debitum. Iſern, quæ ſint regal. in ver. & bona committentium. in princi. & ſi velles tenere illam partē, Contraria procedunt quando Princeps reſtituit, ſecus ſi indulſiſſet. l. ſi. C. de ſenten. paſſis. vltra quod ex cauſa modicum dam-

num

num ſubſtineri poteſt.not.in cap.3.de eccle.ędifi.
Iſer.vero & Afflict.hic num.39. diſtingunt,quòd
aut eſt reſtitutus patre viuo,aut mortuo: Primo ca
ſu, quia reperitur habilis tempore mortis patris,
ſuccedit ac ſi nunquam fuiſſet inhabilis. Secundo
caſu,ex quo eſt factus locus ſecundogenito,reſti-
tutio non præiudicat,quia nõ præſumitur voluiſ-
ſe concedere beneficium in pręiudicium alterius.
l.nec auus.C.de emanci.libero.ſicut priuatus col-
legio vel ordine, deinde reſtitutus,non recuperat
antiquitatem vel priſtinũ locum, ſed habetur tan-
quam de nouo receptus. & priuatus gremio vni-
uerſitatis,ſi reſtituitur, poſtponitur omnibus me
dio tempore nominatis.gloſ.Pariſ.poſt numerum
35.titu.primo.§.22.agit & conuenitur pro præte-
ritis,& futuris,ſed non poteſt eſſe iudex.l.prim.&
ſecunda. de his qui ad mortem fuerunt iudic. in
Longobaard.

26 Sed remiſſa fellonia, propter quam erat amiſſũ
feudum, an efficiatur nouum, vel remaneat anti-
quum? Et videtur quòd prius ſit finitum, & alte-
rum incboatum.ſimil.in l.ſi id quod.§. fina.ff.pro
ſocio.&ſtatim quòd patronus admiſit clientem in
fidem, omnino renouatum cenſetur feudũ,quod
fidelitate ſoluta fuerat quodammodo ceſſans.gl.
Pariſ.9.adeo quòd poteſt legem quam vult appo-
nere.nume.14.& 15.tit.prim. §. pri.diſtingue,vt
per Barto.in l.quod dicitur.num.9.de impenſis in
rebus dotali.factis. Bald.in l.agros. nume.2.C de
fundis limit.& in l.ſumma. nume.11.de rerum di
uiſio.Iaſ.in in l.filio quem pater.poſt numer.12.
& 23.de liber.& poſthumis.addi. ad Odoffred.in
Sum.quomodo acquiratur feudum.in verb.vetus.
cir.finem. Alber.in l.peculium.nume.5.ff.de pecu-
lio.& in d.l.quod dicitur.num.5.glo.Pariſ.tit.pri.
§.30.quæſt.18.videlicet. Aut cecidit ipſo iure, vel
non: vel aut declarauit velle vaſallum incidiſſe,&
tunc reſtitutio facit nouum,& eſt noua conceſſio.
Præpoſi.ſupra in prælud.num.41.cir. medium.&
de vaſallo decrepitæ ætat. colum.2.in fi.& 3.& in
§.inſuper.colum.fin.de prohib.feud.alien.per Fre
der. & an ſit neceſſaria noua inueſtitura,& de no-
uo fidelitas,diſt.vt per Odoffred. in Sum. quid ſit
inueſtitu.& remanet antiquum,quando noluit va-
ſallum incidiſſe;nam ius appræhendendi eſt in me
ra facultate, nec dominus poteſt ad hoc vllo mo-
do cogi, & remittere pœnam non eſt donare, ſed
nolle vti lege pœnali.glo.Pariſ.3. num.13.tit.pri.
& vaſallus ſi reconciliatur domino, tacite videtur
ei integrari feudum.Bald.in l.poſt diuortium.ff.de
iure dotium.

Quid ſi mortuo patre, primogenitus habẽs feu
dum commiſit crimen læſæ maieſtatis,feudum an
vadat ad fiſcum? diſt. Aut eſt paternum,vel non: nã
in feudo antiquo propter delictum primogeniti,
ſuccedit frater & non fiſcus. Afflict. hic nume.31.
ſecus in nouo, quia macula ſtringit delinquentem
& eos qui ex ſe ſunt.Iſern.hic nume.15.in fin.iſte
frater non habet a delinquẽte, ſed quia paternum
poſt mortem tenentis ſubiacet reſtitutioni,vt plu-
ries in ſuperioribus dictum eſt, dicit Iſer.hic,& in
§.& olim.col.2.cir. fin.poſt nume.9.de ſucceſſio.
feud.& in §.præterea ducatus. num.38.cir.finem.
de prohib.feud.alien. per Frede.ideo frater ſucce-
dit & non fiſcus.

Sed pro fiſco facit d.conſti. ob filiorum culpas.
vbi in bonis foriudicati, habet fiſcus partem an-
te illius mortem, vel partem quam ille habiturus
eſſet ſi non deliquiſſet, & ſic totum habet quando
primogenitus deliquit, quia ille totum haberet ſi
non deliquiſſet: appellatione enim patris,contine
tur totum.l.cæterorum.de verborum ſignificatio-
nib.eo magis,quia in fine d.conſtitu.dicitur, quod
circa crimen læſæ maieſtatis, vult leges veteres in
ſuo robore permanere. Facit etiam,quia in feudo
viuebatur iure Francorum, vel feudum erat indi
uiduum, puta Ducatus, Comitatus vel Marchio-
natus, in quo ſuccedit primogenitus, vnde ipſi &
non alijs de agnatione prouidetur, qui nõ ſunt pri
mogeniti illorum quorum fuit feudum, nec vlti-
mi de cuius ſucceſſione agitur. Et adeo prædicta
ſunt vera, quòd ſi feudum eſt quaterratum quod
tenet a Comite vel Barone, ſi ille delinquit, nõ de
uoluitur Baroni, ſed fiſco,ad quem cum pertineat
27 iudicium perſonæ, ſpectabit & iudicium rerum,
quæ ſumunt ſtatum & conditionẽ a perſona.Iſer.
hic,colum.fin.in princ.tanto magis quia conſtit.vt
de ſucceſſionibus.vocat primogenitum,& nõ pro
uidit quis ſuccedit ex illius delicto: vnde multi di-
cunt,dicit Iſern.feudum confiſcari,contra poſitio
nem,quæ eſt æquior,glo. in c.pri.ſi vaſallus feud.
priue. Contrarium verò videtur tenere Iſern.hic,
nam.d.conſtitu.vt de ſucceſſionibus.vocando pri-
mogenitum,non ſubſtulit naturam feudi antiqui,
& iura quæ dicunt, agnatos ſuccedere poſt illius
obitum, ſed voluit primogenitos tenere dum vi-
uunt, & eis obeuntibus deferre ad ſequentes ex
natura feudi & vi pacti conceſſionis, ac principali
prouidentia,vt pluries dictum eſt,dicit Iſer. hic in
§.& ſi liuellus. nume.9. circ.medium.10.& poſt,
de aliena.feud.pater.§.donare.numer. 6.circa fin.
& 8.poſt princip.Qualiter olim poterat feud. alie-
nat. & in §. & licet.nume. 9.poſt medium.ibi,pa-
ter habens,an agnatus.& ſic ex quo non dixit dire-
cte nec vtiliter,extenditur vt per Iſern.hic, circ.fi-
nem, qui etiam replicat adductis in cõtrarium. Et
primò,nam ſecundum eum,conſtitu.prædicta,ob
filiorum culpas. loquitur de bonis quæ pertinere
debent libere foriudicato ex ſucceſſione paterna,
feudum verò antiquum debetur ſibi dum viuit,&
poſtea agnatis per ordinem,vt ſupra.vnde delictũ
vnius,non nocebit alteri, niſi in ſimonia. not.in c.
nobis.& cap.ſicut,lo ſecundo.de ſimonia. Ex præ-
dictis etiam reſpondetur & ſecundò: nam iſti de-
ſcendunt ex primo,cuius pacto & prouidentia dã
tis ſuccedunt.Iſern.in cap.ſi vaſallus de feudo.co-
lum.2.poſt princip.& in ti.ſi de feud.defunct.:mi-
lit.contro. fuer. qui non acquiſiuit ſolum propter
culpantem, ſed propter omnes agnatos, qui poſt
culpantis obitum debent venire per ordinem.idẽ
Iſern.in §.niſi.poſt numerum quintum.6.in fin.&
7.circ.medium.ſi vaſa.feud. priue. cui defera.con-
ſtitu. autem, vt de ſucceſſionibus,delucidauit ſuc-
28 ceſſionem in feudis quaternatis, admittit lineam
deſcendentem & collateralem, dimiſſa aſcenden-
te.Loffred. in cap.pri. colum.13.cir.finem. Impe-
ra.Lotha. & conſti.poſt mortem,non habet locũ,
quando delinquens habet filios,fratres vel nepo-
tes ex fratribus, & feudum erat paternum,nam il-
li ſuccedunt & non fiſcus, & habet locum in om-
nem caſum ſucceſſionis. Iſern.hic.colum.fin.poſt.
princ.& cir.finem.Conſtit.autem prædictam,de-
clarat Napo. in conſuetu.ſi moriatur.colum.pen.
in fi.& col.fi.in prin.de ſucceſſio.ab inteſta.prædi-
cta

cta intellige, niſi eſſet hæres. Iſern. hic, cuius verba, declarat Loffred. in conſi. prim. ante & poſt numerum 162. quia tunc in omnibus deſineret, vt in damnato ex proditione. §. per contrarium. Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. retinet illa tamen, in quibus mortuus erat ei obligatus. l. 2. §. fin. ff. de hær. vend. & ſic conſtit. prædicta, vt de ſucceſſionibus, extenditur in omnem caſum, arg. l. ſi quis pro eo. §. ſi in minimos. ff. de fideiuſſ. & habet locum non ſolum in feudo hæreditario, ſed etiam in feudo ex pacto & prouidentia. Loffred. hic col. 2. in prin. & poſt med. ibi, dic. & ibi, ex ijs.

SVMMARIVM.

1 *Rurſus, eſt dictio repetitiua, & reſpicit factum.*
2 *Dominus proprie dicit qui domui præeſt, & extenditur ad eum, qui habet rei proprietatem, licet alius habeat vſumfructum.*
3 *Nurus filij vxor.*
4 *Domus, rem ſecretam, & non publicam denotat.*
5 *In capillo pulchella & domicella idem, & vnde.*
6 *Declaratur ex poſtea geſtis, qualis fuerit intentio & voluntas in præcedentibus.*
7 *Vaſallus immiſcens ſe cum filia, nuru vel ſorore domini priuatur feudo.*
8 *Iniuriam paſſus ſine culpa ſua agit.*

AD §. RVRSVS.

1 Rurſus.) Econtra. l. quicquid aſtringendæ. in verb. nec rurſus. de verborum obligationib. ſi non omittendo, committendo delinquit, incurrendo eandem pœnam. Iaſo. in d. l. quicquid aſtringendæ. nume. 9. in fin. cum dictio prædicta reſpiciat factum. Archid. in capit. ſi quis confugerit. pri. quæſt. pri. & exponant, ſicut. Idem Archid. in cap. ſi refugientes. cir. medium. de pœniten. & diſtin. 4. Celdo amittit beneficium. ita Si domini.)
2 Proprie qui domui præeſt, hic pro eo qui habet proprietatem, & alius vſumfructum. Grammatic. in verb. dominus. Vel domini filiæ, vel Nurui.) Ideſt, & vxori filij. l. adoptiuus. §. nunc videamus. ff. de ritu nuptia. Aut Sorori.) Quaſi ſeorſum a ſua
3 ſtirpe natæ, & alteri traditæ, vel diuerſa ſorte natæ. Grammatic. in ver. ſoror. in Domo.) Quæ rem ſe-
4 cretam & non publicam denotat. Zabar. in clem. quoniam. nume. pri. circa medium. de vita & honeſta. clericorum. Adhuc.) Ioan. in cap. 14. & 16. Manente, quæ in capillo dicitur.) Secundum ius Lon-
5 gobardorum. l. 21. 23. 25. 27. & 28. de ſucceſſio. & l. pri. de eo quod pater filijs vel filiabus velit relinquere. in Longobard. & ſit mentio in conſti. ob filiorum culpas. & in conſtit. vt de ſucceſſio. & dicitur, quia vt plurimum domicellæ non nuptæ vadunt in capillo, & habitant in domibus eorum fratrum. Afflict. hic poſt numerum 2. & 4. eſt Longobardum, ſecundum Iſern. hic, & denotat fœminam, filiam, aut ſororem nondum nuptijs traditam quæ alibi pulchella, Neapoli & Paduæ domicella vocatur, quaſi in domo celans: nam ſtat celata in domo. Aluarot. hic, & Cap. in ver. feudatariorum filij, ibi, in capillo. Si ſe immiſcuerit.) Concumbendo cum ea. Daniel. cap. 13. Feudo, quo ſe monſtrauit.) Ideſt patefecit. Grammatic. in verb. monſtro. Indignum.) Non dignum. idem Grammatic. in
6 ver. indignus. Carere debet.) Quia ex poſtea geſtis, declaratur qualis fuerit intentio & voluntas in præcedentibus. Pau. de Caſt. in conſi. 332. poſt numerum ſecundum. & 344. numero tertio. primo volumine.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio, & primo, pœnam non meretur, quod malo animo non fit. l. ſi ſeruum. §. fin. in ver. non videtur. de acquiren. hæred. hic non fecit malo animo, ſed quia luxuria maxime delectat. Iſern. in §. turpiter luſerit. numer. 11. circa medium. Quibus modis feud. amit. ſucceſſiue non debet puniri. Secundò, pro menſura delicti, ſit & plagarum modus. Deuteronom. cap. 25. Luxuria cito implet, & tædio eſt, & primum impetum marceſcit. Iſern. in d. §. turpiter luſerit. &
ſic quatenus veniret puniendus, deberet leuiter puniri, & non priuari feudo. Vltimò, lupanaria ſolent in domib. honeſtorum virorum exerceri. Iſer. in dicto §. turpiter, luſerit. poſt numerum vndecimum. modo ſi eſt ſolitum, etiam quod non excuſat a pœna gehennæ, debet tamen excuſare a pœna temporali. gloſ. in cap. ſi. in ver. conſuetudine. 1. diſtinct. ſic a pœna, non a culpa. gloſ. in capit. ecce. 95. diſtinctio. tanto magis, quia iniuria videbatur prima facie, ſed non erat. l. 1. in glo. verb. per iniuriam. ff. de adminiſtratione rerum ad ciuita. pertinent.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, quia propter frequentiam delicti, plus alijs vaſſa. puniuntur. not. in cap. epiſcopum. de priuilegijs. in 6. & dominus facilius ſuſtinuiſſet. iuxta illud, ſi inimicus meus maledixiſſet mihi ſuſtinuiſſem vtique: homo verò pacis meæ, in quo ſperaui ampliauit aduerſus me ſupplantationem. Iſern. in d. §. turpiter luſerit. nu. 10. cir. med.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam punitur quandoque affectus, vltra quàm ſe extendat. l. quoniam. in ver. ſupplicium. cir. medium. C. ad leg. Iul. de vi publi.

Secundum non obſtat, nam immo dicitur magna offenſa, quia ſuggilat pudorem attinentium. Alexand. in conſi. 212. num. 4. & poſt nume. 10. 2. volum. & prouocat principes & dominos ad indignationem. Bald. de pace Conſtan. in ver. Imperialis. poſt nu. 5.

7 dum quod tenebat, perdet.) Intellige, ſi denegat facere iuſtitiam in cauſa feudali vel criminali, ſecus in ciuili. Cur. vbi ſupra in 27. cau. nume. 60. & poſt. & in 34. poſt num. 73. nam vaſallus, qui facit iniuſtitiam domino de alia re quām feudali, non perdit feudum. Aluar. in c. vaſallus, ſi. num. 5. ſi de feudo defuncti milit. contro. fue. Sicut in alio libello tibi ſcripſiſſe hoc credo.) Alibi recolimus, qualiter iam ſtatuimus. l. recolimus. de homicidio liberi hominis. l. recolimus, la prima. & 2. de ſucceſſionibus. in Lōngobard.

Declarato textu, eius deciſio impugnatur exēplificando prout primo loco per Iſern. Et primo, dominus in ius vocatus, ſi comparere non vult, aditur maior poteſtas, vt cum compellat. c. pri. in fi. de milite vaſa. qui contu. eſt. ita & in vaſallo, quia iudicium non debet, vt liceat vni, & alteri non. gl. fin. cir. fin. in l. ſi per errorem. de iuriſdictio. Secundo, per textum, in c. pri. ſi de inueſti. inter dom. & vaſa. lis oria. vbi introducta, cauſa inter dominum & vaſallum coram Rege ſi vaſallus recuſat ire, & ſic impedit quominus fiat iuſtitia domino, ſacramento cauſa finitur, & ſucceſſiue nō priuatur feudo: tanto magis, quia euentus iudicium eſt incertus. gl. in l. pri. in ver. dicentur. ff. de dolo malo. Tertiò, clarum eſt, quòd cauſa inter duos vaſallos domino abſente terminari poteſt. c. pri. de contro. inter vaſa. & alium de benefi. ita & inter dominū & vaſallum, vt ſic, quod quiſque iuris in aliū ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur. c. pri. §. in quibus. de conſuetu. recti feud.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium. Et ratio eſt, qa priuatus ſemper obuiat iuſtitiæ. c. pri. de aliena. feud. vbi Bal. in 7. not. poſt nu. 5. & impeditur, impediendo iudicium, cum ſit manus publicum. l. quippe. ff. de iudic.

Qua ſtante, non ob. Primum, nam vterque eſt modus compellendi: & licet ſit diuerſus, vbi habemus effectum non curamus de modo. l. cum in adoptiuis. §. quæ autem. C. de adoptioni.

Non ob. Secundum, nam procedit quando terminatur iudicium diffinitiue, ſecus ſi in contumaciam, quia tunc verus contumax ſtatim amittit feudum, fictus non ſtatim, ſed poſt trinam citationē 8
amittit poſſeſſionem, elapſo anno etiam proprietatem. Iſer. in d. c. pri. nu. 2. & poſt nu. 4. d. tit. de milite vaſa. qui contu. eſt.

Non ob. Vltimum, nam illud procedit inter conuaſallos, nam pro trudo vaſallus agit & conuen. Iſer. ibi, ſecus inter vaſallum & dñm, vt hic. Scdo loco exemplicat Iſer. in terminis. §. inſuper. de prohib. feud. alien. per Fred. & ſecundum illud exemplum, dubia reddebatur conſultatio, per ea q in ij

niæ

mile dicitur in receptatore. Nulli dubiũ, quòd lex prohibet receptatores delinquentium, quia diu ſine ipſis delinquentes latere non poſſunt. l. prim. ff. de receptato. l. congruit. de off. præſid. facit. l. 3. §. ſi quis, ad Syllan. & adeſt prag. vniuerſis. & tamen, ſi receptati ſunt coniuncti receptantis, non puniuntur. l. 2. d. tit. de receptato. Ita & in vaſallo, qui licet teneatur facere iuſtitiam domino, non tamen in perſona cõiunctorum, quia nemo vnquam carnem ſuam odio habuit. gloſ. pri. circ. finem. in l. 2. ff. in ius vocati vt eant. Secundò, pater non portabit iniquitatem filij, neque filius iniquitatem patris. gloſſ. fin. in l. filium. ff. de ſenato. vnde ſi filius vel domeſticus delinquit, non debet propter hoc pater priuari feudo, quia anima, quæ peccauit, ipſa morietur. Ezech. c. 14. Vltimò, ſi filius vel domeſticus offendit dominum, & non vaſallus: modo ſi ipſe non commiſit culpam, non debet eſſe pęna vbi non eſt culpa. Afflic. in §. ſed quia. nu. 16. & 17. infra eod. nec debet puniri in eo in quo non deliquit. not. in c. dilectus. de exceſſi. prælat.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, etiã in iſto caſu. Et ratio eſt, quia delictum ſubditorũ, ad culpam pertinet prælatorum, not. in c. 2. de teſtamentis. filius vel domeſticus cenſetur ſe conformare vitæ feudatariorum, ſicut laici vitę clericorũ. no. in cle. pri. de renunc.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam receptans bannitum conſanguineum, punitur, ſed minus. Afflictus in §. & ſi clientulus. poſt num. 13. & 14. de aliena. feud.

Secundum non obſtat, nam pœna temporali punitur filius pro patre, ſecus in ſpirituali. capitu. pri. 24. quæſtio. 3. & punitur occaſionaliter, aliàs non. gl. in extrauag. Io. c. dierum. in ver. quomodo libet. de pœnis.

Non obſtat Vltimum, nam punitur quis quandoque odio alterius. no. in c. vel non eſt. iuncta gl. in ver. iniuriam. de tempo. ordi. c. ſane. in glo. fi. de off. deleg. ita hic.

Vltimò, ſecundum prædicta, & Cap. in ver. feudo amittuntur. colum. 23. in fi. ibi, vigeſimoſepti. & col. ſeq. exemplificatur in iudice vaſallo, quod impugnatur. & Primò: Iudex ſi negligit iudicare, compellitur. l. 4. & ibi glo. de exercitalibus. in Longobard. vel facit litem ſuam, quatenus læſit. Bald. in §. iudicis. numer. 6. de pace iura. firma. hic cum nõ apparet de læſione in perſona, vel in bonis domini. c. cum bonę. in gl. pri. de ętate & qualit. videtur quòd nec poſſit agere. Secundò, iudex non debet feſtinare. l. ſi finita. §. ſi forte. in verb. indultum. de damno infecto. immo ſi recuſat, & dicit, nolo expedire, non debet propter hoc ei aliquid imputari: nam poteſt vnum gerere in corde, & aliud ſimulare, quod eſt mirabile. gl. in l. obſeruandum. in ver. derigit. ff. de off. præſi. Vltimò iudex punitur, ſi omittit facere, quod facere debet. l. non quidquid. §. primo. ff. de iudiciis, ſed vaſallus non poteſt eſſe iudex in cauſa domini. Iſer. in capit. pri. in ver. præter quàm. poſt nu. 11. ſi de inueſtit. inter domi. & vaſa. quæſtio oria. ergò etiam quòd omittat facere iuſtitiam quam facere non poterat, non debet puniri.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, & ratio eſt, quia is qui petit iuſtitiam, tenetur eam reddere: & eodem modo quo quis vult ſibi iuſtitiam fieri, ſub eadem forma aliis debet reſpondere. no. in c. pri. & 2. de mutuis petitio. eo magis, quia diceret dominus, ſi ſum dominus, vbi eſt timor meus. Malachię. c. pri.

Qua ſtante, non ob. Primum, nam immo dominus læditur, ſi per imperitiam vaſallus male iudicauit, & tenetur in plus quã valet feudum, ſi in plus eſſet læſus. Iſer. hic in fi.

Non ob. Secũdum, nam iſte textus intelligitur, quando vaſallus cum effectu denegat facere iuſtitiam, quia verba intelliguntur cum effectu. Loffr. in conſil. 12. ſecus quando vnum fecit, & aliud ſimulat, vt in contrario.

Non obſtat Vltimum, nam vaſallus poteſt eſſe iudex in cauſa domini. cap. pri. de controuer. feud. apud pares termi. Et ſic firma remanet concluſio,
8 quòd ſi vaſallus denegat facere iuſtitiam domini, amittit feudum.

Extende idem eſſe, ſi requiſitus obmuteſcit, qa dicitur denegare iuſtitiam. Pariſ. de ſyndi. in ver. iudices. c. 51. & ſeq. in fi. nam fit interpretatio, vt taciturnitas habeatur pro denegatione. Zaba. in clemen. 2. §. fin. num. pri. in fi. de appellat. Et quod dicitur in vaſallo, idem in domino: nam ſi non facit iuſtitiam vaſallo de feudo, amittit proprietatem. Iſer. c. in §. teſtibus. num. 9. cir. fi. quid ſit inueſt. & in §. & ſi dominus. poſt prin. & cir. fi. vbi etiam quod iure vaſallus mouet guerram domino, vt eſt vſus Catalonię. d. tit. de milite vaſa. qui contu. eſt. Iacobi. in ver. dictique vaſalli. num. 23. & Aluar. hic, nume. 2. idem in quolibet alio iudice, qui ſi negligit facere iuſtitiam, ſtatim poſſet conueniri. gloſ. in c. præterea. 23. q. 8. & non ſolum procedit in laicis, verum etiam & in clericis, qui ex defectu iuſtitiæ trahuntur ad iudicium ſeculare, & econtra. c. qualiter & quando. de iud. Intellige tamen, quòd non omnis contumacia vaſalli in denegando iuſtitiam domino, habet ipſum priuare feudo. & ſi dominus denegat vaſallo, datur duplex remedium. Præp. in §. ſi enim. nu. 4. & 5. quid ſit inueſti. Et intelligitur in vaſallo in dignitate adminiſtrationes conſtituto. Affli. in §. fi. nu. 25. cau. in fi. Quibus modis feu. amit. lo pri. item quando iudicium eſt de re feudali, ſecus ſi de alia re. Præp. hic, col. 2. in pri. Cap. in ver. feuda amittuntur. col. 24. cir. med. ibi, limitat. homines enim literati non ſunt exempti a debitis obſequiis & iuſtitiis conſuetis exhibẽdis domino temporali. Abb. in c. pe. 2. no. de clericis coniugat. & habet locum in vaſallo, ſecus in Rege. Lucas in l. in ſacris, la 3. col. pen. cir. fi. & col. fi. in pri. C. de proxi. ſacro. ſcrini. Pariſ. vbi ſupra. c. 19. & Afflict. in d. c. pri. num. 30. de mili. vaſa. qui contu. & Princeps enim poteſt denegare vaſallo iuſtitiam, abſq; eo, quod perdat regnum, quia regnum ſibi inhæret, & ab eo euelli non poteſt. idem Affli. quę ſint regal. in pri. nu. 40. facit quod dicit Petrus in tracta. de Principe. col. 9. cir. fi. & 11. poſt med. Vnde Comes Flandrię, qui denegauit facere iuſtitiã ſubditis (de quo alias) non debet priuari, ſed puniri arbitrio Regis. gl. Pariſ. tit. pri. §. 30. nu. 166. cir. fi. & ſubditi hodie recurrunt ad ſuperiorem, & faciunt dominum moneri per literas, quòd vellet miniſtrare iuſtitiam ſuis ſubditis, & eos modo debito tractare, ſub pęna vel comminatione auferẽdi caſtrum. Cap. in ver. feudorum domina. ibi, ſexto. aliàs amittit cauſam, & deuoluitur ad proximũ mediatum. Afflict. in §. præterea ſi inter duos. nu. 12. de prohib. feud. alien. per Fred.

Nota, quòd eſt prouidendum, necui deſit iuſtitia.vnde iudex qui negligit facerei uſtitiam, facit litem ſuam. Zabar. in clemen.vnic.§.eiſdem.in pri.not.de foro competen.& Principes ſunt debitores iuſtitiæ.glo.Pariſ.5.tit.§.pri. poſt nume.64. nam pax maxime perturbatur, quando vnus non exhibet alteri quod debet.Diuus Thomas ad Roma. 14.poſt princ.ibi,ſed hoc.ipſa enim maior eſt inter alias virtutes.Auth.de referendarijs.in verb. iuſtitia.eſt ſubiectum legis, & regina virtutũ:ideo magnum delictum eſt denegare iuſtitiam.Afflict. hic num.4.ars artium & regimen animarum,eget adminiculis, & conſiſtit in arbitrio boni viri.l.quę ſitum.ff. quando actio de peculio eſt amal.Iſer.ſupra in prælud.nu.21.Bald.in c.ad audientiam.nu. 11.poſt medi.de reſcrip. (Ipſius fundamenta ſunt duo:primum ne cui noceatur:ſecundum,vt communi vtilitati ſeruiatur.Lucas in l.a.col.pri.cir.fi. C.de priu.)ſchola,& regula manifeſta,non afficere quemquam damno, nec doli aliquid amittere fraudemque componere.idem Lucas in l.probatorias.col.2.poſt pri.C.de diuer.off. & eſt duplex,diſtributiua & commutatiua.Lud.de Mol.de Hiſpa. primog.lib.2.c.5.nu.57.poſt medi.& 60.in iudicijs debet eſſe cum moderamine:nam iuſtitia quęrit,prudentia inuenit, vendicat fortitudo,& temperantia poſſidet.Lucas in l.fi.col.2.poſt pri.C.de agric.& cenſi.aliàs ſi non eſt cum temperantię moderamine,cadit in crudelitatem.Et Ariſtides Gręcorum Rex propter nimiã iuſtitiam, fuit a patria expulſus.idem Lucas in l.3.col.2. circ.fi. C.de cano.largitio. tit. & poteſt plurimũ iuſtitia ei,qui nimium poteſt.Arch.in d.c.iuſtum.23.q.2. & in ca. vbi.24.quæſt.pri.

Sed quia vltra diuerſitatem lecturarum,doctores vario modo legunt iſtum.§.ideo Iſer.in pri.dicit,non curamus de variatione aliqua,quando nõ affert damnũ, quia tunc permittitur.l.nõn unq̃.de collat.bono.l.plane.la pri.§.pri.in ver.oſtendatur. de leg.pri.l.in ratione,la prim.§.ſi filio.in ver.exiſtat.ad leg. Falc. regulariter redarguitur.§.nõ autem.in ver.exoluiſſe.Anth.de hær.& fale.

Item dicitur vaſallus nolle iuſtitiã facere, quando noluit eam fieri per iudicem. ſimi.allegat Iſer. hic.nam vel fit ad volutatem, vel vtilitatem vaſalli,vtroque modo illius nomine fieri dicitur. Loffr. in conſi. 32.nu.pri. licet facere dicimur, quod per alios iuſte facimus.Iſer.in c.pri. nu.5.de controu. inter vaſa.& alium de benef.tamen etiã quod non poſſit fieri,pro facto habetur.gl.fin.in l.Mutianæ. de cond.& dem. & factum vaſalli per alios repræſentatur.glo.in c.2.in ver.excuſari.31.q.3.adeo q̃ propter hoc vaſallus infra annum perderet poſſeſſionem feudi,poſt annum totum,vt hic.Quamuis nõ ſemper poſsit,expone,iuſtitiã facere noluerit, ideſt fieri facere:nam dominus habet iuriſdictionem in vaſallos, & pares cogere poteſt ad teſtificãdum.§.teſtibus,quid ſit inueſtitu. ſed non in cauſa ſua, in qua non poteſt facere iuſtitiam, ſicut iudex.Iſer.hic.Alia tetigimus ſup.ideo non inſiſto.

Quid ſi iudex denegat facere iuſtitiam laico,an priuetur officio iudicandi. Quod ſi clerico? & ſi domino denegauerit, priuatur feudo. Aluarot.in §.ſtatuimus,lo primo.in princ.colum.2.poſt prin. & poſt num.3.de ſtatu.& conſuetu. contra liber. eccleſ. Odoffred. in Summa, quibus modis feud. amit.car.96.& 97.

SVMMARIVM.

1 *Sed,dictio,cum copula,importat diuerſitatem in facto,& identitatem in iure.*
2 *Nec,habet hæc particula in ſe incluſam copulam.*
3 *Alia,eſt repetitiua dictio ſimilium.*
4 *Iuſtior, ideſt verior, quia vera exponitur iuſta,& ſalſa capitur pro iniuſta.*
5 *Cauſa dicitur,per quam aliquid fit: & reſtringit id quod fit.*
6 *Dictio,propter,facit conditionem.*
7 *Vaſallus, ſi recuſat præſtare ſeruitium,datur conditio ob cauſam domino.*
8 *Aliud,ponitur ampliatiue.*
9 *Forte,non ponitur dubitatiue,ſed aſſertiue.*
10 *Impotentia excuſat,in factis:*
11 *Vaſallus amittit feudum, ſi denegat facere ſeruitium,propter quod datum eſt feudum.*
12 *Feuda conditionalia amittuntur, ſi non fit id propter quod data ſunt. Quid ſi fuerunt data ſimpliciter,& quomodo in regno.*
13 *Vaſallus debet requiri pro ſeruitio.*
14 *Obligatio qua tenetur vaſallus domino ad ſeruiendum,an dicatur realis uel perſonalis.*
15 *Emptor uel uenditor feudi, an tenetur ad ſeruitiũ pro feudo.*
16 *Venditor, non tenetur ſeruire pro precio accepto.*
17 *Seruitium an poſſit præſtari extra Baroniam vel regnum.*
18 *Rex ſi remittit ſeruitium Comiti, an proficiat vaſallis, ita quod non teneantur contribuere Comiti.*

AD §. SED NON EST.

1 SEd.) Hic articulus ſi proferatur cum
copula, importat diuerſitatẽ in facto,
& identitatem in iure.Iaſ.in l.patris &
filijs.nu.6.de vulg. & pup. & in l.clam
poſsidere.§.qui ad nundinas.nu.9.de acquir.poſſ.
Pau.de Caſt.in l.vtrum.num.12.in lectu.noua.ff.
de petitio. hæred. Sine copula,denotaret diuerſitatem in facto & in iure. Bar. in d. l. patris & filii.
poſt nu.pri.hic propter dictionem,nec,qui habet
2 ſi incluſam copulam.Alex.in l.ſi quis ita.nu. 2.de
ver.oblig.Deci.in l.nec emancipati.nu. 2.& 3.C.
de collat. eſt implicatiua caſus contrarii. Alexã.in
l.tutori.nu.6.C.de neg.geſt.& continuat eandem
materiam.Iaſ.in l.ſi vnus ex argentariis.ff.de pact.
num.9. Dicit, quòd inter cauſas quibus amittitur
3 feudum,Non eſt Alia.] Quæ dictio,alia,eſt repetitiua ſimilium.Caſſan.in conſuet.Burg. rub.4.§. 7.
ibi, par teſtament.num. 6. & compræhendit omnia præter ante expreſſa.Hiet. Gabriel in conſi. 3.
poſt nu.2.continuando eandem materiam per diuiſionem.§§.idem Caſſan. vbi ſupra rubr. 11.§.4.
4 in prin.Iuſtior.] Ideſt verior,quia,vera,exponitur
pro iuſta, & falſa capitur pro iniuſta.Azo in Sum.
C.de vind.liberta.poſt nu.11.Cauſa.) Quę eſt,per
5 quam aliquid fit,& reſtringit id quod fit.Paul.de
Caſt.in conſi.174.nu.pri.poſt med. 2.vol. Beneficiũ auferendi,quàm ſi id Propter.) Quę facit cõdi
6 tionem.l.fi.in pri.C.de don.ante nupt.Quod beneficiũ datũ fuerit, hoc ſeruitiũ facere recuſauerit.)
Et ſic,ſi vaſallus recuſat præſtare ſeruitium, datur
domi-

domino condictio ob cauſam, ad reperendum feu
dum, quaſi cauſa non ſit ſequuta ob quam datum
eſt. Præpo. in c. pri. num. pri. cir. med. de feu. ſine
culpa non amit. & poſſet expellere etiam propria
autoritate, ſi non præſtat obſequia. Alberi. in l.
quæro. §. inter locationem. ff. locati. Bald. in l. ſum-
ma, num. 17. ff. de rerum diui. quia graue eſt non
agere id, ad quod tenetur quis ex officio. Zaba. in
clem. pri. §. verum. in prin. de hæreticis. Ideo, Bene
8 ficium amittit.) Secus ſi dedit feudum vaſallo, quẽ
credebat virum probum, & re pius eſt vilis & inu-
tilis: nam non poteſt reuocare, ex quo cauſa quæ
fuit mente concepta, non fuit expreſſa. Io. And. ad
Specu. in rub. de præbend. Aliud.) Ponitur amplia
tiue. Zaba. in clem. quoniam, in ver. dignitatem.
9 cir. pri. de vita & honeſta. cleri. Et ſi forte.) Aſſer-
tiue ponitur, non dubitatiue. Archi. in c. notifica-
mus. 15. quæſt. 5. & 6. Ideo non ſeruierit, quia non
10 potuerit.) Nam impotentia excuſat. Aluar. hic nu.
3. l. 3. ff. ad Sillania. ſicut remittitur periurium, quã
do non poteſt quis facere quod promiſit. Iſer. hic,
licet peccet venialiter. gl'n. in c. ſi aliquid. 22. quęſt.
4. faciẽs tamen ſuum poſſe, mandatum legis adim-
plet, not. in cap. ſignificante, de pignori. tunc enim
feudum non amittit; ſecus ſi non poſſet ſua culpa,
nam adhuc priuatur feudo. Cur. in tracta. feu. in 4.
par. pri. in cau. 28. poſt nu. 61. ſi eſt ſenex, eſt impe
dimentum anomalum. Io. And. in cap. eos qui. in
pri. de pœniten. & remi. in 6. & quando poteſt, te-
netur ſaltem clamando defendere, niſi ſibi obeſſet.
addi. pri. poſt med. ad Odoffr. in Sum. vtrum vaſa.
tenea. ſine denun. domi. ad inua.

Declarato textu, reddebatur dubia eius conſul
tatio. Et primò, malitia grauius punitur quàm ne-
gligentia. not. in c. ad falſariorum. de crimi. falſi, cul
pa in faciendo eſt maior quàm in omittẽdo. l. lege
Cornelia, in glo. 2. ad Sillania. vaſallus non priua-
tur feudo ſine culpa. cap. pri. de feu. ſine culpa non
ami. ergo in concurſu vtriuſque cauſæ, iuſtior eſt
cauſa commiſſionis quàm omiſſionis. Secundò, oc
caſione ſeruicij non præſtiti, non debet feudo pri-
uari: nam ſi non ſeruiuit, debebat dari dilatio ad
conuincendam malitiam illius, not. in ſimi. in cap.
prout, de dolo & contu. etiam, quia non debet do
minus tanquam infeſtus in puncto modicæ moræ,
occaſionem quærere. Iſer. in c. quoniam. nu. 3. de
prohi. feu. aliena. per Lotha. aliàs iuris occaſio tra-
heretur ad iniquum compendium, quod fieri non
debet. glo. fi. in l. pen. ff. de rebus eorum. Vltimò,
ſaltem non debebat fieri diſtinctio, ſi potuit uel
non: nam quærerent excuſationem in delictis,
quod fieri non debet. Zaba. in clem. 2. §. illis. in pri.
de pęnis His non obſtantibus, ſeruatur contrariũ.
Et ratio eſt: quia, qui cum obſequijs liberalitatem
domini ad feudi dationem prouocauit, non eſt co
dignus, dum cępit obſequia negligere. Iaco. de Ar-
dizo. in Sum. vaſa. ami. feu. ſe non fecerit id pro-
pter quod datum eſt feu. in fi.

Quia ſtãte, nõ obſtat Primũ: nã feudũ habet quã
dã viciſſitudinẽ meritorũ aliqualiter onerosã, ideo
ſi illa ceſſat, perditur feudũ. Et dicitur iuſtior om-
nibus, quia procedit ex primo conſenſu partium,
& naſcitur ex ipſa radice contractus, ipſaque loco
tacitæ conditionis habetur. Bal. ſupra in prælu. nu.
26. vltra quòd iuſtum quãdoque poteſt dici, cuius
contrarium eſt iuſtitia; & econtra, malum cuius cõ
trarium eſt deterius. l. exigendi. in ver. non iniuſtæ.
cir. med. C. de procuratο. Non obſtat Secundum,
nam culpa alia in omittendo, alia in cõmittendo.
Vaſallus in omittendo, licet non offendat domi-
num directè, offenditur ſaltem indirectè, non in-
uãdo. Cam. in §. firmiter. col. 3. in pri. de prohib.
feudi aliena. per Fre. & ideo ut habeat iniuriæ vl-
tionem. §. fi. infra eo. capit feudũ, ut hic. Vltimum
non obſtat: nam uaſallus non tenetur ad ſeruitiũ,
niſi cum poteſt. Aluar. in § fi. numero 5. de aliena.
feu. pater. Odoffr. in Sum. quibus modis feu. ami.
poſt num. 92. aut non ualet commode; nam penì-
tus impoſſibilitate data, non tenetur, ſicut nec in-
currit periurium. Præpoſ. in c. licet. poſt pri. ſi de
feu. defunct. mili. contro. fue. & ſic firma remanet
11 concluſio, quòd vaſallus amittit feudum, ſi dene-
gat facere ſeruitium propter quod datum eſt feu-
dum. Intellige, etiam quòd non ſit dictum in inue
ſtitura, quòd amittat feudũ. Cap. in ver. feuda amit
tuntur, col. 29. ibi, trigeſimoquarto, rationem po-
nit Aluar. hic col. 2. cir. med. & ſicut feudatarius
non ſoluendo vel exhibendo ſeruitia feudataria,
amittit feudum; Ita emphiteota priuatur emphi-
teoſi, non ſoluendo canonem. Gemi. in c. ad apo-
ſtolicę. §. ſed licet. num. 9. de ſente. & re iudi. in 6.
& habet locum tam ſi ſeruicium ſit promiſſum in
eodem inſtrumento, quàm in alio incontinenti fa
cto. Bal. in conſ. 18. in pri. pri. uol. Item faciendo
contra id quod promiſit & iurauit, amittit feudũ:
non facta diſtinctione, ſi culpa uel caſu fecit. Odo f
fre. in Sum. quibus modis feu. ami. num. 75. & pri-
uatur feudo, etiam ſi interpellatus ex ſola prima
requiſitione recuſauit præſtare debitum ſeruitiũ,
Alex. in conſ. 5. nu. 11. in fi. 5. uol. Intellige tamen
in feudo vero, ſecus ſi eſſet feudum fictum, nam
tunc vt vaſallus priuetur, oportet quòd deſiſtat
a ſolutione per trienniũ, ſicut in emphiteota, Alex.
in conſ. 11. num. 4. d. vol. Aluar. hic num. 5. Fre. de
formu. inueſt. lib. 3. ibi inter quaternata. num. 24.
& intellige, ut ſupra, ſi potuit ſeruire, aliàs non per
dit. Iſer. hic in pri. Item niſi ſit datum cum pacto,
quòd pro eo nullum præſtetur ſeruicium. Petrus
in conſ. 5. col. pri. in fi. & 2. in pri. nam tenetur va-
ſallus facere ſeruitium domino, niſi ratione obli-
gationis aliud dicatur. Hoſti. in Sum. de feudis. ibi,
quid ſit feudum. in fi. Aluar. hic col. 3. in fi. alias li-
mit. ponit Cap. in d. ver. feuda amittuntur. ibi, tri-
geſimoquarto, vſque ibi, trigeſimoquinto. ſexde-
cem caſus in quibus non tenetur vaſallus domino
ſeruire, ponit Iacob. in ver. promiſerunt. in 24. q.
numero 30.

Nota, quòd feuda conditionalia amittuntur, ſi
12 non fit id propter quod data ſunt. Oduffr. in Sum.
de diuiſio. feu. num. 2. nam ſi eſt promiſſum cer-
tum, debet præſtari. Iſer. hic cir. pri. quia ſeruitium
aliud eſt determinatum, & aliud indeterminatum.
glo. fi. & ibi Iſer. in §. ſimiliter, lo 3. in pri. C. de ca-
pita. qui curi. vendi. ſi eſt incertum & indetermi-
natum, intelligitur ſolitum, ſecundum morem &
naturam feudi, vel prout in ſimilibus fieri ſolet.
Idem Iſer. in §. quod autem, num. 17. cir. fi. de con
tro. inueſt. & in §. huius autẽ generis. nu. 6. cir. med.
ex quibus cau. feu. ami. & vtroque modo ſi nõ præ
ſtatur, datur domino condictio ad repetendum.
cauſa data cauſa non ſecuta. l. ſi liber. C. de condi.
ob cauſa. l. pri. de condictio. cau. data. Etiam quod
tacite iuſſit. Iſer. in c. pri. in ver. vel ſi dominus, &
ſeq. de feu. ſine culpa non ami. multa Aluar. hic
num. 4.

nũ.4 & poſt. & accipit ad ſe feudum. Afſli. in d. §. firmiter, nume. 13. Si princeps vadit Romam pro ſuſcipienda corona, ſeruitium erit medietas fructuum illius anni, licet in Romandiola per Corradũm aliter fuerit ſtatutũ. Iaco. de Ardizo. in Sum. an domino abſenti coga. ſeruire vaſal. cir. med. ſi extra regnum expendit plus quàm in regno, Rex tenetur pro illo pluri. Afſli. hic num. 26. Et ſic regula eſt, quod vaſallus amittit feudum propter ſeruitium non præſtitum. limita ſi eſt bellum iuſtũ, & aliis modis, ut per Cap. in d. §. firmiter. in prin. de proh. ſeu. aliena. per Fre. & Iſer. hic, cir. fi. poſt num. 40. In regno Siciliæ non præſtatur, niſi quando dominus indiget, & tunc vocatur pro expeditione hoſtiez. §. ſimiliter, de cap. Corra. & aliter debetur pro feudo antiquo, & alio modo pro nouo, Iſer. in c. pri. col. 2. in pri. de vaſa. decrepitæ ætat. data electione domino ſi vult, in pecunia, vel ſeruitium de perſona recipere. Iſer. in §. ſimiliter, lo vlt. poſt num. 14. ibi contingit. de capi. qui curi. vendi. & ſi non præſtat ſeruitium, vel dat diminutum, ſecundum curię interpretationem, non perdit feudum, ſed condemnatur in quadruplum eius quod diminute fecit uel ſoluit. Iſer. in c. vaſallus ſe feudum. cir. fi. prin. ſi de ſeu. defuncti mili. contro. fuerit. & in cõſt. ſi vaſallus. col. 7. cir. fi. de fideiuſſi. domi. a vaſa. Cap. in ver. feuda adohanę. col. fi. cir. pri. & cuilibet feudo ſunt annexa ſeruitia militaria, quandoque vnum, quandoque plura, aliquando pars vnius debetur. Idem Cap. in §. callidis. in 2. conclu. cir. medi. de prohi. feu. aliena. per Fre. in proprio feudo ſemper, & tenetur ad tria, extra feudum tribus menſibus ſuo ſumptu, poſtea expenſis Regis & perpetuo. Cam. in c. Imperialem. car. 35. col. pri. cir. medi. & loco ſeruicij habemus adohã, quæ eſt dimidia pars reditus feudi vnius anni. Cap. in ver. feuda amittuntur. ibi, trigeſimoquinto.

Sed an debeat vaſallus requiri pro ſeruitio, & an debeat cerciorari qui ſcit. Archi. pro & contra in c. volumus. cir. med. 89. diſt. quòd non debeat certiorari qui ſcit. probatur. l. tutor. §. pri. i ver. nõ. ff. de pigno. actio. nec cerciorari qui non ignorauit l. ſi legibus, in ver. imputari, C. de Epiſco. audien. quia paria ſunt ſcire, & ſcire debere. glo. 2. in fi. in regu. qui cum alio, de reg. iuris, vel quod ſit certus, vel eſſe debeat. glo. in reg. eum qui certus, de reg. iuris. in 6. nam non debet fingere ignorantiam. l. pri. §. pri. in fi. ſi quis omi. cau. teſta. cum ſcire potuit, uel ignorare non debuit. l. ſi Titius. ff. de fideiuſſo. l. quod ſi minor. §. reſtituto. in ver. non ignoret. ff. de minori. propterea ſcienti prætor nõ ſubuenit: ipſe enim ſe decipit. glo. in c. eccleſia veſtra, in ver. vocato. cir. med. de electione. Vnde debet vaſallus ultro ſe offerre, & debitum ſpontanea voluntate perſoluere. l. 2. C. de iure emphi. aliàs etiam quòd non cercioretur, eſt in mala fide. l. itẽ veniunt. §. petitam. ff. de petitio. hære. & non debet dicere ſe dubitare, vbi certus eſſe debet. gl. pen. in c. ſi beneficia, de præben. in 6.

Contrarium, quòd debeat vocari a domino ad ſeruitium præſtandum tenet Bar. in §. pri. num. 2. Aut. de collatori. & non tenetur niſi ſit ſubmonitus. Iſer. hic. Afſli. in d. §. firmiter. in 2. not. Cur. in tract. feu. in 4. par. prin. num. 59. Aluar. hic num. 6. & vbi monitio eſt neceſſaria, non ſufficit ſcientia, Afſli. in §. fi. nu. 11. de pace iura. firma. etiam quòd ex abundanti fieret ad conuincendam hominum malitiam. glo. pri. in pri. in c. habet. 2. q. 4. tamen quia qui ſcit, poteſt fieri vt incipiat ignorare. l. 2. ff. quis ordo in bono. poſſe. ſente. ideo non tenetur offerre, niſi ter ſubmonitus, nec ſufficit vna pro tribus, ſicut inferior quando interpellat ſuperiorem requiritur trina interpellatio. Alex. in conſi. 84. ante num. 24. uol. & hoc in Comite vel Barone, ſecus in Rege. Afſli. in conſt. mulier quæ dotarium. in 8. not. num. 20. de dotariis conſti. & in conſti. ſi vaſallus. in 4. not. poſt nu. 6. & 16. & ibi Iſer. de fideiuſſo. domi. & quomodo ſe ingerit, ſi non inuitetur & rogetur, aliàs pararetur laqueus quod eſſe non debet. glo. in c. cupientes. in uer. poſt obtentam. cir. fi. de electio. in 6. ſicut ſatiſdatio non debet offerri legatario, nec libertus tenetur operas incertas præſtare, niſi indicentur l. pri. §. quare. in ver. legatario. ff. vt in poſſe. lega. inſuper poſt monitionem requiritur congruum tempus arbitrio iudicis. Bal. in c. ad hęc. num. 2. hic finitur lex. & in d. §. firmiter. nu. pri. infra quem poſſit venire. Afſli. in d. c. ad hæc. in 3. not. aliàs præſumitur quòd ſit ſemper paratus præſtare, niſi interpellatus negauerit. Bal. in cap. licet. num. pri. ſi de feu. fuerit contro. inter domi. & agnat. vaſa. & qui dicit aliquem monitum uel requiſitum, tenetur probare. Idem Bal. de allodijs. poſt numerũ 19. ubi etiam num. 22. dicit quomodo efficiatur uocatio legitima. Afſli. in d. §. fi. in glo. 4. num. 18. de pace iura. firma. vide literę & mandata, ex quibus poſſet ſequi priuatio feudi, ſi eis non obtemperatur, debent eſſe munitæ & roboratæ ſolemni teſtimonio parium, ſi habet, aliàs admittuntur alij teſtes idonei omni exceptione maiores, ſed non in Rege. Afſli. in d. §. fi. in vlti. not. num. 15. de pace iura. firma. Iſto modo denuntiatur. Iacob. in ver. & promiſerunt. nu. 33. aliter tamen in l. denuntiaſſe. ff. de adulterijs. & ſic vbi eſt dies incertus arbitrio creditoris declarandus, poteſt expectari uaſallus quod requiratur. Bal. de noua forma fideli. in pri. poſt num. 6. & 7. ſemper dicitur adimplere ex parte ſua, quando ſoluit, vel ſoluere eſt paratus l. ſicut certo. §. nunc videndum, lo 2. ff. comoda. requiſitus vero iuſſum pro nomine accipere debet. l. ſi ſeruo. §. pri. ff. de vſufru. aliàs dolo faceret ſi repoſcenti non reddederit. l. pri. §. eſt autem. ff. de poſiti. nec intereſt ſi adiecta ſunt hęc verba, cum popoſcero, vel non. l. cum patronus. ff. de operis liberto.

Si uelles tamen vtramque opinionem concordare, dic quòd aut denunciatio ſit ſolum ad certificandum aliquem, non ad alium finem, tunc qui certus eſt certificari non debet, & ita procedunt primo loco adducta. aut ſit ut euitetur ille cui ſit denuntiatio ad aliquid faciendum, ut hic, & tunc etiam, quòd ſit certus, debet ei denuntiari. Bar. in in l. pri. §. fi. poſt numerũ 3. ff. de actio. empti. vel pone regulam, quòd vaſallus non cogitur domino offerre ſeruicium, etiam quòd multo tempore non ſeruierit. Bal. in §. fi. in pri. an ille qui interfe. fratrem domi. ſui & in §. ad hæc, vbi etiam. Afſli. in pri. not. hic finitur lex. Iacobi. in ver. & cum pacto, numero 6. limita, niſi eſſet denuntiatum vt ibi, uel ſciret ei magnum periculum imminere. c. licet, ſi de feu. defuncti mili. cõtr. fue. ſeu videret dominum eſſe in notorio periculo: tunc ſine requiſitione tenetur ſeruire. Loffr. in conſilio 45. poſt nu. 14. vel niſi iret pro ſuſcipienda corona, Bald. in d. tit. de allodijs. nu. 20. vel, ut ſupra ſciret dominum

peri-

periclitari. Iſer. hic. quis autem dicatur ſcire, l. pri.
§. pri. ff. ſi ſami. furtum feci. dicatur. Alias limi. po-
nit Iaco. de Ardizo. in Sum. vtrum ſutti. vaſa. ſi pa-
ratus eſt ſeruire domi. quando ei denuntia, licet nõ
offerat ſerui. & ſeq. & §. fi. in ca p. pri. in 5. not. de
feudo ſine culpa non ami. prædicta intellige etiam
quod inſeudatio fuerit ſimpliciter facta, nulla fa
cta mentiune ſeruitij. Iſer. in d. §. huius autem ge-
neris, numero 8. in fi. quia in omnibus habet natu
ram feudi, præterquam in expreſſis. Iſer. hic nume
ro 35. cir. pri. ſi verò eximitur, erit franchum, &
non tenetur ſeruire. §. fi. vbi Affli. in pri. de capi.
qui curi. vendi. in dubio cenſetur promiſſum ſerui
tium conſuetum. Loffr. hic in pri. quòd regulari-
ter non debetur, niſi petenti, ſicut in ſubuentione.
Bal. in conſi. 343. numero 4. in fi. pri. uol. nec co-
get dominus vaſallum ad cauendum pro ſeruitio,
niſi detineretur in carcere. Affli. in d. c. pri. num. 10.
poſt medi. de feu. ſine culpa non ami. & ex parte
vaſalli vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt, glo.
fi. in c. cum pater. lo 3. d. tit. de electio. factum le-
gis excuſat negligentiam hominis, l. fi. in Sum. l. ſi
mancip. ita fuerit aliena, vt manu, cum diſt. de qua
late Iſer. hic & ſi dominus non patitur ſibi ſerui-
re, poſſet pati poſtea. l. 3. cir. fi. ff. de ſtatulibe. ſi ni-
hil dicit, poteſtate iuris in hæc reuoluitur. l. inter-
dum. §. pri. ff. de hæredi. inſt. Et in multis caſibus
qui ſcit, non debet certiorari. l. cum inter, lo 2. in
ver. cognouerunt. de electio. c. prudentiam, in ver.
14 non oſtenderit de offi. delega. Sed an obligatio
qua tenetur vaſallus domino ſeruire, ſit realis vel
perſonalis? dic quòd onera feudalia ſunt magis rea
lia quàm perſonalia, glo. Pari. tit. pri. §. 2 2. poſt nu.
2 56. ſiue ſit in perſona, ſiue in pecunia eſt reale.
Affli. hic nu. 12. & actio eſt realis. Iſer. hic nu. 36.
cir. medi. & prodeſt hoc ſcire: nam ſi eſt actio per
ſonalis, non ſequitur fundum. glo. in l. ſed & ſi le-
15 ge §. ſi quis. in ver. quod eſt. ff. de peti. hære. vnde ſi
vaſallus vendit feudum, & dominus aſſentitur
ſimpliciter, & non dixit, ſaluo iure ſeruitij, vtrum
emptor teneatur. Iſer. hic num. 36. ante & poſt ex
citat & ſoluit, ut per eum, & Aluar. in §. fi. nu. 5. de
capita. qui curi. vendi.

Videtur tamen, quod non poſſit nouus poſſeſ-
ſor cogi ad ſeruitia. Bal. in conſ. 9. num. 3. pri. vol.
nam non debet compelli ad præſtandum quod nõ
promiſit. l. operis. ff. de operis liberto. nec ſeruire
cui non promiſit, nec eſt obligatus. Iſer. in §. de
manſo. poſt num. 16. de contro. inueſt. & quod
primus debebat, fiſcus non petit a nouo domino.
l. fi. in pri. C. de cenſo. & cenſito. & peræqua. nam
ſi cum certa qualitate fidelitatem vnius eligit, illius
fidelitas alterius dici non poteſt. Cam. in c. Impę-
rialem: in pri. col. 9. in fi. Rurſus emptor non tene-
tur, quia non promiſit. facit l. 3. §. ſi hæres. in poſi-
tio. caſus. ff. vſumfru. quemadmo. caue. venditor
non, quia non poſſidet, glo. in ſimil. in l. qui homi-
nem. §. ſi debitorem. in ver. mihi. ff. de ſolutio. &
quatenus promiſit, fuit ex quo tenebat, & ſic con-
templatione certi emolumenti, vnde eo ceſſante,
non tenetur. l. cum quis decedens. §. pri. de leg. 3.
emptor non tenetur ad ea quæ non promiſit. l. ſi
ita, de operis liberto. venditor deſijt teneri, ceſſan
te cauſa, glo. in §. ſi vero in ver. venient. Auth. de
hære. & Falci.

Contrarium eſt verius, nam ſi vaſallus vendit
feudum cum conſenſu Regis, emptor tenetur ad
ſeruitium pro feudo, etiam pro tempore præter-
to. Affli. in deciſ. 95. poſt num. 4. glo. 5. Pari. num.
8. tit. pri. §. 13. nã ne exactio ſeruitiorum fruſtetur,
ab illis exiguntur ſeruitia, qui feuda quolibet titu-
lo detinere noſcuntur, ut in conſt. ſiue reali, de con
tu. conue. reali ſiue perſo. actio. & ratio eſt, quia
qui plena fruitur voluntate, plenum obſequium
præſtare debet. l. ſi duo, de leg. præſt. vnde debitor
præſtat ſeruitium, & non creditor, retentis fructi-
bus, cum quibus poſſet ſeruire, reiecta opinione
Ang. & aliorum. Cam. in d. c. Imperialem, car. 10.
& 21. uol. 2. niſi interueniſſet aſſenſus, ut ibi col. 4.
& tunc ſi non reſeruauit, dicens, ſaluo iure vaſſal-
lagij, ut conſenſus aliquid operetur, cenſetur ius
remiſſum, niſi probetur quòd vtrumque geſſit in
animo. Iſer. hic num. 38. & poſt. & quod non ea in-
tentione dixerit. c. quædam lex. 15. quæſt. 2. & 3. c.
ad ſedem. cir. medi. in cau. q. 5. quia non videtur di-
xiſſe, quod mente non agitauit. gl. cir. pri. in l. quia
ff. de arbitris, nec amittit quod habet, & quod ha-
bere non credit. l. mater. in ver. competere. ff. de
inoffi. teſta. & fructus feudi poſſeſſor non compu
tabit in ſortem, quia dominus capit ab eo ſeruitiũ.
glo. fi. in c. pri. & in c. conquæſtus. in glo. 2. in pri.
de vſuris, & ſic in feudis obligatio ſeruitiorum ſe-
quitur rem, & tranſit cum onere ſuo ad quemcum
que vadit. Præpo. infra an agnatus. num. 6. cir. fi. &
agit contra poſſeſſorem inſolidum, contra alium
nullo modo. l. fi. §. fi. ff. de ſeruitute. ſicut tribu-
tum, vita, militia & emphiteoſis ſoluitur a poſſeſ-
ſore. l. generale. §. fi. & ibi glo. fi. ff. de vſu & uſufru.
lega. in c. regni, alienationis actus, & l. fi. in ver. alijs
C. de iure emphi. & filius qui repudiauit, ſi poſtea
reperitur poſſidere, tenetur ad ſeruitia. Præpo. in
d. c. pri. num. 8. an agna. & in §. fi. poſt num. 2. de
capi. qui curi. vendi. hoc modo poteſtas legis dici-
tur ambulatoria. l. erit. ff. de fundo dotal. & con-
ſulitur domino, quatenus iuris ratio permittit. l. 2.
in fi. C. ſi aduerſus libertat. alias ſumma iniquitate,
bonæfidei poſſeſſor efficeretur. l. & generaliter. ff.
de noxalibus.

Qua autem actione agat dominus contra ſecũ-
dum infeudatum, ad priuationẽ feudi propter ſer-
uitia non præſtita, Affli. in §. prætera. num. 6. de
capi. Corra. non poſſet tamen ſi ſeruitium perijt, di
cere, abſtine a commudo. l. de illo, in fi. ff. pro ſo-
cio, immo petẽdo a tertio ſeruitium, videtur tacite
illum habilitare ad feudum. Affli. in c. pri. num. 7.
in fi. de feu. ſine culpa non amitt. ſed non bis eadẽ
præſter. l. ſi ſine. §. ſi procuratori, rem ratam habe-
ri. nam ſi habuit, puto improbum eum, qui velit ite
rum conſequi quod accepit. l. ſi quis dolo. §. fi. ff. de
se iudi. & quod accipit ab extraneo iterum petere
a uero domino. l. pri. in ver. pœnalis. ff. ne uis fiat
ei. nam ſemel exactum, non eſt iterum exigẽdum.
Bal. in l. pen. in 2. rep. cir. medi. ff. de tranſactio. ſi-
cut qui uellet recuperare rem & pretium, not. Af-
fli. in c. pri. in 3. not. de feudis datis mini. valuaſo. &
econtra improbus dicitur, qui non ſoluit quod de-
bet. l. cum notiſſimi. §. namque improbum. de pręe
ſcrip. 30. vel 40. ann. l. ſi reſiduum. C. de diſtra. pig.
& l. ſi pater. C. de donatio.

Adducta pro prima parte procedunt in obliga-
tione perſonali, hæc verò cum ſit impoſitio realis
tranſit cum ſua cauſa. Iſer. hic, & in d. §. huius autẽ
generis, num. 12. cir. medi. ſicut cauſa alimentorũ.
l. hactenus de vſufru. adeo quòd conſtituitur ius
in re.

in re. Bal. in conſi. 182. num. 2. 5. vol. & ſi non ſeruiuit, quia ignorauit, nulli eſt ius quæſitum. l. filiuſfamilias. in fi. de Caſtren. peculio. ita ſi ſunt electi duo Imperatores, & vterque inuocat Barones, vt aſſocientur Romam pro capienda corona, propter ambiguitatem non tenētur ire, & poſtea confirmatus non poſſet illos priuare. Affli. in §. fi. nu. 20. de pace iuramfirma.

16 Vtrum autem venditor teneatur ad ſeruitiū pro precio accepto, excitat Iſer. hic n. 39. & Cap. i ver. feuda adohant. in fi. ſed dic quòd ſic, nam qui precio fruitur, non minus habere intelligitur, quàm qui principali re vtitur & fruitur. l. quis, qui precio. ff. de vſufru. qui precio fruitur, re frui videtur. Pau. de Caſt. in conſ. 214. poſt num. pri. 2. vol. precium rei hæreditariæ reputatur hæreditarium. Caſſa. in cō. Burg. rub. 4. §. 2. ibi, & acqueſtz nu. 6. vſq; ad 10. vnde habens pretium hæreditatis, tenetur præſtare legata. l. ſi ſeruum. ff. ſi quis omiſſa cau. teſta. iudicio petitionis hæreditatis. l. quod ſi in diē. §. ſed & ſi. & §. Iulianus. ff. de petitio. hæredi. l. in ſamil. C. fam. erciſcun. res item fideicommiſſarias cogitur quis præſtare, ſi pretium eſt conſequutus. l. 2. ff. ſi mulier ventris nomi. tenetur enim quaſi vice permutati dominij. glo. pri. in l. Titius. ff. ad Trebellia. & pretium videtur habuiſſe ab illo. l. qui ſolidum. §. cum poſt. & ibi not. de lega. 2. & vti exactum ex eadem cauſa, in eadem redire debet. l. Lucius. in fi. pri. de leg. 2. quia data pro re litigioſa, iure illius cenſentur. Innocen. in c. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, lo 1. poſt medi. vt lite pendente. quod nomine tranſactionis eſt captum, cenſetur feudum. Aluar. in c. pri. col. 4. in fi. de contro. inter vaſallum & alium de benef. nam cauſa quæ præceſſer durat, etiam quòd res non intereeſſit. l. ſi ſeruus. ff. fami. erciſc. & accipiendo pretium, uti videtur. l. item quamuis. ff. commu. diui. vnde agitur pro præſtationibus perſonalibus, licet res deſierit eſſe. l. in ſumma. & ibi glo. fi. d. tit. com. diui. & iura dicunt, rem quæ ſuccedit in locum alterius, cenſeri primā. Io. An. in c. non poteſt. num. 4. in fi. de præbendis. in 6. & in c. vni. ante & poſt nu. pri. de rerum permu. eo. lib. 6. etiam quia qui facit quo minus poſſit, videtur poſſe. l. ſi bona. vbi ita ſum. Bal. ff. de noxali. iſto modo qui habet pretium, rem habere videtur. Affli. ſi contro. fuerit inter domi. & vaſa. nu. 6. cir. pri. aliqua Loffr. quæ ſint regalia, in ver. angariæ. ibi ſequitur, verſ. item ſecus, vnde non capax feudi, non eſt capax eius pretij, quia quando res præſtari non poteſt, pretium non eſt loco rei. Affli. de duobus fratr. a capita. inueſt. num. 6. poſt medi. & ſi enim conſenſu domini habet pretium rei, inde rem habere videtur. Iſer. in §. ſiue alienaui, poſt nu. 4. de controuer. inter me. & domi. de portio. feu. fratris mei. & res quando ſuccedit in locum alterius, eodem iure cum illa cenſetur. Affli. ex quibus cau. feu. amitt. num. 49. In tantum, quod ſi loco feudi euicti datur pecunia, illam loco feudi retinebit. Iaco. de Ardizo. in Sum. res mobiles dantur in feudum, cir. fi. Affli. in c. 2. poſt nu. 8. in 2. limi. de feu. cog. & pecunia habita ex re furtiua, licet non ſit furtiua, fur tamen ad reſtitutionem tenetur. Ioan. And. in c. vni. num. 3. & 4. d. tit. de rerum permu. in ſexto.

Pro alia parte facit, quòd ratione pretij, non remanet emphiteota vel vaſallus. Soci. in conſ. 96. cir. fi. 3. uol. nam pecunia non poteſt dari in feudū, nec ſuccedit loco rei feudalis. Bal. ſi de feu. vaſa. ab aliquo interpella. fde. & ſi tranſigendo conſequitur aliquid ratione feudi, non dicitur feudum, nec res data in feudum ſubrogatur in locum primę. Loffr. in conſ. 11. num. 10. 12. 13. & 15. & hoc quādo id quod percipitur eſt extrinſecum, ſecus ſi intrinſecum, puta pars feudi. Aluar. in c. ſi vaſallus, lo 3. num. 3. ſi de feu. de funct. mili. contro. ſuc. vnde prædia ſubrogata quæ ſunt alterius naturæ, puta cenſualia, non ſortiuntur naturam feudaliū. glo. 3. pari. poſt num. 14. tit. pri. §. 8. & pretia nō ſunt res hæreditarię. l. regulariter. in glo. pri. in fi. ff. de petitio. hære. pretium rei furatæ non eſt furtiuum. l. quemadmodum. §. fi. de noxalibus. Et accipiēs promiſſionē, vel pecuniam, vt hæreditatem repudiet, non videtur eam adire. l. fuit quæſtionis. ff. de acq. hære. l. 2. ff. ſi quis omiſſa cau. teſta. vnde pecunia non dicitur eſſe ipſius, ſed propter illam. Iſer. in c. pri. in ver. ſi acto probare. poſt num. 7. de contro. inueſt. ideo pro pretio quod obuenit ex feudo, vaſallus non tenetur ſeruire. Affli. hic, nu. 22. & poſt num. 27. Aluar. in §. fi. nu. 5. poſt med. de capita. qui curi. vendi.

Et ſuccedit alius articulus, ſi pretium conuertatur in locum rei an ea res ſuccedat in locum eius. Aluar. pro & contra in §. denique, poſt num. 6. infra eo. & in c. pri. col. 3. in pri. ſi de feu. vaſa. fuerit interpella. in c. pri. num. 5. de feu. non haben. propriam feu. natu. Sed circa primum Iſer. diſputando ad partes, pro prima adducit. l. ſi fundum per fideicommiſſum, de leg. pri. Litem fundi. in pri. reſponſo. de vſufru. Pro alia allegat. l. fi. C. de pign. actio. & diſtinguit, cuius diſtinctio, nec ſibi placet, quia cum ſit onus perſonale, & non tenet rem, non tenetur venditor niſi pro præterito. l. Aphricanus lib. 20. epiſtolarum, apud Iulianum. §. hæres. de lega. pri. & ad emptorem nōn tranſiret, niſi ſit pactum adiectionis in diem, nel ſit dictum, quòd non alienet ſine conſenſu ſuo, cum promiſſione pœnæ, & rei obligatione. Vnde infert, quòd pro iis quę ſunt extra ſubſtantiam feudi, non datur actio cōtra poſſeſſorem, nec dominus habet manus iniectionem, niſi ſpecialiter ſit conuentum. l. ſi tertius. §. ſi quis poſtquam, de aqua pluuia arcen. l. 2. §. pri. C. de iure emphit. & in hoc æquiperantur modus & conditio. glo. 2. in l. pri. C. de his quę ſub modo. Dic vltra prædicta, quod Ludo. de Moli. hanc rem diſputat etiam, de Hiſpano. primog. lib. 4. c. 4. num. 26. & ſecunda pars eſt verior: nam dominus pro vno feudo, non debet habere duo. Bal. de feu. non habentib. propriam feu. natu. num. 6. & emptum ex pretio feudi non eſt feudale, niſi expreſſe ſit dictū, quod res empta ſit loco feudi venditi. Affli. in d. tit. de feu. non habente prope. feu. natu. nume. 11. vnde permutatio rei feudalis cum burgenſatica, mediante aſſenſu, non facit rem burgenſaticā permutatam feudalem. multa Fre. de Subfe. lib. 2. ibi, uigeſimo primo quæro. Vaſallus habens feudum antiquum, ſi illud vendit cum conſenſu domini, & ex pretio emit aliud, vel ſupponit bona allodialia, an dicatur feudum nouum uel antiquum. Affli. in §. ſi quis de manſo. poſt nu. 21. ibi, hęc faciunt, de contro. inueſt. Ludo. ubi ſupra. nu. 36.

Adducta autem pro prima parte, non procedūt in feudis: nam datum nomine tranſactionis, ſi cōſiſtit in pecunia, non efficitur feudale, alias ſic. Affli. de cont. inter vaſa. & alium de bene. num. 14. & in

cap. ſi

e.ſi vaſallus, lo vlt. in §. not, nn. 15. ſi de feu. defun.
milit. contro. fue. Loffr. in §. ſi vero probare, ibi,
Iſer. de contro. inueſt.

Vbi autem prȩſtabit ſeruitium vaſallus an extra
17 Baroniam, Comitatum, vel regnum? videtur quòd
extra territorium non teneatur, nam ſtatutum non
ligat ſubditum extra territorium, & ſeruicia extra
territorium prȩſumuntur exacta a dominis per me
tum. Afflict. in conſt. proſequentes, in 6. not. cir. ſi.
poſt num. 4. de pugnis ſubla. vnde non in loco vbi
petuntur, ſed in loco idoneo præſtari debent. Ia-
co. de Ardizo. in Sum. an domino abſenti coga. ſer
uire vaſal. fe. & videtur locus idoneus, ſi eſt conti-
guus infra fines ciuitatis, & vicinus. Lucas in l. pri-
colum. penult. cir. ſi. C. ne ruſtica. ad vllum obſeq.
deuocen. ad operandum enim, vel portandum, nō
debet quis longius mitti. l. nemo. C. de anno. & ti-
butis, vt per Iſer. hic, ſed ſeruabitur tenor priuile-
giorum. & vbi non eſt adiectus locus intelligitur
ſecundum conſuetudinem regni, vel de loco vbi
habet domicilium ſtipulator, ſimile in l. qui ita §.
ſi. ad Trebelleia. vel debitor. l. vni. C. vbi de hære.
agri. licet poſſit habere domicilium in pluribus lo
cis, & quo ad omnes pro præſente haberi. leg. ſi. in
ver. inter abſentes. C. de pręſcriptio. longi. tempo.
vnde totum regnum dicitur domicilium Regis,
& nō reſtringitur ad locum domicilii. Iſer. hic. Idē
in clericis ſecularibus, & laicis, qui poſſunt habere
plura dumicilia; ſecus in Abbate & monacho, qui
extra monaſterium domicilium habere non po-
teſt. Lucas in l. ciues, poſt pri. C. de incolis. & ſic ſi
habet dominus bellum extra regnum, nō vt regnū
defendat, ſed vt acquirat aliam prouinciam, non
poſſet longe extra regnum mittere, ſecus ſi parū,
quia eſſet tollerabile, vel niſi pro regni & hominū
defenſione, haberet pro meliore non expectare ini
micum in domo. Nam ſi de toto auctoritas ſuſci-
piendi bellum eſt in principe, multo magis & de
parte, & ſic de circunſtantiis bellis. l. ſi tam dies. §.
ſi arbiter. ff. de arbitris. l. ſi locus. ff. de indiciis. eo
magis, quia multi Principes hoc fecerunt. Iſer. hic,
& illorum exempla ſunt ſequenda. Idem Iſer. in §.
firmiter. num. 32. poſt medi. de prohi. feu. aliena.
per Frede. & poteſt ab illis argumentari. c. venera
lem. in ver. Lotharius. de electione, nā recurritur
ad exempla maiorum. gl. 2. in c. qui de menſa. 37.
diſt. & dicitur tunc bellum iuſtum c. dominus. 23.
quæſt. 2. Iſer. hic, num. 41. & ſupra, quibus modis
feu. ami. in pri. poſt num. 3. ad quod quinque re-
quiruntur. Bal. in conſ. 432. num. pri. 5. vol. & po-
teſt eſſe iuſtum etiam ſi non contra infideles. not.
in c. vni. de ſagittariis. ex quo licitum eſt pro liber-
tate ſua pugnare. not. in c. 3. de pœniten. & remi.
c. 2. in ver. violentos, de ſuppli. negli. præla. in 6. &
acquiſita in bello contra infideles efficiuntur ca-
pientium. glo. in c. Abbate. in ver. ab infidelibus. de
ſenten. & re iudi. in 6. Vnde licet inuadere terras
ſaracenorum, paganorum, vel infidelium. Io. And.
ad Specul. in rub. de Iudæis. col. 1. poſt pri. Aduer-
te tamen, quòd in præſtatione huiuſmodi ſeruicij,
ſalutis, ętatis & dignitatis ratio habenda erit. l. ſed
ſciendum, & ſeq. ad Trebelleia. & cuius expenſis
dixi ſupra, & late Iaco. de Ardizo. in Sum. cuius ex
penſis debeat vaſ. ſeruire, & in quo loco, per tot.
Aluar. hic col. ſi. in ſi. & Io. Blanchus in Sum. qui-
bus modis feu. ami. col. 7. in pri. & non tenetur feu
datarius ſeruire Regi ſuis ſumptibus in bello, niſi
pro regni defenſione, vel vt ſupra, ſi Rex antequā
hoſtis ingrediatur regnum velit ſe accingere, & ag
greſſum illius reprimere. Loffr. in conſ. 50. nn. 69.
& ſi hoc in perſona, multo magis in bonis. Iaco. de
Ardizo. in Sum. ſi filius repellatur, an nepos ex eo
admitti poſſit, cir. ſi. & quomodo ſeruiendo extra
territorium pro illo pluri teneatur. l. ſed & ſi hære
ditas, §. quod autem, la 2. ff. de peti. hæredi. & ſi ni
hil exprimitur, inſunt quæ moris ſunt. l. 3. C. de
fideiuſſo.

18 Quid ſi Rex faceret gratiam Comiti vel Baroni,
& contemplatione ſua remiſit ei ſeruitium, an ſub
feudatarij nihilominus ſeruient, vel ſubuenient Co
miti? Iſer. hic, in addi. num. 42. vſque ibi. f. ideſt, fi-
nem additionis. Videtur tenere quòd ſic, niſi vo-
luerit gratiam illam eſſe proficuam vaſallis. Et non
ſufficit, ſi dicatur ita fuiſſe ſuæ intentionis, niſi ex-
primat. l. cum donationis. C. de tranſactio. etiam ꝙ
non exprimat cum concilio ſuo: nam ſi creditur
notario. l. ſi quis decurio. C. de falſis, & ſtatur rela
tioni iudicis, de his quę coram eo acta ſunt, multo
magis principi, etiam quia verba eſſent clara, & nō
reciperent interpretationem.

Tu vltra alios, pro parte negatiua dic, quòd nō
teneutur: quoniam cauſa ex qua aliquid debetur,
ſemper debet pręcedere. l. huiuſmodi. ff. quando
dies lega. cedit. ſic ceſſat, quia Rex fecit & gratiā,
ſucceſſiue ſubfeudatarij nō tenentur, aliàs recipiē
do Comes ſubuentionem, aliorum pecunia eſſet
pęnes eum ſine cauſa. Simile in l. 1. §. emancipat. ff.
de colla. bono. Rurſus gratia nō fit, vt effectus gra-
tię deriuetur in eū, ſed ēt vt ipſe aliis conferat vti-
litatem, not. in c. ſi. de ver. ſign. in 6. ſic Rex fecit
gratiam Comiti, non ut ipſe habeat. l. profectitia. §.
ſi forte. ff. de iure dotium, ſed vt alteri conferat, a-
liàs eſſet abſurdum iuſtum in vnius perſona, in al-
tera ratum non eſſe. l. ſi cum dies. §. pen. in ſi. ff. de
arbitris. Item dominus ſicut remittendo illū dam-
no affici non vult, ita lucrum facere non patiatur.
l. ergo. ff. ex quibus cau. maio. nam Rex faciendo
gratiam, debet in totum facere, aut in nihilum. gl.
3. in l. duobus. ff. de libera. cau. ne quod vni datur,
alteri denegetur. glo. pri. in l. ſed & ſi. ff. de Carbo-
ni. edi. & ſic aut ſtetur gratiæ aut diſcedatur. l. Iulia
nus. §. ſi quis colludente. ff. de actio. empti. & dedit
ita, aliter non daturus. l. 2. §. ſi. de donatio. ultra ꝙ
nemo ex ſeruitutis actu, poſt libertatem tenetur. l.
Aurelius, §. Sticho, de libera. lega.

Contrarium uero tenuit Iſer. hic, & Affli. num.
28. Cap. in ver. feudorum adiutoria, col. 5. cir. ſi. &
6. in pri. & Affli. quę ſint rega. in uer. extra ordina-
ria. num. 8. nam remittere eſt dare. glo. ſi. in c. 2. 8.
q. 3. glo. ſi. cir. ſi. in l. pri. §. pen. ff. de dolo malo. Bal.
in conſ. 231. cir. ſi. pri. uol. 477. poſt num. 2. 2. vol.
292. poſt num. 2. 3. uol. & 124. col. pri. cir. med. 5.
uol. & ſoluere dicitur, quia fingitur ſoluere. l. quā
uis. §. interdum, in ver. ſoluit. ff. ad Vellei. vnde ſi
ſoluit, feudatarii contribuunt, ita & cum fuerit re-
miſſum, nam donatum habetur pro ſoluto. l. pri. §.
denique. ad Trebelleia. facit & textus in extrauaga.
com. vni. cir. medi. ibi, ſi uero. de decimis, & libera
rus videtur cepiſſe. l. 2. ff. de calumniat.

Sed ſi velles tenere primam, replicatur, quòd
immo aliud ſit remittere, & aliud donare, quia fa-
cilius quis remittit multa, quàm donet pauca. glo.
in c. ſtatutum. §. ſi quid autem. in uer. remiſſione.
de reſcriptis in 6. facilius remittimus quę ſpera-
mus,

mus,quàm damus quę poſſidemus.l. fideicommiſſa.§.item ſi quis.de leg.3. & quia ſemper verũ eſt, non ſoluiſſe.arg.l.Celſus.ff. de arbitris. Ideo dare & remittere non eſt proprie idem.l.Iulianus, vbi ſum.Bar. de condi. & demonſtra,nec eſt per omnia ſimile, nam quandoque valet remiſſio,& non tradirio,l.non ſolum.§.pri.in ver.comparatur.de libera.lega,facit etiam l.Vrannius.§.pen.de fideiuſſor. vbi pactum creditoris noo tollit alienam obligationem, ſed ſubfeudatarij ſunt obligari Comiti,ergo pactum Regis non tollit obligationẽ iſtorum,tanto magis, quia eius quod non debetur ei qui conuenitur,ſed alii, compenſatio fieri non poteſt.l.eius.C.de compenſatio.item quod perſonæ vnius præſtatur,hoc nequaquam ad aliam pertinere debet,l.cum patronus.in fi.de leg.2.nam de Comite Rex loquitur.io ſimili.l. ſi minor viginti annis.de verb.obliga. & illi donare voluit.l. ſi uero noo remunerandi.§.pri.ff.mandati ſicut teſtator ſi vnum eximit ab onere,cæteri ad onus integrum tenebuntur.l.ab ominibus.de leg.pri. Vltimo facit.d.l.pri.§.denique,ad Trebe.vbi non debet a ſecundo fideicommiſſarin quarta detrahi, niſi liberalitatẽ tantum ad priorem fideicommiſſarium voluerit pertinere.hic non dixt,ideo magis perceprio quàm intentio liberat.l.ſi ex duobus.§.pri.ff.de peculio. Et ſic retenta iſta opinione, ex iis quæ pro hac parte adduxi,& allegat Iſer.hic ibi,item ſi Rex,& ibi, ſed & ſi,apparet reſponſio eorum, quæ pro prima parte allegaui.Non omitto quod remittere eſt dare.l.peculium,vbi not.Bar.ff.de peculio.liberatio ſiue remiſſio datio eſt, ceſſio autem actionis non eſt datio pecuniæ,nec pro ſolutione habetur,cum euentus iuditii ſit incertus.l.legaui.in glo.fi. cir.fi. de libera.lega.promiſſio & datio non ſunt per omnia paria.l.ea quæ,in glo.fi.C. de donario.ante nupti.ſecus io delictis.§.pri.in ver. vel fideiuſſorum. Aut.de ſancti.Epiſco.licet faciliua quis ſe obliget quàm donet.l. ſed ſi ego. ff. ad Velleia.& facilius eſt facere quod coouenit,quam dare,cum difficiliter quis de patrimonio det.l.uni.in ver. damnum. C.de ſente.quæ pro eo quod intereſt.vnde ſi Rex indebite cogit Comitem ad ſeruiendum,non propter hoc debet Comes ſubfeudatarium ſuum iniuſte compellere.in con.feu.diuer.42.num.10. ex intentione Iſer.hic.

SUMMARIUM.

1 *Item,repetit in ſeqnenti quod dictum fuit in præcedenti.*
2 *Delator dicitur ex eo quòd detegit qnod latet, & duplex eſt delatio, publica & priuata.*
3 *Vaſallus ſi detulit dominum,& is propter ſuam delationem graue diſpendium ſuſtineat, amittit feudum.*
4 *Diſpendium, eſt damnnm quod in diſponendo ſolet fieri.*
5 *Incluſum, ideſt detentnm in vinculis, vel quouis modo, ita vt inde exire non poſſit.*
6 *Perditur, per ſententiam.*
7 *Prædictis,refertur ſpecialiter expreſſis.*
8 *Natnralis ratio cuncta recte diſponit.*
9 *Feudum amittitur ex cauſis, ex qnibus quis exhæredatnr, donatio reuocatur, & repudinm mittitur.*
10 *Subtiliter,circa medullam rei, non circa vocem, intelligi.*
10 *Natnra nonas deproperat edere formas,tam in bono,quàm in malo.*
12 *Culpę quas inſerunt naſalli inſtrumento fidelitatis, loquuntur exemplificatiue,non reſtrictiue.*
13 *Solers,cautns, ſollicitns, & utilis.*
14 *Obſecundare æqnitati, ideſt ſecundnm æquitatem facere.*
15 *Similitudo & proportio differunt.*
16 *Seu, pro ideſt ampliatiue, quandoqne expoſitiue ponitur.*
17 *Proinde,componitur ex pro, & inde, & idem eſt & qnod propter hoc.*
18 *Vtrum, quid ex duobns vnum, & ponitur interogatiue.*
19 *Nihilominus,ideſt nihil eo minns.*
20 *Vaſallus delator domini ſui,vel ſciens incluſum, ſi non liberauit, feudum amittit.*
21 *Feudum legatum & beneficium amittit quis propter ingratitudinem.*
22 *Sub diti caueant ne fingant caſus contra dominos, vbi non ſunt.*
23 *Vaſallus non poteſt aduocare,nec procurare contra dominum, aliàs tanquam ingratus amittit feudum.*
24 *Vaſallus ſi teſtificatur contra dominum, amittit feudum.*
25 *Aduocatus duorum,cui debet patrocinium, ſi illi inter ſe litigant cui præſtabit ſe.*
26 *Aduocatus in vna cauſa,non tenetur præſtare patrocinium in alia,niſi ſit generalis aduocatus.*
27 *Expreſſum dicitur, quod ex natura verborum comprahenditur,etiam qnod non ſit expreſſum.*
28 *Iudex qui male iudicat per imperitiam contra dominum,amittit feudum.*

AD §. ITEM SI DELATOR.

1 ITem.) Repetit in ſequenti, quod fuit
dictum io pręcedente.Pau.de Caſt.in
l.pri.num.2.de publi.& vectiga. vide
ſupra eo.in §.item.quaſi dicat, non ſo
lum vaſallus amittit feudum ex cauſis prædictis,
verum etiam,Si delator.]Sic dictus, eo quòd dete
2 git qood latet.Inde deferre, & hoc fit multis modis. Azo & Lucas in rub.C.de delatoribus. In iſta
materia eſt duplex:publica,quæ fit occaſione officii,& iſta viam præparat inquiſitioni.alia priuata,
& iſta poteſt dici narratio,quæ eſt pars libelli accuſatorij. Bal.in conſ.394.num.2.pri.vol. inde de
ferre,ideſt accuſare.l.iubemus.C.ad leg. Iuli.repe
tund. & delator iniuſtus dicitur accuſator.l.fin.d.
3 tit.de delatori.Ideo ſi vaſallus detulit dominum,
& propter ſuam delationem grande diſpendiũ ſu-
ſtinuit.) Amittit feudum, Odoffr. in Sum. quibus
modis feu.ami.num.98.Intellige ſi non probauit;
nam ſi accuſauit & probauit, non amittit feudum.
Alberi.in l.qui cum maior.nu.6.ff. de bonis libert.
& dicitur, graue,etiam quod ſemel fuerit. Fre. de
formu.inueſt. lib. 3. ibi, differentiæ inter feuda ex
4 pacto & prouidentia.ver.tertio.io fi.Diſpendiũ.)
Ideſt damnum quod ſolet fieri in diſponendo,
Gram.in ver.diſpeodium. Eum ſuſtinere fecerit;
5 Vel ſi cognouerit dominum Incluſum.) Ideſt de-
tentum

ientum in vinculis, ſiue quouis modo, ita vt exire
non poſſit,& hoc ſi iniuſte, aliàs non tenetur libe
rare. Præpo.hic quia durus carcer, eſt ſicut mors.
Idem Præpo.infra eo.§.fi.poſt num.3. Et eum eũ
potuerit.]Aliàs propter impotentiam excuſatur.
Præpo.hic in prin.Non liberauerit, feudum per-
6 dit.)Per ſententiam.Iſer.in §.ſed nec eſt alia. poſt
pri.ſupra eo.Cap.in deciſ.162.num.15.Gramma.
in deciſ.15.nu.8.Prædictis modis.)Specialiter ex-
7 preſſis.in ſimi.Hiero. Gabri.in conſ.8.nu.7.Bene
ficium debere amitti,tam naturalis ratio.]Quę cũ-
8 cta recte diſponit,contra quam vix aliquid reperi
tur,quod non remordeat conſcientiam.Bal.in cõſ.
38.cir.fi.pri.vol.habetur pro lege,& vnumquem-
que mouere debet.Pau.de Caſt.58.num.42. vol.
& alibi naturalis iuſtitia.l.ſcire.§.ſufficit.ff. de ex-
cuſatio.tuto.Quàm ciuilis.]Ex legibus iuris conſul
torum & Imperatorum.l.ius ciuile,la pri.& ſeq.de
iuſti.& iure.Suadet.]Supple,& alia ſimilis,amitti-
tur feudum,quæ poteſt colligi,Si quis nouam cõ-
ſtitutionem.]Authenti.ſcilicet.§.aliud quoque.Vt
cum de appella.cogno.Iuſtas exhæredationis cau
ſas enumerantem.) Nam iure Longobardorũ erãt
tantum tres cauſæ,& dicitur exhæredare,extra do
minium ponere.l.nulli,& ibi glu.in ver. exhæreda
re de ſucceſſione. in Longobar. Et alias conſtitu-
tiones veteres iuſtas ingratitudinis & repudij cau
ſas,quibus matrimonia recte contracta ſoluuntur
& donationes iure perfectæ reuocantur.) Et ſic
9 traditur cauſa generalis, propter quam amittitur
feudum,& eſt vna ex ijs propter quam poteſt ex-
hæredari,donatio reuocari vel repudium mitti.Li
cet in ijs ſint aliquæ,quæ non congruunt queſtio
nibus feudorum;& aliæ quę non ſunt,& congruũt
naturæ feudorum. Quia natura ſemper nouas de
properat edere formas.) Et non ex omni cauſa a-
mittitur feudum. Odofr. in d.Sum. quibus modis
feu.ami.num.117.& 118. reuocantur donationes
ex culpis factis donatori, quales ſolent ingrati filij
parentibus facere,per quas exhæredantur. l. 3. de
donatio,quę cum thingatione vel lanechelſ fiunt in
Longobar.& ex eiſdem modis reuocatur feudũ,
quibus donatio,non econtra. Ripa in l. generali-
ter.num.32.cir.fi.C.de reuoca.donatio. & hoc ſit
10 Subtiliter.)Circa medullam & non corticem. Ar
chi.in c.obitum.12.q.5.Scrutatus fuerit,ſed,quia,
Semper) Inopinabile emergit. Aut. vt defuncti
ſeu fune, eorum in pri.§.hanc dicentes.Aut.vt om
nes obedi.iudi.multis vtitur nouitatibus. §. pri. in
glo.2.Aut quibus modis natural.effi.leg.l.2.§.ſed
11 qa.C.de veteri iure enucle.Et natura nouas depro
perat edere formas.)Odofr.in proœ. ſuæ Sum.in
pri. tam in bono quam in malo. d. l.2.§.ſed quia.
cumque ſufficiat pauca vice exempli tangere,cum
non poſſent omnes varietates caſuum, certa regu-
la compræhendi.glo.Pari.tit.pri. §. 42. poſt num.
49. &, Poteſt multis modis contingere, vt aliæ
emergant cauſæ,quibus videatur iuſte adimi poſſe
12 feudum.)Nam culpæ quas inſerunt vaſalli in in-
ſtrumento fidelitatis loquuntur exemplificatiue,
non reſtrictiue.Præpo.in c.pri.in pri.de feudo ſi-
ne culpa non ami.Ideoque iudex Solers & diſcre-
13 tus.)Ideſt cautus, ſolicitus & utilis, Io. And.in c.
vbi periculum.cir.pri.de electio,in 6. rerum & per
ſonarum circunſtantiis indagatis.cap. quærenti.de
14 verb.ſign. Aequitati obſecundare.)Satisfacere,ſe
cundum eam iudicare intentus. Gram.in ver.obſe
quor. Cuncta ſubtiliter diſpenſans.] Omnibus ex
tempore diſcretis.l.apud antiquos.C. de furtis. &
diuiſione adiuuando.pri.conſt.C. §. quibus quaſi
per uiam diſpenſationis & partitionis. Gram. in
ver.diſpenſo.Prouideat.]Ante uideat proſpiciat &
conſulat.Idem Gram.in uer.prouideat.Siqua fue
15 rit antiquioribus cauſis ſimilis.) Nam non ſufficit
quæuis occaſio,per quam officii debiti immemor
videatur,ſed grauis & inſignis ingratitudo, glo.pa
ri.tit.pri.§.30.num.4.grauior, vel ſimilis expreſſis.
Soci.in conſi.87.num.16.cir.med.3.uol.licet ſen-
tentia lata cõtra ſimiles leges teneat.Abb.in c. pri.
num.14.de ſente. & re iudi. & differunt ſimilitu-
do, & proportio: quia ſimilitudo eſt unitas ad
unum, proportio eſt comparatio plurium ad plu-
16 ra.Archi.in cap.pen.93. diſt. Seu.)Ideſt. Zaba. in
clem.2.§.ſtatuimus, in ver.ſi vero, ante nu. pri. de
ſepulturis,& ampliat, quandoque exponit.Bal.in
conſi.218.num.3.2.uol.Maior.]Quia modicus de
fectus non debet imputari, & qui parum tranſgre 2
ditur non vituperatur.glo.4.Pari.poſt num.40.tit.
2. §. 55. nec pro omni maleficio punitur clericus
amiſſione priuilegii clericalis.Zaba. in clem. quo-
17 niam.in ver.huic. in fi. de uita & honeſta. clerico.
Vt proinde.)Quod componitur ex,pro,&, inde,
& idem eſt,quod propter hoc.Gram.in ver.proin
18 de; Sciat vtrum.)Quid ex duobus vnum,& ſtat in
terrogatiue.Gram.in ver.vter, Beneficium ſit amit
tendum, an nihilominus.) Ideſt nihil eo minus.
19 Archi.in c.nihilominus.in pri.3.q.9.& eo non ob
ſtante, Retinendum.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio,& pri
mò.Inferior accuſat ſuperiorem. glo.fi.in l.in pro-
uintiis.C.de numera.actuarijs,& chartula. modo
ſi accuſat deferendo, non debet priuari feudo,
quia quod fit lege permittente, pœnam non mere
tur.l.Gracchus. C.ad leg.Iuli.de adulter.Secũdò,
monachus poteſt accuſare Abbatem.c.ex parte.de
accuſatio.ſubditi eorum prælatum. c. criminatio-
nes.2.q.7.ita & vaſallus dominum: tanto magis,
quia non omnes domini pro dominis habentur, ſi
cut in prælatis, nomen non facit Epiſcopum ſed
uita.c.plerumque. in fi. 2. q.7. & qui abutitur do-
minio, indignum facit ſe nominari. Bald. qualiter
domi.proprieta.feu.priue.num.8.in fi. Tertiò,va-
ſallus nõ tenetur debitum domini ſoluere,nec pro
eo cauere.Iaco.de Ardizo.in Sum.ſi filius repella.
an nepos ex eo admi.poſſit.cir.fi.ſi non tenetur ca-
uere,nec incluſum & detentum tenetur liberare,
eo magis, quia non debet obligatio ex obligatio-
nibus fieri.l.4.§.ait prætor,de re iudi.Vltimò,exi-
mens carceratum punitur.l. cuiuſque.in fi. ad leg.
Iuli. maieſt. ergo ſi non eximit non debet puniri,
nã argumentũ a contrario ſenſu eſt fortiſſimum.
Iſer.in c.pri.nu.29. cir. medi. de natura ſucce.feu.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, &
ratio eſt: quia inter alia, in iuramento fidelita-
tis ineſt,quod non ſit in auxilio & conſilio, quòd
dominus amittat vitam,vel membrum, & tenetur
non ſolum quòd per ſe non faciat,ſed nec per aliũ.
c.pri.de forma fideli.& de noua forma fideli.Ideo
vt vaſalli quod voce proteſtantur,opere compleãt. 2
glo.pri.in c. quàm præpoſterum.13.q.2. non de-
bent dominum accuſare, aliàs ultra quòd præſu-
muntur inimici.c.item cum quis.de reſti.ſpoliato.
amittunt etiam feudum, ut hic. Non tenentur ta-
men ſalutem domini ſuæ pręponere, quod ſecus
eſt in

eſt in ſeruo. Iaco. de Ardizo. in Sum. quibus
ex cau. excuſe. vaſa. a ſerui. præſta. domi. ſuo.
poſt medi.

Qua ſtante, non obſtat primum, nam illud pro
cedit quando eſſent eorum prælati hæretici vel in
fames. d. c. plerumque, & c. maiorum, cum duo-
bus ſeq. 1. quæſt. 7. iſtn modo malus prælatus ro-
net bonum ſubditum. not. Bar. in l. priſco. C. de pa
lati. ſacra. largitio. Ita etiam & Secundum. Non ob
ſtat Tertium, nam hic textus intelligitur de capto
in bello iniuſto. Iſer. hic poſt pri. ſecus ſi pro cau-
ſa ciuili: nam tunc vaſallus non amittit feudum,
etiam quòd potuerit ſoluere pro domino & non
ſoluerit. Iſer. in c. licet. num. 2. ſi de feu. defuncti
mili. contro. ſue. Non obſtat vltimum, nam ultra
quod non intelligitur in carceratis ex delicto, vt ſu
pra, argumentum etiam a contrario ſenſu non pro
cedit in feudis. Cap. in ver. feudorum leges. col. 4.
cir. med. ibi, argumentum. Et ſic firma remanet cō
20 cluſio, quòd vaſallus delator domini ſui, vel ſi ſciēs
incluſum non liberauit, feudum amittit. Intellige
tam ſi probauit, quod detulit, quàm non, quia ēt
quòd non probauit, efficitur inimicus. §. inimici. In
ſti. de excuſa. tuto. & Affli. hic poſt num. 13. in 5. li
mitat. & procedit etiam ſi delatorem adiuuit, vel
pro eo in accuſatione fideiuſſit. Iaco. de Ardizo. in
Sum. vtrum vaſa. amittat feu. ſi contra domi. accu-
ſa. teſti. dixit vel accuſa. Aluar. hic num. 4. & habet
locum, non ſolum ſi ipſe accuſauit, verum etiam ſi
alium induxit ad accuſandum. glo. hic quam ſe-
quuntur doctores, vt per Cap. in ver. feuda amit-
tuntur. car. 6. col. pri. cir. fi. ibi, vigeſimoſecundo.
Aluar. hic, poſt num. 4. Cur. in tracta. feu. in 4. par.
prin. in 30. cao. cum duabus ſeq. num. 69. niſi ſuam
vel ſuorum iniuriam proſequatur, vel probauerit
veram eſſe & iuſtam accuſationem. Præpo. hic nu.
2. in pri. & in caſibus. c. penu. de pęnis, & c. grauem.
in fi. de ſenten. excommu. Item habet locum tam ſi
dominus erat incluſus cum vinculis, quàm non,
dummodo non ſit ei libera poteſtas abeundi. Her.
hic poſt pri. Aluar. num. pri. cir. fi. & non ſolum in
caſibus prædictis, verum etiam ſi maleficum appel
lauerit. Iaco. de Ardizo. in Sum. vtrum vaſa. amit-
tat feu. ſi delator fuerit domi. ſui. intellige, tamen,
dummodo ex tali delatione dominus graue dam-
num ſuſtinuerit, ut hic, ubi Aluar. col. pri. cir. fi. &
Cap. vbi ſupra, in ver. feuda amittuntur. car. 5. col.
4. ibi, limitatur primò. Item niſi deferat quæ fecit
contra Principem, vel rem publicam. Iaco. de Ar-
dizo. vbi ſupra, vtrum vaſa. ami. feu. &c. in pri. Item
niſi accuſando, vt ſupra, ſuam vel ſuorum iniuriam
proſequeretur. Cap. vbi ſupra. ibi, limita quinto,
nam non eſt delatur, qui protegēdę rei ſuæ cauſa
ad fiſcum aliquid defert. l. delator. ff. de iure fiſci,
multos caſus ponit Aluar. hic, num. 5. vſque ad 6.
& habet locum, quando accuſat criminaliter, ſecus
ſi ciuiliter. glo. hic, & Cap. vbi ſupra, vbi ponit reg.
cum decem limit. declarat & limitat. 8. modis Cur.
in ſuo tracta. feu. 4. par. prin. in 29. cau. num. 62. vl
timo tenetur opem ferre ſi poteſt, & ſciat, etiam
quòd ei non denuncietur. Iſer. hic col. 1. poſt pri.
21 & Aluar. num. 3. Nota quòd feudum legatum &
beneficium amittit quis, propter ingratitudinem.
Affli. in §. fi. num. 24. quibus modis feu. ami. Quid
in beneficiato, Abbate, & monacis, qui commiſe-
runt ingratitudinem contra conſtructorem muna
ſterii. Abb. in c. fi. poſt num. 9. vſque in fi. de dona-
22 tionibus. Item caueant ſubditi, ne fingant caſus cō
tra dominos, vbi non ſunt, quia ex hoc puniuntur
magis quàm alii, tam per ictum fuſtium, quàm per
alias pęnas arbitrarias, tanquam hoſtes & rebelles
ſuorum dominorum. Bal. in conſ. 483. num. 2. cir.
fi. pri. vol. & hic puniuntur pœna amiſſionis feudi,
uel incurrunt indignationem Imperatoris quæ ni-
hil aliud inducit, quàm feudi priuationem. Soc. in
conſi. 57. num. 4. cir. med. 2. uol. & Præpo. hic col.
pri. cir. fi. Pęna ſpreti mandati eſt diuerſa, & vnde
cępit. Pariſ. de ſiudi. in ver. præceptum. c. 2. colum.
pri. & 2.

Iſer. declarato textu, illum ampliat & reſtringit,
ut per eum, & dixi late. dum autem ſupplendo gl.
determinat quæſtionem, quòd vaſallus præſtando
aduocationem contra dominum amittit feudum, ſi
volens præſtat, ſecus ſi coactus, cum hac diſt. tran
ſit Aluar. hic num. 6. Affli. num. 14. & de forma fi-
deli. poſt nu. 3. Cap. in d. vir. feuda amittuntur. car.
6. colu. 2. in fi. ibi, vigeſimoquinto. Cur. vbi ſupra
cau. 33. nu. 72. eadē diſt. fit in canonico, qui fert te-
ſtimonium contra eccleſiam. glo. fi. in cap. venicos
de teſti. glo. fi. in fi. in cap. qui ex timore, de reg. iu-
ris, in decreta. nam non dicitur facere, qui ex neceſ
ſitate facit. Archi. in c. ille. 23. q. 4. & licet ratione
officii neceſſarii, quod aliàs non liceret. Bald. in
l. puto. in pri. repe. in pri. ff. de poſtula. & ſic vaſal-
lus non poteſt aduocare nec procurare contra do-
minum, aliàs tanquam ingratus poſſet feudo pri-
uari, Abb. in c. cum ſacerdotis. num. 3. de poſtula.
ſicut nec decurio contra rempublicā, in qua eſt de
curio. Pileus in ſum. poſt Azo. C. de decurio. poſt
nu. 22. lib. 11. uel aqua alitur. Idē Azo in Sum. C.
de aduoca. diuer. iudi. poſt nu. 3. nec clericus cōtra
ecclesiā in qua eſt intitulatus, uel beneficiatus. Ar-
chi. in c. ſi Imperator. 96. diſt. Lucas in l. milites. in
fi. de re milita. & ſi habet in duabus, an poſſit pro
vna contra aliam poſtulare. Specul. in tit. de aduo-
cato. §. pri. num. 17. vſque 32. & uidetur quòd illā
teneatur iuuare, cōtra aliam, a qua tenet maius be
neficium. Bal. in l. quęritur. in pri. repe. de ſtatu ho
minū, aliàs priuatur, & quomodo formatur libel-
lus, Specul. in tit. de poſtuland. alii contra rem
publicam in qua honores cōſequuti ſunt. l. 2. d. tit.
de aduoca. diuer. iudi. nec vaſallus vt ſupra contra
dominum. Albert. in l. a principe. num. 7. ff. de po-
ſtula. adeo quod non poſſet iuriſdictionem aliorū
contra Regē in defendere, Boer. in deciſ. 8. num. 2.
niſi in terminis. l. pen. ff. de poſtulando, aliàs perde
ret feudum, ſi ab eo teneret. glo. fi. in c. grauem. de
ſente. excommu. multa in c. fi. in glo. ulti. de poſtu-
la. ſicut retardantes electionem Summi Pontifi-
cis. c. ubi periculum. §. pręterea. cir. fi. de electio. in
6. niſi coactus a iudice. Cap. in ver. feudatariorum
excuſationes. col. 2. cir. fi. Iacobi. in ver. dictique va
ſalli. nu. 25. Affli. in §. ſimiliter. de conſu. recti feu.
vel faceret neceſſitate officii. l. poſt legatum. §. his
quoque, & l. tutorem. ff. de his quibus vt indig. pu
ta quia tutor uel ageret pro priore contra ſecun-
dum, aliàs priuaretur beneficio. Inno. in c. fi. de po
ſtulan. & limita aliis modis, ut per Abba. in c. breui
24 ſciſcitatus. num. 6. de iureiura. & qui conſulit ali-
cui parti poteſt eſſe aduocatus pro altera, niſi fidē
de patrocinando alteri dederit. Bal. in l. quos pro-
hibet in 2. repe. in fi. ff. de poſtulando, & l. fi. vbi gl.
d. tit. Ita nec poteſt teſtificari contra dominum,
Bal. in c. ego. N. Epiſcopus. n. 11. de iureiura. Alua.

hic.num.4.cir.med.& Præpo,num.2.cir.pri. ſicut
manumiſſi ab eccleſia, ſi eam accuſant, vel contra
eam teſtificantur, rediguntur in ſeruitutem epiſco
pi.Archi.in c.ſi quis.12.quæſt.2.diſt.tamen vt per
Deci.in c.inſuper.nu.20.de teſtibus.

Quid ſi quis promiſit duobus in genere patro-
25 cinium? ſi contingit illos ad inuicem litigare, ille
præfertur cui primo promiſit. Alex. in conſi.118.
nume.15. 5.vol. ſicut clericus habens beneficia in
pluribus eccleſiijs, non pręſtabit patrocinium vni
contra aliam, vel illi, in qua habet prælaturam, ſi
in alia habet ſimplex beneficium. glo. fin. poſt pri.
in c.fi.de poſtula.poſt patefacta ſecreta, nõ poteſt
quis eſſe aduocatus alterius partis: vel ſi fui pro te
in cauſa principali, non poſſum eſſe contra te in
cauſa appellationis.glo. in l.fin. ff.de poſtulan.niſi
fauore pupillorum.glo. in l.3. §. pri.in ver. ſordi-
bus.in fi.ff.de arbitris.Si promiſi aduocare pro om
ni cauſa, non teneor præſtare patrocinium contra
meipſum. Affli.in d.tit.de noua forma fideli.cir.fin.
& etiam quòd non teneor, vbi ille foueret malam
cauſam.glo.fin.in c.breue.de iureiuran. ſicut Epiſ
copus non debet fouere malam cauſam eccleſię,
ita & tutor cauſam pupilli. glo.pri.in c.epiſcopus.
14.quæſt.pri. imo ſi iurauit iura eccleſiæ vel alte-
rius defendere, non tenetur contra conſcientiam.
Lucas in l.2.col.2.poſt pri.C.de tabu.ſcribia, logo
gra.& habens beneficium ab eccleſia, licet ab one
re ſibi iniuncto excuſari non debeat. l.libertos.in
gl.fi.C.de excuſa.tuto. tamen debet intelligi de iu
ſto, nam patrocinia iuſta præſtari debent, & ſala-
ria licita percipi. §.patrocinia.Auth.de mãda.prin
ci.quæ debentur aduocatis, non vt faciant pro eis
ferri ſententiam, ſed vt iuuent eos in cauſa. auth.
principales.in ver.pro hac.de iureiur.& debentur
eo ipſo quòd dicunt, ſe eſſe paratos ad patrociniũ
præſtandum.l.vni.in ver.conſequantur.C.de ſuffra
gio.& aduocare volenti, licet non ualenti. gl.fi.cir.
fi.in c.magna. de peniten. diſt.pri. nam ſi labor in
damno eſt, mortalis creſcit egeſtas: refert gl. in §.ſi
quis.in ver.pedaneis.cir. med. Auth. de iudicibus,
propterea erogatio facta per eccleſiam in remune
rationem ſuffragij vel patrocinij tenet. c.quicũque
cum ibi not.12.quæſt.2. quia dicitur fide defenſa.
l.creditori.C.de pactis.officiatus tñ non poſſet eſ-
ſe aduocatus in cauſa ſua.gl.2.in c. de occidendis.
23.quæſt.5.nec patronus ſuæ eccleſię. gl. in c.ve-
nerabilem.in ver.carebit. de electio. vel pro vtraq;
parte.gl.fin.in c.diſciplina.45.diſt.c.fin.14.quæſt.
5.qui tamen fuit pro fiſco in vna cauſa, poteſt in
26 alijs eſſe contra eum.l.pen.& fin.cum ibi not.ff.de
poſtulan.niſi eſſet fiſci generalis aduocatus.l.2.C.
de iure fiſci, nec tenetur gratis aduocare pro Rege.
Pariſ.diſyndi.in ver.aſſeſſor.c.1.fin.3.& aduocatus
vnius cauſæ non tenetur præſtare patrocinium, ſi
alibi cauſa eſt mutata, glo. in l.ſed & hæ. §.non ſo-
lum.in ver.tribunali.cir.med. & l.qui proprio. §.
item quæritur.in glo.pri.in fi.cum addi.ad eam. ff.
de procurato. ſi impetras in iudicem qui volebat
eſſe aduocatus meus in illa cauſa, ob hoc non re-
mouetur, cum poſſim alium habere aduocatum,
niſi dolo feceris vt mihi ſubtraheres copiam periti
aduocati.glo.in c.dilecto.in ver.recuſaſtis.de teſti-
bus.cum antiquior doctor melius præſumatur ſci
re veritatem quàm iunior.Lucas in l.quicunque.
in 175.præſum. C.de apochis publi. & neminem
ſequitur infamia ob defenſionem negotiorũ pro-
pie patriæ. l.neminem. l.Codice, ex quibus cauſis
infamia irroga. facit. l. milites. C. locati. & ſic
in propoſito, ſicut qui pręſtat patrocinium, con-
tra eccleſiam vel epiſcopum, amittit beneficium.
glo.in c.de forma.in ver.digniua.22.quæſt.5. ita va
ſallus amittit feudum ſi præſtat patrocinium con-
tra dominum, vel contra eum depoſuerit: dummo
dò non fuerit coactus, quia propter ſeueritatem iu
dicis excuſaretur. Iſer.hic, vbi etiam Prępo.num.2.
poſt prin.ex quo, quæ iure magiſtratus fiunt ad in-
iuriam non pertinent.l.iniuriarum.§.quæ iure. &
l.nec magiſtratibus. & ſeq. ff.de iniurijs. Si forte
iudex coegit eum, quia tunc vaſallus non prohibe
batur denunciare, ſicut libertus patronum.§.ſimi-
liter.vbi innuit glo.de conſu.recti ſcu.item nec fer
re teſtimonium, cum edictum de teſtibus non ſit
prohibitorium. Iſer. hic, qui vſque ibi, vltimò, ar-
guit glò.de ſuperfluitate, & eam defendendo dicit,
glo.videtur ſuperflua, nam vaſallus non priuatur
niſi ex cauſis expreſſis, vel ex ijs quæ ad eas per-
tinent, quæ tanquam pertinentia videntur expreſ-
27 ſa.l.cenſere.de verbor.ſignificat. Expreſſum enim
dicitur, quod ex natura verborum comprehendi-
tur, licet aliter expreſſum non ſit, ſicut quod ex cõ
iecturis elicitur: nec requiritur quòd ſpecificè ex-
primatur, ſed ſufficit quòd ſub generali verborum
ſignificatione comprendatur. Ludo. de Moli. de
Hiſpa.primog.lib.pri.c.17. nume.27. & 28. quo-
modo autem ſub expreſſis inſint aliæ, ponit hic
Iſer.ſed ſaluando glo. dicit, quòd non dixit textus
de præſtante patrocinium ſiue teſtimonium, uel
de eo qui male iudicauit, cuius ſententia in cauſa
appellationis ex eiſdem actis eſt reſciſſa.Cur.in tra
cta.feu.in 4.par.princi.cau.34.num.73. & Aluar.
hic,num.8.Affli.nu.20.& 21. & Iacobi.in verſic.
dictique vaſalli,nu.27.quomodo ergo dicemus di
xiſſe, quod non dixit, cum verba ſint ad hoc inſti-
tuta, vt quod quis cogitat alijs proferat. glo. pen.
in cap.venera.de conſecra.diſt.2. item quia dantes
feuda uſi ſunt nominare quæ imponere volunt, &
eſt durum contradicere doctoribus, qui cum glo.
tranſeunt; ex quo per ampliores homines veritas
perfectiſſime reuelatur. l.fin. C.de fideicommiſ.
Propterea iudex, qui male iudicat contra domi-
28 num, etiam quod ſit per imperitiã, amittit feudũ,
quia imperitia culpę ęquiparatur. l.ſi quis fundũ.
§.Celſus.ff.locati.Præpo.hic.col.3.in pri. nam non
debuit appetere fieri iudex, ſi non poterat virtute
dirumpere iniquitatem. Eccleſiaſticus.7.idẽ Iſer.
quæ ſint rega.in ver.& bona committentium. poſt
nu.176.& 84.Lucas in l.2.col.4. poſt med. C.de
numerarij. tanto magis, quia negligentia dolo ęqui
paratur.l.quod Nerua.depoſiti.nec pęnitentia, puta
quia deſiſtit opitulatur.l.qui falſas.C.de falſis. l.ge-
neraliter.§.pri.de calumnia.Affli.hic nu.15.& Al-
uaro.num.7.& ſic tanquam cauſæ antiquioribus ſimiles
vel maiores comprębendũtur ſub diſpoſitione, de
quibus hic, quæ dicuntur expreſſę, quia ſub natura expreſſę
includũtur.Ludo.de Moli.de Hiſp.primog. lib.4.
c.pri.poſt nu.3.& inter alias ęquales vel ſimiles eſt
illa, quando vaſallus per ſuũ lenociniũ tradidit vxorem
domini alteri adulterandam, nam perdit feudũ, cũ
diſtinct.de qua Iſer.hic. Aluar.nu.11.& 12.& Prę
po.col.3.cir.med. Cur.in tracta.feu.in 4.par.pri.in
55.cau.nu.74.ubi etiam quomodo intelligatur re
gula, quod puniatur affectus licet non ſequatur effe-
ctus. Iacobi.in ver.dictique vaſalli.nu.35.nã volũ-

tas ſola non punitur, ſi non progreditur ad actum.
Sed quando actus perficitur punitur, licet pęniten
tia poſtea interueniat: ſin autem actus non perfici
tur propter pęnitentiam, ratione miſericordiæ ſub
uenitur & parcitur. Iaco. de Ardizo. in Sum. vtrũ
conatus habea. pro delicto conſũma. & amittit feu
dum, quia offendit naturam & rationem ciuilem,
probat Iſer. hic, vltra quòd plus peccat quàm prin
cipalis. Affli. hic in fi. num. 24. & efficiatur infamis.
Alex. in conſi. 150. nu. 7. 5. vol.

SVMMARIVM.

1 *Enim, eſt dictio, continuatiua, & aſſignat rationem.*
2 *Certum eſt, ideſt dubitatione caret.*
3 *Ex, &, de, ſignificant cauſam proximum, & immediatam.*
4 *Opinio grauatur & maculatur, & unde.*
5 *Vaſallus propter leuem inobedientiam, & obſequiũ non præſtitum, non priuatur feudo.*
6 *Feudum non amittitur ex omni cauſa, ex qua exhęredatur.*
7 *Sępe, quod non ſemper, quia quandoque ſecus: & ſemper exponitur, quotidie.*
8 *Peierat, deierat, qui contra ſacramentum venit.*
9 *Nihilominus i. eo non obſtante.*
10 *Vt puta. ideſt quemadmodum.*
11 *Fides, quia fit quod dicitur. & appellatur fides pactorum.*
12 *Vir bonus non dicitur, qui non obſeruat promiſſa.*
13 *Vaſallus non priuatur feudo ex omni cauſa, ex qua opinio eius grauatur.*
14 *Occaſio qualibet non ſufficit, ad amiſſionem feudi.*
15 *Expreſſum dicitur, quod ex mente colligitur.*

AD §. ILLVD ENIM.

ILlud enim.) Eſt dictio, enim, continua
1 tiua, & aſſignat rationem. Deci. in l.
pri. num. 2. ſi certum peta. & ratio eſt,
cur non omnes cauſæ ingratitudinis,
ſed tantum ſimiles expreſſis & maiores inducunt
priuationem feudi: nam, Illud eſt Certum.) Et ca-
2 ret dubitatione. Io. An. in c. beneficia. nu. pri. de prę
bend. in 6. & ex ipſa pronunciatione apparet. Dec.
in l. certi cõdictio. nu. 15. d. tit. ſi cer. peta. quod qui
libet meretur, eo ipſo quod non demeretur. l. 3. §.
ſi emancipatus. in ver. merita. ff. de bono. poſſeſ. cõ
tra tabu. meminiſſe videtur, ſi non apparet deme-
minisſe. l. ſeruos. ff. de manumiſ. teſtam. & eſt iuſta
cauſa abſentiæ, eo ipſo quòd non eſt in iuſta. l. ſi
legatario, & ibi glo. in verſicu. iuſta. ff. de fideicõ-
miſ. liberta. ita pręſumitur bonus niſi probetur ma
lus. capitu. fin. de præſump. glo. 2. in d. l. ſeruos. &
3 ſi malus, non Ex.) Quæ ſignificat cauſam proxi-
mam & immediatam, ſicut, de. Pau. de Caſt. in cõ-
ſi. 164. nume. 4. cir. pri. 2. uolum. alibi denotat pri-
uationem. Archid. in capitu. accedens. in pri. poſt
med. 50. diſtin. Omni cauſa, ex qua opinio vaſal-
4 li.) Formata hactenus ex bonis moribus. l. ſcire o-
portet. §. fin. ff. de tutori. & curato. datis ab his, ma
culatur. l. 3. C. de iniurijs, vel, Grauatur, beneficiũ
amittitur.) Nam vt D. Aug. dicit, Senti de me quid-
quidlibet, ſola me in oculis Dei conſcientia non ac
cuſet, c. ſenti. enim duobus ſeq. 11. quæſt. 3. ſed duo
ſunt, conſcientia & fama, conſcientia eſt neceſſaria
nobis, fama proximo. c. non ſunt. d. cau. & quæſt.
c. nolo. 12. quæſt. pri. Abb. in c. monaſteria. num. 4.
5 in fi. de vita honeſt. cleri. Nam.) Vaſallus propter
leuem inobedientiam, niſi ſit talis propter quam
deberet filius exhæredari, vel expreſſe ſit cautum,
nec propter obſequium non pręſtitum non iura-
tum, ideſt non contentum in iuramento fidelita-
tis feudum non amittet. Bald. in l. ſolo. C. de libera
li cau. Ripa in l. fin. nu. 137. & 138. C. de reuo. do-
natio. Saly. in l. dolo. num. 3. d. tit. de libe. cau. vltra
6 quòd non ex omni cauſa, ex qua exhæredatur fi-
lius, amittit feudum. Cur. in tracta. feud. in 4. par.
in 38. cau. nume. 77. & Sępe.) Et non ſemper,
7 quia quandoque ſecus. Archid. in capitu. ſæpe. in
pri. 28. quæſt. pri. & ſemper, exponitur, quotidie.
Idem Archidiac. in capitu. ſi quotieſcunque. de cõ
ſecra. diſtinct. 2. Deierat.) Peierat & contra ſacra-
8 mentum venit. Inde periurus, ideſt reus periurij.
capitu. qui periurare. 22. quæſt. 5. & iurat peruerſe,
temerarie, falſo, ſcienter. Archidia. in capitu. 2. in
prin. d. cau. & quæſt. & beneficium Nihilominus.)
6 Eo non obſtante Ioan. And. in capitu. pri. nume. 8.
in fi. de exceptioni. in 6. Retinet: Vt puta.) Ideſt
10 quemadmodum. Gramma. in verſicu. vt puta. Qui
beneficij portionem alienat abſque domini ſcien
tia, beneficium quidem.] Ideſt partem beneficij
quam non alienauit Retinet.] capitu. pri. de vaſa.
11 qui contra conſtitu. Lotha. Sed fidem.] Quæ ſic di
citur, eo quòd fit, quod dicitur. Azo in Sum. de
Sum. Trini. poſt nume. 3. & dicitur fides pactorũ,
non illa in qua eſt repoſita ſalus noſtra. Bal. in con
ſi. 337. nume. 3. in fi. 3. volum. Promiſſam ſeruare
12 non videtur.] Et vir bonus non dicitur, qui non
obſeruat promiſſa. idem Bal. in conſi. 343. colum.
pri. in fi. pri. volum. nam eſt ſeruanda fides, quam
dat homo homini. Bald. in l. iuriſgentium. §. ſi ob
maleficium. in 2. rep. poſt nume. 2. ff. de pactis. &
ſancta erat antiquitùs fides, vt poſſe falli non cre-
deretur. Lucas in l. omnis. colum. pri. cir. fin. C. de
metatis.

Declarato textu impugnatur eius deciſio. Et
primò videtur, quòd feudum poſſit auferri, etiam
ex leui culpa; nam libertus redigitur in ſeruitutem
pro leui culpa. l. 2. C. de liberis & eorum liber. l. ſi
manumiſſori. C. de obſequijs patro. pręſta. l. ali-
menta. §. Imperatoria. ff. de liberis agnoſc. Secun-
dò, bona opinio formatur ex bonis moribus. §. ſi
vero abſunt. in ncta glo. Anth. de hære. & falc. econ
tra, mala ex malis, ſi ex malis nõ poteſt tenere feu
dum, quia non poteſt morari ſine dedecore in cu
ria domini. Iſer. in c. pri. uer. ſed ſi fratrem. cir. pri.
an ille interfecit fra. domi. ſui. Tertiò, quod caret
eſſe, caret virtute & operatione, quoniam operatio
eſt poſterior pars mentis, eſſentia vero eſt prior.
Alex. in conſi. 246. cir. med. 6. vol. ſed hic non po-
nitur cauſa, qua grauatur opinio vaſalli. Saltem an
tequam ſit, uidetur non poſſe determinari ſi amittit
uel non amittit feudum: nam facta dicuntur incer-
ta, licet res factæ ſint certę, tñ antequam ſiant nul-
la eſt natura naturata. Bald. in l. uni. nume. 10. C.
de ſenten. quę pro eo quod intereſt. Vltimò, periu-
rus eſt infamus. l. ſi quis maior. in uer. Infamia. C. de
tranſact. infamibus portę dignitatis nõ patent. not.
in c. ubi periculum. de electio. in 6. in reg. infami-
bus.

bus. cum ibi not. eo. lib. 6. de reg. iuris. ita nec re-
tinere feudum, per quod contrahitur paradogiũ,
ideſt nobilitas. Iſer. in §. hoc intelligẽdum, poſt nu-
me. 3. qui ſucce. tenea.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, &
ratio eſt: quia quod natura non eſt probrum, po-
teſt etiam in hominem idoneum incidere. l. pro-
brum. de verb. ſign. vnde cauſa facti potius, quàm
ipſum factum conſideratur. glo. in cap. nimium. in
ver. nocendi. 23. quæſt. 4.

Qua ſtante, non obſtat primũ: nã libertus ſicut ſti
pẽdiarius, ex facilioribus cauſis, tam cõmittẽdo, q̃
omittẽdo, priuatur ſuo ſtipẽdio. Fre. de Subfe. lib.
pri. in princip. nu. 32. Non obſtat Secundũ, nã non
amittit feudum, quando poſſet morari ſine dede-
core. Secundum exemplum de quo in textu, quòd
ſcilicet nõ reſtringatur ad caſus expreſſos. l. damni
infecti. de damno infe. extendetur ad alia ſimilia.
not. in c. ſi papa. de priuilegijs. in 6. Nõ obſtat Ter
tium, nam immo ponitur exemplum cum regula
generali, quòd non ex omni culpa & ingratitudi-
ne, per quam vaſallus eſt inobediens domino, etiã
quòd apud bonos & graues viros eius opinio gra-
uetur, perdet feudum. Iſern. hic in pri. nam potue-
runt falſa opinione decipi. l. 3. §. ſi quis. in fi. ff. de
condi. cauſa data. Vltimum non obſtat, nam ſic in-
telligitur de infamia facti, puta quando opinio va-
ſalli eſt læſa apud bonos & graues viros. Deci. in
conſi. 530. num. 3. 4. volum. ſecus in infamia iuris.
l. pri. in ver. qui eam. ff. de his qui not. infa. & ſic fir
ma remanet concluſio, quòd vaſallus non priua-
13 tur feudo ex omni cauſa, ex qua opinio eius gra-
uatur. Intellige idem eſſe in donatione, quę non re
uocatur ex qualibet occaſione, ſed tantum ex cau-
ſis enumeratis in l. his ſolis. cum ſeq. vſque in fi. C.
de reuoca. dona. Ita etiam ſi tractatur de notando
illum ingratitudine; nam non ſufficit omnis occa-
ſio, quia non tenetur alere, nec pro eo ſoluere, e-
tiam ſi periurium incurreret. Iſer. in c. licet. num.
3. & 4. ſi de feu. defunc. mili. contro. ſue. Bal. in §.
fin. de aliena. feu. pater. & ſicut exhæredatur filius
ex cauſis enumeratis in §. aliud quoque. auth. vt cũ
de appella. cogno. ſimilibus vel maioribus. de Lu-
do. de Moli. de Hiſpano. primog. lib. pri. c. 9. num.
33. Aluaro. ſupra. §. præced. col. pen. cir. med. ita ex
culpa ſimili vel maiore expreſſis, priuatur vaſallus
feudo. Iſer. hic in pri. & Præpo. ſup. eo. §. prędictis.
in prin. nam ex quibus cauſis exhæredatio, matri-
monij diſſolutio, & donationis reuocatio, fit etiã
& priuatio feudi. Aluar. in d. §. prædictis. num. pri.
ante & poſt. Intellige tamen, niſi ſit cauſa eandem
vel ſimilem rationem habens, nam ſicut pro graui
iniuria, quæ ſic reputatur ſecundum morem regio
nis, poteſt exhæredari. Alex. in conſi. 203. in prin.
vſque ad nume. 7. 2. vol. ita & priuari feudo; nam
ſecundum Alex. ibi, æquiparantur filium poſſe ex-
hæredari, & vaſallum feudo priuari. Item proce-
dit, quando eſſet fatua opinio, quia nihil operare-
tur. l. pri. in ver. putauerit. ff. quæ ſenten. ſine appe.
Vltimò habet locũ, dummodo poſſet ſine decore
morari in curia domini. c. pri. an ille qui interfecit
fra. domi. ſui.

14 Nota, quòd occaſio quælibet non ſufficit ad
amiſſionem feudi, nam de modicis non curatur. l.
omnino. ff. de impenſis in rebus dota. factis, niſi eſ
ſent conceſſa a iure communi. l. ſcio, cum ibi not.
ff. de in integ. reſti. & Iſer. hic nu. 48. Nota etiam,
15 q expreſſum dr id, quod ex mente colligitur. So-
ci. in conſi. 137. nu. 14. 3. volum. aliàs in nouis caſi-
bus nouis conſilijs indigemus. l. pri. cir. prin. ff. de
ventre inſpi.

SVMMARIVM.

1 *Denique componitur ex, denuo, & que. & ſignifi-
cat, poſtmodum, poſtremò, nouiſſime, extremũ,
poſt omnia.*
2 *Sepe, pro duabus vel tribus vicibus ponitur.*
4 *Culpa in genere generaliſſimo, eſt deuiatio ab eo,
quod quis ex recto dictamine rationis facere de-
bet.*
4 *Vtrum, eſt interrogatio dialectica.*
5 *Lex poſitiua debet conuenire naturæ.*
6 *Commodum eius debet eſſe, in cuius fauorem quis
excluditur.*
7 *Delictum ſi non eſt commiſſum directò contra do-
minum, non facit feudum ad eum reuerti, nec
tranſire ad fiſcum.*
8 *Proximi appellatione, venit deſcendens, quando-
que agnatus.*
9 *Pater ſi delinquit in dominũ, an filius amittat feu-
dum auitum.*
10 *Vaſallus ſicut priuatur propter felloniam proue-
nientem ex delicto, ita ex ingratitudine proue-
niente ex contractu.*
11 *Contemnere, eſt aſpernare, non curare.*
22 *Feudum aperitur vnà cum fructibus, quando domi
nus offenditur, aliàs vadit ad agnatos.*
13 *Mobilia publicantur, vnà cum feudo, & quan-
do.*
14 *Pactum quòd propter delictum feudum non amit-
tatur, valet, ſed quomodo intelligitur.*
15 *Vaſalli ſi ſunt vocati audita inimicorum aduentu,
ſi non vadunt, & non ſunt impediti, puniuntur
etiam quòd illi ſunt predones.*

AD. §. DENIQVE.

Enique) Componitur ex, denuo, &
1 que. & ſignificat poſtmodum, poſtre
mo, nouiſſime. Archi. in c. deniq;. 14.
quæſt. 5. & extremum, poſt omnia;
vt cum plura ſunt enumerata, ſubiungitur, deniq;
ſignando vltimum omnium. Gramm. in ver. deni-
2 que. Sępe) Pro duabus vel tribus vicibus ponitur.
§. quia vero. in ver. ſępe. Aut. de teſtibus, ſępius veri
ficatur in bino actu. l. ſcimus. §. ſed quia. in fi. & ibi,
addi. in marg. de iure delibe. ſępiſſime vel frequen-
ter. Lucas in l. uni. cir. fin. C. de ſuper ex acto. Quę-
ſitum eſt, vaſallo propter iuſtam culpam.] Quæ, in
3 genere generaliſſimo, eſt deuiatio ab eo, quod qs
ex recto dictamine rationis facere debet. Sal. in l.
ſi nulla. nu. 7. C. de pigno. actio. A feudo cadente]
Per illius priuationem. in ſimi. in l. ſi quis maior. C.
de tranſactio. Vtrum.] Quæ eſt interrogatio diale-
4 ctica. Lucas in l. litibus. col. pri. in fi. C. de agric. &
cenſi. Ad dominum, an ad ſucceſſionem uaſalli be
neficium pertineat.) Vel an pertineat ad agnatum
uel dominum. de capitu. extranedi. & alterius cõ-
pilati. in fi. Sed hæc diſtinctio tam ratione quàm
5 moribus comprobata eſt.] Quia lex poſitiua debet
conuenire naturę. Io. And. in cap. uni. nume. 4. de-

deſponſa, impube. in 6. & hoc, quia quandoque
lege cauetur, ſed conſuetudine non habetur. Af-
flict. in §. Item qui domino, num. 11, cir. fin. ſu-
pra eo. iſta vero iure naturali vel ſcripto. gloſ. hic
in verſicu. rationes. & non ſcripto, capitu. moribus,
infra, ſi de feu. defunct. mili. cont. fue. Approbata
eſt, vt ſi quidem vaſallus ita in dominum peccaue-
rit, vt feudum amittere debeat, non ad proximos,
6 ſed ad dominum beneficium reuertatur.] Quia cō-
modum debet eſſe illius, in cuius fauorem exclu-
ditur vel priuatur. Pau. de Caſt. in conſi. 411. co-
lum. 3. circa fin. pri. volum. & 428. colum. 2. circa
medi. eo. uolum. & eſt maxima in iure, quod cum
quis ex diſpoſitione iuris, alterius contemplatio-
ne vel fauore aliquo modo priuatur, maxime
propter delictum quod reſpicit certam perſo-
nam, illud commodum applicatur perſonæ offen-
ſæ. l. ſi legatarius. C. de legatis. gloſ. pri. Pari. quæſt.
2. numero 41. itu. pri. §. prim. & hanc ſaltem ha-
beat ſuæ iniuriæ vltionem. Si verò non in domi-
num, ſed aliàs grauiter deliquerit, vel graue quid
commiſerit, Sicut,] Stat exemplificatiue. l. ſi filius,
in verb. ſicut. de legat. præſtan. Ille qui fratrem
ſuum interfecit, vel aliud graue crimen) quod par
ricidij appellatione continetur.) commiſerit, feu-
dum amittit.) Et quia delictum non eſt commiſ-
7 ſum directò contra dominum, feudum non reuer
titur ad eum, nec tranſit ad fiſcum: quia fiſcus
eſt loco hæredis extranei, Deuoluitur tamen ad
extraneos, excluſis filijs, qui in hoc ſunt deterio-
ris conditionis quàm agnati. Pau. de Caſtr. in con-
ſilio 312. numero tertio primo volum. & in l. pri.
numero quinto, C. de bonis libert. ideo ſequitur)
Et non ad dominum, ſed ad proximos pertinet.]
Vnde proximi appellatione venit agnatus, nō de-
8 ſcendens. Præpoſi. hic, poſt numerū ſecundū. niſi
ſit feudum paternum; quia ſi pater deliquiſſet in
9 dominum, filius non amittit feudum auitum. Idē
Præpoſi. hic in §. fin. columna tertia in princ. & Al
uaro. in §. inſuper. numero quinto. de prohibi. feu.
aliena. per Frede. & vadit ad proximos, vt ſupra,
Si beneficium fuerit paternum: ſic enim ſæpe pro-
nunciatum ſcio,] Dum eſſem priuatorum cauſis
occupatus. capitu. primo. ſupra in quibus cauſis
feu. ami. Si vaſallus contra conſtitutionem bonæ
memoriæ Lotharij Imperatoris feudum aliena-
10 uerit.) Quia ſicut vaſallus priuatur propter felle-
niam prouenientem ex delicto, ita ex ingratitudi-
ne prouenientę ex contractu. Præpoſi. in rubr. de
vaſa. qui contra cōſtitu. Lotha. Tunc, quia do-
minum contemnere videtur.] Ideſt aſpernere &
11 non curare. Archidiac. in capitu. Metropolita-
num. cir. fin. 2. queſtione ſeptima. Zaba. in clemen.
primo nume. pri. in princip. de ſepulturis. Ad do
minum beneficium pertineat.] Si feudum eſt no-
uum vel paternum, & non habet agnatos vel fi-
lios. Ita Iſern. hic intelligit Cap. in §. callidis. co-
lum. 8. in 6. & 7. concluſio. de prohibi. feu. aliena.
per Fre. aliàs ſi eſt antiquum, & alienatur ſine aſ-
ſenſu, magis communis opinio eſt, quod perue-
niat ad agnatos. Gramma. in deciſio. 77. poſt nu-
mer. quart. & agnatus admittetur ad reuocatio-
nem alienationis poſt mortem alienantis, quan-
doque illo viuente, & non dominus. Pau. de Ca-
ſtro in conſilio 207. poſt numerū ſecundū 2. vo-
lum. & venditor, vt Scriptum eſt,] in capitu. pri-
mo, de prohibita feu. aliena. per Lotha. precio ſe

cariturum agnoſcat, &c.

Declarato textu, videbatur quòd in caſu deli-
cti non applicetur feudum domino in ultionem
ſuæ iniuriæ, nam uindicta diuino tantum eſt reſer
uanda examini. c. cum in lege, 23. quæſt. 4. & pro-
pterea, de his quę foris ſunt, nihil ad nos. pri. ad Co
ri. c. 5. ſed q̄ ſūt Cęſaris Cęſari, & quę Dei Deo, clā
da. c. ex parte. de clericis coniuga. Secūdo videbať,
quòd ſaltem fiſco, & non agnatis deferatur; nam
ſi ſunt plures filij, & unus deliquit, fiſcus & nō alij
fratres ſuccedunt. Affli. in c. 2. poſt nu. pri. ibi, ſed
iuxta. de feu. mar. ſicut in tacito fideicōmiſſo, om-
ne emolumentū hæredi auſertur, & fiſco eſſe præ
ſtandū, diuus Pius reſcripſit. l. cum quidā. §. diuus.
ff. de uſuris, ita hic fiſco & non agnatis debet defer
ri. Vltimo, neceſſitate ſuadente, poteſt vaſallus alie
nare, c. pri. qualiter olim poterat feu. aliena. ſucceſ
ſiue, non debet amittere, quia neceſſitas non ha-
bet legem, ſed ipſa ſibi facit legem, capitu. remiſ-
ſionem, pri. quæſt. pri. not. 10 capitu. inter quatuor.
de religio. domi. tanto magis, quia tanta poteſt eſ-
ſe neceſſitas, quòd dominus obſequioſus vaſal-
lo non denegaret aſſenſum vendendi, etiam in
totum. Iſer. in dicto cap. pri. in ver. neceſſita-
tem, circa medium, d. tit. qualiter olim poterat
feu. aliena.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, &
ratio ponitur in littera, vt habeat ſuæ iniuriæ vl-
tionem, ſimilia ponit Iſer. hic in pri. & eſt textus
in l. raptoris. C. de epiſco. & cleri. & hoc quo
ad dominum, reſpectu agnatorum ratio fuit: quia
feudum non eſt ſuum, niſi donec viuit, poſtea ex
pacto & prouidentia datur alijs qui deſcendunt ab
eo, qui acquiſiuit, per ordinem. Iſer. in cap. pri.
numero ſexto, cir. finem, ſi vaſal. feu. priu. cui
defera.

Quibus ſtantibus, non obſtat. Primum: nam vl-
ciſcendi libido eſt vitioſa; non autem vultio. Lu-
cas in l. 2. columna ſecūda, circa medium. C. in qui
bus cau. colo. Non obſtat Secundum, nam fiſcus
poſſidet per mortem delinquentis ſine hærede. Bal.
in §. fi. in fi. numero nono, per quos fiat inueſt. vel
tranſit in fiſcum durante vita confiſcati, ac ſi fuiſ-
ſet naturaliter mortuus. Pau. de Caſt. in l. ſi quis
præsbiter. poſt numerum 2. C. de epiſco. & cleri. ve
rum ſi eſſet alter dominus, non confiſcaretur: ne in
de conditio illius domini efficeretur deterior. Bal.
in l. ſumma, num. 32. de rerum diui. Alex. in l. ſi fini
ta. §. ſi de vectigalibus. nu. 26. 29. 30. & 32. in fi. de
damno infecto. & ſic delinquente viuo, feudum re
dit ad dominum donec ille uiuit, in vltionem ſuæ
iniuriæ. l. Statius Florus. §. Curnelio Felici. de iure
fiſci. Iſer. in d. c. pri. nu. 7. cir. med. ſi uaſa. feu. priue.
cui defera. Non obſtat Vltimum, nam illud proce-
dit ſecundum conſt. Lotha. hodie quòd neceſſitas
facit licitum, quod aliàs eſt illicitum. c. cōſuluiſti. de ce
lebra. miſſa, non ſolum non amittit, ſed is qui alie-
nat poteſt reuocare, vt in conſti. conſtitutionem di
uæ memoriæ, eò magis, quia neceſſitate & inopia
alienando, non cōtemnit dominum, ſed ſibi potius
damnū infert. Iſer. in d. c. pri. nu. 4. poſt med. ſi vaſa.
feu. priue. cui defera. & ſic firma remanet cōcluſio,
12 quòd feudum aperitur domino, quando ipſe of-
fenditur, aliàs vadit ad agnatos. Intellige tam ſi ha
bet filios, quàm non: quia delictum patris no-
cet, non ſolum ſibi, ſed filijs: agnatis non, quan-
do eſt ex pacto & prouidentia. Iſer. in cap. pri.
poſt

poſt numerum quartum, de capi. Coeta. rationem ponit idem Iſer. hic, numero 30. per textum in l. fi. C. de impub. & alijs ſubſt. cap. ſi vaſallus culpam. infra tit. 2. Et procedit tam in feudo nouo, quàm antiquo, dummodo non habeat agnatos, vt ſupra, aliàs in feudo paterno ſuccederent agnati: & ſic intelligitur per Iſer. hic cir. fi. pri. & amitiit feudum vna cum meliorationibus, quando eſt culpa in cõmittendo, ſecus ſi in omittendo. glo. 5. Pariſ. tit. pri. §. pri. numero 75. 80. & 90. Intellige tamẽ, niſi aliter fuerit dictum in inueſtitura. c. pri. in fi. de duo-
14 bus fratr. a cap. inueſt. nam valet pactum quod nõ amittatur feudum propter delictum, ſi eſt fellonia in omittendo, ſecus ſi in committendo. Præpo. ſupra in pra lu. poſt numerum 27. & in cap. pri. numero 13. & 14. de feu. guar. Aluar. in §. potro. numero ſeptimo, qualiter olim poterat feu. aliena. tangit quæſtionem Iaſ. in l. de quæſtione. numero 18. C. de pactis, & ſtatur pacto Aluar. in d. c. pri. numero vndecimo, cir. med. de feu. guar. ſicut ſeruantur pacta de expellendo vel non, emphiteotam. Soci. in conſilio 167. poſt numerum 13. ſecundo volumine, vel valet, ſi eſt ingratitudo contractus, ſecus ſi ingratitudo delict, aliàs poſſet non obſtante pacto, addi. ad Odoff. in Sum. verum pacta poſſent apponi in feudis. in fi. vel non ex omnibus culpis, ſed jis tantum quibus donatio facta reuocatur. Idẽ Odoffr. quibus modis feu. ami. nu. 130.

Item non habet locum, quando occaſione delicti non poſſet ſtare ſine dedecore in curia domini. Iſer. hic in ver. ſi vero. puta quia occidit proditorie, vt per Loffr. hic, priuantur filii, & ſuccedunt agnati, niſi feudum dignitatis. Fre. reliquit cogitandum, de formu. inueſt. lib. 3. ibi, differentię inter feuda regalia. ver. quinquageſima. & ſi eſt antiquũ & dominus remittit culpam, an efficiatur nouum, adeo quòd agnati non ſuccedant. Pau. de Caſt. in l. peculium. §. ſi ęre. numero tertio, ff. de peculio. & priuatus propter delictum poteſt habere ex noua conceſſione, niſi prohibeatur. Abb. in cap. ad aures. numero tertio, de pœnis. Vltimo limita in vna ex culpis ſupra enarratis, ſimili vel maiori, cum non ſufficiat quælibet occaſio ad priuandum feu-
15 do. ſupra eo. §. pręce. vnde ſi vaſalli ſunt vocati audito inimicorum aduentu, & non vadunt, dummodo nõ impediti, puniuntur etiam quod illi ſint prædones. l. pri. cum duabus ſeq. de his qui ad patriam defende, ire neglexerint. in Lõgobar. idem ſi dominus mandat quòd faciat aliquod iuſtum. & non faciat. Caſſa. in conſu. Burg. rub. 3. §. 3. in pri. numero 5. poſt pri. vel alium pro feudo agnoſcat in dominum: nam nulla maior obligatio deſcendit ex datione feudi, quàm concedentem honorare, & tenere in dominum. Fre. de Subfe. lib. 2. ibi, trigeſimoquarto quæro. poſt medi. & ſi recognoſcit aliũ, an præiudicet vero domino. diſt. vt per Abb. in c. verum. de foro competen. num. 30. & non poteſt quæri ius ſine conſcientia, & patientia poſſeſſoris. Idem Abba. in cap. cum dilectus. poſt num. 7. de relig. domi.

Nota, quòd quando publicatur feudum per delictum, publicãtur etiam arma & alia mobilia, ſed ſi aperitur per mortem ſunt hæredis. Cam. in c. Imperialem, car. 17. col. 3. cir. fi. Item plus delinquit culpans, quam contemnens, ideo plus punitur. Iſe. hic, cir. fi. & in §. callidis. numero vigeſimo primo, cir. fi. & §. firmiter, poſt pri. de prohi. feu. aliena. per Fre. & ſi culpa non reſpicit dominum, pars accreſcit, nec opus eſt noua inueſtitura. Loffr. hic. Iſer. theoricam tetigimus ſupra, remanet tantum, dum numero 51. in fi. ſaluando glo. remittit ſe, ante dictis, videlicet, ſupra eo. ante & poſt numero vndecimo, & 30. cir. med. & circa diſt. quam facit, ſi delictum eſt in omittendo, vel in committendo, ad hoc vt ſciamus, ſi feudum domino, vel agnatis applicetur, remittit ſe, cap. pri. ſi vaſa. feu. priu. cui deferatur. Et quando delinquit contemnendo, accreſcit agnatis ſine noua inueſtitura. Iſer. hic in fi. & remittit ſe per dictis eum in §. ſed & res. per quos fiat inueſtitur.

Si de feudo vaſallus ab aliquo inter pellatus fuerit, & dominus eum adiuuare noluerit. Tit. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Si, particula, non ſemper facit conditionem, ſed exponitur pro, quia.*
2 *De, ſignificat cauſam materialem: & exponitur propter.*
3 *Poſſeſſio, parit actionem in rem.*
4 *Interpellare, in malam partem ſignificat: quandoque proteſtationem, hic petitionem factam in iudicio.*

AD RVBRIC.

1 SI) Non ſemper facit conditionem. l. a. §. ſi in diem, in ver. puta. ff. pro emptore, nam ſi adiicitur rei certæ, vt hic, accipitur pro, quia. Bart. in l. pri. columna ſecunda, cir. med. de condi. & demonſtr. & ſic, Quia.) L. Titium, & Mæuium. §. a matre, in ver. ſi manenti. ff. de admini. tuto. l. videamus. in gl.
2 2. de in litem iura. De.) Significat cauſam materialem, & exponitur propter. Lucas in l. fin. col. 5. cir. med. C. de bonis vacan. quaſi dicat, quia propter feudum vaſallus, ab Aliquo.) Incertam perſonam ſignificat, habet vim pluralis, quia nõ dicitur niſi de multis. l. ſi vero. §. ait prætor. ff. de his qui deiecerunt vel effude. l. ſi ſeruitus. de ſeruitu. vrban. præd. & ſic occaſione feudi quod poſſidet, nã poſ-
3 ſeſſio parit actionem in rem. l. vni. C. de aliena. iudicii muta. cau. facta. Interpellatus fuerit.] Verbum
4 aĩt, interpellare, capitur in malam partem. l. 1. ff. de catraurdi. crimi. ſignificat proteſtationem. l. 2. ff. de nauti. fęno. quandoque, vt hic, petitionem factam in iudicio. l. libertis. §. pri. de alimen. & ciba. lega. ita hic, ſi vaſallus fuerit vocatus in iudicio propter feudum, quid fiet, ſi dominus noluerit adiuuare intentionẽ vaſalli. l. poſt legatum. §. his quoque. ff. de his quibus vt indign. vt adiutor cauſæ. l. ſolet. ff. de tutelis. & dixit, Noluerit.] quod factũ & proprium motum denotat, non cauſæ cognitionem. gl. in clem. 2. in ver. nollent. de ſepulturis. determinatur infra in textu. vltra quòd vaſallus tenetur quatenus poſſidet, & oblatio rei eum liberaret. l. qui reſtituere, in ver. condemnandus. ff. de rei ven. tamen poſſet agere de euictione. Iaſ. in vſibus feu. in pri. nu. 40. & quomodo videbimus infra.

SVMMARIVM.

1 *Negotium, ideſt cauſa.*
2 *Factum recitat, quod ſæpe contingit.*
3 *Legis faciendæ occaſionem dat motus Principis, vitium veteris legis: aliquando interpellatio aliorum.*
4 *Cauſam habere ab aliquo dicitur, cuius titulo tenet.*
5 *Donator vt teneatur de euictione, oportet quod ei denuntietur.*
6 *Nunc, eſt aduerbium temporis, & denotat præſens tempus.*
7 *Negans ſimilis eſt fraudatori.*
8 *Vaſallus ſi conuenitur a tertio, poteſt nominare dominum in iudicio.*
9 *Verba enunciatiua poſita in lege, & quæ præſupponunt, non diſponunt.*
10 *Dominus vt teneatur euictione, ſententia, requiritur & executio.*
11 *Nummi non dantur in feudum, ſed ſoluuntur loco feudi euicti.*
12 *Nunquam, ideſt nullo tempore.*
13 *Vnquam, ideſt aliqua cauſa.*
14 *Inſtrumentum comprehendit omne genus probationis, ſed non hic, quia dicit publice confectum.*
15 *Alioquin, ideſt certe.*
16 *Dominus ſi negat dediſſe in feudum rem euictam, vaſallus non probando per teſtes vel breue teſtatum, ſtatur iuramento domini.*
17 *Dominus monitus ſuper lite, & ſententia lata ſuper feudo, tenetur de euictione.*
18 *Emptor tenetur cauſam defendere, & litem venditori denuntiare.*
19 *Feudum non conſiſtit in pecunia.*
20 *Nullum quod eſt, poſſunt facere partes, quod valeat, in eorum præiudicium.*

AD TEXTVM.

1 NEgotium.) Ideſt cauſa, Archi. in cap.
pr n. in pri. 3. quæſtione nona, cap.
cle icum, & cap. ſi clericus, vndecima, quæſtione pri. capitur vnum pro
alio, ſed aliud cauſa, & aliud lis,
nam lis quandoque capitur pro inſtantia, & dicitur in iudicijs: negotium extra iudicium negotiatio, Zaba. io clemen. pri. not. 5. & 6. & in clem. ſi.
etiam in 5. & 6. not. de procurator. Tale eſt: Qui-
2 dam vaſallus.) Et ſic recitat factum, quod ſæpe con
tingit. Archi. in cap. horrendus. trigeſimoſecundo,
3 quæſtione quinta, nam occaſionem faciendi legẽ,
dat motus Principis, quandoque vitium veteris legis, aliquãdo, vt hic, interpellatio aliorum. Azo in
Sum. Aut. de non eligi. ſecun. nuben. in pri. & negotium de facto motum. Aut. de depoſito. & Aut.
de appellatio. in Sum. in pri. & eſt, Quidam vaſallus tenebat feudum.) Intellige per inueſtituram,
vel id quod habetur pro inueſtitura. cap. pri. in fi.
de feudi cog. De quo ab aliquo interpellatus fuit.)
In iudicio nam ſibi, interpellare, capitur pluribus
modis. Gram. in ver. interpellare. Et ſic vaſallus
4 dominum vocauit.) A quo habet cauſam, virtute conceſſionis ab illo factæ. Alexan. in conſ. 198.
numero ſexto, ſeptimo vol. Vt eum defenderet.)
5 Quia vt teneatur de euictione, oportet quod ei de

nuncietur. l. pri. C. de pericu. & commo. rei vendi.
l. libera, in glo. ſecunda. C. de ſenten. & interlo. omni. iudi. l. eum ſucceſſores. C. de euictioni. aliàs nullum haberet regreſſum niſi denuntiatio fuiſſet remiſſa per pactum. Aluar. hic numero pri. Domino
renuente ad iudicem venire, vaſallus amiſit cauſam per ſententiam.) Diffinitiuam. Zaba. in clem.
pri. numero quinto, cir. fi. de ſenten. & re iudi.
6 Nunc.) De quo in cap. pri. de inueſt. in mar. facta.
& eſt aduerbium temporis, ac ſignificat tempus
præſens. Gram. in ver. nunc, Vero vaſallus cambium feudi.) §. cum autem, ſi de inueſti. feu. contro. fuerit. A domino petit, ad quem dominus re-
7 ſpondens.) Negando, Ait.) Cum negans ſit ſimilis
fraudatori. Bald. in conſilio trigeſimoquarto, poſt
numerũ ſextũ. quinto volumine, & per ſolam negationem res efficiatur dubia. Lucas in l. ſemel. columna ſecũda, cir. med. C. de re milita. Illũ nunquã
ab eo feudum tenuiſſe, nec ab eo inueſtituram accepiſſe: contra quem vaſallus dicit ſe hoc feudum
ab eo tenuiſſe, & inueſtituram recepiſſe. & ab eo
petijſſe, vt eum iudicio defenderet.) Nam con-
8 uentus a tertio, potuit nominare dominum in iudicio. Præpo. hic cir. fi. Nec tunc temporis.) Quando illum vocauit in iudicio in autorem, inficiebatur illius eſſe, quod totum idoneis teſtibus probat
9 vaſallus.) Licet iſta verba enuntiatiua in lege poſita, & quæ præſupponunt, non diſponant, glo. 31
Pariſ. poſt numerũ ſeptimũ, tit. pri. §. 13. tamen tale
negotium, talem exigit legem. Archi. in cap. regulæ. vigeſimanona diſt. quia iuris ſcientia parum
proficit, niſi bene & frequenter negotijs applicetur. glo. 3. Pari. poſt numerum quartum, tit. pri. §.
pri. Reſpondi, Super negotio iſto.) Quod dicitur
quaſi negans otium, cap. forus. de verbo. ſignifica.
alibi facti quæſtio. l. ſicut. §. pen. quibus modis pig.
vel hipo. ſolu. l. pri. §. pri. quæ res pign. obliga. nã
heredit or, l. 2. §. fin. & l. inſulã. ff. qui potio. in pig.
& l. ſtil. ff. de hære. inſt. facti. & non iuris. l. poſt
verum. ff. de donatio. inter virum & vxorem, l. idẽ
erit. de ſtatu hom. Quod literis inſinuatis.) In notitiam adducendo. Gram. in ver. inſinuo. Nobis, tale eſt ſapientum noſtræ ciuitatis conſilium.) Et
hoc ad oſtendendum iſtam legem iuſtam eſſe. Iſe.
in fi. prin. conſti. feuda. domi. Lota. Impera. Videlicet Oberti de Orto, & Gerardi Capagiſti, Vt)
Conſecutiue ſtat. Archi. in cap. fin. 74. diſt. Si vaſallus cum de feudo interpellabatur, autorem ſuum,
ideſt dominum, vt eum defenderet, vocauit, &
hoc probare poſſit, ſi in eo iudicio vaſallus fuerit
10 victus.) Lata ſententia & execut. Alexan. in conſilio quarto, numero pri. ſecundo volumine. De re
aliena.) Ignoranter. cap. pri. de inueſt. de re aliena
facta. Inueſtitum fuiſſe, vt dominus vaſallo eiuſdẽ
æſtimationis, quod erat tempore rei iudicatæ feudum reſtituat.) Et ſic, licet euictionis nomine duplum exigeretur. l. quum Tuberonis. §. fin. vel §.
ſine autem. ff. de peculio. l. ſi decem, la pri. ff. de ſtatu. libe. l. vtique. in gl. pri. & pen. & l. in tantum. cũ
tribus ſeq. de liber. cau. nunc. venit intereſſe, quod
eſt æſtimatio feudi. l. Titio. in glo. pen. cir. med. de
condi. & demonſtra. vel omne lucrum quod poſſeſſor ſentijſſet, ſi res nõ fuiſſet euicta, l. venditor.
de euictio. & Aluar. hic numero 2. & ſicut in emptione attenditur tempus venditionis, in diuiſione tempus diuiſionis. l. bonitatis. cum duabus ſeq.
& lege, ſi cum venditor. §. finali. de euictione,

im

ita in datione in feudum, tempus rei iudicatę, vt
hic, Vel nummos in feudum dandos numeret.)
Non quòd nummi dentur in feudum, cum non cõ
ſiſtat niſi in immobilibus, uel ſolo cohęrẽtibus. d.
11 c. pri. de feu. cog. Sed intellige nummos, loco feu
di euicti numerandos conſignet. Præpo. hic poſt
numerũ ſecundũ. Et hoc cum certum eſt, vaſallum
de feudo victum fore, Sed ſi dominus neget hoc
12 feudum vnquam.) Ideſt nullo tempore, Archi. in
cap. ſi vero. 3. quæſt. 7. Ab eo tenuiſſe, nec ab eo do
mino ipſum vaſallũ, vel eius anteceſſores vnquã.)
13 Ideſt aliqua cauſa. Idem Archi. in cap. 2. in pri. 12.
quæſt. pri. inueſtituram accepiſſe, Et hoc vel per in
ſtrumentum.) Quod in genere comprehendit om
ni genus probationis, per quod iudex inſtruitur.
Alber. in lege, inſtrumentorum, numero pri. ff. de
fide inſtru. in ſpecie tamen, & ad differentiam ſcri
14 pturæ manu priuatorum confectę, dicitur, Publi
ce confectum.) Et dicitur, ab inſtruo, inſtruis, quia
per ipſum ſit inſtructio in negotio & cauſis. Zaba.
in clem. pri. numero ſeptimo, de procurato. Vel
per pares curtis.) Cum ſit noua inueſtitura. c. pri.
qui teſtes ſint neceſſa. ad proba. nouam inueſt. Va
ſallus poterit probare: dominus ad reſtitutionem
feudi tenebitur.) Si habet facultatem rei tradendę.
15 cap. ſi facta. infra tit. proxi. Alioquin.) Ideſt certe.
Archi. in cap. ponderet, columna pri. in fi. 50. diſt.
Dominus Sacramentum ſubire cogitur.] Et iura-
bit, iſtum qui eſt in cauſa vel eius anteceſſores, a
ſe, vel a ſuis anteceſſoribus nunquam hoc feudum
tenuiſſe, vel inueſtituram accepiſſe.) Et ſic domi-
16 nus ſi negat dediſſe in feudum rem euictam, non
probando vaſallus per teſtes vel breue teſtatum,
ſtatur iuramento domini. Odoffre. in Sum. vtrum
domi. tenea. vaſa. re euict. & in quantum tenea. nu.
8. Quo facto, dominus abſoluendus erit.] Sacra-
mento poſſeſſoris. c. pri. ſi de inueſt. inter domi. &
vaſa. lis oria.

Declarato textu, dubia reddebatur eius deciſio
ex pluribus. Et primò, ab euentu facta non ſunt
notanda. Arch. in cap. relegentes. poſt pri. 23. q. 5.
tantumagis, quia venditionibus perfectis, nihil a-
liud ſupereſt, niſi realis executio. glo. pri. Pariſ. poſt
numerũ 92. tit. 2. §. 55. Secundò, donans non tene
tur de euictione. lege ſecunda. C. de euictio. ita nec
dans in feudum, cum ſit beneuola actio. cap. pri. §.
in primis. In quibus cau. ſeu. ami. aliàs liberalitatis
ſuę pœnam pateretur. l. ad res. de ædili. edi. Tertiò
quis donando cenſetur donare ius quod habet.
Deci. allegat ſimi. in conſilio 187. columna ſecun
da, cir. med. ante & poſt numero 3. ſicut in locatio
ne not. Bar. in l. prædia. C. de locatio. prædio. ciui.
modo aut donans habet ius, & quod erat apud cõ-
cedentem, erit apud ceſſionarium. Afflict. in §. ſi
quis de manſo. numero 36. de contro. inueſt. aut
non habet, & quia nemo transfert quod non ha-
bet. l. ſi filius. C. de donatio. cap. nuper. de donatio.
inter virum & vxorem. videtur fruſtra quæri ſi te-
netur vel non de euictione. Vltimò feudum qua
le eſt, ita præſtari debet, ſicut in legato. l. ſeruo. §.
ſi fundus. de lega. pri. nam cum ſuo periculo rem
habuiſſe videtur. in ſimi. gl. fin. in lege vlti. ff. de a-
leatori. vltra quòd vaſallus euentum rei videtur
in ſe ſuſcepiſſe. l. ſi familiæ. C. fami. herci.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, &
ratio eſt: nam ſicut ex natura contractus venditio-
nis eſt, quod cenſeatur res libere tradita. Deci. in
conſilio 483. poſt numerum 14 ita & in datione in
feudum, quòd etiam pecunia emitur. c. pri. de be-
ne. fratris. Vnde ſi poſtea euincitur, tenetur domi
nus, cum diſt. de qua in d. c. pri. de inueſt. de re alie
na facta.

Qua ſtante, nõ obſtat Primum, nam varietas iu
ris, oritur ex veritate facti. glo. pri. Pari. numero
164. in fi. tit. 2. § 55. & factum quandoque nota-
tur, & non ſtatuitur ius. Archi. in cap. loci. cir. me-
dium 35. quæſt. 9. Non obſtat Secundum, nã non
procederet ſi tepiſſet a promiſſione, vel eſſet remu
neratoria. Boer. in deciſ. 33. numero vigeſimoſra-
to, & 67. numero pri. prout in datione in feudum,
quæ ad finem remunerãdi, fuit inuenta. Dixi ſupra
in prælu. poſt pri. Non obſtat Tertium, nam aliud
eſt vendere rem, aliud eſt vendere ius quod habet
in tali re. Affli. de feu. non habente propriam feu.
nam. in fi. numero 15. Ita in datione in feudũ, quia
ſi dat rem, venit euictio, vt hic, ſecus ſi ius quod ha
bet. Non obſtat Vltimum, nam procedit in ven-
ditione facta in alea. lege ſecunda, quarum rerum
actio non detur, & quando eſt conuentum ne te-
neatur. l. empti actio. C. de euictio. & ſic firma re-
17 manet concluſio, quòd dominus monitus de lite,
& lata ſententia ſuper feudo, tenetur de euictio-
ne. Intellige, tam ſi ſit lata ſententia euictionis,
Bald. in §. callidis. numero ſecundo, de prohi. feu.
aliena. per Fre. quàm non: dummodo ſpes haben-
di abſciſſa ſit, quia tunc etiam feudum dicitur eui-
ctum. l. euictus. ff. de euictio. & habet locum tam
ſi ſit promiſſa euictio, quàm non. ſimil. in emptio
ne. l. non dubitatur. C. de euictioni. & tenetur, non
ſolum ad precium, ſed etiam poſt ſententiam ad
vſuras pretii. l. euictis. ff. de vſuris. & id quod ſol-
uit pro liberatione rei, quia videtur recepiſſe vt li-
beram. l. cum tibi. d. tit. C. de euictio. & agitur de
euictione, etiam quòd diu ſit quòd res ſit euicta. l.
empti. C. de euictio. Intellige tamen ſi facto domi
ni euincatur, ſecus ſi facto vaſalli, quia tunc non
teneretur de euictione. l. tenetur. §. ſi tibi. ff. de a-
ctio. empti. quia ipſe ſibi non videtur euincere. l. ſi
ei cui. in fi. pri. ff. de euictio. & procedit, quando va
ſallus denuntiauit, aliàs ſecus, vt hic, vbi Præpo.
cir. pri. niſi pacto neceſſitas denuntiandi fuiſſet re-
miſſa. Affli. hic, numero tertio, in fi. Item non age-
ret de euictione, ſi ſententia eſſet lata contra abſen-
tem contumacem, vel ſi ſententia arbitri fuiſſet eui
ctum, niſi compromiſſum fuerit neceſſarium vigo
re ſtatuti. Præpo. hic, num. pri. cir. med. Idem ſi va-
ſallus tempore ſententiæ ſe abſentauerit, vel per iu
dicis iniuriam fuerit lata. c. ſi. cum ibi not. de empt.
& vend. & debetur euictio, niſi pactum vel ſcien-
tia obſit. l. ſed & ſi lege. §. Item ſi res, in ver. ha-
beaut. ff. de peti. hæredi. & repetit intereſſe, non au-
tem quod ſuo arbitrio petiit. l. debet. de ædili. edi.
alias limi. ponit Afflict. in §. rurſus, numero deci-
mo, quibus modis feu. ami. lo pri. & Aluar. hic nu.
2. in pri.

Nota, quòd negotium exponitur, ideſt con-
trouerſia. Archi. in cap. in eum. pri. quæſt. pri. alibi
examen, actio uel ſententia, in cap. accuſatus. in pri.
3. quæſt. 6. accipitur pro contractu. l. ſecunda, in
glo. 3. ff. de operi. publi. & pro eo qui per calum-
niam accuſat. lege pri. §. pri. ff. de calumnia. Item
pro cõtractatione. lege, qui aliena. §. pri. aliàs lege,
liberto. §. qui aliena. ff. de negociis geſtis. & di-
citur tunc turpis iuris proprium commodum,

c.clericus.2 1.quæſt. pri. Vltimo, pro eo quod in iudicio deducitur, vt hic. Inde negotiorum merita, partium aſſertione panduntur.l.2.C.ſi per vim, vel alio modo.quia in facto conſiſtit.l.Neſennius, de nego.geſtis,& facti quæſtio dicitur.l.ſicut.§.pe nul.quibus modis pign.vel hipo.ſolu.l. pri. §.pri. C.quę res pig. obliga.nō poſſe.l.creditor,la 2.§.ſi. & l. inſulam.ff.qni potio.non implicita.l.cum duo bus.ff. pro ſocio. Item facti qualitas conſideratur.

18 not.in c.pri.de collu.detegen. Nota etiam, quòd emptor tenetur cauſam defendere, & litem venditori denuntiare,& lata prima ſententia,poteſt petere cautionem.In dubio non tenetur appellare, quia in dubio præſumitur pro ſententia,& ſi a prima appellauit,multo minus tenetur a ſecunda con firmante,pro qua magis præſumitur. in con. feu. diuer.3 1.num.4.

Iſer.declarando textum, ad finem fundandi, ſi dominus tenetur,vel non de euictione,diſtinguit, an inueſtitus ſciuerit eſſe alienum quod dabatur in feudum vel non, & quando tenetur dominus, præſtabit, quantum valuit tempore ſententiæ id quod fuit euictum, & ſi eſt in pecunia, emitur feudum ; cum in ea feudum non conſiſtat, quia proprietas feudi cum debeat remanere apud dominum, & vtile tranſire in acceptorem.d.cap. pri. de inueſt.de re alie. facta. ſi datur pecunia in feudum,conſumitur, & ſic deſineret proprietas apud dantem. Si teneret inueſtitus in arca,& non conſu meret, feudum eſſet ſibi inutile, nec haberet inde vſumfructum vel comoditatem aliquam, quæ requiretur , vt ſit feudum. §. fin. in quibus cau. feudum ami.

19 Quid ſi dedit quis ſimpliciter pecuniam in feu dum, & iurauit acceptor fidelitatem , nunquid admittit dominus pecuniam, & qui iurauit eſt ſolutus iuramento,ita quòd non ſit vaſallus. Iſer.dicit quòd non eſt feudum, nec tenet iuramentum, qui nulla fuit obligatio,quæ cauſam habuit impoſ ſibilem a iure, vel a natura.§. ſi impoſſibilis. Inſtit. de inutili. ſtipula. quia proprietas non poteſt eſſe apud dantē,nec vtilis pœnes acceptorem,ſicut voluit is qui dedit,ita nec datur in peculium caſtrenſe, late Aluar. hic numero 6. & dixi in §. ſed nec eſt alia iuſtior. quæ ſit prima cau. bene. ami. poſſit tamen ſecundum Iſer. hic, conuenire, vt ſit vaſallus,ſicut poſſet quis ſe vendere ad pretium participandum.l.homo liber.ff.de ſtatu homi.§. penul. Inſtit.de iure perſona. aliàs conditio ſeruitutis vel vaſſalagij non acquiritur,etiam ſi 30.annos ſic per manſit.Marti. de Fano in ſecunda quæſt. de homagio. refert idem Iſer. in conſt. probationum, la 2. quæ proba. in cau. homag. exiga. poſſet etiam dominus dare pecuniam ad menſam, vt de lucro aliquid detur,licet quo ad ſubſtantiam feudi non ſit curandum,ſi lucrum eſt licitum vel non.et ſi dan tur,puta decem de feudo canauæ , tunc eſſet proprietas ſalua,& vſusfructus eſſet vaſalli. Sed obſtaret regula, quod potui nolui. l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. Illa tamen,vltra quòd non pro cedit in feudis.Cam. in cap. Imperialem. car. 90. columna ſecunda,cir.me.valet,in promiſſio,quia

20 poſſunt facere partes, vt quod eſt nullum , valeat in eorum præiudicium.Iſer.in §. item ſacramenta, num.42.in fi.de pace iura.firma. ſicut poſſent mutando poſſeſſionem,de aliqua facere nullam.l.quę dam,in ver.poſſeſſionem. de rei vendi. aliàs quod recepit vaſallus,ab eo condiceretur tanquam ſolutum ſine cauſa.l.pri.in fi.ff.de cond.ſine cau.Sequi tur Iſer. declarando textum, & ſupplendo dicit, quòd non admittitur dominus dicēdo contrarium eius quod confeſſus fuit : adeo quod probationibus contra confeſſionem factis , non poſſet uti. §. ſtudium. Aut.de trien. & ſemiſ. ſed procediur, ut in textu, Intellige tamen, quando negat per dolum vel latam culpam. Bal.in cap. vaſallus.num.2.infra tit.ſeq.Aluar.hic ibi,oppono cum,glo.ſi.vſque ad numerum ſeptimum.

Si de feudo defuncti militis, controuerſia fuerit inter dominum & agnatos Vaſalli. Tit. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Si, ponitur demonſtratiue.*
2 *De, auget, & ſignificat actum perfectum.*
3 *Defunctus dicitur, quia liberatus a miſeria conditionis humanæ.*
4 *Miles, idest feudatarius.*
5 *Controuerſiæ nomen amplum.*

AD RVBRIC.

1 SI.) Ponitur hęc dictio demonſtratiue. l.hæc ſcriptura.de condi. & demon. demonſtrat.enim quid iuris ſit ſi con trouerſia fuerit inter domi. & agn.
2 vaſa.de feudo militis defuncti.accedit huic, dictio, De , quæ auget,& ſignificat actū perfectum, Bal. in conſi.221.nu.5.pri.vol. De feudo defuncti.) Di
3 citur autem defunctus, quia functus & liberatus a conditione fragilitatis humanæ ; nam morte finis vitæ pręſtatur.l.cum his ſtatus.§.fi.in ver. fine.ff. de donatio.inter virum & vxo.& inducitur diſſolu tio corporis & animæ.l.verum.§.fi. in ver. morte. ff.pro ſocio.& omnia ſoluuntur.§. deinceps. Aur.
4 de nuptiis.merito de feudo defuncti Militis.)Idest feudatarij.Iſe.infra eo.c.pri.in pri.Controuerſia.)
5 Cuius nomen amplum eſt, videlicet actiue & paſſiue. Bal. de contro.inueſt.in pri.num.pri.in iuditio & extra, & de iure & de facto , etiam reſiſtendo,hic capitur pro ea quæ ciuiliter, agendo ordine iudiciario intentatur. Lucas in l.facultas.colum na ſecunda , poſt pri.C.de iure fiſci.l. de his. ff. de tranſactio. & .l. controuerſia. eodem titu. Inter d minum , & agnatos vaſalli.de qua particulariter infra.

SVMMARIVM.

1 *Si, dictio, non facit conditionem , ſed habet in ſe ad monitionem.*
2 *De, & propter, differunt.*
3 *Militis appellatione uenit uaſallus.*
4 *Controuerſia uerificatur, ſiue fiat de iure, ſiue de facto, in iuditio uel extra , non ſolum agendo, ſed excipiendo.*
5 *Ignati ſunt, qui per virilis ſexus perſonas cognatione iuncti*

ne iuncti ſunt, quaſi a patre connati, veluti frater eodem patre natus, fratris filius, & ex eo nepos.

6 *Feudum nouum dicitur, quod de nouo acquiritur, & non procedit a ſucceſſione.*

7 *Feudum paternum quod dicatur, & quod antiquum.*

8 *Contemnere, componitur a con, & temno, & capitur quandoque pro vilipendere.*

9 *Poſſeſſorium prius determinatur, & poſtea petitorium, & non conſideratur ſi poſſeſſio ſit iuſta, vel non, ſed ſolum an poſſideat.*

10 *Quæſtionis, verbum, eſt æquiuocum.*

11 *Feudum dicenti nouum, incumbit onus probandi.*

12 *Feudum præſumitur eſſe antiquum pro conſanguineo contra dominum, & magis antiquum quàm nouum, ratione antiquitatis. Antiquum quo ad vaſallum mortuum, & nouum quo ad agnatos qui admitti deſiderant,*

13 *Contentio ſi eſt inter dominum & agnatos defuncti, lite pendente agnati conſtituuntur in poſſeſſione, poſtea uero proceditur in petitorio.*

14 *Feudorum quatuor genera.*

15 *Poſſeſſio per mortem domini vacat in illo inſtanti, & non acquiritur ſine apprahenſione.*

16. *Feudum qui prætendit antiquum, nomen conceſſores debet allegare, ſi ſciri poteſt.*

17 *Bona vaſalli decedentis ſine hærede, transferuntur in Baronem, non in Regem.*

18 *Edictum diui Adriani, habet locum in feudis.*

AD TEXTVM.

1 S\[I\]) Noo facit conditionem, ſed habet iu ſe admonitionem. l. muto. §. ſub cõditione. quem ad hoc ſemper allegari io practica, dicit ibi. Alber. ff. de tutelis. De.) Quæ differt a dictione,
2 Propter. l. vn' frui. vbi idem Alber. num. 2. ſi vſusfr. peta. Feudo defuncti militis.] Cuius appellatione
3 in hac materia venit vaſallus. Præpoſit. hic in prin. Sit contentio.] Vel controuerſia, quæ verſificatur,
4 ſi ſit de iure ſiue de facto, in iudicio vel extra. Imola. in l. Lucius. §. tres hæredes. nume. 2. ad Trebellia. & non ſolum agendo, ſed excipiendo. Ancha. in cap. audita. nume. 3. de reſtit. ſpoliat. Inter domi
5 num & agnatos.) Quæ ſunt per virilis ſexus perſonas cognatione iuncti, quaſi a patre connati, veluti frater eodem patre natus, fratris filius, & ex eo nepos. Azo in Sum. C. de leg. tute. in princi. vel ex vno nati, quaſi commune naſcendi initium habuerint. idem Azo in Sum. vnde legi. num. 4. & de legiti. hæred. poſt numerum primum. Defuncti, domino nouum feudum.) Ideſt de nouo acquiſi-
6 tum, non proueniens per ſucceſſionem. Deci. in conſi. 390. nume 4. vel non conceſſum illi, qui fuit parens & principium agnationis communis. Alexand. in conſi. 150. poſt numerum 14. 6. volumin. Agnatis verò paternum.) Quod dicitur vſque ad
7 quartum gradum, antiquum abinde ſupra. Idem Alexand. in conſil. 26. nume. 7. 5. volum. vel omne feudum quod ſumit originem in perſona tranſmittentium, poteſt dici paternum. Bald. in conſi. 337. num. 14. pri. volum. & antiquum, quod eſt ab anteceſſoribus, acquiſitum. Deci. in conſi. 78. colum. 2. poſt numerum ſextum. & ita reputatur ex longeua poſſeſſione, idem Deci. in conſi. 252. poſt numerum ſextum. ibi, ſecundo. 2. volum. Eſſe Contendentibus.) Quod verbum componitur, a con,
8 & temno: licet alibi, contemnere, ideſt vilipendere dicitur. Archid. in cap. nullus. circa medium. 55. diſtinct. & hoc, quia ſi nouum, aperitur domino, antiquum defertur agnatis. Iſern. in princ. in verb. niſi. nume. 4. circa medium. ſi vaſa. feud. priue. cui defer. Agnati in poſſeſſione feudi, de quo quæritur
9 conſtituendi ſunt.) Et ſic poſſeſſorium prius determinatur, & poſtea petitorium. capi. prim. vbi dixi, de controuer. inter Epiſcop. & vaſa. nec quæritur ſi poſſeſſio ſit iuſta vel non, ſed ſolum ſi poſſidet. l. 2. ff. vti poſſid. glo. Pariſ. 4. tit. prim. §. pri. nu. 52. in princ. & 60. Eo facto, ſuper principali quæ-
10 ſtione.) Petitorij. & verb. hoc, quæſtio, eſt æquiuocum: nam capitur pro tortura. toto titu. ff. & C. de quæſt. aliquando pro publicis iudicijs. alibi ſummam illam in qua cauſa vertitur ſignificat, ita hic. in conſi. feud. diuer. num. 29. & 80. Cognoſcendum eſt.) Per diffinitionem & executionem. Cap. in verſi. feudo, nam clauſulæ. ibi, cognitione primarum & ſecundarum. Vtroque autem in probatione deficiente.] Nam domino dicenti
11 nouum, incumbit onus probandi. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 4. §. 9. ibi & aquiez &c. §. 15. ibi, reſtitue & ſaiſie. poſt numerum ſeptimum. e-
12 tiam quia magis præſumitur antiquum quàm nouum. Aluarot. hic, nume. prim. addi. pri. ad Odofre. in Sum. quomodo acquiratur feud. vbi etiam, quòd propter antiquitatẽ temporis reſpectu agnatorum ſuccedere volentium, præſumitur, quòd potius ſit antiquum, quam nouum. Pro conſanguineo contra dominum præſumitur eſſe antiquum. gloſ. Pariſ. poſt nume. 146. titu. 2. §. 55. licet poſſit eſſe antiquum quo ad vaſallum mortuum, & nouum quo ad agnatos, qui nunc admitti deſiderant. Præpoſit. hic, in princip. & colum. 2. cir. prin. Electio iuriſiurandi agnatis danda eſt.) Propter dictas præſumptiones. c. ſacramentum. de conſuetud. recti feud.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio. Et primò, feudatario mortuo ſine hærede, qui in iſta materia eſt filius maſculus. §. & ſi clientulus. de aliena. feud. feudum reuertitur ad dominum, quia de facili res reuertitur ad naturam ſuam. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. Secundo, actio directa præfertur vtili, quando concurrunt. Iſern. infra eodem. cap. ſi quis per 30. colum. 2. poſt prin. vbi etiam Loffred. in ver. quamuis. & ibi, poſſit, & in ver. ſubſequenter. quia dominus ſemper eſt potior & antiquior omni creditore, & iura feudalia etiam recenter debita, præferuntur omnibus alijs iuribus quantumcumque fauorabilibus. gloſ. Pariſ. tit. pri. §. 50. num. 4. ita præferri debet dominus habens directum, vaſallo habente vtile. cap. prim. de contro. inter vaſa. & alium. Vltimò facit textus in §. fin. d. tit. de conſu. recti feud. vbi mota controuerſia inter dominum & vaſallum de beneficio, domino poſſidente, ſi vaſallus deficit in probatione, qui conuenitur abſoluitur. Ita in propoſito, ex quo dominus poſſidet vt ſupra, vtroque deficiente in probatione debet dominus abſolui, & nõ deferri iuramentum vaſallo, vt hic.

His non obſtantib. ſeruatur contrarium. Et rationem ponit Afflic. hic, ex intentione Iac. de Belu.

Qua

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam intelligi-
tur quando feudum eſt nouum: ſecus ſi pater-
num, vt hic, & capitu. prim. ſi vaſa. feud. priue. cui
defera.

Non obſtat Secundum: nam vtile, quod habet
vaſallus, cui datur in feudum, præfertur directo, e-
tiam contra dominum. Iſern. in capitu. primo. cir-
ca medium, de feud. dato in vicem legis com.

Non obſtat Vltimum, nam hic non poſſidebat
dominus, ſed quia longo tempore feudum fuerat
poſſeſſum ab illis de agnatione & familia, præſu-
mitur antiquum. Deci. in conſi. 395. nume. prim.
Ideo vtroque deficiente in probatione, electio iu-
riſiurandi datur agnatis, vt hic, Et ſic firma rema-
13 net concluſio, quod ſi eſt contentio inter domi-
num & agnatos defuncti, lite pendente, agnati im
mittuntur in poſſeſſione, & poſtea proceditur in
petitorio, ſicut ſi eſt quæſtio inter duos de ꝓprie
tate fundi, vſufructuarius debet eſſe in poſſeſſione.
Ita & in vaſallo, ſi duo domini contendunt de ꝓ-
prietate. gloſ. Pariſ. tit. pri. §. 42. in princip. Et ſi mo
uetur quæſtio ſtatus, debet interim dominus poſ-
ſidere. Aluarot. hic nume. 4. & habet locum tam ſi
feudum ſit antiquum, quàm nouum poſſidendũ
iure feudi antiqui. Alexand. in conſi. prim. nume.
26. 27. & 29. quinto volum. Deci. in conſi. 194. co
lum. 2. poſt medium. & non ſolum ſi eſt certum,
verum etiam ſi dubitatur de ſtatu vaſalli. Bald. hic
in fi. concluſionem prædictã cum 4. fallentijs po-
nit gloſ. Pariſ. in princip. vſque ad num. 2. tit. prim.
§. 31. & procedit, niſi feudum antiquum fuerit ef-
fectum nouum, quod poteſt, omnibus agnatis cõ
ſentientibus. Afflict. infra. an agnat. in 9. notab. nu
mer. 35. & habet locum iure iſto, ſecus in regno,
per cap. ex præſumtuoſæ. cuius virtute, ſi non ſuc-
ceditur claro & aperto iure, vt in filio, fiſcus nomi
ne ſequeſtri capit poſſeſſionem. Loffred. in capitu.
prim. colum. 26. circa medium. Impera. Loth. Af-
flict. de controuer. inter maſcu. & fœmi. in ſecun-
do notab. num. 2. an agnat. num. 26. in fi. & in §. il-
lud quoque. num. 14. circa finem. de prohib. feu.
aliena. per Freder. ſequeſtratur etiam, quando con
tentio eſt inter duos, vel ſi pater tenuit feudum
quaternatum ex conceſſione Baronis ſine regio
aſſenſu. idem Afflict. in cap. 2. poſt numerum 12.
& 13. de feud. cogn. & ſic in regno in terminis. d.
cap. permittitur ſequeſtratio, quæ aliàs eſt de iure
prohibita. Lucas in l. facultas. colum. pen. poſt me-
dium. C. de iure fiſci.

14 Nota, quòd quatuor ſunt genera feudorũ. Pri-
mum quod tranſit ad deſcẽdentes & collaterales,
& appellatur paternum. Quoddam, quod tranſit
ad filios tantum, ſi eſt dictum, & non ad collatera
les, & dicitur nouum. Aliud quod non tranſit ad
hæredes, & eſt feudum dignitatis, puta Regnum
Marchiæ & Ducatus, licet hodie ſit vſurpatum, ꝙ
ſuccedãt. Vltimum eſt, quod tranſit ad extraneos,
puta ſi habet ea lege vt ipſe habeat, ſui hæredes, &
cui dederit. Iaco. de Ardiz. in Sum. quot ſint gene-
15 ra feudorum. item nota, quòd poſſeſſio per mor-
tem domini vacat in illo inſtanti, & non acquiritur
ſine appræhenſione, ideo qui præuenit in poſſidẽ-
do, debet in poſſeſſione defendi, donec alius de iu
re ſuo doceat, iudicio ſuper hoc legitime inſtitu-
to. & vbi conſtat de poſſeſſione, non deuenitur ad
ſequeſtrum, ſed inhibendum eſt non poſſidenti,
ne ſua authoritate illuc accedat. Bal. in conſi. 244.
16 3. volum. Nota etiam, quòd qui prætendit feudũ
antiquum, ſi poteſt ſcire nomen conceſſoris, de-
bet allegare, alias ad impoſſibile nemo tenetur.
Afflict. in §. cum autem. numer. 10. circa finem. &
17 11. de contro. inueſtit. Vltimò, ſi vaſallus moritur
ſine hærede, bona transferuntur in Baronem, non
in Regem. Pernus in primo notab. columna pen.
poſt princip.

Iſern. declarando textum, illum modificat, vide
licet, quòd agnati poni debent in poſſeſſione, ſi
probant defunctum fuiſſe in poſſeſſione vel quaſi,
tanquam de feudo paterno, & ab eo pro tali domi
num recepiſſe ſeruitium, etiam quod ita præſuma-
tur, ſi non apparet prima perſona, cui primo loco
fuit facta conceſſio. Loffred. hic. & agunt interdi-
cto quorum bonorum. glo. & Iſern. hic, debent ta-
men probare ſe hæredes. Cap. in verb. feuda bono-
rum appellatione. ibi, quorum bonorum. & petere
poſſeſſionem omnium bonorum hęreditariorum,
quorum appellatione veniunt feuda hæreditaria.
gloſ. in l. item videndum. §. fin. de petit. hæred. quia
tranſeunt cum vniuerſitate. Bald. de ſucceſſ. feu. in
princ. num. 5. circa medium. & veniunt in diuiſio-
ne, ſecus ſi ex pacto & ꝓuidentia, ẽt ꝙ ſint reperta
in hæreditate. Fre. de formn. inueſtit. lib. 3. ibi, dif-
ferentiæ, inter feuda ex pacto & prouidentia. verſi.
octauo. vel ſi fuerint ſcripti hæredes in teſtamen-
to, quia ſufficeret oſtendere teſtamentum, non a-
bolitum, nec cancellatum. Iſer. hic, nam edictum
18 diui Adriani habet locum in feudis. Barba. in ad-
dit. ad Bald. in princip. & ibi, & not. de ſucceſſ. feu.
Afflict. in cap. prim. num. 7. ſi de feud. fuerit con-
tro. inter domi. & agn. & cum ſit ſimile interdicto
recuperandæ. Bald. in conſi. 141. nume. prim. in fi.
primo volum. & adipiſcendæ poſſeſſionis, ſi poſſi-
det dominus, poſſet excipere, quòd eſt feudum no
num vt hic. Iſern. hic, & deberet tunc ipſe manute-
neri in poſſeſſione, ſicut ſi mouetur, quæſtio ſta-
tus hæredis. gl. & Iſer. hic. aliàs non debet vaſallus
priuari commodo poſſeſſionis. Bal. hic in fi.

SVMMARIVM.

1 *Inter, includit tantum in ſua oratione compræhenſos.*
2 *Agnati per patrem cognati, qui ex eadẽm familia ſunt.*
3 *Prædium, fundus, poſſeſſio, a præda, eo quòd capti ab hoſtibus agri militibus diſtribuebantur.*
4 *Feudum cõtinet ſeruitutem, quę rem comitatur ad quemcumque vadat.*
5 *Allodium eſt proprietas, quæ a nullo recognoſcitur.*
6 *Libellus tranſit ad filiam.*
7 *Feudum & fundus differunt.*
8 *Poſſeſſio, ideſt, proprietas, res poſſeſſa, ſeu tenuta.*
9 *Poſſeſſio in feudis eſt fauorabilis, & facit præſumũ pro poſſeſſore.*
10 *Fęmina hęres, non obſtante contradictione agnatorum meliora iura prætendentium, mittitur in poſſeſſionem, etiam bonorum feudalium.*
11 *Poſſeſſione, non priuat manus Regis vel iudicis.*
12 *Feudum eſſe, vtilius eſt pro curia.*

Filia

13 *Filia debet eſſe in poſſeſſione, dum contenditur inter eam & agnatum, ſi eſt feudum vel allodium.*
14 *Quæſtio fit in iure pluribus modis.*
15 *Iudex cogniſcit inter cauſam, & cauſam.*
16 *Atteſtatio probat voluntatem.*

AD TEXTVM.

1 INter.) Includit hæc dictio tantum in ſua oratione comprænhenſos. Caſſa. in conſuetud. Borgund. rub. 7. §. 10. ibi, en parail. poſt princip. videlicet, Filiam defuncti & Agnatos.) Qui per patrem conna-
2 ti ex eadem familia ſunt. l. iuriſconſultus. in princi. ff. de gradi. affinit. Eius, de quod in prædio.) Fon-
3 do ſine poſſeſſione. a præda dicto, eo quòd capti ab hoſtibus agri, militibus diſtribuebantur. Grammatic. in ver. prædium. Mota eſt quæſtio, aguatia
4 feudum.) Et ſeruitutem habere, quæ rem comitatur ad quemcumque vadat. Præpoſit. hic circ. medium, Ludo. de Moli. de Hiſpan. primogen. lib. 4.
5 capitu. 4. poſt numerum 41. Filia verò allodium.) Quod eſt proprietas, quæ nullo recognoſcitur, dicitur ex eo, quòd nullum habet autorem, quem laudare poſſit & teneatur. glo. Pariſ. titu. pri. §. 46. num. prim. 2. & 3. Iacob. de Beluiſo infra, de allodijs. in princip. Guido Papa in deciſio. 112. nume. 2. & 56. nume. 2. Iacob. in ver. dictique vaſalli promiſerunt, num. 7. & Aluarot. hic. poſt princip. ver. Allodium.) Ideſt prædium. l. vt epiſcopi, de prohibitis nuptijs, in Longobard. Siue libellarium.) De
6 quo in §. aut ſi libellario. Quibus modis feu. ami. & tranſit ad filium. Præpoſi. hic poſt medium. Eſſe aſſerentibus.) Et ſic diſputabatur de eadem re,
7 vt de feudo, non vt de fundo quę multum differunt. gloſ. Pariſ. titu. prim. §. 42. poſt numerum 37.
8 Super poſſeſſione.) Quæ licet alibi proprietas & res poſſeſſa dicitur. Archid. in capitu. Abbati. poſt princip. § 4. dutinct. hæc tenuta dicitur. Apud quē manere debeat, quærebatur.) Quia poſſeſſio in feu-
9 dis eſt fauorabilis, & facit præſum. pro poſſeſſore. Caſſan. in conſuetud. Burgond. rub. 3. §. pri. ibi, dedans ean. numer. 2. Reſponſum eſt, apud filiam poſſeſſionem interim eſſe collocandam.) Et ſi contentio eſt inter agnatum & filiam defuncti, ponitur ſilia interim in poſſeſſione, quia præſumitur allodium. Fiec. de forma inueſtit. lib. 3. ibi, differētiæ inter feuda ex pacto & prouidentia, ver. ſeptimo. in fi. Ioan. Andr. in addit. vle. ad Speculat. in tit. de teſtamentis, §. 3. & filia hæres non obſtante cōtradōne agnatorum, meliora iura prætendentium, mittitur in poſſeſſione, etiam bonorum feudaliū. in conſi. feudo. diuer. pri. num. 2. & manus Regis, vel iudicis, non priuat aliquem poſſeſſione ſua. gl. 4. Pariſ. tit. pri. §. pri. nu. 21. circ. finem. Deficientibus verò hincinde, per iuſiurandum cauſa cogni-
10 ta eis decidatur.) §. ſi verò, in fin. quid ſit inueſtit.
11 Electione danda agnatis.) Quę alibi domino datur in terminis capit. primi in fin. pri. dicto tit. quid ſit inueſtitu.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio. Et primò, ſemper præſumitur eſſe feudum, quia quòd
12 ſit feudum, vtilius eſt pro curia. Iſer. in §. huius autem generis. numer. 14. circa medium, ex quibus ſeu. amit. & cum ſit vtilius, vtilitas publica eſt præferenda priuatę. l. 3. Cod. de primipilo. Secundò, omnia ſunt principis. l. deprecatio. ad le. Rhodi. de iactu. ſucceſſiue, omnia ſunt feudalia, quia feudum eſt inuentum à publico, hoc eſt à patrimonio Regis, propter bonum publicum. Came. in §. præterea ducatus, cart. 104. columna 4. in fine. & 203. in princip. de prohib. feud. aliena. per Freder. Vltimò, res feudalis dicitur debere quandam ſeruitutem. Barb. in conſi. 55. poſt numerum 19. inter conſi. Alex. 4. vol. ſed iſta ſeruitus debetur etiā pro Burgenſaticis, quia ſoluitur collecta, quæ debetur a perſona pro rebus. Iſern. quæ ſint rega. in ver. & extraordinaria collatio. num. 61. cir. finem. ergò omnia ſunt feudalia, tanto magis, quia etiam quòd dicantur libera, ſeruitutis genus eſt coacta libertas. Lucas in l. 2. colum. 3. circa princip. de delatoribus.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium. & ratio eſt, quia bona præſumuntur allodialia, & nō feodalia. Deci. in conſi. 85. ante numer. 2. & 269. 2. volum. Affl. ẽt. hic poſt nu. ſecundum. ſicut poſſ. quas tenent Comites, & Barones in eorum terris, præſumuntur demaniales niſi probentur feudales, & poſſeſſiones quas tenent Epiſcopi, præſumuntur eſſe de menſa. Lucas in l. 2. col. fi. in princ. C. de fund. limitr.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam licet ſit melius curię, quod ſit feudū, partis intererit quòd ſit libera, & ita præſumitur. l. altius. C. de ſeruitu. & aqua. vnde vna præſumptio tollit aliam. l. diuus. de in integ. reſt.

Non obſtat Secundum, nam Rex in burgenſaticis particularium, nullum directum dominium retinet, licet occaſione vniuerſalis dominij, quo ad iuriſdictionem, Regi vel alteri cui a Rege conceditur, ſubijci poſſent. Cam. in c. Imperialem. cart. 37. col. 3. poſt prin. de prohi. feu. alien. per Fred. Et non eſt dominus rerum ſingularium perſonarum, ſicut nec rei meę. Affli. in §. fi. poſt num. 13. de cap. qui curi. vendi.

Non obſtat Vltimum, nam etiam quod ſit ſpecies ſeruitutis, tamen præſumitur pro filia, vt in contractu libellario. Afflict. hic poſt numerum ſecundum. Et ſic ſicut remanet concluſo, quod
13 filia debet eſſe in poſſeſſione, dum contenditur inter eam & agnatum, ſi eſt feudum vel allodium. Intellige tam ſi filia litigat cum agnato, quàm cum domino, infra cap. ſequen. & quod dicitur de filia, quo ad ſucceſſionem patris, idem in ſorore reſpectu ſucceſſionis fratris, Ludo. de Mol. de Hiſpan. primogen. lib. 3. capit. 4. poſt numerum 41. & 42. & non ſolum in filia, verum etiam & in eius deſcendentibus, § emphiteoſim. Authent. de non aliena. Procedit tamen iure iſto, ſecus in regno, per conſtit. vt de ſucceſſionibus, quia etiam in feudo filia præfertur agnatis. Afflict. hic in prim. notab. & habet locum niſi agnati vellent probare in continenti, bona eſſe feudalia, non allodialia. Ludo. de Moli. vbi ſupra, num 43. & eod. lib. cap. 13. num. 15. Et limita, quādo eſt quæſtio inter fœminam & agnatum, ſecus ſi inter maſculum & fœminam. capitu. pri. de contro. inter maſcu. & femi. & ſama vnius vel aliquorum ex conſortibus recipientibus inueſtituram bonorum, quæ teſtator tenebat vt ꝓpria & allodialia non debet nocere. Pau. de Caſt. in cōſi. 406. nu. 2. 2. vol.
14 Nota, quòd iure quandoque quæritur, licet nō pronuncietur. gloſ. fin. in l. pri. C. ſi ex falſis inſtru. quæ-

quæritur quando que in figura iudicij.l.vni.§.ſimi-
lique modo, lo 2.in ver.C.de lat. liber.tolle.& tũc
datur modus in procedendo. l. pri. C. de edendo.
Ita hic,& in §. ſi contentio.de Capi. qui cur. vend.
& late per in c.pri.de contro.inter maſcu. & fęmi.
& dicetur infra.c.ſeq.Itẽ nota, quòd iudex cogno-
15 ſcit inter cauſam & cauſam,c.pri.in glo.ſi. 20. diſt.
ſacerdos inter lepram & lepram, Leuiticus. c. 13.
c.voluiſſent.§.denique.de pœniten.diſt. pri.ita hic
dominus inter filiam, & agnatum. Theoricã Iſer.
fere totam in ſuprascriptis tetigimus. Et tamen ad
uertendum quod ſi dubitetur, an quis poſſideat
16 pro feudo vel allodio,ſtatur atteſtationi quę pro-
bat voluntatem.l.at ſi quis.in ver.oportebit. de re-
legi. & ſumptu. fune. in antiquis ſi dubiat per 100.
vel 40.annos, ſecundum aliquos ſufficeret proba-
tio per famam, vel verba enunciatiua Principis,
Alex.in conſi.15.in pri. & poſt. 5. vol.& filia ſi nõ
probat allodium, iurabunt agnati eum duodecim
ſacramentalibus. Iſer. hic in fine, & qui dixit eſſe
feudalem, & ſucubuit, poſſet poſtea dicere eſſe al-
lodialem.Prępo.hic cir. finem.

S V M M A R I V M.

1 *Defunctus in iure appellatur pluribus modis.*
2 *Super: hæc dictio prolata ab homine denotat ius in re cui adijcitur.*
3 *Querebatur,ideſt conquærendo dicebatur.*
4 *Feudum cenſetur,ex quo ita cum minori pręiudicio concedentes intelligitur.*
5 *Feudum eſt ſeruitus,ideo præſumitur allodialis: & libellaria potius quam feudalis.*
6 *Filia ſi dixit allodium, & dominus feudum, dominus tenetur probare: ſecus in iuriſdictione & caſtro.*
7 *Carbonianum edictum habet locum in feudis.*
8 *Donec, quouſque, dictiones repetitiuæ.*
9 *Filia mortuo patre, debet in poſſeſſione feudi manere,donec de feudo probetur & iudicetur.*
10 *Iuramentum defertur ei pro quo eſt præſumptio.*
11 *Dominus ſi prætendit feudum,& filia allodium,filia manutenetur in poſſeſſione.*
12 *Filia inſtituta hæres in teſtamento patris, immittitur in poſſeſſione bonorum, & in feudo tum eis exiſtente.*
13 *Edictum diui Adriani procedit in feudo hæreditario,ſecus in feudo ex pacto & prouidentia.*
14 *Feudum vt dicatur, quæ requiruntur,& ex quibus pręſumitur.*

AD. §. DEFVNCTO.

1 DEfuncto.] Diem functo.l.diẽ functo,
de offi.aſſeſſo.l.diem functo.ff.locati
l.ſi defunctus.C.arbi.tut.ab hac luce
ſubtracto. l.ſi quis. C.de prox.ſacro.
ſcrin.rebus humanis exemptæ. l. pri.de primipi-
lo.concedit or in fata. l.his ſcholaribus.C. de ero-
ga.mili.anno.ſupremum diem claudendo, l. fi. de
domeſti.& protecto.& defuncto vt hic. & in l. ex
facto.rerum.de hære.inſt.l.4. ſi quis omi. cau. te-
ſta.l.ita ſtipulatus.de ver.oblig.Milita.) Alibi mor
tuis militibus.l. Iubemus.§. fi. d.tit.C.de erog.mi-
li. ann.Inter. dominũ & filiam illius ſuper. Quæ
2 propoſitio prolata ab homine denotat ius in re,
cui adiicitur.Lucas in l.fi.in pri. C.de mancipiis &
colo.patrimo.Quodam feudo quærebatur.) Ideſt
4 conquęrendo dicebatur.Archi.in c.Eleutherius.in
pri. 18.q.2.Domino feudum.) Dicebat enim do-
4 minus eſſe feudum,& ita præſumi, ex quo eſſet cũ
minori damno & præiudicio concedentis: nam re
manet dominium directus, & vtile transfertur vaſal-
lo,in con.feu.diuer.4 .ante num. pri. Filia allodiũ
ſiue libellarium eſſe allegante.) Filia autem allega
5 bat feudum eſſe ſeruitutem: ideo præſumi allo-
dium.Iaſ.in l.ſi tibi homo.§. fi. num. 5. de leg. pri.
in l. ſi prius.num.41.de operis noui nuntia.in con.
feu.diuer.2.num.10.glo.Pari.tit.pri.§. 46. poſt nu
merum 5.magis allodium quàm feudum. Alex.in
conſ.15.poſt pri.5.vol.& 92.numero 40.cir.med.
6. vol. in dubio liberum & liberariũ potius quàm
feudale. Præpoſ.in c.præce.poſt pri.& ſic filia ſi di-
6 ceret allodium, & dominus feudum, dominus tene-
tur probare,ſecus in regno,& tractaretur de iuriſ-
dictione vel caſtro. Odofr. in Sum. cui incumbat
probatio in cau. feu. cum addi. ad eum.Ita iuriſdi-
ctio nunquam eſt allodialis. d. glo. Pari. tit. pri.§.
46.poſt numerum 3.Reſpondi, filiam in poſſeſſio
ne feudi manere debere.) Nam filia quę eſt adepta
poſſeſſionem Carbonianam in hæreditate patris,
poteſt poſſidere feudum. Alex.in l.pri. num. 7. C.
7 de Carbo. edicto,quia edictum Carbonianum ha-
bet locum in feudis. Iaſ.in tracta. feu. in pri. nume.
Cur etiam in ſuo tracta.feu.in 3.par.prin.ibi,expe
dita igitur prima,num. 10.& licet finito feudo, fi-
niatur poſſeſſio, dicitur tamen continuare, ſi ſit du
rante prima.glo.Pari.num. 173. & 174. tit. pri.§.
8 30.Donec.) Et quouſque,& repetit. Pau.de Caſt.
in conſ. 86. poſt num. 9.pri.vol.De eo iudicetur.)
9 Quod filia mortuo patre debet in poſſeſſione feu-
di manere,donec de feudo probetur & iudicetur,
Deci.in conſi.467.num. 10. Probatione vero hinc
inde ceſſante, electio iuriſiurandi filiæ danda eſt.)
Et quandoque agnatis vt ſupra eo.c.pri. pro vt ca-
dit præſumptio in beneficium alterius ipſorum, vt
10 hic in glo. fin. nam iuramentum defertur ei, pro
quo eſt præſumptio. §. Sacramentum. de conſue.
recti feu.

Declarato textu; impugnatur eius determina-
tio. Et primò,omnis terra eſt Principis. Geneſis.
47.dicitur,emit Ioſeph omnẽ terrã Egipti,vẽdẽti-
bus ſingulis poſſeſſiones ſuas præmagnitudine fa-
mis,ſubiecitque eam Pharaoni.& ſic debet eſſe do
mini,& non filiæ: etiam quia licet arguere a dictis
prophetarum.not. in c.pri. de ſent. & re iudi. in 6.
Secundò,feudum eſt extra hæreditatem. Affli. de
capi.Corra.in pri.num.7. poſt med.ſucceſſiue filia
quæ ſuccedit vt hęres, vt hic præſupponitur, non
admittitur: quia per deſtructionem antecedentis.
glo.in cap.pen.in ver.mundus.43.diſt. infertur ad
deſtructionem conſequentis. glo.in c.charitas, lo
4.in ver.non credit,de pœni.diſt.2.Tertiò,de his,
quæ poſſidemus, cum aduerſario litigare & con-
tendere, etiam verbis non debemus. Archi. in c.
conſuetudo,in pri.16.q.6.

His non obſtantibus, determinatur contrarium.
Et ratio eſt,quia bona in dubio præſumuntur allo
dialia & libera. Deci.in conſ.413.num. 7. niſi pro-
bentur feudalia. Idem Deci.in conſi.424.poſt nu.
7.& 8.vel ſubiecta. Pau.de Caſt. in conſi. 169. nu.
pri.pri.vol.late Fre. de Subfe. lib.2.ibi, vigeſima-
nona

nona authoritas, poſt num. 4. vnde ne fiant circunuentiones aduerſus fœminas, prout faciliter fiunt propter. §. his conſequenter. Auc. de æquali. doris; poſt med. noluerunt compilatores lucrum fieri ex homine, qui in lite eſſe cœperit. l. Iulianus. §. fi. ff. de rei vend. ſed quaſi poſſeſſio feudalis ſufficit ad transferendum onus probandi in contradicentem, gl. 3. Pari. nu. 5. tit. pri. §. 9.

Qua ſtante, non obſtat Primum; nam illud eſt locale, & propterea vt ibi, dator Regi quinta omnium, & non extenditur; quia non quod vni ſigillatim conceditur, ſtatim omnibus conuenit, c. hinc eſt. 16. q. pri. Non obſtat Secundum, nam licet feudum ſit extra hæreditatem, uenit tamen in petitione hæreditatis, Pernus in 4. notabili, colu. 5. in pri. cum tribus ſeq. maxime ſi feudum eſt hæreditariū. Iſer. qui ſucce. tene. lo pri. cir. fi. Vltimum non obſtat, nam non obſtante reformatione poſſeſſionis, integra proprietatis cauſa ſeruatur. l. uni. C. ſi de momenta, poſſe. fuerit appella. & ſic firma remanet.
21 concluſio, quòd dominus ſi prætendit feudum, & filia allodium, filia manutenetur in poſſeſſione. Idē in ſorore qui debet immitti in poſſeſſione bonorū fratris poſt illius mortem. Deci. in d. conſ. 424. & 655. ante num. pri. vſque ad 2. & dixi ſupra in cap. præced. Et habet locum, tam ſi controuertitur qualitas rei, quàm etiam ſi qualitas ſtatus. l. quod Labeo. de Carbo. edi. l. pri. & ibi glo. pri. eo. tit. C. de carbo. edi. & immittitur in poſſeſſionem, non ſolùm allodialium, ſed etiam & feudalium quo vſque iudicetur. Deci. in d. conſi. 467. num. 10. & 11. Intellige tamen, ſi teſtator illa poſſidebat tempore mortis. Deci. in conſi. 588. poſt num. 9. & ſi a principio tantum fuit petita poſſeſſio, ſecus ſi dominiū. Idem Deci. in conſi. 517. poſt numerum 8. & ſtabit in poſſeſſione donec probetur & iudicetur, vt ſupra, uel niſi dominus haberet probationes in promptu, quòd eſſet feudum. Iſer. hic, & Alua. ſupra eo. c. pri. poſt nu. 5.
22 Nota quòd filia hæres inſtituta, debet mitti in poſſeſſionem, non ſolum allodialium, uerum etiam & feudalium, quæ pater dum vixit tenebat. Cur. in tracta. feu. tertia par. prin. in pri. nu. 25. etiam quòd in feudo regulariter non ſuccedat, & in hoc agnati non ſunt legitimi contradictores. Iaſ. in l. edicto. numero 26. C. de edi. diui Adri. tollen. & ſupra in c. præce. Ita nec dominus, ut hic, vnde. l. fi. de edicto di
23 ui Adri. procedit in feudo hæreditario, ſecus in feudo ex pacto & prouidentia. Fre. de formu. inueſt. lib. 3. ibi, differentiæ inter feuda ex pacto & prouidentia, ver. decimoſeptimo, & ſi fœmina eſt in poſſeſſione, & nō poteſt probare per inueſtituram vel breue teſtatum, quòd pater fuit inueſtitus eo pacto quòd fœminæ ſuccedant, datur iuramentum filiæ. Iſer. hic, ſicut & maſculo. Affli. in c. pri. ante & poſt num. 39. de contro. inueſt. uel ad filiam pertinere non iure feudi, ſed tanquam allodium. Alex. in conſi. 87. num. 6. 6. uol. Alcia. de præſumptio. in 3. reg. 2. princi. & licet in dubio, vt ſupra, præſumitur allodium, niſi probetur feudum. Deci. in d. conſilio 467. columna 2. poſt num. 8. & 498. num. 3. & 468. numero 6. tamen vt ſit feudum, ſex requirun-
24 tur. in con. feu. diuer. 2. numero 31. per quæ uerba præſumatur, & quando non, in con. feu. diuerſ. pri. num. 15. 17. 18. 41. 42. 46. & 54. Regulam cum quinque limit. ponit Alcia. in tracta. præſumpt. in 2. reg. princi. ibi, tertiò præſumitur, quid in eccleſia. Fre. vbi ſupra, lib. 2. ibi, vigeſimanona authoritas ver. ſecundo intellige, & de form. inueſt. lib. 3. ibi, ſed poſtquam, numero 22. & ibi, inter quaternata. 34. cir. fi. & 35. Inueſtitura & iuramentum fidelitatis, arguunt rem eſſe feudalem, in d. conſ. 2. diuer. num. 27. vel ſi tanquam feudalis in ſupplicatione & priuilegio exprimitur. Alex. in conſi. 29. col. pen. in. fi. & fi. in pri. poſt num. 25. 5. uol. & præſumitur feudum ſi longinquo tempore fuit præſtitum ſeruicium, niſi appareat quòd prætextu alicuius cauſæ ſit præſtitum, uel qui præſtitit ſeruitia, non fuiſſet in tenuta rei, ſed alius; nam tunc contra tertium nō præſumitur infeudatio. Prepo. ſupra in prelud. poſt num. 56. Sed quomodo appellatur hic in textu feudum, ſi erat controuerſia ſi eſt feudum, uel non? dic, quòd plerumque appellatur id quod de facto eſt, & de iure non tenet, in d. con. diuer. pri. num. 864. cir. pri.

SVMMARIVM.

1 *Mores, ideſt, aſſidui actus hominum.*
2 *Lege cauetur interdum quod conſuetudine non habetur.*
3 *Dominus poteſt concedere feudum vt ventis ſub conditione, quando morietur.*
4 *Iura conſiderant quod euenire poteſt.*
5 *Conditionalis diſpoſitio, non ſumit effectum ante adimpletam conditionem.*
6 *Conceſſio facta de feudo viuentis per prælatum, non tenet: & quare.*
7 *Niſi, dictio ſtat exceptiue, quandoque exemplificatiue.*
8 *Feudum viuentis poteſt concedi, ſed ſumit effectum ſequuta morte tenentis,*
9 *Dominus poteſt concedere feudum viuentis, quod reuerti ſperabatur.*
10 *Rex ſi conceſſit feudum Martini, credens eum mortuum, cum viueret, conceſſio feudi non tenet. Quid ſi dixit vacaſſe uno modo, ſed vacauit alio.*

AD §. MORIBVS.

1 MOribus.) Ideſt aſſiduis actis hominū. Archi. in cap. 2. in pri. diſt. iure ciuili, quod eſt moribus receptum. l. pri. in glo. 2. ff. de donatio. inter virū & vxo. vel moribus, ideſt conſuetudine feudorum. Aluar. in §. denique. poſt pri. ſupra, quę ſit
2 prima cau. bene. ami. ſeu moribus naturalibus non ciuilibus tantum, cum omnis lex fundata ſit ſuper bonis moribus ciuilibus & ęquitate, Abb. in c. cum contingat, num. 5. cir. med. de iureiura. moribus pocius quàm de iure. in ſimi. idem Abb. in c. queſtioni. in pri. de appella. moribus & conſuetudine eſt introductum. l. de quibus, de legibus. l. ſi ſibi. de adoptionibus. glo. in l. curator. ff. de iudicijs. Receptū eſt.) Quia quandoque lege cauetur, ſed cōſuetudine nō habetur. Affli. in §. ſi quis hominem. nu. 7. cir. med. de pace tene. & pręſupponit eſſe rationabilē; nam mos irrationabilis non ualet. Iſer. in 2. queſt. prelu. numero 28. in fi. & in c. pri. num. 10. cir. med. quo tempore miles. Dominū de feudo militis ſui, quod poſt mortem ipſius ad dominū reuerti ſperabatur,

in

in alium militẽ inueſtituram facere poſſe.) Et ſic
dominus poteſt concedere feudum viuentis ſub
conditione, quando morietur: & hoc de ſpeciali
conſuetudine feudorum, Soci. in conſ. 53. num. 3.
3. vol. Intellige, ſi ſit cum conſenſu illius qui tenet,
licet contrarium teneat hic textus in fi. verſ. ſub con
ditione, etiam quòd non ſit in genere, ſed de feu-
do Titij, in ſpecie. Cagnol. in l. fi. nu. 132. & 133.
4 C. de pactis. nam iura conſiderant quod euenire
poteſt. Affli. in c. pri. nu. 12. de ſucce. feu. & condi-
tio cum ſemel extitit, perinde habetur, ac ſi illo tẽ
pore quo ſtipulatio interpoſita eſt, ſine conditio-
ne facta eſſet. l. potior. ff. qui potiores in pig. Quæ
inueſtitura tunc demum capiet effectum, cum feu
5 dum domino aut hæredi ſuo fuerit apertum.) Nã
diſpoſitio conditionalis non ſumit effectum ante
adimpletam cõditionem, Affli. in c. ſi quis per 30.
in 3. not. in fi. poſt nu. 7. infra eo. Secus.) Ideſt ali-
ter. Gram. in verſ. ſecus. Eſt in eccleſiaſticis pſonis:
nam ſi eccleſiaſtica perſona.] De qua in c. pri. de
his qui feu. dare poſſunt. & epiſco. vel Abb. Talem
faciat inueſtituram non valebit.) Quia ius prælati
6 conſiſtit in ſola adminiſtratione, & non habet ex
ſucceſſione, ſed per electionem. Cap. in ver. feudo-
rum genera, ibi, de caducitate ſucceſſionis, colum.
7 3. in fi. Niſi.) Exceptiue, ponitur quandoque exẽ-
pli cauſa. Archi. in capi. placuit. in pri. 13. quæſt. 2.
Sibi, non etiam ſucceſſori ſuo feudum aperiatur.)
capit. pri. qui ſucce. tenea. licet Mediolanenſes di-
cant, quòd ſemper valet, dummodo primus vaſal-
lus non ſentiat detrimentum. Odoff. in ſum. qua-
liter fiat inueſti. Et in tali inueſtitura (facta per lai-
cum, conſenſus eius de cuius feudo fit, exquiri nõ
oportet, intellige quando fit ſub conditione, ſecus
ſi pure. Cag. vbi ſupra in d. l. fi. nu. 132.

Declarato textu dubia reddebatur eius deciſio.
Et primò, nam huiuſmodi pacta non valent. l. fi.
C. de pactis. vltra quòd de alieno largiri & facere
gratiam, eſt ſpecies furti. Bal. in §. inter pares. nu. 5.
in fi. de lege Corra. in c. pri. an agna. poſt num. 20.
& de allodijs. poſt nume. 17. Secundò, pactum
non valet quando reſpicit ſucceſſionem tertij, de
cuius vita paciſcentes erant incerti. Bald. in conſi.
83. 4. vol. hic erat incertum quanto tempore poſ-
ſeſſor erat victurus: nam licet ſit certum eum mo-
riturum, diem tamen incertum habet mors eius. l.
pri. ff. de condi. & demonſtra. Vltimò, pactum de
hæreditate uiuentis nõ valet. l. pri. ff. de her. vel act.
vend. improbum enim eſt, eſſe ſollicitum de hære-
ditate viui. l. 2. §. interdum. de vulga. & pupilla. etiã
quod poſt mortem videatur valere. Nam quod ab
initio non valet, tractu temporis recõualeſcere
non poteſt. c. Imperialem. in fi. pri. de prohi. feu.
alie. per Fre.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium: & ra
tio eſt, quia ſicut ſpes in contractibus tranſmittitur
ad hæredes. glo. fin. in l. ſub conditione. de condi.
inde. poteſt emi, & propter illam lex poſtliminij
impedit filium petere bonorum poſſeſſionem in
bonis liberti. glo. pri. & 2. in l. propter. ff. fami. erci.
ita ratione ſpei dicitur quid debitum, non vt nunc
efficaciter. gloſ. in l. quod nomine. d. tit. de con-
di. indeb. ſed prout tunc ſequuta morte tenentis,
vt hic.

Qua ſtante, non obſtat primum: nam in ſimili
quis vtendo iure ſuo, non dicitur fraudare ſubſti-
tutum, Ludo. de Moli. de Hiſpa. primog. lib. 2. c. 5.
nu. 26. in fi. Non obſtat Secundum, nam in feudis
valet pactum inter duos, in defectu iuris tertij, vt
hic Affli. in d. tit. qui ſucceſſo. tenea. lo 2. in 2. not.
poſt nu. 2. & in c. 2. in pri. not. num. pri. de feu. da-
to in uicem leg. comm. Non obſtat vltimum, nam
quod ab initio eſt inutile, euentu confirmatur. l. 2.
ff. quod iuſſu, vltra quòd de intellectu illius reg. di
xi late in d. c. Imperialem. cir. fin. pri. & ſic firma re
8 manet concluſio, quòd feudum viuentis poteſt cõ
cedi: ſumit tamen effectum ſequuta morte tenen-
tis, regulam cum ſex ampliationibus & quatuor li-
mita. ponit Cap. vbi ſupra in ver. feudorum gene-
ra ibi, de caducitate ſucceſſionis, per totũ. Intellige
tamen, tam ſi fiat a ſeculari, quàm prælato, dum-
modo qui tenebat deceſſerit in vita prælati vt hic.
vbi Aluar. cir. pri. & procedit non ſolum in feudo,
verum etiam & in pacto futuræ ſucceſſionis, quod
cum iuramẽto tenet. Affli. in d. tit. qui ſucce. tenea.
c. pri. nu. 4. cum diſt. de qua Bal. in d. c. 2. num. pri.
de feu. dato in uicem leg. commi. & valet etiam ſi
ne conſenſus primi vaſalli. idem Bal. hic poſt med.
habet tamen locum, dummodo fiat mentio iuris
tertij, aliàs non valeret. Deci. in conſi. 689. nu. 16.
& ſumit effectum per mortem primi, vt hic, cum
ius quæſitum per primam conceſſionem, non tolli
tur per ſecundam, etiam quod vltima fiat per Sum
mum Pontificem. idem Deci. in conſ. 303. nu. 12.
& 13. 580. nu. 9. & 640. nu. 10. & 11. Alex. in cõſ.
5. poſt nu. 5. 5. vol. & clauſula, non obſtante, requi
rit ſpecialem mentionem. idem Alex. in conſ. 155.
nu. 3. & 4. 6. vol. inſuper tranſit in ſecundum natu
ralis poſſeſſio, ſi primus habuit inueſtituram vali-
dam & efficacẽ. Alex. in conſi. 81. ante & poſt nu.
18. 3. vol. & procedit iure iſto, ſecus de iure canoni
co, cuius diſpoſitione nemo poteſt poni in loco vi
uentis. l. 2. in ver. alius. ff. de decurionibus, nec te-
net promiſſio vacaturæ. Inn. in c. ex tenore. in fi. de
conceſſ. præben. niſi fiat per Summum Pontificẽ,
ad quem ſolum ſpectat conceſſio vacaturarum.
Iſer. hic cir. medi. & non inueſtitur ſecundus, niſi
citetur primus. Alexand. in conſilio 44. nume. 3.
3. volum.

Nota quod pro feudis & alijs quibus iure ſcri-
pto non vtimur, datur condictio ex moribus. Spe-
cul. in tit. de actione ſeu petitione. §. 2. num. 50. cir.
med. item quòd mos, conſuetudo & mores diuer-
ſo modo capiuntur. Arch. in capi. mos eſt. cir. med.
pri. diſt. & quod mos antiquus ſeruatur. glo. pri. in
l. more maiorum. de iuriſd. om. iud. & mos regio-
nis inſpicitur. l. pri. §. fin. de ventre inſpi. & quod
moris eſt, iuris eſt. Archi. in c. pri. cir. pri. 13. quæſt.
2. ideo attenditur in iudicijs. l. fin. in fi. C. de iniu-
rijs: Iſer. in c. pri. nume. 4. cir. fin. ſi de inueſti. inter
domi. & vaſa. quæſtio. oria. & in legis conſtitutio-
ne ſeruatur. Lucas in l. 3. poſt pri. de iure rei publi.
9 Item nota, quòd poteſt dominus concedere feu-
dum, quod reuerti ſperabatur. ſupra, qui ſucce. te-
ne. lo pri. & 2. c. ſi quis. de feu. dato inuicem legis
comm. & in c. pri. de clerico qui inueſt. fecit.
10. Quid ſi Rex conceſſit Titio feudum Martini,
credens eum mortuum, & viuebat? dic quòd con-
ceſſio non tenet. Iſer. & Affli. hic. num. 2. & in d. c.
pri. in pri. not. in fi. qui ſucce. tenea. etiam quòd po-
ſtea moriatur. Fre. de Subſ. lib. 2. ibi, vndecimò quæ
ro. nu. 6. vel feudum alia ex cauſa domino aperia-
tur. Deci. in conſi. 144. in pri. dubio, col. 2. cir. pri.
ibi, ſecundo principaliter. Cag. in d. l. fin. num. 72.

de

de pactis, nam ſi in conceſſione exprimitur unus
modus alienationis, non venit alius. Loffr. hic, niſi
dixiſſet de feudo deuoluto vel deuoluendo, aliàs
non deberetur; quia error imperitiam conſenſus de-
tegit, l. ſi per errorem, de iuriſ. & donauit ex una
cauſa, quæ non reperitur vera, Aluar. hic num. 7. &
poſt, & quod vacauit per mortem ſeu quocunq;
alio modo. c. ſuſceptum, cum ibi not. de reſcriptis,
in 6. & in c. nemo, de electio. eo. lib. 6. aliàs ſi domi
nus dedit feudum quod vacauit vno modo, & aſ-
ſeruit vocaſſe alio, non tenet. Præpo. hic, cir. medi.
ſicut interdum aget qui inſula fuit, inſula appelle-
tur, l. inſula. in fi. de acquiren. rerum domi. tamen ſi
non tradidit iſto modo, etiam quod potuiſſet, l. Iu-
lianus. ff. de curatore fur. non valet. & infertur ad
ea quæ dicit Cap. in verſi. feudorum inueſtituræ,
col. pen. cir. fi. & intellige textum illum, quod pro-
cedat in eo qui poteſt dare inueſtituram, & reuo-
care. Iſer. hic, poſt medi. & Affli. quæ ſint reg. capi
tu. pri. nume. 110. & in Deciſ. 292. nume. 5. ita
vt non poſſit etiam Vicarius Regis, Minadois in
conſi. 31.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus ſi inficiatur feudum, vel feudi partem, ſiue conditionem, ex certa ſcientia, & de mendatio conuincatur, amittit feudum.*
2 *Inde, deinde, exinde, & proinde, verba quid ſignificant.*
3 *Abnegatio promiſſi.*
4 *Expoliare, verbum ſumitur in bona ſignificatione, ſed generaliter notat uitium, & uiolentiam.*
5 *Alius, dictio ex proprio ſignificata implicat ſimilia.*
6 *Negatio per mendacium aliud eſt, & aliud non manifeſtare rem negatam.*
7 *Celans per ignorantiam non doloſe, non amittit feudum.*
8 *Vaſallus inficiando feudum, ſi poſtea conuincatur illud amittit.*
9 *Mendacium quid; & in quibus punitur mendax.*
10 *Negatio feudi triplex.*
11 *Fallax dicitur, qui fando decipit.*
12 *Recuſans obedire ſuperiori, ſpoliat illum ſubiectione.*

AD §. VASALLVS.

1 VAſallus) Inficiana feudum vel feudi
partem, ſiue conditionem, ex certa
ſcientia, de mendatio conuictus amit
tit feudum. Cur. in tra. feu. in 4. par.
prin. 19. cau. nu. 41. intellige quando confeſſio fit
per principalem, ſecus ſi per procuratorem. Alex.
in ſimil. in conſi. 83. poſt num. 34. & 5. pri. uolum.
& fit cum iuramento. Fte. de Subfeu. lib. 2. ibi, ter-
tia authoritas. poſt num. 36. & in cauſa Odoffr. in
Sum. quibus modis feu. amitta. num. 103. ex certa
ſcientia, ſecus ſi ignoranter. Præpo. hic in pri. quia
ignorans ſubuenitur. Hoſti. in Sum. de feu. ibi, qui-
bus modis feu cau. feu. ami. col. 2. in pri. & per do-
lum ſeu latam culpam, & ita intelliguntur iura quæ
dant pœnam neganti. Aluar. hic. col. 4. cir. med. &
poſt, & tam ſi inficiatur feudum, quàm feudi par-
tem, aut feudi conditionem.] Vnde ſi fatetur vaſal
lus conceſſionem, ſed negat pacta, amittit feudū.
Idem ſi celet protocollum vel breue teſtatum. Præ
po. hic. & Affli. nu. 14. & ſic qui conuenitur, cogi-
tur negare vel manifeſtare, cōfiteri vel negare; nec
ſufficit ſi dicat, dubito, ſed dēt dicere, ſe credere vel
nō credere. gl. 2. in l. ſi pro quacūq; qualiter quis ſe
defendere debet, in Longobar. Et inde.] Deinde,
2 exinde & perinde. Gramm. in ver. inde. Conuicta
fuerit, eo quòd abnegauit.] l. ad Titium. c. pri. Feu-
dum eius) Sibi commiſſum, nam abnegamus no-
3 bis creditum, vel quod promiſimus. Gramma. in
ver. abnego. Vel conditionem, expoliabitur,] Per
modum iudiciarium, non violentum. Aluar. hic nu.
pri. cit. fin. & ſic expoliare ſumitur in bona ſignifi-
4 catione, licet generaliter notet vitium & violen-
tiam: Archi. in c. prios. 3. quæſt. 2. & hoc tam ſi ne-
gauit ſe vaſallum, & conuincitur de mendatio. Caſ
ſa. in conſu. Burg. rub. 3. §. 4. ibi, apres le dit. nume.
10. Deci. in c. ceterum. num. 16. de iudicijs, quàm
ſi negat fraudulenter feudum ſpectare ad domi-
num. Bal. in d. c. ceterum. num. 6. Abb. num. 21. &
Fely. nu. 18. & intellige, quando negat corpus feu
di, ſecus ſi quædam prædia vel iura ipſius feudi.
Glo. Pariſ. tit. pri. §. 30. poſt num. 165. Alius,] Quę
5 dictio ex ſui ſignificatu implicat ſimilia glo. fi. in l.
ſi fugitiui. C. de ſeruis fugi. & repetit eandem qua
litatem, quæ erat in primo. Zab. in cle. 2. nu. 2. de
rebus eccle. non aliena. Autem vaſallus, quamuis
Hoc.) Quod ille negabat. Sciens nō patefaciat, feu
6 dum tamē retinet.) Nam aliud eſt negare rem per
mendacium, & aliud eſt non manifeſtare rem ne-
gatam. Aluar. hic, num. 4. & in §. fin. de lege Cor-
ra. etiam quòd videbat conuaſſallum inficiari &
negare, & ſciebat quòd mentiebatur, negans. Iſer.
hic cir. fi. etiam quòd ſciat per alium ſenſum quàm
per viſum, & quomodocunque ſciat. in ſimi. Zaba.
in clem. pri. in pri. nume. 12. in fi. de ſenten. excom.
Aut ſi aliam rem domini celauerit,) Simpliciter &
7 per ignorantiam, ſecus ſi ſcienter? aliàs veniret cō-
tra iuramentum fidelitatis, faciendo difficile quod
erat facile. Aluar. hic colum. 3. in fi. & 4. poſt nu-
me. 5. Vaſallus feudum tamen non amittit.] Aliàs
amitteret, vt per Iſer. hic, in fi. quia tunc celare eſt
aliquid facere. Io. And. in capitu. hæc conſultatio.
nume. 5. de rebus eccle. non aliena. in 6. & idem eſt
quod occultare; nam cella, a celando dicitur, & il-
lius appellatione loca ſecreta & ſolitaria veniunt
contemplationi deputata, glo. in c. priuilegium, in
ver. ſecreta. ubi Geminia. nume. 2. & 5. de uerbor.
ſign. in 6.

Declarato textu reddebatur dubia eius conſul-
tatio. Et primò, negare non eſt aliud, quàm rē du-
biam facere. Bal. in conſi. 128. poſt nu. 25. volum.
qui dubitat, habetur pro ignorante. glo. pri. in l. fi.
C. de condi. indeb. ignorans non amittit feudum,
ut hic, ergo nec qui negat, nam ubi eſt eadē æqui-
tas, eadem debet eſſe ratio. l. pen. in glo. fin. ff. de fi-
deiuſſio. nomi. & hære. tuto. Secundò, actus iudi-
catur ſecundum uoluntatem agentium, unde etiā
quod uaſallus neget, & iſtud ſit malum, uoluntas
& actio non informatē ex apprehenſione ſequenti,
ſed ex præcedenti. Diuus Thomas ad Romanos. c.
14. ibi, ſed hoc iudicate. col. pri. in fi. & 2. cit. prin.
Vnde attento principio, propter mendacium, non
ageretur ad duplum. gl. fi. in l. ſi decem. ff. de ſtatu-
libe. Vltimò, ſi vaſallus non publicauit mendatium

alterius,

alterius,ipſe teneatur: nam unicuique mandauit Deus de proximo ſuo. Eccleſiaſti. 17. tanto magis, quia propter hoc,probatio domini redderetur di-ficilis:& nihilominus tenetur vaſallus illam facere facilem & poſſibilem. c.pri.de forma fideli.

His non obſtantibus,ſeruatur contrarium,& ratio eſt, quia uaſallus in iudicio interrogatus ſi negat, tanquam dolo uerſatus amittit dominium. l. non alienum.ubi ſum. Bart.ff.de interrog. actio.& punitur ex ſuo mendatio.l.pri.§.pen. in uer. eſſet. in fi. ſi quadrupes paupe.feciſſe dica.

Qua ſtante,non obſtat Primum, nam aliud eſt ſi negat ſimpliciter,ut hic;aliud ſi dubitatiue,nam tunc non amitteret feudum. Iac.de Ardiz. in Sum. qb.cau.feu.ami.uaſa. Nõ obſt.Secũdum, nã actus humani dũ de uirtute, laude,pręmio uel pęna tractatur,ex uoluntate ſpontanea facientis, coactione aut caſu conſiderandi ſunt. Loffr.ex inte.Philo. in conſi.48.num.3.cir.med. unde ſi ſcienter negat feudum amittit. Iſer.hic in pri. Non obſtat Vltimum,nam iſte textus intelligitur, dummodo non celet per dolũ. Iſer. hic in fi. ex ſic firma remanet
8 concluſio,quòd uaſallus infitiando feudum,ſi poſtea conuenitur,illud amittit.

Extende,tam ſi negatio fiat in iudicio,quàm extra:tam ſi ſit maior,quàm minor, qui in hoc non reſtituitur,marito & uxore, Epiſcopo,Abbate & alio pręlato.glo.Pari.in 3.quæſt.15.& 16.nu. 25. 26.69.70.83.uſque ad 94.nu.pri.§.30. Ita ſi negat dominum eſſe dominum feudi, nam eo ipſo cadit a iure feudi. Abb.in c.cęterum. nu.21. de iudicijs. idem in eo qui negat ſe poſſidere,nam amittit poſſeſſionem.l.qui petitorio.& l.fi.& glo. 2.in l.officium.ff.de rei uend.& amittit feudum,etiam quod reuocet confeſſionem,nam confeſſus, non poſſet poſtea infirmare.l.quidã. ff.de donatio. Aluar.hic, nume.6. idem ſi vendit feudum uti rem Burgenſaticam,nam amittit ipſo iure. Afflict.in Deci.255. vel recepit inueſtituram ab alio. Abb. in conſi.5. nu.5.2.vol.& procedit tam ſi negat feudum, quã ſi dixit quod eſt ſine fidelitate. Odoffr. in d.Sum. quibus modis feu.ami.nu.100.& 101.quia negando non ſolum negat illam qualitatẽ,ſed omnia quę ſequuntur ex illa.gl.in limi.in c.eccleſia veſtra. in ver.vocato.de electio. Aluar.hic,num.pri.regulam cum ampliatio.ponit Iacobi.in ver.dictique vaſalli.nu.16.34.vſque ad 36.Limitat quinque modis glo.prædicta Pari.§.30.nu.5.vſque ad 9. vbi etiam nu.29.quòd non ſufficit negatio perfunctoria,nec ſi pręlatus negaret ſe eſſe pręlatum,& recuſaret facere fidelitatem.ibi.nu.118. lo 2. Item non haberet locum in emphiteota & libellatio. Præpo. hic in fi.& Affli.num.9.Cur.in tracta.feu. in 2.quæſt. pri.par.num.3.glo.pri.Pari.tit.2.§.52.nu.166.vſque ad 170.vbi,nec in cenſu, etiam quòd de uno ad aliud valeat argumentum. Nec haberet locum ſi ſuccederet in ius alterius, quia tunc poſſet licite negare. Aluar.hic col.4.in fi. & probaretur ignorãtia iuramento.gl.prædicta Pari.§.30.nu.157. item non procedit,ſi antequam conuincatur pęnitentia ductus confeſſionem reuocaret.Cap. in ver.feudatariorum excuſationes,ibi pęnitentia. in limi.in fi. cõtra gl.prædi.§.30.nu.27. Rurſus procedit,quãdo ſimpliciter negat,ſecus ſi reſpondeat dubitatiue:nam tunc habetur pro ignorante non confeſſo, niſi fuiſſet datus terminus ad deliberate reſpondẽdum, Aluar.hic,num.9.& 18.& Affl. in c.vaſallus feudum.num. 3.infra eo.& qui negauit, poteſt poſtea fateri ante litis conteſtationem,poſtea non. l.electio.§.neque.iuncta glo. in ver.poteris. ff.de noxalibus. Præpo. hic num.pri.cir.fin.& 2. Vltimò procedit,quando fecit hoc fraudulenter, vel eſſet craſſa & ſupina ignorantia. Iſer.hic cir.pri.& in §.ſi fuerit.num.15.de lege Corra. Aluar.hic volum.4. poſt pri.& grauius punitur,cui fuit maius conceſſum. Iſer.in §.porro.nu.25.quæ ſit prima cau.bene,amittẽ.Sed non ſeruatur in regno, nam negans cõditionem feudi ſcienter non perdit, ſed quadruplum tantum eius quod negauit amittat. Iſer.hic. cir.fi.& in conſt.ſi vaſallus.poſt med.de fideiuſſ.da vaſa.ſicut diminute ſoluens adobam. Cap.in ver. feuda adohant.col.fin. in pri. & ſic creſcit inficistione,licet quędam ſint ab initio dupplicata. l.itẽ veniunt.§.cum prædiximus.iuncta gl.in ver.ſimplum.ff.de petitio. hæred.

Nota quòd habẽmus mendacium,machinationem,& dolum. Azo in ſum. in pri. de dolo malo,
9 mendacium autem eſt falſa ſignificatio vocis,cum intentione fallendi.gl.pri.ex intenti. D. Auguſt.in l.de ętate.§.ſi cum eſſet.ff.de interroga.actio.& cõſiſtit etiam in operibus ſimulatis. Odoffr. in ſum. quid in fidelitate contine.cir.fin.eſt culpa. Afflic. hic.nu.13.in fi.ab eo eſt cauendum,maximè a perfectis. Lucas in l.2.col.pri.poſt medi.C.de incolis. nam aliò modo mentire dicitur, quaſi contra mentem ire. Iſer.in §.ſi fuerit. num. 16. de lege Corra. quia contra mentem & conſcientiam loquitur. Lucas in l.2.col.2.cir.medi.C.de tabular.ſcrib.logogra.& periurus quaſi perdens ius. Archi.in c.in nouo.22.quæſt.pri. amittit enim rem ſuper qua peierauit. l.pri.de periurijs.in Longobar.amittit manum & efficitur infamis.l.2.cum duabus ſeq.d.tit. de periurijs. vltra quod negationes conſueuerunt pręiudicare in caſibus a iure expreſſis. Bal.in conſ. 364.cir.fi.5.vol. Occaſione ipſius fideiuſſor amittit beneficium diuiſionis.l.ſi dubitet.§.pri.ff.de fideiuſſo.inficiantibus beneficium diuiſionis nõ eſt indulgendum. Azo in ſum. Inſt.de fideiuſſo. poſt nu.3.prior in tempore efficitur poſterior propter mendacium, Aut.item poſſeſſor. C. qui potior. in pign.in noxalib.qui negat ſuũ animal,tenetur inſolidum.l.pri.§.pen.§.ſi quadrupes paupe. feciſſe dica,amittit beneficium Velleiani,quę iurauit ſe matremfamilias,cum non ſit.l.eum qui,&c. l.ſed & ſi. ff.quod cum eo.l.ſi mulier.ad Velleia.qui negat ſe ſocium, amittit priuilegium, ne teneatur vltra quàm facere poteſt.l.ſi vnus ex ſocijs. in fi. ff.pro ſocio.reus mendax amittit poſſeſſionem, & transfertur in aduerſarium,ſi conſtat de mendatio. Bal. in conſi.201. col.2.3. uolu. punitur in tranſlatione poſſeſſionis.glo.fin.in l.fin.ff.de rei vend. & nõ auditur.§.illud quoque,cum ibi not. Auth.de triẽ. & ſemi.ſed quare hic amittit feudum,& non ſufficit transferre poſſeſſionem in dominum. Iſer. hic dicit quod forte hoc, quia dominus habet ciuilem poſſeſſionem, vnde parum perderet feudatarius, ſi amitteret tantum poſſeſſionem, vel amittit poſſeſſionem in illis,quia negauit ſe poſſidere:propterea probato mendatio,transfertur poſſeſſio. hic negat feudum,vel tenere a domino, ideo amittit feudum,intellige ſi eſt dñs feud. aliàs nullum dominium transferre poſſet.l.ſi noxale.cir. fin.ff.de noxal,& non amittit totum, ſed rem celatam tantũ, ſecundum com.opi. Caſſ.in cõſu. Burg.rub.3. §.3. in fi.

in fi. & in pri. nu. 1. Aluar. hic nu. 3. & in c. uaſallus,
lo 2. infra eodem.

Quid ſi eſt dominus ratione duorum caſtrorũ,
& uaſallus negat eſſe dominum uti Comitem, ſed
fatetur vt Ducem? gl. Par. nu. 5. tit. 1. §. 31. nam eſt
10 triplex negatio feudi, c. 4. gl. §. 30. nu. 9. & quomo-
do procedetur. Iſer. hic uidetur concludere, quòd
datur libellus, & conteſtatur lis, in qua ſi reus per
ſiſtit in negatione, poterit actor dicere quod vult
eum conuincere de mendacio, & conuictus amit-
tit feudum, niſi probaret errorem, vel quòd igno-
rabat poſſidere. d. §. ſi fuerit. de lege Corra. & excu
ſatur probabili ignorantia. Prec. lib. 2. c. 45. quæſt.
24. nu. 3. & re integra poſſet confiteri, & pęnam
euitare. l. de ætate. §. fin. in gl. fin. de interrog. actio.
aliàs ſi conſumauit delictum mentiendo, non eſ-
ſet locus pœnitentiæ, & in feudalibus etiam con-
fitenti noceret. Loffre. in conſi. 44 nu. 8. cir. med.
quia modo prædicto diceretur negare, Bal. in c. 1.
num. 1. de conte. inter domi. & vaſa. de inueſtitu. &
non euitat pœnam ſtatuti. Ang. de maleſic. in uer.
comparuerunt dicti inquiſiti, ibi, quid autem, car.
637. colum. 1.

Sed propter negationem vel felloniã, cui acqui
ratur feudum, domino mediato vel mediato? glo.
10. Pari. in 10. quæſt. nume. 45. tit. pri. §. 37. & ſic
habemus mendacium. in con. fen. diuer. 9. numero
46. Archid. in c. beatus. (vbi etiam quid ſit mentiri.
22. queſtio. 2.) Ignorantiam errorem, & titubatio
nem, quæ ſunt diuerſa. Azo in Sum. de iuris & fa-
cti ignor. in princ. & fallacem, qui fando decipit,
11 & id agit vnde quiſque fallatur, licet non omnis
qui mentitur vult fallere, quia quando quis facit,
quod non debuit facere, dicitur, talis fecit magnã
fallaciam. Lombardi dicunt magnum fallum. Ar-
12 chidiac. in cap. dictum. 30. quæſtio. 1. & in c. apud
32. quæſtio. 1. ultra quòd recuſans obedire ſupe-
riori, per illam recuſationem dicitur ſpoliare ſu-
periorem ſubiectione. not. in cap. 2. de teſtibus. in
6. quid ſi recognoſcat in dominum non dominũ.
Abb. in cap. uerum. numero 30. de foro compet.
vel iurat fidelitatem cui non debet, in præiudiciũ
ſuperioris. in cap. ex te. numero 3. & 5. de iureiur.
Limita per eundem in cap. cum olim. poſt nume.
18. de re iud. nec gaudet indulgentia delictorum
facta per Principem, quia negat ſe deliquiſſe: nam
qui vult ueniam, debet confiteri peccata, Affli. in
cap. naturales. in 4. nota. poſt num. 3. & in fi. infra
eod. & qui paſciſcitur, confitetur delictum, l. non
damnatos. in ver. numeraſſent. C. ex quibus cau. in
fa. irroga. qui remittit ſe gratiæ & miſericordiæ po
teſtatis, per hoc fatetur: tamen ſi gratia non fit, re
ponitur in priſtino ſtatu. Alex. in conſi. 70. nume.
10. 1. uolum. & debet benigne tractari, nam non
cenſetur contuliſſe abſolutum arbitrium; ſed ciui-
liter illa uerba intelliguntur. Iacob. in uer. Prin-
ceps Pedemontium. ibi, ſed an Princeps. not. 6. Af-
fli. in §. inſuper, poſt nu. 8. de prohi. feu. aliena. per
Frec. ſi vaſallus ſciens in odium domini alium ſu-
ſcitauit, ut ea occaſione illum turbaret, amittit feu-
dum. glo. Pari. tit. 1. §. 42. nu. 64.

SVMMARIVM.

1 *Si quis, in ſtatutis non comprehendit, ſi qua.*
2 *Per, ſignificat rem perfectam.*
3 *Annus ab annulo dicitur, eo quòd in ſe redit per circulum quaſi annulus.*
4 *Præſcriptio vt currat in feudis, quæ requiruntur.*
5 *Tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum.*
6 *Quamuis, dictio eſt aduerſatiua, & de eius natura eſt ut ponatur inter ea, quæ ſunt eiuſdem generis.*
7 *Temporis longinquitate habetur, quod ſine priuilegio haberi non poteſt.*
8 *Conſenſus tacitus habetur pro titulo.*
9 *Præſcriptio habet uim contractus, & æquiparatur pacto.*
10 *Inueſtitura allegatur, & probatur, poſſeſſio. 30. annorum.*
11 *Feudum præſcribitur 30. annis, ſit tanto tempore poſſedit cum præſtatione ſeruitij.*
12 *Præſcriptio eſt contra ius naturale, conſiſtit in bono, ſed non in æquo: eſt iniquum præſidium.*
13 *Præſcriptionis ſpecies, quis poteſt præſcribere, & contra quem, & quando non.*
14 *Præſcriptione cum titulo acquiritur utile dominiũ, & parit exceptionem, et quæ currit contra dominum.*
15 *Dominus, & is qui præſcripſit, ſi concurrunt contra tertium quis præferatur, is præfertur qui prius meruit ſententiam.*
16 *Dominus directus & vtilis, ſi concurrunt in agendo, præfertur habens directum.*
17 *Utile dominium habentes ſi concurrunt in agendo, ſecundus præfertur.*
18 *Teſtes pares numero & qualitate, ſi ſunt pro utraque parte, quid faciet iudex.*

AD §. SIQVIS.

SIQVIS.) In ſtatutis hoc uerbo, ſi
1 quis, non comprehenditur, ſi qua. Al
beri. in l. ſicuti, nume. 2. C. de uentre
in poſſe. mitte. & patet, quia ſi com-
prehenditur, eſſet ſuperfluum, in con
ſuet. ſi quis uel ſi qua. de ſucce. ab inteſt. & hic nõ
venit, quia non poteſt ſeruire. Iſer. in §. hoc autem.
num. 17. in fi. de his qui feu. dare poſſ. quod requiri
2 tur in præſcriptione, ut infra. Per,) Significat rem
perfectam. Alberi. in l. urbana. de uerbo. ſign. &
temporis conſummationẽ. & ſic Triginta annos.)
Completos. Præpo. hic in prin. licet alibi, per, expo
natur, propter. Archi. in c. generalis. in prin. 54. di-
ſtin. dicitur autem, annus, ab annulo. & quòd in ſe
3 redit per circulum, quaſi annulus. Gramm. in uer.
annus. Rem aliquam; ut feudum poſſederit, & ſer
uitium domino exhibuerit.) Nam ut currat præ-
4 ſcriptio, requiritur bona fides, contra glo. hic in
con. diuer. pri. num. 194. uſque ad 196. quòd poſ-
ſederit per 30. annos continuos, ſine interruptio-
ne: & eſt ſpeciale in feudo, ut non præſcribatur mi
nori tempore. In eccleſia & priuatis requiruntur
40. gl. Pari. tit. 1. §. 7. poſt nume. 10. quod poſſideat
ut dominus, & credat ſe dominum. Pau. de Caſ. in
conſilio 440. colum. ſecunda, in princ. 1. uolum.
quod ſeruiuit pro tali re tanquam uaſallus. Bar. in
l. ſolent. §. non uero. numero nono, de offic. pro-
conſ. Item ſcienter faciat ut præſcribat, ſecus ſi
ignoranter. Pau. de Caſtr. in conſilio 364. colum.
fina. in princ. pri. uolum. & ſic non ſufficit quòd
ſimpliciter poſſideat rem feudalem, ſed requiritur
quod poſſideat rem illam formaliter tanquam ua
ſallus, & appareat ex aliqua feudali præſtatione
facta domino feudi, ab ipſo poſſidente tanquam

 uaſallo.

vaſallo. Alex. in conſi. 169. num. 4. 2. volum. & illa
poſſeſſio & præſtatio ſemper debet haberi tanquã
feudalis, & eſſe vniformem. Alnar. hic, numero 2.
vſque ad 3. Dec. in conſi. 144. nu. 4. debet eſſe for-
mis, ideſt tanquam feudalis, & non informis. Bald.
hic num. 6. in deformibus enim non cadit conſue-
tudo, præſcriptio, neque certa præſumptio. Idem
Bald. in conſi. 21. num. 2. 4. volum. tenetur etiam
nominare, per quem eſt facta inueſtitura. Affli. in
§. fin. in fi. de notis feu. in dubio præſcripto feudo,
cenſetur præſcriptum ſecundũ naturam feudi. Præ
po. in §. præterea. poſt nu. 1. quid ſit inueſt. & præ-
ſcriptum ſuſcipit ordinariam eius naturam. Idem
Præpo. hic, num. 1. poſt medi. & præſcriptionum,
quædam ſunt per quas auſertur ius vni, & datur al
teri; quædam per quas vni auſertur, ſed alteri non
datur; immo extinguitur. Pau. de Caſt. in conſilio
22. col. 4. cir. fi. 2. vol. Primo caſu, tertius præſcri-
bit contra dominum, & contra vaſallum. d. gl. Par.
titu. 1. §. 7. poſt num. 9. & contra dominum etiam
habentem directum dominium, remanente utili
penes vaſallum, & econtra. Abb. in c. ſi diligenti.
num. 8. & in c. ad audientiam. nu. 14 & 16. de præ
ſcriptio. præſcribitur contra baronem, qui habet
a Rege, non contra ipſum Regẽ. Pau. de Caſt. in l.
ſunt & aliæ. §. fin. in lect. noua. ff. de Publicia. in rẽ
actio. & duo domini vel duo vaſalli, vnus contra
alium. d. glo. Pari. §. 7. poſt num. 13. & præſcribitur
vtile, quandoque directum. Aluar. in c. pri. num. 3.
poſt med. de feu. non haben. propriam feu. natu.
Secundo caſu præſcribitur contra dominum præ-
ſcriptione longiſſima, ut infra cum Iſer. verum tã-
5 tum pręſcriptum quantum poſſeſſum, & non plus.
Zabar. in clem. vni. num. 16. cir. fin. de renunciatio.
tantũmet tale pręſcribitur, quantum eſt quale poſ
ſidetur. glo. prædi. Pari. §. 7. poſt num. 34. non ex-
tenditur vltra poſſeſſa. Zaba. in clem. vni. in princ.
colum. 7. in prin. de ſupple. negli. prælato. quia non
plus habet de effectu, quàm de vſu. glo. Pari. titu.
1. §. 12. poſt num. 126. & non intelligitur præſcri-
ptum, niſi quod præſcriptum probatur. Archid. in
c. quicunque 16. quæſt. 1. Quamuis,) Quæ eſt di-
6 ctio aduerſatiua, & de eius natura eſt, ut ponatur
inter ea quæ ſunt eiuſdem generis. Iaſ. in l. vinum.
num. 21. ſi certum pet. De ea re nõ ſit inueſtitus)
Nam per dictam poſſeſſionem cum præſtationẽ
ſeruitij, præſumitur inueſtitura. Affli. in conſt. quã
plurimum. in 9. not. num. 39. de adiuto. exig. quæ
cum ſcientia Principis vera uel præſumpta. Bal. in
conſi. 397. num. 3. 5. volum. dicitur inueſtitura pre
ſumpta. Affl. in conſt. conſuetudinem. in 2. no. poſt
num. 2. & in conſt. quadragenalem. nu. 4. cir. med.
de præſcripi. ſicut ex poſſeſſione 30. annorum cũ
ſeruitio præſumitur donatio. Iſer. in §. illud quo-
que præcipimus. numero 67. cir. fin. de prohi. feu.
aliena. per Frec. etiam quòd non habeatur con-
ſenſus eius, contra quem præſcribitur. Alexand. in
conſilio 92. poſt nume. 26. 6. volum. ius temporis
diuturnitate quęſiuit. l. poſſeſſores. in ver. quocun
que. C. de fund. patr. præſcriptione tamen trigintą
7 annorum ſe tueri poteſt. Nam temporis longin-
quitate habetur, quod ſine priuilegio haberi non
poſſit: & quod poteſt per priuilegium, poteſt per
præſcriptionem. Zaba. in clem. 2. §. fin. poſt nume-
rum tertium. de relig. domin. inſuper tacitus con-
8 ſenſus habetur pro titulo. Archidiaco. in cap. nul-
lus. poſt princ. 1. quæſt. 1. & allegata inueſtitura lo
9 co ipſius probabit curſum temporis 30. annorũ,
cum præſtatione ſeruitij, ex quibus inducitur in-
ueſtitura præſumpta, quæ tuetur vaſallum. Cam.
in cap. Imperialem. car. 8. colum. 1. poſt princ. de
prohib. feud. aliena. per Frec. & quia virtus ſtat
in opponendo. glo. prædicta. Pari. §. 7. poſt nume.
18. practicam tradidit Affli. in conſt. quadragena-
lem. nume. 7. ubi Iſer. in fi. Modum articulandi &
probandi ponit idem Affl. in conſt. ſi dubitatio. nu
mero nono, de probatio. per inſtru. & in d. conſt.
10 conſuetudinem. in 2. not. tunc iſta præſcriptio ha-
bet uim contractus, & æquiperatur pacto. Frec.
de form. inueſtitu. libro 3. ibi, differentię inter feu-
da ex pacto & prouidentia. ver. quarto. poſt med.
& ſi eſt longiſſimi temporis, & continuata cum
præſtatione ſeruitij inducit conſtitutionem feudi.
Aluar. in cap. fin. num. 2. de feu. dato in uicem le-
gis commiſ.
Declarato textu, dubia reddebatur eius conclu
ſio. Et primò, præſcriptio & alienatio æquiperan-
tur. Affli. in §. ex eadem lege. numero 11. cir. fin. de
lege Corra. quia vſucapio dicitur alienatio legã-
lis. not. in l. vſucapio. C. de pignor. ſed feudum
non poteſt alienari, toto tit. de prohi. feu. aliena.
per Frec. ita nec præſcribi, cum alienatio & acqui
ſitio per præſcriptionem ſint correlatiua. Curt. in
tracta. feud. in tertia quæſtio. ſecunda par. princip.
numero ſecundo, tanto magis, quia plus videtur
poſſe fieri per conuentionem quam per tempus.
l. ſed ſi. in glo. prima, poſt princ. ff. de ſeruitu. ur-
ba. prædio. Secundò, prohibita alienatione, pro-
hibetur vſucapio. l. bonæfidei. in uer. pupilli. de
acquiren. rerum domin. vnde qui poteſt redime-
re, & paſſus eſt labi tempus, in fauorem empto-
ris, cenſetur tacite alienare. Frec. de ſubfe. libro
ſecundo, ibi, pluribus. num. 109. cir. med. ſed non
ſolum eſt prohibita alienatio, ſed etiam præſcri-
ptio. d. cap. Imperialem. in fine princip. & nulla in
cumbatio diuturna, proprietatis fiſcalis, priuile-
gium abolere poterit. l. ſecunda, C. de fundis & ſal
ti. rei domin. Vltimò, ſi eſt locus præſcriptioni,
uidetur quod ſufficiat poſſeſſio unius anni, cum
ſcientia domini & præſtatione ſeruitii. capitu. fin.
ſi de inueſtit. inter domin. & vaſa. lis oria. cap. 1.
iuncta glo. in uer. aliquo tempore. de conſue. re-
cti feu. tanto magis, quia in feudis qualis qualis oc
caſio ſufficit ad præſcribendum propter ſeruitia,
quæ dominus percipit. Bal. in conſi. 301. poſt nu.
9. 1. uolum.
Hiis non obſtantibus, ſeruatur contrarium. Et
ratio fuit, propter libertatem ſubditorum, ne de iu
re ſuo ſemper dubitent, & eſt pœna legalis. Præ-
po. hic, numero primo, cir. med. vel ne dominia
ſint ſub incerto. l. prima, ff. de uſucapio, aliàs nul-
lus finis rei inueniretur. l. ſi finita. §. ſi poſtea. de
damno infecto. vnde pro bono publico eſt in-
troducta. gloſſ. fina. in leg. prima. ff. de negotijs
geſtis.
Quibus ſtantibus, non obſtat Primum: nam
non valet argumentum, non poteſt alienari, ergò
nec uſucapi. glo. penul. cir. fin. in l. fin. C. in qui-
bus cau. in integr. reſtitu. non eſt neceſ. l. magis. in
glo. tertia, ff. de rebus eorum. nam plus operatur
præſcriptiò quàm pactum. l. pri. in glo. 3. in fine.
ff. famil. ercil. facit quod dicit Pernus in primo no
tabi. colum. 10. cir. medium, Non obſtat Secun-
dum, nam illud procedit quando nititur præ-
ſcriptioni

ſcriptioni tantum, ſecus ſi dicat donatum vel inueſtitum, & prob it ea diuturnitate temporis. Iſern. in §.illud quoque præcipimus. numero 70. cir.med.de prohi.feud.aliena.per Fred. vel intelligitur de longa, non de longiſſima poſſeſſione, ut ibi per Iſer. Non obſtat vltimum, nam aut loquimur de conſtitutione feudi, & requiruntur 30.anno.vt hic, aut non apparet quis præceſſit titulus, ſed tantum allegatur inueſtitura, & tunc ſufficit annus. Bald.in capit.fin.numero pri. de feud. dato in uicem leg.comm. Aluar.hic colum.ſecunda, cir.med.poſt numerum tertium, hoc modo, ſi biennij tempus fuit emenſum, omnis poſſeſſionis, & dominij iure carebit qui ſiluit. l.qui agro. C. de omni agro deſer. vel licet ex patientia annali præſumatur titulus, regulariter contra. Affli. in cap. ſecundo, in 10.not. numero octauo, ſi de inueſt. inter domi. & vaſa. lis oria. cum temporalis præſtatio alicuius ſummę, ad perpetuum præiudicium trahenda non ſit. Bald.in l.epiſtola.§.fin. ff. de pactis, & ſic firma remanet concluſio, quòd feudum præſcribitur 30.annis, ſi tanto tempore poſſedit cum præſtatione ſeruitij. Intellige, quòd ſicut vaſallus poſſidens præſcribit, ita dominus poſſit præſcribere actionem ad prçſtandum ſeruitium. Abb.in cap.nouit, numero ſeptimo, io ſi.de iudicijs. & in cap.ad audicutiam. ubi Felin de prçſcriptio. & præſcribit ſpatiò 30. annorum, ſicut eccleſia contra laicum. Ioan. And. in capitu. primo, numero ſexto, de præſcriptio. in ſexto, & laicus contra eccleſiam de iure Longobardorum. l. ſi quis Longobardus. de præſcriptio.in Longobard. idem in iure immiſcendi vel adeundi: nam iura iſta etiam præſcribuntur ſpatio triginta annorum. Alexand. in conſilio 129. numero vigeſimo, & 172. numero tertio, ſexto volum. Bald. in conſilio 450. numero primo, quarto volum. & 386. numero quarto, & octano. quinto volum.& præſcribitur, non ſolum dominium vtile ſed directum. Aut.niſi tricennale. & ibi glo. C. de bonis mater.& Aut. ut eccleſia Romana.in ver. tempus.vſucapitur vtile dominium, non vt amittatur directum.l. cum ſponſus. §. in vectigalibus. io glo. pri. & ſeq. de publicia. ſed dominium pro parte diminuitur.glo. tertia.io l.vſusfructus, la ſecunda, ff.de vſufruct. & currit præſcriptio prædicta, etiam quòd dominus non ſit præſens, ſecus in annali præſcriptione. Affli.de conſue.recti feu. in pri.numero decimotertio. nam illa vel alia minoris temporis non currit ignoranti. Bal.in §. por ro. poſt numerum ſecundum, qualiter feudum alienari poſſit. Idẽ in præſcriptione ſtatutaria, quę procedit etiam contra minorem. Caſſan. in conſuet. Burgun. rubr. 3.§.ſecundo, in pri.numero 8. nam tempus ſubrogatum in loco alterius, ſapit eandem naturam. Aluar. hic, num. 5. in fi.& præſcribit dominium cum ſolo. l.numquam.& l.ſi ſolum. l.ſi aliena.§.1.ff.de vſucapio.

Intellige tamen, non habere locum contra eccleſiam, quia requiruntur.40.anno. Abb.in cap.fi. numero 33. de præſcriptio.& ex titulo prætenſo ab eccleſia longo tempore contra eam præſcribit. Bald.in conſilio 209. numero 3. 3. volum. & eccleſiaſticas perſonas. Caſſan. in conſuet. Burgun. rub.13. §.8.in prin.num.15.licet ſecundum Alex. in conſ.92.in 8.dubio, num.28.6.vol. ſint opiniones, etiam ſi tenuit feudum ſpatio 30. anno. debet prçſtari ſeruitium, & tenere feudum. Odoffr.in Sum.quomodo acqui.feu.& intellige, ſi iſta inneſtitura præſumpta eſt cauſata ab eo, qui poteſt facere ueram. Cam.in d.c.Imperialem.in pri.car. 8. colum.ſecunda, poſt med. & quando cum feudo vult præſcribere, quidquid eſt plantatum vel radicatum cum eo, ſeu vult præſcribere iuriſdictionẽ ſubalternam, ſecus ſi gentes liberas vellet præſcribere in ſubditas. Bald.in conſi.432. numero 3. 3. volum.& habet locum, niſi præſcriptio eſſet interrupta. Affl. in cap.fin. ante & poſt num.11.de feudo dato in uicem leg.comm. poſſeſſio enim ut inducat præſcriptionem, requiritur quòd ſit continuata & pacifica.no.in c.cum de beneficio. de prçben.in 6.& procedit in tertio contra dominum vel vaſallum, ſecus in domino: quia non præſcribit contra vaſallum, nec vaſallus contra dominum. Boer.in deciſ.211.num.10.& 12. niſi ſaltem centum annis vel tempore immemoriali. glo. 6. Pari. poſt num.2.tit.pri.§.37. amplia. & limi.ponit eadem glo.1.in pri.§.7.in pri.& ſic feudatarius & libellarius qui tenent prædia prçcarie non prçſcribunt.l.ſi finita.§.ſi de uectigalibus.in gl.fi.de damno infe.nec vſufructuarius uel eius hæres.l. neq;. & ibi gl.fi.C.de vſuf.& hab. licet fiſcus præſcribat contra priuatum petentem feudum ab eo. Affl.hic in pri.nu.5. quia quando ſuperuenit contraria ratio prætenti vſus, extinguitur vſus. Bal.in §. ſi quis de manſo.nu.12.de controu.inueſt. & procedit in iuribus feudalibus, ſecus in fundis patrimonialibus, & inter fratres, quia requiruntur 40.ann.l.fi. C.de fundis patrimo.l.ſi inter fratres.d.tit. de præſcript. in Longobar. ad circumſcribendum ciuitatis iura, longi temporis præſcriptio non proficit.l. ſi diligenter. de aquæductu. In fundis limitrophis cuiuslibet temporis ſpacio, præſcriptione ceſſante a defenſoribus vindicantur. l.fi.C.de fund.limitro. in quçſtionibus agralibus quinque pedum præſcriptione ſubmota, finalis iurgij quçſtio terminatur. l. quinque pedum. C.fini.regun. & contra fiſcum iure Longobardorum duplicatur, & ſic requiruntur, 60.l.de poſſeſſione.& l.reminiſcimur. d.tit.de prçſcriptio. in longo.

Nota, quòd prçſcriptio eſt contra ius naturale, gentium, & naturalem æquitatem; quia tuetur illum qui habet ius contra verum dominum; vnde conſiſtit in bono propter lites dirimendas, ſed non in æquo. nam eſt iniquum præſidium, & reus vtens præſcriptione peccat. Caſſan.conſuet. Burg. rubr. 13. §.8.in prin. numero 7.8.21.& 23. licet in beneficijs & cæteris contractibus, præſcriptiones currere ſaôs humanum, & rationi congruum videtur, de capitulis extraordin.& alterius compilatio. colum. 4. cir. med.& differunt conſuetudo, & prçſcriptio. Archidiac.in cap.fin.poſt prin. 18. quæſtio. 2.& quandoque non poteſt conſuetudo id quod priuilegium. Zabar. in clem. pri. in uerſ. ſane. poſt nume. pri.de priuileg. ſunt autem mul-
13 tæ ſpecies prçſcriptionis, vnius horæ, unius diei, duorum, trium, vſque ad 40.& 100.annos. de quibus late Hoſt. in Sum.de prçſcripti.rerum immo. §.quot ſint eius ſpecies. glo.pri.in conſti. duram, & diram. de præſcriptio. de præſcriptione duorum vel trium dierum. glo.rub.de diuer.temp.præſcrip. de alia decem. glo. fin.in cap.poſt quingentos.16.quæſtio.3.de illa dierum 60. l.auxilium.in uer. ceſſabit. ff. de minori.vnius anni.l.ſecunda, &

ſeq. de requiren. reis. quinque anno. l. 2. de lta. defuncto. l. pri. 2. & l. ſi quis Longobardus. d. titu. de præſcriptio. in Longobar. & 20. ann. d. l. pri. & ſeq. de requir. reis. & alia quæ proſequi eſt magis laborioſum quàm ſubtile. Azo in Sum. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. in fi. & de diuer. tempo. præſcri. num. 5. & ſic tempus in multis tollit ius partis. Affli. in conſt. dilationis. in pri. not. de delatio. & fuit inductum propter libertatem ſubditorum, ne de iure ſuo ſemper dubitent. Idem Affli. in §. porro. nume. 34. cir. fin. quæ ſit prima cau. benc. amit. Bald. hic num. 5. eſt exceptio litis finitæ, & poteſt opponi ante proceſſum, & ad merita. Præpo. hic poſt pri. debet & poteſt ſuppleri per iudicem, etiã ſi non fuerit oppoſita a parte. Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 3. §. 8. in fi. numero quarto, vltra tamen dicta in limitationibus, epiſcopus non præſcribet, quæ contra ius commune vſurpauit. Arch. in cap. quia. in pri. 10. quæſtio. 3. & licet præſcribat eccleſiam, non præſcribit populum. Idem Archi. in c. ſicut 16. quæſtio. 3. dominus vtendo ex plenitudine poteſtatis, non quærit poſſeſſionem, nec præſcribit. Archi. in c. nolumus. cir. fin. 16. quæſt. 4. vaſallus licet non præſcribat iura fidelitatis, & homagij, præſcribit tamen alia iura & alia deueria. Caſſ. in conſuet. Burg. rub. 3. §. pri. ibi. dedans lan. & leoiur apres la tres pas. num. 13. in fi. præſcribit receptionem perceptorum, ſed non ius ipſum percipiendi, liberatur ab obligatione momentanea, non a ſucceſſiua. d. glo. d. Par. §. 7. poſt num. 16. & 31. quomodo præſcribit directum dominium, & ſi cadit a poſſeſſione, an recuperet. Io. Aret. ad Spec. in rubr. de præſcriptionibus. colum. 2. in fin. & §. ſi eſt feudum hæreditarium, pręſcriptio feudi facta contra patrem, nocet filio, ſecus in feudo ex pacto & prouidentia, quia cum ſit grauatus reſtituere feudum, quaſi quodam onere fideicommiſſi alienare non potuit. & qui præſcribit non habet cauſam a uerò domino, ſed tãtum a tradẽte. Frec. de formul. inueſt. lib. 3. ibi, differentię, inter feuda ex pacto & prouidentia. vers. quarto, & quatenus eſt tranſmiſſibile, operatur præſcriptio & nõ plus. Bald. in l. ſumma. nume. 24. de rerum diuiſ. in ſpetie, an feudum præſcriptum tranſeat ad hęredes, idem Bald. in l. liberti libertęque. numero 31. C. de operis libert. nullus autem poteſt præſcribere totum vel aliquod capitulum iuriſdictionis Epiſcopalis, niſi Epiſcopus ſciat. Innoc. in capit. conquærente. numero tertio, de off. ordi. vicarius non præiudicat Epiſcopo, ſi eo inſcio per 40. annos ſoluit reditum alteri eccleſiæ non propriæ. Ioan. And. in cap. fin. numero primo, colum. 2. de offic. vicarij. in 6. plena exemptio per ſubditum præſcribi non poteſt, poteſt tamen ſubditus præſcribi ab alijs, & ipſe ſubditus certas libertates. Io. And. in cap. cum perſonæ, poſt numerum primum, de priuileg. in 6. iuriſdictio eſt impræſcriptibilis contra dominum. Archi. in cap. conquæſtus. cir. med. 9. quæſtio. 3. Quod eſt merę facultatis nunquam præſcribitur. Caſſan. vbi ſupra. rub. 11. §. quarto. ibi, ſi bon. & rub. 13. §. octauo, numero 12. & 15. glo. 14. Pariſ. titu. primo, §. primo, poſt num. decimumquintum. Vnde ſi hoſpitatur, cum datur prandium, etiam quòd millies fiat, non præſcribitur, niſi petierit, tanquam ex debito, & acquieuit. Archid. in cap. fin. cir. med. 18. quęſtio. 12, in conſ. feu. diuerſ. 52. poſt numerum duodecimum. fundus limitatus non præſcribitur. cap. quicumque. cir. fin. 16. quæſtio. tertio. præſtatio priuati canonis, non præſcribitur. l. fin. in ver. quadraginta. in fi. C. de fundis patri, ſicut nec præſtatio tributi, & ea quæ ſunt in recognitionem vniuerſalis dominij. l. competit. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. res fiſci vel publicę non poſſunt vſucapi. glo. fin. in l. pri. C. de præſcrip. longi tempo. actio ſemel præſcriptione eliſa præ nimia verecundia, nõ audet erigere telum. Azo in Sum. de præſcript. 30. vel 40. annor. numero ſexto. In regno præſcribitur feudum integrum, vel eius quota, Lucas in l. rura. in fine. C. de omni agro deſer. & in l. 2. in prin. eo. titu. ſecus in rebus particularibus feudi, nam illæ nunquam vllo tempore præſcribuntur. Affl. in deciſ. 254. numero quarto, & 267. numero ſecundo, nec illarum alienatio valet ſine aſſenſu. Lucas in l. 2. cir. fin. C. de agro. & cenſ. in l. vni. colum. 4. cir. fin. C. de reis poſtula. Cap. in capit. Imperialem. §. vnde Imperator. ibi, & prædictis. de prohib. feu. aliena. per Franc. Affl. in capit. fin. in pri. not. de feu. dato in uicem leg. commi. & §. quid ergò. numero nono, de inueſtit. de re alien. facta. vnde uniuerſus grex, & non corpora ſingularia vſucapiuntur. l. 3. in ver. uendicari. cir. med. ff. de rei vendi. & poſſidere vel uſucapere vniuerſa non reſpicit ſingula. Ioan. And. in capit. Romana. in fi. poſt numerum octauum, de pœnit. & remiſ. in ſexto. nam multa ſunt licita inſolidum, quæ pro parte non licent: & totum feudum poteſt alienari æquali, ſed non pars. Aluar. in §. ex eadem lege. numero quarto, de lege Corra. & intellige in eo qood poteſt tradi: nam quod non poteſt tradi, non poteſt præſcribi, nec occupari. Lucas in l. ſecunda, colum. tertia, cir. pri. C. quando & quibus quarta pars debea. Sicut non poteſt acquiri tempore, quod non poteſt remitti. l. nam ſatis. in uer. poſſunt. quemadmo. ſerui. amit. & ſic præſcriptio inducitur pro feudo, & contra feudum. Odofr. in Sum. verum in feudo præſcrip. currat. & dominus, quæ contra ius communi uſurpat in damnum ſubditi, non præſcribit. Lucas in l. litibus. colum. ſecunda, cir. medium, d. titu. C. de agri. & cenſ. ècontra, ſine titulo apto præſcribitur libertas. l. ſi ædes. in glo. pri. in fi. de ſeruitu. vrban. prædio. & ſi ſunt incorporalia, poſſeſſio illorum probatur per duos vel tres actus. Bald. in in §. ſi uero, numero primo, quid ſit inueſt. ipſi uerò non inducunt conſuetudinem vel præſcriptionem, ſicut aqua per ſe fluens: quia non eſt res animata. oportet ergò aliquem vſum intercedere. Idem Bald. in §. ſi quis de manſo. num. 14. & 17. de contro. inueſt.

14 Nota etiam, quòd præſcriptione cum titulo acquiritur utile dominium. Bald. in conſilio 249. cir. fin. ſecundo volum. nam antiquitas eſt cauſa præſcribendi. Idem Bald. in conſilio 351. poſt numerum ſextum, pri. vol. & parit exceptionem contra omnem hominem. l. pri. in gloſ. fin. poſt med. C. ſi aduerſ. cred. & non tollit ipſo iure, ſed ope exceptionis. Alexan. in conſilio 177. numero decimotertio, & 228. numero octauo, ſexto uolum. ſola poſſeſſio non facit præſumere inueſtituram. Affl. de contentio. inter domi. & uaſal. nu. 2. vnde Iſer. in pri. dicit, quòd ſi vaſallus poſſedit feudum, & pro eo præſtitit ſeruitium per 30. ann. completos. Alua. hic in pri. pręſumitur inueſtitus,

& erit

& erit tutus præſcriptione, quia tali tempore ius tollitur. l. ſi quis per 30. de præſcriptio. in Longobar. etiam quòd ſit actio de dote. Bal. in conſi. 231. 4. volum. vel poſſeſſorium recuperandæ. Alex. in conſi. 167. poſt nume. 8. 6. uolum. Sed contra dicit Iſer. feuda dicuntur proceſſiſſe de publico. §. optimum. Auth. de exhibe. reis. iuri publico vt præſcribatur, requirũtur centũ anni, vt in conſti. quadriennalem, ſucceſſiue non ſufficiunt. 30. Replicat tamen, quòd hic, licet tractetur de feudis, præſcribitur contra priuatum, non contra fiſcum. Videtur tamẽ, dicit ipſe, quòd lex ꝙ prohibet præſcribi contra ius publicũ ſit generalis, & indiſtincte loquatur, & ſucceſſiue ſic debet intelligi. Lex enim generalis, quamuis loquatur in caſu particulari, nihilominus eſt generaliter intelligenda. Alexand. in conſi. 51. nume. 6. 7. uol. Sed negatur aſſumptum, nam immo diſtinguitur. glo. in l. ab hoſtibus. §. pri. in ver. prætor. cir. med. ex quibus cau. maio. adeo quòd contra fiſcum datur præſcriptio. l. fin. C. de ſacroſanc. eccle. contra tertium, qui dicit ſe inueſtitum, tuetur præſcriptione, de qua hic. In regno in acquiſitis requiritur centenaria, ut in d. conſti. quadriennalem, in acquirendis ſeruatur. l. intra. & l. in omnibus. ff. de diuer. & tempora. præſcr. & ſufficiunt. 20. anni. Pau. de Caſt. in conſi. 314 nume. 2. in fi. prin. pri. volum. Iterum inſtat Iſer. contra textum. immo videtur, dicit ipſe, quòd hodie in feudis, & contra dominum nulla ſit præſcriptio. d. c. imperialem. in fi. pri. Iſer. ſe remittit. Tu dic, quòd non currit domino ignoranti. Bald. in §. porro. nume. 3. cir. fin. quali. feu. alienari poſſit, & intelligitur de longa, non de longiſſima, & quando dominus non poſſidet. Idem Bal. in §. quid ergò. numero 2. de inueſti. de re aliena facta. in tãtum, quòd ſi ſtatutum tollit præſcriptionem, non intelligitur de pręſcriptione centum anno. & tanti temporis, cuius memoria non exiſtit in contrarium. Alexan. in conſi. 16. nume. 26. 5. uolum. præſcriptione ſubmota, non tollitur præſcriptio longiſſima. Caſſa. pro & contra, in conſu. Burg. rub. 4. §. 18. ibi, non obſtant. nume. 2 & 3. Aluar. in §. pręterea. colum. 3. cir. med. & num. 5. de capi. Corra. & non præſcribit contra feudum, ſed per pręſtationem ſeruitij tanto tempore, præſumitur facta inueſtitura, ſicut in emphyteota. Iſer. hic, nam præſtatio uniformis longiſſimo tempore, probat contractum libellarium ſiue emphyteuticum. Soci. in conſi. 50. num. 9. 4. uolum. non per receptionem ſolam ſeruitiorum, ſed per receptionem præſcriptam. Bald. in d. capitu. fin. in fi. de feu. dato in uicẽ leg. comm. ſcientia, & patientia eſt propria iuris feudorum, nam prædatiua & abuſiua poſſeſſio nihil operatur. idem Bal. de contro. inueſt. in pri. nu. 6. cir. fi. & non ſufficit ſola præſtatio ſeruitiorum, vt ſupra, ſicut ſola ſalarij perceptio non facit aliquem decurionem. l. Herennius. ff. de decurio. ſed requiritur etiam cauſa; nam poſſeſſio ſine cauſa poſſidendi, non ſufficit ad præſcriptionem, licet longiſſimo tempore aliquid gratis præſtitum ſit. glo. 2. in capitu. 10. quæſtione tertia. nam quod fit gratis, non debet duci ad neceſſitatem. l. ſolet. in glo. fin. ff. de offic. proconſ. & ſic præſtatio, niſi ſit longo tempore facta & continuata, non inducit probationem tituli allegati, maxime contra fiſcum, contra quem longiori tempore præſcribitur. Loffred. in conſi. 36. ante & in numero ſexto, Bald. in capitu. 2. numero quarto. ſi de inueſti. inter domi. & vaſa. li. oria. Et quod dicitur de præſtatione ſeruitij, intellige quando dominus uoluit, & requiſiuit. Iſer. hic poſt pri. nam ſi uaſallus eſt paratus, & nõ præſtitit, quia eũ dñs non requiſiuit, non priuatur feudo quantocunque tempore ſteterit, etiã 30. annis. Iaco. de Ardizo. in Sum. vtrum præſcri. acqui. feu. cir. pri. Iſer. in §. illud quoque præcipimus. poſt nume. 68. de prohi. feu. aliena. per Fred. Afflict. in conſtitu. conſuetudinem. nume. 5. d. titu. de præſcriptio. & quando eſt præſcriptum, remanet eadem actio, ſed corrupta. glo. pri. in l. ſi poſt acceptum. de rei vendica. vnde vaſallus ſi poſſidet, habet exceptionem contra quemlibet agentem, & actionem contra quemlibet poſſeſſorem extraneum, ſed non contra dominum. Iaco. de Ardizo. in d. Sum. circa fi. caueat propterea præſcribens, ne cadat a poſſeſſione rei præſcriptæ, quia ſi ei opponitur de mala fide, vix poterit recuperare. Caſſa. ubi ſupra rub. 13. §. 8. in pri. nume. 26. Aluar. hic poſt numerũ quartũ. ibi, tertia quæſtio, licet habeat ius uendicandi. Bald. in capitu. fin. col. 2. de feu. dato inuic. leg. comm. & filius ſuccedat. Aluar. hic nume. 6. & Iacobi. in ver. ita quod. in pri. nume. 14.

15. Quid ſi dominus, & is qui præſcripſit, concurrunt contra tertium, quis præfertur. glo. hic excitat quæſtio. & Aluar. poſt numerũ quart. Iſer. ex intentione quorumdam, dicit habentem directum præferri. l. ſi quis emptionis. in ver. actionem non ſolum. C. de pſcri. 30. vel 40. an. Alij tenent, ꝙ pręferatur ſecundus, quia dominus & primus præſcriptor perdiderunt præſcriptione alterius, & ſucceſſiuè præſcriptor pręfertur domino. Iſer. videtur tenere quòd præferatur ille, qui per ſentẽtiam peruenit ad poſſeſſionem feudi, præſtita cautione. l. is a quo. de rei vendi. Innoc. in capitu. cum ſuper. poſt nume. 3. & ſequen. de ſenten. & re iudi. Archidiac. in capitu. ſi monachus. cir. fin. 16. quæſtio. pri. Zaba. in clemen. pri. poſt numerũ quintũ. de ſenten. & re iudic. & primò uincenti datur cum cautione. Io. And. in capitu. pri. nume. 4. & 6. de conceſ. pręben. in 6 & intereſſe triplex, propter quod tertius poſſet ſi opponere, in quo admittitur, an poſſit impedire executionem, aſſiſtere, & appellare, facere eoſdem articulos uel contrarios, & ſi agitur ſuper iure ſubiectionis, an præiudicet ſuperiori. Caſſa. in conſu. Burgun. rub. 5. §. 3. ibi, ſi nõ en tant. numero tertio. licet cautio ſit res fragilis. Azo in Sum. C. de procura. poſt nume. 25. & C. ad Trebelliã. nume. 11. in pri. & d. l. is a quo. non procedit, quando poſſeſſio vacat. in conſi. feu. diuer. ori. nume. 110. Et ſi plures prætendunt ſe patronos, vaſallus offerendo ſe paratum obſequia præſtare illi qui verus patronus declarabitur, non moleſtatur. glo. Panſ. 9. titu. pri. §. pri. nume. 3. in paribus cauſis melior eſt conditio occupantis. l. diuus Pius. in glo. cir. med. reg. iuris, & dicitur occupaſſe, qui prius meruit ſententiam. l. ſi quis a multis. ff. de noxali. l. inter eos. in glo. 2. de re iudica. in l. pluribus. ff. de procurato. ubi Bald. capitu. ſi duo. in verſicu. litis. de procurato. in 6. in actione noxali, ei debetur ſeruus, qui prius peruenit ad ſententiam, non ei qui prior egit. Azo in Sum. C. de noxali. nume. 20. in fin. Si duo impetrent idem beneficium, qui primò ad prouiſionem & conditionem peruenit ille pręfertur. glo. mag. circa med.

in capitu. ſi ſoli. de confeſſi. in 6. præfertur ille qui priorem titulum & traditionem habuit. Pau. de Caſt.in conſi.95.poſt pri.2. volum. Archidiac. in c.pri.cir.fin.29.quæſt.pri. qui habet a ſede apoſtolica,etiam prioribus prefertur.Ioan.An. in c.& cui.de preben.in 6.

Quid fiet,quando multi concurrunt ad eandem præbeudam?idem Io.in capitu.ibi qui. poſt aume.2.& capitu.quę relam.de reſcriptis. in 6.Inno. in capitu.fin.num.pri.de conceſſio.præben. & qui prior præſentanit reſcriptum,eſt potior. Iaſ. in l.ſi pluribus.nu.28.de lega.pri. eſt ēr actio occupantis.l.ſi Titius.de uerbor.obligatio. & ſibi imputet, ſi cum liceret lucrari pretium, hoc accipere diſtulerit.l.pri.cir.med.C.de commi.ſer.manu. nec debet alterius negligentia vel cupiditas huic, qui diligens fuit nocere.l.ſi non expedierit.§.pri.de bonis anto.iudi.poſſi. ſed litem qui eſt conteſtatus vel occupauit agendo, totum conſequitur. d.l.ſi pluribus.de lege.pri.l.Titio aut Seio.de leg.2.l.fideicommiſſa.§.pen. de lega.3. nam cum non poſſet ſimul vtrique operari,priori iubet ſatisfieri. gl. in l.in operis,circa medium. ff.locati. & præſtando illi ſeruitia liberatur,etiam quòd ſecundo loco ueniens obtineat, & liberatur pro præterito.glo. pri.Pariſi.nume.7.8.titu.pri.§. pri. & ſic qui præuenit alium,ille obtinet.capitu.capitulum ſanctæ Crucis.in ver.prius.de reſcripti.capit. mandatum. vbi Innocen.de reſcriptis. vt ſciatur cuius eſt libertus,eſt locus præuentioni. l.ſi duo.ff.de manumiſ. & qui primus uenit, habet prærogatiuam. l.fin. cir.fi.C.de teſtamen.manu.unus ex reis credendi, lite conteſtata perimit ius alterius.l.ex duobus, la 2.de duobus reis.tanto magis,quia.l.quoties.C.de rei vendi.habet locum in feudis,cum aliquibus limita.vt per Iaſ.ibi poſt numero 30. verum tertius qui læditur in executione, poteſt eam impedire. Pau.de Caſt.in conſi.179.numero nono. pri.nolum.in duobus procuratoribus ille dicitur occupare,qui primo comparet cum procuratorio. Ioan. Andr.in capitu. pen.in pri. de electio.in 6.ſi vterque procedere incohauit, neuter eſt potior.in iuriſdictione potior eſt conditio prohibentis. idem Io.And.in capitu.cum appellationibus,poſt num. 4.& 5.cir.pri.de appellatio.in 6.& in capitu. quia ſæpe.in fi.de præben.eo.lib.6.In euictione ſecundus præfertur, qui habuit cum aſſenſu, etiam quòd pro primo venditor conſtituerit ſe poſſidere.Frec.de Subfe.lib.2.ibi,prima authoritas.num. 17.Caſſa.in conſu.Burgun.rub.7.§.pri.ibi,ſaiſit, nume.4.poſt med.Si ſunt plures ordinarij, quilibet exercet iuriſdictionem inſolidum,in delegatis non,nam incępta per vnum, non poteſt alter perficere.Archidiaco.in capitu. non autem. circa medium 7.quæſtio.pri. Vltimò, occupare non uidetur,qui primo litem conteſtatus eſt, ſed qui prior ad ſententiam peruenit. Azo in Sum.C.quod cū eo.poſt num.26.& intellige vt per Archidiaco. in capitu.ſi quis ex pluribus,circa medium.2.quæſtione ſexta.facit pro alia parte.l.cum ſolus. de acquirenda hæreditate. vbi vnius feſtinatione, non debet ius alterius lędi:& in pignore prætorio,non prodeſt præuenire.l.cum vnus.& ibi glo.pri.de bonis autbo.iud. poſſi. immo in primo decreto, ſiue ſimul, ſiue ſęparatim mittantur, omnes ſunt pares. ſi finita. §. ſi plures. de damno infecto.

Et ſi velles tenere iſtam, addnctis pro opinione Iſer.replicatur ex ijs,quæ diſtinguendo allegauit Lucas in l.pen.colum.6.cir. fi. C.de proxi. ſacro.ſcrini.prima tamen eſt verior,per textum in capitu.ſi clericus. de præben.in 6.ubi ſi duo habentes ius ad rem,& vnus negligenter agit, ſecundus ſollicite, rem acquirit,quem textum ad hoc adducit Affli.in c.pri.qui ſucce.tene.lo 2. poſt nume.6. Et duobus concurrentibus, vnus competitorum poteſt infringere competitorem ſuum ex delicto in ſe commiſſo.Aluar.in §.ſi duo homines. nu. 2. de pace.teoe.

Quid ſi vnus habet directum, & alius vtile dominium,ſi concurrunt,quis pręferatur in agendo? & videtur quòd vaſallus.§. ſi vaſallus de feudo.infra eo.quia cum habeat utile dominium, vtiliter agit & conuenitur.Iſer.in c.pri.num.2.de contro. inter uaſa.& ali.debent,& tanquam habens actionem utilem,directæ præponitur.l.& ſi ſine. §.ſed quod Papinianus.in uer.ſed utiles.ff.de minori.gl. fi.in l.in cauſæ. ff.de procurato. nam utilis actio, quæ uenit ex mente,non differt a directa quæ uenit ex uerbis legis.l.actio. ubi glo.pri.ff.de negot. geſtor.

Contrarium uidetur tenere Iſer.hic. colum.2. in pri.per glo.in l.pri.in uer.præferatur. ff.de loco publi.frue.Sed non placet illius exemplum,quia.l. pen. de publicia. quam allegat, procedit quando actor habet titulum ab uno,& reus ab alio,ſecus ſi ab eodem. Alex.in conſi.71.cir.fin.poſt nu.8. pri. uol.& in terminis.d.l.pri.licet non habeat a ſocio, habet tamen propter ſocium, & ſucceſſiue uterque dicitur habere ab eodem. Vnde uerum exemplum ſecundum eum eſt in pictore tabulę,qui habet directam,& domino tabulæ,qui habet utilem. l.qua ratione.§.literæ.de acquir.rerum dom.unus non habet cauſam ab alio,& ſi concurrunt, directa præfertur,nam tabula picturę cedit, & dominus tabulæ qui habet utilem conſequitur precium. §.ſi quis in aliena. Inſtit. de rerum diui. & ſic directa prępfertur utili,niſi haberent cauſam ab eodē. Iſer. ponit duo exempla,ut per eum,& tunc habens utilem pręfertur: immo petente & uolente feudatario uendicare, dominus non poſſet, nec haberet actionem.Idem Iſer.§.rei autem.nu.3.cir. med.de inueſt.de re alie.facta:& ita procedunt pro prima parte adducta. Alij ſimpliciter dicunt præferri directam, quia potentius & dignius eſt dominium directum.Lucas in l.prędia.col.20. cir.med. C.de locatio.prædi. ciui. & eius appellatione directum tantum intelligitur, & non utile.l.minor. §.pri. in verſ.ſupererit.cir.pri.ff. de euictio. & cū proprietas dignior ſit.Bal.in c.pri.num.3.in fi. quid ſit inueſt.in concurſu duorum eligitur magis dignior.l. 3.§.ſi tamen plures. ff.de libe.homi.exhibe. utilis quando pręfertur directæ & contra.Bal.in l.ſi non ſortem.§. qui filio.ibi,quæro.de condi.indebiti.Ponit Iſer.exemplum, quomodo dominus poſſit habere directum, etiam quod præſcribens tenuerit 30.annis:puta(dicit ipſe)pendente præſcriptione, per petitionem iudicialem interrupit eam, & iſta dicitur interruptio ciuilis,cum ſit alia naturalis. Vltra Iſer.hic,eſt gl.fi.in c.illud. de præſcriptio.gl.in c.placuit,lo.2.in uer. interrupta. & ſeq.16.q.3.& ſit etiam quòd uocetur coram extraordinario iudice.c.ex tuarum.in uer.non putantes.de purga. cano.& interrumpitur quo ad interrumpetē tātum,

ſecus

ſecus in naturali, per quam interrumpitur poſſeſſio quo ad omnes. l. naturaliter. ff. de vſucapio. & ſic cum ſit interruptio ciuilis durat vtilis, quã præſcripſit, & competit præſcribenti, & directa, quæ datur domino, cui præſcriptum non eſt, vnde in iſtis terminis, ſi tertius præſcribit contra vaſallum ſpatio 30. anno. & dum voluit vaſallus recuperare fuit excluſus, exceptione præſcriptionis poterit dominus feudi, ſi vult excludere poſſeſſorem, contra eum agere; quia non debet quis inuitus cogi alium vaſallum accipere. Alex. in d. conſi. 169. nu. 5. & 8, 2. vol. & vaſallus qui paſſus fuit præſcribi, non recuperabit a domino, quæ vendicauit a præſcribente. idem Alex. in conſi. 92. in 6. dubio. poſt nu. 24. 6. vol. Affli. in §. præterea. inter duos. nu. 22. de prohi. feu. alienatio. per Fre. Cap. in ver. feudorũ actiones in 9. conclu. Iaſ. in repeti. feu. in pri. poſt nu. 39. Tu dic, quòd actio vtiles, & directa, licet ſint idem in effectu. add. ad Spec. in tit. de procuratore. §. 5. ibi. §. pri. & compatiuntur in origine & executione, agunt tamen diuerſo iure & ad diuerſa. Bal. ad Specu. de locato & emphyteoſi. col. 6. cir. med. vnde diſt. aut vtilis & directa veniunt ex eadem cauſa, aut ex diuerſa, vel ex contraria. Primo caſu, præferatur directa, niſi in tribus caſibus. Secundo caſu nõ impeditur vna per aliam. Tertio caſu, vtilis præfertur directæ. Bal. in l. ſi cum emptore. in pri. rep. cir. fi. ff. de pactis. in l. in cauſæ. in 2. rep. in fi. de procurato. cũ. l. ſequen. in pri. rep. nume. 2. & 2. nume. pri.

Quærit iuxta prædicta Iſer. ſi concurrunt duo,
17 qui habent vtile dominium ex diuerſis cauſis, puta tenuit Titius 30. annis bona fide, deinde cadit a poſſeſſione, & peruenit ad Scium non habentem cauſam a Titio, & tenuit 30. annis: Titius, infra hoc tempus, interrupit ciuiliter contra Scium. res poſtea peruenit ad Sempronium; concurrunt modò contra Sempronium primus & ſecundus præſcriptor, quis præferatur? Simile in eo qui percuſſit duos unico ictu, quis præferatur in accuſando. Lucas multa pro & cont. in l. nemo, colum. 2. in fi. & 3. per tot. C. de curſu publ. quæ poſſent deſeruire huic quæſt. Iſer. verò ſecundum Affli. hic in gl. nume. 7. tenet quòd præferatur ſecundus. Et ultra alios eſt: quia præſcribendo ſecundus occidit alterius ſeruitutem, & poſſidendo ſeruitutem aquirit libertatem l. ſi ædes. §. fi. in gl. fin. ff. de ſeruitu. vrba. prædio. & licet primo detur actio poſt præſcriptionem, eſt tamen corrupta. glo. pri. ponit exempla in l. ſi poſt acceptum. ff. de rei vend. nam dicitur diminutum, quod eſt uſucaptum: deperditum quod in rerum natura eſſe deſijt. l. deperditum. ff. de peti. hæred. & præfertur ſecundus, quia vltima ſunt contraria primis. l. pri. §. pri. in ver. ſi verò. de ver. obligat. ultima mora nocet. l. ſi & per emptorem. ff. de act. emp. & in præſcriptione, vltima tempora ſpectanda ſunt. gl. in c. cum eccleſia Sutrina. in ver. vltima. in fi. de cau. poſſe. & proprie. nec eſſet locus gratificationi: nam illud procedit, quando ambo eſſent priuilegiati & inſiſterent. l. vdi. in gl. fin. in fi. C. de priui. dotis. ſicut emphyteuta ſi cadit a poſſeſſione, uult agere, ſimiliter eccleſia a qua tenet pro recuperanda poſſeſſione, quis præferatur. Specu. in tit. de emphyteoſi. nume. 65. ſecus hic, vbi neuter poſſidet & ſi vterque probaret ſe dominum, ſtaretur dignioribus teſtibus, nam nõ multitudinem reſpicere oportet, ſed teſtium qualitatem. capitu. in noſtra. de teſtibus. capit. ſi teſtes. & ibi glo. pri. 4. quæſt. 3. c. ſcriptum. in ver. maiorem, & not. in cap. eccleſia veſtra, lo 2. de electio. glo. fin. in capitu. ſuper hoc. de renũciatio. capitu. cum contingat. in glo. pri. in fi. de offi. deleg. l. ſcripturæ, in glo. in fi. de fide inſtrumen. Azo in Sum. C. de teſtibus. nume. 40. ante & poſt. Intellige quã do eſt par numerus, vel modicum excederet. gl. in cap. dudum, lo. pri. in uer. numeris. d. tit. de electio. ſecus ſi eſſent eiuſdem qualitatis & numeri, nam iudex habet electionem eligendi aliam partem. Bal. in quibus cau. feu. ami. in pri. nume. 5. & ex ſecreto animi ſui motu, ſolo Deo inſpecto, non adhærendo per uiam alicuius carnalitatis, amicitiæ, uel alterius paſſionis, eligere quam partem uult obtinere. Idem Bald. in conſi. 420. nume. 3. pri. uolum. & 459. poſt num. 2. 3. uolum. uel præualebit reus.
18 Bald. in conſilio 380. numero ſecundo 5. uolum. ſicut iudicare debet pro matre, in benigniorem partem & piam inclinando, uel pro bono pacis tranſigere inter partes. idem Bal. in conſi. 452. poſt pri. & cir. fin. 4. uolum. ſeu neutri credere, ſicut ſcripturæ contrariæ. l. optimam, in uer. & melius. C. de contrahen. & commiten. ſtipulatio. l. etiam lege ætate, & ibi glo. fin. ff. de probatio. uel ſtatur magis affirmantibus, quàm negantibus. Bald. & Barba. ſupra, de conte. inter me & domi. de portio. ante & poſt numerũ tertiũ. uel abſtinebit a pronunciando, l. uni. in uer. prohibebit. ibi, ſecundo caſu. C. unde poſſidetis. Iſern. hic. Innoc. in capitu. licet cauſam. circa fin. de probatio. Pariſ. de ſyndi, in uer. probatio. capitu. pri. ſicut in quæſtione Sabbatina, quam poſuit Iſern. hic, & in §. præterea. ſi inter duos. poſt numero 75. de prohibit. feudi alienatio. per Fred. uel debet ſententiam ferre pro utraque parte, diuidere, uel dicere, uti poſſidetis ita poſſideatis. Archidiaco. in capit. ſi teſtes, in pri. quarta quæſtione ſecunda. & tertia: aliàs iudicabit ſecundum probata, canones & leges, & non ſecundum conſcientiam. capitu. pri. in glo. in uer. ſecundum. & capitu. 2. de offic. ordina. licet alij tenuerint contrarium. capitu. paſtoralis. §. quia uero, in glo. fin. de offic. delegat & ſi contentio eſt inter iudices, & ſunt inter ſe uarij, credendum eſt maiori parti. Si ſunt partes, tum his, qui dicunt neceſſitudiora uel maioris authoritatis ſunt. glo. in l. ſi quis amodo, in uer. credatur, circa fin. de debitis & guadimo. in Longobar. & ſic præſcriptiones licet ſint uſurpationes, quia ſunt pro bono publico introductæ. Bald. in conſi. 485. 2. uolum. & eas induxit Epiſcinus. capitu. uigilanti. cum ibi not. de præſcriptio. non poteſt tamen titulus uerus regulariter operari, ad præſcriptionem contra illum a quo habetur titulus, ſed ſolùm contra tertium. glo. Pariſ. titu. pri. §. 7. poſt nume. 25. unde contra ſuperioritatem non præſcribitur. Zaba. in clemen. paſtoralis. in uer. ut illud. nume. 3. de ſenten. & re iudica. Cura iure proprio eſt imprçſcriptibilis, ſed præſcribi poteſt ut quis exerceat tanquam Vicarius Epiſcopi. idem Zaba. in clemen. uni. in pri. in 6. oppoſi. de exceſſib. prælato. non ſufficit præſcribere iuriſdictionem, niſi præſcriberentur emolumenta, quia perceptio emolumenti eſt inſeparabilis a iuriſdictione. Idem Zaba. in clemen. ſtatutum. circa fin. poſt nume. 15. de electio. & prohibitus alienare, eſt prohibitus pati præſcriptionem, Affli. in dicta Deciſio. 254. numero tertio. Vltimò

qui emit a vaſallo bona fide, & vendidit ſecundo
ſimiliter bonafide, an iſte ſecundus poſſit præſcri-
bere contra dominum. Aluar.in §. præterea. num.
6.& 7.de capi.Corr. & actus cõtinuatus videtur
idem,adeo quòd ſi fuit præſcriptum principiũ,vi-
detur preſcriptus finis. Pau.de Caſt.in conſ.90.nu.
2,in pri.& cir. fi.pri. vol.

SVMMARIVM.

1 *Qui,eſt relatiuum reſtrictiuum.*
2 *Clericus unde dicatur.*
3 *Aut,diſiungit.*
4 *Votum duplex,ſimplex & ſolemne.*
5 *Religio quid ſit, & vnde dicatur.*
6 *Hoc ipſo,ideſt ipſo iure.*
7 *Amittere dicitur,quia eſt in actu amittendi.*
8 *Clericus non admittitur ad feudum: & per ſuſce-ptionem ſacrorum ordinum,vel beneficiorum,dicitur renunciare feudo.*
9 *Feudatarius effectus clericus vel monachus, amittit feudum.*
10 *Dignitas per dignitatem non augetur, licet qualitas augeatur.*
11 *Clericis lucris temporalibus inhiare non debent.*
12 *Clericus in uita patris, ſi eo mortuo ſtatim laicatur,non amittit feudum.*

AD §. QVI CLERICVS.

QVi.)Eſt relatiuum reſtrictiuum. Za-
1 ba.in clem.attendentes, in 6.not. de
ſtatu monacho. reſtringitur enim ad
eum qui feudum tenet. Et Clericus)
2 A cleros,dictus eſt.auth.presbyter.in glo.1.C. de
epiſc.& cleri.nam,cleros,grece,ſors latine, hære-
ditas dicitur, quaſi de ſorte domini ſit,vel quia do
mini partem habet.c.cleros.21.diſt.ſacrificia nam
que & victimæ domini, eſt eius hæreditas. Ioſuæ.
c.13.& diſcreta debere eſſe vita eius a laicorum cõ-
uerſatione.c.ſtatuimus.4.diſt. ideo qui clericus,ef
ficitur, Aut)Quæ dictio diſiungit. Alberic.in l.ille
3 aut ille.in pri.de leg.3.Votum.)Sollemne,quia eſt
4 duplex,ſimplex, & ſollemne. Simplex in clerico
per ſolam promiſſionem caſtitatis: ſollemne eſt
ſcriptum per profeſſionem & ſuſceptionem ſacri
ordinis.c.meminimus.& c.rurſus.cum ibi not. qui
clerici vel nou.Religionis aſſumit.) Per regularem
5 profeſſionẽ,& dicitur religio, a reeligendo Deũ,
vel quod per eam religamus vni Deo animas no-
ſtras ad cultum diuinum vinculo ſeruiendi. Lucas
6 in l.quidam.cir.med.C.de decurionibus. Archi.in
c.in Chriſto.col.pen.cir.fi.de conſecra. diſt.2. Hoc
ipſo.)Ideſt ipſo iure.Feudum amittit.)Et ſic eſt ca
non latæ ſententiæ. Præp.hic in pri.& dicitur amit
7 tere,quia eſt in actu amittendi.gl.in ſimili in l.arbo
ribus §.de illo.in ver.amitti.ff. de vſufru. vnde cle-
ricus non admittitur ad feudum,& hæc opinio ne
8 gatiua eſt verior, dummodo ſit in ſacris etiam mi-
noribus, & beneficiatus, & per ſuſceptionem
ſacrorum ordinum vel beneficiorum, dicitur re-
nunciare feudo,nec poteſt ſeruire per ſubſtitutũ.
in con.feuda.diuer.2.nume.100.poſt med. vſque
ad 106.

Declararo textu, reddebatur dubia eius deci-
ſio nam feudatarius in iſta materia, exponitur mi-
les.cap.pri. & c.defuncto,ſupra eo,clericus dicitur
etiam miles.gl.pri.in l.pen.ff.de mili.teſtamen.er-
go feudatarius poteſt eſſe clericus, nam cum mi-
litia ſit militis,iuſtum & competens videtur eiſdẽ
vtrumque officium priuilegijs gloriari. l.fin. C.de
palatinis ſacra.larg.Secundò, feudum datur pro-
pter ſeruitium. Iſer.in §.preterea ſi quis infeuda-
tus.in ver.infeudatus.in fi.& §.firmiter..in pri.de
prohi.feu.aliena.per Fre.clericus poteſt ſeruire &
locare operas ſuas.glo.pri.in fi. in c.ſignificatum.
de præbendis.retinet iura ſanguinis.Abb. in c.quia
nos.in pri.not.de teſtamentis. ſucceſſiue poteſt re
tinere feudum,& cauſa ponitur pro cauſato. l.hoc
iurẽ.§.non poteſt.ff.de donatio.Vltimò, valet ar-
gumentum de feudatario ad militem,quia feuda-
tarius dicitur miles.Cam.in c.imperialem. car.28.
col.2.in pri.d.tit.de prohi.feu.alie.per Fre. ſed mi
les poteſt eſſe feudatarius,& unus pro alio ſumi-
tur.c.ſancimus,lo.pri.& 2.quo tempo.miles.c.pri.
de con.inter domi.& vaſa.de inueſtii.feu.ſucceſſi-
ue & clericus, nam ex eo quod ad bonum aſpirat,
& vitam religioſam probat,non debet eius condi
tio fieri deterior.gl.mag.cir.med. in c.beneficium,
de regulas & intra.relig.io 6.

His non obſtantibus,ſeruatur contrarium. Et
ratio eſt nã,cum ſacris vacare ſacerdotes oportear.
l.non diſtinguemus.ff.de arbitris,& ſic cũ nõ poſ-
ſunt agere officium, non debent etiam habere be-
neficium:cum honeſte armis vti non poſſint, nec
manibus aliquem percutere.Iac.de Ardiz.in Sum.
vtrum vaſa.ami.feu.ſi cleri.effici.non tenentur bel
lare ſed cuſtodire ciuitatem ſic.Abb. in c. 2. nu.6.
& 7.de immu.eccle.aliàs enormiter peccant, & de
ponuntur.c.quod indubijs. de penis.

Qua ſtante,non obſtat primum:nam etiã quod
ſint ſimiles,& concurrat eadem ratio, non exten-
ditur:ſicut in plauſtro uini & olei. Iſer. in §.ſed &
plures.ante & poſt nu.8.per quos fiat inueſt.

Non obſtat Secundum,nam vt ibi, poteſt ope-
ras locare,ſi nullum habet beneficium, conflicti-
bus tamen intereſſe non poteſt.c.pen.& fin.de cle-
rico percuſſo.Non obſtat Vltimum, nam licet nõ
poſſit fieri clericus deterioris conditionis,& con-
tra eccleſiam facta non teneant.auth.caſſa. C.de ſa
croſan. eccle. poteſt tamẽ dominus temporalis ſic
ſtatuere ne beneficium rei ſuæ vadat ad clericum.
Bal. in ſimil.in conſi.262. & 270. 3.uol. & ualet
conſuetudo quòd clerici non ſuccedant in maio-
rijs,ſicut nec in feudo.Pau.de Caſt. in conſi. 164.
nume.7.2.uol. & iure conſuetudinaria reperitur,
quòd monachus non ſuccedat in feudo, quia non
poteſt ſeruire domino.Iaſ.in l.de quibus.nu.38.ff.
de legi.& ſic firma remanet concluſio, quòd feu-
9 datarius effectus clericus uel monachus amittit feu
dum,& dictum in clerico extenditur ad monachũ:
quia clericus,ideſt monachus exponitẽ. c.1.in ver.
clericus.de regulari. & habet locum tam ſi eſt feu-
dum nouum,quàm antiquum,nam nõ poteſt ſer-
uire per alium.Præpo. hic poſt pri. cum per ſe nõ
poſſit.Iaco.de Ardizo.in d.Sum.cir.fin. & non ſo-
lum procedit in clericis & monachis, verum etiã
& in conuerſis.Iſer.in §.ex hoc.in pri.de benefi. fe
mi.& in eo qui intrare uouit.idẽ Iſer.hic.& in om-
nibus q tenentur perſonaliter ſeruire,& nequeũt.
l.quiſquis.C.de epiſco. & cleri. & non ſolum iure
iſto,ſed & in regno, vbi præſtatur ſeruitium in pe
cunia.Loffr. hic per tot. intellige tamen habere lo-
cum in feudo quod obuenit per ſucceſſionem, ſe-

cus

cus ſi dominus ſciens eum eſſe clericum donauit feudum, nam tunc poſſet retinere. Iſer. in c. pri. in fi. de vaſa. mili. qui arma belli. depo. Iaco. de Ardizo. in d. Sum. cir. med. & procedit in eo qui recepit ordines maiores, ſecus ſi minores. Bal. hic, nu. 2. Et intellige, niſi eſſet ſeruitium tale, quod poſſet præſtari per alium, nam tunc tranſiret ad monaſteriũ vita durante monachi. Aluar. hic poſt nu. 2. & Præpo. poſt pri. ſed non in feudis dignitatum. Alex. in conſi. 10. num. 3. 5. uol. Affli. in conſt. errores. in 5. not. de his qui debent accede. ad ordi. cleri. & Cap. in Deciſ. 31.

Nota, quod vaſallus effectus clericus, vel votũ religionis aſſumens, ſeu effectus conuerſus intrando venerabilem locum, feudum amittit. Odoffr. in Sum. quibus modis feu. ami. nu. 114. 115. & 116. nam aliorum honores alijs afferre præiudicium nõ debent. l. fin. C. de ſtatu. & imag. & mutatione ſtatus, quæ primo erant licita fiunt illicita. Archi. in
30 c. non ſolum. 32. quæſt. 8. licet dignitas per dignitatem non augetur, etiam quod qualitas augeatur. l. pri. C. de conſuli. lib. 12. Iaco. de Ardizo. in Sum. de inueſti. marchi. & aliorum. poſt pri. vnde ſi Papa creauit aliquem Epiſcopum Cardinalem, poteſt adminiſtrare tanquam Epiſcopus Zaba. in cle. pri. num. 20. in fi. vt lite penden. Et propter crimen priuatur feudo, quando eſt paternum, ſecus ſi eccleſiæ. Abb. in c. verum. nu. 19. & 28. de foro competent. Item nota, quod clerici lucris temporalibus
31 inhiare non debent. not. in c. ex parte. de cenſibus. & præſumitur laicus, ex quo ita naſcitur, niſi probetur clericus ordinatus. Lucas in l. quicunque. in 62. præſum. C. de apochis publi. Iſer. ampliando textum, extendit ſecundũ Aluar. hic. nu. 3. & poſt, etiam ad eum qui non intrauit, ſed uouit intrare, quia votum pro opere reputatur. c. quis aliquando. col. 2. cir. fin. de pœnit. diſt. pri. & eo ipſo quòd promiſit Deo obligatur. Nume. cap. 30. ſicut in eo qui ſe doctorum ſpopondit. glo. in c. ponderet. in ver. docuit. 50. diſt. dummodo concurrant propoſitum & facultas, quæ inſpiciũtur ad hoc ut quis clericus vel laicus efficiatur. l. cũ ij. §. ult. in fi. in ver. facultatibus. ff. de tranſact. & ita pſal. 75. notus in Iudęa Deus, Vouete & reddite. c. 1. de pactis, aliàs deſtinatione dedicationis non tranſiret res in templum. l. 3. C. de ſeruis fugi. ſicut coactus religione intraret, non obligaretur. glo. in capitu. pri. 20. quęſt. 3.
32 Quid ſi clericus in uita patris eo mortuo ſtatim laicatur? Dic quod non amittit feodum. Iſer. in d. c. pri. vbi late, de milite vaſa. qui arma belli. depo. Lucas in l. nullus, la 3. poſt med. C. de decurio. ſi re integra clericatum dimittit feudum recuperat. Ia. de Ardizo. in d. Sum. cir. med. Aluar. hic nu. 4. cir. fi. & reuertitur iure primęuo, & habetur ac ſi non intraſſet. l. & Attilicinus. eum ibi not. in fi. de ſerui tu. ruſt. pręd. poſt profeſſionem non licet, quo ad alia poſſet redire ad priſtinum ſtatum. c. poſtulaſti. & c. pen. de regulari. feudum vero non recuperaret. Affli. in c. naturalis. in glo. vni. nu. 2. infra eo. & late in d. §. ex hoc. de bene. fęmi. rationem ponit Iſer. hic nu. 5. & Præpo. nu. 2. quia ex pœnitentia illius, dominus vel agnatus perderet. Iſer. hic, & in d. c. pri. nu. pri. cir. fi. & 3. cir. med. de vaſa. mili. qui arma belli. depo.

Quid in vita & militia, an debeatur profeſſo, in monaſterio ordinis ſancti Auguſtini. Affli. in cõſt. Comitibus. in 3. quæſt. nu. 6. de adinto. pro mili. fra. & quamuis per profeſſionem contemnuntur honores, abijciuntur diuitię, & ſpernuntur delitię. gl. in extrauag. Io. c. execrabilis. in ver. religioſorum. de prębendis. Affli. ibi tenet quòd ſic.

SUMMARIUM.

1 *Etſi, ideſt quamuis.*
2 *Omne, eſt nomen collectiuum.*
3 *Annus triplex, vnde dicitur.*
4 *Honor eſt cum domino morari.*
5 *Vaſallus non amittit feudum ex eo, quia ſe quolibet anno non præſentauit domino.*

AD §. ETSI.

1 ETſi.) Eſt vna dictio, & exponitur, quãuis. Zab. in cle. 2. in pri. de reſcriptis. Archi. in c. pri. 78. diſt. Vaſallus Omni.) Quod nomen eſt collectiuum.
2 Io. An. in c. vt circa. num. 9. de electio. in 6. Anno.) Ideſt ſingulis annis. l. ſi quis mihi. ff. mandati. Eſt
3 autem annus triplex, vſualis, legitimus, & cerimonialis, & quando fit eius ſimpliciter mẽtio, de quo intelligatur. Lucas in l. 3. poſt pri. C. de exact. & executo. & dicitur quaſi anulus, ideſt circulus. idem Lucas in l. 2. col. 4. cir. fin. C. de naufragijs, nam cõſtat ex 365. diebus. l. cum hæres. §. fin. in ver. biſſexto. & ſeq. ff. de ſtatuliberis. l. cum biſſextus. in ver. calendis & l. anniculus. la 2. in glo. 3. de ver. ſign. licet annus vtilis triennio computabatur. l. fin. C. de repud. vel abſti. hæred. & dicitur tunc emboliſmus, ideſt annus ſuperexcreſcens. l. iubemus nullam nauem. in ver. embolam. C. de ſacroſa. eccle. in iſta materia diuiditur in mẽſem Martij & Auguſt. regulariter incipit a calendis Ianuarij, alibi in natiuitate Domini, in multis locis ab incarnatione de menſe Martij in die annunciationis. Iſer. in §. his conſequenter. cir. pri. & fin. hic finitur lex. Domino ſe non repręſentat.) Nam qui cunctis pręeſſe debent, in præſentiam noſtram veniant, eorum volumus nomina & numerum ſcire, & ſingulis de miniſterio ſibi credito ammonitionẽ facere. l. vni. de Roma. iudi. vt in præſentia Imperato. venire, in Lõ
4 gobar. vltra quod non eſt indecens, immo honor eſt cum domino morari. Iſer. in c. ſi quis deceſſerit. in fine. infra eo. & datur in priuilegium. l. fin. C. de offi. diuer. iud. adeo quod non licet ſubdito ſalutare Regem, nec officialis Principis poſſet ſalutari a ſubdito, niſi a Conciliarijs Regijs. Affli. ex quibus cau. feu. amitta. in pri. poſt nu. 2. & propter delictũ priuatur. l. 3. de re milita. ſed ſi eſt vaſallus, & ſe domino non repręſentat, non amittit feudum, ut in textu.

Quo declarato, impugnatur eius deciſio, Et primò, vaſalli dicuntur familiares, quia quodammodo ſunt in familia domini, & quod ipſis fit, illius gratia fieri dicitur. Iaco. de Ardizo. in Sum. vtrum ſi vaſa. occidat conuaſa. feu. am. poſt pri. ſed familiares debent in vicino loco iuxta dominum habitare, ne ab eis quorum miniſtri ſunt longius diuagentur. Lucas in l. quicunque. col. 2. poſt pri. C. de re milita. ergo non ſolum tenentur uiſitare, ſed etiã cum eo morari. Secundò natura copulę (&) eſt, cadere inter parem qualitatem, & non difformem. l. Seię. §. Caio. de fundo inſtru. Bal. in l. in teſtamento.

to.col.pri.C.de miſſ. teſta. ſed ut cadat inter caſus eiuſdem qualitatis, ſicut in caſu præcedenti, vaſallus amittit feudum, ita & in iſto, vt ſic dictio prædicta æqualiter copulet. Iaſ.in l.Gallus. §. quidam recte, nume. 15. de libe. & poſthu. Vltimo, qui negat feudum, illud amittit. c. vaſallus ſi feudum, ſupra eo. modo propter feudum & præpoſituram, debetur reuerentia. c. ex ore. de his quæ fiunt a maio. parte capi. negando reuerentiam, negat & feudum, propter quod illa debetur, quia exteriora inducunt præſumptionem ad interiora. glo. pri. in c. 3. de præſumptio.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium. Et ratio eſt, quia non debent ſubditi, eſſe ſubditi pluſquam expediat, nec ſuperiores debent eſſe inferioribus nimis familiares. glo. 2. in capitu. nullam. 18. quæſt. 2.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam lato ſum pto vocabulo, vaſallus dicitur familiaris, ſicut coniunctus & affinis. Lucas in d.l. quicunque. colum. pri. in fi. & 2. in pri. & non tenetur ſeruire, niſi quando requiritur, vt per Iſer. hic, & ſufficit quòd ſit paratus ſeruire domino petenti, licet ſe non præſentet nec offerat. Aluar. hic poſt med. Non obſtat Secundum, nam ſępe coniuncta ponitur pro diſiuncta, & contra: & coniunct. non expoſcit coniunctionem omnium copulatorum, cum alterum ex eis tantum ſufficiat ad rem, de qua agitur explicandam. glo. in extrauag. Io. c. ſuſcepti. in ver. laxata. in fi. de electione. & ſic ſufficit quòd ſi eſt contentio de iſto & pręcedenti caſu, inter dominum & vaſallum, in primo caſu amittat feudum, iſto nō. Nō obſtat Vltimum, nam non negat reuerētiam, ſed non tenetur niſi requiſitus. Similia allegat Iſer. hic, & ſic firma remanet concluſio, quòd vaſallus non amittit feudum ex eo, quia quolibet anno nō ſe præſentauit domino. Idem ſi non præſtitit ſeruitium non requiſitus. Iſer. hic, & quod dicitur de vaſallo, habet etiam locum in ſacerdote & milite, qui non debent a priuatis detineri vt ſuas impleant vtilitates, ſed ad ſua loca remitti. auth. vt neq; miles, neque fęderatus, &c. idem in quolibet alio, nam non cuilibet licet ſalutare Principem. gl. 2. in l. pri. C. de veteranis. Intellige tamen in domino temporali, ſecus in ſpirituali, nam Epiſcopus fuit reprehenſus, ex quo ſe Papæ conſpectui noluit præſentare. c. ſi quis Epiſcopus. 23. quæſt. 8. Aluar. & Præpo. hic cir. prin. & habet locum, quando non venit, aliàs ſi uenit non poſſet recedere ſine licentia. glo. vlti. in l. fin. C. de dignitati. lib. 12. Vltimò, non haberet locum, ſi feudum ſit datum eo tenore, vt omni anno ſe præſentet coram domino. Afflict. hic in pri.

SVMMARIVM.

1 *Omnis, eſt dictio collectiua, & prædicatur de pluribus quàm de duobus, & in hoc differt a dictione, vterque, vel, ambo; quæ prædicantur de duobus tantum.*

2 *Filiorum appellatione, quando a lege ponitur, uenit iuſta ſoboles.*

3 *Plures ſi ſuccedunt uni, tenentur non collectiue ſimul, ſed ſinguli per ſe inſolidum: omnes præſtabūt fidelitatem æqualiter, niſi feudum ex diuiſione peruenerit ad vnum.*

4 *Maxime, dictio abundat, exponitur præſertim & implicat caſum magis dubitabilem.*

5 *Plures ſi habent paternum beneficium, donec eſt indiuiſum, vna fidelitas, vnum ſeruitium domino fieri debet. Si eſt diuiſum, quilibet tenetur præſtare iuramentum.*

6 *Feudum quando peruenit ad vnum ex diuiſione, ille ſolus iurat.*

7 *Plures quando ſuccedunt vni, omnes tenentur iurare.*

8 *Omne, totum ſine diminutione ſignificat; ſumitur ex uniuerſo: & idem eſt, quod vnumquodque.*

9 *Seruitium nō diuiditur, etiam quod feudum habeat plures poſſeſſores.*

10 *Seruitium quomodo diuiditur inter hæredes in regno Siciliæ.*

11 *Dominus ſi decedit pluribus relictis hæredibus, an vaſalli teneantur iurare vni uel omnibus.*

12 *Vaſallus vniuerſitatis collegij uel capituli, nō tenetur iurare fidelitatem alicui de vniuerſitate, collegio uel capitulo.*

13 *Feudum non poteſt renunciari inuito domino, & in poſſe cuius ſit.*

14 *Licentia petita & non obtenta, an ſufficiat.*

15 *Molendinum ſi conceditur ut gratis molat ſibi, & hęredibus, an poterit molere ſi auctis hęredibus conceſſio cępit eſſe nociua.*

16 *Immunitate conceſſa, non ueniunt futura, vbi eſſet magnus exceſſus.*

AD §. OMNES.

OMnes.) Eſt dictio collectiua, prædicatur de pluribus quàm de duobus, &
1 in hoc differt a dictione, uterque, uel
ambo, quæ exemplificantur in duobus tantum. Pau. de Caſt. in conſi. 123. poſt pri. pri. uol. Filij.) Tam primogenitus, ante quem nullus, vnigenitus poſt quem nullus, medius inter omnes, & nouiſſimus poſt omnes qui a familia dicuntur. Lucas in l. filios. in pri. C. de decurio. nec refert ſi ſunt ex parte patris & matris, uel ex uno latere tantum, ſi parenti communi, a cuius ſucceſſione habent, equaliter coniunguntur. glo. 4. Pari. num. 2. tit. pri. §. 3. ſed (omnes) cum ſit ſignum vniuerſale collectiuum. ea. glo. 4. tit. pri. §. 2, num. 44. cir. fin. & ad multitudinem refertur. Lucas in l. omnes. cir. pri. d. tit. C. de decurioni. Filij.) Quorum appella-
2 tione quando profertur a lege, intelligitur de iuſta ſobole. Si ab homine, ueniunt etiam naturales, niſi coniectura dignitatis ſit in contrarium. Zabar. in clem. vni. in 9. quæſt. de baptiſmo. Eius, qui feudū acquiſiuit, fidelitatem facere debent.) Nam quan-
3 do plures ſuccedunt vni, tenentur non collectiue ſimul, ſed ſinguli de per ſe inſolidum, cum diſt. de qua. d. glo. 4. Pariſ. tit. pri. §. 3. nume. 33. niſi inter ſe côuenerint, quod ab vno, vel uni præſtetur. Angelus in l. ſtipulatio. §. quæſitum de damno infecto. aliàs ſi poſſident pro diuiſo, quod poteſt cum uoluntate domini, aſſignando ſingulis partes, nō tanquam feuda ſeparata, ſed tanquam partes feudi, ſub denominatione eiuſdem feudi comprehenſas, non diuiſio ſed diſtributio dicitur. d. glo. 4. §. 2. in 5. quæſt. nu. 28. vel quia vtuntur iure Longobardorum, quilibet tenetur pręſtare iuramentum. Caſſa. in conſu. Burgu. rub. 3. §. 7. in pri. Maxime.)

Quæ

4 Quæ abundat. Azo in Sum. C. de noxali. num. 15.
in fi. & de poſthum. hære. inſti. num. 2. cir. med. ex-
ponitur præſertim, & implicat caſum magis dubi-
tabilem. d. glo. 4. Pariſ. § 2. poſt num. 37. vel impli
cat in caſu contrario. Zaba. in clem. uni. num. 3. de
renuncia. Si indiuiſum habent.) Quia ſi plures ha
5 bent paternum beneficium, donec eſt indiuiſum,
vna fidelitas, & vnum ſeruitiu domino fieri debet:
& quilibet tenetur inſolidum. Aluar. hic. col. 2. cir.
fin. & 3. in pri. & vnius loco habentur. l. ſi plures.
ff. de pactis. quia omnis numerus eorum qui in lo
cum vnius ſuccedunt, pro vna perſona reputantur.
Bal. in l. ſi quis. §. vnius. in fi. ff. de procurato. om-
nes loco vnius ſunt. glo. fin. in l. licet. §. ſi plures. d.
tit. de procura. l. ſi rem. ff. de euictionibus. ſi partitú
fuerit per partes, tot erunt fidelitates & ſeruitia.
in capi. extraordi. & alte. compilatio. col. 2. cir. fin.
& de feu. & benefi. cõſti. imperia. l. 4. Hoſt. in Sum.
de feu. colum. fin. poſt pri. Odoffr. in ſum. utrum
hęredes vaſalli poſſint feu. & c. num. 4. glo. prædi.
Pariſ. 4. §. 2. nu. 25. Quòd ſi feudum ex diuiſione,
ad vnum tantum peruenerit, ille tantum faciet fide
litatem.) Et ſic omnes præſtatent fidelitatem æ-
6 qualiter, niſi feudum ex diuiſione ad vnum perti-
neat, quia tunc ille ſolus iurabit. Aluar. in §. & quia.
nu. pri. poſt pri. de his qui feud. dare poſſu. ſecus ſi
inter ſe omnes diuiderent, quia tunc eſſent omnes
vaſalli, & omnes fidelitatem præſtarent. Odoffr.
in d. Sum. vtrum hæredes vaſa. poſſent. & c. in prin
cipio.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio. Et
primò, dominus dando feudum, cum vno contra-
xit, ſucceſſiue iniquum eſt in plures aduerſarios di
ſtringi. l. & ancillarum. §. fi. ff. de peculio. tanto ma-
gis, quia pater uoluit vnum loco ſuo hæreditario
iure ſubſtituere. l. quicunque. C. de cohortali. lib.
12. & domino comodius eſt vnum conuenire quá
plures. glo. pri. in c. cum non ſit. de decimis. Secun-
dò, qui cum vno contraxit, non debet compelli cõ
tra plures agere. l. pri. in glo. fin. cum l. ſeq. de exer
cito. ſed dominus contraxit cum uno, in vnum fi-
lium potuit conuentio patris eſſe permiſſa. l. ſi ille.
iuncta glo. vlt. d. tit. C. de decurioni. Vltimò, indu-
ctum in augmentum, non debet operari diminu-
tionem. l. quod fauore. C. de legi. c. pen. de pęnis.
ſed omnes iurare, licet videatur augmentum domi
ni, ſeruitium tamen diminuitur: quia ſegnius expe
diunt commiſſa negotia plures. l. 3. §. pen. in ver. fa
cilius. ff. de admini. tuto. & melius gubernatur per
vnum, quàm per plures. Affli. hic. nume. cir. fin. &
ſic prouiſum ad concordiam, traheretur ad no-
xiam. glo. in capitu. 2. in ver ſi. ad gratiam. de tranſ-
la. epiſco.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, & ra
tio eſt, quia cum plures perſonę in locú vnius ſuc
cedant, omnes pro ſingulari perſona ſunt accipien
di. l. cui fundus. de condit. & dem. Iac. de Ardizo.
vbi ſupra. cir. pri.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam omnes
hæredes circa hanc obligationem pro uno & vicẽ
vnius ſuſtinent. l. quinta. §. ſi ſortem. in ver. conſti-
tui. de ver. obliga. nam funguntur partibus defun-
cti. gl. 2. in l. cum autem. ff. de rei vend. Non obſtat.
Secúdum, nam cum ſacramẽtum fidelitatis ſit indi
uiduum, fidelitas ipſa inſolidum debetur. l. ſi vſuſ-
fructus. in glo. 3. ff. de vſufru. & quemadmo. quis
vta. ideo omnes iurant. Imo, in l. 2. num. 25. de ver.
oblig. Nam obſtat Vltimum, nam ſi conueniunt,
expeditiſſimum eſt, ex quo poſſunt omnes vni ne-
gotium dare. l. in venditione. §. fin. in fi. cum. l. vlti.
ff. de bonis autori. iudi. poſſi. & omnes videntur iu
rare, quorum parte iuratur. Iſer. hic col. pri. poſt
med. vnde ſi omnes filij ſunt minores, & vnus ex
eis efficitur maior, omnes cenſentur admiſſi ad fi-
dem, organo fratris maioris. glo. Pari. tit. pri. §. 18.
num. 2. vſque ad 8. & tenetur unus hæredum, com
modum totius hæreditatis conſeruare, aliàs tene-
tur de dolo & leui culpa. ea. glo. poſt nu. 89. §. 22.
& ſic firma remanet concluſio, quòd quando plu-
7 res ſuccedunt uni, omnes tenentur iurare. Bal. in l.
pri. in pri. rep. nu. 18. de rerum diui.

Extende, idẽ eſſe in exercitio iuriſdictionis, ná
ſi plures ſuccedunt uni in feudo, omnes exercebũt
iuriſdictionem inſolidum. Iacobi. in ver. Marchio
in Italia. ibi, dubitatur. & Affli. hic, nu. 17. vel non
poteſt alter ſine altero exercere iuriſdictioné. Bal.
in l. vni. in pri. rep. quæſt. 7. de oſtie. con. & ſinguli
præſtabunt iuramentum. Pernus in conſ. 24. col. fi.
ita econtra, ſi dominus decedit pluribus relictis hę
redibus an omnes teneantur ad ſeruitia. diſt. Spe-
cul. in tit. de feudis. §. 2. num 19. vſque 23. & 51. &
quod omnibus vaſallus tenetur iurare fidelitatem.
Iſer. hic. nume. 5. & Aluar. nume. 2. & 6. Pernus in
pri. nota. colum. 11. cir. med. idem in poſſeſſoribus
fundorum patrimonialium, nam omnes tenentur
inſolidum. l. 3. C. de collatio. fundo. patrimo. Intel
lige tamen prædicta in feudis minimis, ſecus in ma
gnis, in quibus uiuitur iure francho rum. Afflict. in
c. pri. in pri. not. de ſucce. feu. nam tunc habet pri-
mogenitus. Loffr. hic poſt pri. tunc primogenitus
nomine ſuo, non ſororum facit fidelitatem. glo. 2.
Pariſi. in pri. quæſt. nume. 4. tit. pri. §. 3. item habet
locum in maſculis, ſecus ſi cum illis eſſent fęminę,
nam illæ non ſuccederent. Affli. vbi ſupra, ibi, quar
to fallit, ſicut vaſallus non tenetur regnoſcere a fę
mina, donec ſupereſt maſculus. Iaco. de Ardizo. in
Sum. de ſuec. feu. ibi, ſi verò dominus decedat. cir.
pri. Et procedit, quando tenetur feudum pro com
muni & indiuiſo, ſecus ſi ex diuiſione peruenit ad
vnum, vt hic, vbi Affli. in pri. not. nam tunc ille ſo-
lus tenetur iurare fidelitatem, ſicut ſoli iuratur
quando ius directi dominij ad unum ſolum ex fi-
lijs peruenit. Cap. in ver. feudorum dominia. ibi, de
cimoquinto.

8 Nota, quòd (omnis,) & (unuſquiſque) idem ſi
gnificãt. Bal. in l. hoc articulo. nu. pri. de hære. in-
ſti. dictio, quilibet, & omnis, nihil excludunt. idem
Bal. in rub. nume. 10. C. qui accuſa. non poſſ. quid-
quid, & omne, ex uniuerſo ſumuntur. Bal. de capi.
qui curi. vendi. in pri. poſt num. 12. totum ſine di-
minutione ſignificat. idem Bal. in conſi. 3. num. pri.
in fi. 5. uolum. & nihil excludit. glo. pri. in l. a procu-
tore. C. mandati. Bar. in l. Iulianus. de leg. 3. quilli-
bet, & ſinguli. d. glo. 4. Pariſ. §. 2. nu. 45. poſt num.
9 46. & 48. Secundo nota, quod ſeruitium non di-
uiditur, etiam quod feudum plures habeat poſſeſ-
ſores. Lucas in l. 2. col. 3. cit. pri. C. de omni agro
deſer. ſed vnus ſeruiet pro omnibus, ſecúdum Iſer.
hic. Caſſa. in conſu. Burgu. rub. 3. §. 7. in pri. nu. 3.
nempe magis idoneus, ſicut in refectione rei com-
munis. l. in reficiendo. ubi gl. allegat ſimil. de dam.
infe. & ſolutione illius, cęteri liberantur. Affli. hic
nu. 18. nam omnes loco unius ſunt. l. iam tamen. §.
ſi tamen plures. ff. iudi. ſolui. ſicut in cauſa uniuer-
ſitatis,

ſitatis,collegium fingitur una perſona,& iurat per unum,licet per ſe iurare poſſit ſi uelit,Io. An.in c.2.nu.7.de teſtibus.in 6.& iurat per ſyndicum.Caſſa.in conſu.Burg.ruh.3.§.7.in pri,nu.5.licet quod iniungitur alicui collegio, non ſufficit ſi illud ſinguli exequantur.Lucas in l.nominationum. col.4. cir. pri. C.de decurioni. & ſi ſunt plures hæredes, non debent confidere de diligentia uuius, ſed debent ipſi adire patronum; uerum ſi unus ſoluit,repetit ab omnibus.glo.Pariſ.tit.pri.§.22.poſt num.94.& 96.& §.45.in 4.quæſt.nume.29. & 30. nec dominus tenetur vnum ex eis in totum admittere in fidem.d.glo.§.22.num.95.& ſi admiſit,intelligitur de portione ſpectante tempore inueſtituræ.ibi nume.97. vel a duobus eodem tempore iura feudalia exigere.ibi.nu.151.niſi uni ex hæredibus aſſignetur feudũ; quod poteſt cum aſſenſu. Cam. in c.Imperialem.car.23.colum.3. in fi. & 24. & 25. aliàs non poſſet in præiudicium aliorum,ſi uiuitur iure Longobardorum;vel primogeniti, ſi viuitur iure Franchorum.Loffr.in conſi.pri.poſt nu.144.146.& 147.& tunc ſufficit domino habere unum æque idoneum.l.ſi quis domum.§.pri. locati. ſicut vnus fuit cui dedit feudum: quia obligatio nõ mutatur ex perſona hæredis.l.2.§.ex his.de ver. obliga.l.2.§.pri.de preto.ſtipula.vel omnes tenentur, dicit Iſer.quia iuramentum eſt indiuiſibile. idem Iſer. in §. ita tamen.in pri. de prohi. feu. alien. per Fre.& in indiuiſibili,hæredes promiſſoris tenẽtur inſolidum.l.hæres.§.an ea.& §.contra.ff.fami.erci. puta ire ad prelium, ad quod poſſit unus eorum inſolidum conueniri.Verum illi contra alios a ſiſco preſtantur actiones. Lucas in l.vni. in fi.in 5.quæſt.C.ut nullus ex uicaneis.adeo quòd ſi ille facit expenſas, minuit totum,& non ſuam partem. l.ſed & ſi lege.§.adeo. de peti. here. unde diſtingue:quòd aut ſeruitium conſiſtit in dando, aut in faciendo. Aluar. hic nume.7. & poſt ſi in dando, ex quo conſiſtit in nominibus, ipſo iure diuiditur. l.pri.C.ſi cer.pet.ſi in faciendo omnes eligent vnũ, in cuius electione requiritur conſenſus. omnium, arg.l.ſi quis hac lege.iuncta.glo.in ver.conſenſum.ff.qui & a quibus, conſtituunt procuratorem ad iurandum.Præpo.hic nume.3.& ſic agunt cuncti, quod ſingulis credebatur.l. cuncti. C.de execu. & exact. dominus autem poſſet eligere magis idoneum.Prepo.hic.nu.2.cir.fi.

10 Quid in regno Siciliæ,quomodo diuiditur ſeruitium inter hæredes? dic quòd cum ſit determinatum ſeruitium,morando in exercitu cum domino per tres menſes.glo.Pariſ.4.tit.pri.§.2.num.40. ſi ſunt tres filij,quilibet preſtabit ſeruitium per menſem, ſicut alternis uicibus ſolent ſinguli de collegio conferre iura ſpectantia ad collegium. glo.in clem.2.in ver.alternis.de iure patro. quia labor & pecunia recipiũt diuiſionem.l.Seio. de annuis leg. & ſi uaſallus deceſſit duobus relictis filijs, quorũ unus eſt vtilis, & alter inutilis, inhabilis excluditur,curia eligit idoneiorem, & conuenit pro regni commodo,vt is admittatur qui melius ſeruire poteſt.Ludo.de Moli.de Hiſpa.primog.lib.3.c.7. poſt nume.7.& quem vult ex eis cogit, captis pignoribus, vel alijs remedijs.Iſer.hic.& ſi dedit duobus habili & inhabili,ſi dominus ignorabat, non habebit habilis niſi partem ſuam.Præpo. in §.præterea ducatus.num.6.& poſt,de prohi.feu. aliena. per Fre.& ſicut diuiditur feudum, ita & emphyteoſis.Alexand.in conſi. 25.poſt nume.22. & 23. 5.uolum.

infirmus, & non poſſit ire, quia tunc neceſſitas excuſaret. l. fin. C. de teſtibus. ſicut contractum in articulo mortis ualet. Ludo. de Moli. de Hiſpan. primogen. libro ſecundo, cap. quinto, numero 25. & Aluar. hic, numero 10. olim requirebatur ſcriptura, & quòd uere ſit dos. Idem Aluar. hic poſt numerum octauũ. ſed ſimplicitas canoniſtarum non curat de hac ſolemnitate. Bald. hic, poſt numerũ decimũ. & deſcribebant omnes ſuos natales etiam ignobiles, naturales non. Archidiac. in cap. admittuntur. 54. diſtinct. ſed requiritur quòd fiat in facie eccleſiæ, ultra Iſern. hic. eſt. §. quantum uerò. d. Aut. quibus modis natur. effic. leg. diſt. tamen ut per Iſer. hic, in add. & Bald. numero quinto. Alex. in d. conſilio quinto, poſt numerum 3.7. uolum. Bald. 367. poſt prin. quinto uolum. Et limita, non procedere in feudis dignitatum, quæ non perueniunt ad humiles. Idem Bald. in conſi. 450. in fine, 5. uolum. etiam, quòd ſit natos ex illuſtri concubina: quia non ſuccedit per ſe, nec cum aliis in feudo. Cagno. in l. ſi qua illuſtris. numero 35. C. ad Orphitia. quia maius dedecus eſt talibus habere filios illegitimos. Pau. de Caſt. in d. conſi. 22. numero primo, circa finem, 2. uol. & fideicommiſſum quod aliàs extinguitur per natiuitatem filiorum naturalium, non extinguitur ſi erat nobilis, puta Comes uel Baro. Fre. de formu. inueſti. libro tertio, ibi, trigeſimaoctaua. Contraria procedunt in legitimis in potiori ſignificatu. & ſic ex origine, non ex accidenti. d. glo. Pari. 1. numero 51. titu. 1. §. octauo, & hoc fauore matrimonij. Dec. in conſi. 626. numero ſecundo, & poſt num. 3. tanto magis, quia miſericordia non ſunt indigni, qui alieno laborant uitio. Bald. in conſilio 408. num. 5. cir. fi. 1. uolum. & ineſt hoc etiam quòd non exprimatur, quia in hoc æquiparatur conditioni expreſſæ. l. conditiones, quæ extrinſecus. de condi. & demo. & intelligitur quod filii ſint illegitimi, ſi mater durat in concubinatu, aliàs non. l. ſi pro patre. §. verſom. ff. de in rem uer. licet quo ad regalia & baronias, non legitimet niſi Imperator. Bald. hic poſt num. decimum. & Præpoſ. poſt numerum 2. & 5. & non ſemper, niſi ex certa ſcientia, & ad feuda. Iſern. hic, in princip. & Præpoſ. colum. tertia, poſt princ. Afflict. in 2. not. 13. & 17. aliàs non, ſi eſſet legitimatus ſimpliciter. Pau. de Caſt. in d. conſi.
24 462. numero ſecundo, & in generali facultate legitimandi, non uenit poteſtas legitimandi ad feuda. Deci. in conſilio 76. 269. colum. penul. cir. fin. num. 14. 389. poſt num. 5. Lucas in d. l. eos. colum. pen. cir. fin. rationem ponit Dec. in conſilio 285. colum. 5. in fine. & 6. in princ. & ſic legitimatus niſi ſit per ſubſequens matrimonium, non ſuccedit in feudo. Socin. in conſi. 19. poſt numer. 16. 1. nolum. quia tanta eſt uis matrimonii, quòd non legitimos facit legitimos. Iſer. hic, poſt numerum 9. An autem legitimus ex legitimato, ſuccedat in feudo. Aluar. hic, colum. fin. in princ. uel nepos le-
25 gitimus & naturalis ex filio naturali ſuccedat auo in feudo. Odoffr. in Sum. qui poſſunt ſuccedere in feud. numero decimoquarto, & videtur, quod non ſolùm non ſuccedat ipſe, verum etiam nec eius filij. Iacob. de Ardizo, in d. Sum. de ſucce. feu. ibi, naturales vero, cir. medium. Quid in naturali,
26 an ſuccedat alteri naturali in feudo? quod non: Odoffr. in Sum. qui poſſunt ſuccedere in feu. poſt numer. 46. Spurius non ſuccedit ſpurio, nec pater ſpurio. Caſſan. in conſuet. Burgun. rub. 7. §. primo in princ. frater fratri naturali ſic. ibi §. ſecundo, in princ. & §. tertio, in fi. Aluar. in cap. primo, colum. fin. poſt princ. de filijs natis ex matri. ad morganat. contract. ſed ſi adeſt legitimus & naturalis præteritur. l. ſi fuerint. de ſucceſſionib. in Longobar. ſpurij non ſuccedunt ad inuicem, nec etiam matri, naturales ſecus. Alexand. in conſi. 174. quinto volum. Afflict. in Deciſ. 96. & ſic in glo. numero ſeptimo, & octauo, tenet contrarium, quod mater ſuccedit ſpurio, & econtra, niſi ſit illuſtris. Alex. in conſilio 139. colum. fin. poſt princ. primo volum. an ſuccedat matri in feudo materno. Iacob. de Ardizo. in d. Sum. de ſucce. feu. ibi, naturales. cir. med. & Iſer. hic numero decimo, vſque in fi. tenent vt ſupra, quòd ſi mater eſt illuſtris, ſpurius nunquam ſuccedit, nam. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orphitia. habet locum in naturalibus, non in ſpuriis. Bald. in conſil. 267. nume. 10. 1. uolum. & 447. nume. 7. 5. uolum. & dignitas facit alterare ſucceſſionem. Afflict. in c. primo, in 6. not. ante numerum 14. de feu. Marchio. & ſic ſuccedit naturalis. l. 1. ff. ad Tertul. l. 27
3. d. titu. ad Orphitia. poteſt inſtitui in re certa, & capit alimenta, ſi indiget vitæ ſubſidio, & reliquum remanet ſucceſſoribus. Bald. in conſil. 448. num. 5. 1. uolum. nec requiritur legitimatio. Alex. in conſil. 187. numero 13. cir. fin. & 188. num. 32. cir. med. 5. uolum. adeo, quòd poſſet dicere teſtamentum matris inofficioſum. glo. in cap. cum multæ, in uer. hæreditatem. 15. quæſtio. 8. uiuit lege patris, eius tamen non habet dignitatem, nec ſequitur domicilium: pater illi ſuccedit, & frater legitimus & naturalis. l. uni. ut filij, lege patris uiuant. in Longobard. & dicitur illegitimus ſecundum leges, qui eſt ſine patre, uel ſine patre intelligitur. Archidiac. in cap. dicat. cir. fin. 32. quæſtio. quarta. & legitimorum duæ ſunt ſpecies, quidam originarij, quidam non, & inter eos eſt differentia in multis. Pau. de Caſtr. in conſilio 252. numero 2. in princ. 2. uolum. oſtn legitimatio licet ſit ueris actus legitimitatis, attamen non poteſt dici legitime natus, niſi per fictionem: quia natiuitas conſiſtit in facto, non in iure. Idem Pau. in conſi. 343. numero 3. eod. volum. diſpenſatio quid, unde, & quia contra ius reſtringenda. Archid. in cap. requiſitis. 1. quæſt. 7. & cauſa neceſſitatis fit multipliciter. Idem Archi. in cap. tali. ea. cau. & quæſt. tamen ſi diſpenſatio fit per Papam, non comprehendit natos ex Comite, Duce, uel Barone. Fre. de for. inueſt. lib. 3. ibi, differentiæ inter feuda regalia. ten. trigeſimaſeptima. & ſi diſpenſat cum illegitimo, ut poſſit tenere canonicam præbendam, uel dignita- 28
tem in eccleſia, non poterit prædicta tenere in Metropolitana, cum diſpenſatio ſit odioſa & reſtringenda. Ioan. Ad. in cap. quamuis. numero 5. de præben. in 6. legitimi facti per diſpenſationem eccleſiæ, an poſſint promoueri. Archid. in c. vni. 35. quæſtio. 7. ſi eſt legitimatus per ſubſequens matrimonium, ſuccedit in feudo, admittitur ad epiſcopatũ, ad emphiteoſim eccleſiaſticam, & rumpet teſtamentum. Caſſan. in conſue. Burgun. rub. 8. §. 3. ibi, ab inteſtat. num. 5. vſque ad. 8.

SVMMARIVM.

1 *Homo habet ſex ætates, ſicut & mundus.*
2 *Minor ætas alia non attenditur in feudalibus, quã*

qua a conſuetudine feudali determinatur.

3 *Minor tenet feudum, & non cogitur facere fidelitatem.*

4 *Donec, infinite accipitur, ſignificat terminum, & non conditionem.*

5 *Doli capax quando dicatur.*

6 *Pupillus poteſt habere dignitatem, ſine adminiſtratione.*

7 *Feudum tenet minor, & non cogitur facere fidelitatem.*

8 *Maior quis præſumitur, niſi probetur minor.*

9 *Minor ſicut mulier reſtituitur, ſi non fecit fidelitatem.*

10 *Fidelitas eſt baſis: ſeruitium non eſt de ſubſtantia feudi.*

AD §. SI MINORI.

SI MINORI.) Homo, ſicut & mundus, habet ſex ætates. epiſt. nos
1 reddentes. in ver. diebus. C. de Sum. tri. tot ætatibus diſtinguitur mundus, quot hominis ſtatus. glo. in c. 2. 35. quæſt. 4. ſtatus hominis, Infantia, pueritia, adoleſcentia, iuuenilis ætas, perfecta, & ſenilis. Afflict. de pace iuram. firm. in princ. num. 9. Infantiæ iure Longobardorum, extenditur vſque ad 18. annos. iure Romano, vſque ad 7. glo. 1. in l. 2. de prohib. alienat. minor. in Longobard. glo. in l. 1. §. pueritiam. in ver. compleuit. de poſtulan. de infante & pupillo. Caſſan. in conſuet. Burgun. rub. 3. §. 2. in princ. num. 3. & 4. pueritia, paruulus puer, vel minor, vſque ad 14. annum. l. 3. in uer. paruulus. C. de infanti. expoſi. pueri appellatio tres ſignificationes habet. l. pueri. de verbo. ſignific. adde & quartam, nam fideles pueri quandoque dicuntur. Io. 21. pueri, nunquid pulmentarium habetis. glo. fin. in cap. hoc eſt. de conſecra. diſtinct. ſecunda. mi-
2 nor ætas alia non attenditur in feudis, quàm quæ a conſuetudine feudali determinatur, quindecim annorum in fœmina, & 20. in maſculo. Et ratio eſt, quia actus feudales ſunt serioſi, & prudentum, ideo dedecent eos, qui nondum ſtabilem mentem adepti ſunt. glo. Pari. titu. 1. §. 7. poſt numerũ 39. & §. 21. in princ. uſque ad nume. ſecundum. In regno non durat minor ætas, niſi uſque ad decimumquintum annum. Loffr. in conſi. 11. numero 47. poſt med. ita conſt. minoribus. de iure balij. & ſic, Si minori.) Quatuordecim. ſ. annorum. Iaco. de Ardizo. in Sum. quando vaſa. fideli. iurare debeat. ibi, item minor. in princip. glo. hic, & Præpo. in fine. Datum fuerit feudum.) Nouum. Iſer. hic. Fideli-
3 tatem facere non cogatur.) Et tamen tenet feudũ, ſed non cogitur facere fidelitatem: volens tamen admittitur. Præpo. hic in princ. num. 2. & cap. ſeq. poſt princ. Iacob. in ver. qui quidem inueſtit. nu-
4 mero 24. Donec.) Licet infinite accipitur. Lucas in l. ſi ad magiſtratum. colum. 3. cir. med. C. de decurionibus, ſignificat tamen terminum & non conditionem. Bald. in conſi. 415. poſt princ. 5. uolum. Venerit in maiorem ætatem.) Et ſic non ſemper tenetur iurare, ſed quouſque eſt minor: quia dictio prædicta, donec, denotat actum temporalem. Idem Bald. in conſi. 43. nume. 2. 2. uolum. & deſignat tempus perfectum. Aluar. hic poſt numer. 3. in qua doli capax ſit, eſt autem doli capax, proximus pubertati: dicitur proximus pubertati, cum magis appropinquat ætati puberi quàm infantiæ, in maſculo in anno. 10. cum dimidio, in fœmina nono cum dimidio, & aliquantulum vltra. Zaba. in clem. vni. in princ. numero ſeptimo, de homicidio. Sed illud inſpecta ætate. l. qua ætate. de teſtamen. in iſta materia factus pubes maior 14. annorum, efficit ut currat tempus ad præſtandum iuramentum fidelitatis. Aluar. hic poſt numerum primũ. Feudum tamen retinet.) Quia pupillus poteſt habere dignitatem ſine adminiſtratione. Frec. de ſubfeu. libro ſecundo, ibi, quinquageſimooctauo, num. 2.

Declarato textu impugnatur eius deciſio. Et primo, minori poteſt concedi feudum. Iacob. de Ardizo. in Sum. quis poſſit in feu. accipere. in prin. ergò uidetur concedi, ut pro eo faciat fidelitatem, a qua dicitur feudum. Iſer. hic nume. 1. nam cum aliquid conceditur, & ea per quæ illud fiat, ad plenum concedi uidentur. §. primo, in uer. regenerationis. Aut. ut liberti de cętero. Secundò, minor poteſt omnia facere, quæ ſibi non poſſint in aliquo præiudicare. Afflict. per quos fiat inueſt. in princip. in 7. not. numero 21. ſed minor poteſt accipere feudum quod eſt plus; ergò & iurare, quod eſt minus. Aut. multo magis. C. de ſacroſan. eccleſ. Vltimò fruſtra expectatur euentus, qui nihil ſit operaturus. Loffr. in conſi. 26. numero octauo. ſed eſſe maiorem vel minorem, nihil refert: nam homo ſicut poteſt eſſe perfectus in minori corporis habitu, ſic & minoris temporis modo poteſt vita eſſe perfecta. Lucas in l. uni. col. 6. cir. prin. C. de ſtudijs libe. vrbis Romæ.

Hijs non obſtantibus, ſeruatur contrarium. Et ratio eſt, quia delictum omiſſionis non cadit in minore. Pau. de Caſt. in conſi. 47. in princ. 2. uolum. & ad curam publicam pertinet, omnem rationem adhibere in ſubueniendis pupillis. l. 3. ff. qui petant tuto.

Quo ſtante, non obſtat Primum, nam poteſt ſi vult cum tutore: & ſi non facit excuſatur, & in damnum tutoris uel curatoris conuertitur. Iacob. de Ardizo. in Sum. intra quantum tempus debeat pet. inueſt. circa finem. & Aluar. hic nume. 6. & tutor guardianus uel cuſtos uaſalli, ſi in fidem admittitur, ipſe uaſallus cẽſetur admitti, nec opus eſt alia fidelitate. glo. Pari. titu. primo. §. uigeſimo octauo, in fi. Non obſtat Secundum, nam ſi eſt infans, non poteſt accipere feudum ſine tutore: pupillus ſic. Idem Iacob. de Ardizo. in Sum. quis potuit in feu. accipere. cir. princ. Non obſtat Vltimum, nam immo euentus operatur: nam ſi factus maior non præſtiterit iuramentum fidelitatis, amittit feudum. capitulo primo, quo tempore miles. & ſic firma remanet concluſio, quod feudum tenet minor, & non cogitur facere fidelitatem. Idem ſi dominus eſſet minor: nam non tenetur vaſallus inueſtituram recipere a patrono minore, ſine tutoris uel curatoris autoritate. glo. Pari. numero quarto, titu. primo, §. vigeſimoprimo, uel non petierit renouationem inueſtituræ a ſucceſſore domini defuncti, quam pubes maior factus facere tenetur. Aluaro. hic colum. ſecunda, cir. princ. & quod dicitur de minori, idem & in infante. infra c. proxim. quod adeo eſt uerum, quòd habens facultatem nominandi ſucceſſorem in feudo, poteſt eligere minorem. Frec. de ſubfeu. lib. ſecundo, ibi, quadrageſimooctauo quęro, et ibi, quinquageſimoocta-

ſi moo octauo quære. & tam ſi habet tutorem, quàm non. Caſſa. in rub. 3. §. 2. in princ. poſt numerum 6. conſue. Burgun.

Extende, idem eſſe in pugna, a qua iuuenilis ętas excuſat, & excuſatus non pugnabit per alium. Iſer. in c. hac edictali. nu. 5. de pace iuramen. firm. Intellige, niſi vellet, quia poſſit tunc per aliú æque bonum, qui iurabit contra omnem hominem. Iacob. de Ardizo. in Sum. de ſucce. feu. ibi, conſueuit etiam quæri. poſt princ. Caſſan. ubi ſupra. rubr. 3. §. ſecundo, ibi, ſans eſt re, numero ſecundo. & Aluarot. hic, nume. 4. & procedit in ſeruitio perſonali, ſecus in reali, quia ſi non poſſet per ſe, faciet per alium. Afflict. infra. cap. ſeq. in 4 not. nume. quarto, & ibi Iſer. cir. princ. & ſi poſſet etiam per ſe uolens admittitur. Iſern. hic, & in fini. in d. cap. hac edictali. §. item, de pace iuram. firm. Et limita in minore, ſecus in doli capace. Aluarot. hic, poſt nume. ſecundum, quia tunc malitia ſupplet ætatem. l. ut iuriſiurandi. §. dabitur. de operis liber. uel ſi eſſet proximus pubertati. Iacob. in d. uer. qui quidem inueſtit. num. 53.

8 Nota quòd maior quis præſumitur, niſi probetur minor. & minor præſumitur de facile circumſcribi. Lucas in l. quicumque. in præſump. 35. & 36. C. de apochis publi. vnde ſi non petiji renouationem, non priuatur. Caſſan. vbi ſupra rub. 3. §. 2. in prin. ſed factus maior, infra annum & diem tenetur iurare. d. cap. primo, quo tempore miles. & hoc iure iſto, quo ſunt neceſſaria verba, Inueſtio te. In regno autem Siciliæ eo ipſo quòd vaſallus habuit priuilegium conceſſionis feudi, expeditur litera aſſecurationis vaſallorum, per quam immittitur in poſſeſſionem feudi, & vaſalli ſibi iurant. Iſen. hic. cir. med. Secundò nota, quòd minor ſi-
9 cut mulier, reſtituitur ſi non fecit fidelitatem. Afflict. in §. præterea ſi quis. in 2. not. numero ſecundo, & in fi. num. 5. de prohi. feu. aliena. per Frec. & ut currat tempus reſtitutionis, cautela eſt, quòd dominus conſtituat minorem in contumacia per admonitionem parium. Iacobi. in d. uer. qui quidem inueſtit. numero 41. cir. fin. ſed quia minor non eſt, neque maior, qui eſt in ultima die 25. annorum. l. prima, vbi, ita ſum. ff. de manumi. ideo maior. 24. anno, & minor. 25. ſi non petiit fidelitatem infra annum & diem, reſtituitur, ut per Iſer. hic, qui etiam dicit quòd feudum cum dicatur a fidelitate vel a fide. Alexan. in conſi. 136. colum. prima, poſt med. 1. uolum. reſeruatio fidelitatis ſimpliciter facta, videtur importare feudum. Dec. in conſi. 413. numero 2. 3. uolum. & qui recuſat facere fidelitatem, non inueſtitur. Iſern. hic. quia
10 fidelitas eſt baſis, ſeruitium non eſt de ſubſtantia feudi. Cam. in cap. Imperialem. in princ. colum. ſecunda, cir. med. vſque in fi. d. titu. de prohib. feud. alien. per Frec. debet tamen inueſtitura præcedere fidelitatem. capit. primo, quid præce. debe. inueſtit. an fideli. vbi late; cum diſtin. de qua Boer. in Deciſ. 103. numero 11. qui quomodo fiat in feudo antiquo & empto, late Iſern. hic. regulariter tamen, vt Baroni præſtetur iuramentum fidelitatis, duo requirantur, licentia & mandatum. Affli. in conſtit. Comite vel Barone. numero 12. de ſucce. nobili. in feud. & per aſſecurationem, ſicut per priuilegium cum poſſeſſione, quæritur & probatur vtile dominium. Loffr. in conſi. 47. poſt numerum 6.

SVMMARIVM.

1 *Si quis, eſt verbum generale, & vtrumque ſexum continet, non tamen ſeruos.*
2 *Puer, infans, & impubes, qui ſint.*
3 *Seruitium non refert a quo fiat.*
4 *Pro eo, ideſt ad eius petitionem.*
5 *Idem, reſpicit primum caput.*
6 *Alius, eſt relatiuum diuerſitatis, & non comprehendit a quo aduerſatur.*
7 *Minores ſecundum morem omnium curiarum faciunt ſeruitium per alium.*
8 *Impuberes non coguntur facere fidelitatem, nec ſeruitium perſonale, ſed poſſunt ſi volunt.*
9 *Aetas perfecta & legitima, quæ ſit.*
10 *Seruire an quis teneatur propter dignitatem ſuperuenientem.*
11 *Honor eſt cum domino morari.*

AD §. SI QVIS.

SIQVIS) Eſt verbum genera-
1 le, & vtrumque ſexum comprehendit, licet quãdoque aliter ſe habet. glo. in l. 1. in uer. ſi quis. de maleſi. & publ. crimin. In Longobar. non tamen continet ſeruos. in l. 1. de offi. iud. in Longobar. Deceſſerit Filio.) Legitimo & naturali, nam ſi eſſet legitimus vel naturalis tantum, non ſuccederet, vt ſupra eo. §. adoptiuus. & §. naturalis. licet in legitimis natalibus ortus non prohibetur acquirere, & de acquiſitis inter viuos & in teſtamento diſponere, non habet tamen hæredem ex teſtamẽto vel ab inteſtato, nec alijs ſuccedat, niſi filios habeat uel deſcendentes legitimos. glo. Pariſ. titu. 1. §. 30. nume. 183. impubere relicto.) Minore. 14. annorum: nam pubes dicitur, qui 14. annum impleuit. cap. 1. de deſponſa. impuber. vnde videtur,
2 quòd idem ſit quòd puer & infans: nam puer dicitur vſque ad ſeptennium. glo. 1. in cap. ſuper inordinata. de præben. quandoque a ſeptennio vſque ad 14. glo. 1. in cap. 2. de ætate & quali. interdum vſque ad 18. l. Mela. poſt princ. de alimen. & ciba. lega. infans dicitur, homo primæ ætatis; ſic dictus, quia fari non poteſt, ſeu neſcit, & non dum bene ordinatis dentibus exprimit ſermonem. Lucas in l. 1. poſt med. C. de mune. & hono. non conti. inter patrem & filium; etiam ſi eſt unius diei. cap. ſi enim inquit. §. eligat. de pœniten. diſtin. 2. ita impubes infirmum habet animi conſilium, non ſentit, & quæ uidet ignorat. Lucas in l. 1. colum. 4. circa medium. C. de deſertor. ſed differunt quandoque. l. ſed & ſi. in uer. quòd ſi impubes. ad legem Aquil. Fidelitatem, nec ipſe nec alius.) Nam
3 non refert quomodo fiat ſeruitium, quando tractatur de conſeruatione iuris. Bald. in conſi. 426. cir. fi. 4. uolum. & a quo ſoluatur, dummodo ſit ſolutum. Afflict. in conſtit. conſuetudinem, numero 11. de præſcriptio. & quæ ſint regalię. in uer. vectigalia. numero 32. Non tamen cogitur, poſſit
4 tamẽ alius pro eo.) Ideſt ad eius petitionem. Zab. in ſimi. in clem. vni. in uer. nonnulli. num. 5. cir. fin. de exceſſi. prælato. ſi uellet; nam alius pro alio ſeruitium præſtare poteſt. Aluaro. hic, poſt nume. 1.
5 Idem.) Quæ dictio reſpicit caput ſeruitij. in ſimil. Archid. in cap. ſi quis. cir. fin. 3. quæſtio. 7. Zabar.

in

in clem. quoniam. in ver. idem. in princ. de vita & honeſt. cler. In ſeruitio perſonali.) Quia ſufficit a quocumque ſoluatur, vt non incidat in commiſſum. Alex. in conſ. 71. nu. 8. 1. volum. Ideo, Alius.)
6 Quod eſt relatiuum diuerſitatis & non comprehendit a quo aduerſatur. Pau. de Caſt. in conſilio 398. circa finem. ſecundu volum. Pro eo faciens ſeruitium admittitur.) Niſi in inueſtitura expreſſe dixiſſet, quod debeat per ſe ſeruire. Præpo. hic, cir. med.

Declarato textu, uidebatur dubia eius conſultatio. Et primo, impubes poteſt eſſe miles. l. ſed & milites. §. qui autem. vbi glo. in ver. impuberi. de excuſa. tuto. ſucceſſiuo poteſt ſeruire & tenetur defendere, l. ab hoſtibus, la 1. C. de poſtli. reuer. eo magis, quia feudatarius miles dicitur. cap. 1. de contentio. inter domi. & vaſa. cap. primo, de vaſa. mili. arma belli. depo. Secundò, ſeruitium quod debetur pro feudo, eſt reale. Iſer. in §. ſed nec eſt alia. poſt numerum 36. quæ ſit prima cauſa beni. amiſ. is qui deceſſit tenebatur, ergo hæres etiam impubes, quia ex perſona hæredis, conditio obligationis non immutatur. l. ſecunda, §. ex his. de verbor. obliga. Vltimò valet argumentum a ſufficienti partium enumeratione. l. filius. §. primo, in ver. locum. de libe. & poſthu. modò aut impubes poteſt ſeruire, & res eſt clara: aut non, & non poteſt per ſe nec per alium. l. fin. & ibi glo. C. de cohartalibus. lib. 12.

Hijs non obſtantibus, ſeruatur contrarium: & ratio eſt, quia minor ætate quidquam agere prohibetur. l. fin. §. minores. de ſentent. paſſis. quia non habet velle nec nolle, l. pupillus. de reg. iuris. poſſit tamen alius pro eo, ex quo non intereſt, quis ſoluat. l. ſi vero non remunerandi. §. ſi filiofamilias. ff. mandati, dummodo nomine illius ſoluat. l. qui fide. eod. tit. manda. aliàs non liberaretur. l. Caſſius. ff. de ſolutio.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam poteſt eſſe miles, & tenere feudum. ſed ſeruiet per ſubſtitutum: non tamen cogitur facere fidelitatem. Bal. ſupra eod. §. ſi minori. Non obſtat Secundum, nam poteſt ſeruire per alium, cum diſtin. aut eſt ſeruitium reale, aut perſonale. Aluar. & Præpo. hic, in princ. licet textus videatur iſta æquiparare. Non obſtat Vltimum, nam quandoque, quod nõ poteſt per ſe, poteſt per alium. glo. penul. in l. prima, C. de acquiren. poſſeſſio. & ſic firma remanet
7 concluſio, quòd minores ſecundum morem omnium curiarum faciunt ſeruitium per alium. Aluaro. hic numero ſecundo, intellige, tam in feudo paterno, vt hic, vt etiam in nouo, vt ſupra. §. præceden. maxime in regno, vbi curia accepit baleatum pupillorum Comitum, & Baronum, & retinet certam partem fructuum pro ſeruitio: & ſic ſeruit per alium domino acceptabilem. Iſern. hic cir. princ. qui etiam dicit eſſe regulare in omnibus qui ſunt inhabiles ad ſeruiendum, quamuis facta omnes plus vel paulo minus adimplere nõ poſſunt. l. veteres. cir. fin. C. de contrahen. & committen. ſtipula.

Reſtringe in impubere, ſecus in pubere & doli capaci. Iſer. in d. cap. præceden. in princ. & in iſto ſeruitio feudali, ſecus in alio, nam in alijs pupillus tam per ſeruum quàm per alium acquirit poſſeſſionem. l. 1. §. pupillus. de acquiren. poſſeſſio. Item non tenetur iurare, volens tamen admittitur. Aluar. hic. num. 1. & habet locum, niſi alius vellet pro eo ſeruire, quia tunc ſufficeret a quocumque fieri, quando ſequitur idem effectus. Bald. in conſilio 307. 2. vol. & poteſt per ſubſtitutum, quando ipſe eſt impeditus. l. quis. & ibi glo. prima, C. de epiſco. & cleri. dummodo nomine illius ſeruiat, ſicut in ſolutione. l. repetio. cum ibi not. in glo. in l. indebitam. in ver. tuo. & l. ſi pœnę. §. primo. de condi. indeb. l. ſi mandauero. §. ſi mandauerim. ff. mandati. & tunc non cadit, ſi alius ſoluit pro eo. Gemin. in cap. ſi epiſcopus. numero 9. de præben. in ſexto, & vnus ſoluit, & alius tenet. l. Pomponius. in glo. tertia, ff. quibus modis vſusfruct. amit. & inceptum per vnum, poteſt perfici per alium. l. vni. C. de Monopolijs. ſecus ſi non ſit nomine illius, quia illum non liberat. Alexand. in conſilio 69. numero 17. tertio volum. licet videor facere ex tua voluntate, cum idem tu neceſſe habeas facere: puta ſoluendo tuo creditori. l. ſolutum. §. ſolutam. in uerſi. expreſſe. in princip. ff. de pignor. actione.

8 Nota quod impuberes non coguntur facere fidelitatem, nec ſeruitium perſonale: poſſunt tamen ſi volunt, ſicut non poſſunt citari verbaliter, nec realiter. l. neque. ff. de in ius voca. ſicut nec exhæredari, quia non poſſunt eſſe ingrati. §. non ſolùm. & ibi glo. in ver. ad ſubſtitutum. de pupillar. ſubſtitu. Item nota, quòd ætas legitima & perfecta de iure canonico eſt annorum 30. de iure ff. 25. ſecundum conſtit. reg. minorum iura. anno. 18. infirma eſt ſenum, puerorum, & puellarum, alia tenera. Lucas in l. prima, colum. ſecunda, circa fin. C. qui de ætate uel profeſſ. ſe excuſa. & eſt pubertas, plena, plenior, & pleniſſima. glo. pen. in l. arrogato. ff. de adoptio.

9 Quid ſi dignitas accreſcit vaſallo poſt receptũ feudũ, an ſeruiet per ſubſtitutum. & videtur quòd non, nam nulli dignitas tribuit excuſationem. l. Spadonem. cir. princ. ff. de excuſa. tuto. ſed quem militando elegit ordinem perſequatur. l. quidam. C. de palati. ſacra. larg. & licet ſit honor eius auctus, non tamen eſt conditio mutata. l. falſa demonſtratio. §. primo. de condiuio. & demonſtrat. nec debet æſtimare ideo meruiſſe dignitatem, ut iudicum præcepta deſpiciat. l. curiales, la ulti. C. de decurioni. libro decimo, aliàs non honorem, ſed quandam læſionem intuliſſet. Aut. ut ab illuſtri. & qui ſuper eam digni. in princ. nam adiecta noua dignitate, primam perire non patimur. l. iubemus. C. de proxi. ſacro. ſcrin. maxime ſi non labore, ſed ambitione, ad honoris augmentum fuerit deuentum. l. contra publicam. C. de re milita. libro 12.

Facit pro alia parte. Honor additus ab Imperiali liberalitate, facit eum illuſtrem. l. omnes. C. de metat. & epidimicis. propterea debet inſpici quod decet. capitulo ſecundo, in ver. decet. de offic. delegat. in ſexto, quia quilibet debet facere, quæ ſuæ conditioni conueniunt. glo. in capit. ſi apud. vigeſimatertia, quæſtio. quinta, adeo quòd iurat facere quæ ad ſuum honorem pertinent, non alia. glo. in capit. ego. N. in uer. ſaluo. de iureiuran. aliàs creſcendo decreſceret. capit. final. prima quæſtio. ſexta, ſicut uita quanto magis creſcit, tanto magis decreſcit. quanto magis procedit, tanto magis ad mortem accedit. D. Auguſtin. in Colloquijs. capitulo 2. poſt medi. acqui-

rendo amittit. cap. ſi res. 14. quæſt. 6. decreſcit & creſcit, facit. l. peculium, l. 4. ff. de peculio. l. fin. C. de nuptijs. & magnum quodammodo minoratur. cap. 1. de translat. epiſco. & nimirum, quia ſicut augetur poteſtas per dignitatem. Bald. in conſilio 358. num. 8. in fi. 5. volum. ita & vtilitas. Idem Bal. in conſi. 294. cir. princ. eod. volum. nam commoda qui ſentis, iungas onus emolumentie. Pau. de Caſt. in conſi. 257. colum. 1. in fi. 1. volum. vt ſic ex ſuperueniente dignitate aliquid immutetur. l. Seio. §. fin. in glo. pen. de annu. lega. & licet priuilegiatus e priuilegiato excipiat. §. 1. in uer. ad Imperialem. Aut. de aliena. & emphy. non ideo aufertur primum. l. 2. in uer. conuertere. C. de præpo. agen. in rebus. l. princeps. C. de princi. agen. in rebus. ſed retinet. l. 3. de ſi lec varijs. l. iubemus. C. de proxi. ſacro. ſcrin. l. 3. C. de digni. l. 1. de primi. & ſecundice. C. adeo quòd qui ſuperioribus dignitatibus creuit, nihilominus retinet priuilegium primæ. l. eos. C. de excuſa. mune. quia eſt additamentum Imperialium premiorum. Aut. vt ordina. præſt. cir. fi. Iaco. de Ardico. in Sum. quibus ea cau. excuſ. veſa. a ſerui. pre. domi. ſuo. cir. med. Aluar. hic, col. 3. in fi. tranſit ſimpliciter.

Iſer. videtur diſtinguere, quòd aut obligauit ſe ante dignitatem, aut poſtea: primo caſu ſeruiet per ſubſtitutum. Bald. de milite vaſa. qui arma bellica. depo. poſt num. 4. & facit quod dicitur in l. fi. poſt prin. ff. de condi. inſti. vbi conditio, nomine filij, per alium adimpleri poteſt. Secundo caſu, ſibi imputet: ideo inferior non ſubinfeudat ſuperiori, licet poteſt vxor marito. Cap. in ver. feudum dant. ibi, infeudat. in 7. limi. ſed quæ paria ſunt ab initio talem ſine dedecore non poſſe, vel ex poſt facto. l. 2. & generaliter. de libe. homi. exhi. ideo Iſer. recedendo a diſt. prædicta concludit, quòd ſi dominus conſuetum ſeruitium non poteſt habere, cum ſit indecens vaſallo, commutabitur, & releuatur dominus in hoc, ut ipſe eligat commutationē in aliud. & fit vnum mirabile, ſicut in commutatione pęnæ, quòd ad vnum agitur, ad aliud fit condemnatio. Idem Iſer. quæ ſint rega. in uer. & bona committentium. num. 75. poſt med. vel ſeruiet per ſubſtitutum. Præpo. hic num. 2. & conuenit, ne Comitibus, Baronibus & alijs nobilibus, ſeruitiorum executio demandetur, quę ſtatum & conditionem eorum non deceat. ad eſt cap. regni. Item ſtatuimus quòd Comitibus. car. 29. colum. 2. cir. med. & ſi creat Imperator aliquem in Ducem uel Regē, quod poteſt in regno formato, ſi tenentur vel nō Barones vel Comites illum recognoſcere, conſulendus eſſet Imperator. Bald. in conſi. 328. poſt nume. 6. 1. volum. licet poſſit eſſe quis feudatarius ſui feudatarij diuerſis reſpectibus. Idem Bal. in l. pen. colum. 2. in pri. & pen. poſt prin. ſi certum pet. Sed quid ſi non vult quòd ſeruiat, ſed quod cum eo moretur? videtur quòd non ſit indecens cum domino ſuo morari: immo honor. Iſer. hic cir. fi. nā quodammodo aſſiſtere maieſtati videtur, l. uni. de mag. ſacro. ſcri. in comitatu Principum recentus. l. pen. ff. de milita. teſtam. & Imperiale gauiſus aſpectu, ſi iuſta petierit hæc accipiet, ſi non iuſta, velociter reuertetur, cum propter confirmationem vel impetrationem alicuius priuilegij eatur ad Principem. §. ſi quis autem. in glo. in uer. neceſſitas. Aut. quomodo opor. epiſcopos. vel præſens Principis obſequio deputatus. l. nemo. C. de re mili. penetralibus & principalibus obſequijs intereſt. l. 3. & ſeq. C. de præpo. ſacri cubi. Ideo iuſſio Imperialis poteſt Archiepiſcopum extra diœceſim retinere. cap. qualiter. ubi glo. 1. de cleri. non reſiden. non obſtante qualibet iuſſione prælati, excepto domino Papa. glo. 2. in cap. cum pareti. de appellatio. tanto magis, quia honor eſt ei quem princeps uocat. gl. 1. in l. fin. C. de dignit. intrare ſecretarium Principis, & aliorum iudicum, ac ſedendi in ſalutationibus datur in priuilegium. gl. 1. in l. vni. C. de honor. vehicul. ſicut & adorandi Imperium. l. 2. de præpo. ſacri cubi. l. vni. C. de comi. & tribu. ſcola. l. 1. C. de apparito. immo quilibet qui habet feudum, ſi vocetur propter negotium regni, tenetur ire. gl. in cap. ſi Epiſcopus. in uer. regia. 18. diſt. cum nemo noſtrum, uel potentium nomen horreſcat. l. nolumus. C. de teſtamen. vltra quòd qui Principi deſeruit, ab omni munere eſt immunus. l. negotiantes. de excuſ. mune. nec uideo quare recuſabit, quod recuſare non potuit. l. poſtulante. poſt prin. ff. ad Trebellia. nam licet ei honor augeatur, non tamen conditio mutatur. l. 1. in glo. 1. de iure aureo. annulo. non eſt diminuta, ſed aucta conditio eius. Pau. de Caſt. in conſi. 253. num. 1. 2. volum. adeo quòd ob medendi curam, nec a comitatu Principis recedere poteſt. l. 2. C. quibus non obſtat longi tempo. præſcri. & inculpabiliter neceſſe eſt uiuere, etiam quòd ſolam ſui præſentiam nouit principibus offerendam. Lucas in l. 3. in fi. C. de ſilentiarijs. Fre. de ſubfe. li. 1. de officio magni Seneſcalli. num. 5. in fi. & hoc modo, ſicut Romæ morari eſt ſanum. glo. 1. in fi. in cap. qualiter. 7. quæſt. 1. ita non tenetur ire niſi inuitatus, ſicut in Epiſcopo. c. ſiquis. §. repręhenduntur. cum cap. ſeq. 23. quæſt. 8. ſed ad inuitandum illum ad ſedendum Princeps eſſe curialis. glo. in d. Aut. ut ab illuſtri. & quis ſuper eum. in uer. in curiam. & debet dignior in altiori loco ſedere. & eſt altior, qui proximior eſt domino. Bald. in conſi. 387. cir. princ. 2. uolum. & propter delictum priuatur adeſſe iuxta Regem. l. 2. ubi gl. C. 3. de frumen. Alex. l. 1. §. miles. ff. de his qui not. infamia. ſicut in proditore. Afflic. in §. fin. in 41. cau. quibus modis feu. ami. & an ille qui interſe. fra. domi. ſui. num. 6. & in glo. 1. poſt nume. 14. & 16. ex quo iuxta eum non debent habitare alij, quàm quos elegerit, ad legitimum ſuę maieſtatis uſum. Lucas in l. 4. col. 3. in princ. C. de ſpectaculis. vnde ignominia miſſis neque in urbe, neque alibi ubi Imperator eſt, morari licet. l. 2. §. ignominia. ff. de his qui notan. infam. & punitur moderator prouinciæ Auguſtiſſimam vrbem ſine iuſſione Principis adire. l. nullus. C. de offi. recto. proui. & ſicut eſt honor adminiſtrare, ita eſt dedecus remoueri. glo. fin. in l. teſtamento. ff. de manu. teſtamen. & remotus dicitur exauctoratus. l. qui de libertate. ff. de libera. cau. licet ſolet ire ut reconcilietur Principi: vel ut feudum acquirat. glo. in l. non ut ere. ex quibus cau. maio. & non diſcedit, niſi proficiſcendi licentiam conſequatur. l. ſi quis decurio. C. de decurionibus. lib. 10. ſicut uaſallus ſi recedit a regno inſalutato hoſpite, poſſit inuitus compelli ad redeundum. Capi. in §. callidis. in 2. conclu. cir. fin. de prohib. feu. aliena. per Fre. cum per abſentiam gradus dignitatem amittat. l. 2. C. de primice. & ſecundice. vnde Marchio ſi uadit ad curiā Principis, non debet recedere ſine licentia. Idem in Epiſcopo. Fre. de ſubfeu. libro ſecundo, quis dicatur

tur

cur Marchio. numero decimo, & vndecimo.

Facit pro alia parte. Eccleſiaſt. cap. 2. quid (inquit) eſt homo, vt ſequi poſſit Regem factorem ſuum; tanto magis variæ hominum voluntates, & nihil mali eſt honeſti hominis nomen aſſumere. Azo in Sum. C. ad Trebellia. num. 14. & 19. honeſti nolunt nomen ſuum in Epigrammate ſuperſcribi. Iſer. in prælu. in princ. nom. 17. in princ. & ſunt multi, qui nec eorum nomina apponi patiuntur in inſtrumentis, ſicut in muliere, quã naturalia pudor non omnibus ſe perperam manifeſtari concedit. l. optimam. & ibi glo. in ver. excelſas. C. de contrah. & commit. ſtipula. §. 1. cir. fin. Aut. vt litiga. iurent. adeo quòd perſona quandoque interponitur honeſtatis cauſa. Bald. in conſi. 298. poſt nume. 6. 1. volu. & tenuioribus malunt, quàm turpiter ſerui re diuitibus. l. archiatri. C. de profeſſo. & medi. & pudor eſſet domino ſtare cum vxore coloni. gl. in l. cum ſatis. in ver. in ſobole. cir. fin. C. de agrico. & cenſi. & liberta quæ nupſit volente patrono, non debet illi amodo ſeruire propter ſuſpitionem, ſed patronę ſuæ ſic, ſi poteſt honeſte. glo. 1. in fi. in c. vnaquæque. 13. quæſt. 2. Ideo Iſer. tranſit cum diſtin. Iaco. de Ardizo. in Sum. prędi. quibus ex cau. excuſe. vaſa. a ſerui. præſta. domi. ſuo. cir. med. videlicet, quòd aut vaſallus incipit eſſe eiuſdem Imperij cuius eſt dominus, vel ad eam dignitatem peruenit, vt inconueniens ſit domino ſeruire, & excuſatur. Aut cæpit feudum poſt dignitatem, & non: niſi imponat ſeruitium quod videatur eſſe contra dignitatem vaſalli; puta, quòd vaſallus miles tanquam pedes ſeruiat, vel caſtro calcem ſeu onera portet: licet Regem, liberum eum alio ſtare nõ ſit par ratio, cum lętitia ſit videre Principem. l. vni. C. publi. lętitiæ vel conſu. propterea commutabitur, vt in quæſt. præced. vel ſeruiet per alium ęque idoneum. Iaco. de Ardizo. in Sum. vtrum uaſa. poſſit ſeruire per alium. cir. med. ſicut hæres aduocati põt retinere feudũ, & ſeruire per ſubſtitutũ. Curt. in tract. feu. in 3. par. princ. ver. expedita igitur. nu. 22. cir. fin. cum diſt. de qua Bar. in l. continuus. §. ſi ab eo. nume. 2. de verbo. obliga. Bald. in l. vni. poſt num. 5. C. de priuileg. dotis. Secus ſi Baro dedit feudum ſcholari redeunti a ſcholis, credens ipſum eſſe ſapientem, ſi poſtea apparet eſſe ignarum legũ, poſſit illum priuare, ſi expreſſe dedit vt aduocaretur pro eo, aliàs ſecus. Bart. in l. Neſennius. nume. 4. de excuſa. tutor. quia dicitur feudum annexum officio. Aluaro. ſupra in proœ. num. 37. honorarium vel forte ſuffragium, quia ſunt operæ quæ locari dedignantur. Azo in Sum. C. de locato. & cõduct. poſt num. 5. & 6. verum reuocato emolumẽto, cenſetur reuocatum & onus illius contemplatione iniunctum. Pau. de Caſt. in conſi. 257. nume. 4. cir. prin. 1. vol.

SVMMARIVM.

1 §. Titius. totum loquitur in feudo antiquo, vel ex pacto & prouidentia, & de iure antiquo.
2 Agnatus reuocat alienationem, cum diſt. ſi habet uel non habet filios, is qui alienauit.
3 Pars poteſt dici ratione proprietatis, & ratione iuriſdictionis.
4 Suum, & meum, præſentis temporis eſt.
5 Agnatus quando reuocat non ſoluto precio.
6 Filius reuocat facto inuentario, ſi eſt feudum ex pacto & prouidentia, vel viuitur iure Francorum.
7 Annalis acquieſcentia præiudicat.
8 Omnino, ideſt in perpetuum.
9 Feudum alienatum reuocat agnatus proximior, etiam non ſoluto pretio, poſt mortem alienantis: filius etiam in uita, ſoluto pretio.
10 Annalis præſcriptio datur in iure.
11 Venditionis feudi tria iura conſiderantur.

AD §. TITIVS.

TITIVS.) Iſtud e. feu. §. loquitur de
1 feudo antiquo, vel ex pacto & proui
dentia. Aluar. hic cir. princ. Gram. in
Deciſ. 103. num. 207. Loffr. in conſi.
14. poſt nu. 51. de nouo non poteſt
intelligi, quia ſi tale feudum alienetur, non poſſit
reuocari per filios, neque per agnatos alienantis.
Præpo. hic, in princ. ſed aperitur domino: ſi eſt ex
pacto & prouidentia, deuoluitur agnato, niſi ex-
preſſe conſenſerit, vel tacitę, tacendo per annum.
Iſer. hic ibi, quid ſi conſentit. & procedit iure anti-
quo. Præpoſ. hic poſt princ. quo vaſallus poterat
feudum alienare. cap. 1. qualiter olim pote. feud.
alien. ſecus hodie, per cap. Imperialem. nam non
poteſt alienari, & emptor amittit precium. Odoff.
in Sum. ad quos feu. reuerta. quando ami. poſt nu.
4. & ſi is qui alienat habet filios, proximior agna-
tus poteſt reuocare, ſaltem reddito precio. aut non
habet filios, & tunc non poteſt reuocare, niſi alie-
2 natore mortuo ſine hærede. & eo caſu non tene-
tur reſtituere precium. & cur diuerſum quando ha
bet filium, & quando non, dicit glo. ſapiens inqui-
rat, alibi dicit, ſoluat Apollo. vel in feudis non eſt
curandum de ſtricta ratione. Bald. in conſ. 276. nu
mero 2. 5. volum. In propoſito, Titius filios ma-
ſculos non habens.) Secum vel alibi. l. qui iuriſdi-
ctioni. in fi. de iuriſdict. omn. iudic. Partem.) Non
3 proprietatis, ſed iuriſdictionis, cũ ad vtrũque poſ-
ſit referri. Zaba. in clem. 1. in uer. terra. poſt num.
4 4. de pœnis. Suam.) Quæ dictio ſicut & meum, eſt
præſentis temporis. glo. in l. 2. de donatione. quæ
thingatione uel lanehil fiunt. in Longobar. Feudi
Seio, partem eiuſdem feudi poſſideret.) Quod feu
dum dicitur. Frec. de ſubfeu. lib. 2. ibi, ſextò quæ-
ro. poſt num. 3. & ibi, ſæpe fui interrogatos. num.
59. Agnato ſuo conceſſit.) Per refutationem. de
eo qui finem fecit agna. Sempronius proximior
agnatus mortuo demum Titio.) Quia dum uixit,
tenuit: poſt mortem ſi alienauit, ſine conſenſu do
mini. Iſer. hic poſt princ. reſoluto iure datoris, re-
ſoluitur ius acceptoris. Alex. in conſi. 189. nume.
8. 2. uolum. Partem illius feudi, nullo dato precio
recuperare poteſt.) Deci. in conſi. 208. colum. 3.
5 poſt medi. mortuo vaſallo. Alex. in conſi. 26. poſt
nume. 2. 5. volum. facta reuocatione ab emptore,
agnatus iure proprio habebit. Iaco. de Ardizo. in
Sum. vtrum conſenſus agna. ad quos ſpe. feud. in
aliena. interue. debeat. cir. med. prædicta intellige,
quando is qui alienauit, deceſſit ſine filijs. Quod
ſi Titius filios proprios.) Qui ab alijs vſurpari non
poſſent. l. aqua. ff. quemadmo. ſerui. ami. puta adó-
ptiuiti vel naturales. Precio reddito etiam uiuo Ti
tio.) Alienante, recuperare poſſit, ſupple, filius
& uendicabit excluſis agnatis, quando nihil perue
nit uel peruenire poteſt ex hæreditate patris. Præ-

po. hic

6 po.hic poſt num.2.& 3.& reuocat facto inuenta-
rio, vel ſi in eo uiuitur iure Franchorum; quia nõ
poteſt alienari per patrem in præiudicium primo
geniti; & ſi fit ſine eius conſenſu, non præiudicat.
Afflì.in deciſ. 112.num. 2. aliàs, ſi fit alienatio ſine
domini conſenſu, eo qui alienauit viuente, & fi-
lijs extantibus, ſi eſt feudum antiquum, non poteſt
reuocari per agnatum: ſi nouum per dominum,
nam regulariter in feudo nouo, factum patris no-
cet filijs, quando non ſunt expreſſe nominati in in
ueſtitura. tunc ex eorum perſona & iure eis noni-
ter acquiſito per mortem patris, poſſent auocare
ab emptore, non tanquam hæredes patris, ſed tan-
quam filij, cum conficerint inuentarium. Pau. de
Caſt.in conſi. 217. 2. volum. Quod ſi conſenſerit.)
Sempronius agnatus proximior, vel per annum
ex quo ſciuit tacuit, puta quia præſens & ſciens
quod agitur, non contradicit. Aluar.in §.præterea.
nume.5. quibus modis feu.ami.lo 1.& ſic ſi agnati
ſciunt alienationem factam in agnatum remotio-
rem, & tacuerunt anno, non poſſunt ad feudum
aſpirare, ſi extraneo poſſunt perpetuo contradice-
re: & vbi eſt licita alienatio, poſſunt agnati reuoca-
re, & ipſis non reuocantibus admittitur dominus.
Præpo.in §. fin. colum.5. poſt med. quæ ſit prima
cau.beni.ami. vel ſi fit extraneo, habet 30. annos.
Dec.in conſi. 328. colum.2.poſt num.4.389.nu.
8.& 395.poſt num. 1.cir.fin. 2.& 3. Aluar.hic.nu.
7 4.& poſt. vnde acquieſcentia per annum unum,
præiudicat quando fit inueſtitura cum ſcientia &
patientia eius ad quem ſpectat. d. §. præterea. ubi
8 Afflict. num. 2.6.uſque ad 9.& 16.cir.med.quibus
modis feu.ami.& Omnino.) Ideſt in perpetuum.
Zaba.in clem.1.num. 12.vſque ad 14.de vita & ho
neſt.cler. Remouebitur.) Ideſt reijcitur. Grã.ver.
remoueo. ¶ Declarato textu, impugnatur eius
deciſio.& primò, in ſtipulationibus, inſpicitur tem
pus in quo ſtipulatio vel contractus reperitur cele
bratus. Loff. in §.præterea ducatus.col.10.cir.med.
de prohi.feu.aliena.per Frec.tempore contractus
clarũ eſt, quòd iſte Titius erat dominus: ergò pote
rat diſponere, quia rei ſuæ quilibet eſt liber mode-
rator & arbiter.l.in re mandata.C.manda.& tem-
pus præſens non trahitur ad præteritum vel futu-
rum. Lucas in l. eos. colum. 6.poſt med. C.de his
qui ſponte mune.ſubeunt.& ſucceſſiue, non eſt al-
ter futurus dominus, cum non ſit futurum quod
iam factum eſt.l.hoc amplius. in glo. 2. de damno
infect. Secundò, vaſallus alienando propter ino-
piam, magis delinquit in ſe ipſum diminuendo pa-
trimonium, quàm offendit dominum vel agnatũ.
Iſer.in cap. ſi vaſallus culpam.poſt princ.infra eod.
& in §.& ſi libellus.poſt num. 7. de aliena.feu. pa-
ter. modò etiam quòd per alienationem Titij læ-
dantur filius & agnati, debet attendi id ad quod
actus hominis principaliter ordinatur. Alexan. in
conſi.8.num.14. 3.volum. & ſucceſſiue licet uen-
ditio redundet in præiudicium aliorum, principa-
liter non fit adhoc, ſed vt ſuæ conſulat neceſſitati,
& propterea illud debet attendi. Alexan.in ſimi.in
conſi.89.num. 10.4.volum. Vltimò, dominus dã-
do feudum, videtur omnibus proſpexiſſe ordine
ſucceſſiuo, & ſic vni poſt alium: adeo quòd per
mortem reſtitutioni ſubiacit ei, qui ſequens eſt in
gradu. Iſer.in §.& olim.colum.2.in fi. de ſucc. feu.
vnde videtur quòd etiam quod ſit alienatum, non
poteſt filius agere viuo patre, quia in rerum natu-
ra non eſt quod vendicet.l. 1.ff.de hæredi. uel act.
vendi. Alex. in d.conſi. 26. poſt numerum 10.&
11.5.uolum.

Hiis non obſtantibus, ſeruatur contrarium. Et
ratio eſt, quia huiuſmodi feudum defertur a gene
re, non a patre, ideo manet incolume. Iſer.in d.§.&
olim.poſt num.9.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam eſt domi-
nus durante vita, ſequuta morte ex quo reſoluitur
ius datoris, reſoluitur & ius acceptoris. late Iaco.
de Ardizo.in Sum. ſi primus vaſa. decedat ſine hę
red. vel refutet feu. an ſecund. reti.feu. Non obſtat
Secundum: nam illud procedit in eo quod fit in
re ſua. Loffr.in conſi.13.ante & poſt num. 16.Ca-
pu.in ver.regalia, ibi molendina. ver. flumen ſitũ.
ſecus in re ſua, quæ futura eſt aliena: nam vita du-
rante tenet, poſtea non. Vltimum non obſtat, nam
iura poſſunt uendi, & ueniunt in obligatione. Iſer.
qui ſucce. tenea. lo 1. colum. pen. cir. princ.& ſe-
quuta alienatione, filius in vita patris ſoluto pre-
cio recuperat. Iacob. in uer. & cum pacto de non
aliena.nume.35.& 44. Pernus in primis nota. col.
1. poſt med. Aluar.hic poſt num.1.& 3. Et ſic fir-
9 ma remanet concluſio, quòd feudum alienatum,
agnatus proximior reuocat poſt mortem alienan-
tis, etiam non ſoluto precio, filius poteſt in uita,
ſed reſtituet precium. Intellige, quòd non ſolum
non poſſit alienari, nec diuidi, vel in ſolutum dari,
cum proximiori agnato re nec in ſpe præiudicari
poſſit. Bald.in conſ.38.num.1.& 3.1.uolum.& ſi-
cut non poteſt alienare, ita nec pati quòd contra
eum currat præſcriptio, aliàs non noceret. Dec.in
conſi.445.num.47.& 48. Affli.in conſt. ſcire uo-
lumus.poſt num.6.de iure regali.rerum. & non ſo
lum non poteſt alienare, verum etiam nec renun-
tiare in præiudicium filiorum, quando eſt acquiſi-
tum pro ſe & filiis. Alexan.in conſi. 178. poſt nu.
4.6.uolum.nec poteſt antiquum fieri nouum, in
præiudicium aliorum. Dec.in d.conſi.445.poſt nu
me. 7. nec alterare naturam feudi in præiudicium
agnatorum. Alexan.in conſi. 30.num. 5.1.uolum.
& ſi fit, quia dependet a facto progenitorum, præ
ſumitur factum per errorem. Barbat. in conſi. 55.
nu. 17.inter con. Alex.5.uolum. & dictum in feu-
do, habet etiam locum in emphyteoſi. Idem Ale-
xand.in conſi. 16.nu. 1.4.uolum.& in conſilio 8.
poſt num. 13.& 15.3.uolum. & reuocat, non ſo-
lum agnatus, uerum etiam & cognatus filius ſoro
ris, quando feudum eſt antiquum pro ſe & hæredi
bus quibuſcumque, & alienauit auunculus. Deci.
in d.conſil. 208. in 2. dubio. colum. 2.cir.med.&
procedit, non ſolum in patre & agnato, verum etiã
& in fratre, quando alienat partem feudi paterni.
Idem Deci. in conſil. 263. colum. pen. cir. medi.
ibi, ſimiliter.

Reſtringe, niſi filius vel agnatus proximior ta-
cite uel expreſſe. Aluar. hic num. 1.cir. fin. conſen-
tiat, quòd alius inueſtiatur, quia tunc ſibi præiudi-
cat, licet in dubio cenſeatur facere per errorem.
Alexan.in conſi. 87. colum. fin. cir. princ. ante &
poſt num. 15.6.uolum. & reuocat infra annum a
die ſcientiæ. Caſſan.in conſ. Burgun.rub.10.§. 3.in
prin. quando fit alienatio in agnatum: ſecus ſi in ex
traneum, quia etiam poſt annum audiretur. Ludo.
de Moli. de Hiſpan. primog. lib.4.cap.1.poſt nu.
15.& habet locum in feudo ex pacto & prouiden
tia, ſecus in hæreditario: quia tunc hæredes non
reuo-

reuocant, ſicut nec ipſe vaſallus. Iaco. de Ardizo.
in Sum. vtrum inten. agna. conſen. ſi tacent per an
num, & in eo etiam quod eſſet defectus aſſenſus,
valeret in præiudicium filiorum, Alex. in conſ. 18.
colum. 2. num. 5. 5. volum. Loffr. hic in ver. ſi uerò.
niſi veniret vt alius & alio iure; nam tunc etiam hę
res poſſit reuocare iure proprio rem venditam a
defuncto. Frec. de formu. inueſt. lib. 3. ibi, differen-
tiæ inter feuda ex pacto & prouidentia. ver. vigeſi
moprimo, cir. fin. Item non procedit, quando om-
nes conſentirent, vel omnes alienarent: nam non
poſſet aliquis eorum contrauenire, ſed tunc de-
mum capiet effectum conſenſus, quando vltimus
conſentiret. Iaco. de Ardizo. in Sum. vtrum agna.
facien. pactum quòd non petet ab eo. &c. & habet
locum iure iſto, ſecus in regno, ubi non habet lo-
cum diſpoſitio huius textus. Gramm. in d. deciſ.
303. poſt num. 124. & durat vita durante aliena-
tis, eo mortuo, agnatus proximior reuocat. Dec.
in conſi. 144. in 1. dubio. colum. 1. cir. fin. & 2. poſt
princ. quia ei non fit præiudicium. Alex. in conſil.
10. num. 7. 3. uolum. & reuocat nullo dato precio.
Odoff. in d. Sum. ad quos feu. reuert. quando ami.
& Dec. in conſi. 186. nu. 1.
10 Nota quòd in iure datur præſcriptio annalis.
Iſer. hic cir. fin. adde duos alios caſus in cap. ple-
rumque, cum ibi not. in ver. infra annum. de reſcri
ptis. Alexan. in conſi. 130. poſt med. num. 4. cir. fin.
6. volum. & in iſtis terminis per lapſum anni con-
currente fauore agnatorum, præſumitur donatio
& renunciatio iuris ſui. Pau. de Caſtro in conſilio
84. ante & poſt, num. 2. 1. volum. verum negligen
tia iſtius non petentis, non præiudicat ſequenti a-
gnato, cui non fuit apertum feudum tempore prę
deceſſoris, tangit Affli. in conſt. conſuetudinem. nu
me. 7. in fi. de præſcriptio. & non domino, ſed ad
ſuam reuertitur perpetuam proprietatem, quæ
nunquam moritur. Bald. in conſi. 249. cir. fin. 2.
volum. Iſer. circa iſtam materiam alienationis con
ſiderat tria tempora, ius antiquum, tempora huius
11 cap. & modernum, videlicet conſti. conſtitutionē
diuæ memoriæ. duo prima conueniunt circa per-
miſſionem alienationis pro parte; diſcordant ta-
men, quia iſtud requirit in alienatione aſſenſum,
& ita iſtum textum intelligit Gramma. in d. Deciſ.
103. num. 208. Loffr. in d. conſi. 14. poſt num. 51. &
Aluar. hic, num. 2. & poſt. & reuocant agnati, quia
potior eſt cauſa eorum quàm dominorum, niſi &
ipſi agnati conſenſerint. Iaco. de Ardizo. in d. Sum.
vtrum conſe. agna. & c. in princ. expreſſe vel tacite,
cum taciturnitate per annum, ſecundum glo. hic
commu. approbatam. Alexan. in conſi. 15. num. 10.
5. volum. & 30. num. 6. 6. volum. & currit annus a
die ſcientiæ, quæ debet articulari & probari. Dec.
in d. conſi. 445. in fi. poſt nume. 71. & tam ſi adeſt
aſſenſus domini, quàm non, conceſſionarius reti-
nebit feudum uita durante concedentis. Iure anti-
quo, poterat pars alienari ſine conſenſu domini.
Iſer. hic; hodie ſi fieret alienatio in caſu non per-
miſſo, poſſit ſtatim is qui alienauit, vel dominus re
uocare, ut in d. conſt. ideo, ut ſupra, hoc. c. non ha-
bet locum in regno, & hæres tenetur ad precium,
ſi emptor fuit ignorans. Iſer. hic in fi. princ. & in §.
ſcriba. de prohi. feu. alien. per Frec. idem in filio,
quādo is qui alienat, habet filios. Iſer. hic ibi, quid
ſi Titius, & iſto modo feudum poteſt alienari ad
tempus, & ſic quo ad uixerit, cap. nuper. iuncta gl.
in uer. quoad. de donatio. inter virum & uxo. & ſi
ſunt agnati, domino præferuntur. Præpo. hic, nu.
3. cir. fin. & 4. cir. med. emptor tamen retinet uita
durante uenditoris, ſicut in alienatione neceſſaria.
l. peto. §. prædium. de leg. 2. & quod dixi de ſcien-
tia per annum, intellige ſicut in laudo inter alios,
cum interuentu ut teſtis, capiendo ut minus per-
dat, & non contradicere, quando contradicendo
non poſſit impedire, non prę iudicant. in conſi. feu.
diuer. pri. nume. 24. cir. med. 161. cir. med 162. &
163. quando nocet filio, & quando non, & quòd
pręfertur alijs in reuocando, Aluar. in d. §. fin. nu.
22. quæ ſit prima cau. bene. ami. & hic num. 5. in fi.
inſuper in feudo ex pacto & prouidentia, diſpoſi-
tio non durat ultra uitam. Cam. in cap. Imperia-
lem. car. 48. colum. 1. in fi. de prohi. feud. aliena.
per Frec.

S V M M A R I V M.

1 *Inueſtituræ facta, & non facta, diuerſi effectus.*
2 *Pœnitentia uitium notat, conſtantia in bonum.*
3 *Pęniter. i. pœnam tenet.*
4 *Dominus cogitur præciſe ad rem tradendum, nec ſufficit ſi præſtet intereſſe.*
5 *Mutationem uoluntatis, quatuor impediunt.*
6 *Compulſio intelligitur manu miniſtrorum, uel alijs modis.*
7 *Inueſtitura abuſiua facta, dominus tenetur præciſe tradere, nec liberatur præſtando intereſſe.*
8 *Obligatur quis ex promiſſione.*
9 *Inueſtitura abuſiua facta in perſona unius, ſi poſtea tradatur alteri, quis præferatur.*
hic num. pri. & rei reſtitutio quando ſit in priſti-
5 num ſtatum, & priſtina iura teſtituenda ſunt. glo.
fin. poſt medium. in l. Attilicinus. ff. de ſeruit. ruſticorum prædiorum. Ad intereſſe verò.) Quod eſt
6 triplex, conuentum, commune, & ſingulare. glo. in
l. pri. in ver. hoc autem, & ſequen. ff. de actio. emptio. in l. vnic. in verb. dupli. C. de ſenten. quæ pro
eo quod inter: Bald. in conſi. 292. nume. 5. prim. volum. pretium conuentum, appellatur intereſſe formale in vęnalibus, in quibus non cadit affectio, appellatur intereſſe commune. Idem Bald. in conſil.
270. nume. 5. eodem volumi. & ſic inuenitur magis & minus, ſecundum terminorum varietatem,
in regu. quatenus. in gloſ. prima. in princ. de regu.
iuris. Emptori ignoranti condemnandus eſt vaſallus.] Imperator Lotharius, de prohibit. feud. alien.
per Freder. ſecus ſi ſcienter, vt ibi in §. callidis, ſed
7 ignoraſſe uel erraſſe ſemper præſumitur. l. de ætate. §. fin. in glo. fin. circa finem. ff. de interrogat. a-
8 ctio. Vaſallus feudum, quod ſciens.] Et prudens,
9 de induſtria, & data opera Gram. in ver. ſciens. Ab
negauit.] Maxime negauit, quod ꝓfitere debebat.
Idem Gram. in ver. ab nego. Amittit, ignoranti vero ſubuenitur.] Quod ignnrantia excuſat a pęna
10 mendacii. Aluar. hic nu. 3. Quod ſi dubitet, dubitanter reſpondere debet.] Nam ignorantia, neſciētia, error, & titubatio differunt, ſcire, neſcire, & ignorare ſunt diuerſa: & titubare eſt medium inter ſciētiam & ignorantiam. Lucas in l. 3. col. 2. cir. medi. C. de tabul. ſcribis, Logogra. & ſic dubius, dubitanter reſpondere poteſt. Aluar. hic nu. 4.

D. clarato textu reddebatur dubia eius conſultatio, nam alienatio rerum ſuarum non debet interdici, cum poſſit quis vendere quod ſuum eſt, niſi ſit infra fines imperii. Iſern. in §. ad hoc qui allodium. num. 48. de pace iuram. firm. modo non inficiatur feudnm eſſe venditoris, nec pręſupponitur eſſe infra fines imperii, ergo videtur poſſe alienare. Tanto magis, quia vendendo videtur magis delinquere in ſeipſum, diminuendo patrimonium, quā in dominum. Idem Iſern. ſupra eodem. §. ſi vaſallus culpam. Secundo, affectus non ſufficit, niſi ſequitur effectus. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cle. l. 1. quod quiſq; iur. modo etiam quod vaſallus neget non nocet, niſi vincat, ſicut non ſufficit petere niſi obtineat. gl. fi. in fi. in c. fi. de conceſſi. præb. in 6.

His non obſtantibus, ſeruatur cōtrarium, quia ſi ignoranter fecit, ſine culpa eſt. cap. ſi beneficia, de pręben. in 6. ſecus ſi ſcienter, quia facit rem dubiam. l. 3. C. quibus ad liberta. pro clam. non licet, & mentiri non expedit. glo. in l. qui inter togatus. cir. pri. de pet. hære. nam facit difficile, quod facile eſſe debebat contra iuramentum fidelitatis. c. pri. de for. fidelit.

Qua ſtante non obſtat Primum, nam non eſt ſimpliciter verum, quod feudum ſit alienātis, cum in eo habeat tantum vtile dominium, & dominus directum. Iſern. in §. præterea. numero 9. & poſt nu. 10. de cap. Corrad. Soc. in conſi. 87. num. 16. an

te,& poſt 5.volum.ideo ſi alienans ſciebat eſſe feu
dum & vendit,aperitur domino, aliàs non. Idem
Iſer.in cap.prim.nume.2.de contro.inter domi.&
empto.

Non obſtat Secundum, nam licet conatus non
noceat,niſi ſequatur effectus.gl.fi.in l.prim.quod
quiſque iuris,tamen iſte conatus fuit ſortitus effe-
ctum ſuum, faciendo negotium domini difficile,
11 contra formam fidelitates,vt ſupra. Et ſic firma re
manet concluſio, quod vaſallus per alienationem
ſcienter factam,amittit feudum, tam ſi primus in-
ueſtitus committit culpam contra dominum, quá
ſi venit contra conuentionem contractus. Alea.in
conſi.119. in fi.5.vol.idem ſi recognoſcit rem tene
re ab alio,quia confitetur rem eſſe illius.no.in c.2.
de reb.eccl.non alien.

Limita tamen,quando de médatio cõuincatur.
Aluar.hic nu. 2. & habet locum in feudo,ſecus in
emphyteoſi.Bal.hic nu.3.& procedit, quãdo igno
rauit factum,puta quia feudum credebat Burgen-
ſaticũ,ſecus ſi ius videlicet feudum poſſet alienari
ſine conſenſu domini.Iſer.in d.§.callidis.cir. pri.&
ſi ſciens negat feudum, vel eius conditionem, ſi-
cut in ſimili, ſi contra fidem homagij præſtitã,Epi
ſcopum dominum ſuum, negat deponitur. ca.gra-
uem,de exceſſi.prælato. & habet locum ſi ſciuit. d.
§.ſi fuit.de lege Corra.nam ſi dubitat, dubitãter re
ſpondere debet.Præpo.& Aluar.hic nu.4.

SVMMARIVM.

1 Beneficium in ſpecie ſumptum, idem eſt quod feu-
dum, quia in benignitate conſiſtit.
2 Nihil & minus æquiperantur.
3 Fraus quid,quando,quomodo fit, & ex quibus præ
ſumatur.
4 Recte,ideſt rite,& ſignificat ſollemnitatem quæ de
betur.
5 Subinfeudatio conceditur tribus concurrentibus.
6 Dummodo, dictio,requirit de neceſſitate exiſtentiã
eius,cui iungitur.
7 Vaſallus poteſt ſubinfeudare feudum.

AD §. BENEFICIVM.

1 BENEFICIVM) In ſpecie ſump-
tum,idem eſt quod feudum. Præp. ſu
pra in prælu.nu.6.Iaco. de Ardizo.in
Sum.quid ſit feu.ſeu benef. in prin.&
dicitur ſic,quia in benignitate conſiſtit. glo. Pariſ.
poſt nu.6.nt. pri. §.2 t. eo quod beat,& beatos fa-
cit accipientes: nam beare eſt prodeſſe. Ardizo.in
2 Sum.Vnde dicatur beneficium ſiue feud. in pri.A
vaſallo in feudum,ſi Nihil.] Ideſt minus.§.quapro
pter.in ver.ex pacto.Auth.de non eligen.ſecu.nub.
& nihil & minus æquiperantur. l. hinc quæritur.§.
fi.ff.de pecul.In fraudem legis fiat.] Quod eſſet, ſi
pretio accepto infeudaret.Aluar. hic nu.3.cir. fin.
& aliis modis; de quibus Iac.de Ardizo.in Summ.
quando vaſa.feu.in feu.dare poteſt,cum Sum. ſeq.
quid autem ſit fraus, quando, & quomodo fit.Præ
3 po.hic cir.prin.Recte.) Ideſt rite,ſecundum ſollẽ-
4 nitatem qua debet.gl. pri.in l.3.C.de repudiis.Da
ri poteſt.) Tribus concurrentibus. Primo,quod in
5 feudat æquali,& ſic militi, ſi ipſe eſt miles.Secun-
do quod det eo modo & forma, prout ipſe habet.
Tertio quod fiat ſine fraude, Cap.in ver. feudum
dant,ibi, infeudat, verb. quandoque,& ibi,limita
primo.Iſer. hic, in pri.& Aluar.num.2.dando enim
æquali,habebit dominus vaſallum ſimilem illi,cui
dedit.Iſer.hic, & proinde iuris fictione,operæ poſ
ſunt dici eædem propter omnimodam ſimilitudi-
nem.l.nemo eſt.in ver.adhiberi.cir.fi.& in glo.vlt.
de duobus reis.debet dare eo modo & forma, pro
ut ipſe habet, nam ſi daret alia lege, non præiudi-
catur domino, & ſi fieret contra primam legẽ feu-
di,ad priorem dominum rediret. Iac.de Ardizo.in
Sum.eodem pacto feudum conce.quis debet quo
habet,nec debet fieri infraudem,ex quo, quæ con-
tra fas geſta ſunt, fructum calliditatis obtinere nõ
poſſunt; nam principi huiuſmodi conuenta diſpli
cent. Ardizo.in d.Sum.quando vaſa.feu. in feud.&
6 c.Dum tamen.] Dummodo, quæ dictio requirit de
neceſſitate exiſtentiam eius,cui iungitur. Alex.in l.
pri.num.8.ad leg.Falcid. Milit.detur.) quaſi dicat,
quod ſi non eſt miles non tenet, cum debeat eſſe
æqualis,vt ſupra.

Declarato textu, dubia videbatur eius deciſio.
Et primo,alienatio feudi eſt prohibita. toto tit. de
prohib.feud.aliena.per Lotha. & de prohib. feud.
aliena.per Fred. ſed infeudando transfert vaſallus
vtile dominium,vel exercitium illius vtilis.Iſern.in
§.præterea.poſt nu.10.de cap. Corra.ergo non po-
teſt infeudare,quia alienare dicitur non ſolũ,quan
do alienatur proprietas, verum etiam & quando
ſola poſſeſſio transfertur. Alexan. in conſi.98.poſt
nu.4.5.vol.Secundo, etiam quod detur militi, vi-
detur quòd non poſſit,nam damnum infertur etiã
ſi contra eius voluntatem melioraretur. l. fin. ff.de
vſu & habita. Iſer.in §.cadant. cir. med. de ſtatu.&
conſu.contra liber.eccle.& ſic non poteſt,niſi cum
voluntate domini.§.ſi.de aliena.feu. Vltimo, frau-
di eſt obuiandum l.ſi quis inter.§. fin. ff.de excuſa.
tuto.ſed ſi vaſallus poſſet ſubinfeudare in neceſſi-
tate conſtitutus, prohibitus vendere ſub colore in
feudationis acciperet pretium,& ſic fieret fraus le-
gib.l.non dubium.C. de legib. & in eius fraudem
facta diceretur.l. ſi ſeruus eius. ff. de acquiren.hæ-
red.l.ſi libertus.de iure patro. quæ nemini patroci
nium præſtare debet.Luc.in l.2.C.qui militare poſ
ſunt.vel non tanto magis, quia feudum acquiritur
pretio dato.Iſer.in §.ſed & plures.num.5. in fi.per
quos fiat inueſtit.

His non obſtantibus, ſeruatur cõtrarium.Et ra
tio eſt, quia natura feudi eſt vt ipſe habeat, & cui
dederit in feudum.Iac.de Ardizo.in d.Sum.quan
do vaſa.feu.infeu.dare poteſt.cir.fi.Vnde ſubinfeu
dando,dicitur dare cum conſenſu domini,& valet,
ſi fit cum conſenſu eius a quo tenet.Ab. in c.Impe
rialem,in duodecimo not.in pri.d.tit.de prohi.feu.
aliena.per Fred.

Qua ſtante,non obſtat Primum, nam ſub ver-
bo,venditionis,non continetur talis liberalitas.Ia-
co.de Ardizo.vbi ſupra cir.prin.

Non obſt.Secundũ,nam non fit contra volunta
tem, vt ſup.tanto magis,quia ſeruitium poteſt præ
ſtari per æque idoneum acceptabilẽ do.Iſer.in §.ſi
militer.in pri.d.tit.de proh.feu.alien. per Fred.

Non ob. Vltimũ, nã fraus cum effectu capitur.
l.pri.ff.de ſtatulib.vnde ſi cõſtat fuiſſe factũ in fau
dẽ,vitiaretur.§.callidis.d.tit. de proh. feu. alie.per
7 Fre.& ſic firma remanet cõcluſio, ꝙ vaſallus põt
ſubinfeudare.Intellige idem eſſe in Rege, Duce, &
ſimilib,qui poſſunt cõcedere villam, dummodo nõ
ſit

fit in regnum diminutionem iuriſdictionis.Alex. in conſi.prim.poſt nume.17.18. & 28.5. volu.Et procedit non ſolum in feudo nouo, verum etiam & paterno,tenet tamen vita durante concedentis, quia non poteſt fieri in fraudem, & quando dicatur fieri in fraudem,idem Alexand.in conſi.15.nume.8.eo.volum.eo mortuo proximior reuocat iure ſuo.Iſer.in d.§.ſed & plures.num.3.circ.finem, per quos fiat inueſti. & habet locum,etiam quod conſtit.conſtitutionem diuæ memoriæ, prohibeat omnem contractum,& commutationem de perſona in perſonam:nam procedit, quando primo loco infeudatus ſubinfeudando nihil ſibi retinuit,ſed tranſtulit vtile dominium, non exercitium vtilis. Idem Iſer.in §.prçterea.numer.7. de Cap.Corrad. Alias ampliationes ponit Cap. in ſupra citato loco.in verb.feudum dant. ibi, infeudant,per tres colum.

Reſtringe tamen, dummodo, non fiat in fraudem.Iſer.hic,& Afflict.in conſt.ſi quando, in 10. notab.nu.10.& 11. de pęna ſoriud. & interueniat Regius aſſenſus. Idem Afflict.in conſtit.conſtitutionem diuç memoriç.colum.pri. cir.medium.ibi, ſecundo, & procedit in excedentijs, ideſt feudis plenis, & de tabula ſolitis concedi. Iſer. in ver.Regis.cir.finem.de his qui feud. dare poſſunt.Limita in datione in feudum, alienare autem non poſſit. Dec.in cap.quæ in eccleſiarum.nume.31. de conſtitutio.Abb.in cap.ex tranſmiſſa.de foro compet. nume. 4. an autem prohibita alienatione cenſetur prohibita infeudatio.Curt.late in ſuo tractat. feu. in 4.part.princip.quod non num.83.91. & 92.hodie in regno, non poſſit niſi excadentias.Iſer.in c. Imperialis.in ver.vel aliquod,& ſeq.de prohibitio. feu.aliena.per Lotha. ſicut tranſactio ſincere & bona fide facta olim valebat, hodie non. Afflict. in dicta conſtitu.conſtitutionem diuæ memoriç.numero primo.alias limita.ponit Cap. vbi ſupra in 4. volumine.

SUMMARIUM.

1 *Vaſallus habet legitimam perſonam comparendi in iudicio,agendo & defendendo,& ſententia inde ſequuta valet.*
2 *Sententia lata contra uaſallum præiudicat domino ignoranti,ſi uult auocare ex perſona uaſalli.*
3 *Agere & procurare differunt.*
4 *Iudicium capitur pluribus modis.*
5 *Vaſallus iure iſto tranſigere poteſt.*
6 *Quod tranſactionis nomine accepit, non eſt loco feudi.*
7 *Sententia lata cum uaſallo præiudicat domino.*
8 *Iudicium eſt actus trium perſonarum.*
9 *Sententia lata cum uaſallo an præiudicet agnatis.*
10 *Cauſam habere dicitur,nō ſolum per traditionem, ſed etiam per retrotraditionem.*
11 *Vaſallus non poteſt tranſigere ignorante domino.*

AD §. SI VASALLVS. 3.

SI Vaſallus, de beneficio ſuo) Ideſt de dominio beneficii ſui. Iſern. hic poſt pri. Agat.) quod differt a procurare, nam agit per ſe, procurat per aliū.gl. fi.in l. ſi quis fideiuſſorem.de debitis & guadimonis,in Longobar.Vel conueniatur) Ideſt, citatur, quia conuentio idem eſt quod citatio. Lucas in l. pen.col.5.poſt pri.C.de prox.ſacro.ſcrin.Siue obtineat.) Puta quia habet iura potiora. Io. And. in c. pri.nu.14.cir.fi.de conceſ.pręb.in 6.Siue non, Licet.) Ideſt quamuis.Idem Io.And.in c.2.de iureiu. in 6. Ignorante] Et ſic non conſentiente, quia ignorans non dicitur conſentire. Afflictus in §.prçterea.nu.24.quib.modis feud.amit.Domino fiat, omni tēpore) Siue dominus ſciuerit ſiue ignorauerit,ſiue ſit pręſens, ſiue abſens.Iſer.hic cir.pri. dummodo bona fide defenderit cauſam.Bal. in ſimi.in conſi.334.poſt nu.4.2.vol.Firmum.) Stabile, ratum Gram.in ver. firmus. Erit illud iudiciū.]
1 Quod capitur pluribus modis. Azo in Sum.C.de
iudic.nu.pri.& de ordine iudicio.in prin. & ſic va-
ſallus habet legitimam perſonam comparendi in
iudicio agendo & defendendo,& ſententia inde ſe
cuta valet.Pręp.hic in prin. ſicut prębendatus agit
nomine prębendę contra canonicum. Zab. in cle.
2 fi.nu.13.de pręb.& ſententia lata contra vaſallum
conuentum,pręiudicat etiam domino ignoranti,ſi
vult auocare ex perſona vaſalli. Aluar. in §.fi.num.
25.quę ſit prima cau.benef.amit. Nam & tranſige
re Recte] Rite,ideſt ſolemniter.Zab. in clem.2.in
3 pri.de teſtib.Poteſt.] Et ſic in iure iſto, poteſt cum
domino tranſigi.Afflic.hic num.13.cir.fi.dummo-
do vaſallus non dimittat feudum. Idem Afflict. in
c.pri.in 6.notab.nu.6.de contro.inter vaſal.& aliū
de benef.Aluar.hic colum.7.cir.pri.vel etiam cum
4 extraneo & dimiſſo feudo, poſtquā ſequitur, Nec
quod accepit tranſactionis nomine, feudum erit.)
Præpo.de contro.in ver.vaſa.& alium de benef.co
lum.pri.cir.fi.hic cir.pri. & col. fi.circ. medi.& ſic
5 vaſallus poteſt agere & conueniri,& quod tranſa-
ctionis nomine accepit, non eſt loco feudi,agit do
minus in defectu vaſalli,& illi pręiudicat. Odoffr.
in Sum.quid vel quæ iura conſeq.vaſa.& notatur,
quod in particularibus, pretium non ſuccedit loco
6 rei, quo ad hoc vt pretium habeatur pro feud.
ſed ne quis indebite lucretur ex re aliena vel alteri
debita, pretium ſuccedit loco rei in ſubſidium,e-
tiam in ſingularibus.gloſ.Pariſ. in titu. prim.§. 30.
poſt num.16.

Declarato textu,impugnatur eius deciſio,& Primo,arbitria ſunt ad inſtar iudiciorum.l.prim.ff.de arbitris.arbitria non pręiudicant, niſi ijs qui vocati ſunt.l.prim. §. cum dicitur. ff. ſi cui plus quam per leg.Falcid. ita & iudicium. eo magis, quia is qui eſt in poſſeſſione obedientię, conueniendus eſt,& non ſubditus qui pręſtat obedientiam, aliàs ſententia non tenet,cum omnes vocandi ſint quos negotium tangit.cap.inter quatuor.in ver.citati.de maior.& obedien.Secundò, ſi pretendo exemptionem,& ſuccubui, quia non probaui, ſententia mihi pręiudicat,& non ſuperiori.glo. fin. in cap.pri. de verborum ſignific.in 6.ita ſi datur ſententia contra vaſallum ipſi debet pręiudicare & non domino a quo habet cauſam, nam alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri,reg.non debet,de regul.iuris. Tertio, abſurdum eſt cui alienatio interdicitur a prætore,permitti actiones exercere. Azo in Summa.C. de iure deliber.nume.quarto. in pri. feudi alienatio prohibetur, toto tit.de prohib.feu. aliena.per Fre.ergo non poteſt actio exerceri,nec tranſigi,quia tranſactio, quando continet aliquid dari ſequuta traditione dicitur alienatio. Bald.in conſi.415.num.3.prim.volum. Vltimò,ſaltem id

quod accepit nomine tranſactionis, uidetur quòd ſit feudum: nam vſusfructus ſubrogatus in locum annui reditus, ſortitur naturam ipſius, l. generali, §. pen. ff. de vſu & vſufru. leg. ſubſtitutus utitur omni iure eius, cuius loco eſt ſubſtitutus. Idem in actione. l. apertiſſimi. in glo. fi. C. de iudicijs. l. uni. §. exactio. de rei uxo. act. §. fuerat. Inſt. de actio. ita res quæ ſucceſſit in locum alterius, eodem iure cũ illa cenſeri debet. cap. eccleſię Sanctæ Mariæ, lo 1, ubi not. ut lite penden.

Hijs non obſtantibus, ſeruatur contrarium. Et ratio eſt: quia vaſallus ratione utilis dominii ſui, agit & conuenitur, eſt legitima perſona, & ſicut illi nocet, ita & domino qui ſuccedit uaſallo in illo utili dominio. Affli. hic poſt num. 2. & facit ius cõtra eos qui habent intereſſe caſuale, quo uero ad plenum ius feudi, non eſt legitimus contradictor. glo. Pari. tit. 1. §. 31. in 4. quęſt. poſt num. 16. uſque ad 54. & quod dicitur in ſententia, idem in tranſactione, quæ vicem ſententiæ obtinet, l. eum qui. §. in popularibus, in uer. colluſionem. cir. fin. ff. de iureiuran. l. non minorem. & ibi glo. 1. C. de tranſactio. nec loco rei ſuccedit, quòd nomine tranſactionis percipitur. Bald. hic num. 2. quia res loco rei ſubrogata, non cadit in obligationem, niſi ex re prima ortum habuerit. l. ſideiuſſor. § fin. ff. de pign. quia tunc trahitur ad extrema, ad ipſius originem, quælibet pars ad ſuum totum, quęlibet res ad id vnde proceſſit, & priorem naturam ex ſe ipſa reſumit, Lucas in l. prædia, colum. 4. cir. med. C. de locatio. prædio. ciui.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam illud procedit quando iudicia ſunt diuerſa, ſed quando eſt idem, ſufficit quod citetur is qui principaliter tractat de damno, & non in conſequentiam, niſi poſſideat. glo. in d. l. de vnoquoque. de re iud. Alex. in conſ. 86. num. 3. 2. uolum. Non obſtat Secundum, nam inutile dominiũ quod habet uaſallus, quod poſtea obuenit domino ex perſona illius, ſententia contra eum lata præiudicat ſucceſſori. Loffr. in conſi. 29. num. 10. cir. med. ſecus in directo. Iſern. hic poſt princ. Non obſtat tertium: nam hodie trãſactio ſine aſſenſu eſt prohibita, ut in conſti. conſtitutionem diuæ memoriæ. & non poteſt tranſigendo transferre feudum in alium ſine licentia domini. Cur. in trac. feu. in 4. par. prin. nu. 96. immo quilibet contractus celebratus caret effectu, l. uni. C. non licere habitato. metro. lib. 11. Non obſtat Vltimum, nam ſubrogatum non ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatum eſt, quandu eſt diuerſa qualitas in ſubrogato, ut hic: aliud exemplũ ponit Alex. in conſi. 106. num. 17. 3. uol. & ſubrogatur ſecundum naturam primęuam, non accidentalẽ. l. item ueniunt. §. cum prædixerimus. ff. de petit. hæred. & ſic firma remanet concluſio, ꝙ ſententia
7 lata cum vaſallo, pręiudicat domino. Intellige, tam ſi ſit præſens, quàm abſens, dummodo non fiat in fraudem. Alua. hic nu. 3. in prin. tam ſi eſt lata pro, quam contra. c. 1. de contro. inter vaſa. & alium de bene. & idem in tranſactione, ut hic. Reſtringe tamen, quando vaſallus de iure ſuo vtili, quod habet propter in feudationem, habuit ſententiam, nam ſi dominus ex perſona uaſalli victi diceret feudum ſibi apertum, obſtat ei quod obſtaret defuncto, ex cuius perſona agit. Iſer. in d. c. 1. col. 1. cir. med. de controuer. inter vaſa. & ali. de benefi. & procedit in ſententia, ſecus in ſeruitute, quæ non præiudicat domino, tam ſi eſt realis, quàm perſonalis. Iſer. in §. quid ergo, poſt nu. 5. de inueſt. de re aliena facta. & habet locum in domino, ſecus in agnatis, ut infra cum Iſer. Sententia autem lata cum vno, quando præiudicat, & quando non alteri, Inn. in c. auditis. in princ. de præſcriptio.

8 Nota ꝙ iudicium eſt actus trium perſonarum, iudicis, actoris, & rei. l. de qua re. §. fi. in uer. reperire. ff. de iudiciis, vt tñ teneat, is uocari dẽt, cuius principaliter intereſt. d. l. de vnoquoque. de re iud. nam ille dr̃ legitimus contradictor. Loffr. in conſi. 30. nu. 12. ſicut hæres in iis quæ dependent ex teſtõ, & pater in cã filiationis. Dec. in conſi. 342. col. fi. & uaſallus quia hẽt utile dominium, & facit fructus ſuos. Inn. in c. ad noſtrã. cir. med. de reb. eccl. aliena. uel non. & nocet non ſolùm principali contra quem lata eſt ſnĩa, uerum ẽt parit præiudicium illi contra quem in conſequentiam tenderet, ẽt ꝙ non ſit citatus. Loffr. in d. conſ. 30. poſt nu. 13. ꝑpca iudicium factum cũ vaſallo ſuper feudo, ſiue agit, ſiue conueniatur, tã ſi obtinet, q̃ non, ẽt dño ignoranti omni tpe firmum remanet, ut hic. Intellige, dummodo ſit ſnĩa declaratoria, uel uerbis affirmatiuis prolata. Dec. in cõſi. 445. nu. 40. & 41. iſto modo ſnĩa ꝙ in aliquo feudo uiuatur iure Franchorũ lata in cõtradictorio iudicio, præiudicat oĩbus. Iſe. in §. præterea ducatus. nu. 37. de prohi. feu. alien. ꝑ Fre. lata cum auctore nocet & ſucceſſori, c. pe. de ſent. & re iud. ſi eſt prolata cum proprietario, tenetur vſufructuarius in ſubſidium. l. hinc quęritur, in uer. ex omni. cir. fi. & l. ſi creditor. §. pen. & fi. ff. de peculio. ſi contrauenit vſufructuarius, pęna cõmittitur ẽt contra proprietarium. l. ſi pendentes. §. fi. et ibi gl. ult. ff. de uſufr. lata contra vaſallum ſuper feudo, præiudicat dño, qñ per mortem, uel illius felloniam prætenderet; ſecus ſi ex perſona ſua; late Iſer. hic, & Cap. in uer. feudorum lites, poſt prin.

Iſer. declarato textu, probat quõ ſit rõnabilis, & dicit ipſe, ꝙ aut dñs ſcit iudicium motum cũ vaſallo, & ſnĩa cũ eo lata illibi nocet: aut ignorat, & nõ, ſed quia textus dicit, ꝙ ligat etiam ignorantẽ. Fre. de formu. inueſt. lib. 3. ibi, differentiæ, inter feuda ex pacto & prouidentia, ver. nono, ideo Iſer. intelligit litem fuiſſe de utili dominio vaſalli: puta quia dicebat fuiſſe inueſtitum per dominum feudi, uel rem eſſe de feudo, ſi illud poſtea prætendit dominus ex perſona uaſalli, obſtat domino quod obſtabat defuncto, reg. in omnibus. de reg. iuris. & eſt rationabile; quia ſi vaſallus agit contra dominum utili in rem, in concurſu cum domino, ipſe pręfertur. Idem Iſer. in d. c. 1. nu. 2. de controuer. inter uaſa. & alium de benefi. & tertius qui uincit uaſallum, debet etiam uincere dominum; quia ſi uinco uenientem te, uinco te. l. de acceſſionibus. ff. de diuer. & tempora. præſcr. gl. pen. in c. rogamus. 24. q. 1. & in c. auctoritate, in uer. primam. vbi Io. And. de conceſſio. præben. in 6. vaſallus tamen ut obtineat, debet probare dominum fuiſſe qui dedit, & ſibi dediſſe in feudum. Iſer. & Præpo. hic, poſt pri. ſicut in beneficio, habuiſſe a tali, & illum habuiſſe poteſtatem conferendi. no. in cap. 1. in prin. de conceſſio. pręb. in 6. In matrimonio legitimam deſponſationem, uere uel pręſumptiue, & carnalem copulam. In ſeruitutibus, ſeruitutẽ cõſtitutã fuiſſe, & ſe fuiſſe uſũ, & in reſtitutione poſſediſſe, & ſpoliatũ fuiſſe. glo. 1. in c. ex tranſmiſſa. & c. olim cauſam. in uer. reſtitutionem. de reſtitu. ſpoliat. & ſic in realibus,

ſibus, vel ſi petat obedientiam, uaſallus nominat dominum in iudicio. Innoc. in cap. quia diuerſitatem, poſt num. 2. de conceſſio. præben. d. glo. Paſti. §. 31. poſt num. 28. ſed non per hoc transferatur iudicium in illum. Bald. in cap. quod ſi ſuper. nom. 5. ut lite non conteſta. Vnde ſi dominus uellet vendicare ex perſona vaſalli, puta quia deceſſit ſine hærede, etiam quòd ignoret, ſententia lata cũ vaſallo tenet & nocet, quia ex præcedenti tempore, continuata tempora numerantur. l. debitrix. rit. ff. ad Velleia. eius defenſionibus uti debet. l. dotis. §. fin. ff. de contrahen. emptio. ſicut marito conceditur acceſſio temporis ex perſona uxoris. l. dotis fructus. ff. de iure dot. ſi autẽ agit iure proprio, non nocet: nam res inter alios acta non debet ei præiudicium generare. cap. pen. de cau. poſſ. & proprie. Sed diſt. vt hic, aut dominus ſciuit vel ignorauit: & in multis fit huiuſmodi diſtinctio. glo. ulti. in l. ſi ſeruus. ff. de pignor. actio. alibi plus punitur ſciens quàm ignorans. l. idque. in glo. pen. ff. de act. empti. & in illis terminis ſola ſcientia præiudicat, niſi contradicat. l. ſi tamen. in glo. 1. ff. ad Macedon. error facti ſimpliciter nemini nocet. l. 2. §. fin. in glo. pen. ff. de iure fiſci. & fit differentia ſecundũ Iſer. hic, inter alienationem neceſſariam & uoluntariam, & Aluar. col. 6. cir. med. nam uoluntaria nõ ualet, ſine aſſenſu, neceſſaria ſic: ſicut bona eccleſiæ, quæ non poſſunt alienari, ſex cauſa neceſſaria alienantur. c. 1. cum duobus ſeq. de pign. gl. fin. in c. verum. de condi. appo. & in c. 1. 12. q. 2. In caſu Iſer. ſecundum eum, ratio eſt, quia iudicium redditur in inuitum. l. inter ſtipulantem. §. 1. de uer. obli. Vnde maritus, qui non poteſt litigare de fundo dotali, ſi tamen conuenitur, valet. l. doce ancillam. C. de rei vendi. & ſoluto matrimonio redibit ad uxorem cum illo onere. l. ſi uerò. §. de viro. ſolu. matri. & nocet ſententia, cum diſſ. tamen de qua Bal. in l. de dic. §. quidam. ff. qui ſatis dare cogan. maxime ſi non eſt fraus. ſupra eo. c. præced. quæ non præſumitur, niſi probetur. Iſer. quæ ſint rega. in uer. condẽnationum. poſt num. 30. Sed an ſententia lata cum

9 vno, præiudicet agnatis. Iſer. hic. ibi, ſed nunquid, vſque ad nu. 1. & Aluar. col. 7. cir. fin. Cur. in tract. feu. 107. par. nume. 29 & 30. tenent quòd non. & commu. refert Dec. in d. conſi. 445. poſt nu. 29. & 30. ſicut nec tranſactio, ut per Cur. vbi ſupra, num. 37. & Aluar. hic, num. 6. & hoc quando eſt feudũ ex pacto & prouidentia, non hæreditarium, quod debetur agnatis, etiam quòd non ſint hæredes: tũ tunc ſententia lata cum agnato non poteſt trahi ad eos, directò nec utiliter. d. l. ſi verò. §. de vero. ſolu. matri. quia non potuit prohibere primum agnatum ne liget, nec præiudicare ei, qui a victo non prætendit cauſam: & ſic in fratribus, ſententia lata cum vno ex fratribus, qui acceperunt duas ſorores non præiudicat alteri. gl. fi. in c. dilecto. de præben. data contra hæredem, non nocet legatarijs. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. & ſeq. de leg. 1. licet aliqui teneant contrarium, cum omnes habeant cauſam a domino, etiam poſtea nati. d. l. acceſſionibus. de diuer. & temp. præſcri. ne cogatur ille cum omnibus litigare, ſufficit cum primo, ſicut in viro, qui poſſidet ad vtilitatem vxoris, tutore, prælato & ſimilibus, qui non poſſunt alienare: tamen conueniũtur in iudicio, in quo quaſi contrahitur. l. cum oſtendimus. §. fin. ff. de fideiuſſo. tuto. l. licet. §. idem ſcribit ff. de peculio. & hoc niſi conſtet fraudulenter, inturia uel negligẽtia illius fuiſſe factum. §. quid ergo de inueſti. de re aliena facta: nã tunc non nocet, niſi ſciat præiudiciũ, & taceat eo requiſito & audito, Alex. in conſi. 107. nume. 4. in fi. & 5. 5. uol. etiam quòd agnatus poſſeſſor poſſit non appellare & bonam fidem agnoſcere, ſicut in tutore & procuratore. l. idemque. §. idem labeo. in uer. actionem. ff. mãdati. & confiteri non habere ius, quando eſt notorium rem ad eum non pertinere. in emptore ſecus: nam neceſſe habet appellare, uenditore abſente. l. Herennius. §. Caius. ff. de euictioni. poterunt tamen agnati ne colludatur, excipere, teſtes producere: Aut. nunc ſi hæres. C. de litigioſis. l. ſi ſuſpecta. de inoffi. teſt. clem. conſtitutionem. & ibi gl. 1. col. 4. poſt princ. de elect. & appellari a ſententia. l. ab executore. ff. de appellationi. maxime ſi primus defunctorie, litem peregit, quia ex breuitate temporis poteſt præſumi quod index non fuerit inſtructus. Bal. in l. prolatam. cir. fin. C. de ſent. & interlo. om. iudi. ſaltem ſi cauſa eſt ardua. c. cum ex literis. de in integ. reſti. & poteſt dici nulla a tertio cuius intereſt. Bal. in conſi. 122. nu. 5. 3. uol.

10 Infert ex prædictis Iſer. quòd cauſam habere dicitur, non ſolùm per traditionem, ſed etiam per re 11 trotraditionem: quia quandò retrotraditur, ille dicitur habere cauſã a retrotradente, uel retranſferẽte. & nõ eſt nouũ, vt duæ obligationes in eiuſdẽ perſona concurrant, & utriuſque contractus commodum ſentiãt. l. non eſt nouum. ff. de act. empt. adeo quòd ſi moritur feudatarius ſine hærede, feudum redit ad dominum ipſo iure, reconſolidato utili cũ directo dominio. Item ob culpam propter quam amittit feudum. Iſer. hic. & fauent in hoc iura domino, quia certat de rehabendo feudum apertum ſibi ea culpa vaſalli. Idem Iſe. in §. porro. nu. 30. cir. med. ibi, item iura, quę ſit prima cau. bene. amit. ex quo tamen dicitur habere cauſam a vaſallo, ſicut uxor a uiro, cuius etiam acceſſione utitur: ideo utitur cum ſua cauſa ſuiſque uitijs. l. Pomponius. §. cum quis. de acquir. poſſe. nam idem actus dum cõtinens, ſicut pro ſe tenere vult, ita & contra ſe. Iſer. in c. 1. de feu. dato in uicem leg. commi. cir. fin. & uidetur in his traditionibus occultari vnus actus, propter celeritatem. l. 3. §. fin. de donatio. inter uirum & uxo. Iſer. in §. præterea ducatus. in pri. addi. cir. fi. de prohi. feu. alie. na. per Fre. ſicut detrahitur uerbum medium. l. quoties. §. fi. ff. de hære. inſt. adeo quòd retrofacta trahuntur ad præſens. glo. fi. cir. fi. in l. per fundum. ff. de ſeruitu. ruſti. præd. ſicut in redhibitoria, pacto legis cõmiſſoriæ & adiectionis in diem. Iſer. hic nu. 7. cir. med. vnde in terminis conſt. circa uiolentiarum, ſi uaſallus cecidit a poſſeſſione feudi, uel maritus a poſſeſſione rei dotalis, deinde committunt uiolentiam contra illum pęnes quem peruenit poſſeſſio, & deijciunt, an ſi dos reuertitur ad uxorem & feudum ad dominum teneatur uxor uel dominus. ¶ Iſer. hic poſt nu. 2. ibi, ſi ergò. diſputat articulum ad partes, & tandẽ uidetur diſtinguendum, quòd aut habent cauſam ab illis, & tenentur, aliàs non. Bal. in conſ. 489 in 2. dubio, 1. uol. vel de iure ciuili ſuccedit in uitiũ, niſi ſit uniuerſalis ſucceſſor, quatenus ad eũ peruenit, uel dolo fecit quominus perueniret. De iure canonico idẽ in ſingulari ſucceſſore, qđ in ſpoliatore, quaſi ſuccedat in vitiũ ꝓ ꝓ rem, & dolũ; nã cõdictio ex. c. reintegranda. 3. q. 1. c. ſæpe. de reſt. ſpolia. eſt in rem ſcripta, & competit contra quemli-

bet habentem cauſam uel occaſionem ab in uaſore: quod procedit etiã in iuriſdictionalibus & vaſallis. Bal. in conſi. 307. & 319. poſt oum. 1. 3. uol. & iſto modo contra tales de iure canonico negotium terminatur. c. quia. V. de iudicijs. de iure uerò ciuili interdictum non datur. l. cum a te. ff. de ui & vi arma. ſed quia Iſer. vſque ibi, quòd autem, late fundat, dominum & uxorem habere cauſam a uaſallo & viro, quamuis vaſallus alienet, & dominus oblato precio reuocet. Bald. in §. porro. nume. 4. qualiter feu. alien. poſſit. cumquè non poſſit impediri, quin transferatur in primum dantem. glo. mag. poſt princ. in l. ea lege. C. de condi. ob cau. immo ſi transfertur in alium ipſe condicit. l. fin. C. de acquiren. poſſeſ. quia cum habeat ciuilem poſſeſſionem, ipſa eſt quę præſcribit, ſicut in emphiteota, feudatario, & ſimilibus: & qui naturaliter poſſidet, non præſcribit, ideo in retranslatione quando utile reconciliatur directo, ut ſit litiũ finis. l. fin. ff. pro ſuo. Specu. in tit. de emptione & uendi. §. 1. poſt num. 20. tenetur dominus uel uxor. Ita poſt multa uidetur tenere Iſer. hic, qui in nonnullis conformatur, ut per Loffr.

11 Quid in tranſactione, an poſſit uaſallus ignorãte domino tranſigere? & videtur vt in texto, quòd ſic. Nam caloc iudicij idem operatur, quòd conſenſus, permiſſio, & decretum. Affli. de mili. uaſſ. qui contu. eſt. in 7. not. cir. fin. Et patet, quia contractus cum conſenſu ualet: ita & tranſactio, quæ propriè eſt contractus. l. contractus. in uer. tranſactionũm. C. de fide inſtru. Item qui tranſigit uincere dicitur. l. 4. in uer. extra ordinem. ff. de re milita: Verùm ſi uaſallus uincit, ſeu ſuccumbit, ſicut ſententia prodeſt uel nocet domino, ita & ſi tranſigit: tanto magis, quia tranſactio non fit ſine cauſa. §. interdicimus, lo 2. in uer. cauſa. Aut. de ſancti. epiſco. & bona fide, aliàs non permittitur de feudo dolo ſe tranſigi. Iſer. in cap. 1. in uer. ut ad tranſactum. poſt numerum 28. quibus modis feu. ami. & Præpoſ. hic in fi. & pactum factum cum habente utiles actiones, præiudicat habenti directas. l. ſi cum emptore. vbi Bald. in 1. repet. ff. de pactis. hodie ſeruatur contrarium, per d. conſti. conſtitutionem diuæ memoriæ. & eſt abſurdum ex omni parte, ſecundum Iſer. hic: quia tranſactio eſt actus uoluntarius, ſicut conuentio & Aquiliana ſtipulatio: & ſicut ſine conſenſu domini nõ poteſt alienari nec refutari feudum paternum uel nouum, ita prohibetur tranſactio, quæ dicitur vltrà, actio uel determinatio actionis remittendo. not. in c. qui ad agẽdum. de procurato. in 6. & per eam diſceditur a lite, ut detur aliquid. l. in ſumma. in princ. de condi. indeb. & non nocet agnatis. Iſern. hic poſt numerũ 9. etiam quòd non contradicant. Iacobin. in uer. & cum pacto de non alienando. num. 7. uſque ad 9. & 12.

An autem quod accepit nomine tranſactionis, ſit feudum? & uidetur quòd ſic, quia meum dicitur, quod occaſione rei meę procedit. l. ſolum. §. meum. ff. de rei vendi. unde grauatus reſtituere hęreditatem, ſi vendidit, tenetur reſtituere precium hæreditatis quam reſtituere eſt grauatus. l. plane. §. 1. de lega. 1. & uidemus in dote, quòd permutatio fieri poteſt ex re in pecuniã, & econtra: & fundus uel res dotalis efficitur. l. ſi ei, cum duabus. ſequen. ff. de iure dot. l. ſi mulier. ff. de pactis dotali. ita & in feudo, cum de uno ad aliud ſæpè argueris ſupra Iſer. & uice permutati dominij habere uidetur, quod per tranſactionem loco eius dimiſit uel dedit. Iſer. hic, num. 9. poſt med. tanto magis, quod datur illi, cuius contemplatione fuit datum, & nõ ei cui datur. l. qui proprio. §. procurator, ut in cæteris. ff. de procurato. & commodum eſt illius ad quem res ſpectat. l. ſi is. §. ſi quem quæſtum. ff. cõmodati. & dicitur ab eo habere cauſam, licet non agat pro euictione. l. ſi pro fundo. & l. tranſactionem, quæ dominij. C. de tranſact.

Contrarium determinatur hic, quòd id quod accipitur nomine tranſactionis, non eſt feudum. Ratio eſt illa, quam allegat Iſer. hic colum. penu. cir. fin. quia qui dedit, non dedit ut in feudum haberet, nec ille taliter recepit: vnde tollendo ſubiectum, neceſſario tollimus prædicamentum; ſicut quando non adaptatur ſermo, nec etiam adaptatur diſpoſitio contenta in ipſo ſermone, quantumcumque uerba ſint latiſſima. Iacob. in uer. adhærentibus. num. 6. poſt med. præſumitur proinde libere tradita, ſecus in eo quod accipitur pro alienatione feudi. §. pſecto. quid iuris ſit, ſi uaſa. poſt alienat. recupe. nam pro eo debetur euictio. l. Lucius. ff. de euictio. l. non dubitatur. C. de euictio. Limita tamen ut per Aluar. hic nu. 3. in tranſactione non, niſi conuenit ut res tradita ex cauſa tranſactionis ſit libera, nemini alienata uel obligata, in toto uel in parte. d. l. ſi pro fundo. C. de tranſactio. tanto magis, quia ſi conueniſſet ut recipiens teneret in feudum ab iſto, a quo tenebat rem dimiſſam per tranſactionem, ex tali conuentione non acquiritur ius illi extraneo: quia alteri ſtipulari nemo poteſt, niſi in caſibus, ut per Iſer. hic colum. pen. in fi. & colum. fin. in princ. dixi ſupra in c. 1. de duobus frat. a capita. inueſti. Item qui rem ſic datam tenet in feudum ab alio, non poteſt dare ſine conſenſu eius a quo tenet, aliàs perderet. cap. 1. de uaſa. qui contra conſti. Lotha. feudum aliena. vltra quòd feudatarii, qui non poſſunt ſine conſenſu domini alienare, fingendo litem, alienabunt. Aluaro. hic colum. 6. in fi. cui obuiat. §. callidis. de prohib. feud. aliena. per Frec. aliàs circumuenitur: quod eſſe non debet. l. ſcire oportet. §. 1. ff. de tuto. & cura.

Non obſtant contraria, ex quo res mutata in priſtinum ſtatum redire non poteſt. glo. fin. circa finem. in l. homo liber. de ſtatu homi. adeò quòd nulli reſtitutioni locus eſt. l. ſecunda, in glo. de reſtitutio. in integ. & licet ſit loco feudi, non tamen eſt feudum: ſicut qui eſt loco talis, non eſt uerę talis. Lucas in leg. prima, poſt princip. C. de caſtrenſianis.

Quid ſi tenens feudum tranſegit, & non accepit pecuniam, ſed dedit. Iſern. dicit, quòd eſt eadem uel maior ratio, ut per eum. Tandem uidetur concludere, quòd ſic, cum ſit præter caſum. d. capit. ſi controuerſia. de controuer. inter uaſa. & alium de benc. & cum dubius ſit litis euentus. l. quod debitur. de peculio. lex præſumit, quòd libentius poſſeſſor redimet, quàm contra ſe in litem iurari patiatur. l. ſi poſſeſſor. §. fina. in uerſ. poſſit. ff. de petitio. hæredit. & poteſt redimi uexatio, quando uexatus ſtat in poſſeſſione. gloſ. prima, in capitu. decimas. decima ſexta, quæſtio; ſeptima, ut hic. quædam alia quæ in lectura Iſer. ſubintelliguntur, uide per Loffr. hic.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ablatiuus abſolutus inducit modum, importat cō-
ditionem.*
2 *Fellonia eſt barbara uox feudiſtarum, & idem eſt
quod noxia, delictum; & perfidia uaſalli erga
dominum.*
3 *Verbo, ut ita dicam, vt vulgo patet, vulgo dicitur.*
4 *Quid, interrogatiue ponitur.*
5 *De, dictio importat neceſſitatem.*
6 *Proprietas eſt directum dominium, & dicitur qua-
ſi proprie tua.*
7 *Siue, ſunt duæ dictiones.*
8 *Dominus priuatur proprietate, ex cauſis ex quibus
vaſallus priuatur utili dominio.*
9 *Dominus ſi eſt nimis ſuperbus & moleſtus ſubdi-
tis, amittit feudum.*

AD §. DOMINO.

DOMINO committente.) Ablati-
uus abſolutus inducit modum. Iaſ.
in rub. in prim. repet. num. 3. ſoluto
matrimo. importat de ſui natura cō-
ditionem. Dec. in cap. translato. in
1 2. lectu. nume. 3. de conſtit. habet uim conditio-
nis. Bal. in l. epiſtola. §. 1. de pactis. in l. euictis. ff. de
vſuris. quando eſt de futuro. Iaſ. in d. rub. in 2. re-
peti. num. 10. & exponitur, ſi dominus perpetuus,
proprietarius, rector, vt plurimum temporalis, &
quaſi vicarius. Ioan. And. in cap. ſi ſententia. num.
3. de pœniten. & remi. in 6. committit. l. a teſtato-
re. de cond. & demonſtr. Socin. in l. 3. §. ſi ita teſta-
tus. poſt nume. 3. de liber. & poſthum. vel omittit,
quia ſicut vtroque modo vaſallus delinquendo
amittit feudum. Iacob. de Ardizo. in Sum. quibus
modis feud. amit. in princ. ita & dominus proprie-
tate feudi priuatur. cap. 1. qualiter domi. propriet.
feu. priui. Hoſt. in Sum. de feudis. ibi, quibus mo-
dis ſeu cauſis feu. amit. in fi. Odoffr. utrum domi-
nus teneatur ſeruire vaſallo, ſicut vaſa. domi. Felo-
2 niam.) Eſt barbara vox feudiſtarum: & idem eſt
quod noxia, delictum, & perfidia vaſalli erga do-
minum. Gramma. in uer. felonia. vtitur hoc uerbo
textus in d. cap. 1. qualiter dominus proprietate
feu. priui. & cap. 1. an ille qui interfecit fratrem do-
mini ſui. alibi culpa appellatur. §. denique. quæ ſit
prima cau. bene. amit. §. fin. de capi. Corra. Vt ita
3 dicam,) Sicut, vulgo patet. l. ſi circumſcripta. C.
ſolu. matrimo. vulgo dicitur. l. ſi poſthumus. §. fin.
de libe. & poſthum. eſt quoddam vulgare. l. maxi-
meque. & ibi glo. ff. de adminiſtra. tuto. & ut ver-
bis noſtris utatur. cap. accuſatus. §. ille, quoque. de
hæreticis. in 6. Per quam vaſallus amitteret feudū
ſi eam committeret) Dominus. Quid.) Interro-
4 gatiue. Lucas in l. quoties. colum. 7. cir. med. C. de
dignitati. aliter Ioan. cap. 2. Quid mihi & tibi mu-
lier, nōdum venit hora mea. Obtinere Debeat de.)
5 Quæ importat neceſſitatem. Io. And. in c. cum cō-
miſſi. nume. 8. de hæreticis. in 6. Conſuetudine.)
Quæ recipitur & obſeruatur, etiam quòd ſit irra-
tionabilis & contra iuris apice. Aluar. in §. fin. nu.
6 1. de aliena. feu. Quæritur, & reſpondetur, proprie-
tatem.) Quæ eſt directum dominium: Et dicitur
quaſi proprie tua, cum non ſit uox compoſita,
ſed ſimplex deriuata a ſimplici proprio: & capitur
non ſolum pro directo, ſed etiam utili dominio.
Inde proprietarius, non ſolum pro ultimo domi-
no, ſed pro poſſidenti iure dominii etiam utilis tā-
tum capitur. glo. 4. Pari. num. 4. uſque ad 21. titu.
2. §. 55. Feudi, ad vaſallum pertinere.) Vt habeat
ſuæ iniuriæ ultionem. §. denique. Quæ ſit prima
cau. bene. amit. Siue peccauerit in uaſallum, ſiue.)
7 Quæ ſunt duæ dictiones. §. ſed neque. in uer. ſiue.
Aut. de fideiuſſo. In alium.) De familia uaſalli, in
illius vilipēdium & ſuggillationem uerberando.
Aluaro. Præpo. num. 3. cir. fi. & Iſer. hic & in d. c. 1.
cir. princ. d. titu. an ille qui interfic. fra. domi. ſui.
Declarato textu, dubia reddebatur eius cōſulta-
tio, & primò, iniquiſſimum eſt dominum auferre,
quod vſus non abſtulit. l. nec vtilem. ff. ex quibus
cau. maio. & quis nunquam priuatur iure ſuo niſi
expreſſe lege caueatur. Præpo. hic, nu. 2. cir. fin. mo-
dò, etiam quòd dominus teneatur pares vices red-
dere vaſallo in omnibus in quibus tenetur vaſallus
domino. c. fin. in fi. de forma fideli. ſi tamen aliud
fecit, non debet amittere quod habet: quia qui eligit
quod credit habere, non amittit quod habet &
ignorabat competere. l. mater. & ibi glo. in uer.
competere. ff. de inoffi. teſta. l. legitimam. ff. de pe-
ti. hæred. Ita in propoſito, etiam quòd dominus fa-
ciat quod non licèt facere, non debet propter hoc
amittere quod habebat, & ſic directum dominiū:
nam pœnę ſunt minuendę, non autem exaſperan-
dæ. l. interpretatione. de pęnis. Secundò, vaſallus
ſtrictius tenetur domino, quàm econtra. Iſer. hic,
& in d. c. 1. poſt nu. 2. qualiter domi. propriet. priui.
ſi ſtrictius, eſt diuerſa ratio inter vnū & alium: ſuc-
ceſſiue vbi ratio diuerſitatis reddi poteſt, non de-
bet eſſe idem ius. l. a Titio. de verb. obliga. Vltimò,
delinquens non debet puniri in bonis. §. oportet.
lo 2. Auth. de mand. princ. itaque vaſallo dominus
iniuriam inferendo, non debet perdere ius ſuum,
ſed reſarcire læſionem. Lucas in l. 1. colum. 2. cir.
pri. in quibus cau. colo.
Hiis non obſtantibus, ſeruatur contrarium, &
ratio eſt: quia dominus & vaſallus non debent ad
imparia iudicari. d. c. 1. de forma fideli. Iſer. in §. ex
eadem lege. nu. 9. de lege Corra.
Qua ſtante, non obſtat Primum, nam iuſtum
eſt priuari dominio, quo ſe fecit indignum. Iſer. in
c. ſi verò. in ver. manus. cir. pri. ante nu. 10. infra
tit. ſeq. de pace tenē. Non obſtat Secundum, nam
ſunt ſimiles in hoc, ſed non per omnia. l. pen. §. fin.
de bono. poſſeſ. ſecun. tabu. Nō obſtat Vltimum,
nam non punitur quis in bonis, niſi quando iura
dicunt. Iſer. quæ ſint regal. in ver. contrahen. ince-
ſtas nuptias. nu. 40. poſt prin. vt hic, & ſic firma re-
manet concluſio, quòd dominus priuatur proprie-
tate ex cauſis ex quibus vaſallus priuatur vtili do-
minio. Intellige habere locum, tam in domino tē-
porali, quàm ſpirituali: nam ſi ſpiritualis delin-
quit in vaſallum eccleſiæ, priuabitur eo uiuente.
Iſer. in §. & iterum ſi clericus. nume. 22. de capi.
Corra. ſimil. ponit Fre. de ſub fe. lib. 2. ibi, vigeſi-
manona authoritas. nu. 2. antè & poſt. & Aluar. hic
colum. fin. in princ. & procedit etiam, quòd domi-
nus non iurauerit: nam dominus eodem modo te-
netur vaſallo ſine ſacramēto (quod idem eſt apud
Deum) ſicut vaſallus domino cum ſacramento.
Idem Iſer. quæ ſint regal. in ver. & extraordinaria.
collatio, nu. 59. cir. fin. & amittit non ſolum in ca-
ſibus prædictis, verum etiam ſi prohibet vaſallum
ſuum venire ad Regem. Cap. in ver. feuda amittun-
tur,

tur. ibi, quadrageſimoquarto. Afflict. in §. ſi. in 33. cau. nume. 17. in fi. quibus modis feud. amit. & ſicut vaſallus impias manus inferendo, aut verberans dominum amittit feudum: ita dominus verberando acriter vaſallum, proprietate priuatur. Cap. in ver. feudorum dominia. ibi, decimoquarto. Intellige tamen, non procedere in omni grauamine, angaria vel perangaria, quam facit dominus vaſallo: nam ſi in modico eſt exceſſum, non imponitur pœna priuationis dominij, ſed officio iudicis ceſſare læſionem. Afflict. in cap. licet vaſallus, in 3. not. ſupra eod. & procedit in minore valuaſore, ſecus in Principe & Duce, qui non debent priuari Principatu vel Ducatu ex leui cauſa, ſed magna & excedenti: ſicut nec Rex vel eius primogenitus. Cap. in ver. feudatariorum excuſationes, in fi. & applicatur vaſallo per ſententiam. Affli. hic in 2. not. habito recurſu ad ſuperiores mediatos gradatim. Bald. in conſi. 433. num. 1. poſt med. & 2. uolum. & procedit iure iſto, nam hodie iſtud cap. non eſt in uſu, quando delinquit dominus in alium quàm in vaſallum. Iacobi. in uer. dictique vaſalli. in fi. Alex. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. nu. 33. in fi. de damno inf. & in regno non obſeruatur, quia proprietas omnium feudorum eſt Regis. Affli. in c. 1. in prin. & num. 2. in fi. d. tit. qualiter domi. proprie. priuet. & quidquid eſt in regno vel comitatu, eſt de iuriſdictione Regis uel Comitis. Pau. de Caſt. in conſi. 179. num. 5. cir. fine. 1. uolum. & quando delinquit in alium quàm in vaſallum, tunc proprietas tranſit ad proximiores. Prepo. hic num. 5. & quod dicitur de vaſallo & domino, non habet locum in emphiteota & domino directo. Idem Præpoſ. hic num. 2. in fi.

9 Nota quòd dominus ſi eſt nimis ſuperbus & moleſtus ſubditis, amittit feudum. Afflict. in §. ſed nec eſt alia. num. 25. quæ ſit prima cau. benef. ami. ſi male verſatur, male tractando vaſallos, priuatur feudo. Idem Affli. in Deciſ. 265. nu. 72. facta prius monitione ut eos tractet debito modo. Cur. in tractat. feu. in 6. parte. poſt num. 2. & principalis dominus feudi, poteſt priuare feudatarium ſuum ſi male tractat vaſallos. Gemin. in cap. ad apoſtolicæ. §. ſed licet. num. 8. de ſenten. & re iud. in 6. Vnde qui habet caſtrum ab eccleſia vel Imperio, & inhoneſte & male tractat ſubditos, recipiendo eorum vxores & filias, cadunt a iure feudi per ſententiam. Pau. de Caſt. in l. eleganter. §. & ſi res. nume. 3. ff. de pigno. actio. & in Aut. qui rein. nume. 3. ubi Ial. num. 5. C. de ſacro ſan. eccle. vbi de vſufructuario & vaſallo deteriorante rem; ita habens a Rege merum & mixtum Imperium, ſi eſt crudelis contra ſuos vaſallos, priuatur iuriſdictione, nec poteſt ſubditos duriori ſeruitio afficere. Affli. in d. cap. licet. in 3. not. poſt. med. & cir. fin. & dominus qui re propria male vtitur, poteſt priuari, & quid in emphyteota. Alexan. in l. diuortio. §. ſi fundum. num. 4. ſolu. matrimo. & vaſalli, licet non poſſint illum repellere, poſſunt tamen ei auferre obedientiam. Capi. in cap. Imperialem. in glo. 1. in 3. not. cir. fin. de prohib. feu. aliena. per Fred. & reſpondere coram immediato, & illo negligente coram mediato. Abb. in cap. ex tranſmiſſa. num. 4. de foro compet. diſcedere & ad alia loca ſe transferre. Lucas in l. 2. colum. 4. poſt medi. in glo. C. de agri. & cenſ. & in caſu neceſſitatis, poteſt dominus apponere cuſtodiam caſtro inuito vaſallo. Aug. in l. 2. nume. 234. ante & poſt. C. de pactis inter empt. & vendere & capere aliàs non permiſſa. Free. de ſubfeu. lib. 1. de prouincijs & ciuitatibus regni. poſt num. 57. & an teneatur dominus ad tales expenſas. Iaſ. in d. l. diuortio. §. fin. num. 3. ſolu. matrimo. nam quæ patiendo fiunt, etiam in faciendo dici poſſunt, l. inter artifices. in ver. quare, de ſolutio. qui non facit, dicitur facere. Iſer. in §. iniuria. num. 18. cir. fin. de pace iura. firma. & patiendo conſentire. l. cum in plures. §. locator. ff. locati. Item nota, quòd generalitas cum aliquo moderamine diffinitur. l. vni. C. de portio. quæ lib. damnat. & cum temperamento intelligitur. glo. in l. 3. in ver. plerumque. ff. de offi. præfe. vigi. & ad apta illius generis reſtringitur, multa gl. 1. in l. fin. C. ſiue cenſu vel reliquis. maxime rationo adiuncta. gl. in l. ſed & ſi adijciatur. ff. pro ſoc.

Iſern. declarando textum, ponit quomodo dominus tenet in omnibus uicem vaſalli. & uerbum, alium, de quo in textu, intelligit de familia: aliàs ſequeretur abſurdum, quòd commiſſo delicto contra Regem, vaſalli illius acquireretur feudum: & tamen debet redire ad dominum dicemus dicit Iſern. infra titu. 2. §. ſiquis hominem. & dixi ſupra, ideo tranſeo.

SVMMARIVM.

1 *Lex contractus & lex conſenſus.*

2 *Feudum pro ſe, maſculis, & fœminis; intelligitur ſexus & gradus prærogatiua ſeruata.*

3 *Clauſula, & cui dederit, intelligitur, in feudum, nec comprehendit poteſtatem alienandi contra naturam regularem feudi.*

4 *Alteratio feudi ſi eſt facta circa alienationem, nõ tamen intelligitur facta circa cauſas amiſſionis.*

5 *Res cum tranſit de una perſona ad aliam, non tranſit cum ſuo priuilegio.*

6 *Feudum non habens propriam feudi naturam, amittitur ex illis cauſis ex quibus amittuntur alia.*

7 *Feudum regulatur ſecundum eius naturam, quando que ſecundum pactum.*

8 *Prohibitio hominis ſi additur prohibitioni legis, debet ſemper aliquid operari.*

AD §. FEVDVM.

1 **F**EVDVM ea lege.) In iure habemus legem contractus, & legem cõſenſus. Bal. in conſi. 9. num. 2. cir. medium. 1. volum. & 188. num. 2. cir. fi. 5. volum. in aſſenſu eſt id, quod tenorem dedit conſenſui. Iſern. qui ſucce. tenean. lo 1. colum. 3. cir. fin. poſt num. 7. in contractu eſt lex ei dicta a iure, non improbata. l. Iulianus. §. ibidem Papinianus. ff. de actio. empt. Iſta feudo dicta. §. profecto. de lege Corra. ſi eſt contra ſubſtantiam contractus non valet. Affli. in cap. Imperialem. nume. 27. de prohi. feu. aliena. per Fre. & uitiatur quo ad inſolita. Cap. in ver. feudum dant. in 17. conclu. in dubio, an ſit congruum an incongruum, ſemper congruum eſt accipiendum. Afflict. in cap. 1. poſt num. 13. de feu. Marchiæ. contra naturam contractus valet. Præpo. hic. puta ſi ſit ea lege datum, Vt

2 ipſe & hæredes ſui maſculi. & fœminæ.) Intellige ſexus & gradus prærogatiua ſeruata, vt mulieri maſculus præferatur. In conſti. vt de ſucceſſionibus. de

3 ſucceſſio. nobi. in feu. Et cui dederit, habeant.) Intellige,

Intellige in feudum. Pernus in 3. notab. colum. 2. in
ſi. habili. Afflict. in ca. naturalis, in ſi. pri. ſupra eod.
& domino requiſito, cum dicta verba non operen-
tur, niſi quod teneatur conſentire. Afflict. hic co-
lum. 3. in ſi. & 4. in princip. & reſtringuntur, vt non
comprahendant poteſtatem alienandi contra na-
turam regularem feudi: nec in perſonam extraneā,
præter domini licentiam, nec diſponendi in teſta-
mento, in conſt. feud. diuer. conſi. 49. nu. 2. circa fin.
poſt numerum quintum, & 9. ante & poſt, & ſic
non tranſit ad extraneos, quidquid dicat Aluaror.
hic nume. 2. & Præpoſit. circa finem, nec cenſetur
data licentia vaſallo transferendi feudum in extra-
neum, contra Iacob. in ver. & quibuſcunque. in pri.
&, Eiſdem culpis amittitur quibus aliud feudum.)
4 Nam alteratio feudi ſi eſt facta circa alienationem,
non intelligitur facta circa cauſas amiſſionis. Præ-
poſi. in cap. pri. circa medium. in feud. non habente
propi. feud. natu. quod ſi vaſallus alienauerit, cum
aſſenſu, vt ſupra, feudum eſſe deſinit apud empto
rem, quia cum res tranſit de una perſona ad aliam,
5 non tranſit cum ſuo priuilegio. glo. in ca. ſuper quæ
ſtionum, §. ſi vero, in ver. delegare. de offic. dele-
gat. ſed apud illam erit alio iure, etiam quod tranſ-
feratur cum aſſenſu. Iſern. in cap. prim. poſt nume-
rum 3. & 4. circa finem, qualiter vaſal. iurare de-
beat fidelita.

Declarato textu, dubia reddebatur eius conſul-
tatio, ex Primo, feudum eſt conceſſum maſculis, &
fœminis, & cui dederit, ſucceſſiue etiam quod pri-
mus delinquat, videtur deferri alijs ordine ſucceſſi-
uo. Iſern. in §. niſi, nume. 4. ſi vaſa. feud. priu. cui
defera. & alij qui non delinquerunt priuari non
debent, nam pęna ſuos debet tenere authores. l. ſan-
cimus. C. de pœnis. Secundo pro prima offenſa nō
debet quis puniri, gloſ. fin. in cap. fin. 92. diſtinctio.
hic non conſtat aliàs deliquiſſe, ergo non ſolum nō
debet feudo priuari, uerum nec dominus debet de-
ſiſtere ab illius dilectione. cap. niſi ſpecialis, ubi no.
Abb. de offic. delega. Vltimo mutatione perſonæ,
non mutatur rei conditio ſeu natura. Afflict. in §.
fi. in 5. not. nu. 7. in prin. quid ſit, inueſt. ſed penes
venditorem erat feudum, ita & penes emptorem,
quia mutatio perſonæ, non facit mutationem feu-
di. Idem Afflict. in §. præterea ducatus. nume. 15.
circa princip. de prohib. feud. aliena. per Fred. ma-
xime in præiudicium tertij, & ſic domini, quod pro
hibetur in multis caſibus, quos ponit Lucas in l.
pri. colum. 2. poſt princip. & circa medium. C. de
fund. patri.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, & ra
tio eſt, quia vltra Præpoſi. hic quia dationi fuit da-
tus modus, vt eſſet fidelis, unde non impleto mo-
do, condicitur & vendicatur. Iſern. in §. por-
ro. numer. 27. circa finem, quæ ſit prima cauſa be-
nefic. amit.

Qua ſtante non obſtat Primum, nam ſi in con-
ceſſione non nominātur filij proprio nomine, cen
ſetur datū filiis contēplatione patris, & ſuccedunt
tāquā hæredes. Iſer. in c. pri. nu. pri. cir. med. de ſuc-
ceſ. feud. & ſucceſſiue factum illius nocet. l. cum a
matre. C. de rei vend.

Non obſtat Secundum, nam non debet præmiū
pro pęna reportare. l. ne quis, & ibi glo. fin. de de-
curion. lib. 10.

Vltimum non obſtat, nam mutatione perſonæ,
mutatur rei conditio. Iſer. in cap. pri. nume. 3. circa
med. d. titu. qualiter vaſal. iurare debeat fideli. ſicut
mutata forma & ſubſtantia, effectus iudicij muta-
tur Bald. in conſ. 354. circa med. 2. volum. & ſic fir
6 ma remanet concluſio, quod beneficium non ha-
bens propriam feudi naturam, amittitur ex cauſis,
ex quibus amittūtur alia. Intellige qualitercunque
datum fuerit feudum, ſiue ad proprium, ſiue ad li-
bellum. d. cap. prim. vbi late, de feud. non haben.
propr. feu. natu. & tam ſi detur, ut ipſe, & hæredes
ſui maſculi, & fœminæ, & cui dederet habeant, ut
hic: quam ſi detur cum clauſula, pro te, & cui vo-
lueris. Loffred. in d. tit. de feu. non hab. propr. feu.
natu. in prin. & in uer. alij dicunt. Et procedit, non
ſolum in priuato, verum etiam, & in eccleſia, quæ
ſi concedit pleno iure, quomodo intelligatur. Inno
cent. in cap. paſtoralis, num. 3. de priuil. Reſtringe
tamen, niſi in conceſſione dixiſſet, & cui dederis in
feudum: nam tunc habet propriam feudi naturam.
Glo. & Iſer. hic, uel in cōceſſione adeſſet clauſula,
feudi natura in aliquo non mutata. Afflic. hic co-
lum. 1. in fine, Item niſi aliter ſit conuentum, quia
in traditione licet ponere pactum contra naturam
feudi. Afflic. hic in 5. nota. num. 6. dummodo non
ſit contra legem, vel bonos mores. l. iuriſgentium.
§ prætor ait, ff. de pact. & Iſern. hic in fine. Vltimo
procedit iure iſto, in regno autem non poſſit niſi
Rex dare iſto modo, quia feudatarij non ſubinfeu
dant. Iſern. in d. cap. pri. nume. 3. circa fin. ibi, hoc
capitulum, de feud. non haben. propriam feu. nat.
7 Nota, quòd feudum regulatur ſecūdū naturam,
quandoque ſecundum pactum, quod eſt altera na-
tura. Bald. in conſ. 353. nu. 3. primo volum. adeo,
quod ex pacto, poteſt deſinere eſſe feudum in alia
perſona. Afflic. in 2. not. nom. 3. & tunc per clauſu-
lam, Cui dederit, cenſetur data poteſtas alienandi
domino irrequiſito, & nolente. Cap. in ver. feudo-
rum alienationes, in 3. limit. Item nota, quòd pro-
8 hibitio noua hominis, ſi additur prohibitioni legis
ſemper debet aliquid operari. multa Cap. in cap.
Imperialem, car. 35. col. 1. circa med. & 2. de pro-
hib. feud. alienan. per Fre. vnde expreſſa prohibitio
impedit, ne in caſu permiſſo alienetur, & dicitur
expreſſa reſpectu tacitæ. Dec. in conſ. 635. poſt nu
merum 9. & 10. 5. vol. & ſi conuentui relinquan-
tur certa prædia cum certo onere, poſſunt alienari
pro fabrica conuentus. Alex. in conſil. 132. num. 5.
7. volum. Item pro redemptione captiuorum, niſi
fuerit expreſſe interdicta alienatio. §. ſanctiſſimas.
Auth. de aliena. & emphit. cum ſimilib. de quibus
latè Afflict. hic in 8. not. theoricam Iſern. tetigi ſu
pra, ideo non inſiſto.

SVMMARIVM.

1 *Feudum paternum dicitur, quod fuit illius qui fuit agnationis communis.*

2 *Pactum aliud in rem, aliud in perſonam, in dubio præſumitur reale: ſi perſonale, non perſonaliſſimum.*

3 *Gerundium an importet conditionem.*

4 *Pactum de non petendo, operatur primo in perſona paciſcentis, poſtea in perſona hæredum.*

5 *Pactum appoſitum ſuper aliqua re, regulatur ſecundum naturam ipſius rei.*

6 *Pactum uni factum, alteri non prodeſt, & ei qui fecit non nocet, etiam quod fiat cum conſenſu & autoritate domini.*

7 *Renun-*

7 *Renunciatio feudi facta in beneficium fratris, intel
ligitur pro ſe & filijs, adeo quod illo mortuo ſine
filijs, qui renunciauit admittitur.*
8 *Primogenitura poteſt deferri tertiogenito, quia ius
primogenituræ donari poteſt.*

AD §. TITIVS.

TITIVS cum Sempronio fratre ſuo
feudum paternum poſſidente.) Puta,
1 quia uiuebatur iure Lõgobardorum.
§.præterea ducatus. de prohib. feud.
alienat. per Fre.& dicitur paternum, es quo fuit il
lius qui fuit agnationis communis. cap.1.de grad.
ſucce.in feud. Pactum fecit de eo feudo.) Ideſt de
parte illius feudi.cap.Titius, ſupra eod. quod feu-
dum dicitur vt hic. Non petendo a Sempronio hæ
2 redibus ve ſuis.) Nã pactum aliud in rem, aliud in
perſonam.l. iuriſgentium.§.patronum.cum ibi no.
ff.de pactis. in dubio præſumitur reale. Iaſ.in d.l.
iuriſgentium.§.prætor ait.num.20.& ſi perſonale,
non perſonaliſſimum. Bald.in conſil.375.num.4.
volum. Eſt perſonale quando concipitur per uer-
bum, mihi, vel tibi, ſine dictione, tantum: cum di-
ctione, tantum, eſt perſonaliſsimum. Pau.de Caſt.
in l.& hæred.§.in his, num.3.ff.de pactis. perſona
le non extenditur ad hæredes.l.epiſtola.§.fin.d.tit.
de pactis. realitas verò vel perſonalitas pacti conſi
ſtit in mente: mens probatur per rationem. Bal.in
conſil.115.poſt nume. 1.1.volum. hoc fuit reale,
quia fuit de non petendo a Sempronio hæredibuſ-
3 ve ſuis, quod gerundium, an importet conditionẽ,
diſt.gloſſ.Pariſ.7.per totum titu.1.§.13.& opera-
4 tio primo pactum prædictum in perſona paciſcen
tis, ſecundo in perſona hæredum. Bald.in conſilio
337.num.5.1.volum.& etiam quod habuerit effe
ctum in perſona fratris, illo mortuo ſine hærede,
qui in feudis eſt filius maſculus. §. & ſi clientulus,
5 de aliena.feud.non nocet paciſcenti: quia pactum
appoſitum ſuper aliqua re, regulatur ſecundum
natuarm ipſius rei. Præp.hic. Vnde Sempronio ſi
ne hærede maſculo defũcto.) Qui eſt hæres in feu
dis. Aluar.hic nu.2.& 3. Inter Titium, & Seium.)
Alterum fratrem. De eo feudo quæſtio.) Contẽ-
tio.iſto tit.in princ. Orta eſt: Quid inde.) Aliter
in l.1.ff.ad leg.Iuliam pecul. Fieri debet quæritur.
6 Reſponſum eſt, pactum non obſtare Titio.) Nam
pactum vni factum, alteri non prodeſt.l.4.§.1.in
ver.mihi.de liber.lega.nec ei qui fecit nocet, etiam
quod fiat cũ cõſenſu, & authoritate domini. Gloſ.
Pariſ.poſt numerum 22.tit.1.§.35. Quia cenſetur
factum magis contemplatione perſonæ, quam rei,
ſicut in legato ſeruitutis.l.pater filiæ. de ſeruit.leg.
& Sempronius paciſcendo cenſetur ſtipulari, pro
ſe, & hærede.l.ſi pactum.ff.de probat. ſecundum
qualitatem rei. Vnde ex parte, & forma rei mate-
rialis, & cauſæ finalis, apparet tale pactũ fuiſſe per-
ſonale, & non reale. Bald.in conſi.159.poſt num.
4.3.volum.

Declarato textu, dubbia reddebatur eius deci-
ſio. Et primò, omne pactum præſumitur reale. Na
po. in conſuet.ſi quis, vel ſi qua.in ver.præterquã.
ibi, ſecundo quæro, num.197. de ſucceſ.ab inteſta.
Titius excluſit ſe pacto, vnde in perpetuum durat
exclusio. Cap.in ver.feudorum genera. Ibi, mater-
num, circa med. & licet perſona inſeratur pacto,
non ideo eſt perſonale, ſed vt oſtendatur cum qua
perſona factum eſt pactum.l.ſi neceſſarias.§.pen.
in ver.de vendendo.ff.de pign.act.

Secundò diſpoſitio, quando eſt perfecta, nõ vi-
tiatur, etiam quod peruenerit ad eũ caſum a quo
incipere non poteſt.l.pen.§.& ſi placeat, de verbo.
obligat.l.vt pomum.§.1.ff.de ſeruituti.cap.factum
legitimè, de reg.iur.in 6. Sed feudum de quo agi-
mus, etiam quod ſit paternum, & non debeat de-
uenire ad extraneos: tamen quia actus eſt conſum
matus, nõ vitiatur, etiam quòd perueniat ad caſum
a quo non poteſt incipere.l.fin.C.de nupt.

Vltimò, pactum filij prodeſt patri, pactum ſer-
ui domino, & ſi eſt in rem, prodeſt emptori, & ſuc
ceſſori etiam titulo particulare.l.& hęred.§.1.&
2.cum ibi no.& l.ſi tibi.§.pactum, d.tit.de pact.ita
in propoſito, Titius qui ꝑ renũciationem ſe exclu-
ſit. Alex.in ſimil.in conſ.29.3.volum. non debet
iterum admitti, quia pactiones ſunt perpetuę, & ſo
la vetuſtate temporis non conſumuntur. Bal.in cõ-
ſil.401.in princ.4.volum. His non obſtantib. inſi-
nuatur contrarium, quia cum aliquid ſtatuitur. vt
ſemper ſit validum, ſubintelligitur ſi res permanet
in eadem cauſa in qua erat, quando ſtatutum fuit.
Iſer.in cap. ſi quis miles, colum.pen. poſt prin. Im
per. Lotha.& rebus ſic ſtantibus. Loffr.in cap.1.co
lum.13.circa fi.de natura ſucce.feud. Vnde mor-
tuo fratri cuius contemplatione facta eſt renun-
ciatio, amplius non tenet. Dec.in conſil.156.nu-
me.3.4.volum.

Qua ſtante non obſtat primum: nam primo, nõ
eſt totaliter inhabilis, ſed temporaliter excluſus, do
nec ſupereſt frater, & eius filius. Afflict. in cap.2.
num.59.d.tit. Imper. Lotha.& ſic cenſetur ſuſpen
ſus durante cauſa excluſionis. Ludo.de Mol.de Hi
ſpan.primog.lib.3.cap.5.nu.72. Ideo ceſſante cau-
ſa admittitur, vt hic.

Non obſtat ſecundum, nam vitiatur quandoq;
ſi peruenit ad id a quo incipere nõ poteſt.l.pro par
te.ff.de ſeruituti.l.ſi res.in glo.3.ff.de iure dot.

Vltimum non obſtat, nam iſta renuntiatio ha-
bet vim pacti perſonalis, quia fuit contemplatione
perſonæ, & habetur ac ſi talis perſona nominatim
fuiſſet expreſſa. Bald.hic poſt num.2.in fi. Et ſic fir
ma remanet concluſio, quod renuntiatio facta in
7 beneficium fratris, intelligitur pro ſe, & filijs: adeo
quod illo mortuo ſine filijs, qui renunciauit ad-
mittitur. Idem erit in filia, quæ renunciauit viuo
fratri; nam cenſetur renunciaſſe illius contempla-
tione, adeo quod illo mortuo, patre ſuperuiuente
renuntiatio non nocet. Bald.in l.pactum, quod do
tali.in 4.quæſtio. C.de collatio.nec obeſt fratribus
poſtea natis, extraneis hæredibus inſtitutis. Dec.in
conſi.31.colum.1.& fi. Et procedit non ſolum in
ceſſione, verum etiã & in conceſſione, quæ fit per-
ſonis ſine temporis præfinitione, quia durabit illo-
rum vita durante. Glo.fin.in cap.tua nuper, de his
quæ fiunt a præla.ſine conſen.cap.& habet locum,
vt ſupra, tam ſi fuerit pactum cum conſenſu domi
ni, quam non: nam intelligitur de non petendo ab
eo, & filijs, non autem extraneis. Iſer.& Loffr.hic.
Intellige tamen in feudo paterno, ſecus in nouo.
Idem Iſer.hic in princ.& quando refutauit ſimpli-
citer, ſecus ſi refutauit vt inueſtiatur, per inde tam
quam de feudo nouo: nam tunc mortuo recepto-
re, rediret ad dominum. Bald.in d.cap.ſi quis mi-
les, num.5.& 6. Impera. Lotha.& procedit, quan-
do frater recepit pro ſe & hæredibus ſimpliciter,
ſecus

ſecus ſi, pro ſe & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcumque, nam tunc comprehēduntor extranei, & legatarij. Alex. in conſil. 7. num. 6. 7. volum. & reſtringitur in cootractu feudi, qui eſt perſonalis, propter perſonales præſtationes, ſecus in potenria, & licentia, quæ eſt realis, & tranſit in hæredem, & ſucceſſorem. Afflict. in §. ſi quis de manſo, poſt numerum 33. & 42. ibi, tertiò. de contr. inueſt. Nota,
8 quod primogenitus pôt deferri tertiogenito, quia ius primogenituræ donari poſſet. Bald. in conſilio 389. nu. 6. 2. vol. theoricam Iſer. licet breuem, tetigi ſupra. Ideo petranſio.

De pace tenenda, & eius violatoribus. Tit. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Pax unde, quæ ſit, & quotuplex.*
2 *Pacis fructus inæſtimabilis.*
3 *Pacis uiolatores capite puniuntur.*
4 *Pax & treuga in quo differunt.*

AD RVBR.

PAX eſt tranquilla libertas, a pacto dicta. Archid. in cap. noli. poſt med. 23.
1 queſt. prima. vel finis diſcordiæ. adil. ad gloſ. 1. in cap. 1. de treug. & pace, a pactione dicta: vnde pactio publica, quæ fit, pax appellat̃. Iac. de Ardizo, in ſum. de pace teoe. circa pri. ibi, eſt autem. Et eſt duplex, vltra Afflic. hic, ou mero 2. quædam quæ fit in inſtanti, puta de iniurijs præteritis, quædam ſucceſſiua, per quam datur forma futuro tempori. De prima oon quærimus, ſed de alia quæ requirit perſeuerantiam tranquillitatis. Bald. in conſil. 195. num. 3. a. volum. Huius
2 fructus ineſtimabilis. Lucas in l. vni. colum. 13. circa med. in vndecima quæſt. C. publ. lęt. vel conſu. dulcis pro ſalute mortalium, quanto dulcior diuina pro ęterna ſalute Angelorum. d. cap. noli. nam ſedendo quieſcunt ſubditi, in pulchritudioe pacis, in tabernaculis fiduciæ, & tẽporalium requie opulenta. cap. fundamenta, poſt med. de elect. in 6. debet eſſe vera, & perpetua, aliàs pax in qua lateot inſidiæ. non eſt pax ſed dolus, & quamdiu cum vitijs pugnatur, vera pax non eſt. Bald. de pace iura. firm. in fi. princ. huius ſigoum eſt coniungere dexteras. Io. And. in d. cap. ſundamenta, poſt num. 19. & eſt tenenda. ſic ut ſtari pacto oportet. l. ſi pater. §. fi. & l. ſi mulier. ff. de pact. dota. l. 1. & l. conuentionum. ff. de pact. ita pacta ſeruari. c. 1. de pact. & placita inter cootrahentes tueri. l. 3. cap. de ſeruit. & aqua. aliás vbi eſt diſcordia, ibi Deus protector non eſt. Zaba. in clemen. 2. in ver. ab olim, nume. a. in fi. de
3 ſepulturis. & violatores eius capite puniuntur. l. fina. ff. de re milit. pœna mortis. Affli. io. §. ſi quis hominem. in glo. num. 1. infra eod. ſicut qui ſeditionem concitauit. l. 3. §. fin. d. titu. de re milit. & tanqoam turbatores publicę ſecuritatis tenentor lege Iulia maieſtatis. Lucas in l. 1. poſt princ. C. de nauicularijs. adeo quod poterant accuſari etiam iniuſtè, ſed noo eſt verum. gloſ. a. in cap. accuſaſti, de
4 accuſation. & differt a treuga, quia treuga fit ad tẽpus, pax eſt perpetua, & licet vna pars non ſeruet, non licet alteri contrafacere. Dec. in conſi. 531. numero 8. 4. vol. treuga eſt ſecuritas præſtita rebus, & perſonis, diſcordia non dum finita. gloſ. 1. io cap. 1. de treuga & pace. Aluar. infra eod. in princ. num. 14. & dicitur bellum manere, pugnam autem ceſſare. Fre. de ſubfe. lib. 2. quis dicatur dux, nume. 26. in fi. & 27. & hoc quando fit in longum dicuotur fœdera. l. poſtliminium, in ver. laceſſerent. de captiu. & poſtliminio reuer. quando in breue, dicuntur induciæ. glo. fi. in d. l. conuentioonum, de pactis. in dubio debet fieri interpretatio, quod treuga, vel pax non ſit rupta. Dec. in conſil. 406. in fi. 3. volum. propter ſex autem cauſas pax non eſt inter homines. Archid. in d. cap. noli. circa prin. & adeſt bellum, per quod anima diabolo, corpus ferro, & ſubſtantia incendio exponitur. Lucas io l. vnica, colum. 6. circa finem. ibi, quartum. C. publ. lęt. vel coosul.

SVMMARIVM.

1 *Titulus, de pace tenenda, parum ualet, continet ius iniquum.*
2 *Lex abrogata remanet in ratione ſui, & ab ea poteſt argui.*
3 *Allegantur leges, quæ non ſunt in noſtra compilatione.*
4 *Titulus iſte pro lege habetur.*
5 *Dei gratia Imperator, quare dicitur.*
6 *Romanus Imperator dicitur, ad differentiam Conſtantinopolitani.*
7 *Semper, ideſt omni tempore.*
8 *Auguſtus. ſacer, uel maieſtatis plenus.*
9 *Epiſcopi, Duces, & Comites, debent ſe ad inuicem iuuare, & eſſe unitos pro pace.*
10 *Res fieri dicitur quando innoteſcit.*
11 *Gratia eſt principium omnium bonorum, & finis pax.*

AD TEXTVM.

FREDERICVS.) Totus iſte titulus ſecundum Iſer. hic, circa fi. pa-
1 rum valet. Continet ius iniquum, & non eſt in obſeruantia. Cap. io uer. feudorum leges, colum. 4. in fi. nam correcta ratione legis, eſt correcta legis ſubſtantia. Bald. in conſ. 179. poſt numerum 2. 1. volum. adeo quod ceſſat eius diſpoſitio. Ludo. de Molin. de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 16. nu. 4. & allegans legem abrogatam, vt Theodoſianã, punitur vt falſarius. gloſ. fin. in cap. ſi quis iudicem, 2. queſt. 6. nec ab ea ſumitur argumentum, licet quod eſt vtile recipimus, inutile deſpicimus. l. 1. in ver. imaginem, & ſe-
2 quen. C. de lati. liberta. toll. tamen qoia lex abrogata remanet in ratione ſui. Aluar. hic, num. 5. in fine. ex ea argui poteſt. Ioan. And. in cap. pen. poſt numerum 3. de conceſ. præben. in 6. correcta lege, ratio eius, ſi eſt rationabilis, adhuc allegari poteſt, & in iudicio deduci. Cam. in cap. Imperialem. car. 85. colum. 1. circa fin. licet ceſſent verba legis eius; tamen ſententia bene porrigitur. Archid. in cap. ſi quis, circa prin. 2. quæſt. 6. ſicut ratione ſublata, nõ tollitur lex, quia poteſt eſſe dictum bonum, & ratio non. Ioan. And. in cap. ſi tibi, circa fin. de præb. in 6. & ſi una tollitor, non tollitur alia, ſcilicet legis authoritas. Bald. in §. & quia, num. 12. circa fi.

de his

de his qui feud. dare poſſunt. & licet non poſſit al
legari lex correcta, allegatur tamen eius ratio. Pa-
riſ. de ſindic. in ver. probatio. cap. 2. num. 5. circa fi.
& in ver. indicare, cap. 1. ante, & poſt num. 1. & in
ver. teſtis, cap. 2. num. 8. & 9. quam poteſt eccleſia
pro ſe allegare. Innoc. in cap. nonit, poſt num. 6. de
iudicijs, ſicut allegantur canones, qui non ſunt in
noſtra compilatione. Idem Innoc. in cap. 1. de co-
3 gna. ſpiritu. ſed non ſunt tantæ efficaciæ, quantæ eſ
ſent ſi forent in volumine inſertæ, quia ſentẽtia la-
ta contra tenorem ipſorum non eſſet nulla, & ſunt
multæ leges cancellatæ, ſed non amotæ, ne deſtruã
tur vel vituperentur volumina. Paul. de Caſt. in cõ
ſil. 278. in princ. 2. volum. vnde conſtitutio ſi non
eſt moribus utentium approbata, qui eam non ob-
ſeruant, non dicuntur tranſgreſſores. Archi. in cap.
leges, in princ. 4. diſtinct. & quod leges abrogatas
allegare non licet, Caſſa. in conſu. Burg. rub. 2. §. 1.
in princ. num. 14, allegans falſam legem, vel cano-
nem, cuius auto. ignoratur, incidit in pœnam falſi.
Specul. in tit. de aduoc. §. fin. num. 9. & 10. Tamen
quia ſtatutum inualidum nõ excuſat a delicto. Præ
po. in §. omnes, circa fin. de ſtatu. & conſue. contra li
ber. eccle. & conſuetudines, vel ſtatuta quæ caſſan-
tur a Principe, non excuſant tranſgreſſores a pœ-
na. Idem Præpo. in §. nauigia. vbi Aluar. num. 2. d.
tit. de ſtatu. & conſu. contra liber. eccl. remanet tñ
ratio argumentandi ex lege correcta. Idem Aluar.
in §. inde poteſt. poſt num. 2. de aliena. feu. pater. &
de feu. datis min. Valuaſo. poſt num. 2. gloſ. pen. in
cap. fin. 7. diſtinct. gloſ. 1. in cap. quicunque. 11. qõ.
1. cap. cum deuotiſſimam, in ver. componat, in fin.
12. quæſt. 2. & ſi ſunt plures rationes, & una non
militat, ſufficit ſubeſſe aliam. Loff. in §. præterea du
catus. colum. 8. circa prin. de prohib. feu. alien. per
Fre. & deficiente vna ratione, non deficit diſpoſi-
tio. Ludou. de Moli. vbi ſupra, cap. 16. num. 11. tan
4 to magis, quia titulus iſte pro lege habetur. Afflic.
hic num. 12. Vnde illius declarationem continuã-
do, ſequitur, Dei gratia Romanus Imperator.) A-
libi omnipotentis, & ſummi Dei benignitate Impe
rator. l. Ludouicus, de teſtibus. in Longobar. & di-
5 citur eſſe a Deo gratia generaliſſima. Zab. in ſimi.
in clemen. 1. poſt numerum 13. de magiſtru, nam
gratia eſt nomen generale, ſicut & res. Lucas in l.
3. poſt princ. C. de iure fiſci. & imperium de cœlo
prouenit. §. 1. & ibi gloſ. in ver. de cœlo. Auth. de
inſtrum. cau. & fide. nam Deus eſt omnibus princi
pium eſſendi. Diuus Tho. in 3. tertio noctur. Bea-
tus qui intelligit. circa fi. & omne datũ optimum,
& omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcen-
dens a patre luminum. Iacob. in primo cano. cap.
quam pio, prima quæſtio. 2. quidquid boni nos ha
bemus, non ex nobis ipſis, ſed eſt ex Deo faciente.
Pſalm. 99. ipſe fecit nos, & non ipſi nos: ipſe pater
tuus, qui poſſedit, te fecit, & creauit te. Deuter. 32.
Vltra, quod ſine gratia Dei nihil boni euenire po-
teſt. Zab. in clemen. unica, in ver. nos itaque, num.
11. in fi. de iureiuran. vel Imperator gratia Dei eſſi
citur. Afflic. de pace iura. firm. in prin. in primo no
tab. Vnde 1. ad Corint. cap. 15 gratia Dei, ſum id
quod ſum: quaſi dicat, ex me nihil ſum, ſed id quod
ſum, gratia Dei ſum. vt per Diuum Thom. ibi. Vn
de dicitur habere nomen diuinũ, ſicut Rex in ſuo
regno, quia in terris eſt ſicut Deus in cœlo. Iſern.
quæ ſint rega. in ver. ad fœlicem. poſt nume. 61. &
vocatur ſanctiſſimus, religioſiſſimus, conſulaſſi-
mus, nobiliſſimus. fortiſſimus, & philoſophus. l. 5.
de nata. reſti. l. diſſentientis, C. de repud. l. 1. C. de li
berat poten. l. ſi hæreditas, & l. fina. C. de teſtam.
manu. §. deinceps, & §. eſt quoque, circa fin. Auth.
6 de nup. & dicitur, Romanus, ad differentiam Cõ
ſtantinopolitani. Aluar. in cap. 1. col. 2. circa princ.
de prohib. feu. alien. per Lotha. & hic, nu. 5. in prin
cip. & verbo potius, quare dicitur Romanus Im-
perator. Affli. in cap. 1. num. 5. in fi. & 6. de feu. mar
chi. & ipſi non poteſt Romæ morari vltra vnam,
vel tres dietas poſt coronationem. Idem Afflict. in
§. inueſtitura. in fi. de noua forma fide. Semper.)
7 Ideſt omni tempore. Gloſ. in l. 1. in ver. ſemper, ſo-
8 lu. matrim. Auguſtus.) Sacer vel maieſtatis plenus.
Caſſa. in conſue. Burg. in prohę. ibi, miſter ſerij de-
dugmis, num. 29. Epiſcopis, Ducibus, Comitibus,
9 Marchionibus.] Et dirigit literas ſuas illis, quia om
nes debent ſe ad inuicem iuuare, & eſſe unitos pro
pace. Iaco. de Ardizo. in ſum. de pace tenen. ibi, eſt
autem, poſt med. & debent in hoc Epiſcopi uiciſ-
ſim ſibi præſtare auxilium. glo. fi. in cap. 1. & in ca-
pit. præcipimus. 90. diſtin. Et omnibus ad quos li-
teræ iſtæ peruenerint.) Dicit Iſer. vel peruenire
debent, quia paria ſunt. l. qui fundum. §. fin. ſua. ff.
10 pro emptore. licet res tunc fieri dicatur, quando
innoteſcit. glo. in cap. perfecta. in uer. humilitas, in
fi. de pœniten. diſt. prima, & non ligat abſentes, ni-
ſi fuerit publicata in eorum prouincijs. glo. in ex-
trauag. com. vni. in ver. perſonaliter, circa med. de
dolo & contum. Sic conſtitutio Papalis non publi-
cata, non ſtringit. not. in clemen. vni. de reliquijs, &
vener. ſanctorum. Intellige tamen de ſcientia uera
vel interpretatiua, per lapſum duorum menſium.
glo. in ver. extrauag. Ioan. execrabilis, in uer. noti-
tiæ, de præbend. nam de iure ciuili præſumunt ſci-
re poſt duos menſes; de iure canonico poſt ſea.
gloſ. in cap. propoſuiſti, in uer. non probatur, 82. di
ſtin. niſi apponatur clauſula, ex nunc ſtatim tacta
publicatione: nam tunc ſtatim ligat. not. in clem. 2.
& ibi glo. in uer. ex nunc, de hæret. & iſte eſt unus
ex ſex modis faciendi legem, l. 1. ff. de conſtit. prin.
Gratiam ſuam, & pacem, & dilectionem.) Et ſalu-
11 tando, hæc eis precatur: nam gratia eſt principium
omnium bonorum, & finis pax. D. Tho. 1. ad Theſ
ſalonic. 1. poſt princ.

S V M M A R I V M.

1 *Quoniam, eſt coniunctio cauſalis, & exponitur, quia.*
2 *Diuina præordinante clementia, id eſt Deo præor dinante.*
3 *Imperium non eſt a fortuna.*
4 *Solium latine, Græci thronum uocant.*
5 *Dignum, ſecundum leges, & bonos mores dicitur.*
6 *Præcello, excedo, antecedo uerba.*
7 *Munus, capitur tribus modis.*
8 *Omnino, id eſt totaliter, & quo ad omnem affe-ctum.*
9 *Imperator proferendi leges, licentiam a Deo ac-cepit.*
10 *Imperator debet eſſe catholicus.*
11 *Imperator ſicut & Papa, debet eccleſiaſticas per-ſonas in proſpero ſtatu conſeruare.*
12 *Voluntas in Imperatore, habetur pro iure, ſicut in Papa.*
13 *Pax eſt neceſſaria.*

14 *Indicere, eſt ſolemniter, & cum authoritate ſignificare.*
15 *Milites ſunt inducti, pro tuenda pace.*
16 *Fredericus Secundus ſatis afflixit Eccleſiam Dei.*
17 *Italia prouincia bona, & benedicta, in qua ſunt tamen homines deteriores.*
18 *Nati in obſidione, non deſiderant quam non nouerunt libertatem.*
19 *Bellum tria inducit.*
20 *Donare parum eſt, niſi datum augeatur.*

AD VER. QVONIAM.

1 QVONIAM.) Dictio iſta, coniun-
ctio eſt cauſalis. Lucas in l. 3. in princ.
C. de conuen. fiſci debitori. & exponi
tur, quia. glo. prima, poſt princ. in pro
hem. clemen. & ſic, Quia, diuina præordinante cle
2 mentia.) Ideſt Deo præordinante. gloſ. in c. in do-
mo, in ver. præordinationes, de pœniten. diſt. 4. vel
ſecundum præordinationem diuinam, ab ęterno
de his, quæ fienda ſunt in tempore. Diuus Tho. in
1. Pauli ad Roman. ibi, qui prædeſtinatus eſt, circa
princ. & dicitur clementia, quia non volentis, neq;
currentis, ſed miſerentis eſt Dei. ad Roma. 9. alibi,
domino diſponente præſidemus: & ſic vicem Dei
gerit in præſidendo, ſicut & Papa. Zab. in clem. 1.
in prin. in vndecimo not. de ſenten. excommu. Vn-
3 de imperium non eſt a fortuna. Azo. in ſum. C. de
legibus, num. 17. in fi. ſed gratia Dei. Iſern. hic, nu.
4. vel eſt a Deo permiſſiue, formaliter, & effecti-
ue: ſeu quia Deum ſolum recognoſcit, non alium
in temporalibus. Caſſan. in prohe. conſue. Burgun.
ibi, per la gracia de dieu, & ſeq. & ibi, du Iſant im-
piere. Solium) latine, Græci thronum vocant. c.
4 quorundam, & ibi. Archidia. de electio. in 6. Vnde
thronus tuus Deus in ſęculum ſęculi. & alibi, A-
deamus ergo cum fiducia ad thronum gratię eius,
vt miſericordiam conſequamur. ad Hebræos. 1. &
4. Qui ſedes dicitur, ſedes tua Deus in ſęculum ſę-
culi. Pſal. 44. aliter ſolum prætentium, ius & tribu-
nal. Azo in ſum. C. de iuriſdict. omn. iud. num. 18.
vel ſolium in quo tribunal eſt. 7. Reg. 3. & hic, ſo-
lium Regiæ maieſtatis conſcendimus. Nam aſcen
ditur per gradus ad dignitates, & non deſcenditur.
l. nulli. in ver. nulla. C. de numerarijs. Dignú eſt.)
5 Secundum leges, & bonos mores. §. 1. in ver. vt di-
gnum. Authen. de nuptijs. Vt cuius pręcellimus.)
6 Excedimus, antecedimus. Gram. in ver. celſo. Mu-
7 nere.) Ideſt dono, nam capitur pro dono, honore,
& officio. Ioan. And. in cap. accuſatus, poſt nume-
8 rum 10. de hæret. in 6. Ille omnino.) Ideſt totaliter
& quo ad omnem affectum. Idem Ioan. And. in c.
quorundam, num. 3. poſt med. de elect. in 6. & in
cap. ſi beneficia, num. 2. de præben. in 6. Parcamus
9 in opere.) Cum proferendi leges a Deo licentiam
acceperit. §. 1. in princ. Auth. vt ij qui obliga. ſe ha
bere, &c. & multis ſe opponit periculis, vt pacem
ſubditorum procuret. Innocen. in cap. ad Apoſtoli
cæ, poſt num. 1. & 3. de ſenten. & re iudic. quia cui
plura committuntur, plura exiguntur. gloſ. fin. in l.
præsbiteri. C. de epiſco. & cler. Inde eſt, quod nos
tam diuinas, quam humanas leges in ſuo uigore
manere cupientes.) Vt ſic omnes in pace gratia
Dei, & Regis viuere valeant. l. 1. in fi. de ſeditione
contra iudicem. in Longobar. & populus noſter pa
cifice ſub noſtro regimine viuere poſſit. l. fi. de de-
bitis, & guadimo. in Longobard. Et eccleſias, ſiue
eccleſiaſticas perſonas ſublimare.) Ac ſuperni nu-
minis religionem tueri, l. vni. C. nemini licere ſign.
10 ſaluat. &c. Et ſic Imperator debet eſſe catholicus.
Zaba. in clemen. vni. in prin. de iureiuran. Et ab in
curſu de inuaſione quorumlibet defendere.) Ideſt
ab inuaſione hoſtili, cum populatione, & ingreſſio
ne vrbium defendere. Gram. in ver. incurro. & in
ver. inuado. Intendemus.) Cum ab eo debeat eccle
ſia defendi. cap. Maximianus, & cap. ab Imperato
ribus. 23. quæſtio. 5. cap. Princeps, cap. Regum, &
cap. adminiſtratores. ead. cau. quæſt. 5. Quibuſcum
que perſonis ius ſuum cōſeruare volumus.) Nam
Imperator ſicut & Papa, tenetur perſonas eccle-
11 ſiaſticas in proſpero ſtatu conſeruare. Zaba. in cle-
men. 2 in fi. in 5. not. de pęnis. & venerabilia loca
in defenſione ſacri Palatij eſſe noſcuntur. l. relatú,
de ſcandalis. in Longob. & quibuslibet perſonis eo
rum ius cuſtodire tenetur. Bald. hic poſt num. 3. &
12 dicit, Volumus.) Quia voluntas in Imperatore ha-
betur pro iure, ſicut in Papa. Zaba. in clemen. vni.
in 8. not. de immun. eccleſ. & demonſtrat, quod ſer
uatur pro lege, quia ſufficit pro ratione uoluntas.
Idem Zaba. in clem. 1. in ver. quibus, num. 2. de ma
13 giſtris. Et pacem diu deſideratam.) Vti neceſſariá.
Lucas in l. vni. in princ. C. de gladiator. ex toto cor
de appetimus. Ioan. And. in addit. ad glo. fi. in cap.
pen. de verbor. ſignific. in 6. quia non niſi in pace,
colitur pacis autor. clemen. 2. poſt princ. de ſepul-
turis. & pacis autor ſine pace, non bene colitur in
extrauagan. com. vni. de offi. cuſto. glo. in extraua-
gan. commun. ſuper cathedram, in ver. quod non,
de ſepulturis. Loffr. in conſil. 50. nu. 65. circa princ.
nam manſueti hæreditabunt terram, & delectabú
tur in multitudine pacis. Pſal. 36. noli ęmulari in
malignantibus. Cuius fructus ineſtimabiles. Lucas
in l. vni. colum. 3. circa med. in t 1. quæſt. C. public.
lęt. vel conſul. nam ex ea proueniunt comoda ſpi-
ritualia, & temporalia. glo. in extrauag. Ioan. ad no
ſtri. in ver. commodis, & ſequen. de priuileg. Et an-
tea toti terrę.) Vniuerſo orbi. Lucas, c. 2. alibi conti
net prædia ruſtica, vrbana, qńq; area, & locus ędi-
ficatus in vrbe, ſignificat: quia eſt nomen generale.
l. 3. in gl. 1. de euictionibus, in Longob. Neceſſariá
per vniuerſas regni.) Teutonici, & Italici, quod eſt
Imperatoris, de forma fideli. in fi. & Aluar. hic, nu
mero 5. circa fi. Partes, habeundam Regis authori-
14 tate indicemus.) Ideſt ſolemniter, & cum authori
tate ſignificamus. Gramma. in ver. indico, adhiben
do ſtudium circa reipublicę, & imperij curam. Af-
flict. in cap. Imperialem, in 2. not. num. 4. de prohi.
feu. aliena. per Fre. nam Imperator colit pacem. l. fi
lia. C. de inoffi. teſtam. & legislatores concordiam
appetunt. Lucas in l. vni. in princ. C. de metropoli-
15 Beri. pro ea tuenda eſt inductum miniſterium mi-
litum. Lucas in d. l. vni. colum. 13. circa princ. C. pu
blicæ læt. vel conſu. l. 2. §. magis. C. de offi. præte-
cti. Afflic. pro ea excubant, l. mulierem. ff. de accu-
ſatio. l. famoſi. ff. ad leg. Iul. maieſt. adeo quod ar-
mis, non priuatis negotijs occupatos, l. milites, C.
ne publica uacillet utilitas. l. penul. C. de ſuſcepto.
præpo. & archa: noſtros defenſores decet eſſe non
dominos. l. ab hoſtibus, la 2. C. de poſtlimin. reuer.
nam milites pro republica, & non alij, contra ini-
micos certare debent. Lucas in l. vni. circa prin. C.
ut armorum uſus, & in l. milites, la 2. poſt princ. &
colum. 2. de re milita. licite hodie uiolant, & extor-

quent,

quent, vt moris eſt. Bald. in conſil. 137. in 1. volum.
& ſatis eſt, ſi ciuitatum munera per eos congrue
compleantur. l. curiales, C. de decurioni. lib. 10. vt
remoueatur occaſio maioris tumultus. regu. non
eſt ſingulis, de regn. iuris. debent tamen pro liber-
tate reipublicæ contra inimicos certare, vt commu
ni ſaluti nſæ vtiles ſint. Auth. vt neq; miles, neq;
fœdera. poſt princ. & per vigilem laborem populi
Romani commodis ſe exhibere. l. 1. C. de ſicarijs,
& ſuſcepto. libro 10. Iſto modo geritur bellum, vt
pax acquiratur. Afflict. ſupra eod. in rub. num. 2. cir
ca med. eccleſia orat pro ea. glo. in d. extrauag. Io.
ad noſtri, in ver. commodis. de priuilegiis, & Apo-
ſtolus primus omnium. Obſecro fieri (inquit) ob
ſecrationes pro regibus, & omnibus qui in ſubli-
mitate ſunt, vt quietam, & tranquillam vitam aga-
mus. Diuus Thom. ad Roman. 13. colum. 4. circa
fi. & ad hoc Epiſcopi, & Comites vnitii eſſe debēt.
l. 2. vt Epiſco. & Comi. inuicem ſibi auxilium præ-
ſtent, in Longobard. & Imperator hic dicit, quòd,
Qualiter eadem pax ſit tenēda, & ſeruanda, in ſub-
ſequentibus declarabitur euidēter.) Vt palam ſit,
& nulla tergiuerſatione celari poſſit. Lucas in l. pe-
nul. in prin. C. de excuſa. mu. Iſer. hic, nu. 3. in fi. di
cit Imperatorem in hoc proœmio dixiſſe pulchra
verba: & aduertit, quod licet Deus ei ſubiecerit le
ges. Loffr. in conſil. 38. num. 24. & ipſe dicat, quod
diuinas & humanas leges, in ſuo vigore manere
vult: non poſſet niſi illas diſtinguere. Alex. in con-
ſil. 188. num. 7. & 26. 5. volum. Poſitiuas mutat, ſi-
cut idem mutauit in furto: nam una imponebatur,
in Auth. nauigia. C. de furtis, alia in §. ſi quis quin-
que ſolidos, infra eod. nam princeps eſt ſolutus le-
gibus, l. princeps, de legib. & videmus, quod ratio-
ne frequentiæ, magis vnum delictum punitur in
vna prouincia, quam in alia. l. 1. ff. de abigeis, & di-
xi in §. ſi miles, infra eodem. & dicit quod intendit
ius ſuum quibuſcumque perſonis conſeruare, vt ſic
per eius præceptionem vnuſquiſque iuſtitiam ſuā
accipiat. l. de aduenis, in fi. de homic. liberi hom. in
Longobar. nam regnum Dei, iuſtitia, & pax, & gau
dium in ſpiritu ſancto. Diuus Tho. ad Roman. 14.
ibi, ſed hoc, colum. 4. circa med. ad iudicem ſęcula-
rem pertinet illam tueri, & ſi non fecerit poterit
compelli. not. in cap. in ſingulis, de ſta. monacho.
ſed multi Imperatores fecerunt contrarium, & in
16 ſpecie Fredericus Secundus, qui ſatis afflixit eccle
ſiam Dei. cap. fundamenta, de electio. in 6. qui tan
dem cruce ſignatus, interijt in paruo flumine Ar-
meniæ. Iſern. hic, vbi latè Aluar. in princ. & Afflic.
in rubr. & Cap. in cap. Imperialem, in poſitione ca
ſus. vbi dixi latè, in rubr. de probib. feud. aliena. per
Fre. tamen opus iuſtitiæ pax. Iſaias 32. & qui facit
iuſtitiam pacem inueniet. gloſ. ſuper Pſal. 84. Bene
dixiſti. ibi, iuſtitia & pax complexę ſunt. quod quo
modo intelligatur; cap. quis aliquando, colum. 4.
cir. med. de pœniten. diſt. 1. ad hoc inſtituitur Rex.
1. Regum. 8. cum proprium ſit Regum iuſtitiam
facere. d. cap. Regum, 23. quæſt. 5. & omnia a natu
ra appetunt pacem, refert Iſer. hic. Immo pſal. 67.
exurgat Deus, diſſipa gentes quæ bella volunt. Iſta
pax eſt neceſſaria, maxime in Italia, quæ eſt prouin
17 cia. gloſ. 1. cum addit. ad eā, in l. abeſſe, ex quibus
cau. maio. bona, inquam, prouincia, & benedicta,
ſed hoīes eius deteriores, & dicebatur domina pro
uinciarum, nō ſic hodie propter partialitates qui-
bus utuntur in ea. Bal. in l. ex omnibus, ff. de offic.
præſid. tres cauſas ponit addit. ad gl. 1. in cap. 1. de
decimis, in 6. vel ſex, gl. in ca. ad apoſtolicæ, in ver.
pacem, de ſenten. & re iudi. eod. lib 6. rogemus er
go, vt clades, quæ currendo lędūt, uel clam dātur.
Archid. in ſumma, 13. quæſt. & introduxiſſe hoc,
pacis lęnitas ſopiat: maxime, quia bello domeſtico
& intrinſeco, nulla peior peſtis. l. lata, C. de donat.
ne propter guerras paradiſus Italiæ diſſoluatur.
18 Bald. in conſil 195. in fi. 2. volum. licet poſſit dici,
quod nati in obſidione non deſiderant, quam non
nouerunt libertatem. Ita Beatus Hieron. quem gl.
in cap. fi. in uer. inſurgunt, de ſenten. excommu. in
6. Ioan. Andr. in cap. fi. nume. 3. poſt med. de pęnit.
& remiſs. eod. lib. 6. cum effectus concordiæ igno-
rent. Lucas in l. voi. colum. 1. C. de Irenarchis. ſed
pax, treuga, & bellum, ſunt tres modi quibus uita
hominis regulatur. Boer. in deciſ. 40. nu. 1. tria in
19 ducunt bellum. Auth. de armis, in princ. iuncta gl.
2. quomodo militaris terror inferat formidinem. l.
1. C. de execut. & exacto. affliguntur boni in hoc
mundo, propter pręmium in futuro, & mali fre-
quenter extolluntur in eorum pœnam, & aliorum.
Pſal. 74. confitebimur, ibi, hunc humiliat, hunc e-
xaltat. Eſaias 51. & 52. tamen propter mercedem
multorum munerum, eſt comendata deuotio. l.
penul. C. de quæſtio. nam cum augentur dona, cre
20 ſcunt rationes donorum. Iſern. hic, Afflic. in §. nos
itaque, num. 1. in probe. conſtit. & metam num-
quam tranſcendit liberalitas. Innocen. in cap. quod
autem, nu. 2. circa fi. de pœnit. & remiſ. ex quo pa-
rum eſſet dare, niſi datum augeatur, & beneficium
debet reintegrari, & non minui. not. in cap. 1. & ca
pitu. per tuas, de donationi. cum bonor ſit cui da-
tur, & dedecus cui aufertur. Archid. in ca. paſtor. in
prin. 1. quæſt. 2.

SVMMARIVM.

1 *Si quis, uerbum, utrumque ſexum continet.*
2 *Homo, eſt nomen communis generis, & utrumque genus continet.*
3 *Homo omnes proprietates creaturæ in ſe admittit.*
4 *Intra, dictio, ſpacium ſignificat.*
5 *Occidere dicitur, a cędo: & quis dicatur occidere.*
6 *Homicidium, quaſi hominis cædium, a quo maxime abhorret humana natura.*
7 *Qui in cunctis deliquit, in cunctis feritur.*
8 *Sententię capitalis ubi ſit mentio, in dubio intelligitur de pœna exilij, niſi aliud ex ſubiecta materia appareat.*
9 *Niſi, ideſt, ſi non.*
10 *Duellum quid, & quod ad probationem ueritatis, ſit inuentum in defectu probationum.*
11 *Manifeſtum, non indiget probatione.*
12 *Homicidium uoluntarium, & non carnale, punitur lege Cornelia de ſicarijs.*
13 *Tunc, dictio, appoſita tempori, ſignificat extremitatem; appoſita caſui, exponitur in illo caſu dumtaxat.*
14 *Quin, pro quod non.*
15 *Occidens hominem intra pacis edictum, pœna mortis punitur.*
16 *Homo interior, & exterior, in quo conſiſtit.*
17 *Turbari ſuper delinquentes licitum eſt.*

18 *Locus*

18 *Locus, & tempus attenduntur in exceſſibus puniendis.*
19 *Delinquens punitur pœna illius temporis quo deliquit.*
20 *Peccatum quid, nec eſt niſi in uoluntate, & nullum eſt maius & minus, niſi ſecundum maiorem, uel minorem contemptum.*
21 *Homo dicitur pars patriæ.*
22 *Facta diuerſa, ratione continuationis, pro vno reputantur.*
23 *Agens ex una cauſa, ſi probat aliam, ſuccumbit.*
24 *Difformis probatio, non releuat probantem.*
25 *Facto plus exprimitur, quam uerbo.*
26 *Libelli ineptitudo, non attenditur coram Principe.*

AD §. SI QVIS.

1 SI quis.] Vtrumque ſexum continet l.3.ff.de negot.geſt. Hominem.) Eſt
nomen hoc communis generis. Za-
2 bar.in clemen.vni.colum.2.circa medium, de conſangui. & affinita. & vtrumque genus
comprehendit. Idem Zaba.in clem.vni. poſt num.
10.de homicid. Creatus fuit plenus virtutibus: vnde homini Chriſtiano naturaliter præſumuntur in
eſſe virtutes. Archid.in cap.fina.circa med.6.q.5.
eius appellatione omnis creatura ſignificatur, quia
3 omnes proprietates creaturæ in ſe admittit: cum
inanimatis enim, puta herbis, & arboribus habet
commune, vt ſeruiat: cum brutis, vt ſeruiat, cũ angellis, vt diſcernat, & mẽte contempletur cæleſtia.
Azo in ſum. C. ex quibus cau. alicui infam. irroga.
poſt num.1. Vel omnis creaturæ aliquid habet homo, eſſe namque habet commune cum lapidibus,
vigere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Greg. in Homi. In die Aſcẽſionis Archid. in c. hæc imago. 33. quæſt. 5. eſt formatus ex triplici animi proprietate, & quatuor elementis, & ex ſeptem partibus corporaliter eſt compoſitus. Azo in ſum. C. de vindi. liberta. nu. 1. & tandem dominator omnibus inferioribus, & cæleſtes
ſpiritus ei adminiſtrant. Zaba. in clem. vni. in verb.
odium. num. 2. & 3. de reliquijs, & ven. ſanct. hunc
4 ſi quis, Intra.) Quod ſpatium temporis ſignificat
Gramma. in ver. intra. Pacem conſtitutam.) Et ſic
5 infra ſpacium pacis conſtitutæ occiderit.] A cæde,
vel a cædendo dictum. l. ſi ita. ad leg. Aquil. & dicitur occiſus, qui per vim aut cædem eſt interfectus:
puta iugulatus, ſtrangulatus, præcipitatus; ſaxo, fuſte, aut lapide percuſſus, vel quolibet alio telo necatus. l. 1. §. occiſorum. ff. ad Sillania. & videtur occiſus a die vulneris. glo. circa med. in l. qui Stichũ.
ff. de confeſſis. vel homicidium fecerit, quaſi homi
6 nis cædium, ab homine, & cædo. Hoſt. in ſum. de homicidio, in prin. quod cæpit a paſtoribus Cayn, &
Abel. glo. in l. ſi quis homicidij. in ver. non putauerit. C. de accuſatio. licet large dicatur quilibet motus illicitus ad nocendum. Vnde, qui odit vel detrahit homicida eſt. c. homicidiorum. cum ibi not.
de pœniten. diſt. 1. ſi denegas alimenta, vel delinquentem non arguis, tacendo, occidis. c. paſce. 86.
diſtin. c. Epheſijs. 43. diſt. ſtricte occidere dicitur,
qui mortis cauſam quomodolibet præbet. d. l. ſi ita.
ad leg. Aquil. hic, Capitalem ſubeat ſententiam.)
7 Quia, qui in cunctis deliquũ, (vt ſupra) in cunctis
ſertur, vt ſanctus Gregor. in Homelia plurium
8 martyrium. & capitalis ſententiæ ubi fit mentio,
intelligatur de pœna exilij: ſecus ſi aliud ex ſubiecta materia appareat. Præpo. hic, colum. 2. in princip. Niſi.) Si non. Imo. in l. ſi in diem. poſt num. 2.
9 ff. pro emptore. Per duellum.) Quod eſt ſingula-
10 ris pugna inter aliquos ad probationem veritatis.
Bald. ſupra eod. in princip. num. 17. vel genus probationis. glo. fin. in fi. in l. vlti. de concilio mortis,
in Longobard. putabant enim antiqui, quod Deus
ſit auxiliator iuſtorum in pugna: verumtamen,
quia multoties accidit quod quis ſub iuſto clypeo
pereat, ideo hodie non permittitur. Præpo. hic, in
princip. poſt numerum 2. erat experimentum innocentiæ, ad probationem veritatis inuentum, &
habebat locum in defectu probationum. Dec. in
conſilio 487. num. 8. & 586. numero 18. & 19. hoc
probare poſſit; Quod vitam ſuam defendendo illum occiderit.) Quia ad ſuam defenſionem poteſt
quis offendentem offendere. l. ſi ex plagis. §. tabernarius, ad leg. Aqui. Si autem omnibus manifeſtum
11 ſit.) Nec probatione indiget. §. fin. in uer. & indubitata. Authen. de reſtit. & ea quæ parit in vnde ci-
12 mens. Quod non neceſſario, ſed voluntarie illum
occiderit.) Et ſic fuit uoluntarium non caſuale. c.
Ioannes, & cap. fin. de homicidio, vel ex improuiſo. Aluaro. hic, in princip. num. 16. non habens
animum occidendi, non tenetur lege Cornelia, de
13 ſicarijs. cap. conſuluiſti. in gl. 1. 2. quæſt. 4. Tunc.)
Quæ appoſita tempori, ſignificat extremitatem,
relata caſui, exponitur, in illo caſu dumtaxat. Aretinus, in l. ſi quis ante. numero 3. de acquir. poſſeſ.
Neque per duellum, neque quolibet alio modo.)
Vel quouiſmodo. clemen. fina. §. ſimiliter. & ibi
Zabar. in 6. nota. de ſentent. excommunication.
14 Excuſabitur, Quin.) Quod non. l. in perſona. in
ver. quin. ff. de pactis. Capitali damnetur ſententia.) Quia homicidium maxime abhorret humana natura. Archid. in cap. ille. poſt medium, 22.
quæſtio. 5.

Declarato textu, impugnatur eius determinatio. Et primò, malum tolleratur ratione connexi boni. glo. fin. in cap. quam magnum. 23. quæſtione 4. modo, etiam quod occidere ſit malum, tamen quia cito occidere eſt genus miſericordiæ. Lucas in l. quotiens. columna 2. circa fin. C. de dignita. ideo propter hoc bonum, debet compenſari illud malum. exempla ponit glo. 1. in c. non magnopere, ne cler. vel monac.

Secundò, aliquo prohibito, cenſetur prohibitum & eius ſimile. glo. in l. ſed & ſi. §. primo, in ver. ſuccedit. ff. de iudicijs. hic, quatenus prohibetur occidi, debebat prohiberi, & duellum, tanto magis, quia iure canonico, & ciuili duellum eſt prohibitum. Bald. in conſilio 265. num. 4. 2. volum.

Vltimò, pro homicidio non imponitur pœna mortis naturalis, ſed ciuilis: nam nobiles, & altiores deportabantur, humiles uerò beſtijs ſubijciuntur. l. 3. §. penult. & l. penult. ad leg. Cornel. de ſicariis. ita Afflict. in conſtit. terminum uitæ. numero 8. de homi. puni.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, & ratio eſt, quia punire delicta, eſt actus pietatis. Lucas in l. mulieres. col. pen. circa med. C. de incolis. & qui homicidium perpetrauit, & ipſe morietur. Exod. 21. nam quod facit ſemper expectet. Bal. ſupra eo. in prin. poſt num. 4.

Qua ſtante, non obſtat primum: nam prætextu pietatis, non eſt impietas committenda. glo. 1. in c. ad apoſtolicam, de ſimonia. c. ſicut. cum ibi not. de hæretic.

Non obſtat ſecundum, nam prohibita, ex neceſſitate conceduntur. gloſ. in l. 1. in ver. non aliter. ff. de offi. eius. & ex neceſſitate tollerantur. l. 1. §. 1. in ver. vrget. ff. de ferijs. nec non dicitur remedium extraordinarium. Bald. in d. conſil. 165. num. 4. cir. fi. ad inſtar torturę Idem Bal. in §. non eſt. circa med. de aliena. feu. pater. & non debet fieri nullis præcedentibus indicijs. Bal. ſupra eod. in prin. poſt numerum 17.

Non obſtat vltimum, nam iure iſto pęna homicidij eſt mors, vt hic, vbi Affli. in 1. not. Et ſic firma
15 remanet concluſio, quod occidens hominem intra pacis edictum, pœna mortis punitur. Intellige tam ſi occiderit maſculum, quam fœminam: nam hominis appellatione vterque continetur. l. hominis appellatione. de verbo. ſign. & procedit, non ſolum ſi occiderit, verum etiam ſi cauſa illius occidēdi cum telo ambulauerit. §. homicidium. & ibi glo. circa prin. de pace iura. firm. & punitur pœna mortis, virtute huius legis, ſed etiam cōſtit. terminum vitæ. Affli. ibi, in 5. not. poſt num. 8. & tam ſi occidit, quam ſi acclamando ſeditionem muuit. Lucas in l. vni. colum. 13. poſt princ. C. publicæ lętit. vel conſu. & ſi non moritur, vti homicida priuatur omni officio. Bald. in l. ſi ſeruus. num. 1. ad leg. Aq.

Limita non habere locum, ſi occiderit iuſſu Regis, quia tunc præſumitur quod morte ſit dignus, quem Rex iuſſit occidi. l. 1. & ibi glo. fi. de conſilio mortis, in Longobar. & procedit in homine ſingulari, ſecus in genere: nam homo in genere non moritur, ſed durat, donec erit mundus. nam generatio in generationem tranſit, licet homo indiuidua ſua fragilitate corrumpitur. Bald. in conſil. 216. poſt num. 2. 1. volum. illo modo prout genus eſt quædam idea. Bart. in l. Męuius. §. duobus, num. 9. de lega. Item procedit, quando animo occidendi hoc fecit; ſecus ſi ex improuiſo, & per laſciuiam. l. 1. & ibi glo. fin. C. ad leg. Corn. de ſicar. nec procederet, ſi occidit ex noua cauſa ſuperueniente. Dec. in conſi. 531. poſt num. 7. & 10. vel lege permittente. l. Grachus. C. ad leg. Iul. ad adulte. quia non dicitur rumpere pacem propter nouam diſcordiam. Præpo. hic in prin. num. 2. peccat tamen, licet non debeat puniri. Iaſ. in l. ſi plagij. num. 4. de verbo. obliga. adeo, quod tempore confeſſionis debet iniungi pœnitentia. glo. in cap. inter. 33. quæſt. 2. Iaſ. in l. vt vim. nu. 22. de iuſt. & iure. & procedit, quando occidit hominem vlciſcendo, ſecus ſe defendendo, quia ſi eſt cum moderamine inculpatæ tutelæ excuſatur. Lucas in d. l. vni. colum. 21. in 23. quæſt. poſt med. C. publicæ læt. vel conſu.

Limita vltimò, niſi eſſet bānitus: nam facta pace ſi quis promiſit non offendere, poſſet nocere bannito impune. Decius in conſi. 352. col. fin. num. 9. 3. volum.

16 Nota ꝙ homo vnus eſt interior, & alter exterior, ratio & mens dicitur homo interior. Diuus Thom. ad Roma. c. 7. circa fi. exterior ad peccandū pronus. Archid. in cap. penul. in prin. 47. diſt. conſiſtit in anima, & corpore. c. in quadam, de celebrat. miſſ. corpus non eſt homo, quia nihil eſt, quod eſt ſui pars. gloſ. in c. charitas, in uer. quia pars, de pœnit. diſt. 2. Sed eſt ueſtimentum animæ. glo. in cap. ſi enim, in uer. ueſtimentum. eo. loco, de pœnit. diſt. 2. Vnde homo mortuus non eſt homo. Zab. in clemen. 1. nu. 19. cir. princ. de ſepulturis. anima eſt forma eſſentialis corporis, aliàs incarnatio principaliter ordinata ad ſalutem animæ inutilis fuiſſet. glo. in clem. vni. §. porro. in uer. intellectiue. circa med. de ſum. Trin. & eſt triplex, vt ibi: vegetatiua, intellectiua, & rationalis. mortem animę dicit Saluator noſter timendam. Lucæ. 12. Imperator hic tractat de eo, qui occidit corpus, cuius precium non debet accipi. l. 2. in ver. peruenerit, de raptu mulie. in Lon
17 gobard. Item nota, quod turbari licet ſuper delinquentes, nam more humano Deus turbatur, & iraſcitur. Zab. in clem. i. in prin. de celebra. miſſa.

18 Nota etiam, quod qualitas delicti, locus, & tempus attenditur in exceſſibus puniendis. c. ſicut, de homic. & homicidium ultra quod eſt prohibitum iure diuino. Exod. c. 20. prohibetur etiam, & iure iſto, & prohibitio noua, quando additur prohibitioni antiquæ ampliat. Affli. in §. præterea. num. 5. circa med. de capit. Corra. & ampliat, imponendo pœnam mortis. Et non dicitur tam contra legem agere, ſed ei ſubſidium facere. Lucas in ſimil. in l. 1. poſt princ. C. de numerarijs. aliàs maius delictum eſt homicidium, quàm conſilium mortis. gl. 1. in l. 3. de concilio mortis. in Longob.

Vltimò nota, quòd homines naturaliter ſunt proni ad diſſentiendum. l. item ſi. §. principaliter. ff. de arbitris. Ideo in dicta pace, quæ eſt ęque conceſſa ſeruis ſicut, & liberis. glo. tub. de plagis, & feritis ſeruo. in Lōgob. non includitur clericus, quia non uenit appellatione hominis, quando materia non eſt adaptabilis clerico. & deſeruit hoc pro ſtatutis. Gemin. in c. fi. nu. 7. de tempo. ordi. in 6.

Iſern. declarando textum dicit, quod occiſor regulariter ſine accuſatore, nō punitur. Io. c. 8. niſi in caſibus. l. 2. §. ſi publico. de accuſatio. & accuſatur in loco delicti, quia in lite decidenda, ſemper inſpicitur conſuetudo loci ubi deciditur. l. item eorum. §. ſed ſi ita. ff. quod cuiuſq; uni. nom. ſicut in contractibus, conſuetudo loci ubi contrahitur. l. Aphricanus, lib. 28. apud Iulianum, de leg. 1. & ita interpretatur Alex. in conſi. 37. nu. 9. 2. vol. adeo quod efficitur de foro illius iudicis. Auth. habita. in uer. dedimus. in fi. C. ne filius pro patre. etiam quod non ſit eius ſubditus. Afflic. de contr. inter vaſal. & aliū. nu. 18. in prin. prædicta in deciſorijs, ſecus quo ad ordinatoria iudicij. Alex. in conſi. 164. nu. 1. & 6. 6. uol. Bal. in conſ. 179. n. 2. 3. vol. & punit̄ pęna illius
19 temporis, quo deliquit. c. 2. & fi. de conſtitu. nam omnia ualent ſecundum ſua propria tempora. §. 1. Auth. de nupr. & lex ſuperueniens, non extenditur ad prius facta. Bald. in conſi. 407. num. 14. 1. vol. in tantum, quod ſi ante ipſam legem aliquis cōmiſiſſe homicidium, punitur pęna legis, quæ tunc uigebat in loco. Iſer. hic.

Quid ſi commiſit homicidium extra fines imperij? dic quod attenditur locus delicti. Aluar. hic in prin. num. 18.

Poſſet tamē qui pacem fecit, uxorem uel filium defendere. Iſer. hic, ideo eccleſia uel monaſterium agit pro eccleſia ſibi ſubdita. c. ex tranſmiſſa. de pręſcrip. Abb. pro ſubditis. c. auditis. in uer. Abbas, tit. de p̄ſcr. & p̄or uicinus defendere viciū. l. ꝓhibitū. de iure fiſci. Inn. in c. ſi uerò. poſt nu. 2. de ſent. excō. aliàs facere dn̄r, qui cum poſſunt manifeſto facinori obuiare deſinūt. c. quātę. d. tit. de ſent. excom.

& hoc

& hoc ſi poteſt ſine periculo, &,detrimento ſuo.c.
fortitudo.& c.non inferenda.23.q.3.nam vaſallus
non tenetur ſe morti exponere pro ſalute domini.
Pariſ.de ſyndi.in ver.ſindicus.c.2.nu.4.maxime,ſi
eſt puſillanimus,& dubitat de ſeipſo,& ita Iſer.hic
nu.8.intelligit authoritatem Tullij.1.de offic.quia
ad aliquid non tenetur propter leuem culpam,nec
20 eſt peccatum niſi in voluntate.idem Iſer.in c.1.nu
me.3. circa fi.de contro.inter dom.& empto.Ioan.
And.in c.2.nu.12. de immu.eccleſ.in 6.non impu-
tatur niſi volenti. Auguſt.in 1.retractat.ca.9.cum
duobus ſeq.non eſt aliquis bonus vel malus,niſi vo-
lens.Arch.in c.cum renunciatur.32.q.1. non coin
quinatur corpus,niſi de conſenſu mentis.l.ſi vxor.
§.ſi quis.ff.de adulterijs.adeo quod ſi tollitur volũ
tas de medio,omnis actus eſt indifferens.l.fœdiſſi-
mam.vbi Bald. C.de adult.omnis enim actio, tam
honeſta,quam turpis, eſt volũtaria : ſucceſſiue om
ne peccatum eſt voluntarium . Lucas in l.2.col.1.
in fi.C.de paſc.publ.& dicitur voluntarium altero
ex quatuor modis.Archi.in c.vaſis.in prin.23.q.4.
ſi ſola voluntate contrahitur , ſola voluntate dele-
tur.Io.And.in cap.fœlicis.num.12.de pœnis.in 6.
& quia voluntate contrahitur,ſine illa non remitti
tur.Idem in c.cum medicinalis,poſt numerum 2.
de pœnit.& remiſſ.in 6. & in eodem genere pecca
ti plus peccat religioſus,quam alius in tribus.Idem
Ioan.in cap.accuſatus,num.8.de hæreti.in 6. Eſt
autem peccatum,ſecundum Auguſt.in 1.lib.Retra
ctat.voluntas retinendi,vel conſequẽdi quod iuſti-
tia vetat.Archid.in c.hortamur,circa med.71.diſt.
& peccare eſt lineas iuris excedere.Idem Archi.in
cap.merito.& ſeq.15.q.1.eſt infirmitas animę.Ar-
chid.in cap.ſi peccauerit.col.4.poſt princ.2.quęſt.
1.quia illam deformat,obligat ad pœnam , & pro
quolibet mortali priuatur carentia viſionis Dei.
Idem Archid.in c.conſideret.colum.2.circa princ.
de pœnit.diſt.5.& licet nihil ſit peccatum , inducit
priuationem boni,& illius author diabolus eſt, &
dicta ſunt vitia,quod petant vſum, & vinciant.Ar-
chid.& in c.numquam, cir.med.de conſecr.diſt.5.
nec habent certum periodum,ideſt menſuram.Za
ba.in clem.uni.§.cęterum.in uer.porro,poſt nume
rum 16.de iureiuran.quia nullum peccatum eſt ma
ius vel minus,niſi ſecundum maiorem, vel minorẽ
contemptum;& iudicat de hoc eccleſia ex circum
ſtantijs.Archid.in cap.penul.colum.3.circa princ.
7.q.1.vel variatur ex circumſtantijs.Zaba.in clem.
fi.in ver.ſeptimo,num.2.in fi.de hæreticis. & plu-
ribus modis vnum peccatum dicitur maius alio.Ar
chid.in c.non ſolum.32.quæſt.7.peccatum morta
le non procedit de neceſſitate, cum poſſimus eui-
tare,non ſic de uenialibus . Archi.in cap.illa.15.q.
1.nam cura rei familiaris vix abſque peccato admi
niſtrari poteſt:ita & qui habet curam temporaliũ.
Idem Archid.in cap.dilectiſſimus.in princ.& c.qui
non vult,12.qõ.1. tamen in peccato conſiderantur
duo, voluntas inhærens rei,& intentio inordinata.
Pſal.4.cum inuocarem. vbi Di. Thom. perficitur
tribus modis,delectatione,conſenſu,& opere.gl.2.
in c.ita ego.22.quæſt.1.c.cum humilitatis.in gl.1.
in fi. ead.cauſa,quæſtio.2. Archid.in cap.ſicut.17.
quæſt.4. Sola enim voluntas ſufficit ad damnatio-
nem.glo.in cap.magna.in ver.pro opere.de pœnit.
diſtin.1.illa remuneratur, & non opus.ca.ſicut, &
cap.quis aliquando.colum.2. circa fi.de pœnit.di-
ſtinc.1.det peccatum mortale,non committitur ſi-
ne voluntate aliquo modo inhærente ipſi facto
quia quæ fiunt ex ignorantia , vel mente alienata,
non imputantur.Archid.in d.cap. merito. & ſequ.
15.quæſtio.1.& iuſtitia ex opere non conſumman-
tur,niſi voluntas affuerit. capit.non fidelibus.in fi.
& cap.ſicut.in princ.32.quæſt.5. intentio verò bo
na malum factum excuſat. gl.fi.in cap.dixit Sarra.
32.quæſtio.4.ipſa eſt quæ viuificat opus,ſicut ani-
ma corpus.Bald.in conſi.410.poſt nume.6. 2.vo-
lum. unde inſpiciuntur circumſtantiæ peccati , &
peccatoris .not.in cap.omnis vtriuſque. de pœnit.
& remiſ. ex quo homines peccandi occaſiones ex
multis ſibi peragunt. §.primo. Authen. vt omnes
obed.iudi.eſt cauſa intrinſeca, & extrinſeca pecca-
ti , & ſecundum Auguſt. per cauſarum morbi ab-
ſciſſionem, fit præſeruatio a futura infirmitate. Ar
chid.in cap.ſatisfactio.de pœni.diſtin.2. nam nul-
lum eſt adeo veniale, quod ſi deducatur in contem
ptum, mortale non efficiatur.glo.in d.§. primo, in
ver. iure.Authen.vt omnes obedien.iudic.& licet
ſecundum legem communem nullus poteſt fieri
impeccabilis , niſi per beatificam viſionem , quæ
tantum datur beatis poſt hanc vitam,vel diuinitus
ex priuilegio, vt creditur , datum glorioſæ virgini.
glo.in clemen.fin.in ver.impeccabilis.de hęreticis.
tamen non debet eſſe peccatum in facto,neque in
modo faciendi. glo.penult. in cap.vniuerſitatis.de
de ſenten. excommunicatio. quia uiro iuſto omne
peccatum diſplicet , & primus innocentiæ gradus
eſt odiſſe nefanda.Archidiaco.in cap.fina. 21.quæ
ſtione 5. Verum fornicatio eſt maius peccatum o-
ſculo , licet quando datur oſculum ad libidinem,
eſt mortale. & grauius peccat qui habet ſolam vo-
luntatem.Zaba.in d.clemen.fina.in ver.ſeptimo.in
princip.de hæretie. Contra leges facere,eſt pecca-
tum mortale, quandoque veniale . Archidiaco.in
capit.violatores.25. quæſtione prima. Vnde cum
peccator ſit ligatus cęcitate mentis , eſt debitor æ-
ternæ damnationis.Idem Archidiaco. in cap. fina.
circa princ.23. quæſtione 5. & dicitur a pellice, id
eſt meretrice:quaſi pellicator,quod antiquitus fla
gitioſum fuit. poſtea trãſiuit in appellationem om
nium iniquorum,& peccati tres iniquitates memo
rat Archid. in cap. ſi peccatum.circa fin.de pœnit.
diſtinc.1.Iniquitas quid, & quomodo ſe habet ad
peccatum,idem Archid.in c.ille,cir.med.de pęnit.
diſt.3.Si tamen peccatum eſt publicum,publicam
habet medicinam.idem Archi.in c.fi.in fi.26.q.6.
ſola voluntate commiſſum,volũtate delictũ eletur.
glo.1.in cap. ſicut ij.32.q.5.per confeſſionem. Ar
chid.in d.c.ſi peccatum, in prin.de pœni.diſt.1.In
alijs voluntas punitur ſi habet factum in ſe,nam ſi
cogitatio ſtat in ſuis finibus,nõn debet puniri pro
ea.Odoff.in ſum.quibus modis feud.amit.poſt nu
merum 11.& 13.

An autem grauius peccet delinquens occulte, quàm publice,tangit addi.ad glo.in clemen.vni.§.1.in ver.ſecrete.de iureiur.in extrauag.Ioan.fin.in 1.& 2.glo. in uer. publice, de verbor.ſignificatio. gl. fi. in cap.clericus.81.diſt.in l.fin.de ritu nuptia. l.officiales.C.in uer. clandeſtinis,de epiſco. & cleric.& Lucas in l.cũ ſupra.circa fi.C.de re milita.Videtur tenere,quod magis peccet, qui peccat occulte,quam qui publice. Pro quibus adducitur,quod peius eſt per hypocriſim peccare , quã manifeſte. gl.in c.certe.in uer.malum.& ibi Archid. cir.fi.12. quæſtio.1.

Contrarium tenuit Bald. in conſi.311.nu.1.cir.
fi.2.vol.pro quo facit, quod magis punitur qui de
linquit in ciuitate, quam qui delinquit in rure. l.3.
& ibi glo.in ciuitate.C.de inueſt.nupt. §. Tu diſti.
vt in l.2.§.pen.in ver. publicet. cum addi. ad eam,
ff. vi bon.rapto. Vel dicitur magis peccare, quo ad
quædam,& quoad quædam non.glo.in cap.nemo.
in ver.tollerabilior,32.q.4.Idem in peccato omiſ-
ſionis,quod leuius eſt,quam peccatum commiſſio
nis.Iſer.hic,nu.9.& in conſti.ſummo periculo.cir.
fi.de fran.& dolo campio.

Quidquid ſit,nemo peccare cogitur.glo.fi.in l.
in cauſis. C. de repudijs. & omne peccatum per
pœnitentiam Deus indulgit.Arch.in cap.ſi inimi-
cus, in fi.11.qō.3. & nemo negligat defenſionem
proximi,alias pro menſura peccati,erit & plagarũ
modus.Deuteron.c.25.& Tullius (de quo ſupra)
loquutus fuit hyperabolice,dicit Iſern.ꝙ quomo-
do ſit declarat Napo. in conſu. ſed ſi morienti. in
ver.in infinitũ.cir.fi.habita conſideratione,ꝙ vnus
21 de patria, eſt pars patriæ: & ſic capitur continens
pro cõtento:vt terra.i.habitatores terrę,& eſt me-
tonomica loquutio.D.Tho.in 32. ſecundi noctu.
Exultate iuſti.ibi,rō.ſed iuriſtæ hoc non concedũt
niſi qñ vniuerſitas redigitur ad vnum. l.nominatio
num. C.de decurion.lib.10.quia tunc ius vniuerſi-
tatis remanet in vno: totum genus ſaluat ĩ uno, &
in uno recidit. Bal.in l.1.nu.30.in fi.C.quando nõ
pet.partes,ſicut grex,dicitur ẽt ſi ad unam ouẽ per
uenit.l.ſi grege.de leg.1.§.ſi grex. Inſtit.de lega.&
collegium ſi reducit̃ ad unum ille ſolus põt elege-
re.c.1.de elect.c.poſtulaſti.Ibi Inno.de iurepat.vel
dicit Iſer.ille loquitur uti moralis philoſop.& per-
ſuaſor honeſtus,iuriſtę non, ſed ſicut ultores, &
punitores reatus,c.dilecto.de homic.vnde Philo-
ſophi proijciebãt pecuniam, exemplo Socratis.gl.
in c.quia nõnullis.in ver.pauperes. de magiſtris.vt
ſic perſuadendo incredibilia, ad credibilia peruení
rent.Facit quod dicit Matth.17.ibi, & reſplẽduit
facies eius ſicut ſol: veſtimenta aũt eius facta ſunt
alba ſicut nix.Ponendo naturalia,tranſit ad ſuper-
naturalia: & ſic vt negligentes oſtendat eſſe,punibi
lem dicit perinde eſſe,ac ſi patriam,vel parentes de
ferat,vt per Iſer.qui ẽt notat caſum,vbi pugna ĩ du
citur ad inſtantiam rei: cum regulariter inducitur
ad inſtantiam accuſatoris, & qui ſuſcepit poteſt im
pune occidere,quia non habet propoſitum occidẽ
di,ſed ius ſuum defendendi.gl.in c.1.de corp. vitia.
Tamen quia duellum eſt furia,contra cõem huma
nitatẽ,& rationem naturalem. Bal. in conſ.343.2.
vol.& dr̃ ludus noxius.l.1. in ver.ſpectacula.C.de
ſpecta.ſcęn.& leno.ideo iure canon. & ciuili,pro-
hibetur.c.monomachiam.2.q.4.toto tit.de purga.
vulg.l.vni.& ibi gl.t.C.de gladiat.& reges catholi
ci debent iſta prohibere.Præpo.hic,col.ſi. in prin.
in regno Siciliæ in paucis caſib.ſuſtinetur.Afflic.in
conſti.proſequentis.in 1.no.de purg.ſubla. ve 3,in
crim.læſæ maieſt.& mortis abſcõſę.Iſer.hic, col.2.
cir.fi. in aliis prohibet̃,quia authoritas ſuſcipiendi
duellum eſt apud principẽ. c.quid culpat̃.23.q.1.

Quid ergo ſi pro facto reiterabili accuſas Titiũ,
puta quia te inſiliuit,vulnerauit,aut verberauit, &
nõ ponis in libello annum,menſem,& diem,quod
eſt neceſſe,vt in l.libellorum. de accuſatio. accuſa-
tus replicat,quod fuit ad ſuam defenſionem. Si tu
dicis, quod potuit Titius infra menſem pluries in-
ſilijſſe,& vnum tantum actum feciſſe ad ſuam de-
fenſionem,& non alios, teneris probare pluralita-
tem actuum, nec ſufficit probare pluries inſilijſſe:
22 nam diuerſa facta ratione continuationis, pro vno
reputantur.l.pen.in gl.fi.de actio.& oblig.ſicut nõ
eſt ex numero legatum ęſtimandum. l. fundi.in fi.
1.de fun.inſtru. ſed vnum per aliud cõfunditur,pu
ta vulnus cum percuſſione,& cum morte vulnera.
Afflі.in conſti.ſi quis in poſterum.in vlt.col. de de-
fen.in poſi.dicitur tunc vulneratio transfuſa in ho
micidium.Lucas in l.ſi quis decurio. col.pen. circa
prin.C.de decurion.adeo quod ſi in libello fuit fa-
cta mentio,quod vulnus fuit mortale, poteſt in ea
dem inſtantia ſequi condemnatio de occiſo, quia
mors retrotrahitur ad diem vulneris, & fingit̃ be-
ne actum,cum ſuperuenerit ius ex cauſa de præte-
rito.Bal.in conſi.430.nu.1.cir.med.4.vol.nam ef-
fectus ſubſequens attribuitur diſpoſitioni, non au
tem diſpoſitio attribuitur effectui.idem Bal.in con
ſi.311.poſt num.1.3.vol.& ſic non poſſit intelligi
niſi de vnico actu,cum non expreſſit plura.l.fidei-
commiſſa.§.ſi quis decem.de leg.3.

Sed quomodo,an poſſit quis ſimul & ſemel eũ-
dem accuſare de pluribus delictis.gl.in d.l.libello-
rum.§.ſed ſi aliud. vacillat, & ex intentione Azo.
dicit, quod poſſit de diuerſis delictis,de vno non:
quaſi dicat ſecundum Bar.ibi, quod de diuerſis de
lictis deſcendentibus ex diuerſis factis, poteſt quis
accuſare vnum ſimul & ſemel: ſed de diuerſis ex
eodem facto non. Quid dicemus. gl.3.in c.relegẽ
tes,23.q.5.diſtin. ut ſupra,& videtur tenere,quod
non poſſit accuſare de pluribus criminibus deſcen
dentibus ex eodem facto,ea.gl.in c.poſt appellatio
nem.in ver.ſi quis,2.qō.6.Interpretationem Azo.
& glo.prædi.tenent moderni, ut per Iſer. hic ut ſal
tem de tribus delictis ex diuerſis factis poſſit quis
eundem accuſare, ſicut poſſunt plures accuſare in
eodem libello.c.Maximianus,in ver.libelli. 81.di-
ſtin.duo videlicet,tertius non: aliàs præſumitur ꝙ
cauſa quęſtus hoc faciat.c.prohibentur.in uer.quę
ſitum,2.quæſt.1.Immo etiam decem eodem tem-
pore,dummodo diuerſis libellis.l.inter liberas.§.fi
na.in ver.crimine. ff.de adul. Ange.in tract. malefi.
in ver.qui accuſari poſſunt. car.17. & in uer.& ad
querelam.ibi, quęro an quis.car.108.col.2.& 109.
diſt.vt per eum. Tu verò dic,ꝙ poſſit in eodem li-
bello de pluribus criminib. accuſari,immo cogitur
iniurias quas ſimul paſſus eſt cõiungere,& omnes
proponere in uno libello, quia in qualibet ſequit̃
condemnatio, ac ſi in diuerſis libellis fuiſſent pro
poſitæ.l.prætor. §. fi. iuncta gl.in ver. coniungere,
cum addi. ad eam.ff.de iniurijs.vnde poteſt in uno
libello accuſare de adulterio,peti ſeparatio thori,
& dos reſtitui. Lucas in l.iudices. col.1.cit.fi.de di
gnit. Quidquid ſit, ex quo uerba libelli non ex-
primunt de pluribus actibus, ſi accuſatus probat,
quod fecit ad ſuam defenſionem, excludit intentio
nem accuſantis,quia exceptio eſt actionis excluſio.
l.ſi quis emptionis.in uer.exceptionem.C.de præ-
ſcriptione 30.vel 40.ann.

Quid ſi in proſecutione cauſæ probat, quod
pluries diuerſis diebus mẽſis inſiliuit? videt̃ quod
non ſufficiat, quia cum ſit actum vna via, non po-
teſt alia experiri, cum tendat ad uindictam, ſe-
cus ſi ad intereſſe. Boer. in deciſio. 189. nume.6.
adeo quod ſi accuſo, quod me deieciſti, ſi poſtea
probo,ꝙ feciſti me deijci,non ſufficit,ſecus ſi dixiſ
ſem ſimpliciter, eieciſti.Bald.in §.iniuria. num.19.

circa

circa fin. de pace iura.firma. Idem ſi accuſetur de
mandato,& probetur inſtigatio. Alex.in conſ.150.
num.24.5.volum. Ant.de Prato ver.in conſi.129.
poſt num.6.inter conſ.Alex.4.volum. ſi accuſatur
pro vulnere illato in ſtrada publica,& probet fuiſ-
ſe illatum,vel damnum datum in alio loco,non po
teſt obtinere. Alex.in conſi.91.num.10.cir.fin.6.
volum.in ciuilibus idem: nam ſi eſt conteſtata lis
ſuper actione depoſiti,& non probetur depoſitum
ſed commodatum,non debet obtinere. Idem Ale-
xand.in conſi.121.poſt num.4.5.& 13.primo vo
lum.nam ſi vna cauſa eſt deducta in libello, & pro
23 betur alia,ſuccumbit. Alex.in conſi.56.num.1.&
163.poſt numerum 5.2.volum.in tantum,quod ſi
ago ex mutuo,& probo confeſſionem,per teſtes,ſi
ſeci mentionem numerationis ſuccumbo; ſecus ſi
ſimpliciter. Alex.in conſi.179.num.7. eod.volum.
ex quo agitur de mutuo naturali,& probando mu
tuum per confeſſionem,confeſſio non inducit obli
gationem, quæ oritur ex ipſo contractu obligatio
nis,quod dicitur mutuum ciuile. Idem Alex. in cō
ſi.90.nu.7.circa med.3.vol. vltra quod aliud eſt re
ceptio,& aliud confeſſio receptionis. Loſſ.in conſ.
22.nu.11.ſicut ſi agit ex ſtipulatione, & teſtes pro
bat confeſſionem. Alex.in conſi.76.num.6.6.vo-
lum.niſi adſit clauſula: Non ſe aſtringens,nam tūc
agens ex vna cauſa,poterit obtinere ex alia. Idem
Alexan.in conſi.61.nu.1.2.volum. Bald.in conſil.
25.in primo dubin,4.volum.& ſi in libello quis aſ
ſerat ſe proprietarium,vel proprietatem ad ſe ſpe-
ctare,& poſtea probat utile dominium, puta quia
eſt emphyteota,vel ſeudatarius, debet ſuccūbere,
niſi dixiſſet ſe dominum: nam poſſet intelligi etiā
de dominio utili. Cap. in ver.feudorum dominia,
circa fi. princ. In propoſito tenetur reus probare,
quod qualibet vice fecit ad ſuam defenſionem, ſi
(prout ſupra)fuit accuſatio propoſita, unam enim
remittendo actionem, nō propterea videtur remit
ti alia.l.ſi mihi,la 1.ff.de ſeruitu.ruſt.præd.aliàs, ſi
de uno actu,uerberatione,vel delicto accuſauit,ad
illud tantum uidetur propoſuiſſe exceptionem,
quod defendendo id fecerit. argum.l. de ætate. §.
qui interrogatus.ff. de interroga.actio.aliàs ex pro
batis in proceſſu,& non deductis in libello,non po
teſt puniri.Iſern.hic,num.12. circa fi.poſſet tamen
iudex ex multis in talibus, ex officio ſubuenire,in-
terrogando etiam poſt concluſionem,ſi ſemel uel
pluries aſſaliterit. Iſer.hic, nume.13.nam poteſt,ſi
vult aſſumere partes accuſatoris, & interrogare
reum: tunc ex interrogatione iudicis, & reſponſio
ne partis, fieret litis conteſtatio. nec refert in hoc
interroget iudex vel pars. Bar. in l.is qui reus,poſt
numerum quartum,de public.iud. & poteſt quan
do dubitat de facto, interrogare vſque ad ſenten-
tiæ probationem.not.in capitu.cum Ioānes, de fi-
de inſtrumen. & fit nemine petente,non ut addat,
ſed ut rationem prædictorum dicat. §. quia uerò,
lo. 2. in ver. non habebit, circa medium. Auth.de
teſtibus. Ideo reus ne anceps vacillet, l.eos, ff. de
falſis. debet petere, quod querelator declaret vi-
ces,vbi,& in quo loco verberauit: aliàs ſi hoc non
obijcit reus, ualet libellus.l.& eleganter, ff.de do-
lo malo.nam ſi forma a iure requiſita in proceden
do non ſeruatur,& pars non opponit, proceſſus te
net, not.in cap.ſecundo,de accuſatio.in 6.ſicut ſen
tentia lata ſuper libello non continente certam
quantitatem ualet, reo non opponente contra li-
bellum.l.2.cum ibi not.C.de ſenten.quę ſine cer.
quan. & ſic ſi reus non obijcit,ualet libellus: & in-
telligitur de duabus uicibus,ſi nō expreſſit de plu-
ribus.l.ubi numerus, de teſtibus. Caueat reus, ex
quo tranſiuit libellus, poſſet accuſator in proſe-
quutione iudicij exprimere id qđ potuiſſet in li-
bello proponere; nam paria ſunt proponere ab ini
tio,vel ex poſt facto tempore congruo.l.3. §.is ta-
men.ff.de libero homi. exhibe. & a principio eſſe
certum,vel ex poſt facto poſſe fieri certum. Lucas
in l.fin.col.pen. poſt prin.C. de diuer. offic.vltra
quod ex parte accuſatoris, poteſt etiam fieri du-
bium: nam ſi accuſat Titium, quod in eum inſili-
uit,& verberauit,ſi non ponit fuiſſe in diuerſis tē-
poribus,videtur fuiſſe unus actus,ut ſupra.

Sed numquid punitur ſaltem de inſultu,ſicut in
ciuilibus,qui petit totum,& probat partem,debet
obtinere in parte. Alex.in conſ.208.nu.7.7.vol.q a
petendo totum,vr̄ petere quālibet eius partē. Loff.
in conſi.23.nu.5. nam in maiori ſumma ineſt mi-
nor.l.ſenatus,in uer.ærarium.ff.de iure fiſci.l.1.§.ſi
ſtipulanti,de ver.obli.& in iudicijs quaſi contrahi-
tur.l.licet.§.Idē ſcribit.ff.de pecul. Adeo ꝙ qui pe-
tit plus,uidet̄ petere, quod eſt minus.l.ſi is cui.ff.
quemadmo.ſerui.amit.nam quod pluris eſt, utiq;
tanti eſt, l.cū furti,de in lit.iur.eo magis,quia plu-
rale quandoque accipitur pro ſingulari. l. męuio.
in uer.& partes,de leg.2.& diuiſim geminat ſigni-
ficationem ſingularis.l.hoc articulo,in uer.omnes.
ff.de hæret.inſtit.immo plures ſingularitates.l.2.§.
fin.ff.de condi.inſti. Iſern.dicit,videtur in ciuilibus
bene dici,ſed aliud in caſu propoſito, quia ex pro-
poſitione accuſatoris, & probatione quam fecit,ꝙ
pluries fuit inſultatus cum verberibus, ſicut aſſer-
uit in libello, & ſine uerberibus, prout probauit
per teſtes, apparent contraria, & dictum teſtis nō
reducitur ad concordiam cum principali. Innocen.
in cap.cum contingat.de offi.delega. Bart.in l.2.§.
creditum,num.8.ſi certum pet.& reg.illa, quod in
maiori ſumma,&c.l.quoties.§.1.ff.de hæred.inſtit.
non procedit,quando ſunt diuerſæ,& ſeparatæ di-
ſpoſitiones: nam tunc in maiori ſumma non com
prehenditur minor. Alexand.in conſil.179.num.
14.5.volum.& ſic cum fuerint plures inſultus, &
diuerſi actus, non poſſit illa regula applicari. pro-
inde ex quo non probauit, quod propoſuit, etiam
quod probet aliud, ſuccedit regu. quod potui no-
lui.l.multum. C.ſi quis alter.uel ſibi tanto magis,
quia in criminalibus probationes debent eſſe claræ.
l. fin. C. de probationib.& probatio difformis non
24 releuat probantem. Loffr.in conſi.27.nu.18.ſecus
ſi factū non eſſet iterabile: puta accuſauit, quia oc
cidiſti Titium ter vulnerando: etiam quod appa-
reat ſemel tantum vulneraſſe, quia conſtat de ſub-
ſtantia accuſationis inſtitutæ, videlicet quod occi-
diſti,ſufficit ut puniantur delicta,vndecumque cla
ruerint.c.ecce.24.queſt.3.& paſſus plures iniurias
eodem inſtanti uel impetu, uel ſi ex diuerſis factis
ſunt plura crimina, & de eis accuſatur, quod po-
teſt vt ſupra,debet actor in eodem libello coniun-
gere omnes,l.prętor.§.ſi mihi plures.ff.de iniurijs.
& libellus ualet parte non opponente. Iſer.hic col.
4.cir.fi.nam ſufficit narrare factum. l. ſolemus,ff.
de iudicijs.& poterit accuſatus dicere,quod actor
exprimat de quo petit puniri, aliàs intelligeretur
de crimine minorem pęnam inferente: vnde caute-
la eſt,ꝙ exprimat quando de maiori intendit,aliàs

ſibi imputatur ſi non vtitur beneficio legis ſcriptæ,
in reg. quod quis ex culpa ſua. de reg. iur. & ſic quá
do libellus accuſatorius non rite componitur, can-
cellatur poſtulante reo. Iſer. hic nu. 16. tamen ſi ma
nifeſte ineptam propoſuit accuſationem, debet ſta
tim repelli, ca. pen. in ver. matrimonium, de deſpó-
ſa. impub. ex quo petitio inepta non eſt attenden-
da. Ludo. de Mol. de Hiſpa. primog. lib. 3. c. 13. nu.
57. prędicta quádo ſine citatione fieri non poteſt:
ná ſi nó recte fiunt irrita ſunt. Bal. de mili. vaſa. qui
contu. eſt, nu. 4. circa fi. aliàs ſi non eſt neceſſe pro-
ponere, & proponit ineptam, poteſt redire ad aptá.
gl. in cap. 1. in ver. vel iudicijs, de conſtitu. ſicut in
actione ex ſtipulatu pro dote quæ datur, vbi nulla
fuit, multo magis vbi fuit aliqua licet inutilis. l. qui
teſtamento. in ver. poſſe. ff. de teſtamen. & ut ſupra
cancellatur poſtulante reo, ſed non refert ſi rebus
fiat vel verbis, l. fin. in ver. diremptum. ff. de diuort.
an acceptat beneficium verbo vel re ipſa. no. in cle-
men. vni. & ibi gl. in ver. quin etiam. de conceſ. præ
ben. re vel verbo negamus Chriſtum, c. per tuas, in
ver. ipſo facto, qui filij ſint legi. nam facta loquun-
25 tur, & plus exprimitur facto, quam verbo. gloſ. in
extrauag. com. 1. in ver. ſub generalibus, cir. princi.
de ſent. excó. plus eſt aliquam facto ducere, quam
fidem dare. not. in ca. cum haberet. de eo qui duxit
in matre: quam polluit per adulte. ideo fides rei ge
ſtæ ratam diuiſionem ſatis affirmat. l. non ideo. C.
famil. erciſc. nihil intereſt facto, vel verbo quis de
claret voluntatem ſuam. cap. tenor. in ver. ſubarraſ
ſet. circa fin. de ſent. & re iudi. nam obligatur quis
per factum, ſicut per dictum. cap. quem progenito
res, in glo. 20. quæſt. 1. pręcipitur magis facto, quá
verbo. glo. in extrauag. Ioan. vlt. in ver. imaginaria.
de verb. ſign. & ipſo facto confirmatur, quod non
valebat, not. in c. inſuper, qui matri. accuſ. poſſ. ne-
gatur etiã dominus, ſi uenit cótra fidelitatem debi-
tam, & dando conſilium aduerſarijs, c. grauem, in
ver. negaſſe, de exceſſ. præla. nam multa fiunt ipſo
facto, gl. in c. exiſtimant, 11. quęſt. 3. c. cum ſuper. in
ver. confeſſus eſt, de offi. deleg. c. contingit. Ioá. 2.
in gl. 1. de ſenten. excom. ſi non verbo, facto dicitur
prouocaſſe. c. cum olim, cir. fi. de dolo, & contu. &
per ſigna apparet voluntas ſicut per vocem. glo. 2.
in cap. 2. 74. diſt. Inde facto negatur Chriſtus, ut ſu
pra, glo. in cap. caute. 22. q. 5. ipſo facto renuntiat
iuri ſuo. not. in c. inter monaſterium. d. tit. de ſent.
& re iudi. amittit priuilegium. glo. pen. in c. fin. de
vita, & honeſt. cle. renuntiat clericatum. glo. in cap.
vni. in ver. clericalis, de cler. coniug. in 6. cap. vt no-
ſtrum, in gl. fi. de appell. c. 1. in gl. 1. de cler. coniug.
ius ſuum, not. in c. pen. de his, quæ fiũt a maio. par.
Cap. c. fi. in ver. facto, ne clerici, vel mona. glo. in c.
quamuis, in ver. cedentium. & vlt. in fi. de præben.
in 6. clem. 1. de procura. appellatur facto, & uerbo.
glo. in c. 1. in ver. appellandum, de appellatio. in 6.
Immo plus facto, quam verbo. c. dilecti. de appella
tio. licet glo. in c. ad reprimendam. in ver. conquę-
ſtus. de offi. ordina. tenuerit quòd non ſufficiat iter
arripere, niſi uiua uoce appellet: & ſi facto quid fe
cit, non videtur voluntati obtemperaſſe. l. 2. in fi. de
condi. & demonſt. quidquid ſit, factis probatur ali
quid. glo. fina. in cap. 2. 43. diſtinct. & facto plus ex
primitur quàm uerbo. not. in cap. vni. de cler. pere-
gri. plus eſt facto, quàm uerbo aliquid fieri. ſimilia
ponit Iſer. hic colum. 5. circa fi. non omitto, quod
de iure canonico non tenetur aliquis proponere
actionem, ſed ſi proponit, & ineptam cadit a cauſa,
gl. pen. in cap. decreto, 2. quæſtio. 6. de iure ciuili
abſoluit iudex conuentum, reſeruato iure actori
rectius agendi. Bart. in l. 1. poſt num. 8. quę ſit lon-
ga conſue. Dec. in conſi. 62. circa fin. Coram Prin-
26 cipe non attenditur ineptitudo libelli, ſed ſufficit
ſola facti narratio ſine concluſione. Et eſt ſpeciale
in Principe, ut liceat egredi uires libelli. Iacob. in
ver. princeps pedemótium. ibi, ſed an princeps. nu
mero 4. & 9. circa fin. & poſtquam conſtat de iure
actoris, poterit iudex pro eo iudicare, non obſtante
ineptitudine actionis propoſitæ. Boer. in Dec. 41.
num. 19.

SVMMARIVM.

1 *Si uero, eſt dictio aduerſatiua, & aduerſatur in iure, & in facto.*
2 *Violator dicitur, nedum inferens, ſed etiam corruptor, contaminator, ſeu pollutor, qui ex odio non charitate proceſſit.*
3 *Contumax fugit a facie, id eſt conſpectu iudicis.*
4 *Iudex, quaſi ius dicens populo, & eius appellatione uenit omnis præpoſitus ad iuſtitiam miniſtrandam.*
5 *Mobilia publicantur, non immobilia, emphyteoſis futura nec feudum.*
6 *Publicatio fit in beneficium populi, quando non habet ſuperiorem.*
7 *Hæres improprie, & eius appellatione quis uenit.*
8 *Nunquam, i. nullo tempore.*
9 *Decætero, importat, quod pœna ſequens concernat futura non præterita.*
10 *Filius non poteſt alere patrem bannitum, uel hoſtē: ſecus in uxore quando ſecum moratur.*
11 *Emolumentum, fructus dicitur.*
12 *Rigor iuris ſeruatur in maleficijs puniendis.*
13 *Comes qui in loco præeſt, in Italia pro ſimplici magiſtratu, ſiue iudice, uel qui adminiſtrator eſt regis.*
14 *Beneficium, ideſt prouentus beneficiorum.*
15 *Bona contumacis ratione pacis uiolatæ publicãtur, & dantur hæredibus.*
16 *Negligentia magiſtratus, recurritur ad eum, qui eũ creauit.*
17 *Pax uniuerſalis, & particularis: & differt ſi una, uel altera turbetur.*
18 *Mobilia de feudo contumacis ſunt fiſci.*

AD §. SI VERO I.

1 SI verò] De ſua natura eſt aduerſa-
tiua. Alexand. in conſilio 134. num.
25. 6. volum. & aduerſatur in iure, &
in facto. not. in cap. penul. de ſenten.
excommunica. in 6. in facto, quia in caſu præceden
ti violans pacem, occiderat hominem, & compa-
ruit; hic quando occidens fugit a facie iudicis. in
primo caſu imponitur pœna mortis, niſi probet fe
ciſſe ad ſuam defenſionem, in iſto publicantur bo-
2 na. dicitur autem, uiolator, nedum inferens, ſed
etiam corruptor, contaminator, ſeu pollutor pa-
cis, qui ex odio, non charitate proceſſit. Io. And. in
cap. cum medicinalis, num. 6. de pœnit. & remiſs.
lib. 6. hic ſi, A facie.) Ideſt a conſpectu Aluarot. hic
circa princip. Iudicis fugerit: Quia contumax. c. 1.
de mi-

de mili.vaſal.qui contu.eſt. Iſern. in §.homicidiū.
poſt numerum 21. de pace iura.firma. a facie dico
iræ,indignationis ſuæ. Pſal. 101. Domine exaudi
orationem. inde Cayn, poſt fratricidium, dixit
Deo, a facie tua abſcondar,& ero vagus,& profu-
gus in terra. Geneſis,cap.4. ſemper timuit, & tre-
muit.§.primo,in fin.in glo.pen.Authen.de iureiu-
ran.quod præſta. ab his. profugus in alienas late-
bras collocatus,l.omnes, la ſeconda, C. de agri.&
cenſib. Res eius,mobiles a iudice in populum pu-
4 blicentur.) Eſt autem iudex ius dicens populo,no.
in clemen.prima,de appellatio. & eius appellatio-
ne venit omnis, qui eſt præpoſitus ad iuſtitiam mi
niſtrandam. Afflict.in §.iudices,numero primo.de
pace iura firma. & publicantur mobilia: immobi-
5 lia verò, nomina debitorum,emphyteoſis eccleſia
ſtica,feudum, nec futura veniunt in publicatione.
Alexand. in conſilio 244. ſexto volumine. Bald.in
conſilio 284.primo volumine.Afflict.ſupra in pręſ
lud.numero 30.Pau.de Caſtr.in conſil.212.2.vo-
lumine.& illa mobilia intell.q̃ hẽt cum damnatur.
l.eius qui.§.primo.ff.de teſtamen. nam poſtea quę
ſita non veniunt.l.ſi mandauero.§.is cuius.ff.man-
6 da. & fit publicatio in beneficium populi, ſi non
habet ſuperiorem. gloſ. & Pau.de Caſtr. in l.item
veniunt.§.ait ſenatus.in ver.petitur.ff.de petitio.hę
red. Aluaro. hic poſt princip. quia confiſcatio fit
ratione iuriſdictionis territorio cohærentis. Boer.
in deciſio. 264. numero 3. attenta conſuetudine,
quæ in talibus ſufficit. Alexan.in conſilio 13. nu-
mero 18.6.volumine. Et diſpenſentur.) Ideſt diui-
dantur. Gramma.in ver.diſpenſator. Hæredes au-
7 tem ſui.) An proprie,cum viuentis nulla ſit hære-
ditas.l.neminem.in glo.2. ff.de acquiren.hære.l.2.
§.interdum, de vulga. & pupilla. & dicuntur hic
hæredes illius,qui adhuc viuit. Alua.hic poſt prin
cip.alibi pro filio.Mathęi.cap.21.hic eſt hæres,ve-
nite occidamus eum.filius,ergo hæres,ad Rom.8.
l.ſi q̃s a Titio.ff.de vſufru.accreſ.gl.2.ĩ l.1.C.ſi mi
nor ſe ab hære.abſti.Iſer.in cap.naturalis,poſt nu-
merum 4. ſi de feu.defun.milit.contr.ſue.vulgares
intelligunt de filijs fratribus,& alijs,qui ſucceſſu-
ri ſunt ſibi,vnde dicunt,hic eſt hæres meus; & di-
citur vulgaris loquutio,quia dicitur a plebe,& po-
pulo. not.in cap.vni.de iniurijs,& damno dato,in
6.& vulgi nomina ſunt impropria.Iſern.hic nu.3.
Iſti autem hæredes, hæreditatem quam ipſe tene-
bat recipiant tali conditione interpoſita,vt iureiu-
rando ſpondeant.) Inuocando Deum in teſtem.§.
fi.in ver.quidem. Auth.quibus modis natura. effi.
8 leg. Quod ille violator pacis numquam.) Ideſt,nul
9 lo tempore. Gram.in ver.numquam. Decętero.)
In futurum non comprehendendo præterita. Za-
ba.in clemen.cum ex eod.in 5.not. de ſentent.ex-
com. Ipſorum voluntate aut conſenſu.] Qui ſunt
de ſubſtantia omnium actuum humanorum,in cõ
ſti.ſeu. diuer.2.num.129.in prin. Aliquod emolu-
10 mentum.) Lucrum vel fructus.l.ſi operas.ff.de vſu
fruct.& quemadmo.quis uta.cap.1.vbi Ancha.ne
11 præſtiti uices ſuas. Inde percipiat.) Et ſic filius nõ
poteſt alere patrem bannitum,vel hoſtem. Aluar.
hic, nu.4.& Præpo.ſupra eod.in prin.poſt num.4.
& colum.pe.poſt prin.aliàs punitur amiſſione bo-
norum.Bal.ſup.eo.in prin.nu.7.Affli.in §. præced.
Si quis hominem, in vndecimo not.num.11.& 12.
ſecus in vxore, quæ poteſt alere maritum rebellem
ex fructibus dotis, quando ſecum habitat. Affli.in
conſti.pœna carere,in 4.5.& 7.not. de vxo.for.in
di.& in conſt.patres pro filijs,ebi glo.& Iſer.ne fi-
lio pro pat.Auguſt.in addit.ad Ang. de malefic.in
ver.dicto maleficio, in fi. Quod ſi hæredes uegle-
cto poſtmodum.) Facta conſignatione,& pręſtito
iuramento,vt ſupra.de iſta dictione, Ioan. And.in
cap.ſi clericus,nu.1.de præben.in 6. Iuris rigore.)
12 Quæ ſeruatur in maleficijs puniendis. Afflict. in
§.ſequen.ſi quis alium,nu.6. Hæreditatem ei dimi
ſerint.] Et a ſe eiecerint. Idem Affli.in deciſio.307.
13 poſt num.24 Comes.) Qui in loco pręeſt,& vide-
tur differre a iudice.l.ſi quis furem, de furtis. In Lõ
gobard.alibi.Comes ſiue iudex.glo.Pariſ. poſt nu.
5.tit.1.§.20.l.ſi quis aliqua. de hom.libe.hom.l.2.
de offi.iud.l.vt Comites,l.volumus.& l.de vniuer-
ſale.eod.tit.de offi.ind.& l.& miſs.de epiſc. & cle-
ri.in Longobar. vel qui adminiſtrator eſt Regis.l.
l.ſi quis alienum, in ver.Comes,de raptu mulie.in
Longobard. Eandem hæreditatem Regię ditioni
aſſignet,& a Regio iure beneficium.) Ideſt pro-
14 uetum beneficiorum. Io.An.in c.cupientes.nu.4.
in prin.de elect.in 6. Suſcipiant.] Scilicet hæredes.

Declarato textu, eius dubia reddebatur conſul-
tatio:& primo occaſio malignandi debet remoue-
ri.l.2.in fi. C.de indi.vid.toll. Sed occaſione rei poſ
ſet quis puniri iniuſte. §.quoniã. Auth.vt nulli iu-
di.ergò,vt tollatur iſta occaſio, bona publicari nõ
debent. Tanto magis,quia hodie videtur correctũ;
adeo,quod propter crimen non auferuntur bona,
niſi in crimine læſæ maieſtatis,& hæreſis. Iſer.quę
ſint reg.in ver.contrahen.inceſtas nupt.poſt num.
40.col.3.cir.med.

Secundò,non eſt veriſimile delictum vna eadẽ-
que lege varijs ęſtimationibus coerceri.l.ſacrilegũ.
ff.de pęn.l.ſenatus,de accuſ.ſed punire in bonis,&
poſtea in perſona eſt punire bis id ipſum, quod nõ
permittitur:nam una cõtenti eſſe debemus.l.licet,
§.pen.nautæ caupo.ſtabu.

Vltimò, aut iſte deliquit,aut non:ſi deliquit,de
lictum eſt ſanguine piãdum,& ſic amitteret caput.
gl.1.in l.2.C.ne ſanctum bapt.reſti.aut non, & me
lius eſt nocentem dimittere, quam innocentem cõ
demnare.l.abſentem.ff.de pęnis.

His non obſtantibus,contrarium mandat Impe
rator,vt in deteſtationem criminis, ſemper ſit ege-
nus,ſicut in crimine lęſæ maieſtatis.l.quiſquis.§.1.
C.ad leg.Iul.maieſt. etiam, quia ſi propter delictũ
eſt obligata perſona,multo magis bona. Bar.in l.2.
C.in quib.cau.colo.lib.11.

Qua ſtante, non obſtat primum: nam illud proce
dit,qñ bona applicarentur iudici: ſed hic ſuſcipiũt
hæredes a iudice per donationem Principis. Iſer.
hic,in ver.hæredes,poſt nu.3. Nõ obſtat ſcd̃m,nã
bona annotant̃ uſq; ad annum,& ſi eſt crimen pro
quo imponit̃ alia pęna corporalis, corrigitur,ſicut
& iſta circa bonorũ cõfiſcationem. Lucas in l.4.C.
de re mili. Vltimũ nõ obſtat,quã ẽt ſanguine piat,q̃a
bona dicuntur ſecundus ſanguis. Loffr.in conſ.34.
nu.5.& ſic firma remanet concluſio, ꝙ bona cõtu
macis rõne pacis uiolatę publicant̃,& dant̃ hr̃dib.

Intellige habere locum,non ſolum in uiolatore
15 pacis,uerum etiam & in frangente treugã. Marſil.
in pract.crim.§.aggredior.nu.87. poſt med. Idem
in eo qui fraude curiam euitat: nam ſi per annum
contumax fuit, bona confiſcantur. l. quamuis, C.
de decurio. lib. 10. Quod procedit etiam de iure
commu.ff. nam fit annotatio bonorum cõtumacis,

quæ infra annum reuerſus recuperaa: alias dantur venientibus ab inteſtato.l.1.ff.de requir.reis.& ſuper bonis amplius non auditur,ſed ſuper crimine. c.veritatis, in ver.probatum,circa prin.de do.& cō tum.& in conſti.pęnam eorum.

Reſtringe niſi fiat ex noua cauſa, nam tunc non dicitur rumpere pacem. Marſil.in d.§. aggredior, num.85.Præpo.ſupra eod.in princ.num.2.& intelligę de bonis mobilibus præſentibus: futura autē iura,& actiones non veniunt in confiſcatione. Alexand.in conſi.75.num.12.1.volum. Dec.in conſil. 442.poſt numerum 3.& colum.2.num.27.& 28. 3.volum. & ſuccedunt deſcendentes vſque ad tertium gradum,cum conditione de qua hic,& Iaco. de Ardizo.in ſum.de pace ten.circa med.ibi,vbi tamen quæritur.

Nota, quòd licet crimen pacis fractæ pertineat ad eccleſiam. Inno.in cap.nouit,numero.7.de iudicijs.tamen hic cognoſcit iudex ſęcularis, cuius faciem ſi uocatus fugerit, efficitur contumax, ſicut in minore.glo.in l.minor.ff.de minor.& bona vt in alijs caſibus,vadunt ad uenientes ab inteſtato.Auth. bona damnatorum.C.de bonis proſcript.Alnato.hic num.2. & ex negligentia magiſtratus, re-
16 curritur ad eū, qui ipſum creauit.etiam ſi eſſet populus: & tum ſi appellaretur ad futurum ſucceſſorem,inepte appellaretur, ſed debet appellare ad populū:quia licet vacet,ipſa iuriſdictio eſt penes populum,& dignitas vacans eſt ſicut hæreditas,quæ ſi vacat, non fungitur vice eius qui ſucceſſurus eſt. Præpo.in cap.1.poſt num.3.ſi de inueſti.inter domi.& vaſa.lis oria.Iſer.declarando textum,facit dif-
17 ferentiam,inter turbationem pacis vniuerſalis, & pacis particularis;nam pacis uniuerſalis tempore, omnia in priſtinum ſtatum debent reduci.Bald.de pace Conſt.in ver.ſententiæ,num.2.circa fi.& turbatur maxime non exhibendo,quod vnus alteri debet. D.Tho.ad Ro.14.colum.5.poſt princ.ibi,ſed hoc nullus authoritate propria,de exceſſibus dudū factis,uel decętero faciendis, audeat ſe uendicare, vt in conſti.pacis cultum.de cultu pacis,& gene.pace in reg.pax particulares, cuius pignus per dexteram datur.glo.in cap.fundamenta,in uer.dexteras, de electione in 6. Si turbatur, committitur pœna compromiſſi.Affli.in cap.ſi facta,poſt num.19.ſi de feu.defun.mili.contr.fuc.vel pęna culpæ conformabitur.Iſer.hic nu.1.in fi. Item turbando pacem vniuerſalem,puta quia mouet guerram ſine Principis licentia, uidetur quod ſemper ſit pęna mortis: quia committit crimen læſæ maieſt.Afflic.hic finitur lex.in prin.nu.5.etiam quod ſit Comes,uel Baro,& bona confiſcantur.Cap.in uer.feuda amittūtur.ibi,quinquageſimoprimo.Affli.in §.ſi miniſtrales,num.4.inf.eo.& eſt conſt.regni, Comes.de his qui in reg.guer. moue. Quomodo autem dicatur moueri.Lucas in l.vni.col.2.cir.med.C.vt armo.vſus,& priuatur bonis,quia lex dicit.Alex.in conſil. 103.nu.15.1.vol.relicta legitima aſcendentibus, & deſcendentib.§.homicidium,de pace iur.firm.Iſer. hic cir.fi.prin.in Neapol.ſecus, quia illorum bona non publicantur,niſi in crimine hęreſis,& lęſę maieſtatis,& tunc etiam ſeruantur dotes, & iura dotalia vxoribus,adeſt,cap.6.Regis Catholici,de anno 1507.de quo Affli.in conſti. grandiſ.in 5.not. nu. 7.in fi.conſt.foriudicatorum bona,nu.14.& ita obſeruatur.Idem Affl.in conſti.adulterinam, nu.7.in fi.In alijs caſibus, hæredes accipiunt a iudice hæreditatem,ideſt bona immobilia fugientis, & reſtituuntur illi cui debentur in defectum primi;vel ei à quo tenet.Iſer.in §.niſi,ante & poſt,nu.7.ſi vaſallus feu.priu.cui defera.Sed ſi hæres neglecto iuramento,contumacē aſſignaſſet,vt hic,ſi ſint feuda, vel alia quæ a Comite,ℓ domino. Aluar.hic,col.3. in prin.vel a Barone tenet, redeunt ad eum a quo tenebat.l.vni.ff.de portio.quę libe.damn.l.ſi filius, C.de bonis proſcripto.Idem Iſer.in §.domino cōmittente,num.1.cir.fi.d.tit.ſi de feu.defunct.mili. contro. fue. etiam quod ſint in terra demanij, niſi ſint quaternata.in conſtitu.poſt mortem,in uer.ad conceſſionem,de morte baronis, nam tunc venirēt ad fiſcum durante uita delinquentis.Iſer.hic,nu.5. circa fi.ſecus in condemnationibus pecuniarijs, de quibus in c.1.de pace iur.firm.Iac.de Ardizo in d. ſum.de pace tenen.ibi,& quilibet maior.

18 Quid de mobilibus in feudo inuentis,non deputis ad perpetuum uſum.Iſer.hic tenet quod ſunt fiſci,quia perſona Regis eſt, quæ condemnat de crimine,& extrinſecus acquiſita, vt ſunt boues & ſimilia, non ſunt feudalia,ſed propria.Bald.in conſi. 222.nu.3.3.vol.niſi eſſent deſtinata ad uſum feudi,ita ut ex ijs fructus feudi colligantur.Cam.in c. Imperialem,in prin.car.17.col.4. poſt princ. quia tanquam deputata ad perpetuum vſum feudi, dicūtur pars feudi.Cap.in ver.feudorum acceſſoria,cir. prin. & Iſer.hic, & cenſentur eſſe de territorio vbi reperiuntur,& fiſco illius loci confiſcantur.Penſiones ſi ceſſit dies,ęquiperantur fructibus a ſolo ſeparatis,ſi non ceſſit dies, ęquiperantur fructib. pendentibus,ſi pro parte ceſſet,& pro parte non,iudicatur pro rata temporis. Nomina debitorū ſi ſunt de re mobili,ęquiparantur mobilibus: ſi de re immobili æquiparantur immobili. P.ęp.ſupra eo.in prin.nu.4.& col.pen.cir.fi. Quid ſi fructus feudi a ſolo ſeparati nō ſunt domini feudi, ſed hæredis extranei.l.defuncta.ff.de vſufru. & quemadmo. quis vtat:nam fructus rei feudalis ſeparati a ſolo, & res mobiles exiſtentes in caſtro feudali, non dicuntur eſſe feudales.Cur.in tract.feu.in 6.q.1.par.prior. poſt num.12. & quidquid inde quæſitum eſt.l.cū oportet.§.eo ſi quid.C.de bonis quæ libe. Ciuitas uerò non habet ius confiſcandi ſine priuilegio,argu.l.1. C.de bonis uaca. motu proprio conceſſo, vel ſit talis quæ non recognoſcat ſuperiorem,& habeat fiſcum. Affli.quæ ſint regal.in verb.bona vacantia,nu.12.alias in defectu hæredis (ut ſupra) eſſent fiſci vita durante delinquentis. cap.1.in fin.de capitu. Corra. fiſci dico, qui condemnauit. Iſer.hic, nu.6.Affli.multa,in §.fi. nu.23. quæ ſit prima cau. bene.amit. Et extenduntur ad bona ubique exiſtētia, ſi eſt crimen hæreſis,& læſæ maieſt.& territoria eſſent ſub eodem monarcha,Cap.in uer. regalia.ibi, bona uacantia,in princ.& ibi,publicatis, & ſeq. & ratione generalis arbitrij,poteſt omnia bona publicare,Aluar.hic,nu.8.non enim poteſt pro parte in ciuitate manere, & pro parte mori. applicabuntur tamen cameræ,ubi ſunt bona. Bald.in conſil.36.& 341.4.volum. In alijs delictis, & quando ſunt diuerſa dominia,ſecus;nam bona Ferrarienſis publicata per ſententiam latam Ferrariæ, non extenditur ad cenſus debitos Bononiæ, licet ipſa cenſus perceptio cōmenſurata fructibus venit.Loſſr.in cōſil.2.num.49.& 50.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Si, eſt continuatiuum.*
2 *Quis, hoc uerbo liber uel ſeruus, maſculus uel fœmi na, ſignificatur.*
3 *Alius, eſt diſtributiuum verbum ſimilem in qualitate inducens, ſed diuerſum in ſe, cui aduerſatur, & opponitur.*
4 *Vulnerare, proprie, & improprie.*
5 *Niſi, dictio ponit, quod prius eſt negatum.*
6 *Duellum dicitur, duarum partium bellum, & quomodo fit.*
7 *Manus capitur multis modis.*
8 *Iudex dicitur capere, ideſt pars per iudicium.*
9 *Rigor iuſtitiæ in citatione & obſeruatione ordinis iudiciarij.*
10 *Vulnerantis pœna eſt amputatio manus.*
11 *Iniuria alia perſonalis, & alia in perſonam.*
12 *Occidere poteſt quis ſe defendendo.*
13 *Confeſſioni ſicut ſtatur pro ſe, ita & contra ſe.*
14 *Manus, quando amputatur, de qua intelligitur.*

AD §. SI QVIS ALIVM.

1 SI quis alium.] Si eſt continuatiuum.
Archid. in cap. placuit. poſt princ. 11.
quæſt. pri. Quis.] liber vel ſeruus, ma
2 ſculus vel fœmina. gloſ. pri. In l. ſi quis
3 greges. de debitis & guadimoniis. in Longobard.
Alium.] Eſt diſtributiuum. Hiero. Gabrie. in conſi.
6. num. 2. in fi. & ponit ſimilem in qualitate, ſed diuerſum in ſe cui aduerſatur & opponitur. gl. 5. Pa-
4 riſ. circa finem. tit. pri. §. 9. Intra pacis edictum vulnerauerit.] Proprie, & eſt quando fit ſciſſura ſeu ſeparatio in corpore. ar. in l. prætor. §. fi. nume. pri. ff. de iniurijs. improprie & ſimilitudinarie dicitur vulnerare Deus in peccatis hominum. Vulneratur diabolus quando quis bona opera facit, non penetrata carne, quam nõ habet, ſed percuſſo corde ſpiritu ſuperbiæ. Homini magnum vulnus infertur, quando cognoſcitur eius vxor. Iſer. vbi late dixi. in
5 §. turpiter luſerit. poſt num. 13. quibus modis feud. amit. Niſi.] Ponit quod prius negauerat. Alberic. in
6 l. ſi eum. §. qui iniuriarum. num. 18. ff. ſi quis cautio. Quod in duello.] Quod eſt duarum partium bellum. Iſer. in §. ſi quis hominem. nume. 11. in fi. ſupra eodem. & fit præcedentibus indiciis. Affli. in §. non eſt conſuetudo. poſt numerum 2. de alienat. feud. pater. & ſequuta diffidatione. Deci. in conſi. 575. num. 11. 4. volum. fit ſecundum qualitatem accuſati, non ad electionem accuſantis. Afflict. in conſtit. conſuetudinem prauam. in 2. notab. de ſacr. pręſta. a campio. aſſignatur locus cordis clauſus in ciuitate vel extra, in quo nullus audet ingredi: & ſi illo die non finitur pugna, debet iudex ſeruare tunicas vtriuſque patris, & ſequenti die vtriuſque tunicam reddet. Arma debent eſſe æqualia, quæſt. vni. ceciderint vel frangantur, debẽt reſtitui vel non, attenta conſuetudine. Præpoſi. ſupra eodem. in fi. prim. Accuſatus verò non debet ſe inermem inimico opponere. cap. pri. in fi. pri. de reſtit. ſpoliat. in 6. nam dicit Longobarda. vidimus multos ſub iuſto clipeo perire. Bal. ſupra eod. in pri. poſt nume. 4. vbi etiam Aluar. poſt nume. 10. & 12. & multi pereunt contra iuſtitiam. Idem Alua. in §. ſi miles, lo 2. poſt nu. 3. inf. e. & licet impares, pugnare licet: nã vix aut nunquam duo pugiles inueniri poſſunt ſic æquales, vt vel in tantum non ſit alter altero fortior, iſt conſt. monomachiam. eſt tamen tentare Deum. c. monomachiam. 2. quæſt. 4. Et vitam ſuam defendendo hoc fieri, prohibuerit.) Nam ignoſcendum eſt ei, qui non fecit ſponte, cum non debebat pati ſe interfici, ex quo nemo vnquam carnem ſuam odio habuit. Bald. in conſi. 186. in princ. 3. vol. 107.
7 & 312. 4. volum. Manus.] Quæ capitur in iure pluribus modis. glo. Pariſ. 4. tit. pri. §. pri. in fi. num. 75. Ei amputetur.] Et ſi non dicit quæ, an amputetur vtraque. Caſſa. in conſue. Burg. rub. pri. §. 5. ibi, ou, mutilation, num. 12. Et ſicut ſuperius dictum eſt, iudicetur.) Circa bona. Et iudex in cauſa, ipſum & res eius ſecundum rigorem iuſtitiæ ſtrictius conſe
8 quatur.) Et dicitur conſequi iudex, ideſt, pars per iudicem: ſicut lex prohibet, ideſt iudex per legem. l. mutum. in gloſ. 2. ff. de acquiren. hæred. quia factum ipſius reputatur factum patris. l. ſi ob cauſam. C. de euiction. & lex repręſentat factũ ab homine faciendum. Bald. in conſi. 142. num. 2. 4. vol. ita iudex, quia a pari procedunt. l. fi. C. de fideiuſ. &
9 rigor prædictus quomodo procedit in citatione ſubtilis ordinis iudiciarii. Zabar. in clemen. pri. circ. fi. poſt nu. 18. & in clem. diſpendioſam. in 3. notab. de iudiciis.

Declarato textu, dubia reddebantur eius determinatio. Et primo, humanę leges eatenus valent, quatenus non diſcrepant a diuinis. Lucas in l. 2. colum. 2. poſt medium. C. de quibus mune. vel pręſta. nem. liceat ſe excuſar. per legem diuinam. Deuterono. cap. 19. in fi. ſcriptum eſt. Exiges animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu: & pedem pro pede. Ita hic debet dari vulnus pro vulnere, aliàs iſta lex tanquam illi contraria non valeret: tanto magis, quia authoritas ſacrę ſcripturę allegatur in cauſis, ſicut lex. Iſer. ſupra in vlt. quęſt. pręludi. num. 46. Secundo, iudex non pronunciat in cauſa, ſi ſua temporaliter vel pecuniariter intereſt. Iſer. in Authen. habita. in ver. cadant. poſt nume. 16. de ſtatu. & conſu. contra liber. eccle. Hic præſupponitur quod res inquiſiti applicentur iudici: ſuccessiue non poteſt ipſe pronunciare, quia nemo debet eſſe iudex in cauſa propria. l. vnic. C. ne quis in ſua cauſa. Vltimò, iudex debet potius ſequi æquitatem & miſericordiam, quam rigorem, Afflict. in §. iniuria. num. 2. de pace iuram. firma. hic dicitur, quod ſecundum rigorem iuſtitię ſtrictius conſequitur, ergo non ſecundum æquitatem, ſed rigorem iudicauit, & tamen æquitas pręfertur. l. placuit. C. de iudi.

His non obſtantibus, iubet textus ſeruari contrarium: & ratio eſt, quia puniri debet in eo in quo deliquit, argum. l. actione, §. prim. in ver. quia ff. pro ſocio.

Quo ſtante non obſtat Primum, nam multa in teſtamento veteri permittebantur propter infirmitatem, quæ euangelii perfectione eliminata ſunt. c. ſi quia fuerit. 3. q. pri. & in ſpecie circa iudicium, de quo. lo. c. 8.

Non obſtat Secundum, nam bona, non applicantur iudici ſed parti per iudicem, ideſt miniſterio iudicis, & factum vnius interpretatur alterius, & ille tenetur. l. Iulianus. in gloſſ. prima. ff. de rei vendicat.

Non obſtat Vltimum, nam iudex etiam miſeretur occidendo hominem, ſi non per mitigationem pœnę ſaltem compatiendo. gl. in c. omnes. 45. diſt.

Et

Et ſic firma remanet concluſio, quod vulnerantis
pœna eſt amputatio manus. Intellige tam ſi eſt vul
neratus cum ferro, quàm lapide fuſtę: dummodo
cum ſanguinis effuſione. Afflict. hic in prim. notab.
& tã ſi eſt facta ſeparatio cutis, quàm ſi ſit tumor,
cuius cauſa ſit facta ſciſſura ſeu ſeparatio intrinſe-
cus, licet non appareat, ſed oportet quod rumpa-
tur & faciat ſaniem, tunc, quia dicitur vulnus. Bar.
in d. l. prętor. §. fi. nume. 2. de iniurijs. Aluarot. hic
num. 2. punitur eadem pœna, & tam ſi propter hoc
violetur pax generalis quàm particularis. Aluaro.
hic num. 6. & punitur iſta pęna, non ſolum qui vul
nerauit, verum & qui mortuum ſpoliauit, in con-
ſtit. ſi quis aliquam. qui homi. occi. ſpolia. & ſi-
cut hic punitur pœna manus, ita & notarius qui
contractum rei feudalis, ſine Principis licentia con-
ſcripſit. §. ſcriba. de prohib. feud. aliena. per Freder.
Præpoſit. ſupra eod. in princ. num. 4. in fi. & Alua-
rot. hic, num. 4. in princ. & punitur etiam quòd iu-
dex vellet relaxare, cum non poſſit etiam princeps,
niſi parte concordata. Iſer. quæ ſint rega. in ver. &
bona committentium, nume. 74. in fi. & habet lo-
cum in vulnere, propter quod remanet cicatrix: nã
propter vulnuſculum, vbi non apparet percuſſio li
uor vel cicatrix, non punitur percutiens pœna ma-
nus, in conſtit. ſi quis aliquem, vbi Afflict. colum.
2. poſt princ. de pecu. illici. cum arm. vltra quod ap
pellatione vulneris, non venit vulnuſculum, ſicut
appellatione febris, non venit modica, & debiti no
mine non venit exiguum, ſimil. Alexand. in conſi.
186. poſt numerum primum. 7. volum. item proce-
dit in vulnere cum magna ſanguinis effuſione: alias
ſi eſſet modica ſciſſura cutis cum aliqua gutta ſan-
guinis, non dicitur vulnus cum ſanguinis effuſio-
ne. Idem Alexan. in conſi. 100. num. 8. 6. volum. &
& ſucceſſiue non eſſet locus pœnę, de qua hic, &
requiritur, quod ſciſſura ſit in perſona, non in ſu-
perficie vel pannis. Barto. in conſi. 109. num. 5. vn-
11 de iniuria alia perſonalis, & alia in perſonam. Dec.
in conſi. 406. num. 3. 4. & 5. 3. volum. nec procedit
12 ſi in duello vitam ſuam defendendo hoc fecerit, vt
hic, verum dicenti feciſſe ad ſuam defenſionem, in
cumbit onus probandi. Iſer. hic in ver. probare. An-
ge. in tracta. malefic. in ver. nec non ad denuntiam.
car. 165. colum. prim. & poterit probare etiam per
coniecturas. Auguſt. in addit. ad Ange. vbi ſupra, in
ver. & dictum Tinum. car. 486. colum. pri. in fin. In
dubio præſumitur factum ad offenſionem. Afflict.
hic in tertio notab. immo, videtur quòd potius ad
defenſionem, quàm ad offenſionem: adeo quod ꝓ
bant teſtes etiam quod aliam rationem non adu-
cant. Dec. in conſi. 459. nume. 4. & 6. & 469. nu. 5.
vſque ad 8. & 11. & 272. colum. prim. circa finem.
poſt num. 2.

Quid ſi confiteatur vno impetu, feciſſe ad ſuã de
13 fenſionem? tunc ſicut ſtatur confeſſioni pro ſe, ita
& contra ſe. Idem Iſer. in ſimi. in rub. circa finem.
ex quibus cau. feud. amit. & diuiſio verborum, non
diuidit diſpoſitionem, nec facit licitum, quod ſub
compendio non eſt licitum. Bald. in conſi. 324. poſt
numerum ſecundum. 3. volum. tanto magis, quod
accipitur id quod prodeſt, & non quod nocet. l. 3.
§. ſi quis palam. ff. de iure fiſci. adeo quod ſi tan-
tum dixiſſet feciſſe ad ſuam diffenſionem, dicendo
vnum, videtur excludere aliud. l. cum de lanionis. §.
cui fundum, de feudo inſtrum. Verius, dicit Iſer. vi
detur, quod quatenus contra ſe, ſtatur: pro ſe, non
niſi probetur, vt in conſtitutio. terminum vitę. circa
finem.

Quid ſi fiat ſciſſura cum vngue vel dentibus, an
dicatur vulnus. Auguſt. in addit. ad Ange. in ver. &
ipſum TiＴium. car. 466. colum. pri. & 2. Afflict. in
d. conſtit. ſi quis aliquem. in 4. quæſt. de percu. illi-
ci. cum arm. tenent quod vulnuſculum modicum
nullum habeat in ſe delictum. l. prim. §. proinde. de
ædil. edi. Iſer. hic in ver. manus. poſt nume. 10. Vn-
de dum teſtis dicit, vulnerauit, intellige cum ſan-
guinis effuſione, & amputatur manus, vt ſic punia-
tur in quo deliquit. cap. literas. de tempo. ordi. cap.
penult. de translatio. Epiſcop. Auth. omnes peregri
ni. C. com. de ſucceſ. l. conſenſu. §. hęc. C. de repu-
dijs. cap. ex tenore, cum ibi not. de reſcriptis. nam
per quę peccauerit quis, per hęc & torquetur. Sa-
pien. in cap. hinc habuit ortum cap. 11. d. conſtit. ſi
quis aliquem. quę imponit pœnam manus percu-
tienti cum armis prohibitis. Sed quæ manus ampu
14 tabitur. glo. in Auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fugit.
dicit quod minus potens. & iſtam tenuit Cynus &
nonnulli alij, quos refert Ange. in tract. malefic. in
ver. quas ſi non ſoluerit, circa princ. car. 742. colũ.
2. Sed contra eum eſt commu. vt refert Auguſt. in
addit. ad eum. Et eſt prouiſum per ca. qui cum ron
cha, vt per Iſer. hic, & Præpoſi. ſupra eodem. in pri.
nume. 4. circa finem. adeo quòd ſi vigore ſtatuti
committens homicidium, debet puniri amputatio
ne manus, non amputatur manus arida. Alexand. in
conſi. 104 nume. 4. primo volum. & ſi ſpecificatur
10 ciariam. Alter.] Cum quo litigat. Eripiat.) Ideſt de manib.per raptum auferat.l.ſed eximẽdi. ff.ne quis eum,qui in ius voc.eſt vi exi. ſed improprie;nam aliàs amitteret feudum. l. ſi quis in tantam.C.vnde vi.&ſic tria attendet iudex,ſicut in quolibet alio ne
11 gotio, quid liceat,ſecundum æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatem,& quid expediat ſecũdum vtilitatem. Lucas in l.2.col.2.poſt prin. C.ne fiſcus rem quam vendit euin.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio. Et primo,iudex quando vidit probari dominium per teſtes pares numero & dignitate,quia non poſſunt eſſe duo domini inſolidum.l. 3. §. ex contrario.de acq. poſſ. debet abſtinere a iudicando.Iſer.in d.§. pręterea ſi inter duos.nu.74.& in §. ſi quis per 30. cir.fi.ſi de feu. defun.mili.contro.fue.ita hic, dum vidit litigantes allegare diuerſos inueſtitores,eo magis,quia a licitis,interdum etiã a neceſſariis abſtinere ſuadetur.Lucas in l.omnes. col. 2.in pri.C. de decurioni.Secundò, quędam melius ſciuntur ipſo facto,quàm iuris expreſſione.c. apoſtolicæ. vbi not. de donat.ſed arctari probationes ad teſtes non debet permitti: nam iudex magis ſcire poterit cui animum applicabit.l.3.§.pri.ff.de teſti.ſed conſiderando omnia.c.cauſam quę.de ſent.& re iud. Vltimò,iudex debet eſſe medius inter extrema. gl.in extrauag.com.ſuper cathedram.in ver.exigit.poſt medium.de ſepultu.Modo ne iſti ſe ſumptib.manibus uexent.l.pri.ff.de inoffic.teſtam.debet potius cogere ad concordiam.glo.in cap. venerabilem.in ver. fauere.de electio.

His non obſtantib. determinatur cõtrarium.Et ratio eſt,quia in pari cauſa, melior eſt conditio poſſidentis.l.in pari.& l.cum par.de reg. in. de hoc in ſpecie gl.2.in l.3.C.ſi minor ſe maior.dixe.

Qua

Qua ſtante non obſt. Primum: nam iudex cogi-
tur iudicare.l.ſedet reprobari.in verb. iudicat.ff.de
excuſa. tuto. ideo datur hic modus quomodo ra-
tione incertitudinis veritas inquiratur. l. ſi eum.in
gl.3.ff.ſi quis cautio.

Non ob. Secundum, nam de teſtib.dixit cauſa
exempli,& exempla non reſtringunt regulam.l.dã
ni infecti,la 2.de dã.infe.§.hactenus. Inſt.de gradi.

Vltimum non ob.nam quando partes diu litiga
uerunt,vel quęſtio eſt dubia, poteſt princeps coge
re ad pacem,vel ad compromittendum.Iac.in ver.
princeps Pedemontium. ibi, ſed an princeps.nu.7.
cir.fi. Afflic.in §.ſi miniſtrales.nu.pri.infra eo. Lo-
do. de Mol.de Hiſp.primog.lib.4.c.9.nu.30.Cap.
in dec.2.11. cir. fin.& ſic firma remanet concluſio,
quòd in controuerſia inter tres ſeu plures de eodẽ
12 feudo,poſſeſſor obtinebit,ſi per duos teſtes demõ
ſtrauit per rapinam non poſſidere.Intellige etiam
ſi produxiſſet teſtimonium inueſtitoris, & idoneis
teſtib.probauerit, quòd abſque rapina beneficium
habuit vt ſupra.§.præce. & quod dicitur in feudo,
idem in pignore,quia ſi accipitur a diuerſis non do
minis,poſſeſſor eſt melior.l. ſi non dominus.ff.qui
potio.Rurſus duob.concurrentib. ad eandem rem,
& ſi ambo habent ius ad rẽ, ille primo admittitur,
cuius ius primo ad rem fuit cauſatũ, quia ex duab.
cauſis ad eundem finem concurrentib.celebrior cõ
ſumit effectum.Afflic.in §. item ſi fuerint.in 4.not.
ante & in nu.4.quib.mod.feu.amit.lo pri.

Reſtringe tamen, quando allegant diuerſos in-
ueſtitores, ſecus ſi eundẽ,vt ſup. vt per Afflict.hic
poſt nu.4.& Pręp. cir.pri. item niſi iudicio & iuſti
tia aliter dictante fuerit iudicatum in petitorio.ca.
pri.in fi.de controu.inter Epiſc.& vaſ.

Nota quòd recipiuntur teſtes de prouintia, quia
ille pręſumuntur melius ſcire, quàm remoti.Pręp.
hic cir.pri.ita & pares,quia iniquũ eſt cogi iudices
vel iudicantes de patria exire.Bal.in §.pręterea.nu.
8 8.de probi.feu.alie. per Frc. vnde ſecundum Iſer.
hic examen committitur in prouincia vbi degunt
teſtes.l.ſed ſi quis ex ſignatorib.ff.quemad. teſta.a-
peria.& late cũ eo,in c.pri. ſi de inueſt. inter dom.
& vaſa. quõ oria.& cauſa teſtificandi non debẽt diu
a ſuis negotiis auocari.l.fi.§.fi.in gl. pe.ff.de teſtib.
& quando cauſa eſt legitima vt veniant, debent ſub
miniſtrari alimenta.l.3.§.pri. cir.med.& §.fi.eo.tit.
de teſti.alibi conſtituti in eodem territorio non co-
guntur venire,vt exhibeatur ſcriptura. gl.pri.in d.
l.ſed ſi quis ex ſignatoribus.

SVMMARIVM.

1 *Ruſticus dicitur ius colens,uel qui ruralia opera fa-
cit,etiam quod in urbe degat.*
2 *Miles,ideſt feudatarius.*
3 *Pulſans,ideſt uocans & interpellans.*
4 *Ruſticorum arrogantia nihil impudentius.*
5 *Infamatus ex delicto,compellitur ſe ex purgare.*
6 *Miles & ruſticus armis pugnabunt.*
7 *Pulſare dicitur quis per litis conteſtationem,uel pro
clamando ad Regem,aut compellende per bonos
homines.*
8 *Diuinum iudicium, eſt ferri candentis, & ſimi-
lia.*
9 *Summarium iudicium,pugna.*
10 *Teſtes expurgatores, quatuor, quinque,ſeptem &
duodecim.*
11 *Cauſa capitalis dicitur,quando accuſat de cauſa ca
pitali.*
12 *Antiquitate generis, quis iudicandus eſt nobilis.*
13 *Natio,genus hominum,a Natione Dea,quæ par-
tus matronarum tuebatur.*
14 *Miles pulſans vel pulſatus de pace uiolata, debet
manu militari ſe expurgare.*
15 *Genera ſingulorum, & non ſingula generum conſi-
derari.*
16 *Aſto animo fieri inde homines aſtiui.*
17 *Delicta eadem grauius puniuntur in una prouin-
cia,quàm in alia.*

AD §. SI RVSTICVS.

1 SI ruſticus.) Ius colens,habitans in rure
nobilis genere. Bald. hic nu.pri.vt fa-
ciunt multi propter neceſſitatem. Al-
uar.hic poſt pri. vel qui ruralia atque
terreſtria opera facit, etiam ſi in vrbe degat.l. pri.
2 vbi Luc.in pri.C. ne ruſtica. ad vllum obſequi. Mi
litem.]Ideſt feudatarium. Iſer.in c.ſi quis miles.in
pri.Impe. Lothar. vel quemlibet,infeudatũ.Idem
Iſer.hic in ver.ſi miles, lo 2. poſt num.24.De viola
3 ta pace pulſans.) Vocans ipſum ad iudicium,& ac-
cuſando de pace violata. Aluaro.hic colum.2.poſt
med.vel interpellans.l. 3. de paricidiis.in Longob.
4 quia nihil impudentius arrogantia ruſticorum.Lu
cas in l.litibus.colum.2.cir.fin. C.de agri. & cenſi.
Manu ſua iurauerit.) Tangendo ſacra Dei Euan-
gelia.Iſer.in §.item ſacramenta puberum, numer.
38.in fi. de pace iuramen.firm.quòd non de volun
tate ſua, vel quod non aſto animo, ſecundum vul-
gare Longobardorum.Alu.hic co.2.cir.fi.ideſt,ini
quo.l.ſi quis inuenerit.de iniuriis mulie. l.4.de de-
bitis & guadimo. l. ſi quis vxorem. & l. ſi quis a-
lium, qualiter quis ſe defendere debeat, vel nõ per
calumniam. l. recolimus,la 2. de homicidio liberi
homi.ſeu non voluntarie. l.ſi quis puellam. d. titu.
de homi.liberi homi.l. pri. de damno in iuria dato,
cum l.4.& l. fi. de eo qui peculium inuenerit.in Lõ
gobard.Iſern.hic.Sed de neceſſitate hoc fecit.) De
fectu probationis.In conſt.regni.monomachiam.
5 tunc miles infamatus ex delicto compellitur ſe ex
purgare. Abb. in rubric.de purgat.canoni. Et ma-
nu militari.] Non illa de qua in l.qui reſtituere.ff.
de rei vendica. l. ſi quis miſſus. ne vis fiat ei qui in
poſſeſ.miſſus eſt.gloſſa, in capit. petimus.11.quæ-
ſtio.pri.Sed cum armis,ſi miles Expurgabit.) Nam
inermes non poſſunt reſiſtere inimicis.glo. in cap.
nullus.ſecunda quæſtio.ſecunda.nec nudi conten-
dere, vel inimicis inermes ſe opponere.cap.opor-
tet.3.quęſt.2.gl.in c. 2.in verb.non cogerentur.de
ordin.cogn. ſed ſcutum albo nigroque debet varia
re.vt ſic omnem telorum vitet amaritudinem.glo.
6 fin.in l.hæres.ff.de petitio. hæred. Sed ſi miles ru-
ſticum de violata pace pulſauerit.]Nam licet igno-
bilis non poſſit prouocare nobilem ad pugnam,po
teſt tamen ſi vult renunciare huic priuilegio. Al-
uaro.hic in §.ſi miles aduerſus. numero primo.&
quarto.Ideo ſi pulſauerit.] Vt ſupra.alibi pulſatur
per litis conteſtationem, per proclamationem ad
7 Regẽ,vel per bonos hoĩes cõpellendo.gl.pr.in l.ſi
quis aliũ. de culpa ſeruo.in Longo.& manu ſua iu-
rauerit,ꝙ nõ volũtate,ſed neceſſitate hoc fecit, vt
ſup.de duob.vnũ ruſticus eligat.) De ſimili electio
ne videli.2. Reg.24.An diuino,an humano iud.in

nocentiam ſuam oſtendat.]Et autem diuinum iu-
8 dicium ferri candentis nouem vomerum.l.3.de pa
ricidijs,aquæ feruentis.l.ſi quis ex leui cauſa.d.tit.
de homicidio liberi homin. aquæ frigidæ examen
eruces.l.vt examen,& ſeq.eod. tit. qualiter quis ſe
defende. lebet. panis & caſei.c. ex tuam.vbi Ioan.
And.de purga.cano.de primis tribus. capit.ſenten-
tiam, ne cleri.vel monach.cs. Mennam.ibi,vulga-
rem. 2.quæſt.4.de duobus.Iſer.hic num.23. ca.no
bilis.in fi.& c.omnibus.cir.finem.& ſeq. vbi Arch.
2.quæſt.4.de primo.c.qui presbyterum. 17.quæſt.
4.cap. ex literis.de exceſſi.prælat.& in veteri teſta-
mento, per aquas amariſſimas probabator adulte-
rium.ca.conſuluiſti.in verb.per abortum.in fin. 2.
quæſtio.4.ſed iſta non ſunt a iure approbata . Al-
uarot.hic in §.ſi miles ruſticum.Pariſ.de Syndic.in
ver.lis tua.cap.5.poſt prin. & ſunt pœnæ aſininę ſe
cundum Iſern. hic a canone ademptę. capit.fin.de
purga.vulga.& a regni conſtit. leges quæ. de legi.
publi.ſubla. nulla tamen eſt falſa doctrina,quæ a-
liqua vera non immiſceat . Iſern. in §. inſuper.poſt
numerum ſeptimum. cum quo late de contentio.
9 inter domi.& fide. de inueſtit.feud.Humanum iu-
dicium eſt pugna,quod humanum iudicium quan
doque pugna, interdum monomachia appellatur.
Aluarot.in §. ſi miles aduerſus.circa princip.iſto ti
tu. vnde oblatio duelli vim requiſitionis habet.Pa.
de Caſt. in conſi. 424. nume. 5. poſt medium.pri-
mo volum.& Chriſtianus Chriſtianum offendere
nõ debet,niſi prius ipſum diffidauerit, aliàs eſt pro
ditio,nec eſt tanquã diffidatus impugnandus , niſi
prius iuſta ſententia decernatur.Io. And.in ca.pri.
poſt nu.8.& 10. in pri. de homicidio. in 6.Aut ſe-
ptem teſtibus idoneis , quos iudex elegerit ſe pur-
10 get.)Qui teſtes expurgatores dicuntur, & quarta
manu,ideſt quatuor teſtib.Aluar.hic colũ.3.in pri.
quinta , ſeptima manu, alibi cum duodecim in ge-
nuis ſe expurgabit.d.c.ex tuarum.de purg.cano.d.
cap.nobilis.2.q.4.Aut ſatisfaciet.cap.contingit,de
ſent.exc.Si miles Aduerſus.) Ideſt contra.Zaba.
in clem.vni.in pri.de in integ.reſt. Militem.)& eſt
tertius caſus . De pace violata,aut aliqua capitali
11 cauſa.]L.2.ff.publ. iud. vel quia odiunt ſe adinui-
cem ad mortem. Alb.in ea.l.2.nu.5.Duellum com
mittere voluerit.)Quod leges permittebant in cer
tis caſibus , canon verò prohibet. In hoc tamen &
aliis concernentib. peccatum , canon derogat legi,
& illud ſeruatur etiam a laicis.gl. in extrauag. Ioã.
quia.in ver.torneamenta, de torneamentis.tamen
ſecundum iſta iura, Facultas pugnandi ei non con
12 cedatur,niſi probare poſſit,quod antiquitus.]Cũ
nobilitas attribuitur antiquitati.Præpo.ſupra,quis
dicatur dux.nu.2.in pri. & hic in §.ſi miles aduer-
ſus. nu. 2.Ipſe cum parentibus ſuis natione.)Quæ
13 eſt genus hominum, a Natione D.a, quę partus
matronarum tuebatur. Gram. in ver.natio. Legiti-
mus miles exiſtat.)Nã ſeruus nõ defendit pſe duel
lum,ſed per iudicium.l.fi.poſt med.d.tit. de hom.
liberi homi. in Longob. & morb.iuuenilis & de-
crepita ętas , excuſant a pugna.l.quacumq;.& ſeq.
d.tit. qualiter quis ſe defendere debet,ſed pugiles
debent eſſe ęquales.in conſti. conſuetudinem pra-
uam.de quali.& ętate pug.adeo qđ debent eſſe pa
res,ſicut in eo qui receptat ſeruum fugitiuũ tene-
tur illum reſtituere,cũ duob.parib.Pau.de Caſt.in
l.quicumq;.nu.9.cir.fi. de ſer.fug.& ſic debet fieri
pugna per ſimiles. Iſer.hic,nu.22.cir.med.

Declarato textu impugnatur eius determinatio.
Et primò,nam aut conſtat,& non eſt locus pugnę.
d.conſti.monomachiam.aut difficilis eſt probatio,
& voluit Senatus ad quęſtionem deueni.l.quod
Senatuſconſultum.ff.de iniuriis. etiam in ciuilibus.
l.diuus.ff.de quęſtio. Secundò,occultum in melio
rem partem debet interpretari.gl. 2.cir. med.in c.
ipſi Apoſtoli.2.q.7. modo vt excludamus illicitũ,
debet fieri interpretatio in bonum. Loffr. in conſi.
5.nu.38.& ſucceſſiue nõ permitti duellum,eo ma-
gis,quia purgatio famę , eſt quaſi fumus in popu-
lo,quod non eſt non percutit, nec abſorbet.Bald.
in conſi.77. poſt nu.5.3.vol. Vlt.per duellum ten-
tatur Deus.c.monomachiam. 2. qõ.4.ſi tentatur,
non debet permitti, nam Chriſtus dicit, quid me
tentatis.Matt.22.Marc.12. cum ſit contra præce-
ptum Dei,qui dicit, Non tentabis dominum Deũ
tuum.Matt.4.Aluar.hic in §.ſi miles.poſt num.pri.
tanto magis,quia ſępiſſime perit iuſtus pro impio.
c.in ſancta.in fi.de conſecr.diſt.pri. & inſti contra
iuſtitiam.Præpo.hic in §.ſi miles,lo 2.

His non obſtantib.determinatur contrarium,&
ratio eſt, quia militibus nihil commune cũ curiis.
l.militaribus.de decurioni.li.10. ideo deuenitur ad
duellum vt hic.

Qua ſtante,non obſtat Primum: nam pugna eſt
ad inſtar torturę. Bal. in §. non eſt conſuetudo,de
aliena.feu.pater. & propterea ex defectu probatio
num , deueniebatur ad duellum, hodie ad torturã.
adeo quòd deficiens in purgatione,habetur pro cõ
uicto.not.in c.accedens.de accuſat.

Non obſtat Secundum,nam dubia quandoque
in peiorem partem interpretantur.not. in c.pri. de
cler.non reſiden.

Vltimum non obſtat , nam tentare extra iudi-
ciũ poteſt.l.ſi pupilli.§.fi.in ver.non habuerit.ff.de
neg.ge.tanto magis,Gen.18.q.a dř, Abſit a te,vt p
das iuſtũ cũ impio.Et ſic firma remanet concluſio,
14 quod miles pulſans vel pulſatus de pace violata,
debet manu militari ſe purgare . Intellige habere
locum etiam in vaſallo , qui committit infidelita-
tem contra dominum, nam poſſet prouocari ad pu
gnam,ſicut dominus per vaſallum.Cap.in ver.feu-
dorum dominia. Ibi, nono . & Aluarot. hic,in §.ſi
ruſticus.nume.3.& procedit, non ſolum iure iſto,
ſed etiam iure canonico,tot. tit.de purga.canon.&
de purga. vulga.licet fiat diuerſo modo:nam hic fit
manu militari,ibi iuramento.cap.prim.dict.titu.de
purga.cano.de ſua conſcientia ſatisfacit.§. quia ve-
rò,in verb.ſacramento.Anthen. de teſtibus. & pa-
ria ſunt non ſubire purgationem , vel deficere in
purgatione, quia vtroque modo punitur.not.in ca
pit.tua. de cohabita. clerico. & mulier. Reſtringe
tamen in crimine occulto , ſecus in notorio,nam
tunc non eſt neceſſaria expurgatio,ſed promulgã-
da eſt condemnatio. Afflic.in §. ſi quis hominem.
in 2.no.num.pri.ſupra eod. nec pro omni cauſa.gl.
hic in ver.capitali.ſeipſo pace violata: nam in Lon
gobardia dicitur , quòd ſocius qui credit ſocio to-
tum negotium,non poteſt cum eo inire duellum.
gl.in l. ſi quando, in verb.multo magis.C.de teſti
bus.& alibi,authores ſeditionis,& tumultus in fur-
cam tolluntur.l.ſi quis aliquid,la 2.§. pri.de pęnis.
plebei non milites.Præpoſi. hic in §. ſi miles ruſti-
cum.circ. medium . & procedit iure iſto , ſecus de
iure conſtitutio. regni, quarum virtute ſunt ſubla-
tę pugnę. & datus certus probandi modus in
conſtit.

conſti.proſequeotes.de pugn. ſubl. & procedit in maiore.18.annorum & minore.60. Bal.de pace iu ramen.firma.io prin.poſt num.4.& Comes prooo tatus ad duellum,pugnat per campionem. Fre.de form.inueſt.lib.3.ibi,miles.ou.3.in fi.

Nota quòd accuſatus viator,dabatur accuſatori in manib.accuſati.gl.fi.in pri.in l.fin.de malefic.& publ.crimi.l. ſi quis amodo.d.titu. qualiter quis ſe defende.debet. datur a iudice, lęſo,& verheret loco ſatisfactionis, vt eſt de cooſuetudine Hiſpaniæ. Arch.in cap.& qui.poſt medi.45.diſt.& parò lęſæ pars pœoæ.l.fi. de epiſco. & cler.in Longobar. hic dabatur duellum, ſed non eſt in vſu dicit Iſer.nam quod calore iracundię fit, non reputatur verum iudicium.Præpoſit. hic circa princip.licet deſuetudo non ſit modus legis abrogandæ,oiſi probetur vſus in contrarium.

Diximus in ſuperioribus,dicit Iſern.io 2.q.prę-lu.oum.28.cir.fi. & quę ſint rega.in ver.contrahentium inceſtas oup.poſt nup.42.maxime, qoia conſtit.reg.monomachiam. in duob. tantum caſib. admittit duellum,& qoamuis hic videatur permitte-
15 re in qualibet cauſa capitali, deſignat genera ſingulorum,ac ſi diceret, in qualibet cauſa in qua poteſt pugna afferri, & non ſingula generum,ideſt in omni cauſa capitali:de his ſimilia inuenies, dicit Iſer.& eſt in l.pri. §.huius ſtudii.in ver.omnium. de iuſti.& iu.l.2.in gl.pri.ff.de iuris & facti igoo.l.pr. §.oſtendimus.in vet.omnes.de ſuſpe.turo.glo.in l. pri.ff.de fideiuſſo.l.a.in ver.vniuerſis. de epiſco.& cler.glo.penult.in l.fin.C. de legibus.l.pri.io verb. omnibus.C.com.de leg.l.quamuis, la 2.in ver.omne genus.C.de adulterijs.glo.pri.in fio.in cap.cum humilitatis.22.quæſt.2. c. quia radix.in glo.prim. de pœniteo.diſt.2.& in ca. oam concupiſcentiam. in ver.oriuntur.de conſtitu. Archid.in capit.his ergo.cir.medium.23.diſt.in cap.fi.35. diſt. & in cap. adulterii. 32.quæſt.7. Bald.in cooſi. 184.poſt nu. 3.5.vol. ſicut ſatis eſt leges eſſe rationabiles in generibus ſingulorum, & non in ſingulis generum. glo.Pari.tit.pri.§.28.poſt oum.11.Cauſa autem de qua hic, in qua poteſt offerri duellum , eſt pro pace violata, puta quia occidit fratrem vel filium,ſeu vulnerauit cum magna ſanguinis effuſione, tunc
16 is qui offert,debet iurare,vt ſupra, quòd non aſſo animo, ideſt voluntate hoc facit. Iſern. hic l.ſi liber.de furtis.in Longobard.vel non animo irato.l. 4.de homine in curte aliena noctis tempore inueotu, nam impedit ira animum , ne poſſit cernere verum.§.prim.in ver.indiſcuſſos.Autheo.de appellatio.& intra quę tempo.inde homines aſtiui, ideſt currentes.Iſern.& Afflict. hic oume.8. circa prin. & iurant iuxta probabilem eorum credolitatem, quòd credunt veritatem fouere.in d. conſtitu.præſenò lege.facta diſti. ſi ſe ruſticus militem, vel miles ruſticum appellet , oam ſi miles ruſticum,poterit ruſticus diuoo , vel humano iudicio innocentiam ſuam demonſtrare,& maior ſatisfactio requiritur , quando humilis verberat nobilem . Pariſ.de Syndic.in verb.compoſitio. cap.ſeptimo.num.octauo.& 9. nam in multis iuris articulis eſt deterioris cooditionis ruſticus quàm miles . Præpoſit. hic in §.ſi miles ruſticum. poſt princip. ſed hodie iſta peregrina iudicia ferri candentis ſunt ſummota. capi. priuilegia,lo primo.iuncta glo.fin.25.quæſtio.ſecunda.Afflict.hic poſt numerum octauum.nã non eſt verum iudicium,gl.pen.in capit.2. 23.quæſtio. prim.ſi vult teſtibos ſe purgare,erit in eius electione,ſicut in alternatiuis electio eſt debitoris.l.iuſiurandum.§.ait pretor, in verb.eligat.ff.de iurerand. l.vbi autem.§. qui illud.l. ſi qui ex ; lurib.& l.eum qui certarum . de verborum obligationibus. l. Stichum aut Pamphilum.ff.de fideiuſſo.Prædicta intellige,quando pœnæ ſunt pecuniariæ, ſecus ſi corporales, quia tunc eligit iudex . Lucas io l.quis.C. de curſu public. & ipſe coercet.l. ſi quis iniuriam. ff.de iniuriis.prout qualitas regionis patitur.l.vnica.C.de his qui parent. vel libe.occid.l.peuol.& ibi gloſ. fin. C. de furtis.nam euenit, vt eadem ſcele-
17 ra grauius puniantur in vna prouintia, quàm in alia.l.aut facta.§. penulti. ff. de pœois.glo. in extrauaga. comm. ſuper cathedram,in verb.a iure circa medium. de ſepulturis . Azo in Summa.C.de pœnis.numero quinto. & ex differentia locorum, aliquod ioducitur diſcrimen. l. fiua. C. de tempor.in integrum reſtit. Sed con.Lucas in l.vnic.poſt prin. C.de collatio.bono.cap. pri. vbi Gemi.vt lite pendeot.in 6. & quando liceat adminiſtratoribus leges tranſgredi.Innoc.io cap.pri.num.2. de conſtit. Pariſ.de Syodic.in ver.pęna.cap.8.num.11.& poteſt augeri pęna vſque ad mortem. Caſſa.in conſu. Burg.rub.pri.§.5. ibi, & ſi ilrenchet,poſt oum.9. ſicut officia pro vſu regionum habent ampliorem dignitatem.Fre.de Subfeu.lib. prim. de off.magni Cancellarii.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *Poſt, dictio modicum internallum denotat.*
2 *Natale ſuum quidam ſolens celebrare,multo magis nos ſanctiſſimæ uirginis.*
3 *Vnuſquiſque,etiam de inhabili intelligitur.*
4 *Comes dominus terræ.*
5 *Pretia rerum variantur ſecundum loca.*
6 *Sagariter,perfecte,prudenter,callide.*
7 *Pretia ſtatuuntur ſecundum qualitatem temporis, ne uendantur nimis.*
8 *Annona dicitur , quia quolibet anno taxatur precium.*
9 *Vtiliter geſtum neceſſe eſt ratum haberi.*
10 *Daliberare,præmeditari,cogitare,uerba.*
11 *Modius & modium in maſculino & neutro genere.*
12 *Prȩſumere denotat dolum & temeritatem.*
13 *Totidem,par numero,tot ſimiliter ſignificat.*
14 *Exſoluere eſt perfecte ſoluere & ſatisfacere.*
15 *Comes cum interuentu prouincialium, ſtatuit precium utenſilibus.*
16 *Annonæ cura cuius erat,& nunc eſt:locus & negotiatores illius neceſſarij,& qui non.*
17 *Falſa pondera accommodans punitur.*
18 *Cauſa ſterilitatis,& quomodo dignoſcitur.*

AD §. POST NATALE.

1 POST.)Hęc dictio modicum interoallō denotat. Afflic.in c. pri. nu.2. quid turis ſit, ſi poſt ailena oo. feu.vas.id recuperet. Natalē.) Ideſt anniuerſariū na-
2 tiuitatis.S.Marię.) Quem multi ſuum celebrabāt. Archid.in c.non oportet. 33.quęſt.4. vt Herodes. Matth. cap. 14.& Marcus 6.& antiqui ex charitate hoc facicbant. Archid.io c. neceſſe.cir. prin.47. diſtin.merito nos huius ſanctiſſimę Virginis nata-

lem.8.Septembris.Aluar.hic cir.pri.&ſancti Ioan.
Baptiſtæ, qui fuerunt ſanctificati in vtero matris.c.
vnum.in ver.pœnæ.25. diſt. cum gaudio & diuo-
tiſſime celebramus. Vnusquiſque.) Exodi.12.&
3 32.etiam inhabilis fauore publico, intelligitur.Iaſ.
in l.pri.in 2.lectu.nu.12. C.de ſacroſ.ecc.Comes.]
4 Dominus terrę.Alua.hic col.pri.cir. fi.Septem bo
ni teſtimonij viros ſibi eligat, de qualibet prouin-
tia.) Quia ſecundum loca, variantur pretia rerum.
5 glo.1.in l.ſi ſeruum. ad l. Aquil.ideo conſilio ciuiū
& incolarum.Præpo.hic cir.med. fit taxatio,reſpe-
ctu eorum quę in foro rerum venalium reperiri po
terunt.l. ſpeciebus. vt ibi Lucas c.de coharta libus.
taxando victualia vt debito pretio vendantur.Præ-
poſit.hic in prin.videlicet imponendo pretium, qđ
equiualeat rei: adeo quod commune & equale ſit
habere rem vel pretium.glo.2.in l.pretia rerum ad
6 leg.Falc.& ſic.Cum ipſis ſagaciter.] Perfecte,pru-
denter,& callide.Grammat.in ver.ſagax.Diſponat
7 & quanto pretio. ſecundum qualitatem tempo-
ris,ne vendatur nimis. gl.rub.de diſcuſſ. Sit anno-
8 na vendenda.) Quæ hic dicitur,quia quolibet an-
no taxatur pretium. Aluar.hic col.2.in pri. Vtiliter
9 prouideat.] Vt vtiliter geſtum in iudicio neceſſe ſit
pro rato haberi.l.Pomponius,la pri. ff.de neg.geſt.
Quicumque.) Quiſque.Grammat.in ver. Quicum
que verò contra deliberationem.) Præmeditatam,
10 cogitatam & ex altero electam.Archid.in cap.pri.
in fi.17.quæſt.prim. Ipſius intra anni terminum al-
11 tius modium.) In maſculino & in neutro.l.quidā.
in glo.penult. de tritico vino & oleo lega. & quæ
menſura ſit. Lucas in l. modios. in princ.C.de ſu-
ſcepto.præpo.& arca. Et carius vendere præſump-
12 ſerit.] Quod denotat dolum & temeritatem.Za-
bar.in clemen.pri.in prin.poſt num.22.de priuile-
giis.Tanquā violator pacis habeatur,& Totidem.)
13 Par numero tot ſimiliter ſignificat. Grammat.in
ver.totidem,Viginti libras Comiti.) Supra eodem.
14 §.ſi verò violator. Exoluat.) Perfecte ſoluat & ſa-
tisfaciat.Grammat.in verb.exoluo.quanti modios
ſiue maldros altius vendidiſſe conuictus fuerit.]
Præſumptiones per iudicium,alibi confeſſione vel
ſententia.l.ſi quis alicui.vbi glo.& Alber.C.ad leg.
Iul.maieſtat.

Declarato textu impugnatur eius determinatio. Et primò, res debet eſtimari arbitrio domini.l.ſi tutor.in glo. ff.de in litem iuran.nam rei ſuæ quilibet eſt liber moderator & arbiter.l.in re mandata. C. mandati. Secundò, cauſam actionis non mutat locus vendendi vel emendi.l. 4.ff.de inſtito.propterea vbicumque venditur,videtur quòd tantum valeat,quantum vendi poteſt.l.ſi ſeruus. in ver.inuenerit.ff.de condi.furt. Vltimò, ordini ciuitatis non licet ſtatuere pretium,quod inuenitur frumento.l. fin.ff. ad leg. Iuliam de anno.ita & Comiti,quia in non neceſſariis verum pretium, in neceſſariis pretium conuentum inſpicitur. l. ſi res. ff. de in rem verſo.

His non obſtantibus,determinatur contrarium, propter publicam vtilitatem.Iſern. & Aluarot. hic num.prim.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam non cogitur vendere, quando non vult, ſed ſi vult tenetur uendere victualia ſecundum aſſeſſiam.Iſer.in §.iniuria.nu.19.ubi Affli.nu.16.in fi.de pace iura.firm. & quando compellitur, debet dari iuſtum pretiū. Aluarot.hic nu.3.

Secundum non obſtat, nam ſecundum diuerſa loca, diuerſa rebus pretia conſtituuntur.l.4.& ibi gl.3.de eo quod certo loco.

Vlti. non obſt.nam non ordini ciuitatis, ſed ad
prȩfectum Vrbis ſpectat.l. pri. §. cura carnis.ff.de
offi.prȩfe. vrb.& Comitem,vt infra cum Iſer. & ſic
firma remanet concluſio,ꝗ Comes cum interuen-
15 tu prouincialium ſtatuit pretium vtenſilib.& con-
traueniens punitur. Extēde idem eſſe in Epiſcopis
& principib. qui diligentia exactiſſima curare de-
bent,ue ſtenuilia fraude miniſtrorum ſubtrahan-
tur,uel negligentia pereant. Luc.in l.iubemus. cir.
med.C.de eroga. mili.ann. & non ſolum tenentur
curare,ut uendantur ſecundum aſſiſiam, uerum ēt
vt tēpore ubertatis reponantur,& repoſita uendan
tur tpe neceſſitatis.Gen.41.& punitur non ſolum
qui uendit contra aſſiſiam. Aluar.hic nu.2.& 6.ue
rum & qui aliquid molitur, ut frumentum carius
uendatur. l.2.ad leg.Iul.de anno.l. 3.iuncta gl. fi.
ff.de fer.nec poteſt uendi alibi, quam in locis ordi
natis, cum frumentum non poſſit uendi in litto-
re.l.3.C.quæ res uendi non poſſ.

Reſtringe tamen, procedere iure iſto,nam de iu
re cōi,ſpectat ad prȩfectum urbi.Iſer.hic num.26.
16 hodie princeps ſtatuit graſſerios & capitaneos,qui
ponunt aſſiſiam iuſtam reb.uenalib.ad uſum homi
num deputatis. Afflic.hic in pri.& 2.not.olim prȩ-
fecti annonæ,nunc illorum poteſtas in quibuſdam
eſt penes eos, quos uulgo electos urbis dicimus.
Cap.in ſuo compendio magiſtra.Neap.qualiter cū
antiquis Roma.conueni. non omnib.deferebatur
poteſtatib.l.pri.de off.prȩfe.urbi.ſed epiſcopi prȩ-
erant pani & cȩteris reb.uenalib.l.ſi.§.irenarchȩ.ff.
de mune. & hon. Epiſcopi & Comites uendere fa-
ciebant, quæ eis neceſſaria ſunt nō plus carum,ſed
ſecundum uſum & conſuetudinem terrȩ.l.5.ut E-
piſcopi & Comes in Longo.iudex debebat curare,
quòd ſit rerum ubertas.§. pri.in uer. locupletibus.
Auth.ut iud. ſine quoquo ſuffra. ſed Comes ciuita
tis uel præſes prouinciȩ in regno eſt iuſtitiarius. Af
flic.in c.pri.poſt nu.3.ſi de inueſti.inter domi.& ua
ſa.liti ori. ipſe imponit aſſiſiam, de qua meminit
conſti.iuſtitiarii nomen & normam. ubi Afflic.in
4.not.& conſtit.ſi quando,in 9.not.poſt num.9.ip
ſe punit fraudentem publicam annonam,ſi carius
uenderet.l.uix.in uer.annonæ.ff.de iudiciis.& com
pellet habitatores ſuburbium & uillarum, ut defe
rant annonam, & deferant ciuitati. Lucas in l. pri.
colum.pri.circa medium.C.ne ruſti.ad ullum ob-
ſequi,uerum illi nunquam in foro ſedeant,ſed con
feſtim eam tradant,& ad ſua opera redeant,Pileus
in Sum.poſt Azo.C. de agric. & cenſit.poſt nu.15.
non tamen ematur bladum cauſa reuendendi,&
faciendi carentiam, ut communiter fit,quia punire
tur in 20.aureis.Caſſa.in conſuet.Burg.rubri.2.§.
primo.in pri.ibi, quinquageſimus primus.Iſti qui
emunt a ruſticis,& reuendunt minutatim ciuibus,
tam eſculenta quàm poculenta, tricoli appellātur.
Luc.in l.maximarum.col.2.cir. med.C.de excuſat.
qui alio modo dardanarii uocantur. l.in dardana-
rios.ff.de pœn.a Dardano huiuſmodi ſcelerum pa
tratore.Hoſt.in Sum.de contrah.emp.§.quib.men
ſuris.in fi.& ſunt emptores omnis annonȩ quȩ in-
uenitur in prouintia,horum uariȩ ſunt pȩnȩ.Hoſt.
ubi ſup. & Ripa in tracta. de peſte.ibi de remediis
prȩſeruatiuis cōtra peſtem.nu.202.alibi uenalitia-
rii:& eſt genus hoīum ad lucrum turpius quȩrēdū
promptum.

promptum. Azo in Sum. C. de ædilitiis actio. poſt nu. 31. ſed qa neſcit plebs ieiunia timere. Alua. hic in pri. negotiatio vtenſilium neceſſaria eſt, & expedit negotiatoribus certum deputari locum, ne per diuerſa loca ciuitatis uagari cogantur. Lucas in l. pri. col. 2. in pri. C. ne ruſti. ad vllum obſequi. vnde ſtatui ſolet, quod pizicari non poſſunt vendere ante nonas ſupra Mutum, poterunt tamen in aliis locis. Bal. in l. pri. in pri. rep. §. beſtias. circ. medi. ff. de poſtulando, & prouidentia eſt, oportuno tempore iis neceſſitatibus ſatisfacere. l. pri. de agric. & cēſit. ſtatuetur pretium iſtis, quibus homines communiter indulgent. l. munerum. in verb. venalibus. ff. de muner. & hono. ideo patiuntur negotiatores ſeu mercatores, quæ ſunt nomina honeſta. Pau. de Ca: in conſi. 160. nu. 2. cir. prin. pri. vol. & non fiunt per vnum actum, ſed requiritur actuum reiteratio. Idē Pau. in conſi. 161. nume. 3. 2. volu. Par. de ſyndi. in ver. contra hæred. cap. 2. num. 2. & 3. & quomodo in eis difficile eſt non inuenire peccatum. Zabar. in clemen. fin. in 3. not. de cenſibus. vnde imponitur pœna quando venditur ſine licentia. l. ſi quis. C. de vecti. & commn. & curant ne tricoli emant, vſque ad certam horam, vt eſt Bononiæ. l. 2. in ver. tradere, & fin. ti. de nundinis. & ratione euitandæ frequentiæ. glo. fin. in l. cum aliis. C. de cura. furio. prohibetur emi farina, niſi tranſacta tali hora, vt eſt Neapoli. Afflict. hic in 3. notab. in fin. ſed non per hoc cenſetur prohibitum emi ſpeltra vel ordeum. Bald. in conſi. 162. quinto volum. licet truculenter ſe habeant, in extrauag. commen. vnic. circa finem. de ſepulturis, & truculentia eſt aſtutia & malitia. gloſ. in extrauaga. Ioan. ſancta Romana. in ver. truculentia. de religio. domi. Inde Imperator quando aliquo pergit, debet habere mercatum ſufficientem pro ſe & ſuis, & ſi eſſent renitentes, vel deficeret pecunia, poſſet auferre. Bald. de pace Conſtant. in ver. nobis. interdicendo huiuſmodi tricolos. l. annonam. vbi gloſ. tertia. ff. de extraordinar. crimin. & prohibetur pactum inter vendentes ne vendant niſi certo pretio: nam eſt monopolium, Azo in Summa. C. de monopoliis. licet magonum reipublicæ intereſſe verſetur, ne fides mercantiæ, quā certam & inuariabilem eſſe publice intereſt, in certa litibus officiatur, commerciumque impediatur. glo. pari. poſt numerum 47. tit. prim. §. 22. vnde Rex Portugalliæ mercaturam exercet, & eſt maior quæſtus ſui regni. eadem gl. poſt numerum quintum. §. 20. inde negotiator. Io. And. in ca. pen. nu. pri. de cenſibus. in 6. induſtria & induſtrioſus in conſi. feuda. diuer. 9. nume. 52. & ſine artificibus ciuitas bene & beate viuere non poteſt. Præpoſit. in §. conuenticulas. numero tertio. in princip. de pace iuramen. firma. & ſi augetur in vno pretium, poteſt minui in alio, cum poni maius pretium ſit falſitas. Paul. de Caſtro. in conſilio 24. primo volum. vbertati verò facile eſt remedium. Azo in Summa. Inſtitu. de actioni. numer. vigeſimoquarto. in fin. quamuis nihil adeo corrumpat, ſicut abundantia, debet tractari ne ſacietas noceat, nec penuria moleſtet. Archid. in capit. quod. circa medium. & fin. 41. diſtinc.

Quòd ſi falſificant pondera & menſuras puniūtur. cap. ut menſuræ, de emptio. & vendi. proceditur ex inquiſitione, vt in capitu. reg. item prædicti. car. 21. colum. pri. & l. penulti. C. de defenſo. ciuit. & deceptus poteſt agere actione ex empto. l. ſi quis a me. ff. de actio. empti. vltra quod venditor punitur. l. penult. ff. de falſis. & quia mendaces filii hominum in ſtateris. Pſal. 62. non ne Deo. Item præſes curabit circa iuſtitiam ponderum. Lucas in d. l. modios. Cod. de ſuſcepto. præpoſi. & arca. & falſa pondera accomodantes, qua pœna puniuntur. Azo in Summa. C. de actio. empti. poſt numerum 19. quæ autem veniant appellatione graſſiæ, frugum, annonæ, venalium, & mercium. & quod vnum ponatur pro alio, Paul. de Caſt. in conſil. 40. primo volum. itaque omnes magiſtratus qui reſpublicas gubernant, ſunt ad hoc plurimum debitores, vt copia adſit eorum quę ſunt neceſſaria. Lucas in l. ſi quis. columna ſecunda. circa medium. C. de aquęductu. & cogant diſtrahere iuſto tamen pretio. l. 2. C. quibus ex cau. ſerui pro premi. liberta. accepe. niſi ille ſimiliter egeat. l. aquam. C. de ſeruit. & aqua. & Matt. 25. ne forte nō ſufficiat nobis & uobis. Aluarot. hic poſt numerum quintum. nā omnis perfecta charitas incipit a ſeipſo. l. præſes. & ibi gloſ. fin. dicto titu. de ſeruit. & aqua. vnde ſi tempore careſtiæ, habeo tantum frumenti, quod mihi tātum ſufficit & familiæ, non cogor uendere. Præpoſit. hic poſt medium. quando tamen venditur, quia omnia ſunt venalia. gloſ. in l. libertas. de regu. iuris. uendat quantum vendi poteſt homini ſcienti conditionem illius rei. Bald. in conſi. 432. poſt numerum quartum. tertio uolumine. ordini uerò cuiuſque ciuitatis pretium frumenti ſtatuere, iuſtum non eſt. l. fina. ff. ad leg. Iulia. de anno. quia quando
que propter peccata maturis uindemiis mittan-
18 tur imbres, & ſic diuina munera & labores hominum ſternuntur. l. eorum. C. de maleſic. & mathema. quę ſit cauſa & quomodo cognoſcatur. Caſſa. in conſuetud. Burgund. rub. 11. §. ſecundo. in fine. nume. ſecundo. Archid. in capit. reuertimini. circa finem. decima ſexta queſtio. prima. & ita fit carena ſeu carentia ciborum, quod eſt vulgare Italicorū ſeu Longobardorum. c. 2. iuncta glo. fin. de ſponſa. duo. c. accuſaſti. de accuſat.

SUMMARIUM.

1 *Si quis, eſt ſignum indefinitum.*
2 *Ruſticus, villicus, agricultor, an differunt ab agricultore.*
3 *Ruſticus in nonnullis eſt cæteris deterioris conditionis.*
4 *Arma & tela differunt.*
5 *Gladius a clade, eo quod ad cladem ſit inuentus.*
6 *Iudex ſi uidit aliquem deferre arma, poteſt punire abſque proceſſu.*
7 *Ruſticus pro pœna portationis armorum amittit arma, uel ſoluit 20 ſolidos, alternatiue.*
8 *Mercatores uenalitiarij & auctionarij differunt.*
9 *Mercatores dum annonę deſeruiunt reipublicæ cauſa abeſſe dicuntur.*
10 *Sella quaſi ſeda, a ſedendo.*
11 *Vehiculum, in quo aliquid vehitur.*
12 *Clerici non debent portare arma, poſſunt tamē pro tuitione.*
13 *Arma portare cuilibet interdicitur.*
14 *Statutum quod non portentur arma per ciuitatem ualet.*
15 *Negotiatores dicuntur artifices.*
16 *Mulus quomodo naſcitur, & licet luxurioſus non generat.*

AD §. SI QVIS RVSTICVS.

SI quis.] Eſt ſignum Indefinitum, ſicut
1 ſi quid.Alber. in l.ſi is qui ducenta.§.
2 vtrum.nume.13.de rebus dubijs.Ru-
ſticus.) Villicus & agricultor. Aluar.
hic,in princi.Vel.) Differt ab agricultore;nam ru-
ſticus dicitur, qui eſt in opere agrorum, vel in rure
habitat.Præpoſi. hic in princ.agricultor eſt domi-
nus terrarum,& exercet agriculturam per alios.Af
3 flict.in §.ſi ruſticus. in 2.uot.ſupra eo.Ruſticus eſt
priuilegiatus in multis,& in nonnullus aliis eſt de-
terioris conditionis quàm cęteri.Idem Afflic.in cō-
ſtit.quiſquis. vbi ea enumerat. in pri.nota.nu.2.de
reuoca. tranſeu. ad alienam habita.ruſticitas enim
capitur quandoqne pro ſimplicitate, & dicitur ſan
cta.c. ſancta.in gl.pri.2.q. 7.inde ſancta ruſticitas,
omnia palam habet. not.gloſ. in §.item ſeruiana.in
ver.coloni.Inſtit.de actioni. alibi pro ſuperbia.glo.
pri.in cap. de liguribus.23.quæſt.5. quia nihil im-
prudentius arrogantia ipſorum.cap.pri.46. diſt.vn
de non vadunt equis.l.Idemque.§. idem Labeo,in
ver.eum.ff.mandati.non præbetur in certis caſibus
venia eorum ruſticitati.l.2.C.de in ius voc.non au
dent optare pecuniam. l. domini prędiorum.C.de
agricu.& cenſi. l.certi iuris.in glo.fin.C.de locato
& conduc.Aluar. hic num.pri.& portare arma eis
4 interdicitur,vt hic:arma autem & tela differunt,nā
arma proprie dicuntur, quib. defendimur,tela qui
bus impugnamus:ſed ſub communi ſignificatione
compręhendutur etiam tela. gl.in clem.pri.§.quia
verò.in ver.arma.de ſta. monacho.Aluaro.hic poſt
prin.& num.3.& large appellatione armorum,ve-
niunt etiam lapides.Auth.de armis.in ver. palam.
Præpo.hic nu.2.& ſub communi ſignificatione cō
præhenduntur etiam tela.gl.in cle.pri.§.quia verò.
ver.arma.vt ſupra.ideo ad iſta euitandum, punitur
ruſticus ſi portauit Arma vel lanceam.]Et interdi-
citur ruſticis,quia ipſi pro maiore eorū parte por-
tant arma. l. pen. in poſitione caſus . ff.ad leg.Iuliā
de vi publ.& nulli magis interdicitur vſus armorū,
quàm colonis, quia nec puncto debēt amoueri.gl.
rub. C. de agricol. & cenſi.ideo ſequitur, Vel gla-
5 dium.] Qui dicitur a clade, eo quòd ad cladem ſit
inuentus. Gram. in ver.gladius, licet ſecundū ca-
nones ſit duplex , materialis & ſpiritualis.Lucas in
rub. C. de gladiatorib. Iudex in cuius poteſtate.]
Ideſt iuriſdictione.l.pri.in ver.poteſtatem.ff.de cō
6 ſtit.prin. Repertus fuerit.) Quia dum vidit aliquē
deferre arma, poteſt punire abſque proceſſu,& re-
pertum in flaganti,poteſt ponere in vinculis abſq;
alio proceſſu.Caſſa. in conſu.Burg. rub.pri.§.7.in
pri. nu. 3.& 4. Vel arma tollat, vel 20.ſolidos pro
7 ipſis recipiat a ruſtico.) Et ſic ſoluit ruſticus pro pę
na aſportationis armorum.20.ſolidos,vel perdit ar
ma, alternatiue : adeo quòd ſufficit alterum eorū
adimplere.Præpo.hic poſt princ. Mercator.]Quia
8 meat per loca periculoſa.Iſer. hic in ver. mercator.
in pri.& dicitur a merce.Aluaro.hic in §.mercator.
in pri.ac differt a venalitiariis & auctionariis:nam
vſus mercatorum præcipue circa cibaria & veſtes
eſt,valde hominib.neceſſarias. Bald.in conſi.242.
cir.fi.poſt nu.2.2. vol. ideo Plato eos dixit eſſe ne-
ceſſarios.l.2.de nundinis.adeo quòd ſoliti exerce-
re mercaturam, poſſent ad eam compelli.Lucas in
rub.cir.fi.C.nego.ne mili. annonam vrbis adiuuāt,
vnde remuneranda ſunt pericula eorum.quin & co
9 hortandi pręmiis.cum non ſit alienum dicere, hos
reipub.cauſa abeſſe, licet exerceant pro incremēto
facultatum.l.ſemper.cir. med.ff.de iure immu. Pi-
leus in Sum.poſt Azo.C. de nauiculariis:poſt nu.
4. Venalitiarū genus hominum dicuntur ad lucrū
potius turpiter faciendum pronun.l. iuſtiſſimę.de
ædil.edi.auctionarius dicitur ab augendo.Arch.in
c.non eſt.cir.fi.15.q.pri.& eſt,qui res paruas emen
do & vendendo lucra auget. Lucas in l. eos qui.in
fi.C.de diuer.præd. vrb. & ruſti.iſti qui tenues fa-
ciunt mercaturas, ſordidi ſunt cenſendi.Idem Luc.
in l.quis. C. de dig.l.ſi cohartalis.in fi.C.de cohar-
tali. & dicuntur mangones, & non mercatores.l.
mercis appellatione.de ver. ſig.mercatura uerò li-
cet ſecundum Neapolitanos ſit ignominia. Luc.in
l.agentes.poſt pri.C.de agent.in reb.ſed nō hodie,
ex quo faciunt ſicut Florentini,quæ dicūt eſſe quin
tum elementum.Luc.in d.rub.cir.fi.C. negotia.ne
mili.& quia non pręſumitur contra eos.Prępo.hic
in §.mercator.in fi.datur facultas:Negotiandi cau-
ſa per prouintiam pertranſiens, gladiū ſuum ſel-
lę alliget.] Dicitur autem ſella, quaſi ſeda a ſeden-
10 do.Gram.in ver.ſella.& pri.Regum.c.4.Vel ſuper
vehiculum ſuum.) In quo uehitur. l.uni.C.de ho-
11 norato.uehicu.& eſt in multiplici ſpecie.Gram.in
ver. uehiculum. Non ut quem lędat innocentem,
ſed ut a prędone ſe defendat.] Ab eo uidelicet qui
prædatur.& de hoc.l.illud.& l.prędones.de pet.hę
red.l.ſi urbana.de cond.ind.& l.ſi pignore. §.ſi præ
do.ff.de pign.act. & portant arma ſicut clerici,qui
12 non debent portare. Portant tamen pro tuitione.
Zab.in cle.pri.nu.3.in fi.de uita & honeſt.cler.

Declarato textu, reddebatur dubia eius conſul-
tatio. Et primo, omnes debent portare arma:nam
dicit Imperator,quòd nō placet arma in uſum no
meris ligonisque conuertere.l.fi.C.de manci.& co
lo. patri. tanto magis , quia arma & leges fecerunt
Romanum populum omnib.aliis nationib.anteirę
cum ſint duo brachia mundi.de iuſti.C.confirm.in
uer.igitur. Secundò, ruſticis debent permitti,nam
dicitur innocens & quieta ruſticitas.l. 3. C. de de-
fenſo.ciuita.& ita pręſumitur. Luc.in l.a.cir.fin.C.
de loca. præd. ciui.tanto magis,quia oēs dicuntur
agricolę.Zach.13.Homo(inquit)agricola ego ſū,
quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia
mea.Vlt.una uia prohibitum,prohibetur & alia.l.
ſi quis.§. pri. ff. qui & a quib. Sed ſi portare arma
eſt prohibitum, nō debet permitti per tranſitū,uel
legata,aliàs fieret fraus legi.l.non dubiū.C.de legi.

His non obſtantib.determinatur contrarium.Et
ratio eſt, quia aſſuetus vomeri eſt ligoni ſordidus
inde factus,gladio turpiter uteretur,cum ſordes a-
grorum & decus militię non conueniant.Lucas in
l.colonos,la 2.C.de agri.& cenſi.

Qua ſtante,non ob. Primū: nā illud procedit in
militib.&nobilib.quib.licet portare arma.Affl.hic,
in 2.no. ſecus in ruſticis.

Non obſtat Secundum, nam debent eſſe inno-
centes & quieti,non quod ita ſint. Et ſic attendi-
tur quod fit,non quod fieri debet.l.fundi.in glo.2.
de fundo inſtrum.

Vltimū non ob. nam immo exceptio confirmat
regulā in non exceptuatis.§. ut autem. Authen.de
non alienandis. & uitiat in eo tantum, in quo
excipitur , gloſſa in l. in his. ff. de legibus. & ſic
firma remanet concluſio, quòd arma portare cui-
libet interdicitur. l.unica.Cod.ut armo.uſus.& ha

bet

bet locum tam in laico, vt hic, quàm in clerico. cap.
clerici, de vita & honeſta. clerico. & tam in ruſtico,
quàm in quolibet alio, quia nullus poteſt portare.
Prępo. hic, circa princip. etiam intra patriam, de in
re Longobardorum. l. 2. de fadoſis, & armis infra
patriam non porta. in Longobardo. cum non de-
beat permitti armorum vſus. §. fin. Authen. de mũ-
da. princ. non tamen procederet in paruo gladio
ad incidendum panem. addit. ad Bald. hic. A-
lias limit. ponit Afflct. hic poſt princ. & Alua. col.
1. circa med.
14 Nota, quod ſtatutum de non portandis armis
per ciuitatem valet. §. ſi autem. in ver. minores. Au
then. de armis. quia poſſunt dare occaſionem pec-
candi. glo. 1. in fi. in cap. noli. 23. quæſt. 1. & loqui-
tur in ruſtico hic textus, & non in ciue: licet ſit ea-
dem ratio, quia magis frequentat portare arma.
Bald. hic, & Vincent. Paleo. in conſi. 54. num. 6. in
fi. inter conſil. Alexand. 4. volum. & nulli magis in
terdicitur mouere arma, quàm colono. Pileus in
15 ſum. de agri. & cenſi. in princ. Item nota, quod ne-
gotiatores proprie non dicuntur artifices, quia de
iure gentium, quilibet ſcit emere, & vendere: licet
vnus magis caute quàm alius: & appellatur nego-
tiator ex frequentia actuum. Bal. in rub. num. 2. de
nauicularijs. Non habeat tamen in ſaculis diuer
ſa pondera, maius & minus, nec ſit in domo mo
dius maior & minor. Deuteronom. cap. 25. nam
tunc eſſet homo venditor, diabolus emptor, ani-
ma merx, peccatum precium. Archid. in c. non eſt.
15. quæſt. 1.
Item declarat textum, ampliat & limitat. circa fi
nem, dum dicit, non dicit pœna, dic, dena. conſtit.
verò quam allegat, eſt conſti. intentionis noſtrę. de
illici. porta. armo. allegat. l. ædiles. §. iumentorum,
de ædil. edict. l. legatis. §. iumentum, de leg. 3. l. lega
tis. §. pecoribus. de leg. 3. In eo quod dicit, quomo
16 do naſcatur mulus, eſt gloſſ. in l. ſi quis. in ver. in
equas. ff. de furtis. addi. in marg. in l. item legato. de
lega. 3. qui licet ſit luxurioſus, non tamen generat.
Diuus Thomas in 31. 2. nocturn. Beati quorum.
ibi nolite. nec eſt ad generandum habilis. l. ædiles,
la 2. circa medium, d. titu. de ædil. edi. in alijs irra-
tionibihbus, partus ſequitur ventrem, & ex con-
ſuetudine in aliquibus partib. habet dominus equi
pedem unum. glo. in l. idem Pomponius. §. ide ſcri-
bit. de rei uendi.

SVMMARIVM.

1 *Nemo, quaſi ne homo, uel nullus homo.*
2 *Retia apraria, & uenationis inſtrumenta.*
3 *Laqueos non licet ponere in alieno, niſi pro capiendis lupis, & ſimilibus, & in locis ſolitis.*
4 *Venatio naturalis quæ fit auibus, non prohibetur, ſed artificioſa, quæ fit per uaria inſtrumenta.*
5 *Venari non poteſt in alienis agris, Principis, uel Regis foreſtis.*
6 *Foreſta, ſilua, inſula, & parcbus ſunt diuerſa.*
7 *Saltus, uiuaria, & garena.*
8 *Animalia fera quæ dicantur.*
9 *Beſtiæ quæ ſunt, & illorum genera.*
10 *Ad, ideſt per & iuxta.*
11 *Palatium, domus Imperatoria, ſuperba, ampla, a Pallante gigante, qui primus ob ſui magnitudinem palatium feciſſe dicitur.*
12 *Miles non poteſt deferre arma ad palatium Comitis, niſi rogatus. Vide num. ſeq.*
14 *Venatio, & delatio armorum eſt probibita.*
15 *Venatio poteſt probiberi per babentes iuriſdictionẽ, & cautela quæ datur uaſallis.*
16 *Venari licet cauſa recreationis.*
17 *Dominus fundi, poteſt prohibere ingredientem ad uenandum.*
18 *Clericis licet piſcari, ſed uenari non.*
19 *Venandi cum falconibus uſum, Henricus primus introduxit in Italia.*
20 *Faſanarij, qui dicantur.*
21 *Fera vulnerata per 24. horas, eſt uulnerantis.*

AD §. NEMO RETIA.

1 NEMO.) Quaſi ne homo, vel nullus
homo. Ioan. Andr. in cap. nemo. in
princ. de electio. in 6. & denotat tota
lem excluſionem. Abba. in cap. gra-
ue, numero 8. de offic. ordin. Retia.]
2 Apraria, & venationis inſtrumẽta. l. fundo legato.
de fundo inſtru. & inſtrumen. lega. l. 1. ff. ad leg. Iul.
de vi publi. Sua aut laqueos.] Pſal. 123. niſi quia do
3 minus. in alio loco quàm ubi ponendi ius habet. l.
quem admodum. ad leg. Aqui. Aut alia quęlibet in
ſtrumenta ad capiendas venationes tendat, niſi ad
vrſos, apros, vel lupos capiẽdos.] Et in locis ſolitis.
4 l. qui foueas, eod. tit. ad leg. Aquil. & ſic non pro-
hibetur venatio naturalis, quæ fit cum auibus, ſed
ſolum artificioſa, quæ fit per varia inſtrumenta re-
tium, laqueorum, & aliorum inſtrumentorum,
quia uidetur potius ad prædam, quam ad lętifican-
5 dum animos. Præpo. hic, & non licet in alienis a-
gris, Principis, & foreſtis. Iſer. & Afflict. hic, circa
princ. Iacob. in ver. & cum venationibus, per tot.
6 Habemus autem, foreſtam, ſiluam, inſulam, & par
chum: foreſta eſt latum nemus ſiue clauſura, ſine
aqua, eſt vulgare Angliæ, & Francię: & includun-
tur in ea ferę. Silua dicitur, vbi eſt flumen, ſi circum
datur aqua appellatur inſula, circumdata muro di
citur parchus. Cap. in ver. feudorum clauſulæ. ibi,
foreſtis. Caſſa. in conſue. Burg. rub. 13. in princ. ali-
bi habemus ſaltus, viuaria, & garena. Saltus Galli
7 vocant parcos. glo. 5. Pariſ. poſt numerum 4. titu. 1.
§. 8. & eſt nemus raras habens arbores vbi fere ve-
natores, & canes bene ſaliunt. Viuaria, & garena
ſunt loca, in quibus viuunt, & nutriuntur feræ: &
vtimur ijs verbis qun ad piſces. elemen. 1. §. porro.
vbi gloſ. 1 in ver. ſaltus. & Zaba. in prin. de ſtatu mo
nacho. In iſtis nemo retia, laqueos, aut alia inſtru-
menta tendat ad capiendas venationes, ut hic, niſi
ad urſos, apros, &c. nam iſta ex quo nocent, di-
8 cuntur fera animalia. Zabar. in clemen. paſtoralis.
in ver. notorium, circa medium. de ſentent. & re iu
dic. appellatione beſtiarum, veniunt omnia anima-
lia terræ, quorum tria ſunt genera, iumenta, repti-
9 lia, & beſtiæ. Iumenta ad opus vel hominis iuua-
menta ſunt. Reptilium tria genera, &c. beſtiæ di-
cuntur, manſuetæ, & domeſticæ, ab eth, græco qđ
eſt domus, & ſtoſtas. Archidiacon. in capit. ſexto
die. in princ. 35. diſtinct. Ad palatium.) Alibi ad tri-
bunal. l. iniuriarum. §. ſi quis per iniuriam. ff. de in-
10 iurijs. & exponitur, Ad, ideſt per, uel iuxta. Archi-
diaco. in cap. uobis. poſt princ. 11. quæſt. 2. dicitur
11 palatium domus. Imperatoria ſuperba, & ampla,
a Pallan-

a Pallante gigante, qoi primus ob ſui magnitudi-
nem palatium feciſſe dicitur. Gramma. in ver. pala
tium. Comitis nullus miles ferat arma.) Sicut nul-
lus præſumat venire ad palatium Comitis vel infra
patriam cum collettis, armaturis, vel ſcutis. l. 1. &
2. de armis intra patriam non portandis. in Longo
12 bard. Niſi rogatus a Comite.) Et ſic miles non po
teſt deferre arma ad palatium Comitis, niſi roga-
tus. Fre. de formu. inueſt. lib. 3. ibi, differentiæ inter
ſeuda regalia. ver. quadrageſima. Aluar. & Præpo.
13 hic, niſi rogatus vrendum acceperit. Gramma. in
ver. rogo. Vnde in hac materia aſportationis armo
rum, emanauerunt quatuor iura. Præpoſ. & Alua.
in §. ſi quis ruſticus, num. 2. ſupra eod.

Declarato textu reddebatur dubia eius deciſio:
& primò, feræ beſtiæ, volucres, piſces, & omnia ani
malia quæ mari, cælo, & terra naſcuntur, ſimul at-
que ab aliquo capta ſunt, iure gentium illius eſſe
incipiunt. §. feræ igitur, de rerum diuiſ. l. 1. & 3. de
acquiren. rerum domi. tanto magis, quia cum in
nullius bonis ſint, vendicari non poſſunt. l. in rem.
§. 1. ff. de rei vendi.

Secundò, nemo poteſt prohibere, ne quis vadat
in diſtrictum alterius. Bald. in §. fin. poſt numerum
4. quibus modis feu. amit. ſi non poteſt prohiberi,
poterit venari, cum de iure communi non poſſit
prohiberi. Dec. in conſi. 271. poſt prin. 2. vol.

Vltimò, animalia fiunt capientis. l. naturalem. §.
primo. de acquiren. rerum domin. adeo quod ad
hunc effectum permittit lex coadunari homines. l.
qui dolo. d. titu. ad leg. Iuli. de vi publi. Succeſſi-
ue uidetur conceſſum venari: quia conceſſo uno, vi
detur conceſſum illud, ſine quo conceſſio reddere-
tur inutilis. l. 2. de iuriſd. om. iud.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, quia
poteſt quis prohibere, ne in ſuis locis venetur. l. di-
uus Pius, la prima. ff. de ſeruitu. ruſtic. prædio. De-
ci. in conſilio 483. ante nume. 15. 4. volum. & ſi
poteſt priuatus, ita & Rex in rebus demanialibus.
Afflict. in conſtit. ſcire uolumus. nume. 9. de iuri-
bus Rega. rerum. quia priuatus dicit legem rei ſuæ
quam vult. Iſer. hic poſt prin.

Qua ſtante, non obſtat primum: nam iſte textus
ſecundum Affli. Alua. & alios, loquitur in locis pri
uatis vel principis: ſecus in publicis, vnde non puni
tur quis pro occiſione animalis ſiluestris extra de-
fenſam, vt per Honorium in eius. C.

Nõ obſtat ſecundum, nam iure humano poteſt
dominus prohibere, ne quis intret per agrum ſuũ,
iure diuino non. l. per agrum. & ibi glo. C. de ſerui-
tu. & aqua. & dominus fundi poteſt prohibere in
gredientem fundum cauſa venandi aut aucupan-
di, & prohibitus ſi ingrediatur, tenetur actione in-
iuriarum. Azo in ſum. Inſtit. de rerum diuiſio. poſt
num. 19. an poſſit prohibere ne ingrediatur ad ca-
piendum ancipitrem, vel feram ſagittatam, vel ſer-
uum fugitiuum? quòd non. l. 3. & ibi glo. de eo qui
alij amiſerit in via. l. ſi ſeruus intra prouinciam. de
furtis, in Longobar.

Vltimũ non obſtat, nam fiunt animalia capien-
tis, cum dicti. de qua. Alber. in d. l. diuus. & Iacob.
in d. ver. & cum venationibus, num. 3. 5. & 6. & ſic
firma remanet concluſio, quod venatio, & delatio
14 armorum eſt prohibita. Intellige non ſolum in lai
cis, ſed etiam in clericis: quia numquam legimus
venatorem ſanctum. cap. quorundam. 34. diſtin. c.
Eſau 86. diſt. gloſ. in l. venatoribus. C. de excuſat.
mune. niſi redditus religioſorum conſiſteret in ue-
natione, ut in Anglia: nam tunc deficiente familia,
liceret capere in propria perſona, vendere, vt ſuæ, &
eccleſiæ neceſſitate ſubueniret. glo. in d. clemen. 1.
§. porrò, in ver. perſonalem, de ſtatu monacho, aliàs
clerici non poſſent, nec intereſſe voluptuoſis, & in
humanis actibus laicorum. Zaba. in d. §. porrò. cle-
men. prima, de ſtatu monach. & non ſolum in alie
nis prohibetur, verum etiam & in propriis, quãdo
dominus ſuperior eſt in quaſi poſſeſſione prohibẽ
di. Gramma. in deciſ. 67. in pri. & in vlt. dub. Lucas
in l. 2. C. de paſcu. publi. & quod dicitur de princi-
pe, idem in vniuerſitate, quæ authoritate ſuperio-
ris poteſt venandi, & piſcandi formam prohibere.
Dec. in conſi. 197. & procedit non ſolum in paga-
no, verum etiam & in milite, cui etiam venari, & pi-
ſcari non permittitur. l. officium. §. primo. ff. de re
milita. & nedum non licet uenari, verumetiam nec
animalia nocioa detinere in ea parte, qua vulgo i-
ter fit. Pileus in ſum. poſt Azo. de vena. fera. lib. 11.
& quod eſt dictum de armorum delatione, idem
in famulis inquiſitorum, & prælatorum, qui utun-
tur armis eccleſiæ ſuæ. Zab. in clem. 2. §. porro. nu
me. 1. de hæret.

Limita in uenatione, ſecus in piſcatione, nam do
mini terrarum non poſſunt prohibere in terris ſuis
piſcationem, etiam quod uenatio, & piſcatio æqui-
parentur. Dec. in conſi. 303. ante & poſt numerum
19. colum. 5. in fi. & 6. in princip. nec procederet in
vſufructuario, qui poſſet venari, & vti animalibus
viuarij, & quomodo. l. vſufructuariũ. cum ibi not.
ff. de vſufruct. Zaba. in clemen. ſtatutum. nu. 8. poſt
medium. de electio. facit. l. venationem. ff. de vſuris.
quid in poſſeſſore maioratus, quomodo vtetur fe-
ſis, piſcibus, & columbis. Ludou. de Molin. de Hi-
ſpa. primog. lib. 1. cap. 22. num. 8. Item ſecus quan-
do daretur in pœnam, nam iuniores ſolent in lu-
dum venatorum damnari. l. aut damnum. §. quicũ-
que. ff. de pœnis. nec procederet in nobilibus, qui-
bus videtur venatio permiſſa cauſa recreationis. A-
lexan. in conſi. 72. nu. 13. 1. volum. vel niſi tende-
ret retia pro capiendis vrſis, apris, vel lupis: nam il
los licet occidere, ſicut & leones, & pantheras. Lu
cas in rub. & l. vni. vbi etiam, vnde dicantur feræ, &
beſtiæ. C. de ven. fera. & circa aſportationem armo
rum, non procederet in cubiculariis. l. vlt. C. de præ
po. ſacri cubiculi. in glo.

15 Nota, quod domini habentes iuriſdictionẽ poſ-
ſunt prohibere ſub pœna, ne accedant ad venandũ
in foreſtis, ſi ſunt clauſæ: alias non. vel cum inſtru-
mento ex quo aot caperentur, quod intereſſet rei-
publicæ. Caſſan. in conſuet. Burg. rubr. 13. §. 2. ibi,
vſagi, in fi. poſt numerum 30. & in §. 7. vbi ampli-
ficat iſtum textum, & ponit quando eſt licita vena-
tio, & quando non. & ſi debetur, & quid, domino
territorij, quid guarena, & quod hodie eſt prohi-
bitum. Afflict. hic, vbi cumulat multa capitula reg.
In foreſta dominica, & quolibet Regali loco, non
licet pedicas tendere. l. fina. de venatoribus. in Lon-
gobard. quia eſt de regalibus, acquiritur ius Baro-
ni per inueſtituram, & per proclama cum acquie-
ſcentia nanciſcitur ius prohibendi, & an ualeat hu
iuſmodi proclama. Præpo. hic poſt prin. ſed caute-
la eſt, quod ſubditi non ſoluant pœnam, ꝙ appel-
lent. Iacobi. in ver. & cum uenationibus. num. 2. &
9. vſque in fi. Cap. in ver. feudorum clauſulæ. ibi, ve
nationibus, & attenditur lex ſaltus, dicta l. 2. C. de

noxa-

noxalibus. nam ex vſurpatione ſeu conſuetudine,
ex certa ſciētia introducta, poteſt induci, vt aliquis
aucupetur in agro meo. Alberi. in d. l. in iuriarum.
§. ſi quis me prohibeat. ff. de iniurijs. & laicis ob ne
ceſſitatem viuendi, licet, non ob uoluptatem, pone
re laqueos, & retia, ſine ſtrepitu, clamore, & cani-
bus. Zaba. in d. clemen. 1. §. porro. poſt numerum
16 3. de ſtatu monacho. & cauſa recreationis licitum
eſt venari excepto Epiſcopo. Archid. in cap. qui ve
natoribus, circa prin. 86. diſtin. Zaba. in d. clem. 1.
§. porro, numero 3. circa fi. nam prohibetur potius
delectatio, quàm ipſa venatio, & nobiles maxime
notantur hoc vitio, quia ſunt diuites, & delicioſi.
17 Archid. in d. cap. quorumdam. 34. diſtinct. & do-
minus prædij poſſet prohiberi, vt ſupra: immo fur
ti tenetur, qui capit feras, vel volucres cuſtoditas;
veluti in colombaria. Guido Papa in deciſio. 218.
& poſſit in ſuo tenere inuitum, quouſq; conſignet
venationem. Iacob. in d. ver. & cum venationibus.
num. 4. vltra quod tenetur actione in iuriarum. l. is
qui in domum. ff. de iniurijs. cum nec poſſit inno-
uare. Loffr. in conſi. 13. num. 9. ſi deeſtruit retia, li-
cet teneatur ad illarum æſtimationem, non tenetur
ratione lucri ceſſantis. Bal. in l. quemadmodum. §.
item Labeo. ad leg. Aquil.
18 Cur autem clericis liceat piſcari, ſed venari nō,
Zaba. in d. clemen. 1. §. porro. num. 3. circa fi. Venā
di autem vſum cum falconibus, primus in Italia in
19 troduxit Henricus. Freci. de ſubſe. libro primo, de
antiquo ſtatu regn. num. 27. in fi. & ſicut feras be-
ſtias homines uenantur, ita competentia iura Impe
rator adinuenit vt ſubiectis præbeat. Authen. de
Quæſtore, in ver. venatus. quæ ſit phaſiana. l. natu-
20 ralem. in ver. feras. glo. de acquiren. rerum domin.
& qui phaſanarij. l. auibus, & ibi glo. fi. de leg. 3. &
de venatore, qui vt daret carnem auibus occidit ca
nes. l. ædiles. in poſitione caſus. in fi. de via publi. &
alijs, de quibus Aluaro. hic. Fera autem vulnerata,
quouſque eſt vulnerantis. §. illud. Inſtit. de rerum
21 diuiſio. d. l. naturalem. §. primo, de acquir. rerum
domin. de iure Longobardorum per 24. horas di-
citur vulnerantis. Quid ſi illa occidit hominem, vel
retenta aliquem peremerit. l. 1. & per totum, de ve
nato. in Longobardo. Infertur, quod ſi domini ha-
bent proprietatem in nemoribus, deuaſtantes con-
demnantur ad emendam, propter tria iura quæ ha-
bent. Caſſan. in conſuet. Burg. rubr. 4. §. 6. in fine. Et
vniuerſitas ſi habet ius incidendi, nō acquiritur ius
particularibus, ſignando arbores: ſed quandiu te-
netur proprietas eſt domini. glo. fina. in l. ſi quis de
arbore. de furtis. in Longobard. Item quod ſolent
principes concedere armorum aſportationem e-
xeuntibus ad inſpiciendos agros, vel ob aliam cau
ſam: dummodo ab aliorum læſione abſtineant. Ar-
chid. in cap. iuſtum. circa medium, 23. quæſt. 2. &
faciens ſcandalum in palatio Principis, punitur pœ
na capitali. l. 3. & 5. de ſcarialis. in Lōgob. & miles
ſi habet poteſtatem deferendi arma, nō poteſt illa
deferre in palatio. Pariſ. de ſynd. in uer. notoriū iu-
dicij. c. 1. nu. 8. & iudex ſi dedit licentiam portādi
arma extra ciuitatem, & ille occidit, non tenetur.
Pariſ. vbi ſupra in ver. licentia officialis. cir. fin. & ſi
videt, poteſt punire, ſine relatione. & ſi rex mandat
torqueri deferentes arma, non extenditur ad ca-
ſus, nec ad pſonas permiſſas. Pariſ. ibi, in uer. iudi-
care. c. 2. nu. 11. & in ver. notorium iudicij. c. 1. nu.
7. & in ver. tortus. c. 3. in prin. & c. 5. poſt num. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Publici, ideſt manifeſti.*
2 *Latrones dicuntur qui furantur de die, fures qui de nocte, & iſti famoſi, quandoque inſignes nocantur.*
3 *Publici latrones ſunt, qui uiolenter cum armis, conſueuerunt aggredi ſtratas, & vulgariter aſſaſſinos nocamus.*
4 *Lex noua reducitur ad antiquam.*
5 *Publici latrones puniuntur pœna capitali.*
6 *Reus abſoluitur propter conflictum probationum.*
7 *Carolus dum inquireretur pater & filius de homicidio, mandauit vtrumque ſuſpendi, cumque ducerentur ad ſupplicium, confeſſus eſt pater, & ipſe fuit ſuſpenſus, & dimiſſus filius.*

AD §. PVBLICI.

1 PVBLICI.) Ideſt manifeſti: adeo
quod probatione non indiget. l. em-
ptorem, in ver. quod manifeſtum, de
actio. empt. Latrones.) Qui furantur
2 de die, fures qui de nocte. l. congruit. & ibi gloſ. de
offi. præſid. vel latrones in ſiluis, qui violenter cum
armis conſueuerunt aggredi ſtratas, quos vulgari-
ter aſſaſſinos nominamus. Aluaro. hic poſt princ.
3 iſti non gaudent immunitate eccleſiæ. Archidia. in
cap. ſicut, in fi. 17. quæſtio. 4. Abb. in cap. inter alia.
vbi etiam, qua pœna puniantur. nume. 5. 20. 21. &
31. de immun. eccl. & ſecundum Iſern. hic in princ.
appellantur famoſi. l. capitalium. §. famoſos, de pœ-
nis. quandoque inſignes. Matth. ca. 27. alibi Iſauri.
Aluaro. hic, circa prin. E conuicti.) Per probatio-
nes luce clariores. cap. per tuas, de cōdi. appo. Iſer.
hic, in prin. aliàs ſi ſunt indicia torquerentur. l. 1. in
ver. præſer. & l. 3. de quæſtio. Antiqua damnentur
ſententia.) Nam uno modo puniebatur de iure ca-
nonico. cap. tua nos. §. fin. de homicid. allo de iure
Authentico. Authen. ſed nouo iure. C. de ſeruis fu-
git. aliter per ca. regni. ad hoc, de furtis. hic mandat
eos puniri ſecundum legem antiquam. d. l. capita-
lium. §. famoſos, & iſto modo lex noua reducitur
ad antiquam. Loff. in cōſi. 26. nu. 22. habentur pro
confeſſis. Aſtli. hic in 2. not. & puniuntur vt latro-
nes, ex pluritate delictorum. Paris de ſyndi. in ver.
latro. c. 1. num. 5.

Declarato textu, impugnatur eius determina-
tio. Et primò, raptor dicitur improbus fur, & ta-
men non punitur niſi pœna quatrupli. §. 1. Inſtitu.
vi bon. rapto. ita & in latronibus, quia in pœnis eſt
benignior interpretatio facienda. reg. in pœn. de re
gulis iuris in 6.

Secundò debebant ſaltem puniri pœna extra-
ordinaria, vel relegationis. l. prima. ff. de fur. bal
nea. & non pœna mortis, alias nimium verte-
retur in uitium. Authen. de immenſis donatio. in
ver. placet.

Vltimò, pœna debet eſſe commenſurabilis cul
pæ. l. ſancimus. C. de pœnis. vnde ſi fur deli-
quit in bonis, debet & in bonis puniri: aliàs ſi in
corpore, quam commutationem dabit pro anima
ſua. Matth. c. 16.

His non obſtantibus, determinatur cōtrarium,
propter euitandam frequentiam huiuſmodi latro-
num, prout fit aliquando cauſæ uitandæ frequētiæ.
glo.

glo.fin.in l.cum alijs.C.de cura. fario. & imponi-
tur magna pęna pro modica re.l.3.gl.in ver.aut le
uis.C.de libe.& eorum liber.

Qua ſtante,non obſtat primum:nam hic loqui-
tur de fure famoſo, qui pro furto enormi debet ſu
ſpendi. Bald. in §. iniuria. numero 8.de pace iu-
ra. firma.

Non obſtat ſecundum,nam textus ille loquitur
in furibus nocturnis,ſecus in latronibus: ideo illo
modo punitur habita conſideratione loci, & tem-
poris.l.aut facta.ff.de pœnis.§.atrox.Inſtit.de iniu
rijs.licet iure Longobardorum durius punitur de
lictum de nocte,quam de die, quia turbantur tem
pora tranquillitati data.gl.in l.1.in ver.noctis tem
pore. de homine in curte aliena noctis tempore in
uento.in Longobard.

Non obſtat vltimum, ex quo imponitur iſta vti
frequentata in regionibus. Bald.in conſil.437.nu.
5 6.3.volum. & ſic firma remanet concluſio, quod
publici latrones puniuntur pęna capitali. Intellige
ide eſſe in cõuicto de plurib. furtis,licet minimis:
nam per d.cap.regni.ad hoc,debet etiam furca ſu-
ſpendi. Alexan.in conſi.5. poſt numerum 12. pri-
mo volum.& procedit etiam quod qualitas famo-
ſi fuerit nata ex alijs furtis,nam illa aggrauant: &
furca ſuſpenditur,propter aliud non famoſum,ſed
occultum. Bald. in conſi.255. ante, & in numero
quinto,tertio volumine.& 348. quinto volum. &
habet locum etiam quod fecerit propter inopiam,
nam debet potius mori,quam furari.glo.1.in cap.
fraternitas,12.q.2.

Reſtringe in latrone famoſo, & ſic de hoc con-
tra cum fama laboret: nam non ſufficit quod ſit
fur, ſed quod ſit latro,& famoſus.refert Alexan.in
conſi.110.poſt numerum 6. 4. volum. & procedit
in famoſis,nam ſi famoſus non eſſet,caſtigari iube
tur.glo.in cap.ſi quis fortitudinem.23. quæſtio.4.
Item oportet conſtare,aliter quam per generalem
confeſſionem.Alex.in ſimil.in conſi.19.poſt nu.4.
7.volu.& in latrone,ſecus in receptatore. l.1.C.de
his qui latro.occult.

Nota regulam,quod pro furto non debet mo-
ri.Sed limita pluribus modis,& furtum quando di
catur egregium.Caſſan.in conſue.Burg.rub.1.§.5.
ibi,pour.le primier foiail ſera puni, per tot. Item
furca de nocte dicuntur,& in domibus.l.cum duo
bus.§,damna.in uer.ſubreptum,circa fin.ff.pro ſo-
cio.latrones in nemore,cum crudelitate,inſurgunt,
interficiunt,& ſpoliant, & aliena inuadunt.Arcbi-
diaco.in cap.miliare,circa prin.23. quæſt.1. Item
nota,quod per ſententiam non datur, ſed declara-
tur.Ioan.Andr.in cap.accuſatus,num.7. de hære-
ticis, in 6. ſed datur a lege, nam hic dicitur,quod
antiqua damnatur ſententia, vel a Deo: nam Da-
niel.13.dicitur,Angelus Domini accepta ſententia
ab eo,ſcindet te medium.Iſer.dicit,quomodo pro-
batur inquiſitum eſſe famoſum latronem, & ſi tor
tus non confitetur põt repeti, licet ad ea quæ raro
contingunt,iura non adaptantur.l.iuſto. ff. de vſu-
capio.& ſi eſt certum per probationes, non debet
torqueri.Idem Iſer.in cõſtit. ſi damna clandeſtina.
colum.vndecima,poſt princ.Aluar.hic nume.2.&
Præpo. circa med. etiam quod torqueatur percuſ-
ſor, vt indicet mandatorem. l.& ſi certus. in glo. 1.
& l.prius.cum ibi not.ff. ad Sillanian. ad ſciendum
complices, & fautores.Affli.de contentio.inter do-
mi.& vaſal.poſt numerum 13.& aſſaſſinus propter
mandantem. Anguſt.in addit.ad Angel.de male fi.
in ver.& quod fama publica præcedat.car.253.co-
lomna ſecunda,in fi. quia ſi tortus non confitetur.
6 Pariſ.de ſindi. in ver.tortus.cap.10.propter confli
ctum probationum reus abſoluitur. Bald.in rubr.
num.7.in fi.de controuer. inueſt. ſed Carolus bo-
7 næ memoriæ, cum inquireretur pater & filius de
homicidio cuiuſdam, conſlito quod alter eorum
percuſſerat,mandauit ambos ſuſpendi:ducti ad pa
tibulum, pater declarauit eum percuſſiſſe, & ſic ip
ſe fuit ſuſpenſus, & dimiſſus filius. Iſern.& Afflict.
hic numero quarto, circa fin. & meminit Boer.
in deciſin.166.num. Pariſ.de ſyndica.in d.ver.tor-
tus, cap. vndecimo.

S V M M A R I V M.

1 *Quicumque, quiſquis, omnes, utrumque ſexum complectitur, neminem excludit. Eſt dictio effręnata, eſt ſignum uniuerſale, ſed reſoluitur quandoque in particulare.*
2 *Aduocatia, feudum aduocatiæ.*
3 *Inornate, non ornate, eleganter, & luculenter tractare.*
4 *Admonere in memoriam excitare.*
5 *Reſipiſcere ad mentẽm redire.*
6 *Inſolertia, pigritia, inhabilitas: cum econtra, ſolertia dicatur ſollicitudo, & ad omnia utilis.*
7 *Ex utus, ideſt ſpoliatus.*
8 *Poſt modum, ideſt poſt latam ſententiam, & eo ſpoliato; alibi, poſt iudicium inchoatum.*
9 *Auſu temerario, alibi pro pio auſu: et ſumitur in malam partem.*
10 *Inuadere denotat temeritatem.*
11 *Apprehẽſioni domini, ſi eſt iniuſta, poteſt uaſallus reſiſtere.*
12 *Aduocatia priuatus, ſi eam inuaſerit punitur.*
13 *Aduocatorum malorum mala doctrina, & multa de eis.*
14 *Accedens ad honorem conſideret uires ſuas.*

AD §. QVICVNQVE.

QVICVNQVE.) Alibi quiſquis,
ideſt quicumque. Archidiac. in cap.
ſanctum.de conſecra.diſtinct.4. om-
nes.Zaba.in clemen.1.num.5. de de-
cimis.vtrumque ſexum complectitur. glo.2.in l.fi
1 na. de agreſſione in vico facta in Longobard.nemi
nem excludit,ſed intelligitur de quocumque habẽ
te feudum, etiam ſi ſit fœmina; & a quocumque
recognoſcatur. Aluaro.in §. fina.colum. 1. in fi.&
2.in princ.& in §.inſuper.circa princ.de pace iura.
firma. adeo quod non eſt vis in maſculo. Archid.
in cap.quicumque,circa princ.16.quæſtio.7.eſt di
ctio effręnata, & refertur ad vniuerſos. Lucas in l.
vni.colum.9.in fi.C.de impo.lucrat.deſcrip.prola-
ta a Papa comprehendit Epiſcopum, Imperatorẽ,
& Regem.gl.1.& 2.in cap.quicumque,de ſentent.
excommun.in 6. & licet ſit ſignum vniuerſale,re-
ſoluitur in particulare.Ioan.Andr.in addit.ad d.gl.
1. Vnde ſi dicatur, quicumque iudex,intelligitur
de ordinario,Zaba.in clem.uni.colum.3.poſt prin.
num.7.circa fi.de offic.deleg. ita hic,nam refertur
ad certum genus ex quo dicit, Quicumque Aduo
2 catiam ſuam.] Eſt autem aduocatia feudum pro pa
trocinio

trocinio datum.Cap.in ver.feud.genera.ibi,feudū
aduocatiæ.Iſtud an tranſeat ad hæredes. Specul.in
tit.de aduocato.§.1.num.26. Vel aliquod aliud be
3 neficium inornate.) Non ornate, eleganter,ac lu-
culenter.Gramm.in ver.orno.Tractauerit.]Puta,
quia erat garulus, & imperite tractabat cauſas do-
mini.Cap.vbi ſupra.Et a domino ſuo admónitus.)
4 Ad memoriam excitando.Gram.in ver.admoneo.
5 quid facere debebat,& ille , Non reſipuerit.) Ad
mentem redierit.Gramma.in ver.deſipio.conuer.
ſus ad cor.Pſal.84. Benedixiſti domine., Et in ſua
6 perderans inſolertia.]Pigritia,& inhabilitate:cum
ſolertia ecōtra dicatur ſollicitudo ad omnia vtilis.
Archidia.in cap.1.39.diſtinct. Ordine iudiciario,
tam aduocatia,quam beneficia.)Ideſt beneficio ꝙ
habebat propter aduocatiam,quia ſi remouetur of
ficium remouetur beneficium. Affli.an mutus, vel
aliter imperfectè.num.7.in fi.Exutus.)Ideſt ſpolia
7 tus.Gramma.in ver.exuo.Fuerit.) Et benedixit or
dine iudiciario : nam non perditur officium pro-
pter maleficium,niſi poſt ſententiam. Pariſ.de ſyn
dic.in ver.officium.num.2.Si poſt modum.)Ideſt
8 ſpoliationem, & ſententiam,alibi poſt iudicium in
choatum. Ioan.And.in cap.Abbate ſane. poſt nu-
merum 2.de ſentent.& re iudic.in 6.Auſu temera-
9 rio.] Alibi proprio auſu, & ſumitur in malam par-
tem. Zabà.in clem.1.in princ.de ſepulturis.& dici-
tur temerarium, quod ſcienter ex propoſito ſine
cauſa rationabili de prohibito fit.Idem Zaba.in cle
men.1.§.ſi quis.in princ.de ſtatu monacho. Aduo
catiam vel beneficium inuaſerit.) Quod eſt pro-
prium immobilium, & ſonat in utrium : occupare
eſt mobilium.Zaba.in clemen.vni.in ver.Abbates,
circa med.de exceſſ.prælato.& denotat temeritatē.
10 Idem Zabar.in clemen.vni.in 7.nota.de baptiſmo
11 & eius effec.Pro violatore.)Pacis.Habeatur.)Poſ
ſet tamen vaſallus reſiſtere , ſi apprehenſio domi-
ni eſt iniuſta.glo.Par.4.in 4.quæſt.nume.35.titu.
1.§.primo.

Declarato textu,dubia reddebatur eius determi
natio: Et primò qualitas collatorum , præſumitur
ſecundum qualitatem meritorum. Barba.in addit.
ad Bald.in rubr.de feu. guar. modo ex quo habuit
feudum , præſumuntur præceſſiſſe merita: ſuc-
ceſſiue , quod ſemel approbauit , non poteſt
amplius reprobare. l. ſed & reprobari. de excu-
ſatio.tuto.

Secundò, quod ab initio eſt voluntarium, ex
poſtfacto efficitur neceſſarium.l.ſicut.C.de actio.
& obligatio.& quatenus ille non defendit,nel effi
tur poſtea inhabilis ad defendendum cauſas , ſibi
imputet, qui talem aſſumpſit aduocatum. l. 1. in
ver.fragile.ff.de minori: Sicut in eo qui elegit ma-
giſtros,& medicos imperitos.gl.fi.in l.vtique.§.fi.
ff.de rei vendi.

Tertiò,infirmi dicuntur ſeruire reipublicæ infir
mitate durante, & benigna interpretatione ſeruire
dicimus,quos curamus ęgrotos. l. Stichum.in ver.
non liberari,circa fi.& l.cum hæres.§.fi. ff.de ſtatu
liber. Afflict.in §.mutus,numero 11.& 12. Epiſco.
vel Abba. ita & in aduocato , qui licet nunc ſer-
uire non poſſit, ſeruire intelligitur benigna inter-
pretatione.

Vltimò,ſi feudum eſt datum ut ſit aduocatus,etiā
quod poſtea non poſſit,non debet propter hoc re-
uocari,quia ſufficit quod conditio momēto adim
pleatur.l.ſi quis hæredem.C.de inſtit.& ſubſtitu.

His non obſtantibus,determinatur contrarium:
& ratio eſt, quia cauſa doctrinæ dedit hoc feudū ,
quę in eo ſi poſtea non eſt, per actionem de dolo,
quæ dedit cauſam huic conceſſioni reuócatur . Si-
cut ſi eſt datum cauſa ſtrenuitatis,ſi in eo ceſſat re-
uocatur.Iſer.in §.porro,poſt nu.29. quæ ſit prima
cau.ben.amit.

Qua ſtāte,non obſtat primum, nam quilibet eſt
remunerandus ſecundum merita. Affli. in §.notan
dum,nu.3.de his qui feu.dare poſſ.huic fuit datum
cauſa ſeruitiorum , non ſeruit:ideo repetit, cauſa
data cauſa non ſequúta. l. 1. ff. de condi.cau. data
cau.non ſeq.

Non obſtat ſecundum:nam licet alicui recede-
re a contractu conditionali,vel modali, etiam ſine
alterius partis conſenſu,quando conditio non pen
det.Alex.in conſi.40.nu.2.5.vol.

Tertium non obſtat , nam illud eſt iuris fi-
ctione : & vbi habemus veritatem , non cura-
mus fictionem.Afflict.de natu.ſucce.feu. num.19.
poſt princ.

Vltimum non obſtat , nam quando in condi-
tione requiritur effectus de futuro , non ſufficit
niſi permaneat. Bald. in conſilio 402. numero 1.
circa medium, 1. volum.Ludo. de Moli. de Hiſpa.
primog.lib.1.cap.6 nume.19. & ſic firma remanet
conclusio, quod priuatus aduocatia, ſi eam inuaſe-
rit,punitur.

Intellige, idem eſſe ſi ingrediatur poſſeſſionem
virtute decreti inualidi. Alexan.in conſi.119.poſt
num.20.2.volum.& habet locum tam ſi eſt priua
tus,quia non ſeruit , quàm ex quo eſt inhabilis ad
ſeruiendum , quia paria ſunt non facere,& vitioſe
facere. Iſer.hic circa fi.poſt num.36. vbi etiam Af-
flict.in 1.not. & quod dicitur in feudo aduocatiæ,
idem in emphiteoſi , & ſimilibus , de quibus glo.
mag.in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi. Limita,quan
do eecidit a dominio rei ſuæ per ſententiam. Bald.
in conſil.419.poſt medium,1.volum.nec haberet
locum ſi fieret cum licentia data cum cauſæ cogni
tione,& aliter non poterat conſuli,niſi manu arma
ta . Idem Bald.in conſil.482. num. 13. 10.volum.
nam auctoritas magiſtratus excuſat,vnde qui ingre
ditur authoritate iudicis poſſeſſionem alterius,nō
tenetur interdicto,vnde vi.Affli.de cōſu. recti feu.
in prin.in 3. not.in fi. nec procedit in vero domino
capiente rem propriam nemini obligatam : nam
non committit furtum.l.rem.cum ibi no.per Bald.
l.commodati.

Nota,quod temeritas reprobatur. not.Zaba. in
d.clem.1.in princ.de ſepulturis.Item princeps non
poteſt inueſtire inuaſorem de rebus occupatis, in
conſ. feu. diuer.pri.nume.172.

13 Nota etiam,quod malorum aduocatorum ma-
la eſt doctrina . cap. conuenientibus,poſt princip.
1.quæſtio.7.glo. penult. in cap.1. de magiſtris.de-
bent dici legum dolores.addi.ad Bart.in l.Gram-
maticos.de profeſſo.& medi. adeo quod multi Do
ctores deferunt ſolum habitum doctoralem . Lu-
cas in l.vni.poſt princ.C.de collegia.& char.& ha-
bitu plus quam re, uocātur legum dolores , & per
ſecutores iuris ciuilis potius,quam profeſſores.Idē
Lucas in l.vni,colum.6.in fin.C.de ſtudiis liber.vr
bis Romæ . ideo caueant adminiſtratores eccleſia-
rum, aſſumere nouellos aduocatos , quia ipſi ſunt
confuſio litium. Afflict. in conſtit. nullus campio.
poſt nu.3.de ſacramen.præſtan.quam pio.Epiſco-
pus

pus debet habere aduocatum non malæ famæ, ſed
bonæ opinionis, & landabilis artis iuuenium : nẽ
dum humana lucra attendit, æterna prẹmia per-
dat. cap. ſi. 5. quæſt. 3. ita dominus temporalis iudi-
cio ſtabit antiquorum doctorum. Lucas in l. 1. cir-
ca princ. C. de conſul. & non ſparge. quia in anti-
quis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia.
Iob. 12. Iſern. in cap. 1. numero 2. de pace iura. fir-
ma. ſicut tironibus non committitur cuſtodia, niſi
ſint diligentes, & alij deficiunt, vel talis ſit conſue-
tudo. l. fin. & ibi glo. 1. de cuſto. & exhib. reorum. &
ſic cauſæ arduæ ſunt committendæ ſubtilibus ,
& magnis aduocatis. Affli. in conſti. proſequentes.
poſt numerum 19. de pugnis ſublat. inde infertur
contra emptores, qui malos inueniunt aduocatos,
nam volentes agere de euictione repelluntur. l. qđ
ſi nolit. §. culpam. in uer. adhibuit. ff. de ędil. edicto.
Azo in ſum. C. de ędilicijs actio. numero 33. ſed nõ
fit iniuria maioribus, ſi a minoribus melius dicitur.
glo. in l. 3. §. ſi quis, in ver. poſſe. ff. de condi. cau. da
ta. §. fin. Authen. de monachis. & facit contra inſuf
ficientes Doctores, vt etiam ſcholares optimi faci
lius aduocentur. gloſ. 1. in l. 1. C. de annonis ciuili.
Hodie autem non ſunt maiores in ſolertia, ſed uo-
cantur fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus agi-
tatæ. Afflic. quis dicatur dux, num. 13. in fi. Lucas
in l. vni. colum. 2. circa med. & 3. in fi. vbi etiam, ꝗ
plerique habitum abſque uirtute ſcientiæ uendicã
tis, deſpiciunt alios non Doctores, interdum ſcien
tia pleniores. C. de athletis. Aduerte tamen, quod
Doctorem bonum non faciunt verba clamoſa, ſed
pondera ſententiarum. Cap. in uer. feuda officio-
rum. car. 4. colum. 3. circa mediũ. Item nota, quod
inuadere proprie, eſt alienum tollere & iniuſte poſ
ſidere. Lucas in l. 1. colum. 2. poſt medium. C. de pe
titio. bono. ſubla. vel large eſt alienum tollere, ſtri-
cte ponitur pro rapina. Idem Lucas in l. 1. C. de his
qui ex publica coll. dla. ſunt. Pſal. 62. non ue Deo.
ibi, rapinas nolite concupiſcere.

Vltimò nota, quod monitio requiritur de hone
ſtate, vt delinquens vel negligẽs grauius puniatur,
delinquit enim grauius legem, & iudicem contem
nendo, quam legem ſolum deſpiciendo. Lucas in
l. ne diutius. col. 2. circa fin. C. de numerariis, quę
quomodo fiat ponit Iſer. hic in princ. qui exempli
ficat textum, num. 34. & 36. & infert, quod impe-
ritia culpæ annumeratur. l. fundum. vel l. qua actio
14 ne. §. Celſus. ad leg. Aquil. Vnde ad honorem acce
dens, conſideret prius uires ſuas, & ſi ſe ſufficien
tem uidit, cum timore accedat, aliter nullo modo.
cap. non eſt putanda, in poſitione caſus. 1. quæſt. 2.
nam affectare q̃s nõ debet id, in quo intelligit, vel
intelligere debet infirmitatem ſuam alii periculo
ſam futuram, nec id ad quod eſt inſufficiens, & im
peritus debet accedere. l. idem iuris. §. finali. ad
legem Aquiliam, nam permittit lex ſecundum
merita iudices laudari, vel uituperari. l. 3. C. de
offic. recto. prouinc.

SVMMARIVM.

1 *Si quis, quando profertur a lege, refertur ad termi-
num commune, homo.*
2 *Valor rei oportet probari, ut ſit locus pœna de qua
hic.*
3 *Solidus, & aureus idem.*
4 *Qualitas, & cauſa delicti potius attenditur, quam
quantitas.*
5 *Scopes, & forpices inſtrumenta ad incidendum
cutem.*
6 *Facies hominis non debet deformari.*
7 *Fur pro furto ualoris quinque ſolidorum, furca ſu-
ſpenditur, ſi minus fuſtigatur.*
8 *Pœna furum de qua hic, hodie non ſeruatur, quæ da
tur ſecundum ſtatuta : & quomodo iure Longo-
bardorum.*
9 *Furem nemo habens animam iuuat.*
10 *Latro plus eſt quam fur, quid in raptore.*

AD §. SI QVIS QVINQVE.

1 SI quis.) Quando profertur a lege, re-
fertur ad terminum communem, ho-
mo. Cur. in l. ſi quis id quod. num. 13.
de iuriſdict. omn. iud. & alibi compre
henderet etiam vniuerſitatem. Idem Cur. in l. ſi fa
milia. num. 7. eod. tit. de iuriſd. Vnde ſi quis, tã ma-
ſculus, quam fœmina, Quinque.) Vel quina, quia
dictiones numerales, quando profeſũtur reſpectu
diuerſarum perſonarum, ſignificant numerum du
plicatum; ſecus ſi abſolute reſpectu eiuſdem perſo
næ. Iaſ. in l. ſi quis teſtamento. numero 7. de lega. 1.
2 Solidos valens.) Vnde iſte textus loquitur de fur-
to rei valentis quinque ſolidos, & non de furto in
pecunia, quia eius valor ſemper eſt certus. Præpo.
hic in princ. & debet probari valor. Caſſan. in con-
ſue. Burg. rub. 1. §. 5. ibi, & ſi il commette plus. in fi
3 ne. Solidus autem eſt idem quod aureus. l. vni. in
glo. C. de argen. pretio quod theſauris inſertur, &
accipitur vnus pro alio. l. cum clericis. in ver. dixit.
C. de epiſco. & cleri. dicitur a ſoliditate, quia fit de
puro auro, quod numquam dimiouitur. Boer. in
deciſio. 327. num. 1. & forte ſic currebant in curia
Imperatoris. Præpo. hic in princ. & faciũt quinque
ſolidi circa 30. Veronẽſes. Iaco. de Ardizo in ſum.
de pœnis inferen. ob culpam extra hanc ſum. ibi, na
res. circa princ. & Aluar. hic in princ. Aut plus fue-
rit furatus.) Et ſic in delictis prædictis attenditur
quantitas rei. glo. in cap. iudices. in ver. quinque. &
ſequen. 1. quæſtio. 1. licet qualitas, & cauſa delicti
4 attendatur potius quàm quantitas. Aluaro. hic nu-
mero 1. in princ. & vbi committitur illicitum, quã-
titas rei non expectatur: nam apud Deum, non cõ
ſideratur quantitas, ſed effectus : apud eccleſiam
pro varietate rerum ablatarũ, varia imponitur pœ
na. Archi. in cap. fina. in prin. 14. quæſtio. 6. ita hic.
Si furatus fuerit quinque ſolidos valens, aut plus,
laqueo ſuſpendatur.) Quia furcarum pœna pro-
prie eſt furum, & nõnulli caſus ſunt in quibus quis
ſuſpenditur, quod eſt plus, quàm truncari caput.
Caſſan. in conſue. Burg. d. §. 5. nume. 6. princ. ibi, il
en perdra la vita. num. 3. & poſt. Si minus ſcopis.)
Supple excorietur. Præpo. hic circa princ. Et for-
pice tondatur.] Nam ſontes circumducti per fora,
faſciculo manuali ſcoparum cęduntur, ita vt vibi-
ces rubentes exiſtant in tergo. Gram. in ver. ſcopę.
& excorietur, adeo quod corium detrahatur. idem
Gram. in ver. corium. in fi. & forpice tondatur, &
ſic nudus vapulet per vicos ciuitatis, & capilli eius
tondantur. Iaco. de Ardizo in d. ſum. de pœnis infe-
re. ob culpam extra hanc ſum. & ſcopi, & forpices
5 inſtrumenta ſunt ad incidendem cutem. Iſern. hic,
poſt numerum 39. ſed non in fronte, quia etiam in
re. ff. non debet facies cicatricibus deformari. l. lo-
cum.

6 cum.ff.de vſufru. & quemadmo. quis vta. nec licet pro aliqua pœna naſum, vel auriculam amputare, ſeu oculos extrahere. Auguſt.in addit.ad Ange.de malef.in ver.facie, ſupercilio.car.473. colum.2.circa princ.ſeu aliquid turpitudinis infligi.glo.1.in c. propter, de conſecr.diſtinct.4. quę noię dicuntur. l.2.ff.de ſeruis fug. Non omitto, quod dubitatur, ſi iſte textus ſit pro lege ſeruandus, & ſi fuerint Frederici: tamen tenetur quod ſic, & ſeruatur vbi non eſt conſuetudo in contrarium. Verum communiter intelligitur, quando ex tali furto contingit pacis fractio. Abba.in cap.inter alia, poſt num.31.de immun.eccle.in c.tua nos.§.ad vltimum. nu. 8. de homic.& in c.fi.in fi.de furtis.

Declarato textu, dubia reddebatur eius deciſio; Et primò, pro vno delicto quantumcumque enormi, non debet quis mori. Boer.in deciſ.173. nu.9. nam conſuetudo & perſeuerantia in peccando, eſt illa quæ punitur. cap.fin.de conſue. l.ſi diutino. ff. de pœnis.

Secundò, hic præſupponitur, quòd pro minori furto, non punitur pœna mortis: ergo nec pro maiore, quia plus & minus non conſtituunt differentiam ſpecificam. Iaſ.in l. 1. num.67. de acquirenda poſſeſſio. Vnde quod dicitur de vno, debet dici, & de alio, ſicut totius & partis debet eſſe proportio. l. ſi quis teſtamento. in glo. ff. de ſtatu liber.

Vltimò, pœna non debet egredi delictum. l.reſcriptum. vbi Bar.ff.de his quibus, vt indig. iſte deliquit furando pecuniam, in pecunia etiam puniri debet, vt ſic puniatur in eo in quo deliquit. c.ſi qui, lo.2.in ver. aliquo. in ver. non. & in ver. vnquam. 1. quæſt. 1. cap. eccleſia. in ver. in diminutione. ead. cau. quæſt.

His non obſtantibus, determinatur contrarium, & ratio eſt, vt alij eorum exemplo præteriti, a ſimili præſumptione arceantur. clem. vn. in fi. de iudęis. clem. 1. de offi. ord.

Qua ſtante, non obſtat primum: nam poteſt puniri pœna mortis, quia vnico maleficio denigratur quidquid boni operis fecit in mundo. Bald. in conſilio 410. poſt numerum quintum, circa med. & 9.2.volum.

Non obſtat ſecundum, nam pro furto multum enormi, poteſt quis furca ſuſpendi, quia vnum magnum præualet tribus paruis. Affli.in §.publici latrones. poſt numerum 2. ſupra eod. & magis punitur quis de tertia, quàm de ſecunda vel prima fraude commiſſa in patrãdo huiuſmodi delicta. Idem Afflict. in conſti. magiſtros. in 5. & vlti. not. de fide merca.

Non obſtat vltimum, nam quandoque multis delinquentibus ſupplicia exarcebantur. l. aut facta. §.fi.ff. de pęnis. Et ſic firma remanet concluſio, quod
7 fur pro furto quinque ſolidorum furca ſuſpẽditur, ſi minus, fuſtigatur.

Intellige idem eſſe ſi furetur, vltra quinque ſolidos: nam numerus minor non excludit maiorem. glo.in cap.canones.in ver.cccxviij.15. diſtinct. & cap.ſi quis.in ver.cccxviij. 50.diſtinct. Item quod dicitur de vno magno, idem de pluribus paruis, pro quibus poſſit ſuſpendi, vel pęna minui ſi iudici videbitur. Angel.de malefic.in ver.etiam veſtem cęleſtem. Afflict.in conſtit. Iuſticiarij nomen, & normam.num.7.de offi.iuſti. proui. vel de famoſis latronibus, qui ſimiliter furca ſuſpenduntur, ſicut nõnulli alij, de quibus Iaco. de Ardi.in d.ſum.ibi ſuſpenditur fur.

Reſtringe, quando furtum eſt commiſſum ex auaritia, quia tunc grauius punitur quam ex neceſſitate. Lucas in l.iudices, poſt prin. C.de dignita.& magna neceſſitas excuſat, modica non. cap.ſi quis, de furtis. nec procedit, quando is cui committitur furtum ſcit & patitur, quia ſi potuit prohibere, & non prohibuit, non agit cõdictione furtiua. l.pen. ff.de furtis.

Vltimò procedit in plebeis, ſecus in nobilibus, quia caſtigare, & verberibus cædere eſt alienum a nobilibus. Bar.in l.1.num.1.ff.de termino moto.

8 Aduerte tamen, quod iſte textus, & pœna ita aſperà hodie non ſeruatur. Præpo.hic, poſt numerum 3.& circa fi.& Aluar.colum.3.in fi.& 4.in prin. & circa med. & ſupra cod.in princ.num. 7. poſt medium. & in §.iniuria.num.3. in fi.de pace iura. firma.& proles Frederici, qui hoc ſtatuit, & illorum qui ſequuti ſunt hanc legẽ, & eorum miniſtri, non regnauerũt ſuper terram. Pariſ.de ſindi.in ver.crudelitas officiales.cap.1.poſt num.5. vnde vario modo leges punierunt. Alua.hic, colum. 3. in princ.& diuerſa ſunt iura vario modo diſponentia. Præpo. hic, num.3.circa prin. nam de iure communi, ex eo quandoque non datur actio, quandoque non eſt furtum, & datur actio furti. glo.3.in cap.vulgaris, de pœnitent.diſtinct.1. aliquando fit furtum & datur actio furti: fit interdum furtum, & res furtiua, & non competit actio furti.

Vltimò, non eſt res furtiua, & competit actio furti. l.4.§.ſi rem, in ver.furti.de vſucapioni. l.inter omnes.§.fi.ff.de furtis. Iure Longobardorum latrones pro prima culpa non moriuntur, ſed oculum perdunt; pro ſecundo naſum; pro tertio ſi non emẽdatur moritur. l.de latronibus. & l. ſi quis latro de vno furto. de furtis, in Longobard. l.capitalium. §. fina. in ver. furca. ff. de pœnis. Statuta dicunt, quod pro primo furto fuſtigetur: pro ſecũdo fuſtigetur, mittetur vel bulletur; pro tertio ſuſpendatur. Angel.de malefic.in d. ver. etiam veſtem cęleſtem foderatam. ibi, & nota. in fin. car. 511. colum.1.& ibi, quæro aliàs. car. 513. colum.2. per cap. regni, adhoc. de furtis. ſi furtum eſt vnius Auguſtalis vel infra, fuſtigatur, marcatur in fronte, & bannitur. ſi eſt vltra Auguſtale vſque ad vnciam, amittit manum: qui vltra vnciam, vel de pluribus minimis conuictus fuerit ſuſpenditur, ſi nobilis capitali pœna plectetur. Sed eſt pœna aſpera, & non ſemper ſeruatur: iudices tamen merentur in correptione ſubditorum, ſi tamen formam canonicam non excedant. Archid. in cap. ſi illic. circa fi. cap. ille. cap. quæſitũ. & ſequen. 33. quæſtio. 4. Idem in aduocato, & procuratore. cap. hinc, & ſequen. cap. miles, & ſequen. cap. non ſolum. & cap. excommunicatorum. in fin. cum ſequen. ead. cau. quæſt. 5. Et dicitur furtum, a furuo, quia tenebrę ad hoc ſunt aptiores. l.1.§.tria. in ver. aptiores. ff. de ventre inſpic. & eius appellatione venit omnis illicita vſurpatio rei alien. cap. dixit. & ſequen. 14. quæſt. 5. quæ dicitur furtum improprie. gloſ. in cap. dudum, lo. 2. in ver. furtum. de electio. & etiam de modica re committitur furtum. Zaba. in clem. 1. §. porro. num. 1. in fine, de hæreticis.

9 Nota, quòd nemo habens animam, iuuaret furem. Bald. in conſi. 251. in fi. 4. volum. adeo, quod ſecundum Longobard. qui inueniunt rem, ante iu-

dicem

dicem portare debent.l.falſus.§.fi. in ver. minitra.
de furtis.Item nota,quod habemus,ſiclam ,obolũ,
drachmam,ſiliquam,ſemiſſem,& ſulidum.gl. in c.
quis aliquando.in ver.niſi ſiclo.de pęniē. diſt.1.c.
denique.in gl.2.36.q.2.Auth.ſed hodie. in gl. 1.l.
omnes.§.executoribus.in ver.ſemiſſem. C. de epi-
ſco.& cler.& hic.

Iſern.in princ.declarando textum, dicit quod ſu
rans valoris quinque,dicitur quinque furari, quia
merces pecunia ęſtimarur.l.ſi ita fideiuſſorem.ff.de
fideiuſſo. & large. l.3. in glo.1. C. de vſuris.§.1.in
ver.pecuniarum. Authen.vt omnes obed.iudi.ap-
pellatione pecuniæ res ſignificatur.l.4. & l. pecu-
niæ nomine.de verbo.ſignific. quia omnia per pe-
cuniam ęſtimantur.Aluar.hic,colum.1. poſt med.
& precia plus proficiunt ad fouendos egentes,quã
meres. Lucas in l.3.C. de vend. rebus ciui.vnde in
iſta materia dicitur tantum furari, quantum vendi
poteſt,& iſtud dicitur verum precium , ideſt com-
mune.l.in furti.in ver.verum.ff.de furtis.Si minus,
punitur vt hic:ſecus ſi eſſent duo furta, quia poſſet
ſuſpendi. Afflict.in §.iniuria. in tertio nota. nu-
mero 9. de pace iura. firma. vel attenditur con-
ſuetudo vniuſcuiuſque prouinciæ. Iſern.hic,num.
39.circa fi.

Et quod dictum eſt , faciem non debere detur-
pari,habet locum in homine,non in fœmina. Affli.
in conſtit.legum aſperitatem.in 3.not.circa fi.ante
& poſt numerum 8.de adulte.& lęnocinijs. Quan
do autem dicantur vnum vel plura furta , vna die,
vel nocte commiſſa. Bald.in conſil.247.5.volum.
Boer.in deciſio.219.& punitur in loco furti,& nõ
vbi aſportauit,& ſtetit per aliquot dies.Bal.in con
ſil.461.num.3.vol.

10 Quid in latrone, qui eſt plus quàm fur. Arch.in
cap.præsbiter.in princip.81.diſt. & raptore.dic,vt
per Iſern.præda autem quæ, & quæ rapina. Lucas
in l.3.in prin.C.de nauiculariis. & qui præſtat opẽ
vel conſilium,tenetur eadem pęna ſequuta contra
ctationes ſicut is cum quo diuidit,vel receptat.l.1.
de receptator. vnde diuidẽtes prædam cum aggreſ
ſoribus viarum viui comburuntur. Bar.in l.ſi quis,
de re milita.lib.12.& punitur quandoque plus ſa-
uens,& auctorizans quàm faciens. glo.1. in clem.
vni.§.fin. de vſuris.& latroni grauius eſt ſi partitur
ſpolia cum ſocio,quàm ſi non partitur. glo.in c.2.
& in cap.ca. tit. de iureiuran. & ſi partitur vel ce-
lat punitur.l.penul.de furtis.Affli.in §.item ſi fra-
trem,poſt numerum 7.quibus ſeu.amit. & in §.re-
ceptatoribus,poſt numerum 2.de pace iura.firma.
aliàs ſi nihil peruenit ad præſtantem opem , non
poteſt dici extendiſſe manus ad res furtiuas, & ſue
ceſſiue non dicitur fur,licet teneatur actione furti.
l.is qui.d.tit. de furtis.& puniebatur pęna extraor-
dinaria.Idem hodie iure nouo. Auth. ſed nouo iu-
re. C.de ſeruis fugit.& Iſer.hic, in fi. dicitur autem
vnum,& non plura continuatione. Bald.in conſil.
48.3.volum. ne dicatur conſuetus facere, quod eſ-
ſet ſi feciſſet bis vel ter. Afflic.in c.1.nu.51.in fi.de
feu.dato in uicem legis commiſ.

SVMMARIVM.

1 *Miniſtrales,familiares,ſeruitores,ſcutiferi.*
2 *Guerra intelligitur pro quolibet odio,rixa,uel diſcor dia.*
3 *Comes,ſiue index,quia ſimilis Comiti.*
4 *Regimen, ubi res populi agitur, & differt regimen Regis ab illo tyranni.*
5 *Proſequi,ideſt perfecte ſequi.*
6 *Controuerſias familiarium domini, Comes illius regionis terminabit.*
7 *Famuli quot modis uocentur.*
8 *Magnus ſeneſcalcus cognoſcit cauſas curialium .*
9 *Officiales puniuntur maiori pœna quàm alij.*
10 *Barones poſſunt cogere uaſallos,ad pacificè uiuendum.*

AD §. SI MINISTERIALES.

SI miniſteriales.) De iſtis.l.1.cum tri
bus ſequen.& l. ſi de plagis, cum ſe-
quen.de plagis,& feri.ſeruo. l. 2. &
fi.de homic.ſeruo.& l.2. ſi actor Re-
gis res Regias per frau.aliena. in Lõ
gobar.& dicuntur miniſtrales. Iſer.& Alua.hic,&
1 l.4.de his qui inſidiando.&c.in Longobar.miniſtri,
familiares,ſeruitores, uel ſcutiferi. Præpo.hic , in
princ. aliter Bald.in l.item magiſtri,in princ.rep.ff.
de pactis. vbi gl. Alicuius domini inter ſe guerram
2 habuerint.] Odium,rixam,vel diſcordiam:non bel
lum.Præpo.hic in princ. vel bellum iudiciale,cum
bellorum ſeptem ſint genera. Lucas in l. deuotiſſi-
3 mos.C.de metatis.Comes ſiue iudex. Quia ſimilis
eſt Comiti deputatus ad hoc per dominum , ſicut
iudici. Bart. in l.eos qui.C.de Comi. rei milita. In
4 cuius regimine.) In quo loco rem populi agit. Grã
ma. in ver. rego. ordinando regimen principaliter
ad vtilitatem ſubditorum,& nõ ſuam. Cum in hoc
differat regimen tyranni ab illo Regis. D. Tho.ad
Hebræos.1.ibi,ad filium autem. colum.2. in prin.
Eam.) Rixam,odium, vel diſcordiam . Aluar. hic
circa princ.Fecerint, Per.) Ideſt ſecundum,iuxta.l.
fina.ff.de ſeruitu.ruſti.prædi.Leges & iudicia ex ra
5 tione proſequatur.) Ideſt perfecte ſequatur.Arch.
in c.pen.col.2.cir.fi.7.q.1.

Declarato textu,uidebatur dicendum,quod do
minus debeat cognoſcere, ſicut cognoſcit inter
ſuos agricolas.§.1. Authen. de quæſtore.& vaſal-
los. §. præterea ſi inter duos . de prohi.feu.alien.
per Frec.

Secundò, ad conſeruatorem ſpectat defendere
oppreſſum ab injurijs,& violentijs.not.in cap.1.&
fi.de offi.deleg. in 6.& ſic ſi per guerram vnus alte
ri infert violentiam,debet cognoſcere conſeruator
& non Comes.

Vltimò,inferior non iudicat ſuperiorem. c.infe
rior.cap.nunc autem.& fi. 21.diſtinct. miniſtrales
ſunt ſuperiores , quia ſunt pars corporis principis.
l.quiſquis. C.ad leg.Iul.maieſta.ergo non iudican-
tur a Comite,qui eſt inferior , ſed vt potentiorum
inſolentior,ad principem referatur.l.2.C.de offic.
recto.proui.

His non obſtantibus,determinatur contrarium.
Et ratio eſt ne prætextu conceſſi priuilegij,flagitio
rum creſcat authoritas,vel publica vacillet vtilitas.
l.3.in fi.C.de priuil.ſchola.

Qua ſtante,nõ obſtat primum: nam etiam prin
ceps dicitur cognoſcere, quia omnia noſtra facimus,
quibus noſtra impartitur authoritas. gl.fi.cap.1.de
tranſact.

Non obſtat ſecundum, nam Comes ſacri pala-
tij,magiſter domus, ſeu ſeneſcalcus, qui equitibus
præeſt,inter eos cognoſcit. Lucas in rubr.in princ.
de Præ-

de præpo.ſacri cubi.in l.vni.col. 1. cir.fi.C.de Co-
mi.& tribu.ſchola.& in l.tribun.in prin. & fi.col.5.
in fi. C.de re milit.& cognoſcit in regno, vt infra in
ter caſtellanos: quia ad eius ſpectat officium prnui
dere.idem Luc.in l.viros.in prin.C.de diuer.offi.

Vltimum non obſtat: nam immo Comes eſt ma
ior, quia quanto quis præeſt melioribus, tãto ma
gis ipſe honeſtior reputatur.not. Bart.in §.1.nu.4.
Auth.de defenſor.ciui.& ex maiori adminiſtratio-
ne, & iuriſdictione; maior dignitas arguitur. Dec.
6 in conſi.161.ibi, ſeptimo.& ſic firma remanet cõ-
cluſio, quod controuerſias familiariũ domini, Co
mes illius regionis terminabit.

Intellige tam ſi ſint ciuiles, quã criminales: quia
aqpellatione guerrę, venit quodcũq; crimen. Iſer.
hic, nu.4 & dictum in familiaribus, habet locum
in quolibet alio officiali, quia ſub velamine officij,
non debet calumnia committi. l. non eſt. C.de ad-
min.tuto.& de officij inſolentia conſtat, ideo exer-
cenda vindicta eſt.l.4.in fi.C.de collatio.fundo.pa
trimo. Idem ſi teneret bellum in aliqua contrada,
nam iudex poſſit illos puniri, & in regno eſſet pœ-
na capitalis, & publicationis bonorum. Iſer.& Af
fli.hic, nu.4.& eſt conſti.Comes Baro.

Reſtringe tamen in Comite, in cuius regimine
illud fit: nam defenſor vel conſul non poteſt eſſe,
qui eſt alterius iuriſdictionis. gl.pen.in l.neque.ff.
de procuratori. nec procedit ſi habeat priuilegiũ,
quod non teneatur comparere coram illo: nam in
regno conueniretur in magna curia, quæ habet iu
riſdictionem in toto regno. Lucas in l.fin.colum.2.
circa fi.& ſequen.C.de veranis. tunc in citatione ex
primitur cauſa ex qua non tenetur comparere co
ram illo iudice. Bar.in l.ex quacumque.num.1.ff.ſi
quis in ius vocat. non ierit. Idem in Epiſcopo, qui
non trahitur inuitus ad iudicium ſeculare, niſi prin
cept iubeat. Auth.nullus epiſcopus.C.de epiſco.&
cler.& qui aliquem vocat in vetito examine, perdit
cauſam, & puniuntur officiales.l.in criminali.C.de
iuriſd.

7 Nota, quod famuli qui ſumuntur pro ſeruis.
Bart.in l.iubemus. C. de præpo.ſacri cubicu.alibi
garziones.c.ex parte, de ſepulturis.quandoque ſer
gentarij, ſiue officiarij appellantur. Boer. in deciſ.
9.num.1.aliquando ſcutiferi vel valletti. Iſer.& Al
uar.hic. miniſtri.lo.12.hic miniſtrales: inde mini-
ſtræ, id eſt pediſſequæ.gl.in §.tertij denique, in ver.
miniſtrę, in proę.ff. de regno magnus Seneſcalcus
8 cognoſcit cauſas omnium curialium, & coram eo
caſtellani, & qui magiſtri officiorum gerunt offi-
cium, conueniuntur. Cap.in ver. feuda officiorum.
colum.12.ibi, magnus Seneſcalcus. Freder. de ſub-
feu.lib.1. de offic.magni Seneſcalchi, per tot. Item,
9 quod maiori pęna puniendi ſunt officiales, quam
alij delinquentes. Afflic.in §.inſuper, num.112.cir
ca med.de prohi.feu alie.per Fre. Licet priuilegio
domus Regię ſe defendi poſſe crediderunt.l.curia-
les. C. de decurionibus.nam non meruerunt digni
tatem, vt iudicũ præcepta deſpiciant. l.curiales per
honorariam. d.titu. de decurionibus.ſed ſunt ſub-
diti iuriſdictioni iudicis ordinarij. Præpo. hic, nu-
mero primo.

Vltimò, ſerui infideles ſunt diaboli. gl.fi.in cap.
Chriſtus, 1.quæſt.1. An autem Comites vel Baro-
nes poſſint in terris eorum cogere vaſallos ad paci
fice viuendum, cum obligatione pœnæ. Lucas in l.
nemo, in 10. quæſt. C.de curſu publ. Quid in iudice.
Afflic.hic, poſt num.2.& an poſſit cogere ad cõpro
mittendum? quod non, nec tenetur facere pacem
poſt illatam iniuriam. Aluar.& Prępo. hic, cir.fin.
niſi in foro pœnitentiali.

SVMMARIVM

1 *Quicumque, eſt ſignum vniuerſale, nihil excipit, &*
comprehendit etiam religioſum.
2 *Per, denotat aduerbium locale.*
3 *Terra, a tero, teris; & eſt locus communis, qui circa*
oppidum a colonis relinquitur.
4 *Pabulum in vſum iumentorum, ex agris capi-*
tur.
5 *Animal ſecus viam, tenẽdo in ea poſteriores pedes,*
vel in loco non laborato, poteſt ad refectionem pa
ſcua ſumere.
6 *Neceſſitatis tempore licitũ eſt, non ſolum ſeipſum,*
ſed equum ſuum depaſcere.
7 *Vti quid ſit, & quid abuti.*
8 *Vſus eſt ius percipiendi, quod ſibi eſt neceſſa-*
rium.
9 *Herba viridi vel ſilua licet uti per tranſitum, ad re*
fectionem equi.
10 *Herbam negare nulli licet intrantibus, niſi in pra-*
to, vel meſſe.
11 *Animalia regulariter arceantur a paſcuis, ſi ſunt pra*
ta principis ammittuntur animalia, ſi eſt foreſta
alicuius, exigitur diſfida, ſi retinuit in ſtabulo, te
netur dominus ad expenſas.
12 *Fida & diſfida eſt de regalibus.*
13 *Baro an poſſit facere bannum, quod pro quolibet*
animali inuento in eius territorio, ſoluatur Au
guſtale.
14 *Vaſalli habent vſum, & commoditatem in de-*
manio, ſed non pro animalibus a ſocidam.

AD §. QVICVNQVE.

QVICVNQVE.) Eſt ſignum
vniuerſale diſtributiuum. Lucas in l.
1 quicumque.in princ.C.de apochis pu
blic.nihil excipit. cap.ſolitæ. circa fi-
nẽ, de maior.& obedien.& comprehendit etiam re
ligioſum.clemen.1.in princ.in ver.quicumque.de
2 priuileg.& exceſſ.priuileg. Per.) Denotat aduer-
bium locale, vt in conſtitu. cum per partes Apu-
3 liæ. nam ſequitur, Terram] quæ dicitur a tero, te-
ris; & hic eſt locus communis, qui circa oppidum
a colonis relinquitur. Gramma.in ver.terra. Tran
ſiens.) Vadens vel abiens. idem Gramma.in ver.
4 tranſeo. Equum ſuum pabulare voluerit.) Eſt au-
tem pabulum, quod in vſum iumento paratur:
nam ex agris capitur ex herba, fęno, palea, vel ſtra-
mentis. Gramma. in ver.pabulor. & in ver.pabu-
lum. Quantum propinquius ſecundum.) Secus,
prope. Pſal.1. Beatus vir ſecus decurſus aquarum.
Viam ſtans in loco.) Matthę.ca.24. Amplecti po-
terit.) Colligendo, & portando. l.vni.in ver.lege-
re.& ſeq.ff. de glãde legen. Ad refectionem & re-
parationem equi ſui, Impune.) Sicut in l.fi.in fi.ff.
adminiſtra. & peri.tuto. Ipſi equo porrigat.) Si-
5 cut animal poteſt tenere pedes poſteriores in via
vel in loco non laborato, & anteriores in agro, &
ita paſcua ſumere, dummodo nihil ad hoſpitium
deferat, ut in conſtitu.ſi quando. facit l. quæ ſer-
uandarum.§.fin.in uer.de paſtu.de præſcrip.verb.

ſic reparando, quod paulatim lapſum eſt. Auth. de
quæſtore, in prin. Licitum ſit etiam.) Ex qualitate,
& differentia rerum. Alua. in c. 1 num. 3. in prin. de
eo qui ſibi, & hære. ſuis, Vti herba & viridi ſilua)
Ezech. 34. Et ſine vaſtatione.) Deſtructione. Grã-
ma. in ver. vaſta. Aliqua, quilibet vtatur pro ſua cõ
6 moditate.]Quia neceſſitatis tempore, nõ ſolum ſe
ipſum, ſed etiam & equum ſuum licitum eſt de pa-
ſcere in prato alieno. Caſſ. in conſue. Burg. rub. 1.
§. quinto. ibi, ſil ne agrace. nu. 27. in finem referen-
7 do, i. ad finem ordinata, aliàs diceretur abuſus. Io.
And. in cap. cum plures, num. 5. & 6. de offi. deleg.
in 6. Archi. in c. non ita. poſt prin. 2. q. 6. Et vſu ne-
8 ceſſario.) Cum vſus ſit, ius percipiẽdi quod ſibi eſt
neceſſarium. Alberi. in l. vſus pars. numero 4. ff. de
vſu & habit.

Declarato textu, reddebatur dubia eius determinatio: nam ſi facis paſcere pratum meum, teneris actione legis Aquiliæ. l. ſi. C. ad leg. Aquil. nec poteſt prætẽdere non eſſe alterius: quia quod tuum non eſt, ad alium pertinet. l. ſi. C. vnde vi.

Secundò, poteſt quis alienum pecus in ſuo deprehenſum expellere. l. quamuis. ff. ad leg. Aqui. ita in vijs, & ripis, quia ſunt illorum quorum prædijs adhærent. l. riparum, de rerum diuiſio.

Vltimò, via non debet aperiri malicijs. l. magis. §. ſi pupillus. in ver. ratio. ff. de rebus eor. modò, ſi permitteretur paſcua ſumere in via, & ad refectionem circumueniretur legis diſpoſitio. l. non dubium. C. de legi.

His non obſtantibus, determinatur contrarium, quia iure diuino. Deutero. 25. dicitur, Non ligabis os bouis triturantis. Præpo. hic in prin. vltra quòd tempore neceſſitatis omnia ſunt communia. Iſer. in d. conſti. ſi quando neceſſitate cogente. Aluar. hic, col. 1. in fi. & poſt nu. 1.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam illud procedit in fundo, ſecus in via. Iſer. hic cir. fin. vel illud de iure ciuili. Affli. hic, poſt nu. 3.

Non obſtat Secundum, nam ripę & viæ proprietas eſt illius qui iuxta eas prædia poſſident, ne prope illas aliquis ędificet. Affl. c. quæ ſint rega. in ver. riparica, in prin. nu. 2.

Non obſtat vltimum, nam illicitum quandoq;
ex certis circumſtantijs tolleratur. gl. pen. in extra
uag. com. 2. de ſent. excom. ita hic ex cauſa neceſſi-
tatis licitum eſt in via paſcua ſumere, & ſic firma re
manet concluſio, quòd herba vel ſilua viridi licitũ
6 eſt vti per tranſitum, pro refectione equi. Intellige
tam ſit ſit maſculus, quã fœmina; nam dictio, qui-
cumque, concipit fœmininum. Bald. in l. quicumq;
in 3. not. poſt num. 9. de ſeruis fug. & non ſolum ſi
facit occaſione paupertatis, ſed quia nõ reperit ho
ſpitium propinquum, quia nõ tenetur ſoluere. Præ
po. hic in fi. Item poſſit ſe extendere ad ſepem & ar
borem pendentem ſupra viam. Iſer. hic in princ. &
Prępo. cir. med. Idem in exercitu, cui debet dari pa
cificus tranſitus. c. ſi. 23. q. 2. Limita in herbis agre-
ſtibus, aliàs ſi animalia inferrẽt damnum ſegetibus
vel fructibus, teneretur dominus animalium ad e-
mendam damni. Iſer. in d. cõſti. cum per partes A-
puliæ. & procedit, quando comedit in via, ſecus ſi
dimiſit iumentum in agrum, vel vineam, vt depa-
ſcat aliena, nam tunc pro damno ęſtimationem re-
ſtituit. c. ſi lęſeris. de iniur. cum non liceat in alienis
prędijs ingredi, nec inuito domino paſcua ſumere.
Alex. in conſi. 35. nu. 7. 4. vol. Et habet locũ in mo
dica herba, ſecus in magna. facit l. ſi is qui binas. ff.
de vſufr. & quemadmo. quis vta. & præſupponitur
hic, quòd non fuerit damnum datum. Prępo. hic in fi.
10 Nota, quòd nulli licet intrantibus herbam negare,
niſi in prato, meſſe, vel defenſionis tẽpore. l. 1. & 3.
de itinerantib. in Longob. & ſicut trãſitus ſpiritua
lis de peccato ad vitam, de culpa ad gratiã, de terre
nis ad cęleſtia. c. per aquã, de conſec. diſt. 4. & lega
lis de prima ad tertiam, de plurali ad ſingulare. l. 1.
in glo. a. ff. de teſtam. l. ſi tu ex parte, in ver. adierit.
& in ver. poſſim. ff. de acqui. hær. ita hic datur trãſi-
tus per agrum alienũ. c. omnes leges. 1. diſt. & for-
te terram fęneam, quę tantum fęnum & malã her-
bam gignit. § fi. in ver. fęnea. Auth. de nõ alienan.
aut permuta. cum regulariter a paſcuis animalia
11 etiam militum arceantur, ſed datur locus particu-
laris, alias ſoluunt 10. libras auri. l. 2. & 3. C. de pa-
ſcuis publi. & ſi ſunt paſcua Principis, perdit anima
4 importat omnem effectum translationis. in conſi. feud. diuer. 40. circa pri. & ponitur iſta dictio in ca. pri. an ille qui interfe. fra. domi. ſui. & in capit. de eo qui finem fecit agna. Ad dominum pertinere.] L. verbum illud pertinere. de verborum ſignificationibus.

Declarato textu, dubia reddebatur eius determinatio, & primo: feudum eſt directi domini. Iſer. in §. illud quoque præcipimus. nume. 63. circa medium. de probib. feud. alienat. per Frede. modo eſt, cum ędificauit in ſolo alieno, ędificium cedit ſolo, l. adeo. §. cum in ſuo. l. ſi ſupra. de acquirend. rerum domi. quia principale trahit ad ſe acceſſorium etiã quod ſit principalius. l. hæres meus. §. fin. de leg. 3. Secundò, ſi res aliena cum mea vnitur, adeo quod non poſſum exhibere, teneor ad duplum. l. gemma. & ſequent. ff. ad exhibend. modo cum non dominus, ſed vaſallus vniuit hoc ędificium feudo, non debet vaſallus, quod ſua culpa damnum ſentit, ab alio recuperare. glo. in l. ſi rem. in ver. amiſſa. ff. de euicti. Vltimò, augmentum feudi eſt feudum. §. ſi quis de manſo. de contro. inueſt. ſi eſt feudum, erit dñi, quia quod emptioni accedit, partem eſſe venditionis prudentibus viſum eſt. l. quod ſi nolit. §. fi. in fi. de ædil. edic.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, quia nemo debet lucrum quęrere cum damno alterius. no. in c. quia. de immun. eccl.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam feudum etiam dicitur vaſalli, quo ad vtile dominium. c. pri. de contro. inter vaſa. & alium de benefi. & ſucceſſiue non ædificauit ſimpliciter in ſolo alterius. Alua. hĩc col. 3. in fi. & 4.

Non obſtat Secundum, nam ędificando, nõ debebat expectare turpem euentum. l. ſi inter ſtipulantem. §. ſacram. de verbo. oblig. & ſic decedere ſine filiis.

Non obſtat Vltimum, nam eſt domini, ſi vult: ſed tenetur ſoluere pretium vt hic: Vnde firma re-

5 manet concluſio, quòd finita generatione, hęres extraneus recuperat meliorationes, vel illarũ pretium a domino. Intellige idem eſſe in mobilibus, quæ habet Baro in caſtro, pota arma: nam deuoluto caſtro ad Regem per mortem Baronis, non erunt Regis ſed hæredum Baronis. Cap. in ver. feudorum deuolutio. in fi. Vel ſi pater erogauit pecuniam in feudi ædificiis, pro eo melius reddendo, ſi in eo ſuccedit ſolus primogenitus, tenetur fratribus conferre partem pecuniarum. Loffre. in §. pręterea ducatus. in fi. de prohib. feud. alien. per Freder. ita ſumptus in diſtrahendis vel conſeruandis rebus hęreditariis imputantur hęredi. l. vbi pure. §. fi. ad Trebellia. minuunt dotem. l. pri. poſt princ. l. 3. & l. dote. ff. de dote prelega. l. vnic. §. taceat. & ibi glo. in ver. minuant. C. de rei vxo. actio. habetur ratio impendiorum, quę ad iter explicandum neceſſaria ſunt. l. ſed ſciendum. d. tit. ad Trebellia. & expenſæ erogatę per creditorem in bonis debitoris, vt reputent, ſufficit ſine dolo erogaſſe, ſecus ſi ſunt bona pupilli, eccleſię, vel ciuitatis. l. prætor. §. pri. iuncta glo. in ver. ſufficit. de bonis autho. iudi. poſſi. Limita tamen in impenſa quę fit ad perpetuam feudi vtilitatem, ſecus ſi fieret gratia quærendorũ fructuum. l. diuortio. §. ſi ver. in ver. mariti. & §. fin. in ver. in tutelam. l. ſi quid. in gloſ. & l. in inſulam. §. primo. ſoluto matrimonio. Aluarot. hic colum. 3. circa medium. & prępo. num. 2. poſt princ. vt dicitur de fundo dotali. Iſer. hic circa medium. & procedit, quando impenſa eſt magna, nam modica nõ eſt in cõſideratione, quia poſtquam habet emolumentum, debet habere onus. Aluarot. hic, colum. 3. circa medium. & Pręposit. nume. 2. poſt princip. item procedit, dum deuoluitur feudum per lineam finitam, ſecus ſi per delictum. Cap. in verb. feudorum augmenta, colum. 2. circa finem. ſecus ſi reuertatur propter culpam, vel eſſet pactum in contrarium. Prępoſit. hic in princip. nec procedit in emphyteoſi eccleſiaſtica, & ita totus mundus practicat. idem Prępoſi. hic circa finem. & erit domini quouſque in eadem cauſa manet. alias ſi corruat ędificium, vel dominus amouet, materia ad priſtinum dominũ redit. l. 2. C. de rei vendi. §. cum in ſuo. Inſtit. de rerum diuiſio. Præpoſi. hic poſt nume. 2. & cogitur

tunc

tunc vaſallus vendere rudera, ſi non vult vti mate-
ria, quæ non ceſſit ſolo inſeparabiliter. Bald. in d. §.
ſi quis de manſo. poſt numerum decimumtertiũ.
de controuer. inueſtit. & ſoluit dominus, vt ſupra,
non quantum valent rudera ab ædificio ſeperata
Bald. ibi nume. 13. poſt medium. nam d. l. in fundo.
de rei vendic. procedit quando non habet cauſam
ab agente, nec iuſta ratione motus fecit expenſas.
Idem Bal. hic in fi. vnde quia impendit in re aliena
velut propria, ſuum proprium negotium gerere e-
xiſtimans non alienum, ex quo cum nullo quaſi cõ-
traxit, non datur actio ſed retentio in ſubſidium.
Bald. in conſi. 369. circa medium. 3. volum. iſto mo
do etiam malę fidei poſſeſſor recuperat expenſas
neceſſarias, pro vtilibus permittitur auferre. Sed
quidam diſtinguunt, ſi ſuo vel noĩe dñi impendit. l.
ſi pupillo. §. ſed ſi quis. in ver. actionem. l. ex duo-
bus. & ibi glo. in ver. non habere. de negot. geſt. Et
fit retentio prædicta, deducto ſumptu cauſa quæ-
rendorum fructuum. l. quod ſi poſſeſſor. & l. ſi a pa
tre, §. fina. ff. de petitio. hæred. Et procedit, non ſo-
lum in caſibus prædictis, verum etiam & in impẽ-
ſis factis in fundo communi, & in domibus quas
credebam hæreditarias. l. in hoc iudicium. com ibi
not. ff. com. diui. l. ſi in area. & l. qui exceptionem. §.
ſi pars. ff. de condictio. indeb. l. fi. circa medium. C.
de petitio. hæredit. Quæ autem dicantur ad perpe-
6 tuam, & quæ ad præſentem tantum vtilitatem. l.
1. in ver. in dotem. l. 3. & 4. ff. de impenſis in rebus
dota. factis. Infertur etiam quod dominus in feu-
do, emphyteoſi, & colonia, finito tempore nulla
data dilatione, poteſt res auferre a detentore, &
ſi claudit oſtium, poterit aperire. Bal. de contro. in-
ter domi. & fide. nu. 8.

Nota, quòd hæres extraneus finita generatio-
ne, domum tollit, & materiam vendit, & ita ſeruat
conſuetudo. Pariſ. de re integr. feud. in verb. melio-
ramenta. Iſern. pro opinione eorum qui dicunt, me
liorationes ad domum pertinere, allegat dictum. §.
cum in ſuo. & §. ex diuerſo. de rerum diuiſion. &
reſpondet vt per eum, quia illa opinio reproba-
tur, vt in gloſ. quam omnes ſequuntur. Afflict. hic
num. pri. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Hic, uel hoc, refertur in dubio ad proxime di-
cta.*
2 *Conſequenter & ſubſequenter, idem: & videtur im
mediate uel in continenti ſignificare.*
3 *Reuerti, retrouerti, uoces.*
4 *Ante, dictio ſignificat omne tempus quod præce-
dit: poſt, omne tempus quod ſequitur.*
5 *Fructus quid, & eorum appellatione quæ ueniant.*
6 *Annus triplex, & incipit diuerſi mode.*
7 *Calendæ, & calendarium quid.*
8 *Quocumque, generaliter accipitur, & non reſtrin-
gitur.*
9 *Fructus naturales pendentes, iudicantur ut fun-
dus.*
10 *Vaſallus ſi decedit ante menſem Martium, nullo
hærede relicto, uel poſt Auguſtum, fructus ſunt
domini: ſi poſt Martium vſque ad Auguſtum,
ſunt hæredis uaſalli.*
11 *Fructuum uariæ diuiſiones in iure.*
12 *Fruges extantes non ad dominum, ſed ad vxorem,
uel filias uaſalli pertinent.*
13 *Fructus præbendæ, an tranſeant ad hæredes cle-
rici.*
14 *Dominus ſemper habet cauſam anteriorem, &
non ſolum pendentes, ſed recollecti ſunt obliga-
ti eidem.*
15 *Fructus menſis Martij ſolent relinqui ad multipli
candum.*
16 *Feudum ſi conſiſtit in domo, & uinea, quæ non eſt
ſolita locari, debet extimari quantum communi-
ter in anno locari poſſet.*

AD §. HIS, CONSEQVENTER.

1 HIS.] Videlicet prædictis, nam hic vel
hoc, in dubio refertur ad proxime di
cta. Aret. in l. qui iuraſſe. §. idem Pom
ponius. num. 25. ff. de iureiuran. Con
ſequenter.) L. vt tantum. §. his conſe-
2 quenter. ff. de ſeruo corrupto. his vel huic conſe-
quens eſt. l. electio. §. pri. ff. de noxali. l. huiuſmodi.
§. legatum. de leg. pri. vel ſubſequenter, quæ etiam
immediate vel incontinenti ſignificat. Bald. in con
ſi. 103. num. pri. pri. volum. & 379. num. 2. quinto
volum. & hic. His conſequenter.) L. his conſequen
ter, ff. famil. erciſcun. Dicitur.] Indicatur. Gramma.
3 in ver. dico, Quod ſi vaſallus decedat ſine hærede
maſculo, & contingat feudum ad dominum Reuer
ti.) Retrouerti. Grammat. in verb. reuertor, ex lege
contractus. Bald. in conſi. 188. num. 2. circa finem.
3. volum. nam dando in fundum tacite ineſt, quòd
defuncto illo ſine maſculo redeat ad dominum.
Iſern. in capit. ſi vaſallus de feudo. colum. 5. circa fi-
nem. poſt numerum octauum. ſi de feud. defunct.
milit. controuer. fue. Sic, demonſtratiue. Gramma.
4 in verſic. Quòd ſi Ante.) Demonſtrat omne tem-
pus quod præcedit; ſicut, Poſt, oẽ tempus qđ ſequi
tur. Curt. in l. mutuum. §. creditum. nume. 7. ſi cer-
tum peta. Martium.) In lunatione, quando Hebręi
incipiunt menſem, quæ lunatio ſemper incipit in
Martio, niſi impediat emboliſmus. Diuus Thom.
ad hebręos. 9. ibi; his verò. colum. pri. poſt medium.
5 Omnes fructus.] Qui ſint, & eorum appellatione
quæ veniant. glo. Pariſ. 8. tit. pri. §. pri. in prin. & nu
me. 13. & redditus, eſt verbum generalius fructu.
Archid. in cap. 2. poſt medium. 13. quæſt. pri. Za-
bar. in clement. vnic. in prin. in 9. notab. de exceſſi.
6 prælato. glo. Pariſ. tit. pri. §. 34. circa prin. Illius an-
ni.] Qui eſt triplex, naturalis, legitimus, & emer-
gens. Ioan. And. in cap. ſi propter tua. num. 3. de re
ſcrip. in 6. Afflict. in cap. ſi vaſallus. num. 3. ſi de feu.
fuerit contro. inter domi. & agna. & hic nume. 19.
Caſtan. qui etiam dicit, vnde dicatur. in conſuetud.
Burgund. rub. pri. §. 8. ibi, de dans. lan. vel duplex.
Aluarot. hic colum. 2. & 3. Quando incipiebat ſe-
cundum Hebræos & Gręcos, & quomodo nunc,
Archid. in cap. huius. in princ. & fine, & in cap. ieiu-
nium. circa med. 76. diſtin. glo. Pariſ. tit. pri. in prin.
poſt nu. 27. vnde ſi annuus redditus eſt frumenti
vel ordei, incipit a medietate menſis Auguſti, ſi eſt
vini, a die ſancti Michaelis de menſe Septembris, in
fructibus pecudum vel armentorum, a die ſancti
Petri de menſe Iulii, in oleo a primo Ianuarii com
putatur annus. Ludo. de Moli. de Hiſpan. primog.
lib. 3. c. vndecimo. num. 18. circa finem. In prædio
vrbano, tantam vtilitatem affert pars temporis, re-
ſpectu partis, quantum totus annus reſpectu to-
tius; non ſic in prædio ruſtico, quia in fructu con-

ſiſtit

ſiſtit effectus totius anni, qui non percipitur dic-
tim, ſed in menſe aridorum, & vindemia fructuũ,
qni liquidam naturam habent. Bal. in l. legem. nu
mer. prim. circa medium. C. locati. Penſiones non
ſunt fructus, ſed acceſſiones ciuiles, licet largo mo-
do poſſent dici fructus. Pau. de Caſt. in conſi. 214.
poſt numerum primum. ſecundo volum. In vſufru
ctuario & proprietario fit diuiſio pro rata tempo-
ris. l. ſi operas. & ſequen. ff. de vſufru. & quemadm.
quis vta. ver. pro rata habet, reliqnos reſtituit vxo-
ri. l. fi. in fine. ff. de fundo dota. l. diuortio. §. non ſo-
lum. ſoluto matrimonio. in conceſſione fructuum
beneficiorum vacantium, currit annus a die vaca-
tionis. glo. in cap. ſi propter. in ver. primi. de reſcri-
ptis. in 6. Aluarot. bic colum. pen. circa medium. fa
cit cap. ſi tibi, lo ſecundo. de præbend. in 6. aliter in
fructibus rei legatæ. l. Herennius, la pri. ff. de vſu-
rũs. regulariter in fine anni, niſi alind ſit cõuentum
vel ſoluatur penſio menſatim, vel per certa tempo
ra ſecundum conſuetudinis. Aluarot. hic colum.
pennlt. in prin. & Præp. colum. fin. circa medium.
In iſta materia inſpexit conſuetudo medium, inci-
piendo a menſe Septembris, aliàs ſi inciperet a na-
tiuitate Domini nimis fauetur hæredi vel legata-
rio contra dominum, ſi a feſto Annunciationis B.
Virginis, nimis faueretur domino contra hæredẽ,
vel legatarium, & ſic elegit mediam viam. l. filio. in
glo. fin. vt leg. nomine caue. §. illud quoque. in ver.
mediocre. Auth. de triente & ſemi. & hoc eſt tenen
dum. l. ſolet. in ver. auariſſimum. ff. de offic. procon.
l. vero, cum filius. in ver. dominus vel forte. l. cum fi
lius. §. dominus. de leg. 2. l. a vobis. de annuis legat.
loqnũtur in caſibus ſuis, & ſicut annus diuiditur in
duas partes, in hiemem & in ęſtatem. Bar. in l. quo-
ties. in fine. C. de naufragijs. glo. in cap. 2. 76. diſtin.
& canon diſtinguit diem in duas horas, mattutina
lem & veſpertinam. & Pithagoras dicebat, duorũ
temporum curam eſſe habendam, mane & veſperi.
glo. in clemen. pri. in ver. canonicas. de celebra. miſ-
ſa: ita annus hic diuiditur in duas partes: prima a
menſe Septembris incluſiue, & durat per ſex mẽ
ſes vſque ad Martium incluſiue, alia a menſe Mar
tij vſque ad menſem Auguſti incluſiue, & eſt ratio
nabile. Præpoſi. hic, & Aluarot. colum. 2. circa me-
dium. & ſic diſtinguitur, quod ſi vaſallus decidit
ante Martium menſem omnes fructus illius anni
ex fendo prouenientes, ad dominum pertinebunt,
7 ſi vero poſt calendas Martij, ideſt primam diem
Martij, quia calendæ ſemper dicitur prima dies. Al
uarot. hic, colum. 4. circa medium. vſque ad Augu
ſtum, omnes fructus qui interim percipiuntur, ad
hæredes vaſalli pertineant. ſimilis diſtinctio in l.
pri. C. de milit. veſte. & ſic tempus recipit diuiſio-
nem & diſtinctionem. Pau. de Caſt. in conſi. 183.
circa finem. ſecundo volum. Dicuntur autem calen
dæ Gręce, latine vocationes. Lucas in l. 3. colum.
fin. circa medium. C. de naufrag. & appellatur prin
cipium menſis, quaſi calendę, quia in magna vene
ratione erant, vel a colo, ideſt voco, nam pręco a-
ſcendebat pulpitum, & conuocabat homines ad
rundinas. gl. in l. cum biſſexto. in ver. biſſextus. in fi.
de verborum ſignific. inde calendarium, liber ratio
num, eo quòd calendæ terminorum ſunt, ibi l. qui
filium. in glo. fin. de leg. 3. has calendas conſidera
uit textus: nam ſequitur. Si uero poſt Auguſtum,
omnes pendẽtes fructus anni percipiet dominus.]
Perfecte capiet dominus. Grammat. in ver. perci-
pio. Quidam.) Quorum opinio non approbatur.
Lucas. cap. 16. homo quidam, vbi gloſ. Tamen di-
cunt, Quocumque.) Generaliter, & non reſtringit.
8 Curt. in l. pri. num. 46. ff. de offic. eius. Tempore an
ni decedit, omnes pendentes fructus ad dominum
pertinere.) Quia fructus naturales pendentes iudi
cantur, vt fundus, & ſunt eius pars, & quid immo-
bile, ſi ſunt ſeparati, ſtatim ſunt quid mobile. pen-
ſiones autem ſeu fructus ciuiles æquiparantur fru-
ctibus ſeparatis a ſolo, ſi dies ceſſit penſionis ſol-
uendæ, ſi non ceſſit, æquiparantur fructibus pen-
dentibus, ſi pro parte, iudicatur de eis pro parte
temporis. gl. pri. Pariſ. tit. pri. §. pri. vbi etiam in fru-
ctibus ciuilibus attenditur momentum quo debẽ-
tur. nu. 52. & 53.

Declarato textu, dubia reddebatur eius deciſio,
per textum in l. a vobis. de annuis lega. vbi redditus
debentur, ſi ſuperſunt quatuor menſes. Secundò,
fructus ſunt eius, ad quem onus functionum perti
net. l. fructus. C. de actio. empt. onus functionum
eſt domini, quia ipſe ſoluit adoham & releuium.
Iſern. in cap. pri. num. 15. circa medium. de cap. qui
curi. vendi. & in conſti. poſt mortem. ergo eius ſunt
fructus. Vltimò, fructus feudi ſunt feudales. Iſern.
quæ ſint regalia. in ver. & plauſtrorum. poſt nume
rum 58. ibi. quid de fructibus. feudum aperitur do-
mino, ergo & fructus, quia fructus percipiendo in
meo vel mihi debito, meos facit. l. venditor. in ner-
bo, quemadmodum ff. de hæred. uel action.
uendit.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, quia
fructuum toto tempore quo curantur, nõ quo per
cipiuntur, rationem accipere debemus. l. diuortio.
§. non ſolum. ſoluto matrimonio. & hęc diſtinctio,
ſi ante uel poſt calendas Martii, bona fuit ſi recte
conſideretur, initiando annum ab indictione. ideſt
a primo Septembris. Iſern. hic, poſt numerum 19.
licet alibi non fiat differentia, ſi ſit factum aliquid
poſt nuptias, uel poſt guerram, quia intelligitur an
te nuptias finitas, & poſt nuptias contractas. idem
in bello. Barto. in l. 2. §. creditum. poſt numerum
ſextum. ſi certum pet. Bal. in cap. cauſam quę. num.
8. de reſcrip.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam illud pro-
cedit in caſu ſuo: in feudalibus tempus collectionis
fructuum attenditur. gl. Pariſ. tit. pri. §. 40. in 5. quę
ſtio. num. 10.

Secundum nõ obſtat, nam fructus quidam ſunt
pendentes, quidam percepti, & quidam percipien-
di. l. 3. l. 3. in uer. non lucrum. ff. de uſuris. percepti
& pendentes ſunt hęredum uaſalli, ſi decedit poſt
calendas Martiis uſque ad Auguſtum, percipien-
di non, quando ante Martium uel poſt Auguſtum
decedit, ſed ſunt domini, ut hic, ubi Iſern. in prin-
cipio.

Vltimum non obſtat, nam immo fructus feudi
non ſunt feudum. Afflict. in conſtit. comitibus. nu-
me. 7. in fine. de adiuto. pro milit. ſra. nec comodi-
tates ſunt feudum, uel pars feudi, ſed extra natu-
ram feudi, & de iis non curant iura feudorum. Pa-
riſ. de redinteg. feu. circa finem. & ſic firma rema-
10 net concluſio, quod ſi uaſallus decedit ante Mar-
tium, nullo hærede relicto, uel poſt Auguſtum, fru
ctus ſunt domini, ſi poſt Martium uſque ad Augu-
ſtum ſunt hæredis uaſalli. Intellige nõ ſolum, ſi ua-
ſallus percepit, uerum etiam in perceptis ab alio.
Alexand. in conſi. 92. num. 37. 6. uolum. & ſunt hę-
redis,

redis, non ſolum fructus ſeperati a ſolo, ſed quid-
quid inde quæſitum eſt. Iſern. in §. hæres. poſt nu-
merum quintum. de pace tenen. Idem in fructibus
maioratus. Ludo. de Moli. de Hiſpan. primoge. vbi
ſupra, lib. 3. ca. vndecimo. num. 12. & ſi feudum a-
mittitur alio modo quàm morte, nam fructus pen-
dentes pertinent ad eum, cuius ſunt prædia. Bald.
an agnatus. nume. 26. Idem in eccleſia, & executo-
tore clerici, viro, vxore, & vſufructuario. Ioan. And.
in cap. fin. num. 6. circa medium. de offic. ordin. in
cap. vnic. num. 4. de clericis non reſiden. in 6. nam
fructus præbendarum pertinent ad hæredes cano-
nici mortui pro rata temporis. Pari. de Synd. in ver.
prouentus. num. 4.

Reſtringe vltra quatuor limitationes, de quibus
in Ca. ver. feudorum fructus, ibi. pendentes. quòd
procedit in fructib. naturalibus, ſecus in induſtria-
libus. Præpoſit. hic circa finem. & in ſucceſſione,
ſecus in contractu. Afflict. in d. rit. an agnati. num.
31. & procedit in feudis nobilibus, ſecus in feudis
canauæ & annuis præſtationibus, quæ conſueue-
runt dari, vt tranſeant ad hęredes. Idem Afflictus
in cap. ſciendum. num. 17. circa finem. de feud. co-
gnit. & hic, num. 15. vbi Præpoſit. in fine. glo. 3. Pa
riſ. nume. 2. & 5. quod eliguntur arbitri ex vtraque
parte, qui exhibitis inſtrumentis locationum, &
commodo fructuum, arbitrabuntur. titu. pri. §. 33.
& habet locum dum tractatur de reſtitutione feu
di, ſecus in conceſſione, nam tunc videtur concede
re cum omnibus fructibus extantibus. Bald. in di-
cto titu. an agnatus. poſt numerum 23. & Aluaro.
hic, nu. 6.

Nota, principium anni diuerſum, & ſum-
marium huius textus, de quo Odoffred. in Summa
mortuo vaſa. ſine hærede, quid de fructi. pend. fie-
ri debeat. cum addit. pri. & exemplificationem a ſi-
mili, de qua gl. Pariſ. 8. tit. pri. §. pri. item quod non
ſemper reuertitur feudum ad dominum cum fru-
ctibus, ſed diſtinguuntur calendæ a calendis. Præ-
poſit. in d. tit. an agnat. colum. 2. circa finem. & ex-
trema luctus gaudium ſępe occupat. Azo in Sum-
ma. C. de religio. & ſump. fune. in prin. Nota etiam
fructuum varias diuiſiones in iure, ſecundum di-
uerſos tractatus. Præpoſit. hic poſt medium, nam
percipiuntur fructus, quando ſeperantur a ſolo,
11 vel exigitur redditus. Bart. in l. ex diuerſo. ff. de rei
vendic. in conſi. feud. diuer. 31. nume. 17. in fin. in
fundo dotali attenditur tempus & modus conſi-
gnationis. in conſi. feud. diuer. 41. poſt numerum
decimumquintum. in vaſallo diſtinguitur, vt hic.
Iaſ. in d. l. diuortio. num. 6. glo. a. in l. defuncta. de
vſufruc. & quemadmod. quis vta. Iacob. de Ardiz.
in Summa. de eo cuius ſunt fructus, quando dece-
dit vaſa. circa medium. Hoſtien. in Summa. de feu-
dis. colum. fi. poſt medium. & Aluarot. hic colum.
prim. & poſt. tenetur autem dominus ad ſumptus,
& ad alia onera, quemadmodum fructuarius, ſed
non ad illa quæ ſunt impoſita a vaſallo & præde-
ceſſoribus, niſi ſint approbata a patrono, quia ius
patroni eſt antiquius, nec in eo potuit fieri pręiu-
dicium. glo. Pariſ. titu. pri. §. 34. ante & poſt nume-
rum ſecundum. item ea fructib. deducuntur expen-
ſę. ead. gl. vbi ſupra. nume. 10. vſque ad 18. glo. 8. tit.
pri. §. pri. Inſuper ſi non ſupereſt de anno vltra tres
vel quatuor dies, perinde eſt, ac ſi totus annus tran
ſiſſet. Pau. de Caſt. in conſi. 29. poſt numerum 3.
tit. pri. 2. vol.

12 Quid ſi extant fruges? dic quòd non ad domi-
num, ſed ad filias vaſalli vel vxorem pertinnet. de
capit. extraordi. & alterius compilat. colum. 4. poſt
princip. ſi cum prælatus infirmatur, hęres dubitans
de morte, colligit immaturos, tenetur reſtituere ec
cleſię. glo. pariſ. 8. tit. pri. §. pri. num. 35. Canonicus
ſi perceptis fructibus ſuę prębendę, vitam finierit,
13 hæres ipſius, vel qui habet cauſam ab eo retinebit.
Pileus in Summa: poſt Azo. C. de anno. ciuilib. lib.
11. & aduerte quod in fructu eſſe dicitur, quod ad
vſum hominis eſt inductum. l. pen. ff. de vſu & vſu-
fruct. leg. qui dum fundo enhærent, fundi ſunt. l. ſi
ſeruus communis. §. fin. ff. de furtis. & portionis in-
ſtar obtinent. l. cum filius. §. dominus. de lega. 2. in
frugibus extantibus fit diſti. vt per Iacob. de Ardiz.
in d. Summa. de eo cuius ſunt fructus, quando de-
cedit vaſſ. circa finem. cap. in capit. imperialem. in
gloſſ. pri. ibi, ſecundum notandum. & dicta diſtin-
ctio eſt vera & ęqua, Iſern. hic poſt princip. nam
principium anni eſt in menſe Septembris, licet quan
doque a menſe Ianuarii, alii a die Paſcatis. Ludo.
de Moli. vbi ſupra. lib. 3. cap. vndecimo. nume. 18.
& incipit a menſe Septembris, quia tunc commu-
niter mutatur indictio. Iſern. hic. vnde autem dica
tur indictio, & quomodo cognoſcatur, glo. de Iu-
ſtinia. C. confirma. in ver. ſeptimæ. cum addit. ad
eam, & dicitur tunc principium anni, quia ita diſpo
nentes eſſe voluerunt. Bald. in conſi. 406. nume. 2.
5. volumine.

14 Quid in clerico, an fructus præbendę tranſmit-
tat ad hęredem ſuum. Iſern. hic num. 19. & Afflic.
poſt numerum quintum. vſque ad 10. Loffred. in
conſi. 40. tangunt quęſtionem, & videtur quòd ſint
diuidendi pro rata, inter hæredes pręlati ſeu bene-
ficiati mortui, & ſequentem prælatum ſeu benefi-
ciatum, refert Ludo. de Moli. vbi ſupra, nume. 4. nā
ſicut mortuo milite, aliquid ad hæredem defuncti
tranſit: idem in prębenda clerici iam percepta. glo.
fi. in l. pri. C. de anni ciuili. tu dic, quòd aut ſunt fru-
ctus eccleſiæ & debent illi conſeruari, & eius ſuc-
ceſſoribus, aut ſunt percepti ex bonis patrimonia-
libus clerici & pertinent ad hæredes. & quid præſu
mitur in dubio. Bald. in conſi. 313. ſecundo volum.
& 80. quinto volum. ſicut empta de pecunia fru-
ctuum præbendæ, ſunt eccleſiæ, ſecus in filio. l. cū
oportet. §. ſi quis itaque. C. de bonis quæ liber. de
primis qui non poteſt teſtari, niſi ea cauſa, cum di
ſpenſatione Summi Pontificis, & cauſa pręſumitur
in Papa. Alexand. in conſi. 101. num. pri. 7. volum.
de aliis hic cap. 2. & per tot. 12. quæſt. 3. Si ſunt di-
ſtributiones quotidianæ, diſponunt, ſicut ruſticus
de denario diurno. in extrauaga. commen. unic. in
in uer. conſueuit, la 2. circa medium. ne ſede uac.
Quamdiu uiuit & ſanus eſt, poteſt dare, moderate
tamen, & comparatur uſufructuario, ſi cępit infir-
mari ſimilis eſt uſurario. non habet niſi uſum, poſ-
ſet tamen facere eleemoſinam. cap. fin. in uer. reſer-
uari. de offic. ordina. in 6. aliàs non ſolum de non
perceptis, ſed etiam de maturatis non poſſet teſta-
ri. glo. fin. in c. epiſcopi. 12. q. pri.

Quid in muliere, quæ habuit dotarium ſuper
feudo, ſi decedit ante finem anni, an tranſmittat in
tegros fructus ad hęredes. Lucas in l. prim. in fi. C.
quando & quibus quarta pars debe. Perceptos au
tem intellige, non tantum ſi perfecte ſunt collecti,
ſed etiam cępti, ita ut terra continere fructus de-
ſierit, l. ſi eius fundi. ff. de rei uendicat. etiam quod

non

nõ ſint maiori. l. ſi vſusfructus, la 2. ver. præſtabit. l.
ſi abſentem. §. ſiluam, cum ibi not. ff. de vſufr. l. ſi v-
ſufructuarius, quibus modis vſufru. amit. l. ſi ſeruus
ſeruum. §. ſi oliuam. & ibi gl. pri. ff. ad leg. Aquil. &
hoc tam ſi vaſallus, quàm alius ſeperauerit. Bald. in
§. præterea, ſi inter duos. num. 18. de prohib. feud.
alienat. per Freder. aliàs ſecundum diſtinctionem
huius textus vindemia quæ percipiuntur in Septem-
bre & Octobre, & oliuę in menſe Decembris di-
cerentur fructus præcedentis anni, quia non tem-
pore quo percipiuntur, ſed toto tempore quo co-
luntur fieri dicuntur hi fructus. Iſer. hic colum. pri.
circa finem. & Aluar. colum. 3. poſt medium, adeo
quod iſti vltimi loco priorum ſunt circa deductio-
nem faciendam. l. fructus. in glo. pen. & fin. in fi. ſo-
luto matrimonio. & ſunt hæredis, ſi deceſſit infra di
ctum tempus, aliàs domini, vt hic, & ſeruatur iſta
conſuetudo vbi viget, alibi non, niſi quatenus ratio
nabilis. Iſer. ſupra in prælud. in 3. quæſtio. poſt nu-
me. 39. & in cap. ſi facta. colum. 2. in prin. nume. 2.
circa finem. ſi de feud. defun. milit. contro. ſue. quia
eſt vſus, & non lex Imperatoris, vt ex rubrica appa
ret. Idem Iſern. hic colum. 2. circa medium. & 3. cir
ca finem. & videtur in hoc dicto priorum melius
vt ſeparati a ſolo tempore mortis ſint hæredis, alii
pendentes tanquam pars feudi, redeunt ad domi-
num. Sed reſponde vt per Iſer. qui ęquiparando ter
minos. d. l. diuortio. §. non ſolum. cum noſtris, dicit
quòd ſicut induſtriales in illa materia videntur per
cepti tempore quo coluntur, propter onera quæ
ſuſtinet vir. l. prim. de fundo dota. idem in vaſallo,
cui feudum datur vt dominum defundat. Iſern. in
§. hoc quoque. in verb. notandum. poſt numer. 24.
de his qui feud. dare poſſunt. capit. ſi quis miles. in
prin. impera. Lotha. etiam quod tunc non pręſtet,
quia paria ſunt præſtare, & pręſtare debere. l. quod
te. ſi certum pet. & hic incipiendo annum a men-
ſe Septembris, datur legi intellectus non prauus,
ſed æque bono communi conueniens. de emenda.
14 C. in prin. & in iſtis dominus habet cauſam ante-
riorem, vt ſupra, & præfertur cuilibet creditori.
glo. Pariſ. tit. pri. §. 50. num. 4. omnibus potior eſt
manus dominica, & illius iura tanquam realia rem
contra omnes afficiunt. eadem glo. pri. tit. 2. §. 52.
nume. 58. & ſequen. in fi. & fructus in feudo & cen
ſu, non ſolum pendentes, ſed etiam ſeparati ſunt
hypothecati. glo. prædi. 2. poſt numerum 18. tit. 2.
§. 52. & extrahuntur redditus ea libris. gloſ. Pariſ.
tit. prim. §. 54. num. 10. & in fin.

Quid in affictu? Alexand. in conſi. 82. num. 16.
2. volum. tenet quod pro rata eſt hæredis, in pen-
ſione attenditur mos regionis. glo. in l. diurna. ff. de
legibus. & prout incipit annus fit diuiſio, nam ſi in
cipit in Octobre & Septembre, & decedit non ſo-
luta penſione, haberet hæres ſi decedit ante Mar-
tium, poſt Septembrem haberet dominus. Iſer. hic
15 num. 20. cuius menſis fętus ſulent relinqui ad mul
tiplicandum. glo. Pariſ. 8. tit. pri. §. pri. poſt nu. 38.
Lud. de Mol. de Hiſpa. primog. lib. pri. c. 22. cir. fin.
poſt num. 11.

16 Quid ſi feudum conſiſtit in domo vel vinea, quę
non eſt ſolita locari? dic quòd debet æſtimari, quan
tum communiter in anno locari poſſit, nec debet
haberi ratio æſtimationis in habitatione. glo. Pariſ.
tit. pri. §. 34. num. 8. poſt medium, vel pro commo-
do, quod ex re percepit, vel vſu domus feudalis, de
betur releuium moderatæ mercedis. glo. 3. Par. cir.
fin. poſt nume. 18. tit. pri. §. 33. & §. 34. in 3. quęſt.
cir. fi. poſt nu. 8.

S V M M A R I V M.

1 *Contra, dictio quot modis capitur, & exponitur.*
2 *Omnis, eſt generalis, non indefinita: & differt a dictione, quidquid, quantumcumque, & quodlibet.*
3 *Adiuuare, eſt opem ferre, adiumento eſſe.*
4 *Compilatorem nominando ſingulariter, unum ſub alio nolle commiſcere.*
5 *Oratio negatiua, quando negat potentiam, dictio, niſi ponit.*
6 *Vaſallus, non tenetur iuuare contra imperatorem, Regem, uel antiquiorem dominum.*
7 *Præferendus. i. præponendus.*
8 *Vaſallus tenetur dominum adiuuare contra filium, patrem, uel fratrem, ſed non contra dominum antiquiorem.*
9 *Turrem ſi quis promiſit contra omnem hominem defendere, non intelligitur contra ſe.*
10 *Deus, eſt nomen hebraicum, & multa de eo.*

AD §. CONTRA.

1 CONTRA.] Ideſt, præter. l. contra.
& l. paciſci. in glo. pri. ff. de pactis. l. ſi
cui. § fin. in ver. contra. ff. ad Trebell.
quandoque aduerſatur. Auth. contra
qui propriam. C. de non numera. pe-
cu. capit. pri. de noua forma fideli. & exponitur ad-
uerſus. Pſal. 2. quare fremuerunt gentes. ibi, aduer-
ſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. & ſic ad-
2 uerſus Omnes.) Quæ eſt dictio generalis indefi-
nita, continet omnes. l. 2. in verb. adiacentibus. C. de
bonis vacant. & differt a dictione, quidquid, quan-
tumcumque, & quodlibet. Lucas in l. in omnib. C.
de curſu public. Debet.) Quod importat neceſſita-
tem. Cur. in l. edita. num. 10. C. de edendo. Vaſallus
3 dominum adiuuare.] Opem ferre, adiumento eſſe.
Grammatic. in ver. adiuuo. Et contra fratrem. Et]
Ideſt etiam, implicat. Cur. in l. pri. num. 6. de iuris
dict. omnium iudic. Filium & patrem.) Compila-
4 tor nominando ſingulariter, noluit vnum ſub alio.
commiſcere. Loffred. in conſi. 36. nu. 5. Niſi.) Quæ
5 dictio ponit potentiam, quam oratio negatiua ne-
gat. Cur. in l. actione. num. 3. C. de tranſactio. Con-
6 tra alium dominum antiquiorem.) Imperatorem,
Regem, vel antiquiorem dominum tacite, etiam
quòd non exprimendo. capit. Imperialem. in fin. de
prohib. feud. alienat. per Freder. Aluarot. hic num.
6. ciuitatem vel patriam. Pręposi. hic in fin. & num.
2. circa medium. quia huiuſmodi perſonæ ſemper
videntur exceptę. Iſer. in cap. pri. num. 3. circa me-
dium. quibus modis feud. amit. lo primo. Hic enim
cęteris eſt pręferendus.) Pręponendus. Grammat.
in ver. pręfero.

7 Declarato textu, dubia reddebatur eius deter-
minatio, per l. humanitatis. vbi glo. in ver. ſuſcipias.
C. de excuſat. tuto. vbi humanitatis & religionis ra
tio non permittit, vt aduerſus ſororem, vel filios ſo
roris, occaſione tutelę actionem ſuſcipias, ita & in
vaſallo. Secundo, in quolibet facto, ſicut excipitur
perſona vaſalli, ita & domeſtici. l. qui inſulam. §. fi.
ff. locati. l. vxori. la 2. de auro & argen. leg. hic, ſicut
excipitur

excipit pſona vaſalli, qa qui promiſit præſtare turrim contra oẽs homines, non intelligitur contra ſe ipſum. Iſer. hic circa medium. ita perſona fratris filij vel patris, qui omnes domeſtici dicuntur. Lucas in l. pri. C. de mune. & honor. non conu. inter patrem & fili. Vltimò, qui omne dicit, nihil excludit. l. a procuratore. C. mandati. l. Iulianus. de lega. 3. hic præſupponitur, quod debeat vaſallus domino opitulari contra omnes, ergo & contra alium dominum, maxime quando omnes poſſet iuuare in prælio iuſto. Iſer. in §. ita tamen. cir. med. vbi late. de proh. feu. alien. per Fred.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium: & ratio eſt, quia filio & alijs tenetur naturali vinculo, ſed domino vinculo iuramenti, quod eſt fortius. c. de forma. 22. quæſt. 5. Aluar. hic poſt num. 2. Vnde ſi videt patrem & dominum præliantes, tenetur adiuuare dominum. Præpo. hic cir. prin. quia iurauit per Deum. Iſer. hic in prin.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam illud procedit in caſu ſuo, ſecus hic: Nam licet legum Romanorum non ſit vilis auctoritas, non tamen ſuam vim adeo extendũt, vt vſum vincant, aut mores. c. pri. de feu. cog.

Non obſtat Secundum, nam non ſolum tenetur defendere a filio, verum etiam delinquentem tenetur portare domino ad ei ſatisfaciendum. §. inſuper d. tit. de proh. feud. alien. per Fred.

Non obſtat Vltimum, nam procedit ſi non dixiſſet, ſed quia dixit, exceptio firmat regulam in non exceptuatis. §. vt autem. Auth. de non aliena.
8 Et ſic firma remanet concluſio, quod vaſallus tenetur adiuuare dominum contra filium, fratrem, vel patrem, ſed non contra dominum antiquiorem.

Intellige, non ſolum in coniunctis, verum etiã & in extraneis, a quibus tenetur dominum defendere. Iacob. de Ardizo. in Summa. vtrum vaſal. ſolum tenea. adiuuare domin. an de facto ſuo, an de alieno, videlicet amit. domi. & cæt. poſt medium. & non ſolum defendere, verum etiam & denunciare, ſicut patrem contra imperium. Iſern. in §. diuina. in fin. poſt numerum 32. de ſtatu. & conſu. contra liber. eccle. & quod dicitur in domino, idem in patria, quam tenetur defendere etiam a patre. Afflic. hic in princ. not. poſt princ. & Aluarot. num. 11. Limita, niſi recepiſſet feudum cum hac conditione, quòd non teneatur adiuuare contra patrem, filium vel fratrem: nam valet pactum. Idem Afflict. hic in pri. no. circa finem. nec procedit contra antiquiorem dominum, vt hic, contra quem non ſolum nõ tenetur iuuare, immo defendere poſſet antiquiorem, contra poſteriorem. Iacob. de Ardizo. in Summa. quibus cau. vaſa. debeat ſeruire, & offerre ſerui. domi. ibi, poteſt. poſt prin. & Præpoſit. hic num. 3. Vltimò non procederet contra ſeipſum: nam etiã
9 quòd promiſiſſet iuuare contra omnes, non intelligitur contra ſeipſum. Iaco. de Ardizo. in Summa. ſeruiat. Aluar. hic nu. 4. & Præpo. cir. fin. ſicut tutor non tenetur prouidere pupillo, contra ſuam vtilitatem. gl. fi. in l. quidquid. C. arbitrium tute. & ſi quis promiſit, vt ſupra, præſtare & defendere turrim contra omnes homines, non intelligitur contra ſe. Iſer. hic, & Aluar. poſt nu. 4.

Sed intellige & amplia vt per Iacob. in ver. de caſtro, poſt nu. 23. & in ver. & promiſerunt. in vndecima q. nu. 13. ſimi. adducit Afflic. hic pro & contra, in gl. pri. poſt nu. 6.

Iſer. in prin. reddit rationem, quare teneatur vaſallus iuuare dominum cõtra filiũ. Dicit ipſe, quia filio tenetur vinculo naturali, ſed domino vinculo iuramenti, quod eſt fortius, nam iurauit per Deũ, & Deus eſt ſupra naturam, & ante omnes diligendus, vt hic, & in §. diuina, num. 3. circa finem. & me
10 rito, quia metaphorice omnem abundantiam deſignat. Diuus Thom. in 2. ſecundi nocturni, Dominus regit me. dicitur enim, Deus hebraicè, latine timor, quia ab omnibus timetur. græce theos a theoro, ideſt video, quia cuncta videt & procuraret. Archid. in cap. æſtimant. in princ. 11. quæſt. 3. Lucas in l. pri. colum. ſecunda. poſt princi. C. de vetera. vel a diligendo, quia omnia diligit & gubernat. ſeu a diuinitate, quia diuinus eſt, & omnia diuidit, prout vult. Archid. in cap. ſi ergo. in princ. 8. quæſt. prim. Idem eſt quod videns, quaſi quod notus ſit nobis Deus ex operationibus & effectibus eius. Sic intelligimus cuncta videntem. Zabar. in clement. ſæpe, in ver. ſi tamen. in fi. de verborum ſignificat. Eſt ſpiritus incorporeus, non diſtinguitur membris, nec corporis mole cenſetur. Lucas in l. omnes. colum. 2. poſt medi. C. de dilatorib. eſſentia libera, & ſoluta, ſecreta ab omni cõcretione mortali, omnia ſentiens & mouens prædicta nutu ſempiterno. Lucas in d. l. prim. C. de uetera. & licet non poſſumus cognoſcere in via, quid ſit, cognoſcimus tamen, quia eſt, & ſic non habemus de iſto omnimodam ignorantiam. Zaba. in clemen. fi. in ver. quarto. circa finem. de hæreticis, ſcimus tamen, quòd non eſt longitudine vitæ beatus, ſed virtute dominandi. Pernus in tracta. de Rege & Regina. colum. 3. circa medium. eſt ſumme bonus. Auguſt. 12. de ciuitate Dei. capit. 3. & miſericors ac laudabilis. Zaba. in clemn. vnic. in prin. nume. 2. in fi. de reliquijs & vene. ſancto. & in clemen. vnic. §. cæterum. in ver. porro. nume. 15. in fin. de iureiuran. communis omnibus pater. 9. fin. Authen. neque verum eſt quod ex dote, vita, animæ anima, uita corporis, corpus Chriſti eſt uita mundi. Lucas in l. pri. colum. 3. & in l. 2. colum. 3. poſt princ. C. de dignita. qui cæteris rebus eſt potior, & præcæteris colendus. Zaba. in clemen. unic. in princip. in 7. notab. de reliquijs & uenera. ſancto. ſeruitur principaliter Deo, ſecundario pro temporalibus gratias agitur. Arch. in capit. ſunt. in princi. 8. quæſtio. pri. qui etiam aliqua de eſſentia Dei in cap. fin. de conſecra. diſtin. 3. & per ſimilitudines rerum inferioris ordinis, nullo modo ſecundum Dioniſium, poſſunt ſuperiora cognoſci, quia quælibet ſpecies uel ſimilitudo eſt Deo inferior, nec poteſt dari tãta ſimilitudo, quin ſit maior diſſimilitudo. Ideo ſecundum Damaſcenum impoſſibile eſt rebus creatis, modum inuenire ſanctæ Trinitatis. Zaba. in clemen. fin. in uer. quanto. circa finem. de hæreticis. Quidquid ſit, eſt modus ſine modo diligendus, & nil diligi fructuoſius poteſt. Archid. ex intentione Beati Bernard. in cap. ſi qui. 30. diſt. nam alios beat. nam tunc duntaxat anima beata ſatiabitur, cum apparuerit gloria domini. Pſal. 16. Exaudi domine. in fi. glo. in extrauag. commun. execrabilis. in uer. inſatiabilis. de præbendis. nam uidere Deum, eſt ſalus noſtra. Ideo oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis, dicitur apud Ioan. 14. glo. 2. circa finem. in extrauag. commen. pri. de maiorita. & obedient.

Vnde in propoſito, quia iurauit per Deum, magis tenetur, & non obligatur ſtare mandato, etiam

iurato

iurato illius, qui præcipit contra iuramentum per prius licite factum. c. veniens. de iureiur. Et quod eſt dictũ in vaſallo, eodem modo intellige, quod iuuabit vaſallum dominus contra patrem, fratrem & filiũ. Iſer. hic, & in c. domino committente. ſi de feu. defunc. mil. contro. fue.

Quid ſi dixiſti, non ero contra te in tali prædio, quod teneo a te, & promiſiſti ſolemniter cum pœna, quod iuuares me, & promittis tenere illud contra omnem hominem, ſi dicis prædium eſſe tuum, & velis agere contra me, an agis contra promiſſa? videtur quod non, quia intelligitur promiſiſſe, nõ agere iniuſte. Iſer. hic & in c. ſancimus, in pri. colum. penul. in fi. vbi ſimile, Quo tempore miles . ſicut iurans ſeruare ſtatuta & conſuetudines loci, non extenditur iuramentum ad illicita & impoſſibilia. Quomodo debeat qs iurare, & quid retinere in animo. cap. pri. cum ibi no. & glo. fi. de iureiuran. in 6.

De filijs natis de matrimonio ad morganaticam contract. Tit. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum cum promiſſione aliquid haben ſi poſt mortem, dicitur ad morganaticam contractum.*
2 *Natus de matrimonio dicitur, ad differentiam eius qui naſcitur de contubernio.*
3 *Proles ex uiro & fœmina naſcitur.*

AD RVBR.

1 MATRIMONIVM contractum cũ pacto, quòd filij ex primo matrimonio
ſuccedant non ſecundi. Iſer. infra in nigro, in pri. vbi Affl. poſt nu. pri. & Alu.
poſt nu. 2. vel ſi promittitur dum fiunt ſpõſalia, aliquid habendi poſt mortem alterius. Idem Alua. in
c. mulier. poſt pri. ſi de feu. defun. mil. contr. fue. dicitur matrimonium ad morganaticam contractum.
Hoſt. in Sum. de feu. ibi, qualiter feudum conſtit. de filijs natis de huiuſmodi matrimonio tracta-
2 tur. Et dicitur natus de matrimonio, ad differentiam eorum, qui naſcuntur de contubernio. l. nuper. C. de natural. libe. & in c. naturales. ſi de feud.
defun. mil. contro. ſue. & quia nemo a ſe ipſo oritur.
3 tur. ca. didicimus. 24. q. pri. ſed proles in carnalea generatione, ex viro, & fœmina naſcitur, & alius
eſt qui carnaliter gignit, & alius qui gignitur, ſic in ſacramentali generatione, qua ſoboles ex aqua
& ſpiritu ſancto renaſcitur, alius debet eſſe qui ſpiritualiter generat, alius qui generalite. c. debitum.
de baptiſmo. ſicut nemo ſe ipſum eligit. glo. pri. in c. cum in iure peritis. de elect. ſuſpendit, ſupponit
interdicto, imperat vel legem dicit. gl. pri. in c. irrefragabili. §. cæterum. de off. ord.

SVMMARIVM.

1 *Quidam, iungitur proprio nomini, quandoque generi, interdum ponitur ſimpliciter gratia exempli: & denotat facti ſeriem.*
2 *Nobilis dicitur a corruſcatione clari ſanguinis, & quæ inducunt nobilitatem.*
3 *Coniux appellatur propter iugum, quod imponitur occaſione futuræ concordiæ, ne ſeparentur.*
4 *Homo põt inſanire in re honeſta, ſicut in inhoneſta.*
5 *Uxorem accipiat, qui vult.*
6 *Nec: habet hac vocula incluſam copulã, & nõ differt a dictione, neque.*
7 *Amplius, ideſt pluſquam.*
8 *Habeant. ſ. veritate inſpecta.*
9 *Verbi gratia, i. gratia exempli.*
10 *Libram quot ſolidi faciunt, ex quot vncijs conſtat, & marcha quid.*
11 *Regnum quodlibet habet ſua idiomata.*
12 *Lex Salica: alibi terra Salica, & lex iſta quæ prohibeat.*
13 *Proprietas, plenum dominium dicitur.*
14 *Feudatarius habet vtile dominium.*
15 *Etiam dictio, exponit caſum magis dubitabilem, et implicat minus dubitabilem.*
16 *Pactum matris nocet ipſo iure in feudis.*
17 *In honeſtum & indecorum videtur, vt pariter ſedeat genitus ex pediſſequa uel ancilla, cũ eo qui nobilibus nuptijs genitus eſt.*
18 *Ca. primum. de filijs natis de matri, ad morga. contrac. eſt contra ius commune, continet iniquitatem, & eſt locale in ciuitate Med.*
19 *Pactum ne filij ex ſecunda uxore ſuccedant, ualet.*
20 *Mulierum tres ſpecies, & totidem filiorum qualitates.*
21 *Concubinatus de iure canonico & feudali, eſt prohibitus.*
22 *Pater prouidens, quod filij ex ſecundo matrimonio non ſuccedant cum primis, & non obſtante pacto, an poſſit mutare uoluntatem.*

AD TEXTVM.

1 QVIDAM.) Iungitur hæc dictio proprio nomini. l. quidam Iberius. de ſer
uit. vrba. prædio. quandoque generi,
vt homo quidam paterfamilias. Mat.
c. 21. & Lucas ca. 15. interdum ſimpliciter profertur. l. quidam cum filium, de verborum obligat. &
denotat facti ſeriem, tractatum, ſiue cauſam. gl. in Sum. 24. & 34. quæſtio. in Sum. vnde in Decreto,
in princip. cuiuslibet cauſæ, ſemper inuenies, quidam vir, quidam Epiſcopus, & ſimilia. 4. quæſt. in
princ. & 7. quæſtio. in princ. Habens filium ex no-
2 bili.] A corruſcatione clari ſanguinis, quæ inducit nobilitatem. Zabar. in clemen. grauis. in princ.
de ſent. excommu. & cauſatur ex nouem. Lucas in
l. mulieres. poſt princ. colum. prim. & 2. C. de dignitati. vel tribus, nobilitate progenitorum, virtute, cum honoribus, & diuitijs. Afflictus, quis dicatur dux. num. 14. circa finem. propterea quis tantum nobilior eſt, quantum moribus probus, & lu
culenta facultate refulgens. Lucas in l. pri. colum. penulti. circa medi. C. vt nemo ad ſuum patroci. &
die, ex Nobili.) Ideſt magna & bona. idem Lucas
3 in l. prim. colum. pri. circa fin. C. de conditio pub.
horre. Coniuge.] Quæ ſic appellatur, propter iugum quod imponitur, occaſione futuræ cõcordiæ,
ne ſeparentur. Archid. in ca. coniux. 27. quæſtio. 2. vel quia eſt carnaliter cognoſcenda. Idem Archid.

In,cap.Inſtitutum.in fi.ea,cau.& quæſt. Poſt mor-
4 tem eius, non ualens continere: aliam minus no-
bilem duxit.)Nam inſanire dicitur homo in re ho
neſta,ſicut in inhoneſta. Archidiac.in capit. origo.
32. quæſtio. quarta. tamen quia melius eſt nubere
5 quam vri.pri.ad Corint. ca. 7.ideo qui vult, legiti-
mam accipiat vxorem.l.de his . de prohib. nup. in
Longobar. & Nolens exiſtere in peccato eam de-
ſpouſauit.) Nam concubinam quis poteſt ducere
in vxorem. Afflic. hic nu. 2. inter vxorem enim &
concubinam nihil intereſt de iure. ff.niſi quo ad di
gnitatem, quia vxor digniori nomine nuncupatur.
6 Idem Affli.in §.item ſi fidelis.num.9. quibus mo-
dis feu.amit. Ea lege,vt nec ipſa,Nec.) Quæ dictio
habet incluſam copulam,etiam,& non differt a di
ctione,neque. Imola in l.ſi quis ita.nu.2. de verb.
obliga.& in l.ſi a reo.num.2.ff. de fideiuſſorib. Filii
7 eius Amplius.) Plusquàm. Grammat.in ver. am-
plius.& propter verba ſequentia reſtringit. Alber.
in rub.nume.4.de libera.lega.alibi eſt continuati-
ua.gl.pri.Pari.tit.pri §.37.poſt num.8. Habeant.)
8 Veritate inſpecta.l.de pupillo.§.ſi plurium.in ver.
habeat.de operis noui nunciatio. De bonis patris,
9 quam dixerit tempore ſponſaliorum, Verbi gra-
tia.)Gratia exempli. Aluar.hic poſt pri.ante num.
10 pri. Decem libras.) Quot ſolidi faciunt libram,&
ex quot vnciis conſtat, & quid marca. Caſſa.in cõ
ſuet. Burg.rub.pri.§.8.Ibi,ſoi yan te cing.Solz.per
tot. Vel quantum voluerit dare, quando eam de-
ſponſauit, quod Mediolanenſes dicunt, accipere
11 vxorem ad morg inaticam.) Quia quodlibet re-
gnum habet ſua idiomata. Iſer.ſupra eo,in rub.vna
quæque prouincia ſuum Regem.idem Iſer. ſupra
in prælu.in a.q.colum.2.cir.fi. & quælibet doha-
na ſuos ritus,in ritu R.Cameræ. de fundico flagel-
12 li,poſt prin. Alibi lege Salica.) L.pri. cum duabus
ſeq. de quantitate ſolidorum. in Longobard.terra
Salica ſeu ſacrum domanium,vel dominicum,per
antomaſiam.glo.Pariſ.pri. tit. pri.§.pri.in prin.&
nu.3.iſta lex Solica vel Salica appellatur. Iſern.ſu
pra eo.in rub.Cap.in verb. feudorum leges.col.3.
poſt medium.aliàs Gallica, quæ vltra diſpoſitionẽ
de qua hic,excludit fœminas a regno Franciæ.Caſ-
ſa.in conſuet. Burg. rub.3.§.5.in pri.nu.38. vbi e-
tiam a quo cœperit, vnde regnum Franciæ de vno
maſculo, in alium proximiorem eiuſdem ſtipitis
maſculini defertur.gl.Pariſ. tit.pri.in prin. nu.57.
ante & poſt.& 62.in fi.l.& §.26.poſt num. 2.po-
nit quid ſit iſta lex, & vnde.feudum Regale ex di
ſpoſitione huius legis, nunquam tranſit ad fœmi-
minas.ea.gl.Par.4.tit.§. pri.nu. 57.in pri.& prohi
bet Reges Franciæ alienare, quæ ſpectant ad re-
gnum.in con.feu. diuer.17. poſt nu.9.de capitulis
huius legis.l. vni. de capitulis legis Salicæ.addit.in
Longobard. & ſic per pactum acquiritur benefi-
cium, quod aliàs ex natura contractus competit.
Bal.in l.ſi quis.in pri.repet.in fi.ff.de pactis.Hic.)
Qui contraxit matrimonium ad morganicã. Cap.
in ver.feudorum matrimonia.circa princi. Iacobi.
in fi.ſui tract.1.vel lege Salica, Filiis ex ea ſuſceptis
13 deceſſit. Iſti in proprietatem.) Vbi datur plenum
dominium. Alber.in l.raptores.nume.3.de epiſco.
& cler. Non ſuccedunt,aliis ex primo matrimonio
extantibus.Sed.) Quæ dictio quomodo capiatur.
Barto. in l.patris & filii.circa medium.de vulga.&
pupilla.in l.ſed & ſi lege. in princ. de petit.hæred.
Boer.in deciſio. 155. nume.20.Nec in feudo.)In
14 quo feudatarius habet vtile dominium. Iſer.in §.
his conſequenter. nume. 20.circa medium.ſupra,
15 hic finitur lex,Etiam.)Cuius natura eſt,exprime-
re caſum magis dubitabilẽ,& implicare alium mi-
nus dubitabilem. Cur. in l. ſi ex falſis. nume.4.C.
16 de tranſactio. Aliis non exiſtentibus.)Nam illo iu
re,pactum matris nocet in feudis. Odoffre.in Sum
ma, qui poſſunt ſucced.in feud.num.17. Qui licet
legitimi ſint, tamen in beneficio minime ſucce-
17 dunt, nam ſatis videtur in honeſtum & indeco-
rum, vt pariter ſedeat genitus ex pediſſequa vel
ancilla, cum eo qui nobilibus nuptiis genitus eſt
Frec.de Subfeu.lib.2.Ibi, ſupereſt vt aliqua in ma
teria aſſenſus.num.7.circa princ. vnde ſi detur Ti-
tio feudum, qui accepit ſeruam in vxorem,filii nõ
ſuccedunt in feudo. Odoffre.in Summa,quis poſ-
ſit inueſtire,de feud. nume. 5. In proprietate verò
ſuccedunt patri, prioribus non exiſtentibus,ſucce-
dunt etiam fratribus ſine legitima prole deceden-
tibus.) Vt dixi in c.naturales, ſi de feud.defun.mi-
lit. contro. fue. Secundum vſum Mediolanenſiũ.)
Et ſic hoc ius eſt locale in ciuitate Mediolani,ali-
18 bi non ſeruatur, quia eſt contra ius commune,&
continet magnam iniquitatem. Præpo.hic circa fi-
nem pri.ſic iſta,& alia iura,quæ diuerſo modo di-
ſponunt circa ſucceſſionem. Aluar.in c. mulier.nu
me.pri.ante & poſt d.tit. ſi de feud.defunc.milit.
contro. fuer.

Declarato textu, impugnatur pactum de quo
in eo,per gl.pe.in l.3.C.de colla.tanto magis,quia
etiam quod mater fuerit turpis,filius ſequitur con
ditionem patris, ſecundum leges prouinciæ.cap.li
cet de coniug.ſeruo,tanto magis,quia nõ poteſt fa
cere filium dilectæ primogenitum. Deuterono.c.
21.Secundò,filii nati ex ea, cum qua tali conditio-
ne matrimonium contractum eſt, ne ſuccedant in
feudo.c. filii. ſi de feud. defun.mil. contro.fue.ad-
mittuntur, ergo etiam quòd fiat pactum in con-
trarium, non tenet.l.nemo poteſt.de leg. pri. Vlti-
mò.legitimati per ſubſequens matrimonium,ſuc-
cedunt in ſimul cum legitimis & naturalibus.l.cũ
quis. C. de natura. liber. ſi ſuccedunt, ergo etiam
quòd mater fuerit ignobilis, filii ex ea nati debent
ſuccedere, quia non dicuntur de familia matris.
Alex.in conſi.59 col.5.in fi. poſt numerum 17.3.
volum.ſicut nati ex matre nobili & patre ignobili,
non ſunt nobiles. Lucas in l.nullus. in princ.C.de
decurionib.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium,&
ratio eſt, quia in vna & eadem ſucceſſione patris
ſiue matris,vna eſt primogenitura.gl.Par.poſt nu.
28.tit.pri.§. 10.

Qua ſtante, non obſtat Primum,nam non va-
leret pactum prædictum, niſi eſſet vſus in contra-
rium. Bar.Sal.Alex.& Iaſ.in d.l.3.C.de coll.

Non obſtat Secundum, nam quamuis ratione
improbetur talis conditio, ex vſu tamen admitti-
tur Mediolani. Aluarot.hic,colum.2.cir. princ.&
d.c.filii.in fi.

Non obſtat Vltimum, nam licet legitimati,di-
cantur legitimi & naturales, non ſunt tamen legi-
timè nati. Alexand.in conſi.4.poſt numerum 47.
vol.ad eo quod non ſuccedunt in feudis.d.cap.na
turales. & ſic firma remanet concluſio, quod pa-
ctum ne filii ex ſecunda uxore ſuccedant, vale-
ret. Intellige, etiam in non nobilibus. Præpoſitus
hic poſt princip. vel ſi filia Regis nuberet Mar-
chioni

Amplia, & Limita vt per Cur. in tract. feu. in 4. quæſtio. numero 16. in 2. par. princip. dum tractat de inueſt. laicorum. ſicut in contractibus Comitũ, & Baronum, vbi agitur de magno præiudicio, teſtes debent eſſe eiuſdem qualitatis, ſicut ipſi contrahentes. Fre. de formu. inueſt. lib. 3. ibi, differentiæ inter feuda regalia. ver. trigeſimaſecunda. & ꝓcedit tam ſi fit a laico, q̃ a clerico de rebus ſuis. Afflict. in cap. 1. ante & poſt numerum 43. qui ſucceſſo. tenea. & hic in princip. not. Idem ſi ſtatutum requireret probationem inſtrumentalem, nam nõ ſufficit probare per præſumptionem. Afflict. in capitu. naturales. in 5. nota. num. 5. ſi de feu. fuerit cõtrouer. inter domin. & agna. Et intelligr, vt ſupra, ſi habet pares, aliàs probari poſſit per extraneos. Alnar. in dicto §. idcirco. circa med. de not. feu. idẽ in Comitibus, & Baronibus, contra quos non admittuntur niſi quidam teſtes, & in certo numero, vt in conſtitu. proſequentes. de purga. ſubla. In inueſtitura verò veteris feudi, indiſtinctè omnes admittuntur, tam pares, quam extranei. Iaco. de Ardizo in ſum. per quos inueſti. feu. noui prob. debeat. Aluaro. hic, numero 4. circa med. & procedit, quãdo habuit pares, & non fuerunt præſentes: nam ſi aliter fiat eſt nulla, cum debeant expectari. Iſer. in cap. 1. in ver. quod ſi tempore. ſi de inueſtitu. inter domin. & vaſal. quęſtio oria. nec habet locum, quãdo inſtrumentum inueſtiturę eſt factum coram paribus, & perdictum: nam poſſit probari per teſtes extraneos tribus concurrentibus. Afflict. hic, num. 7. & procedit in gratia mixta, quæ non ſtat in puris finibus ſimplicis gratiæ, vt eſt in feudis, quæ tranſeunt in ſpeciem contractus feudalis, quia iſti poſſent probari per teſtes ſicut cæteri contractus oneroſi, ſecus ſi eſſet gratia ſimplex. Cam. in cap. Imperialem. in prin. car. 8. colum. 3. de prohib. feu. alien. per Fred.

Vltimò habet locum, quando dominus habet pares, ſecus ſi non habet, quia tunc ne anguſtetur facultas probandi, admittuntur etiam extranei in teſtes. Afflic. in d. c. 1. in q. no. nu. 17. & in ca. 2. in 6. not. poſt num. 6. ſi de inueſt. inter domi. & vaſal. lis oria.

22 Nota, quòd per conſuetudinem feudorum, pręcluditur via falſitatis, quantum eſt poſſibile. Aluanaro. in d. §. idcirco. de notis feud. nam quando curia eſt præſens, remouetur omnis ſuſpicio. idẽ Aluaro. infra tit. proxi. de conſu. recti feu. cap. 1. col. 4. circa med. Vnde inueſtitura facta a laico, non poteſt probari niſi per pares, facta a clerico per quoſcumque. Rationem ponit Afflict. in d. cap. 1. in 29. not. poſt num. 34. & 35. ſi de inueſt. inter dom. & vaſal. lis oria. Item nota, quod teſtis illius, qui
23 dicit ſe inueſtitum prius, recipiuntur, & hoc quando pręcedit aliquid, propter quod præſumitur pręceſſiſſe inueſtituram. idem Afflict. in cap. ſi duo. in 2. not. de pace tenen. Quid ſi abſunt pares, vel citati nolunt venire, ſeu non habet niſi vnum. §. qui ſi quidem. vbi Afflict. in 1. nota. dict. titu. quid ſit inueſtitu.

Vltimò nota, quod teſtari eſt ſententiam confirmare, conteſtari cum aliqua authoritate confirmare, & habemus teſtari, conteſtari, & obteſtari. Archi. in d. c. teſtes. 3. q. 9.

24 Iſern. poſt declarationem textus dicit, quod inueſtitura non poteſt probari per confeſſionem, cũ deficiat ſolemnitas, quæ ſi omittatur vbi requiritur, actus non valet. l. 3. C. de emancipa. liber. eũ quia non eſt probatio, ſed loco probationis, ſicut illa quæ fit per iuramentum partis. Afflict. infra tit. 1. de conſuet. recti feu. in princ. poſt numerum 15. & ſic non ſtatur confeſſioni, dum tractatur de probanda noua inueſtitura. Præpo. hic, numero 2. ſed alii contra: nam vbi pars confitetur, non exigimus pares. quid enim egemus teſtibus, vt dicitur Matt. 26. Caſſa. in conſue. Burg. rub. 10. §. 12. ibi, on, par. ante & poſt numerum ſecundum. Sed hoc procedit, quando ſimpliciter confeſſus eſt factum proprium, ſecus ſi requiratur numerus teſtium pro ſubſtantia, ſicut præſentia prætoris in emancipatione. l. iubemus. C. de emancipatio. liber. aliàs procederet. l. non dubium. §. illud. C. de teſtamen. Iſer. hic, & ſeruatur iſte mos vbi eſt, vbi non viget, ſeruabitur ius cõmune, de quo idem Iſer. qui teſtes ſint neceſſa. ad proban. feud. ingra. & de notis feud. in ver. idoneos, poſt numerum tertium. Qui etiã hic in addit. infert, quod lex, iudex, & partes poſſunt præfigere modum probãdi, puta per pares, inſtrumentum, & non per teſtes, ſicut poteſt per pactũ. Aluar. hic numero 3. & per iudicem. l. non eſt mirum. ff. de pignor. actio. & quod dicitur de modo, idem in tempore. Iſer. in cap. ſancimus, lo 1. cir. fi. poſt numerum 13. quo tempore miles. Sed non ſequitur, poſſunt contrahentes, quod poteſt lex, & iudex: nam iudex condemnat hominem probato crimine, homo verò non poteſt ſe obligare ad mortem, & ſic lex & iudex poſſunt plus quam contrahentes. Sed videtur dicit Iſern. quod ex voluntate partium oriatur exceptio, ac ſi iudicatum eſſet. l. ſi ſuper poſſeſſione. C. de tranſactio. dic quod non tenet vt ſententia, valet tamen in vim pacti. Bal. in conſi. 427. 1. vol.

25 Quid ſi teſtes prohibiti recipiantur in noua vel veteri inueſtitura, an teneant eorum dicta, ſicut in eo qui non cogitur dicere teſtimonium contra cõſobrinum. l. Iulia. ff. de teſtibus, vel contra ciuẽ non ſtatur dicto ruſticorum. in conſuetu. in cauſis. de teſtimo. ruſtic. & in clericn, cuius non eſt opem ferre ad pœnam, ſed potius pertinet intercedere. cap. reum, 17. quęſtio. 4. cap. ſcire vos. 23. quæſtio. 8. capit. ſi res. 14. quęſtio. 6. & videtur quod ſi antequã examinentur, non fuit oppoſitum de eorum inhabilitate, valet eorum dictum, aliàs non. Caſſan. in conſue. Burgun. rub. 9. §. 18. ibi, ne ſunt, cir. medium, & tenet parte non opponente. Afflict. in §. final. num. 21. quid ſit inueſt. Sed Iſer. dicit, quod iudex debet eos repellere, etiam quod partes taceãt, & ſi non repellit, & dicunt teſtimonium, eorum dictum non valet. Sicut in eo qui non erat interrogãdus, ſi interrogatur, ſuum dictum non valet, nec facit iudicium. not. in cap. ſi clerici, de iudic. l. ſi filius, la 2. ff. de interroga. actio. In regno per d. conſtitu. proſequentes, angarius non debet eſſe teſtis contra nobilem, & ſi inducitur, habetur ac ſi non eſſet inductus. ex regu. l. non dubium. C. de leg. & licet

multa

multa prohibeantur fieri, quę facta tenent.l.1.§.biduum.in glo.fi.ff.quando appella.ſit. & delicta vndecumque claruerint ſunt punienda: nam regula prædicta procedit in ijs, quæ non habent perpetuam prohibitionem, nam ſi aliàs factum fuerit, nõ valebit.no.in c.ad apoſtolicam.de regulari.

Nec obſtat aliud, nam iudici, & non aduerſario facienda eſt fides.glo.fin.in l. quingenta.ff.de probatio.l.1.in ver.iudicibus.C.quorum bonor.& lex quando requirit fieri fidem iudici, intelligitur de plena, & ſolemni probatione. Alexan.in conſilio 147. numero 1. 6. vol. nec plene liquet, niſi poſtquam eſt renunciatum, & concluſum.glo.in cap.ſignificauerunt.in ver.liquere, de teſtibus. & quãdo fit mentio probationis, vel fidei, intelligitur de plena. Alexand.in conſilio 184. numero 6. ſeptimo volumine. & ſic teſtis qui non debuit examinari, ſi examinetur, non facit indicium. l. maritus. ff. de quæſtion.

26 Quid ſi variant, vel deponunt falſum, an debeãt puniri. Iſer.hic, nu.7. tenet quod ſic, & cognoſcit incidenter.l.3.C.de iudicijs. Afflict. in Deciſ.230. vt habeat ſuæ in iuriæ vltionem.§.denique.quæ ſit prima cau.bene.amit.adeo quod ſi clericus coram iudice laico præſentauit ſcripturam falſam, poterit ex hoc detineri. Lucas in l.fin.colum.2.poſt medium.ibi, ſecundò quæritur.C.de veteranis.& ſi depoſuit teſtimonium coram iudice laico, & accuſatur de falſo coram Epiſcopo, non poteſt Epiſcopus inhibere iudici ſeculari ne procedat ad ſententiam. Bald.in conſilio 289.colum.1.in fin.5. volumine. Sed procedit laicus, cap.1. de crimin. falſi. quia vindicta debetur reipublicæ pro variatione, etiam iudice compellente. nec fit compenſatio, cũ compulſione, quia quilibet pro ſuo delicto punitur.l.2.§.ſi publico.ff.de adulteriis. etiam quod ſit minor; nam omne delictum cadit in minore quatuordecim annis, dummodo ſit doli capax, præter delictum carnis.l.ſi ex cauſa. §. nunc videndum.ff. de minori.

De conſuetudine recti Feudi. Tit. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo diurna, longa, inueterata, perpetua, vetus, & uetuſtiſſima.*

2 *Feudum rectum dicitur, ad differentiam feudi non puri, ſed conditionati.*

3 *Feudum rectum dicitur, a fidelitate.*

4 *Feudum rectum, & purum, aliud non rectum ſed cõditionatum dicitur.*

5 *Princeps tenetur regulariter ſeruare ſuas conſuetudines.*

6 *Conſuetudinis tranſgreſſor, punitur ſicut tranſgreſſor legis.*

AD RVBR.

CONSVETVDO.) In iure nominatur diuerſis modis. glo. in extrauagan.com.vni.in ver.conſueuit. poſt princip. ne ſede vacante. nam dicitur,
1 diurna, longa, inueterata, perpetua, vetus, & vetuſtiſſima, & ſimpliciter conſuetudo. Bald.in conſil.
349.numero 2.cir. fi. 5.volum. & dicitur optima,
aliquando peſſima, interdum bona.idem Bal.qualiter feud.alienari poſſit.in prin.ante & poſt, num.
1. non extenditur vltra caſum in ea expreſſum, &
extra perſonas in ea nominatas. Socin. in conſilio
73.numero quarto, tertio volumine. hic tractatur
2 de conſuetudine recti feudi. & dicitur rectum, ad
differentiam feudi non puri, ſed conditionati. Al-
uaro.in §.ſi verò, colum.3.circa medium. quid ſit
3 inueſt.nam feudum aliud rectum & purum, aliud
non rectum ſed cõditionatum. regulariter feudum
ſimplex eſt, & rectum, licet interdum qualificatur
4 eius conditio, & dicitur rectum, a fidelitate. Aluar.
in §. quibus. columna 3. circa med. infra eo. vel
quia adipiſcitur poſſeſſionem præcedente licentia
domini, ſeu eſt perpetuum, & non poteſt reuocari.
Vnde quod poteſt reuocari, appellatur feudum
non rectum, vt feudum guardiæ. Præpo. ſupra in
præludiis.numero 52.& 53. Aluaro.in proœ.num.
31.& in §.item ſi vaſallus.in princip.de controuer.
inueſtit.in §.ad hæc, colum.2.in fi.num.3.in prin.
hic finitur lex. & ſic dicitur rectum tribus modis.
Cap.in ver.feudorum genera. ibi, rectum feudum.
Cur.in tracta.feud.in 8.quæſtio. primæ par.princ.
Conditionatum eſt, quod conceditur ad certum, &
determinatum ſeruitium: puta pro aſſocianda vxore domini, vel filia vel pulſãda cythera, & ſimilib.
glo.fina.in §.fina.de capita.qui cur.vendi.Cap.vbi
ſupra.ibi, conditionatum: tunc non tenenir, niſi ad
expreſſum.idem Cap.in cap.Imperialem. in princ.
car.29.colum. 1.ibi, quarta concluſio. de prohib.
feud.aliena.per Fre. in dubio præſumitur rectum,
& non improprium. Fre.de formulis inueſtit.lib. 3.
Ibi, ſed poſtquam, num.10.& quando in inueſtitura nullum ſeruitium exprimitur, veniunt tantum
conſueta & poſſibilia, de quibus in cap.1.de forma
fidel.& ſic datur feudum conditionale, & non conditionale. Hoſti.in ſum.de feudis.ibi, qualiter feudum diſtinguatur.circa med. Præpoſ.infra in text.
in princ.poſt numerum primum. Iſta conſuetudo
licet ſit inter ſubditos, ligat etiam Barones. multa
Iſern.hic, pro & contra. nam quod de vno dicitur,
neceſſe eſt quod de alio intelligatur.cap.translato.
5 de conſtit. Et Princeps regulariter tenetur ſeruare
ſuas conſuetudines, ſicut & ius. Bald.in cap.1.poſt
numerum ſecundum, de natu.feud.nam nil tã proprium imperij eſt, quàm legibus viuere.l.3.C. de
teſta.& vtitur legibus pro communi vtilitate latis,
niſi magna cauſa reipublicæ conueniens, contrarium ſuadet. Ludo.de Moli.de Hiſpan.primogen.
libro 2.cap.1.poſt numerũ 23. & quæſtiones eius
quæ contingunt, non aliter quam ex legum ordine, quibus omne hominum genus tenetur, excipiant, vel inferant actiones.l.vni.C. de conduct. &
procura.ſiue exacto.prædio.fiſca. & extenditur ad
conuicinos ſi eſt inueterata, Iſern.in §.præterea ducatus.in princip. addit.circa princip.d.titu.de prohib.feud.aliena. per Fre. Adducta in contrarium
procedunt, quo ad vim legis coactiuam: nam de
hac Princeps eſt ſolutus, ſed non circa vim legis
directiuam.glo.fin.colum.penul.poſt principium,
in extrauag.commu.vni.de dolo, & contum.& licet habeat multa priuilegia, cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, & voluiſſe quod
vult lex ſcripta. Afflict.in cap.primo, numero 4. apud quem vel alios, & in cauſis fiſcalibus vtitur iu-

re, quo

re, quo vtuntur ſubditi. l. 1. C. de conducto. dom. us
6 Auguſtæ. Vnde tranſgreſſor conſuetudinis, puni-
tur ſicut tranſgreſſor legis. Iſer. hic, num. 2. c. cum
omnes. in ver. conſtitutum, de conſtitutio. cap. 2. in
ver. conſuetudinis. de conſuetudi. glo. fin. in cap. in
aliquibus, de decimis. glo. fin. in cap. ad Apoſtoli-
cam. de ſimonia, ſicut tranſgreſſor canonis vel con
ſuetudinis Papalis. cap. generali. in ver. inhibemus,
de electio. in 6. cap. cum infirmitas. & ibi not. de pę
niten. & remiſſ. & puniuntur non ſeruantes bona,
& ęqua ſtatuta. Bald. in §. poſt natale, de pace tenē.
& ſi ſcienter vtuntur iniuſta conſuetudine, tenen-
tur actione iniuriarum. l. iniuriarum. §. fin. in ver. v-
ſurpatum. ff. de iniurijs. verum nō eſt in culpa, qui
facit id, qđ maior pars hominum facit. l. pignus. in
ſum. C. de pignora. actio. & ſi eſt longa, pro lege
ſeruatur. l. prima, §. fina. & ibi glo. fina. de aqua
pluuia arcen. & eam vincit. Iſer. in cap. 1. num. 2. de
feud. cog.

S V M M A R I V M.

1 *Allectantur auditores amore ſcientiæ.*
2 *Itaque, dictio inducit modum, & infert.*
3 *Vt, uocula, importat ueritatem: exponitur exempli ficatiue.*
4 *Ecce, eſt aduerbium demonſtrandi.*
5 *Suſpitio ceſſat, quando curia eſt præſens actui.*
6 *Pro feudo, ideſt nomine feudis.*
7 *Lex feudalis non dat certam formam domino, in modo inueſtiendi feudum.*
8 *Etiam, dictio includit.*
9 *Alius, hoc pronomen implicat, ſed non ſemper.*
10 *Conſentire uidetur quis patiendo rem ſuam ab alio ſub ſilentio poſſideri.*
11 *Contra, ideſt præter.*
12 *Cæterum, ſine copula eſt aduerſatiua in iure, & in facto.*
13 *Inueſtitura debet probari per pares, quando habet: & ſi ſunt abſentes debent expectare.*
14 *Abeſſe differt, quando ſcribitur cum, b, vel duplici litera ff.*
15 *Feudum acquiritur ſucceſſione, uel inueſtitura: & probatur per pares.*
16 *Acquiri feudum inueſtitura; nam ſucceſſione non intelligitur proprie acquiri.*
17 *Minores Valuaſores propter modicam rem, non coguntur ire ad tribunal remotum longe.*

A D T E X T V M.

1 SCIENDVM eſt.) Allectantur
auditores amore ſcientię. Auth. ha-
bita. ibi, amore ſcientiæ. de ſtatu. &
conſu. con. liber. eccle. Itaque.) Licet
quandoque ponitur inceptiue. §. nos
igitur. in ver. itaque. Authen. de non aliena. aut per
2 mut. hic inducit modum, & infert. Loffr. in conſil.
14. num. 69. l. cum qui. in glo. penult. poſt princ. de
acquiren. hære. Lucas in l. miſſi. col. 1. circa fin. C.
de exactor. tribu. eſt rationalis vel illatiua. idem
Lucas in l. iure. circa med. C. de fabricen. & in l. 2.
columna ſecunda, poſt medium. C. de debito. ciuit.
Feudum acquiri inueſtitura, ſucceſſione, vel eo qđ
habetur pro inueſtitura.) Vel quatuor modis. Iſer.
& Præpo. hic in princip. ſeu quinque. Iacob. de Ar-
dizo in ſum. quibus modis feu. acquir. ſed reſtrin-
guntur ad alios, videlicet inueſtituram & ſucceſſio
nem. cap. 1. in fine. de feud. cog. Afflict. hic in prin.
3 not. Vt.] Importat veritatem. Angel. in l. cum alijs.
num. 2. C. de ſecun. nupt. & ponitur exemplificati-
ue. Anchar. in cap. mandatum, nume. 3. de reſcript.
4 Ecce.] Quod eſt aduerbium demonſtrandi. Gram
ma. in ver. ecce. Si dominus alicui coram paribus.]
Quod quando dicatur fieri. l. coram. de verbor. ſi-
5 gnifica. & tunc, quia curia eſt præſens ceſſat omnis
ſuſpitio qua dominus poſſet decipi, & circumſcri-
bi, per teſtes forte redemptos. Præpo. hic nume. 1.
circa fi. Curiæ dixerit, Vade in poſſeſſionem illius
6 fundi, & teneas illum pro feudo.] Ideſt nomine feu
di. Ripa in cap. cum M. Ferrarienſis, nume. 7. de cō
ſtitut. Licet enim non interceſſiſſet inueſtitura, ta-
7 men tale eſt ac ſi interceſſiſſet.) Nam lex feudalis
non dat certam formam domino in modo inueſtiē
di feudum, ſed inueſtitura recipit legem ab initio
ex conuentione partium. in conſt. feu. diuer. 49. nu
mero 8. circa fin. Quia ille eius voluntate poſſeſſio
nem feudi nactus eſt feudi nomine.] Et ſic poſſeſ-
ſionem, ideſt prædium. Archidia. in cap. cum eccle
ſiæ. 3. quæſtio. 2. & rea poſſeſſas. Zaba. in clemen. 1.
num. 15. in fi. de rebus eccle. non alienan. Nomine
8 feudi nactus eſt. Inde Etiam.) Quę dictio includit.
Abba. in cap. primo, numero 3. de commodato. Di
9 citur, & ſi Alius.] Quæ dictio implicat, ſed non
ſemper. Alberi. in l. alumnos, aliàs l. etiam. §. qui in
Italia. ff. de manum. vindi. Probauerit ſe aliquid.)
l. ſi id quod. ff. de donatio. inter virum & vxorem.
Nomine beneficij aliquo tempore.] Puta ſpatio tri
ginta annorum. cap. ſi quis per triginta. ſi de feu. de
functi milit. contro. fue. Tenuiſſe domino præſen-
te, & non contradicente, & ſeruitium eius Quaſi.)
Quæ eſt veritatis expreſſiua. Alex. in l. ſi id quod.
§. quod autem. de acquiren. poſſeſſio. A vaſallo re-
cipiente, licet non probet inueſtituram, verumta-
10 men obtinebit præſtito iuramento.) Quia conſen-
tire videtur patiendo rem ſuam ab alio ſub ſilentio
poſſideri. Afflict. in §. porro, numero 35. quę ſit pri
ma cau. bene. amit. Niſi aliud contra.) Ideſt in con
trarium: alibi præter. l. paciſci. in glo. 1. ff. de pactis.
11 Inducatur. Quod autem dictum eſt, vt per pares
probetur inueſtitura.] Noua. ſupra tit. præced. In-
telligendum eſt, de eo domino qui alios habet va-
12 ſallus. Cæterum] Quæ, dictio ſine copula aduerſa
tur in iure, & in facto. Curt. in l. 1. §. 1. nume. 19. ſi
quis ius dicenti non obtempera. Sufficiunt extra-
nei, nec dicatur inueſtituram, vbi ſine paribus facta
eſt, valere, quoniam tunc temporis aberant pares:
13 quia etiam ſi abſint expectandi ſunt.) Et ſic inue-
ſtitura debet probari per pares, quando habet. & ſi
habet, & ſunt abſentes, debent expectari, cum di-
ſtinct. ſi parum vel longe ſunt abſentes. P[illegible]ſ. in
§. quod autem, circa med. & Alua. numero 2. & 3.
iſto titu. ſicut in radice. l. ſed hę perſonæ. §. non ſo-
lum. de procurat. & differt, quando verbum, ab eſ-
ſe, ſcribitur cum, b, vel cum duobus, ff, quia tunc ſi
gnificat præſentiam. Bar. in l. quoties. nu. 4. C. de di
gnitat.

Declarato textu, dubia reddebatur eius deciſio.
Et primò, quis non poteſt effici dominus, niſi ex
vna cauſa. l. ſeruum filij, in ver. ab eo. ff. mādati. nec
poteſt dominium niſi ex vna cauſa contingere. l. 3.
§. ex pluribus, de acquir. poſſeſſ. ſeu ex duobus vide
licet iure gentium, & ciuili. l. prima, de acquir. re-
rum domin.

Secundò,

Secundò, ſemper attéditur id ad quod res principaliter ordinatur, & non ſecundario. l. quamuis, de au. & arg. leg. ſed feudum principale potius pro uidétia acquiritur, quam iure hæreditario. Ludo. de Moli. de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 8. nu. 8. ſucceſſiue non per ſucceſſionem, ſed principali proui dentia acquiri dicimus: cum in hoc eius acquiſitio principaliter verſetur. ſimile in l. legatis. §. ſi vnus, de leg. 3.

Vltimò, facultas probationum non debet anguſtari. l. quoniam. C. de hæreticis. modo inueſtitura, quando eſt facta, ſufficit qunmodocumque probari, nec eſt facienda vis in paribus, vel in alijs teſtibus. Iſer. ſupra tit. præced. qui teſtes ſunt neceſſa. num. 3. in fi.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium. Et ratio eſt, vt viuentium voluntates ſeruentur. l. ſecunda. C. commun. de lega. l. penult. C. ad legem Falcid.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam verum eſt, quod dominium non poteſt contingere, niſi ex vna cauſa. Afflict. in capit. primo, nume. 66. de ſucceſſ. feud. poſſunt tamen concurrere duæ formæ ad vnum effectum. d. §. ex pluribus. in ver. poſſideo. & ſequen. & ſic ad acquiſitionem dominij vt infra.

Non obſtat Secundum: nam actus ſi poteſt habere diuerſos fines, & reſpectus, is dicitur principalis vno reſpectu, ſicut & alio. Ludoui. de Moli. de Hiſpano. primogen. libro ſecundo, capitu. quarto, num. 15. Vnde licet poſſit dici ex pacto, & prouidentia, acquiritur tamen ſucceſſione. d. c. 2. in fi. de feu. cogn.

Non obſtat Vltimum, nam requiruntur pares, ne quid falſitatis excogitetur in perniciem domini:
15 dixi ſupra in tit. præceden. & ſic firma remanet cõcluſio, quod feudum acquiritur ſucceſſione, vel inueſtitura, & probatur per pares.

Intellige, non ſolum in inueſtitura, verum & in eo quod habetur pro inueſtitura, puta ſi coram paribus dicat, vade & tene illud in feudum, vt hic. Secus ſi non fieret coram paribus. cap. 1. quibus modis feu. conſtitui poteſt. in alijs etiam quòd dario non tenuit, ſufficit non reuocare. glo. fi. in l. obſeruare. ff. de offic. proconſ. & quod dicitur in inueſtitura vera, idem in præſumpta, ſi tenuit ſpacio triginta annorum. vel alia præſumptione legitima: puta quia emit, cum conſenſu prædeceſſoris domini. Iſern. in §. illud quoque præcipimus. numero 66. In fi. de prohi. feu. aliena. per Fre. item habet locũ, etiam quod vaſallus cauſam amiſſionis commiſiſſet: nam ſi dominus ſciens illum amittere, inueſtiuit de ſuo recto feudo, non poteſt poſtea illum priuare, niſi dixiſſet, ſaluo iure ſuo. Iacob. de Ardizo in ſum. quid ſi vaſal. cau. ami. commi. & dom. inueſti. de ſuo recto feu. numquid agi poſſit contra vaſal. per domin.

Reſtringe concluſionem prędictam in inueſtitura noua, nam illa quę fit de veteri feudo, eſt confirmatio, aliàs diceretur ſolum acquiri inueſtitura, quia cum ſuccedit oportet infra annum & diem petere inueſtituram. Iſern. in cap. ſciendum. nume. 6. d. titu. de feud. cogn. & limita in vera traditione, alias non efficitur illius cui traditur. l. pen. in ver. altercantibus. circa med. C. de vſufr. & habit. & procedit, quando habet pares, aliàs ſufficerent alij teſtes, vt hic, & ſupra tit. præced. qui autem dicantur pares. Iſer. in §. ille tamen, poſt nume. 7. de contro. feu. apud pares termi.

16 Nota, quòd acquiritur feudum inueſtitura: nã ſucceſſione proprie non intelligitur acquiri. Aluarot. hic numero primo. ſed acquiſitum capi. Præpoſ. hic in prin. vel conſtituitur vno modo, ſed acquiritur pluribus. Aluaro. hic poſt numerum quartum. & Præpo. numero 1. poſt med. Iſern. theoricam fere totam cucurri, ſed dicit, quod inueſtitura acquiritur etiam ſi tenuit per annum domino ſciẽte, & non contradicente, & ſeruicium recipiente: nam in caſu permiſſo patientia cum anni ſpatio pręiudicat, niſi fieret cum proteſtatione, vt per eũ. Præpo. hic, numero primo, circa med. & §. fina. numero ſecundo, infra eo. & expectantur pares, quia melius per eos veritas inquiri poteſt, quam per alios. Iacob. de Ardizo in ſum. de contentio. quæ de feu. inſtitui. circa princ. cum diſtinctione de qua ſupra. & per Hoſtien. in titu. de feudis. §. apud quem. ver. ſed quid ſi quæſtio. Vnde licet non debeãt propria authoritate ſibi ius dicere. l. nullus. C. de iu-
17 dęis. tamen propter modicam litem, non coguntur minores valuaſores venire ad remotum tribunal, nec ad præſentiam Imperatoris, ſed cauſa coram delegato, & miſſis ab eo finitur. Iſern. in capit. ſancimus, lo 3. num. 4. poſt medium. quo tempore miles. & nimia abſentia ſuperioris, facit eum haberi ac ſi non eſſet, ad hoc ut compromittatur, vel requiratur pro ſatisfactione vaſalli, idem Iſern. in c. 1. colum. 1. in fi. nume. 3. cir. med. quibus modis feud. amitta. lo primo.

SVMMARIVM

1 *Sacramentum dicitur ſacra rei ſignum, quaſi ſacrãs mentem, & fuit inuentum propter infirmitatem hominum.*

2 *Sacramentum non ſemper defertur poſſidenti, ſed iudicis arbitrio committitur.*

3 *Pro, particula, inducit modum.*

4 *Prẹter, ſtat incluſiue; & ponit quod præcedens propoſitio negauit.*

5 *Videtur, verbum, denotat arbitrium boni uiri.*

6 *Iudicis arbitrio multa committuntur.*

7 *Vaſallus ſi nihil probat, abſoluitur dominus.*

8 *Iuramentum defertur a iudice, quandoque a parte.*

9 *Purgare ſe ſimplici uerbo, eſt uanum, qui ſe purgare debet cum iuramento multorum.*

10 *Sacramentales expurgatores iurantes de conſcientia.*

11 *Secundum, ideſt iuxta.*

12 *Parentes, ideſt coniuncti.*

13 *Conſcientia, eſt ſui ipſius cordis ſcientia.*

14 *Sacramentum hæredis, & principalis differt.*

15 *Dominus uel uaſallus, ſi iurat de facto ſuo, non fit mentio conſcientiæ, ſi de facto præceſſoris, ſic.*

16 *Sacramentum defertur actori uel reo, in defectu probationum, prout iudici melius uidebitur.*

17 *Sacramentum defertur uſque ad ſententiam, & iudex ex officio poteſt ſupplere uſque ad concluſionem.*

AD §. SACRAMENTVM.

SACRAMENTVM.) Sacrum
ſecretum. Diuus Thom.ad Epheſios,
cap. 1. ibi, quæ.colum.1. circa fi.& 2.
circa prin. & 1.ad Timoth. cap.3.co-
lumna fina.poſt princ. ſacræ rei ſignum . Zabar.in
1 clemen.1.in prin.num.3 .de priuileg. Inde iuramen
tum appellatur ſacramentum. Lucas in l. 1.colum.
2.circa fi.qui milita. poſſunt vel non. quia iurando
ſacrat mentem, illam exponendo ad ea, quæ iuxta
muneris debitum tenetur efficere.idem Lucas in l.
probatorias,in princ.de diuer.offi. Fuit inſtitutum
propter infirmitatem hominum de facili dubitan-
tium, vt cum quis non vult credere ſimplici verbo
alicuius, tunc permittitur iurare. Zab.in clem.vni.
in ver.nos itaque,num.16. de iureiuran. & iuran-
do, Deus eſt teſtis.§.fina.in ver.quidem.Auth.qui
bus modis natu.effe.leg.ac Dei Omnipotentis no-
mine inuocato ſolidat. l. ſi quis maior. C. de tran-
ſact.iſtud Nō ſemper eſt dandum poſſidenti.]Sed
2 iudicis arbitrio committitur, cui ſit deferendum
ſecundum qualitatem facti,& perſonarum. Prępo.
ſupra titu.præceden. columna 3. poſt medium.&
hic,numero primo. Vnde, Quandoque poſſiden-
ti.] Per annum pacifice & quiete, domino ſciente
& non contradicente. Aluar.in §.ſi inſtrumentum.
colum.3.circa princip.de notis ſeu. Quandoq; pe
tenti.) Si bona fuerit eius conuerſatio, quia tunc
creditur cum iuramento;aliàs non. Azo in ſum.nu
mero 6.in fi.C.de capti.& poſtlim. reuerſ. Quan-
doque neutri datur.)Ex defectu probationis,quia
non eſt procedendum ex abrupto, & præcipitan-
ter, ſed cauſa cognita ad delationem iuramenti,&
in tali delectione, iudex debet habere æquita-
tē pro oculis, quia innititur magis ęquitati, quàm
rigori. Præpo.ſupra de grad.ſucced. in ſeu. poſt nu
merum tertium. Et cum alicui horum datur , ita
Demum.) Ideſt verum.Io.Andr.in cap.ſtatutum.
num.6.poſt medium, de reſcript.in 6. Ita datur, ſi
3 aliquid Pro.)Quæ dictio,inducit modum. Ripa in
reſponſo 131.poſt numerum 38. Eo ſit, quod iu-
dicem moueat.] Et ſufficeret vnus teſtis. Præpoſ.
hic,numero 2.& 4.vbi nihil eſt quod faciat pro ali
4 quo eorum, Præter.] Quæ ſtat incluſiue. Zabar.in
clemen. 1.§.verum,numero 1.in fi.de hæreticis,&
ponit quod præcedens poſitio neganit. Idem Za-
bar.in clemen.2.in prin.in 7.not.de pœnis. Poſſeſ-
ſionem ſolam, tunc ſecundum quod iudice melius
5 Viſum fuerit.) Quod verbum denotat arbitriū bo
ni viri. Pares de ſindicatu.in ver.arbitrium . cap.1.
6 num.8.cum iudicis arbitrio multa committantur.
Caſſan.in conſue. Burg.rubr.s.§.5.ibi,pour la prie
mere.num.17.& ibi,alar britaige.in princ.vſque ad
numerum 23. Aut poſſidenti dabitur ſacramentū.
Aut.] Ideſt,vel. Angel.in l.cum qui ita.§.qui ſibi
aut filio.numero 3.de verborum obliga. Actore ni
hil probante,qui conuenitur, etiam ſi nihil præſti
7 terit reus tamen abſoluitur, vel obtinet.) Nam ſi
vaſallus nihil probat, abſoluitur dominus, nullo
præſtito iuramento; econtra ſi poſſidet vaſallus,&
dominus nihil probat, ſi poſſeſſio eſt antiqua, eius
ſacramento diffinitur, & abſoluitur: aut noua, &
committitur ſacramento domini. Prępo.hic.nume
ro 2.circa fin. Et cum datur,aut datur a iudice, aut
8 a parte.) Et differt, ſed ſemper requiritur quod
probetur aliquid, quod iudicem moueat ad illud
dandum. Iſer.in §.ſi verò feudum. circa medium.
de cōtrouer.inueſt.etiam quod ſint ſemiplenę pro-
bationes. Iſer.hic, Si a parte, aut ſubeat cum duode
9 cim ſacramentalibus.) Ideſt expurgatoribus iurā
tibus de conſcientia. Bald.in cap.2.numero 2.ſi de
inueſtitu.inter domin.& vaſal.lis oria.& eſt vanum
10 ſe purgare ſimplici verbo,qui ſe purgare debet cū
multorum iuramento. Innoc.in cap.2.poſt nume-
11 rum primum,de confeſſis. Secundum.] Ideſt iux-
ta. Aret.in l.duo ſecundum.ff.de pigno. Inferiorem
diſtinctionem. aut referat pars cui delatum eſt.)
Aliàs ſi neutrum facit, manifeſtę turpitudinis eſt.
l.manifeſtæ.ff.de iureiuran.glo. hic in ver.referat.
Si a iudice, iuret ille cui delatum eſt, cum duode-
cim vaſallis, (videlicet) cum ſex Parentibus.) Ideſt
12 coniunctis. Præpo.hic in ver.cum datur.in fi. Cæ-
teros.) Actus Apoſtolo.cap.5.Si vult,habeat extra
neos. Dominus verò ſi vult,cum parentibus aut va
ſallis ſolis, aut cum parentibus vaſalli, vel cum ex-
traneis mixtis parentibus, vel vaſallis. & iurabit va
ſallus.) Simpliciter,& non,ita credere. Iacob.de Ar
dizo.in ſum. de contentio. quę de feud.inſtituitur.
car.6.Et ſic,Sine mentione conſcientiæ.] Quæ eſt
13 ſui ipſius cordis ſcientia. Lucas in l.fina.in prin.de
iure fiſci. Ioan. And.in cap.ſtatutum,numero 9.de
reſcript.in 6. Dominus Quoque.] Quæ eſt dictio
implicatiua. Areti. in l.etiam ex filio. nume.10.de
vulga.& pupilla. De facto ſuo ſimiliter, de facto ve
rò patris, vel aui aut alterius aſcendētis, iuramēto
conſcientia præponetur.] Et ſic ſacramentum hæ
14 redis, & principalis differt. nam alia eſt conſcien-
tia hæredis, & alia principalis. Odoffr.in ſum.pro-
batio.deficie.quid fieri debeat.in cau.feu. circa fin.
cum addit.vlt. & hoc iure Romano, ſecus de iure
Longobardorum. glo.in l.prima,in ver.in triplo.
in fin.de damno iniuria dato. & in l.1.in ver.neſciſ
ſent. ſi actor regis res regias per frau.aliena.in Lō
gobard. Andreas de Barulo,in rubr.de ſacramento
defuncti,& hæredis,poſt Longobard. Quidam ta-
men dicunt non quidem conſcientiam eſſe præpo
15 nendam.) Et ſi dominus vel vaſallus iurat de fa-
cto ſuo, non fit mentio conſcientiæ, ſi de facto
prædeceſſoris apponat conſcientiam. Odoffred.
in dicta ſumma, probatio. deficien. quid fiet.
numero 7.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio. Et Primò, Eccleſiaſtici, cap. 23. dicitur, Iurationi non aſſueſcat os tuum: multi enim caſus in illo: Et non debet valere, quia inuitat homines ad peccandum. Loffred. in conſil.12.poſt nu.28.

Secundò, iuramentum nō debet eſſe vinculum iniquitatis.cap.inter cętera,poſt prin.22. quæſt. 4. modo ſi ſtaretur iuramento proprio,nulli dubium quòd ille pro ſe iuraret, quia nemo carnem ſuam odio habuit.glo.1.circa fin.in l.2.ff.de in ius vocati vt eant. & ſucceſſiue ex ſua improbitate conſequeretur actionem, contra.l.3.in ver.quod nequaquam.ff.ad exhibendum.

Vltimò,iurare prohibetur. Matt.cap.5.ſi prohibetur,non poteſt,quia quæcumque ſcripta ſunt,ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.ad Roma.15.Iſer. in §.turpiter. Luſerit,colum.1.in fi.poſt nu.11.quibus modis ſeu.amit.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium. Et ratio eſt, quia iuramentum ſuccedit in locum probationis,nā ea deficiente recurritur ad illud. Aff.in c.defuncto.nu.2.ſi de feu.defun. mil. contro.fuer.

Qua

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam iuramentum de per ſe non eſt illicitum. Iurare autem frequenter prohibetur. Lucas in d.l.prima, colum.2. in fi.& ſeq.C.qui milit.poſſunt vel non.

Secundum non obſtat, nam nemo præſumitur immemor ſalutis æternę. l. fina. C.ad leg.Iul.repetun.

Non obſtat Vltimum, nam crebro domini iuramenta leguntur.cap.incommutabilis. 22.quæſt. 4. & omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. Afflict.ſupra in proę.num. 3. Et ſic firma remanet cō
16 cluſio, quod ſacramentum defertur actori vel reo, in defectu probationum, prout iudici melius videbitur. Vnde defertur filiæ, domino, & quandoque agnato. Odoffred. late in ſum. cui incumbat proba.in cau.feu. poſt numerum 3. & procedit tam ſi cauſa ſit magna, quam modica; nam tunc ſolum adhibentur plures vel minores pares in iuramento. Iacob.de Ardizo.in ſum.de contentio, quæ de feu.inſtituit.ibi,& decurritur ad ſacramentum. Et habet locum, etiā quod vaſallus nihil probauit de iure ſuo, nam poterit nihilominus iudex, ſi ſibi videbitur, deferre ſacramentum domino. Aluarot.in cap.primo, poſt numerum 7.de contro.inueſtit.& §. fina.columna pen.circa med.& fin.de gradi.ſucce.in feud. & tam ſi præſtetur per ſe, quàm per alium, dummodo is pro quo præſtatur non ſit impubes, prodigus, vel furioſus. Iſer.in §.item ſacramenta puberum.poſt num.39.ibi, item hic, de pace iura.firma.

Vltimò idem in purgatione quæ admittitur iuramento.l.ſicut.§.primo, in ver.cauſa.ff.de accuſa.

Intellige, dummodo ſit probatū aliquid, quod iudicem moueat ad id deferendum. Iſern.hic circa prin.& non procedit, ſi eſſet caſtaldus vel actor domini: nam iſti malignando ſępe multa auferunt domino.ca.1. de contentio.inter dom.& fidelem, de inueſtit.feu.& intelligitur ſi ſcit, aliàs ſi eſt dubius, & certificari non poteſt, compelli non debet ad peierandum.Iſer.hic ibi,& iurabit.in fi.nam non debet anceps ſubire periurium.cap.fi.in ver.ignorat. de purga.cano.cum non poſſit de re alterius iurare præcisè.cap.conſtitutus, in ver.iuramento, circa med.de reſcrip.Sed ita ſe credere, & a ſuis maioribus audiuiſſe.glo.fi.in cap.quotiens, de teſtibus.c.c.bonæ memoriæ.lo 1.in ver.ſingulares.de elect. Iſer.hic in ver.& iurabit, in prin. & fæiūs iura quæ dicunt, in facto alieno probabilem eſſe ignorantiā. l.verius.ff.de probationi.l.fi.ff.pro ſuo.vnde reſpōdet dubitanter.c.vaſallus feudum.d.tit.ſi de feu.de funct.mili.contro.fue.§.fi.infra tit. 1. & de incerto iuret.glo.hic in ver.conſcientiæ.

Vltimò non procederet, quando pro forma actus ſubſtantialis vel probationis, eſſet neceſſarius certus numerus teſtium, quia tunc non poſſit ſuppleri per iuramentum, vel alias coniecturas, vt in nonnullis caſibus, in quibus non defertur. Aluar. hic, num.5.vſque ad 8.& d.tit.de contro.inueſtit. num.8.circa fi.

Nota, quod iſtud ſacramentum non appellatur defenſionis, ſed iudiciale. Odofred.in d.ſum.probatio.deficie.quid fieri debeat in cau.feud.num.6. iuratur in multis caſibus.glo.in cap.nullus, de iure iuran.datur ſcienti,& vbi ſingula non poſſunt probari.l.tertia.in ver. iuramento.C.de iure dom.impetra. datur ei pro quo eſt pręſumptio. Aluarot. in dicto cap.inter filiam.num.3. circa fi. ſi de feu. defunct.milit.controuer.fue.modus iurandi ponitur in l.quinta, 14. & 34. qualiter quis ſi defende. debeat. & in l.ſecunda, de ſponſa.in Longobardo. & eſt vera probatio. Afflict. dicto titu.de contentio. inter domin.& vaſall. in 5.not.ante, & poſt numerum 7. quia Deum inuocat in teſtimonium. Iſern.in d.§.item ſacramenta puberum. nume.39. circa med.

17 Vltimò defertur vſque ad ſententiam, & ex officio poteſt ſuppleri vſque ad concluſionem. Præpo.hic, num.1.in princ. Iſer.theoricam fere totam tetigimus, nulla facta diſtinctione inter feudum magnum & paruum, niſi in modo probandi: tamen eetiam quod una lex non dicat, diſtinguitur per aliam. Auth.offeratur, de litis cōteſt. l.ſciendū. qui ſatiſdare coga. nam poſteriores ad priores pertinent. l.ſed & poſteriores.ff.de leg.& circa delationem iuramenti per partem, eſt ſpeciale in feudis per hęc iura, quæ non ſeruantur, niſi vbi eſt talis mos. dictum eſt in pręambulis, dicit Iſer.in 3. qō. poſt numerum 39. & in cap. ſi facta, colum.2. in prin. num. 2.circa fin.dicto tit.ſi de feud. defunct. milit.contro.fuerit.cætera ſunt plana,& accommoda, vt per Loffr.

SVMMARIVM.

1 *Etiam, eſt implicatiua dictio.*
2 *Iuramentum calumniæ, & de veritate dicenda, differunt, & quomodo præſtantur.*
3 *Imperator dicitur Rex, ante, & poſt coronationem.*
4 *Romandiola apud Italiam.*
5 *Sumptibus & periculo, qui ſi offert, non præſumitur diffidere de victoria, donec litigat.*
6 *Fieri id non debet, a quo impetrauit quis alios prohiberi.*
7 *Dominus non tenetur iurare de calumnia, nec ipſe exigere a uaſallo.*
8 *Calumniæ verbum eſt generale, & capitur pro omni eo quod contra legem agitur.*
9 *Iuramentum calumniæ præſtat dominus, & nō procurator: & quomodo.*
10 *Princeps uel fiſcus non uocatur in ius ſine uenia, & dum committitur, diſpenſatur.*
11 *Calumniæ compeſcuntur, per refectionem expenſarum.*

AD §. IN QVIBVS.

IN quibus.]Scilicet cauſis feudalibus. Præpo.hic poſt princ. Etiam.) Quæ
1 eſt dictio, implicatiua. Zaba.in clem. vni.§.fi.num.2.de ſupple.negli. prælat. Sacramentum calumniæ a domino non exigitur.]Quia non præſtatur in cauſa feudali. Odoffr. in ſum. verum in cau.feu.iurari debeat.de calum.&
2 differunt iurīm calumnię,& de veritate dicenda: nā primū pręſtat̄ in ciuilib.aliud in ſpiritualib.c.cū dilectus.in ver.iur̄o.c.dudū,lo 2.ī ver.de veritate, de elect.c.prudentiā.§.ſexta, in ver.ex confeſſione, de offi.deleg.& in cauſa vſurarū.c.ex literis. de iureiurā. ſecus hodie. c.1.in ver.dicenda.de iudic.in 6. Iurans de veritate dicenda debet dicere ita eſſe: in iur̄o calumniæ, ita credere & ęſtimare, cap.penul. in gl.2.de teſtibus.l.quoties. in glo, & l. iuſiurandum. l.penul. in ver.certioretur. ff.de iureiuran.

Quod

Quod nuper Rex Fredericus.) Et ſic Imperator di
citur Rex. Iſern. in cap. 1. in ver. Reges; poſt nu. 8.
de his qui fru. dare poſſ. vel quia fuit ante corona-
tionem, vt hic, & de pace iuran. firma. poſt nu. 91:
c. venerabilem, de electio. Aluar. hic, colum. 2. cir.
princ. & dicitur Rex Romanorum. Iſern. in cap. 1.
poſt num. 1. de feud. cogn. In Romandiola.) Apud
4 Italiam. Iſern. hic in prioc. Conſtituit, vt vaſallus ca
lumniæ ſacramentum a domino non exigat.) Quia
5 præſumitur probabilis dubitandi cauſa in eo, qui ſe
ſumptibus, & periculo offert, nec præſumitur dif-
fidere de victoria, donec litigat. glo. 1. Pariſ. poſt nu
merum 163. tit. 2. §. 52. Quod etiam a parte domi-
ni intelligendum eſt.) Videlicet, quod nec ipſe poſ-
ſit petere a vaſallo. Vt.] Quæ particula inducit mo
dum. Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitro. num. 1. ff. pro
6 ſocio. Quod quiſque iuris in alium ſtatuit. ipſe eo-
dem iure vtatur.) Nam nemo debet facere illud, a
quo impetrauit alios prohiberi: nec debet alij legē
imponere, quam ipſe negligit obſeruare, ſed debet
vti eodem iure quo contra alium vtitur. not. in cap.
petiſtis, de priuileg. nam quod tibi vis fieri, alteri
facere debes. no. in c. ad reprimendam. de offi. ord.
Aluaro. hic, num. 2.

Declarato textu, impugnatur eius determinatio.
Et primò, in iudicijs non datur exceptio perſona-
rum. c. in iudicijs, de reg. iur. in 6. & ſacramenti ti-
more, contentioſa litigantium inſtantia compeſci-
tur. l. 1. de iureiur.

Secundò, qui non poteſt conueniri, nō cogitur
iurare. l. tutor. §. fi. ff. de iureiur. a contrario ſenſu. l.
1. ff. de offi. eius. qui poteſt conueniri, iurabit. Sed
dominus conuenitur. c. 1. de conte. inter dom. & fi
de. c. 1. de conten. inter me & dom. de portio. feud.
ergo tenetur iurare.

Vltimò, non creditur iuramento alicuius, qui ma
litioſe procedit. no. in c. præſentium. de reſtib. ſi nō
creditur, fruſtra fit, quod factum non releuat. l. ali-
quando. §. fi. ff. ad Velleia.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, quia
præſumptio eſt, quod non temere aut calumnioſè
petat, ſed præſumitur fouere bonam cauſam. Luc.
in l. vni. columna 5. poſt princip. C. de ſumptuum
recupera. nec debuit vaſallus alia lege conueniri,
quàm ſibi tribui poſtulauit. l. ratas. C. de reſcind.
vendi.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam immo ſer
uatur æqualitas. nam magnum iudicabis vt paruū,
licet in pœnis deferatur dignitati, & perſonæ. c. 1.
in ver. ſtatuẽtam, de ſentent. & re iudic. in 6.

Secundum non obſtat: nam non valet argu-
mentum a contrario ſenſu, quando reſultat incon
ueniens. Iſern. in cap. 1. poſt numerum trigeſimū,
de natu. ſucceſ. feud. nec quando reperitur in iu-
re contrarium. glo. 1. in cap. vnic. de ætate & qua-
lita. in 6.

Vltimum non obſtat, nam non attenditur ꝙ fit,
ſed quod fieri debet. l. ſed licet. ff. de offi. præſid. &
7 ſic firma remanet concluſio, quod dominus non
tenetur iurare de calumnia, nec ipſe exigere a va-
ſallo. Intellige idem eſſe in parente & patrono.
Bald. hic circa fin. & Aluaro. columna prima, in fi.
Hoſtien. in Sum. de iura. calu. §. quis debet iurare,
circa fin. ac minore. l. 2. quod obſeruari. in ver.
ſcire. C. de iureiuran. & non ſolum in temporali-
bus, verum etiam & in ſpiritualibus. cap. 2. de iu-
ra. calum.

Limita in cauſis feudalibus, & quando vaſallus
iurauit fidelitatem: ſecus ſi non iuraſſet. Aluaro.
hic columna 3. circa princ. alii tenentur iurare, niſi
a iure excipiantur. Hoſt. vbi ſupra. §. quis debet. cir
ca fin. & procedit, quando Princeps per ſe litiga-
ret: ſecus ſi per procuratorem. Iſern. hic circa fi-
nem. etiam quòd aliter intelligat Cap. in ver. feu-
da officiorum, colum. 7. poſt principium, & facit
quod dicit idem Iſern. hic, numero decimo, quòd
procurator fiſci non iurat de calumnia, quia pro-
curator & dominus cenſetur vna perſona. glo. fi-
nali, in l. ſi procurator, la ſecunda. ff. de doli ma-
lis, & metus exceptio. & quando remittitur, re-
mittit lex, & non homo. glo. in l. iuſiurandum.
§. qui iuſiurandum. in ver. exigatur. ff. de iure-
iurando. & poteſt etiam tacite omitti. l. de pu-
pillo. §. qui opus. in ver. exigitur. de noui ope-
ris nuntia.

8 Nota quod calumniæ verbum eſt generale, &
capitur pro omni eo quod contra legem agitur. Lu
cas in l. 1. columna 2. poſt princip. C. de priuileg.
eorum qui in ſacro palat. mili. & quando præſta-
9 tur, iurat dominus & non procurator. l. quoties.
§. fina. in ver. neceſſe, de noxali. etiam vniuerſi-
tas. not. in cap. excommunicamus. in princip. &
in §. adijcimus. in ver. totam. de hæreti. ſi ſunt
perſonæ egregiæ, ad eas mittitur. l. ad perſonas.
cum ibi not. dicto titu. de iureiuran. §. primo, circa
fin. Authent. vt litigan. iurent. poteſt peti & exi-
gi in quacumque parte litis, cum non ſit de ſub-
ſtantia ordinis iudiciarij. cap. primo, cum ibi no.
de iuramen. calumn. in ſexto. præſtitum tamen in
principio litis, extenditur ad omnes exceptiones
peremptorias emergentes ſiue incidentes. glo.
in capitu. literas, in ver. iuramento. de reſtitutione
ſpoliato. quia ſemel tantum in tota lite iuratur. l.
ſi quis ex argentariis. §. exigitur. in ver. calumniæ.
ff. de edendo. l. ſi non fuerit. in gloſ. prima. ff.
de iureiurando. dominus & vaſallus ex quo non
præſumuntur calumniari, non iurant. Sicut pa-
rentes & patroni. l. de die. §. penult. ff. qui ſatiſ-
dare cogan. & quod eſt dictum in vaſallo, habet
locum per extenſionem, non per comprehenſio-
nem. Præpoſ. hic poſt princ. & circa medium. vt pa
tiatur dominus legem quam ipſe tulerit. d. l. iuſiu
randum. §. datur. in ver. detulit. de iureiurando. &
ſi dominus vult iurare de calumnia, an poſſit exige
re a vaſallo. Aluaro. hic numero 3. Iſern. declaran-
do textum dicit, quod Fredericus in Ronchalia,
vbi fuit ſolitus condere iura. capit. Imperialem. de
prohib. feud. alienari. per Fre. ſtatuit, quod vaſal-
lus a domino non exigat iuramentum calumniæ,
nec dominus a vaſallo, vt ſeruetur æqualitas, quia
quod dicitur in vno, debet dici & in alio. l. 1. C. de
cupre. & luco daphnes. per regu. quod quiſque iu-
ris, quæ procedit contra illum qui impetrauit ſua
opera aliquod ius iniquum. l. quarta, quod quiſ-
que iuris. Alexand. in conſilio 131. numero 15. ſe
primo volumine, facit l. cum in eo. ff. de pactis. vn-
de ſicut non iurat patronus in cauſa liberti, ita nec
dominus, quando litigat cum vaſallo, quia fit æqui
peratio de liberto ad vaſallum. Iſer. in §. præterea.
num. 7. circa med. quæ ſit prima cau. bene. amitt.
licet maius conſequitur libertus quàm vaſallus:
nam libertus conſequitur libertatem, qua nihil
gratius. l. paulus. ff. de fideicom. liber. vaſallus rem,
ſed propter iuramentum, quod voluntate præ-

ſtat domino, deuenit eius homo, & plus aſtringi
tur quam libertus, cum non præſumatur imme-
mor ſalutis æternæ. Iſern. in cap.primo,numero
quinto,& 16. poſt medium, quibus modis feud.
amitt. Et poteſt eſſe alia ratio, vt dictum eſt in ſu-
perioribus, dicit Iſern.videlicet in §.porro,nume-
ro vigeſimoprimo, in fine, dict.titu. quæ ſit pri-
ma cau. bene. amit. quia maior reuerentia debe-
tur principi quàm patri.& ſicut patrem vel patro-
num non uocamus in ius ſine venia, ita nec prin-
cipem, niſi mandato eius præcedente. idem Iſern.
de mili. vaſal.qui connu.eſt.numero ſexto,circa fi.
10 vnde quando quis vult agere contra fiſcum, non
poterit niſi venia petita. Afflict. in §. præterea in-
ter duos. poſt numerum vigeſimumprimum, de
prohib. feu. alien. per Fre. quæ datur ad ſupplica-
tionem Regi porrectam. idem Afflict. in cap. pri-
mo,in princ.numero quinto, infra, de lege Corra.
ita remittuntur fiſco, quæ præſtantur ab aliis.l.pri
ma.§.ſi ad fiſcum.& l. filio. vt lega. nomin. cauea.
& extenditur ad vaſallum, quia ſicut vaſallus tene
tur adiuuare dominum contra omnes, patrem, fi-
lium, & fratrem: ita ſi vaſallus habet bellum iu-
ſtum, tenetur dominus adiuuare contra eoſdem.
Cap. in ver. feudorum dominia.ibi,decimo. Quo-
modo autem iurabitur de calumnia, & pœna eius
qui recipit, vel habuit promiſſionem in pecuniis.§.
primo,& ſequen.d.Auth.vt litiga.iurent. Hoſtié.
vbi ſupra.§.quis debet.circa fin. ſi eſt periurus non
punitur.ſed Deum habet vltorem. Bald.in conſi-
lio 299. quinto volumine. datur etiam quandoq;
pœna corporis afflictiua. l. nam ſufficit. vbi gloſ.
ff.de dolo malo. iuſtius tamen erit, ſi compeſcun-
tur calumniæ per refectionem expenſarum,tam in
11 cauſa ciuili, quàm criminali. Lucas in l.vni.colum-
na quarta,in decimaquinta quæſtione,in fine,d.tit.
de ſumptu.recuper. de iure Longobardorum.cau
ſam ſuper qua iurat,& manum amittit.l.prima,&
ſecunda, de periurijs in Longobardo.iure canoni-
co fit,non ſolum committendo, ſed etiam conſen-
tiendo. cap.primo, vſque ad cap.ecce. vigeſimaſe-
cunda, quæſtione quinta, glo. fina.in cap.tua nos.
& cap. quanto, de iureiuran. & tamquam falſarius
& periurus repellitur. not. in cap. illud. de exceſ-
ſi.prælа.aliter de iure ciuili,ut per Iſern.hic,in ver.
ſacramentum,lo 2.cum diſt.de qua in l.2.§. ſi pu-
blico.in gl.ff.de adul.In dubio non præſumitur, ſi
non tendit in alterius præiudicium,ſed Deum ſolũ
habet vltorem.l.2.C. de rebus cred. & iureiur. li-
cet iudex poſſit punire periurium corã ſe factum.
Cap.in deciſ.142.cir.fi.Boer.in deciſ.305.Alex.in
conſi.35.num.6. 2.vol. & Iſer. hic, qui ſe remittit
dictis in conſti.eos qui ſcienter.

SUMMARIUM.

1 *Similiter, dictio, pro ſicut.*
2 *Accuſans vel ferens teſtimonium contra aliquem,*
præſumitur illius inimicus.
3 *Vaſallus teſtificatur in cauſa feudali: in criminali,*
vel ciuili magni præiudicij non.
4 *Priuatio per ſententiam,intelligitur,quia verba di-*
riguntur ad iudicem.
5 *Vaſallus ſi accuſat, uel teſtificatur contra dominum*
priuatur feudo.

AD §. SIMILITER.

SIMILITER.) Ideſt, ſicut in ſu-
periori caſu.l.1.§.ſed & ſi quis,lo 2.
1 in ver.ſimiliter.C.de lat.liber.tollen.
Vaſallus.) Calumniæ ſacramentum
non exigit a domino,ita, Dominum
accuſare vel teſtimonium contra eum reddere nõ
Debet.) Quod verbum importat neceſſitatem.l.
ſi in rem, la 1. ff.de rei vendi. nam qui accuſat, vel
2 contra aliquem teſtimonium fert,efficitur illius ini
micus. Lu. in l.vni,columna 2. poſt prin. C.de his
qui ſe defe.cap.cum P. Manconella.& cap. memi-
nimus. de accuſatio. adeo, quod qui ſemel tulit te
ſtimonium contra aliquem, ſi velit iterum teſtifi-
cari præſumitur eius inimicus. cap.2.in ver.in cri-
minali.4.quæſt. 2.& 3. c.fraternitatis, in uer.rece-
ptos.de teſtibus. In ciuili cauſa modica, aut crimi-
nali.) Si fert teſtimonium, feudo priuatur. Ita
iſtum textum intelligit glo.Iſern. & Aluaro. Qui-
dam tamen dicunt, in criminali non licere,in ciui-
li licere, in quibus ſi contrafecerit, feudo priuabi-
tur.] Vel admittitur, quando producitur in teſtem
in controuerſia inueſtituræ, aliàs non poſſit teſti-
ficari pro domino, nec dominus pro vaſallo. Præ-
3 poſit.hic poſt princip.& ſic per vaſallos, qui pares
appellantur, probatur inueſtitura, cap. 1. quid ſit
inueſt. & admittuntur in cauſa feudali, ſi verò eſt
criminalis vel ciuilis magni præiudicij non. Salic.
in l. teſtium, numero 20.ff.de teſtibus, & ſi con-
4 trafecerit feudo priuabitur, facto ſuo & non alte-
rius. l. paterfamilias teſtamento.ff.de hæred.inſtit.
Pau.de Caſtr.in l.Lucius. §. tres hæredes. poſt nu-
merum quartum,ff.ad Trebelli.& per ſententiam,
quia verba illa referuntur ad iudicem. Bartol. in
Authent. habita.num.9.ne filius pro patre. Regu-
lam cum 4.limit. ponit Feli.in cap. Rodulfus,nu.
36.de reſcrip.

Declarato textu, impugnatur eius determina-
tio. Et primò, clerici poſſunt accuſare epiſcopum
coram Summo Pontifice. cap.quã propter.2.quæ
ſtio.7. ita vaſallus dominum,maxime ſi caritatiuæ
fuerit conuentus,vt cauſam emendet.cap.2.de ac-
cuſatio.

Secundò,qui probat quæ pandit, debet præmi-
tari. l.vni.C.de famoſ. libellis. aut non probat, &
quia non ſtatim quod quis eſt accuſatus,vel inqui
ſitus præſumitur culpabilis,niſi aliud ꝓbetur.Bal.
in cõſ.420.nu. 1.in fi.2.vol. videtur quod vtroque
modo non debeat puniri.

Vltimò teſtis dicitur habere officium publicum.
l. ſed ſi quis ex ſignatoribus.in glo.pen. ff.quemad
mo.teſta.aperia.Succeſſiue etiam quod vaſallus de
ponat contra dominum, debet admitti: quia vtili-
tas publica præfert̃ priuatæ. l. de pupillo. §.ſi quis
riuos.in ver.ſecuritatis.de nou.ope.nunc.

His non obſtantibus,ſeruatur contrarium,& ra
tio eſt,propter intentionem non laudabilem, quæ
criminibus materiam præbet.gl.in c.ſi quis epiſco
pus.in ver.illaudabilis.2.q.7.

Qua ſtante,non obſtat Primum: nam illud pro
cedit,quando fit bono zelo,aliàs non.§.pen.Auth.
de non alien.aut permu.

Secundum non obſtat:nam permittitur accuſa-
re.l.nulli.in fi.C.de epiſc.& cleri.ſi non eſſet domi
nus,aliàs punitur vt hic.

Vltimum non obſtat, nam procedit, quando ſub publica includitur priuata: aliàs priuata præfertur, quia omnis ordinata charitas incipit a ſe ipſo. Lucas in l. ex omnibus, poſt med. C. de decurioni. &
5 ſic firma remanet concluſio, quod vaſallus ſi accuſat vel teſtificatur cõtra dominum priuatur feudo.

Eatende, idem eſſe in clerico qui conquæritur de prælato ſuo coram iudice ſeculari, vel ipſum inuadit, quia deponi debet. cap. grauem, de exceſſ. prælat. & habet locum non ſolum in accuſatore, ſed etiam & in eius amico, quia inter accuſatorem, & accuſatum, & domeſticos accuſatoris & accuſati, videtur eſſe diſcordia. glo. 1. in cap. decre. to. 2. quęſt. 6. & non ſolum ſi eſſet iudex, verum etiam ſi eſſet aduocatus vel procurator. Iſern. in §. ſed & qui delator. vbi late. quæ ſit pri. cau. bene. amit. ex quo dicuntur aduerſarij. l. 1. §. ſed & conſtitutio. in ver. aduerſaria. ff. de calumnia. Limita, niſi fiat bono zelo. Lucas in l. 1. colum. 8. circa fi. & 9. in prin. C. de deſertori. & in l. vni. colum. 17. circa prin. C. publi. læti. vel conſue. Item niſi eſſet coactus a iudice, cum poſſit cogi. l. ſi quando. C. de teſtibus. Iſer. & Aluar. hic, vnde hic reatus non procedit, quando eſſet compulſus a iudice. Præpoſ. hic, vel dominus commiſerit aliquid contra Principem vel Rẽpublicam, ſeu alia fecerit de quibus Iacob. de Ardizo. in Sum. vtrum vaſal. amitt. ſeu. ſi contra domi. accu. teſti. dixi. vel accuſ.

Nota, quod in caſu licet modico non feudali, prohibetur teſtificari, & in caſu pręcedenti nõ prohibetur accuſare, quia quando venit vt teſtis, non venit propter ſe, ſed contemplatione alterius, vnde præſumitur magis malus animus. Præpoſit. hic circa medium.

SVMMARIVM.

1 *Item, eſt repetitiua præcedentium, & perinde eſt ac ſi eſſet copula, &c.*
2 *Controuerſia proprie ante litem conteſtatam, ſed lex utitur promiſcue, ante & poſt.*
3 *Beneficium quid large & in ſtricta ſignificatione.*
4 *Regula, actore non probante, intelligitur, ſi iudici videbitur.*
5 *Vaſallus poſſeſſor obtinet tribus concurrentibus.*
6 *Præſtari uerbum, imponit neceſſitatem iudici.*
7 *Niſi, dictio ponit, quia præcedit oratio negatiua.*
8 *Dominus ſi eſt in poſſeſſione, & vaſallus nihil probat, abſoluitur. Si uaſallus poſſidet, & feudum eſt antiquum, ſtatur eius iuramento; aliàs non, niſi adſit aliquid quod iudicem moneat ad deferendum.*

AD §. ITEM SI.

ITEM.) Eſt repetitiua pręcedentium. Alexan. in conſi. 37. num. 10. 3. volu-
1 mine, quando in præcedentibus non adeſt ratio ſpecialis, quæ deficiat in ſequenti. Idem Alexan. in conſi. 158. num. 11. 6. volum. & 99. num. 8. 7. volum. hic repetit materiam. §. ſacramentum, ſupra eod. vt per Iſern. & Præpoſ. hic in princ. & perinde eſt, ac ſi eſſet copula, &c. Alexand. in dicto conſilio 158. poſt numerum ſextũ. ac præſupponit diuerſitatem. Dec. in conſil. 413. columna 3. in princip. & num. 3. 5. volumine, quia ibi in genere, ſic ad particulare deuenit. Si inter dominum & vaſallum controuerſia.) Quæ pro-
2 prie eſt ante litem conteſtatam. l. diuus. in gloſ. 1. vbi Alberi. num. 3. ff. de petitio. hæred. ſed lex hoc verbo promiſcue vtitur, ante & poſt litem. Idem Alberi. in l. cauſa, numero 3. C. de tranſactio. De
3 beneficio.] Stricte, quod ſumit nomen a genere: & eſt beneuola actio. capit. beneficium, in quibus cau. feud. amit. large comprehendit omne priuilegium, & omne reſcriptum, ſiue ſit contra ius ſiue non. Alberi. in l. beneficium, num. 11. ff. de conſtit. Princip. Poſſidente domino, & vaſallo in probatione deficiente; qui conuenitur nullo præſtito iura-
4 mento abſoluatur.] Licet regula, actore non probante, & deferre iuramentum poſſeſſori, ſit in arbitrio iudicis. Aluar. hic, numero primo. Vaſallo verò poſſidente, & actore in probatione deficiente, ſi longa ſit vaſalli poſſeſſio, eius iuramento cauſa fi-
5 niatur.) Et ſic vaſallus poſſeſſor obtinebit tribus concurrentibus: videlicet, tempore, ſcientia domini, & iuramento ipſius vaſalli iurantis ſe eſſe inueſtitum. Cam. in cap. Imperialem, in princ. car. 8. columna 1. poſt medium. Vbi verò noua eſt poſſeſ-
6 ſio, ſacramentum ei non præſtabitur.] Quod verbum neceſſitatem iudici imponit. Zab. in clemen. 2. §. verum, numero ſecundo, circa prin. de appellatio. Sed domino deferetur.) Quia nouam inueſtituram tenebatur vaſallus probare per pares. capit. 1. in prin. qui teſtes ſunt neceſſa. ad proban. nouam inueſtituram. Ideo domino defertur iuramen-
7 tum, Niſi.) Quæ dictio ponit, ea quo præcedit oratio negatiua. Bar. in l. actione. num. 1. C. de tranſactio. Aliud faciat pro poſſidente.) Quod moueat iudicem ad illud dandum. d. §. ſacramentum. ſupra eodem.

Declarato textu, reddebatur dubia eius deciſio. Et primò, iniquum eſt iurare de facto alieno. l. Marcellus. § 1. ff. rerum amota. Iſern. in §. ſi qua inueſtitura, poſt numerum ſecundum, de noris feud. Sed quod dominus fecerit, vel non fecerit inueſtituram, eſt factum ipſius. idem Iſern. ſupra eod. in ver. & iurabit. circa princip. ſucceſſiue non debet vaſallus iurare.

Secundò, iuramentum ſecundum vulgares, eſt peius pignus quod ſit in domo. Iſern. quæ ſint regal. in ver. flumina. numero ſeptimo, circa finem. modò ſi ſtatur iuramento, aperitur via periurijs, contra, cap. penult. de his quę vi metusve cau.

Vltimò, iuramentum non tollit ius commune. Iſern. in §. item ſacramenta, numero quadrageſimoprimo, circa med. de pace iuran. firma. ius commune requirit probationem fieri per inſtrumenta vel teſtes, qui æquiperantur. l. in exercendis. C. de fide inſtrum. ergo iuramentum in vim probationis non admittitur.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, & ratio eſt, quia quod iuratum eſt, perinde habetur ac ſi eſſet probatum. l. ſed & ſi. §. fina. ff. de iureiurando, nam ſacramentum eſt loco probationis. Iſern. in cap. finali, numero tertio. circa fin. addit. inueſt. inter domi. & vaſal. quęſtio. oria.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam hoc fit inopia probationum. cap. 1. de conten. inter dom. & fide.

Non obſtat Secundum, nam ea neceſſitate per-

mittitur iuramentum. cap. & ſi Chriſtus. de iureiurando.

Vltimum non obſtat, nam pro determinatione negotij, recipiuntur teſtea de fama, & quæcumque alia adminicula.cap.cum cauſam,de probatio.

8 Et ſic firma remanet concluſio, quod dominus ſi eſt in poſſeſſione, & vaſallus nihil probat, abſoluitur: ſi vaſallus poſſidet, & feudum eſt antiquũ, ſtatur eius iuramento, aliàs non, niſi ſit ad aliquid qđ iudicem moueat ad delationem iuramenti. Extende, idem eſſe de iure ciuili, nam actore non probãte reus abſoluitur. l. qui accuſare. C. de edendo. l. actor. C. de probatio. Idẽ ſi deficeret probatio hinc inde: nam electio eſſet hæredis eius, qui poſſedit. §. defuncto. ſi de feu. defunct. milit. contro. ſue. & habet locum, non ſolum ſi eſt controuerſia inter dominum, & vaſallum, verum etiam ſi eſt lis inter filiam defuncti, & agnatos. §. inter filiam. eod. titu. ſi de ſeu. defunc. mili. contr. ſue. Limita tamen procedere in feudo antiquo ſicut in nouo, vt hic, & defertur iuramentum vaſallo ſi poſſedit per annũ domino ſciente. §. ſi autem aliquis. ſi de inueſti. inter domin. & vaſal. lis oria. & quandoque neutri defertur. §. I. de contentio. inter me, & dom. de portio. feu. fratris mei. Et procedit, ſi vaſallus vult iurare, aliàs deferatur domino, & ſi vterque recuſat, reus abſoluitur. §. ſi quis ſe. d. tit. ſi de inueſt. inter dom. & vaſal. lis oria. Cętera dic ut per Doctores, cum theorica Iſer. ſit facilis, & eam tetigimus.

De lege Corradi. Tit. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Genitiuus ſignicat ius, dominium & cauſam efficientem.*

2 *Corradus fuit Rex Burgundiæ, Alemaniæ, vel Imperator.*

AD RVBRIC.

1 GENITIVVS ſignificat ius. Bald. in conſil. 205. poſt numerum 2. 3. volum. dominium. Pau. de Caſt. in conſil. 171. num. 1. circa fi. 2. vol. Soci. in conſi. 39. poſſeſſionem, num. 9. ante & poſt. 3. vol. Zabar. in clemen. 1. in ver. terra, num. 5. circa med. de pœnis. & demonſtrat cauſam efficientem, ſicut liber Ariſtotelis, vel Homeri. Pau. de Caſt. in conſi. 451. in fi. 1. volum. hic dicit a quo fit, non quod ſit nomen actionis. Azo. in ſum. C. de reuoc. his quę in fra. credito. circa prin. & cuius ſit lex de qua tractatur. & dicit Corradi, quaſi diuinitus per os Corradi promulgata. c. fin. 16. quæſt. 3. glo. 1. in l. 2. ff. de

2 leg. & Iſte Corradus fuit Rex Burgundiæ. Iaco. de Ardi. in ſum. quibus modis feu. acquir. poſt princ. Rex Alemaniæ. Præpo. hic, poſt prin. vel Imperator. Aluar. hic, num. 1. circa med. de hac lege fit mẽtio. in c. 1. de contro. feu. apud pares termin. & eius tenor ponitur infra.

SVMMARIVM.

1 *Legis nomen eſt generale, & ſub eius appellatione venit peccatum originale, regula eccleſiaſtica, conſuetudo ius diuinum, & humanum.*

2 *Capitanei dicuntur, qui ab Imperatore, uel Rege Romanorum feuda tenent.*

3 *Rex Romanorum eſt Imperator.*

4 *Cauſa finitur per ſententiam, nam habet principium & finem.*

5 *Pares habent iuriſdictionem ordinariam, & tenentur fungi munere iniuncto, aliàs compelluntur.*

6 *Ibi, & ubi, voces, localiter ponuntur.*

7 *Obſeruantia communis attenditur, & iuri præfertur.*

8 *Donationes Regales habent multa pręcipua.*

9 *Cauſa iudicium, ſeu inſtantia.*

10 *Lex Corradi, conſiderauit dignitatem, & potentiã perſonarum, in diſcernenda iuriſdictione: Mediolanenſes conſiderauerunt rem.*

11 *Contentio inter Capitaneos coram Rege terminatur, ſi eſt inter alios coram paribus.*

12 *Donorum regiorum cognoſcit magna curia.*

13 *Iſernia quo tempore fuit.*

AD TEXTVM.

1 LEX) Eſt nomen generale, eius appellatione venit peccatum originale, regula eccleſiaſtica, conſuetudo, ius diuinum & humanum. Lucas in l. his quidem. columna 3. circa princ. C. qui militare poſſunt, vel non. hic, Lex Corradi de beneficio, quę dicit.) Dicendo, quod vult. §. plane, de iure natu. gen. & ciuil. Si inter Capitaneos.) Qui ab Imperatore,

2 vel Rege Romanorum feuda tenent, dignitatem a Rege, ſeu Principe immediate recognoſcunt. Prępo. hic in princ. & dicuntur Regis vel regni Capitanei. Loffr. apud quem vel quos. poſt princ. Controuerſia ſit.) L. qui tabulas. & l. qui vas. ff. de fur.

3 Coram Rege.] Romanorum, qui eſt Imperator. Præpo. hic, num. 2. in princip. Finiatur.) Per ſenten

4 tiam: nam cauſa habet principium, medium, & finem. Principium accipit per litis cõteſtationem, finem per ſententiam, medium eſt quod agitur inter litis conteſtationem, & ſententiam. Anchar. in cap. ſuper quæſtionum. numero quarto, de offic. delega. Si inter Valuaſores.) §. notandum. de his qui feud. dare poſſunt. Coram paribus curiæ.] Qui

5 tamquam iudices a lege dati, tenentur fungi munere iniuncto. & ſi nolunt, coguntur. Iſern. in §. præterea ſi inter duos. nu. 7. 8. & 91. cir. fi. de prohib. feu. alien. per Fre. habent ordinariam iuriſdictionẽ, non tamen vniuerſalem, ſed ſpecialem, ad feudum: vnde poſſunt ſibi eligere locum vbi ſedeant pro tribunali. Bald. in c. cæterum, nu. 3. circa med. de iudicijs. Mediolani non tenetur.) Nõ ſeruatur. Grãm. in ver. teneo, Sed talis diſtinctio Ibi.) Quæ dictio,

6 ſicut, vbi, localiter ponitur. Archi. in c. clericum, in fi. 11. quæſt. 1. Obſeruatur.) Et ſic communis ob-

7 ſeruantia attenditur, & iuri præfertur. Zaba. in clemen. 2. in princ. de appellatio. Quia ſi inter duos, quicumque fuerint.] Maiores, minores, vel minimi valuaſores. capit. 1. an maritus ſucce. vxor. De beneficio regali controuerſia fuerit, quorum vterque a Rege ſe dicit inueſtitum fuiſſe, Tunc.] Dumtaxat in illo caſu. Areti. in l. ſi quis ante, num. 3. de acquirenda poſſeſſio. Cauſa coram eo decidatur.]

8 Nam donationes Regales multa habẽt præcipua. Iſern. in §. huius autem generis. circa fin. poſt numerum decimumquintum. ex qui. cau. feu. ami. Cæteræ verò cauſæ.) Iudicia vel inſtantiæ; licet alibi

capia-

capiantur pluribus modis. glo. s. in l. 2. ſoluto ma-
10 trimo. Apud pares curiæ.) Et ſiç lea Corradi conſidetauit dignitatem, & potentiam perſnnarum in diſcernenda iuriſdictione: Mediolanenſes conſideraueruntres. Sed lea Corradi melior. Aluarot. hic, numero 1. circa med. & 4. & Præpo. nu. 2.

Declarato teatu, impugnatut eius deciſio. Et primò, ſi vterque habet cauſam ab eodem, vltra quod dominus poſtquam vnam de rebus ſuis traditionem fecit, aliam de ipſis rebus faciendi nullam habet poteſtatem. l. 4. de vltimis volunta. in Longobardo. non poſſit de ſacto ſuo in cauſa propria cognoſcere. l. vni. C. ne quis in ſua cau. alias iratus nocere cuperet, & læſus vlciſci vellet. cap. accuſatoribus. 3. q. 5. quod fieri non debet, ne ſibi permittere valeat vltionem. l. nullus. C. de iudçis.

Secundò pares eliguntur a partibus, cap. 1. de contro. feud. apud pares termin. ſi eliguntur a partibus, iudicem eum dare, quem nominatim pars petiit, iniqui exempli eſt. l. obſeruandum. ff. de iudicijs.

Vltimò, qui me indicat, dominus eſt. 1. ad Cor. c. 8. pares non ſunt domini, ſed conuaſalli, qui poſſident feuda, & iurauerunt fidelitatem. Bald. in d. cap. cæterum, nu. 3. ergò non ipſi ſed dominus indicabit. §. præterea, ſi inter duos, de prohib. feud. aliena. per Fre.

His non obſtantibus, determinatur cõtrarium, quia cum ſeruetur æquitas in ſeudis. Afflict. in §. ſi quis, de manſo. nu. 17. lo 2. in fi. de contro. inueſt. permittitur quod pares habeant iuriſdictionem per modum electionis partium. Dec. in d. c. cæterũ, num. 14. in prin. de iudicijs.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam conceditur quandoque eadem res duobus. l. quoties. C. de rei vendi. & iudicare intelligitur, ea quo committit alteri iudicãdum. Iſer. in d. §. prçterea ſi inter duos, poſt num. 84.

Secundum non obſtat, nam licet eligantur a partibus, habent tamen iuriſdictionẽ a lege, ſicut arbitri neceſſarij, vt in prag. odium litium, de cõpro. inter coniu. perſo.

Vltimum on obſtat, nam iudicat dominus, & aliquando pares, vt hic. Et ſic firma remanet cõclu-
11 ſio, quod contentio intet capitaneos coram Rege terminatur, ſi eſt inter alios coram paribus. Idem ſi vaſallus vellet conqueri de domino, & dominus de vaſallo, licet prius ratio vaſalli habeat diſcuti: nam pares maiorem iuriſdictionem habent de ſuo pari, quàm de domino. Iacob. de Ardizo. in ſum. de conſtitio. quæ de feu. inſtitu. poſt princ. & non ſolũ in paribus, ſed etiam & in alijs, ſi ibi idonei non inueniuntur. Iaco. de Ardiz. vbi ſupra. & tam ſi ſunt pares maiores, quam inferiores, quia plus & minus non differunt ſpecie, dummodo ſint pares in qualitate. Dec. in dicto cap. cçterum, num. 13. cir. fin. Intellige, ſi eſt controuerſia de feudo: aliàs ſi de allodio vel alia re extra beneficium pares mittunt eos ad iudicem. Iacob. de Ardizo. in ſum. prædi. de conte. quæ de fend. poſt principium. & procedit in paribus, qui ſunt de eadem prouincia, vnde ſunt litigatores, & cognoſcunt in loco vbi ſitum eſt feudum. Iacob. de Ardizo. vbi ſupra. vel intelligitur de illis qui ſunt in loco, vbi res eſt ſita. Dec. vbi ſupra num. 14. circa princip. Sed hoc non ſeruatur Mediolani, vt hic, nec hodie: quia cognoſcit is a quo aſſeritur haberi. Afflict. hic circa princ.

Nota, quod iſta lex eſt tenenda tanquam communis, quia Imperialis. Præpoſi. hic, poſt numerum ſecundum. Item quòd lex committit quandoque negotium cuilibet iudici. l. 2. C. vt nemo priua. titu. aliquando cognitorem ſpecialem facit. l. 1. in fin. C. ne liceat potentio. In iſta materia, ſi controuerſia eſt intet capitaneos, vel eos qui dicuot ſe a Rege inueſtitos, coram eo cauſa decidatur, aliæ verò coram paribus, vt hic. Similis diſtinctio, ſi ab eodem vel diuerſis eſt conſequutus, Archidia. in cap. fin. in fi. 23. quæſtione ſecunda. & ſi vterque contendens habet eundem communem dominum, licet non abſorbeat litem vel quæſtionem, tamen actus dominicales, fructus, & commoda interim excadentia ad ſe capit. glo. Pariſ. titu. 1. §. 42. num. 29.

Iſern. poſt declarationem teatus, ex eo infert probare ritum regni Siciliæ, quod de donis per Regem, non cognoſcit niſi magna Curia. & ſi donat rem exiſtentem in terra Baronis, non debeter fideltas Baroni. Cap. in ver. feuda officioſum, columna ſecunda, circa medium. & de quacumque re procedente a principe, ipſe eſt iudex competens, non facta diſcretione perſonarum. Aluarot. hic numero tertio, & cognoſcebat Magna Curia cum iudicio partium. Afflict. in conſtitu. Magnæ Curiæ, in 2. not. numero quarto, & in conſtitu. vt vniuerſis. poſt numerum ſecundum. hodie ſiue fiſcus agat, ſiue conueniatur, etiam quod ſit inter duos priuatos, dummodo ſit eius intereſſe, puta quia habet cauſam a fiſco, eſt iudex competens procurator Cçſaris, qui in regno eſt Regia Camera. Idem Afflict. in conſtitu. Præſes prouinciæ. in 5. nota. circa fin. fiſcus autem non tenetur de euictione, quando in donatione dicitur, iuribus alienis ſemper ſaluis: ex quo non cenſetur dare, niſi ius quod habet. Sed teneretur ſi promiſiſſet decem annua: nam tunc etiam quod per illam clauſulam non teneretur de euictione, teneretur tamen ad tantumdem, quia pſomiſit, tunc quia fiſcus habet ciuilem, & poſſet lçdi tranſigendo vel omittendo, etiam quod non obſit fiſco, ſi probetur. cap. ſi controuerſia. de contentio. inter domin. & alium de bene. quia cum difficultate probantur huiuſmodi colludia, poſſet aſſiſtere liti. Authen. nunc ſi hæres. C. de litigio. l. ſi ſuſpecta. ff. de inoffic. teſtam. Iſern. & Afflict. hic, numero tertio. & ſic de donis Principis, ipſe vel eius Magna Curia cognoſcit. Pernus in tractat. de Princi-
12 pe, columna finali, circa princip. cum Principes conſueuerint eſſe magnifici eccleſijs, etiam in dandis melioribus. Iſern. in §. & iterum ſi clericus, numero vigeſimoprimo. circa medi. de capit. Corra. Nec ex quo Iſern. facit mentionem Magnæ Curiæ, eſt dicendum eius tempore non
15 fuiſſe Regiam Cameram: nam ipſe fuit in anno 1305. vt affirmat in conſtitutio. minoribus. circa medium, de iure baiu. regnante Carolo Secundo, Came. in cap. Imperialem. cat. quageſimeqquintæ, columna quarta, circa medium, de prohibit. feud. alienati. per Fre. meminit ritus Cameræ, de decimis. quos ritus Iſero. compilaſſe meminit Lucas in l. ſi tempora. colum. fin. C. de fide inſtruſtru. & iure haſtæ fiſca. ſed loquitur de Magna Cu-

ria, quia aliæ non habent propriam iuriſdictionē, ſed commendatam, vt membrum & partem Regiæ Curiæ. Afflic. in conſtit. appellationum tempora, in 6. not. poſt nu. 10. de appellat.

SVMMARIVM.

1 *Autem, eſt dictio continuatiua, aduerſatiua, & repetit qualitatem caſus pręcedentis.*
2 *Pares ſunt qui paria habent feuda, & ſunt vaſalli eiuſdem domini.*
3 *Feudum, & beneficium idem.*
4 *Meum & tuum, nō ex iuſticia, ſed iniquitate mortalium proceſſit.*
5 *Inueſtitura ſe fundās, debet probare, eum a quo habet cauſam eſſe dominum.*
6 *Arbitri nomen eſt ęquiuocum, capitur multis modis. & inter iudices feudales eſt arbiter, ſed non arbitrator.*
7 *Guarātizare eſt defendere, ſtabilem & firmum facere, ſuſcipiendo in ſe iudicium.*
8 *Fraus intelligitur excepta, in omni promiſſione.*
9 *Iudex uel arbiter cognoſcit inter pares, quando allegant eundem inueſtitorem, verum is obtinebit, pro quo dominus teſtimonium dixerit.*
10 *Compromiſſum de re feudali, an poſſit fieri.*
11 *Feudum non amittitur ex ſolo compromiſſo, niſi transferatur poſſeſſio.*
12 *Aſſenſus ſuper laudo, non extenditur ad compromiſſum.*

AD §. SI AVTEM.

1 SI Autem.) Iſta dictio eſt continuatiua, aduerſatur ad præcedentia. Aluaro. ſupra in rubrica, de controuer. inueſt. circa med. & repetit qualitatem caſus præcedentis. Iaſ. in l. filius a patre, num. 7. de libe. & poſthu. & dicit, Si inter
2 pares.] Qui paria habent feuda; & ſunt vaſalli eiuſdem domini. Dec. in cap. cæterum, num. 13. de iu-
3 dicijs. Duos, de aliquo beneficio.) Ideſt feudo, quod idem eſt. Iaco. de Ardizo. in ſum. quid ſit feu. bene. in prin. & Aluar. hic, colum. 2. circa prin. Contro-
4 uerſia ſit, quorum vterque ſuum feudum.) Cum meum & tuum, non ex iuſtitia, ſed iniquitate mortalium proceſſit. Lucas in l. neminē. colum. 3. poſt med. C. de ſuſcepto. prępoſ. & Archar. Proprium.] Peculiare certum. Gramma. in ver. proprium. Eſſe dicat: ſiue afferant eundem inueſtitorem, ſiue diuerſos.) Pau. de Caſt. in conſi. 110. num. 2. 1. vol. Aluar. in §. ſi tres, in princ. de pace tenen. Ioan. And. in cap. 1. num. 1. de conceſ. præben. in 6. nominando autorem in iudicio, licet quandoque proceditur, non admiſſa nominatione domini, ſed poſſidens rem cogitur ſe defendere. Innocen. in cap. fi. colum. penul. in prin. poſt num. 8. vt lite non conteſt. & fundando ſe in inueſtitura, debet probare
5 eum a quo habet cauſam, eſſe dominum. Paul. de Caſt. in conſil. 133. in prin. 2. volum. Coram iudice
6 vel arbitro.] Cuius nomen eſt ęquiuocum, & capitur pluribus modis. Ioan. And. in c. ab arbitris, in prin. de offi. deleg. in 6. Azo in ſum. C. de receptis arb. nu. 2. & 3. & inter iudices feudales enumeratur arbiter, ſed non arbitrator. Cur. in tract. feu. in 4. par. in princ. nu. 99. nam arbitrator excluditur a iudicio feudali. addit. ad Odoff. in ſum. qui poſſunt & debeant de feu. cogno. in ver. ſed & arbitri. Si lis eſt inter non recognoſcentes ſuperiorem, eligūtur arbitri. additio ad Sum. prædictam Odoff. in ver. vel conueniatur. in fi. ſi ſunt plures iudices, & non poſſunt ſe cōcordare, terminatur per arbitros. c. paſtoralis. in fi. prin. de reſcri. quos cogit dominus iudicare, vel pares eligere. Io. And. in c. 2. poſt nu. 3. de iuram. calum. in 6. in recuſatione vel excommunicatione ordinarij, itur ad arbitros. Idem Io. And. in c. 1. nu. 5. circa fi. & nu. 6. in prin. de exceptione. in 6. Terminatur.) Solemniter, quia quæ per iudicē fiunt, ſolemniter fiunt. Lu. in l. 1. col. 1. circa fi. C. de decurio. & intellige per ſententiam. c. cauſam quę. de teſtibus. Sed cum vnum producunt inueſtitorē,
7 ſi poſſidenti dominus guarētizare.) Ideſt defendere ſtabilem, & firmum facere ſuſcipiendo in ſe iudicium. & eſt vulgare Tuſcorum. Alua. hic, col. 2. cir. med & Præp. cir. prin. Voluerit, ſine fraude.) Quę
8 intelligitur excepta in omni permiſſione. Affl. qualiter olim feud. alien. pot. in prin. in 5. not. Ipſe obtinebit, niſi aduerſarius.) Aduerſus, oppoſitus, ſibi repugnans. Gram. in ver. aduerſarius. Contra aliquid induxerit, &c.

Declarato textu, dubia reddebatur eius determinatio: & primò, per ſententiam transfertur dominium. l. ſtatuliberi a cęteris. §. Quintus. de ſtatulib. §. fi. Inſtit. de offi. iudic. ergo is qui iudicat, oportet quod ſit dominus; aliàs non acquiritur, quia nemo transfert quod non habet. in reg. nemo poteſt plus iuris. de reg. iur. in 6.

Secundò, ſeruus non eſt maior domino ſuo. Io. cap. 13. modo ſi eſſet alter iudex quàm dominus, iudex eſſet ſuperior, quia ipſius ſubiaceret voluntati, quod permitti non debet. §. 1. poſt prin. Auth. de defenſor. ciuit.

Vltimò par in parem non habet imperium. l. ille a quo. §. tēpeſtiuum. ff. ad Trebellia. c. innotuit. de electio. ſi non habēt imperium, pares non poſſunt eſſe iudices, ſed dominus: nam aſinus auribus intumeſcit, quando vidit ſe per compatem apprehendi. gl. in l. hæres per ſeruum. ff. de acquiren. hæred.

His non obſtantibus, fuit determinatum cōtrarium, & ratio eſt, quia nullus poteſt eſſe iudex, & teſtis. c. 1. & ſeq. 4. q. 4. & teſtis in re ſua. c. ſi teſtes, poſt med. ea. cau. q. 2. & 3.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nā transfert dominiū, ſequuta traditione. Bar. in l. ex hoc iure, nu. de iuſt. & iu. aliàs non transfert nouum ius, ſed vetus declarat. glo. pen. circa fi. in c. cum venerabilis. de except. gl. 1. in c. quomodo, 11. q. 3.

Secundum non obſtat, nam intelligitur dominū iudicare, quia commiſit cauſam alii iudicandam. Iſer. in §. præterea ſi inter duos, poſt nu. 84. in addi. de prohi. feu. alien. per Fre.

Non obſtat Vltimum, nam lex facit, ideſt iudex per legem. l. mutum. in gl. 2. ff. de acqui. hære. & ſic
9 firma remanet concluſio, quod iudex vel arbiter cognoſcit inter pares, quando allegant eundem inueſtitorem. Verum is obtinebit pro quo dominus teſtimonium dixerit.

Extende, idem eſſe ſi dominus non habet pares, & vaſalli nolunt compromittere: nam tunc actor ſequitur forum rei. Iſer. hic, in princ. & procedit non ſolum in cauſa petitorij verum etiam, &

poſſeſſo-

poſſeſſorij. Afflict. hic, numero 13. tam ſi ſit arbiter extraneus, quam filius: cum filius poſſit eſſe arbiter in re patris, cap. infames, poſt medium, 3. quæſtio. 7. & procedit in iudice curtis. cap. 1. apud quẽ vel quos, quia ad eam vocatur. cap. 1. de milit. vaſal. qui contu. eſt. & quando allegat habere cauſam ab eodem, aliàs cognoſcit dominus. ſupra eo. in princ. & adeo valet, quod ſententia inde lata afficit etiam dominum. §. ſi vaſallus. de beneficio ſi de feud. defunct. milit. controu. fue. & eligantur arbitri, ſi iudex eſt ſuſpectus. l. apertiſſimi. in
10 fi. C. de iudicijs. & ſic videtur, quod de feudo poſſit compromitti. Iſer. hic, numero 6. & ſicut de re feudali, ita & in emphiteotica. Iaſ. in l. iuſiurandũ. §. pupillus, numero tertio, & quarto, ff. de iureiuran. adeo quod emphiteota compromittente non dicitur alienare. Bald. in l. fina. §. fina. in fin. C. commun. de lega. Iſtum articulum diſputat ad partes Ludou. de Molin. de Hiſpano. primogen. lib. 4. capitu. 9. in princip. vſque ad numerum 32. late Cortius in tract. feu. in 4. parte princip. ibi, octauo principaliter. nu. 98. vſque ad 102.

Sed quòd non teneat Aluaro. in cap. primo, numero 3. circa fin. de inueſtit. in mari. facta. & hic, numero 3. & in §. ſi vaſallus, lo 3. poſt numerum 6. vbi Præpoſ. colum. penult. circa fin. & fin. in princ. cap. ſi de feud. defuncti mili. controu. fuer. Dec. in conſi. 283. num. 3. 301. poſt numerum primum, 445. colum. 13. in princip. 471. nume. 41. & 479. poſt numerum 4. late in conſue. feud. diuer. princ. num. 154. Sicut de cauſa liberali non fit compromiſſum. Archid. in capit. octaua, 12. quæſtione 2. nec de re ſpirituali in laicum, quia non poteſt iudicare. glo. & Innoc. in cap. eccleſiæ Sanctæ Mariæ, de conſtitutio. & in cap. contingit, de arbitris. nã cum non poſſit alienari. toto titu. de prohib. feu. alienar. per Fre. non poteſt etiam in iudicio deduci, quia ea eo fit alienatio, ex quo in eo quaſi contrahitur, ſicut in ſtipulatione. glo. pen. in cap. 1. procurato. obligant enim ſe compromittentes ad inuicem ad parendum ſententiæ arbitri. Bald. in conſilio 29. circa fin. poſt numerum quartum, primo volumine. & arbitri inter alios iudicando non poſſunt ius alterius mutare. l. is qui. in fin. ff. de vſu, & vſufruct. leg. nec tenet, ne forte dominus habeat alium vaſallum quam velit. Hoſt. in ſum. de feudis. §. fina. columna penult. circa princ. vnde prælatus ſolus non poteſt compromittere, nec tranſigere in præiudicium eccleſiæ, hoſpitalis, vel capituli: quia eſt quædam donatio, & non poteſt directe, nec per obliquum. Bald. in conſilio 227. numero primo, circa fin. 2. & 3. primo volumine, & non tenet etiam in præiudicium vaſalli, contra Iſern. Socin. in conſilio 87. poſt numerum 10. 3. volum. licet contrarium tenuerit Alexan. in cõſilio primo, poſt numerum 44. 5. vol. Bald. 309. poſt numerum ſecundum, primo volum. nec quo ad ius alterius. Innocen. in cap. cum tempore, poſt princip. de arbitris. Dic quod iure iſto, poteſt per. cap. Imperialem, de prohib. feud. aliena. per Fre. in regno, per conſt. conſtitutionem diuæ memoriæ, non tamen vt Cap. in ver. feudorum compromiſſa, ſine licentia domini. Bald. in conſilio 121. numero 10. 3. volum. Alexan. in d. conſt. prin. poſt numerum 44. aliàs laudum eſſet nullum, ex defectu iuriſdictionis. Soci. in d. conſil. 87. poſt num. 3. ibi, capio tertium art. poſt numerum 11. 3. vol. & quomodo hodie aſſentitur. Loffr. in d. c. imperialem, colum. 3. cir. fi. vnde compromiſſum de re ſpirituali, cum confirmatione, vel ratificatione Papæ, tenet. c. venerabilis, cum ibi no. de confirma. vtili vel inutili, & decimæ poſſunt dari in feudum, & de eis cõpromitti, non de iure, ſed de cõmoditate ipſarum. Bal. in conſi. 274. num. 1. & 2. 5. volum. Quæſtio autem territorij, cui ineſt iuriſdictio, non poteſt compromitti, ſine ſuperioris auctoritate idem Bal. in conſilio 142. num. 4. 1. volum. Præpo. in cap. 1. poſt numerum 2. de inueſti. in mari. facta. ex ſolo autem
11 compromiſſo, non amittitur feudum, niſi transferatur poſſeſſio ex ſententia arbitri. Afflict. in cap. 1. in 3. & 4. not. d. tit. de inueſtit. in mari. facta. & hic, nu. 3. Iacob. in ver. & cum pacto de non alienãdo, num. 9. vſque ad 12. Caſſa. in conſue. Burg. rub. 3. §. 8. ibi, in alienatio. numero 22. & Iſern. hic, circa fin.

12 An autem aſſenſus præſtitus ſuper laudo, extendatur ad compromiſſum? fuit iudicatum quòd non. Tranſactio autem poteſt fieri bona fide in præſentia iudicis, qui poteſt cognoſcere de feudo. d. c. ſi vaſallus, de beneficio. ſi de feud. defunct. milit. controuer. fue. Afflict. in d. conſtitu. conſtitutionem diuæ memoriæ, in 10. nota. numero 52. & hic numero ſecundo. Bald. in dicto capitu. imperialem, numero 17. Sed intellige, quando retinetur in beneficium feudi, ſecus ſi datur vel transferatur, nam primo caſu non dicitur alienare, ſecundo ſic. Bald. in conſil. 415. poſt medium, 1. volum. An autem vaſallus litigans, poſſit taliter confiteri, quod feudum in aliũ transferatur. Loffred. in dicto capitu. Imperialem, columna 4. in fi. Iſern. hic, circa medium, tenet, quod ſtatur dicto domini, quia dicto illius voluerunt partes ſtare. l. ſi ſuper poſſeſſione. C. de tranſactio. ſicut in eo qui vult ſtare dicto arbitri, nam ſtatur teſtimonio vnius. cap. cum itaque, in glo. fina. de conſecratio. diſtinctione quarta. & poteſt paciſci quod ſtetur iuramento alicuius. l. iuſiurandum. §. fina. in glo. fina. & l. manifeſtæ. in gloſſ. ff. de iureiuran. Sed intellige, vt per Aluarot. in §. ſacramentum, nu. 11. de conſu. recti feu. & dummodo non ſit fraudulentum: nã iudicium fraudulentũ non valet in feudis capitu. ſi controuerſia, de controuer. inter vaſall. & ali. de bene. eſt enim tanta æquitas iudicialis, quòd aliquid amaritudinis, ſeu voluntariæ vltionis immiſceri non debet. Zabarel. in clementina prima, poſt numerum quintum, de foro competen. & in omnibus profeſſionibus æquitas eſt ſpectanda, maxime in iure, contractibus, & vltimis voluntatibus. glo. in l. in omnibus, de regul. iuris. vnde in Francia, ſolemnitates, & ſubtilitates iuris non attenduntur, ſed ſolum facti veritas & vtilitas. Caſſan. in conſuetud. Burgun. rubrica vndecima, §. ſeato. ibi, contre. numero octauo, circa medium. Fraus autem probabitur per plures ſemiplenas probationes, & una imperfecta probatio, iungitur cum alia, & faciunt plenam. Alexand. in conſilio quinquageſimotertio, poſt numerum quartum, primo volumine. Aluarot. in dicto §. ſacramentum, poſt numerum ſecundum, quæ licet in iſta materia ad victoriam non ſufficiant. l. prima. C. qui numeri tutelæ, mouebunt tamen iudicem ad dandum ſacramẽtum actori. Iſer. hic, num. 5.

SUMMARIUM.

1 *Ex, denotat cauſam immediatam.*
2 *Conſtare dicitur, etiam quod non ſit expreſſum, dũmodo ex uerbis comprehendatur.*
3 *Dominus non poteſt alienare, nec alterare naturam feudi, in præiudicium uaſalli.*
4 *Feudum Mediolani alienatur, cum uniuerſitate.*
5 *Etiam, eſt implicatiua dictio.*
6 *Dumtamen, dictio facit actum conditionalem.*
7 *Vaſallus poteſt transferri, in maiorem dominum, in minorem non.*
8 *Inferior, ideſt immediatus dominus.*
9 *Maior pars dicitur reſpectu eius, quod poſſidetur, non reſpectu totius feudi.*
10 *Feudum poteſt eſſe, & habere bona in pluribus locis.*
11 *Recognitio poteſt fieri per alium.*
12 *Quicumque, eſt dictio uniuerſalis, & nihil excipit.*
13 *Feudum nobile, non poteſt dari ignobili.*
14 *Dominus ſine uoluntate uaſalli, feudum alienare non poteſt.*
15 *Vaſallus ſicut non poteſt alienare utile dominium, ſine aſſenſu domini, ita dominus non poteſt transferre directum.*
16 *Subditorum intereſt non mutare dominos.*
17 *Rex non debet ſuis ſubditis præiuditare, ſed magis eorum iura conſeruare.*
18 *Demanialia uenduntur ex certa ſcientia, & clauſula non obſtante.*
19 *Vaſallos inuitos alienare, eſt prohibitum omni iure.*
20 *Venditi poſſunt ſe ipſos re emere, eligendo uenditorem in dominum.*

AD §. EX EADEM.

EX.) Denotat hæc particula cauſam
immediatam. Cur. in l. iuriſgentium.
1 §. quinimo, de pactis. Eadem lege.)
Ideſt voluntate eiuſdẽ Principis, quæ
lex eſt, l. neque. in glo. 1. C. de decu-
2 rionibus. lib. 10. Deſcendit.] Et conſtare dicitur,
etiam, ꝙ non ſit expreſſum, quia ex verbis compre-
henditur. Ludo. de Moli. de Hiſpa. primog. lib. 2. c.
8. poſt nu. 25. Pau. de Caſt. in conſi. 83. nu. 6. 2. vol.
ſicut ex eo quod prohibet lex, colligitur aliud, l. ex
eo, ff. de teſtibus. ex cauſa ex qua ſolet acquiri, dan-
tur aliæ actiones. l. 2. ff. de peculio, & ex duobus ca
pitibus legis commixtis, inducitur lex. l. Gallus. §.
ff. de lib. & poſthu. ita hic, Deſcendit, quòd domi-
nus ſine voluntate vaſalli, feudum alienare non po
3 teſt.] Nam ſicut feudatarios non poteſt alienare ſi-
ne conſenſu domini, ne dominus cogatur habere
malum vaſallum, ita dominus non debet alie-
nare proprietatem, & dominium directum ſine cõ
ſenſu vaſalli, ne cogatur habere malum dominum.
Paulus de Caſt. in l. 2. nu. 3. C. de vſufru. & habi. ita
nec alterare naturam feudi. Alberi. in l. 4. C. de no-
uatio. multa Ripa in reſponſo 179. Quod Medio-
4 lani non obtinet.) Ex quo ibi poteſt alienari cum
vniuerſitate. Bald. in §. præterea ducatus. numero
9. de probib. feud. aliena. per Fre. Præpoſit. hic, nu
mero 2. circa fin. & Aluar. num. 3. Ibi enim ſine cu
ria.] Quæ eſt penitus ſeparata a feudo. Præpo. in
cap. 1. in princ. poſt num. 2. de capi. qui cur. vend.
5 Etiam.) Quæ eſt implicatiua. Zaba. in clem. religio
ſus, in 1. not. de procurato. Beneficium totum re-
cte.) L. prima, C. vnde vi. Alienatur: Dumtamen.]
6 Quæ dictio facit actum conditionalem. Abb. in c.
licet. num. 5. de translat. prælat. Aut æquali domi-
no.] Aeque idoneo. Aluar. hic poſt numerum 5. nõ
inimico. Cam. in cap. Imperialem. car. 51. colum. 1.
7 in fi. & 61 colum. 4. Aut maiori vendatur.) Et ſic
poteſt transferri in maiorem dominum, in mino-
rem non. Alber. in d. l. 1. nume. 3. C. de nouat. licet
tenuerit cõtrarium, in l. 2. num. 22. ſoluto matrim.
8 Inferiori verò.] Ideſt immediato domino. glo. 1. Pa
riſ. tit. 2. §. 51. poſt numerum 7. quia vaſallus vnius
efficeretur vaſallus multorum, videlicet Regis, &
Baronis. Afflic. in cap. 2. num. 19. poſt med. de feu.
dato in vicem legis commi. & is in quem aliena-
tur non ita dum iuſte tractat, ſicut faceret Rex, vt
experientia docet. Idem Afflict. de cap. qui curi. vẽ
di. in princ. num. 2. in fi. Sine vaſalli voluntate, non
licet partem alienare.) Nec inuitus cedi in minus
dignum, vel cum alio vniri, ſeu operę officiales al-
teri delegari, licet fabriles ſint, glo. 3. Pari. tit. 1. §. 1.
num. 26. Etiam maiori retenta parte alia feudi.)
9 Maiorem intellige reſpecto eius quod poſſidet,
non reſpectu totius feudi. Odoffre. in ſum. quibus
modis feud. amit. nu. 48. & 49. Verbi gratia.) Ca
pit. 1. ſi vaſal. feu. pri. cui difera. Et vaſallus, qui ab
10 eodem domino in pluribus locis feudum tenet.)
Quod poteſt eſſe in pluribus locis, & habere bona
in diuerſis locis, licet ſub vna inueſtitura compre-
hendatur. Aluar. hic num. 8. Pariſ. de reinteg. feu.
in ver. conceſſa eſt baroni commiſſio. num. 5. ſicut
poſſum habere arborem in ſolo alieno, cum pro-
prietatis effectu, & turrim diuiſam per inferiorem
& ſuperiorem. Bald. in conſil. 134. circa medium,
5. volum. Si partem feudi in vno loco vendat, in a-
lio ſibi teneat: ille non debet emptori ſeruire, ſed
per priorem dominum totum beneficium reco-
gnoſcere.) Dixi ſupra, de his qui feu. dare poſ-
ſunt, in princ. poſt numerum 21. licet poſſit ſecun
dus retinere, & recognoſcere a primo domino, Ia-
cob. de Ardizo. in ſum. ſi primus vaſallus decedat
11 ſine hærede, vel refuret feu. an ſecund. reti. ſeu. in
12 princ. Cum curia verò Cuicumque.] Quę eſt di-
ctio vniuerſalis, & neminem excipit. Iaſ. in l. ſi mi-
hi & Titio. §. ſi ſtipulatus. nom. 2. de verbo. oblig.
Beneficium, etiam ruſtico.) Cui poteſt etiam ſine
curia, cum conſenſu domini, liceat non debeat aſ-
ſentiri, addit. 2. ad Odoffr. in ſum. vtrum domi. poſ
ſit ius ſuum alienar. Et ſine vaſalli voluntate po-
teſt, dummodo non totum alienetur.) §. item ſi
fuerint, quibus modis feud. amitt. Obertus affir-
mat; quidam autem & Gerardus dicunt, non
valere ſi fiat inferiori.) Et ſic nota caſum mira-
bilem, in quo alienatio poteſt fieri potentiori,
& non inferiori. Præpoſ. hic, numero ſecun-
13 do, in princip. & feudum nobile non poteſt
dari ignobili. Caſſao. in conſuetu. Burgun. rub. 3.
§. 8. in princip. num. 2. & 3. & vſus prædictus. Me
diolanenſium ſeruabitur vbi eſt, vbi non ſerua-
bitur lex Corradi, Iſern. hic poſt med. & Aluaro.
poſt numerum 2.

Declarato textu, dubia reddebatur eius conſul-
tatio. Et primò, feudum æquiperatur campo Mar-
tio. Nap. in conſue. in bonis. in ver. conceſſa,
in quibus rebus habeat locum quarta. campus

Martius

Martius non poteſt alienari, L. Aphricanus.aliàs, apud Iulianum.§.fin.de lega.prim, ita & feudum, quia eadem ratio facit idem ius. Iſer. in cap.pri.nume. 13. poſt medium, de contro,inter vaſa.& aliũ de benefi.Secundò,liber homo non poteſt vendi, l.2.C.vbi de crimi.agi oportet. Ita nec feudum,capiendo contentum pro continente.§. nullo.in ver, diſpoſita.in fi.Auth, de iudicibus. Tanto magis, quia contentum debet ſequi naturam continentis, Loffred,in conſil. 39.nume. 12.35.& 36.Vltimò, eſt ſimile homini feudum. Iſern. in conſtitutio.conſuetudinem prauam.circ.finem.homo non traditur alteri inuitus. l. inuitus. ff. de fideicommiſſ.liberta.ita nec feudum; cum valeat argumentum a ſimili, leg. ſecund, in verb. id tibi, ff.ad Trebellian.

His non obſtantibus, determinatur contrariũ, & ratio eſt, quia dignitas ciuitatis dependet a domino eius.Diuus Thom. in 10.tertii noctur.Magnus Dominus. circa princip. vnde non ſine magna indignatione vaſalli ſentiunt hanc mutationem,maxime quando ſunt nobiles & antiqui,qui nouam ſeruitutem aſpernantur. Bald.in conſilio 327.num,8.in fi.pri. volum, & alia de quibus Aluarot.hic,nu.7.

Qua ſtante non obſtat Primum,nam immo feudum non æquiperatur campo Martio, nec rei ſacræ.Cam.in d.cap.imperialem. car. 27.colum, 3. in princ.ex quo illa ſunt inalienabilia, feuda verò hodie emuntur etiam a domino.Iſer.in c,pri.cir.fi. de benefi,fra.

Non obſtat Secundum, nam licet homo liber in ſtipulationem deduci non poſſit,l. liber homo, de verborum obligationib, tamen tranſit cum vniuerſitate ſicut res ſacræ.cap. cum ſeculum,de iure patrona, vt iuriſdictio quæ per ſe aliàs non tranſiret.Afflict.in cap. in generali,nume. 9.circa medium.ſi de feud.defunct.milit, controuerſ.fue,inter domi.& agnat.

Non obſtat Vltimum,nam feudum non venditur inuitis vaſallis, vt hic.Et ſic firma remanet con-
34 cluſio, quòd dominus ſine voluntate vaſalli feudum alienare non poteſt. Intellige habere locum etiam in alienatione neceſſaria.Caſſa. in conſuetu. Burgund.rub.9.§.10.in princ. num. 28. circa medium, & in caſu neceſſitatis. Ripa in l. filiusfamilias.§.diui,num.38. & 39. de leg. 2. & non ſolum in domino inferiore, verumetiam & in Rege, qui non poteſt vendere ciuitatem inuitis ciuibus,Soc, in conſi,39.nume.7.3. volum.Cap. in verb.feuda officiorum.car.6. colum.2. circa medium.& in d, cap.Imperialem.in glo. pri.ibi, primò notandum, circa finem, & non poſſet male tractare, nec iugo duriſſimò eos afficere.Bald.in conſi. 404.poſt numerum quintum. quinto volu,& vendere duriori domino qui eos puniat duriori ſeruitute. Idẽ Bal, in l.ſumma.nume. 26. de rerum diuiſ, vel alteri ſe ſubiicere,nam poſſent ſubditi ſe opponere, quia eorum intereſt,dominum alteri non ſubiici, ne cogãtur plures dominos habere.glo.in extrauag.Ioan, eccleſiæ Romanæ.in ver.ſuorumque. de maiorit. & obedient.& dixi ſupra in teatualibus. Item non poſſet locare ad longum tempus, ſicut nec vaſallus,quia ſapit alienationem.Cap.in ver. feudorum dominia.ibi,octauo.nec donare ſine conſenſu populorum,qui ſunt in terris donatis.Pau. de Ga.in conſi.70,num,6. prim. volum,vnde Conſtantinus donauit vrbem Papæ Syluestro cum conſenſu populi, quia intereſt ſubditorum non mutare dominos ſuos, cum non valeat contractus principis in præiudicium ſubditorum.Cur.in tracta. feud, in 6. parte principa. nume.3. ſicut nec alienare proprietatem & directum dominium, in hominem inferioris dignitatis vel gradus.Pau. de Caſt.in conſil. 336.nume.2.in princ, primo volum.nec pignorare pro tanto, adeo quòd non ſit ſpes luitionis.Aluarot.in d.ca.Imperialem.in pri. num.5.& ibi Afflict.num.22. & ſicut dominus non poteſt abſque conſenſu ſubditorum illos alienare, & in alium transferre, ita homines illius non poſſunt ſe facere cenſuales alterius, ſine conſenſu domini.Caſſa. in conſuetud.Burgund.rub. 11.§.3. in prin.Aluarot. in §.fin. num.2.qualiter olim poterat feu. aliena.& vaſalli ruſtici non poſſent facere inſtrumentum in prçiudicium ſuæ libertatis,Bald.in l.ſi quẽ. in prin,de operis libe.

Vltimò, non poſſet Princeps diſponere,de rebus regni ſine conſenſu maioris partis Baronum. Caſſa.in conſuetud.Burgund.rub.3.§. 8.ibi, en alienation.num,53.nec remittere ſeruitium militare, quod debetur pro defenſione reipublicę ratione feudi:nam poſſent vaſalli inſtare, contra tales remiſſiones, quæ fiunt per ammortizationes. Caſſa.vbi ſupra,rub. 9.§. 15.ibi,& auſur plus. colum, circ. medium. nec poſſet facere ligam vel conuentionem,in præiudicium vaſallorum, niſi ipſi conſentiant.Iaſ.in l.debitorum. poſt numerum ſextũ. cap. de pactis.

Limita tamen non procedere in Rege Franciæ, qui poteſt vendere vnam ex ciuitatibus inuitis hominibus ipſius.Præpoſit.in cap.in generali.nume. prim.circa medium.ſi de feud.defunct.milit.controuer.feud. Iaſ.in d.l, debitorum.nume. 7.de pactis.Caſſa.pro & contra. in conſuet. Burgund.§.5. in prin.num.31.vſque ad 33. & 64. Idem quando venderetur vniuerſitas bonorum, vel conſuetudo eſſet in contrarium,vel ex cauſa imminentis neceſſitatis Princeps id faceret, vel venderet fructus feudi.Cap. in verb. feudum dant. ver. Imperator. ibi quarta declaratio. Nam poſſet etiam quòd contrarium promiſit, ex cauſa neceſſitatis alienare inferiori.Cagn.in l.fin, nume. 60.ante & poſt.C.de pactis.& vendere comoditatem fructuum,vel ſeruitiorum. Aluarot. hic numer.9.circa finem.item poſſunt præſcribi & alienari, dummodo duriora ſeruitia inuiti non patiantur, Bald. in l. prim.nume.19.C.de ſeruis fugit.& tangit in d.l.ſumma,nume.26.de rerum diuiſio.& licet dominus ſolus ſine conſenſu hominum caſtri, non poſſet illud alteri ſubiicere, nec homines ſoli ſine conſenſu domini. poſſet tamen fieri cum conſenſu vtriuſque, ſicut deſtituti auxilio domini, eligere Regem,& a ſuperiore neglecti, ſi eligunt potentiorem non cõmittunt rebellionẽ, & dominus imminente neceſſitate,poſſet cogere vaſallos ad alteri præſtandum iuramentum fidelitatis. Socin. in dicto conſil.39. nume. 6. vſque ad 10. tertio volumin.Et intellige in dominio directo, vtile autẽ poſſet alienare.Afflictus in §.præterea.nume.12. de cap. Corrad.& procedit in feudo,ſecus in emphyteoſi,in qua poteſt dominus alienare directum dominium inuito emphyteota.Ripa in reſponſo. 79. num.pri.Alias limita. ponit Alexan, in conſi.25. poſt numer. 19. vſque ad 22,5.vol.

Summa

Summam hnius textus ponit Odoffre.in Summa,
vtrum dominus poſſit ius ſuum aliena.cum prim.
addirio.
15 Nota, quòd ſicut vaſallus, non poteſt alienare
vtile dominium ſine aſſenſu domini, ita dominus
non poteſt transferre directum quod habet ln feu
do,ſiue voluntate vaſalli. Cap.in ver.feudorum do
minia,ibi ſeptimo.Afflict.in cap.ſi quis fecerit.an-
te & poſt numerum quintum.quo tempore miles.
Caſſan.vbi ſupra.rub.9.§.15.ibi,& au.ſur plus.co
lun.fin.in princ. Sicut vaſallus inuito domino non
poteſt ius ſuum in alinm transferre, nec alium con
ſtituere vaſallum, vt ſeruiat:ita nec dominus inui-
to vaſallo alii delegat. Præpoſit. hic, nume.2.ne-
mo inuitus compellitur vaſallum acquirere. Alua-
rot.in cap. ſi duo fratres. colum.3. circa princi.de
frat.de nouo benefic. inueſtit. nec alienare in to-
tum,vel pro parte, nec locare ſiue domini conſen-
ſu. Præpoſit. cap.a.quo tempore miles. Sicut enim
vaſallus non poteſt alienare rem feudalem ſine cō
ſenſu domini,vt dictum eſt, ita dominus vaſallum
ſine eius conſenſu. Caſſa. vbi ſupra rub. 3.§.8.Ibi,
en ali emcion, num.51. nec obligare iuriſdictionē
quam habet in hominibus,ibi,nu.54. An poſſit lo
care,alteri infeudare, ſeu pignorare. Aluar. in ca-
pit. ſi quis fecerit. ante & poſt nnmerum tertium,
& ſi alienauit ſine volūtate vaſalli, an priuetur pro
prietate, & an poſſit ſubiicere terram alteri inuitis
vaſallis,ibi nume.4.& 5.quo tempore miles. Abb.
in cap.dilecti.poſt numerum primnm.de maiorit.
& obedient.hodie tamen iuriſdictiones ex conſue
tudine venduntur. Aluarot. hic poſt numeram ſex
16 tum. licet ſubditorum intersit non mutare domi-
nos.Innocent. in cap. auditis.nume. 2.circa medi.
de præſcripti.Lucas.in l.ſernos.in princip. C. de a-
gric.& cenſit. ſicur intereſt ſcolarium non mutare
dnctorem. Idem Lucas in l.pri. colum.2.circa fi-
nem. C. de his qui in exil. dati. & bonum habere
prælatum. Archid.in capit. pri.2.quæſt.7.& vaſal-
lum eſſe potius ſub magno domino quàm paruo.
Præpoſit. hic, circa finem. vnde non poteſt vaſal-
lum inuitum cedere duriori. Bald.in l. a.cap.de do
nat.& prælatus ſubditum alii ſubmittere, nec ſub-
ditus alteri ſe ſubmittere prælato inuito. Arch.in
cap.nullus. in princ.9. quæſtio.a.& inuitus alium
vaſallum accipere. Alexand.in conſi.169. nume.8.
2.volum. Sed requiritur aſſenſus vtriuſque. Afflic.
in d.cap.1.num.5.de frat.de nouo benefic.inueſt.
adeo quod ſi vni locauit operas, non poteſt alteri
ſublocare. Lucas in l.pri.colum.2.ibi,tertio. C. de
agric.& cenſi. ius filiationis non tranſit inuito fi-
lio, pater alienat tamen in caſu neceſſitatis, ſicut
quando dominus non poteſt vti ſeruitio vaſalli. Sa
lic.in l.pri.nnm.2.d.titu. cap. de nouatio. Rex au-
tem non poteſt quemqnam de regno, a ſua iuriſdi
ctione eximere.glo.4.Pariſ.poſt num. 18.ritu.pri.
17 §.2.nec debet ſubditis præiudicare,ſed magis eo-
rum iura conſeruare, licet ſit in facultate ſua alie-
nare,alii concedere, vel coronæ ſuæ & demanio v-
nire.ea.gl.4.Pariſ.nume.3.in fi. §. 13.Alienat au-
18 tem ex certa ſcientia. Cap.in ver. feudorum clan-
ſulæ.ibi,reditibus.in fi. Afflict.ſupra in prælud.nu.
63.vel cum clauſula,non obſtante, niſi eſſet in ni-
mium detrimentum coronæ. Affli. de his qui feu.
dare poſſunt.num.38.& in §. fin.num.20. in fin.d.
tit.de cap. qui curi. vend. poſſit autem vtile domi-
nium transferre retento directo. Idem Afflict. in
d.cap.in generali.num.20.ſi de feud. defund.mili.
contenu.fuer. ſicut poſſit vendere commoditatem
& fructus ſeruitii bonorum demanialium: ſed nō
vltra quinquennium, & ſi promiſit tenere in de-
manium, ipſe & ſucceſſor eius in regno tenetur
ſeruare. Afflict. hic,num.pri.cir. pri. & in fin. inſu-
per eſt prohibitum conſulere, quòd Rex accipiat
pecuniam, vt terras demaniales teneat in dema-
nium. Afflict.in cap.fin.in a.notab. circa medium.
de prohib.feud. aliena.per Lotha. cum non poſſit
vaſallum vel terram demanii dare alteri in præiu-
dicium vaſalli. ſicut nec vaſallos ſuos facere alte-
riùs ſtipendiarios. Lucas poſt multa pro & contr.
in l.vnic.colum.2. poſt medium.C.de capita. ciui.
cenſi. eximen. aliàs poſſent contradicere. Deci.in
conſi. 564.num.9. & 10.& 689.num. 24.& om-
nes agere. Afflict.in §.præterea ducatus.in 6.nota.
num.23.de prohib.alienat. per Fred.quia liberta-
tem defendere licet. Caſſa.in conſuetud. Burgund.
rub.pri.§.7.ibi,de ſinple.nu.4. & ſi coacti recepe-
runt alium dominum, & proteſtantur, non præiu
dicat, aliàs proteſtatio non ſufficeret. Soc. in conſi.
4.nume.16.in pri. & 21. 3. volum. & admittuntur
ad ſeipſos reemendum.l.2.C.de patri. qui filios di-
ſtraxer.eligendo venditorem in dominum.l.idque
19 Iulianum.ff.de actio.empt.Bald.in l.2. C.de dona
tio.ſoluto tamen pretio. Cam.in d.§.præterea du-
catus.in fi. ſui operis.cum perſonæ etiam dicantur
alienari.in conſi.feud.diuer. pri.nume.53. & ineſt
naturaliter hominibus, non fieri libertatem ſuam
deteriorem. Bal.in d.conſi.327.num.9.pri.volum.
quia intereſt non mutare dominum. Iaſ. in l. filiuſ-
familias.in pri.repe.num.28. & in 2.nume. 46.de
leg.pri. Abb.in cap. expoſuit.num.17.de dilatio.&
20 in cap.auditis.nume.20. de præſcrip.& omni iure
eſt prohibitum,alienare vaſallos inuitos. Iaſ.in l.fi-
liusfamilias.§.diui.in pri.lectu. nume. 28.& in 2.
nume.26.de leg.pri.adeo quòd non coguntur pro
mittere vel iurare fidelitatem. Idem Iaſ. in d.l.de-
bitorum.num.7.in fin.de pactis.ſed ad petitionem
vaſallorum Rex quando vult vendere, debet ma-
gis vni vendere quàm alteri, dummodo fideli.
Afflict.in §.præterea.num.2.13. de cap. Corra.&
poteſt quis cogi ad uendendum alicui propinquo
bonis conditionibus. Innocent. in cap. pri. circa fi-
nem.de coniugio ſeruo.ſicut propter vtilitatem pu
blicam,poteſt quis priuari dominio rei ſuæ. Abba.
in cap.cognoſcentes.num.3.de conſtit. verum va-
ſalli vnius in iuriſdictione ciuili, non poſſent aſſu-
mi in demanium pro criminali. Frec. de Subfeud.
lib.2. ibi ſecunda authoritas.num.26.in pri. & ſic
ſicut vaſallus non poteſt transferre rem inuito do
mino, ita dominus non poteſt transferre ius ſuum
in alium inuito vaſallo: nam intereſt quandoque
vaſalli feudum a ſe ne potius recognoſcere quàm
a iuuene.Iacob. de Ardizo.in Summa. vtrum pro-
hib.feud.compenſa.ibi, merito ergo. Iacob. in ver.
dux.ibi,vlterius. Cap.in d. cap.imperialem.in gloſ.
prim.ibi, primò notandum.nec poteſt vtilis domi-
nus donare eccleſiæ ſine conſenſu domini. Afflict.
in §.ſi verò.in pri. not. poſt numerum primum.de
pace iuramen. firma. Fallit in iudæis: nam in alie-
natione facienda per Principem,non requiritur eo
rum voluntas,ſicut in aliis vaſallis. Cap.in ver.feu-
dorum clauſulæ.Ibi, cuiuſcumque ſectæ. poſſet e-
tiam inuito vaſallo ponere cuſtodes & capitaneū.
Idem Ca.in d.c. Imperialem.in 3.no.col.pri.circ.
finem,

finem. Boer. in deciſion. 212.numero 10. & 15.
Quid in creditore, an poſſit facere ceſſionem in
vito debitore. Lucas in l. ſi qui. in fi. C. de conueni.
fiſci debito. Bal. in d. conſi. 327. poſt nume. 5. vſque
ad 10. pri. volum.

SVMMARIVM.

1 *Similiter, ſignificat ſimilitudinem ad præcedentia.*
2 *Nec, eſt copulatiua dictio.*
3 *Vaſallus primus, poteſt facere ſecundum.*
4 *Miles poteſt infeudare militem, ſine domini voluntate.*
5 *Similiter ſignificat ſimilitudinem facti & modi.*
6 *Subinfeudatus ſi offert ſeruire, an primus dominus teneatur illum amittere.*
7 *Datio in feudum, extenditur vſque ad pronepotes, & acquirens non facit generationem.*
8 *Profecto, eſt aduerbium confirmantis, quaſi pro facto.*
9 *Feudum dans alia lege quàm habet, redit ad dominum.*
10 *Vt, pro ſicut, & ſtat ſimilitudinarie.*
11 *Vnde, alibi pro quia, uel quo iure.*
12 *Perdere, per ſententiam ſignificat.*
13 *Vaſallus non poteſt alienare, dare in feudum ſic.*
14 *Dominium non habens liberum, non poteſt transferre niſi cum ſua cauſa.*
15 *Adiectio inutilis vitiatur, & non vitiat.*

AD §. SIMILITER.

SIMILITER.] Aduerbialiter, E-
1 ſaias. cap. 45. confuſi ſunt inquit, &
erubuerunt omnes, ſimiliter. ſignifi-
cat ſimilitudinem ad præcedētia. De
ci. in conſi. 646. num. 2. 5. volum. iuris ſed non fa-
cti. Bal. in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. colum.
2. poſt princi. de libe. & poſthum. nam ſicut domi-
nus non poteſt feudum alienare ſine conſenſu va-
ſalli, vt in §. præterea. Nec.) Quæ dictio eſt copula
tiua. Bald. in conſi. 482. num. 2. quinto volum. Va
2 ſallus feudum ſine voluntate domini alienabit.)
Aluarot. hic in pri. In feudum tamen recte dabit.)
Totum vel partem, licet Veronæ ex conſuetudi-
ne, poteſt dimidiam, vel minus dimidia, maiore
parte retenta. Iacob. de Ardizo. in Summa, quan-
do vaſa. feud. infeud. dare poſſunt. tribus concur-
rentibus. Aluarot. hic nume. 2. & ſic vaſallus pri-
mus poteſt facere ſecundum Aret. in l. 3. §. ex con-
trario. num. 39. de acquiren. poſſeſſio. ſicut emphy
teota alium emphyteotam. Bald. in l. cum eſſent. §.
nume. 2. de ſeruitu. ruſticorum prædiorum. Intel-
3 lige, Si ſecunda Perſona.] Per ſe ſonans. Lucas in l.
4. circa finem. C. de ſpectaculis. Sit talis, quę feu-
do ſeruire poſſit, vt ſi dans miles eſt, & ille qui ac-
cepit feudum miles inueniatur.) Vnde ſi vaſallus
4 eſt miles, non poſſet ſine uoluntate domini in feu
dum dare, niſi militi. Pau. de Caſt. in conſil. 336,
circa prin. pri. vol. & tunc dñs compellitur habere
alium vaſallum quàm velit, ſi nihil interſit habere
plus vnum quàm alium. Aluarot. in §. ſi vero. nu.
4. qualiter olim poterat feud. alienare, Ad hoc ut
5 feudum.) Id eſt miles cuius miniſterio utitur feu-
dum. gl. in conſtit. conſuetudinem prauam. Si con
tigerit domino Similiter.) Quod ſignificat ſimili-
tudinem modi & facti. Soc. in conſi. 281. nume. 3.
2. volumi. Seruire, ut & prior poſſit.) Quia qui in
pleriſque ſunt ſimiles, iidem opere cenſentur. Azo
in Summa. C. de duobus reis. poſt numerum ſepti
6 mum. unde ſubinfeudatus, ſi offert ſeruire, an pri-
mus dominus teneatur illum admittere. glo. prim.
Pariſ. tit. pri. §. 13. nume. 71. Et hoc ut dare liceat.)
Et licitum ſit pro ſe & deſcendentibus. In infini-
tum.) §. hoc quoque. de his qui feud. dare poſſunt.
In quibuſdam tamen curiis, vltra tertiam perſo-
7 nam feudi conceſſio non extenditur.] Et ſic uſque
ad pronepotes. Alexand. in conſi. 110. in ſecundo
dubio. nume. 18. 3. uolum. & 125. 5. uolum. ultra
acquirentem, ut ibi. §. prim. Authen. de alienat. &
emphyt. & tertia generatio an capiatur incluſiue
uel excluſiue Bald. in conſi. 441. 3. uolum. & 375.
4. uolum. Cap. in uer. feudorum clauſulę. ibi, uſque
ad tertiam generationem. & ſi eſt præſcriptum an
ſit in perpetuum, uel non extendatur ultra dictam
generationem. Bald. in cap. ultimo. poſt numerū
ſecundum. de feudo dato in uicem leg. commen.
Vt cum feudum peruenit in quartam perſonam,
ei auferre dominus poſſit.) Vendicando primus
ab ultimo, & non quatuor uel quinque interme-
8 dii. Præpoſit. hic circa medium. Profecto.) Eſt ad-
uerbium confirmãtis, quaſi pro facto. Grammatic.
in uer. profecto. Ille qui ſuum beneficium.) Etiam
quod non ſit in totum, ſed pro parte, Zabar. in cle
men. uni. poſt numerum 28. de homicid. Alii dat
in feudum, non debet alia lege dare, niſi qua ipſe
9 habeat.) Alіàs redit ad priorem dominum. Iacobi.
de Ardizo. in Summa. eodem pacto feud. concede.
quis debet quo habet, quia reſoluto iure uaſalli ex
cauſa antiquiori, reſoluuntur iura habentium cau-
ſam ab eo, & onera, ſeruitutes, & hi patrię reſol
ſoluuntur, quando peruenit ad dominum uti do-
minum, ſecus ſi ex alia cauſa, & uti priuatum. glo.
5. Pariſ. num. 26. in 5. quæſt. tit. pri. §. 13. uel cum
illius aſſenſu. Soc. in conſi. 96. num. pri. 3. uolum.
Bald. in l. cum eſſent. ſecunda repet. de ſeruit. ruſti-
corum prædiorum. & ſi eſſet reſolutum ius primi
ex delicto commiſſo in perſona domini, tunc reſol
uitur ius huius ſecundi. Aluarot. in §. ſi uero. poſt
numerum tertium. qualiter olim poterat feud. a-
lienа. poterit tamen arctiori lege quàm ipſe habet,
in alium transferre. l. nulla de feud. & benefic. con
ſtit. Imperialis. in extraordinariis. Vt.) Id eſt, ſi-
10 cut, & ſtat ſimilitudinarie. Iaſ. in l. ſi poſt morã.
poſt numerum primum. de eo quod certo loco. Si
habet ſibi ſuiſque hæredibus.] Quod intelligi de-
bet de ſolis maſculis. §. & ſi clientulus. de alienatio.
feud. non debet alii dare ut habeat ipſe & ſui hæ-
redes maſculi, & fœminę.] Cum non ſuccedant in
feudo. §. hoc autem. de his qui feud. dare poſſunt.
Vnde.) Ex quo iure. Archid. in cap. quo iure. poſt
11 princip. 8. diſtin. alibi quia. Idem Archid. in cap. de
occidendis. cir. finem. 23. q. 5. Quibuſdam placet.)
Ex conſuluit. cap. pri. qui teſtes ſunt neceſſa. ad pro
ba. nouã inueſtit. Quod qui taliter.] Eſt aduerbiũ.
Grammat. in uer. talis. Dedit, eo ipſo.) Conuictus
per ſententiam. cap. 3. quo tempore miles. Benefi-
cium, amittit. Gerardus & alii dicunt, quod qui de
dit, & cui datum eſt, beneficium perdit.] Per ſentē-
12 tiam. Iſer. de cap. Corra. in pri. nu. 3. in fi. Secun-
dum alios uero, tunc domino aperitur, cum maſcu
li defecerint.) Niſi datum eſſet pro maſculis & fœ
minis. §. filię uero. de ſucce. feud.

Decla-

Declarato textu, impugnabatur eius deciſio. Primò, iniquum eſt liberis hominibus, interdici rerum ſuarum alienationem. l. 2. ff. ſi a paren. quia fuerit manu. eo magis, quia neceſſitate ſuadente, poterat vaſallus, olim etiam domino inuito feudi partem alienare. ca. pri. qualiter olim poterat ſeu. aliena. ita & nunc, quia ex præterito præſumitur ad preſens. cap. ſcribam. de præſumpt. Secundò, alienationis verbo venit id omne, per quod dominium transfertur. glo. in cap. pri. 12. quæſt. 2. dando in ſeudum, transfertur dominium. cap. ſi vaſallus, de beneficio. ſi de feud. defunct. milit. controu. fuer. ergo prohibitus alienare, cenſetur prohibitus dare in feudum, etiam quia in feudis quodlibet commercium prohibetur. cap. Imperialis. de prohib. feudi aliena. per Lothar. Vltimò, beneficium debet eſſe perpetuum. cap. vnic. de capel. mona. in 6. ita & ſeudum, quod beneficium dicitur. Iſern. in §. quicumque aduocatiam. poſt numerum. 34. de pace tenen. decet eſſe manſurum. cap. ſi cui. de præben. in 6. quia is qui dedit in feudum, videtur omnibus proſpexiſſe. Iſern. in ca. omnes filii. col. 2. cir. fi. poſt num. 8. d. tit. ſi de ſeu. defun. milit. contr. ſuer. & acquirens acquiſiuit, non propter vnū, ſed propter omnes. Idem Iſer. in c. pri. poſt nu. 5. ſi vaſa. feu. priue. vi deſc.

His non obſtantibus, determinatur contrariū, & ratio eſt, quia natura feudi eſt, recipere feudum vt ipſe habeat & cui dederit. Iacobin. de Ardizo. in d. Summa, ſi vaſa. feu. in ſeud. dare poteſt. poſt medium. ſed nō vltra tertiam generationem, nam donationes perpetuæ, nomine alienationis continentur. no. in c. tua nuper. de his quę fiunt a pręla. ſine conſenſu cap.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam etiam de iure communi, in fraudem alienata reuocantur. l. fi. ff. ſi quid in frau. patro. & poterat olim, nunc nō d. c. Imperialem.

Secundum non obſtat, nam iure iſto poterat infeudari milex. cap. beneficium. d. titu. ſi de feud. defunct. milit. contrregister. fuer. ſecus per conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ, quia non poteſt niſi excadentiaa.

Vltimum non obſtat, nam intelligitur in priuilegio reali, ſecus in perſonali, quod extinguitur cū perſona. in reg. decet. cum ibi not. de regu. iuris. in 6. & ſucceſſiue in tertia generatione, vt ſeruatur in quibuſdam curiis, vt hic. Et ſic firma remanet con-
13 cluſio, quòd vaſallus non poteſt alienare, dare in feudum ſic. Amplia, quòd nec poſſit in emphyteoſim perpetuam concedere. Afflict. in d. cap. Imperialem. in glo. num. 27. nec in feudum in fraudem domini vel agnatorum. Iacob. de Ardizo. in Summa, ſi feud. detur in feud. idque in fra. Iſer. hic cir. princ. & procedit non ſolum in maiore, verum ēt & in minore, & minimo ſubfeudatario, quiue dū infeudabit res ſuas franchas & liberas, verū & emphyteoticas, ſine conſenſu directi domini. Cap. in §. callidis. in prin. colum. 2. in pri. & 2. amplia. d. titu. de prohib. feud. aliena. per Fred. Limita, dummodo fiat ſincere & bona fide æquali, & cum illis qualitatibus, cum quibus habebat. Cap. in d. §. callidis. circa prin. aliàs, ſi daretur alias lege non præiudicat domino. Iacob. de Ardizo. in d. Summa, eodem pacto feud. quis concedere debet, quo habet, dabit autem his pactis & conditionibus, quibus habuit; nam non poteſt facere deteriorem conditionem domini, ſed reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris. Bald. in §. curſua. cir. prin. & poſt nu. 3. de contro. inueſtit. Nec procedit, quando non gratis, ſed pretio accepto dediſſet in feudum, quia ex quo in fraudem fit non teneret. Iacob. de Ardizo. in Summa, an pretio feud. dari poſſit. & ſi pretium datum eſt præſumitur fraus. in pri.

14 Nota, quòd qui nō habet dominium liberum, non poteſt tranſferre, niſi cum ſua cauſa. l. vni. C. tem. alien. geren. non interdici rerum ſua. alienat. Afflict. in §. ſi quis de manſo. nume. 34. de contro. inueſtitu. ſi donatur Caſtrum, tranſit cum ſuis vitiis, ſuaque cauſa. Bal. de pace Conſta. in ver. amplius. numer. 4. idem in bonis relegatorum. Idem Bal. in conſi. 236. 4. volum. Item nota, quod vaſallus poteſt de ſuo feudo alium vaſallum acquirere, quia non deſinit primus ex toto eſſe vaſallus. Bal. in conſi. 265. nu. 2. 5. vol.

Quid ſi in conceſſione apponatur pactum inſolitum? dic quòd illud vitiatur, & non tota conceſſio. Alexand. in conſi. 38. num. 5. ſecundo volu. quia inutilis adiectio vitiatur & non vitiat. l. ſancimus. in ver. ſuperfluum. C. de donatio. Iſern. in §. turpiter ſuſerit. num. 11. circa finem. quibus modis feud. amit. quid ſi concedatur in perpetuum, cum non ſit ſolitum concedi vltra tertiam generationem? dic quod vitiatur in totum. Alexand. in conſi. 143. nume. 4. 7. volum. quia in materia alienationis feudorum, vtile per inutile vitiatur. Cam. in ca. Imperialem. car. 32. colum. 3. circa medium. inutiter adiectum vitiat, quod eſt vtile. clemen. prim. in ver. immiſcentiū. de decimis. Inde ſi pręlati electio non tenet, nec tenet eius conſecratio. Bald. de his qui feud. dare poſſunt. in ver. Marchio. nume. 8. & in ſpiritualibus licet non ſit dare turpe, tamen ſi detur ex pacto, vel taxatione, quæ eſt ad inſtar pacti, illa adiectio vitiat. glo. fin. in ti. in reg. in pari. de regur. iuris. in 6. & ratione annexi in principali impediri videtur. clementina final. in verb. annexa. de præbend.

15 Pro alia parte facit, quod inutilis adiectio vitiatur, & non vitiat. l. hactenus. §. fin. in glo. penult. ff. de conſtit. pecu. l. cum qui. §. pri. in ver. pro ſuperuacua. de verborum obligationib. l. ſed ſi tibi, & ſequen. de ſtipulat. ſeruo. l. Pedius. §. pri. in gloſ. nullum. circa finem. ff. de arbitris. l. vſuraa. & ibi, gl. & in l. placuit. ff. de vſuris. l. pri. l. ſi quis ita. & ſequen. l. condictiones, la v. & ſequen. ff. de condi. inſtit. Io. And. in cap. vnic. num. 6. de iure patro. in ver. ſicut conditio impoſſibilis. l. ſi tibi, & mihi. §. prim. l. ab omnibus. in glo. 2. de leg. prim. l. ab adminiſtratione. C. de leg. l. 2. C. de indic. uiduit. tollen. & temporis adiectio ſuperuacua. l. ideoque. de manu. teſtamen. tunc partim ualet, & partim non §. quoniam. in fin. Authen. de nuptiis. tenet principale & non acceſſorium. §. ſi quis autem ad monaſticam. ver. domino. Authen. de ſanctiſ. Epiſco. tenet votum pro parte, & pro parte non. cap. quidam. & c. placet. cum ibi not. de conuer. coniug. Ingrediens religionem, ſi aliqua retinet non valet pactum, & ingreſſus non vitiatur. Authen. ingreſſi. in gloſſ. 2. in princ. de ſacroſan. eccleſ. turpis conditio reijcitur, & monachatus tenet. Innocen. in cap. fin. poſt medium, qui cleri. vel vouen. cum diſt. de qua Pa. de Caſt. in conſi. 69. primo uolum. Bald. in conſil. 248. in pri. 2. uolum. & in d. l. Pedius. 2. repet. pactum ualet, ſed repudiatio non tenet. l. 3. §. ſi qd. in uer,

in verb. paciſcenti.ff.de minor.ſtipulatio eſt nulla, ſed manet condictio.l. certi condictio.§. pri.ſi certum peta. contractus tenet,pactum autem contra eius naturam appoſitum non.glo. in princ.in cap. ſic quidam,10. quæſtio.pri. exceptio quæ eſt contra naturam actus vitiatur, & non vitiat. l. ſi quis. ita.vbi ita Summa Bald. ff.de hæred.inſtit. actus tenet,& conditio reiicitur.cap.prin. & fin.de condi. appoſi. cauſa leuior vel durior adiectionem non vitiat.l.qui res.§.mihi.de ſolutio.conditio tollitur, & legatum purum remanet.l.licet.in verb.conditionem.in fi.vt lega.nomi.caue.nec cenſetur repetita conditio, quæ legatum facit inutile.l.ſeruo alieno.§.pen.de leg.pri.

Vltimò refutatio facta immediate ſucceſſuro valet,ſed reijcitur reſeruatio vſus fructus. Loffred. in conſi.3. num. pri.& in iſtis terminis,quando fit conceſſione vltra tertiam generationem tenet,ſed dum venit ad quartam perſonam, dominus auocat.Iſern.hic in ver.quibuſdam.poſt pri.Et iſte vltimus a quo auocatur,an agit de euictione.Aluar. hic,nu.5.vbi etiam quod primus ſemper vendicat, & prior agit contra quartum.l. Titius.de ſeruis ex por.Si in datione quarti vel quinti non conſentiit, nec iuri ſuo renunciauit.Iſer.hic.

Sed inutilis adiectio an vitiatur vel vitiet, diſtinguue,vt per Barto. & Bald. in l.per ſeruum.§.pri. in addit.ad glo. in ver. inutile.ff. de vſu & habitat, vel vt idem Bal.in §.fi.num.7. per quos fiat inueſtit. vel inſeparabile inutile adiectum non vitiat vtile,cap.ſi confirmationem,ante poſitionem caſus, de electio. in 6. ſeu inutilis adiectio facta poſt actum perfectum & conſummatum vitiatur, & nō vitiat actum.Pau. de Caſt.in conſi.241.num. 4.in fine.2. volum. turpis & probroſa conditio vitiatur & vitiat. Afflict.in §.fin.poſt numerum 13. & 14. quid ſit inueſtit. Vel dic.vt per Loffred.in d.conſi.3.num. 28. & 29.aliàs pro adductis ſecundo loco,facit gloſ.pri.circa finem.in reg.actus legitimi. de regu.iuris.gl.in cap.ſi eo tempore.in verb.beneficium.de reſcriptis.in 6.& in cap.2. in verb.adminiſtratione. de ſtatu monachorum. An autem creditores poſſint reditus ſuos inuitis debitoribus infeudare, & illos per debitores redimi,gl.5.Pariſ. nu.5.8.& 59.nr.pri.§.13.

SVMMARIVM.

1 *Domini ſolent eſſe vitioſi, male, crudeles,& cupidi.*
2 *Controuerſia,diſceptatio,contentio uocis.*
3 *Ablatiui abſoluti inducunt modum.*
4 *Verbum negauerit,exponitur negando dixerit.*
5 *Prorſus,omnino,in totum,ſine vlla exceptione,voces.*
6 *Si quidem, componitur ex, ſi, & quidem, & idem eſt quod,quoniam.*
7 *Auferant, uerbū, per modum iudiciarium non uiolentum,ſignificat.*
8 *Dubitans,habetur pro ignorante.*
9 *Neſcire, uerbum,nullam ſoluit queſtionem.*
10 *Minime,uox negatiua, quaſi nequaquam.*
11 *Veritatem denegare,non eſt bonum.*
12 *Vaſallus amittit feudum per negationem.*
13 *Contradictio eſt perplexa negatio.*

AD §. SI FVERIT.

1 Si fuerit inter Dominum.) Qui ſolet eſſe vitioſus, malus, crudelis, & cupidus.Iſer. quæ ſint regalia.verb.contrahentium inceſtas nup.nume. 42. circa finem. Et vaſallum de beneficio controuerſia.)cap.inter cętera.de præb.diſceptatio ſeu con-
2 tentio.Grammat.in ver.controuerſia,Domino di-
3 cente.) Ablatiuus abſolutus inducit modum.l.de ſubmerſis.C.de naufrag.lib. 11.l.creditor,la ſecūdo.§.fi.ff.qui potio.Iaſ.in rub.nume. 3.ſoluto matrimonio.Hoc.)Rei præſentis ad oculum demonſtratiuum. Imola in l. nemo dubitat. nume.pri. de hæred.inſtituen. Quod tenes in feudum a me Habes.]Licet non ſis dominus.l.ſtipulatio iſta, habere licere. §. habere.de verborum obligationib.Ille
4 verò negauerit.] Negando dixerit. Aret. in l.quoties.§.idem Iulianus,lo primo.ff. de in diem adie-
5 ctio.Prorſus.) Omnino, in totum, ſine vlla exceptione. Grammat. in verb.prorſus. Ab eo non ha-
6 buiſſe. Si quidem.]Quæ componitur ex ſi, & quidem.& idem eſt quòd, quoniam. Grammatic.in ver.ſi quidem. Probatum fuerit.] Habuiſſe,ſcilicet
7 ab eo. Ipſum ab eo auferatur.] Per modum iudiciarium non violentum. Iſer.ſupra eodem, in ver. quibuſdam.circa princ. Sed cum non omnino,ſed dubitanter reſponſum fuerit.]Quia dubitans habe
8 tur pro ignorante. Bald.in conſi.154.colum.fina. poſt princip. quinto volumin. & dixerit, Neſcio.)
9 Per quod verbum nulla ſoluitur quæſtio. Præpoſ.
10 hic circa finem. Minime.] Idest, nequaquam, & negat. Grammat.in ver.minimum.& ſic non amittit,Secundum quoſdam,ſed ſecundum alios, tunc demum priuabitur.] Vt ſupra in rub. ſi vaſa. feud. priui. cui dele. Si fraudulenter.) dicto capit.inter
11 cætera.in fine. de præbend. Idest, ſciens hoc negauerit.] Cum non ſit bonum denegare veritatem.cap.1. in fi.de con. inter dominum & vaſa.de inueſti.feud.

Declarato textu, dubia reddebatur eius deciſio.Et primò, non facile quæri ſolet de periurio eius,qui ex neceſſitate iuris iurat.l.fin.ff.de in litem iuran.iſte vaſallus clarum eſt, quod iurat ſuperiore cogente.cap.pri. ſi de inueſtit.inter domi.& vaſal.lis oria. ergo etiam quòd peieret, non debet puniri.

Secundò, nimis graue eſt ſumere arma de domo rei. l. nimis graue, Codic. de teſtibus. etiam quòd iudex iubeat, ex quo non tenetur obedire vt aduerſarium inſtruat.l. non ex omnibus.in ver.punire.in fi.ff. de arbitris. tanto magis,quia ex ſe ipſo certificari poterat, cum ſit certus de iurib. & probationibus ſuis. Lucas in l.fi.colum.pen.circa medium.C.de diuer.offi.

Vltimò debebat ſaltem clare reſpondere, & non dubitatiue, nam paria ſunt nihil reſpondere, vel reſpondere & obſcure.l. de ætate.§.nihil intereſt interrogatio. actio.quia non dicitur plene reſponſum, ſi reſponſio eſt obſcura, & ad plura poteſt referri.not.in capit.cum olim. de verborum ſignificationib.

His non obſtantibus, determinatur contrariū, & ratio eſt, quia veritatem negare non eſt bonum, cum ea in feudis attendatur,ſicut origo inueſtiture.Affli.in c.2.poſt nu.2.d.tit.ſi de inueſti.inter domi.& vaſa.lis oria.

Qua

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam ex reſpon
ſione vaſalli in iudicio facienda, confitendo vel ne
gando, voluerunt compilatores illum onerari. l.
4. d. tit. de interrogat. act.

Non obſtat Secundum, nam non debet initium
probationum ſumi de domo rei. l. de minore. ff. de
quæſtio. ſecus quando eſt probatum & non plene,
quia tunc datur in ſupplementum probationum.
l. in actionib. de in litem iura.

Vltimum non obſtat, nam valet reſponſio ſi di-
cat, dubito. l. ſi debitor. cum ibi not. ff. de petitio.
hæred. & dicitur dilucide reſpondere, non ſolum
de ſcientia, ſed etiam de credulitate. cap. 2. in verb.
ſufficienter. cum additio. ad eam. de teſtibus. in 6.
12 & ſic indubitata remanet concluſio, quod vaſal-
lus amittit feudum per negationem. Intellige, tam
ſe dicat ignorare cum ſciat, vel ſi ſcit veritatem, &
dicit quod dubitat. Præpoſit. hic. Idem in eo qui
eſt conuentus actione reali: nam ſi negat poſſide-
re, & poſtea probatur, perdit poſſeſſionem in pœ-
nam mendacij: vel ſi hæres negat rem legatam eſ-
ſe hæreditariam, conuictus perdit falcidiam. Rur-
ſus ſi aliquis dicat ſe hæredem ex ſemiſſe, cum ſit
ex quadrante, poteſt conueniri inſolidum. Afflict.
in §. item ſi vaſallus. num. 7. 8. & 9. de controu. in-
ueſtit. & non ſolum amittit feudum, verumetiam
ſi mentitur Principi ſeueriter punitur. Lucas in l.
pri. colum. 6. poſt princip. C. vt nemo ad ſuum pa-
tro. &c. Limita tamen, quando ſcienter abnegauit.
cap. vaſallus feudum. ſi de feud. defunct. milit. con
trouerſ. fuer. per dolum vel latam culpam, vt per
Bald. ibi, nume. 2. & procedit quando negauit, ſe-
cus ſi dubitanter dixit, neſcio, vt hic. vel titubabat,
quia titubatio eſt medium, inter ſcientiam & igno
rantiam. Azo in Summa. C. de condit. indeb. poſt
numerum 16. & amittit per modum iudiciarium,
& non violentum. Aluarot. & Iſern. hic, cuius le-
ctura eſt plana.
13 Nota, quòd contradictio eſt perplexa negatio.
Bald. in conſi. 446. circa finem. 2. volum. Item di-
citur dominus non ſolum is cuius eſt, verum ét is
ad quem res ſpectat. Lucas in l. 4. in fi. C. de fun.
patri. affirmare autem vel negare dicitur, ut per
Bald. in cap. primo. de controuer. inter domi. & va
ſa. num. pri.

Vltimò nota, quòd concordia gaudet altiſſi-
mus, & gloriatur in membris ſuis. cap. Archiepiſco
pus. 9. quæſtio. 3. iſta eſt rara etiam inter fratres. l.
de fideicommiſſo. C. de tranſactio. multo magis
inter dominium & vaſallum, inter quos ſolet eſ-
ſe controuerſia, toto titu. de conte. inter domin. &
fide. de conte. inter domin. & vaſa. & de inueſtitu.
feud.

De clerico qui inueſtituram fecit. Tit. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Clericus large, ſtricte, & ſtrictius, accipitur.*
2 *Feudum ſine inueſtitura, conſtitui non poteſt.*
3 *Inueſtitura quomodo fit.*

AD RVBR.

1 CLERICI.) In lingua Gallica, ita om
nes proficientes literis appellantur.
gloſ. ad Dantem. in 15. inferni, col.
fin. in fro. circa medium. ſtricte ve-
niunt omnes clerici, etiam canonici
ſubditi Epiſcopo. cap. cum tibi. & glo. fin. de verbo
rum ſignificationib. ſtrictius, & in eo de quo agi-
mus, compræhendit Archiepiſcopum, Epiſcopũ,
Abbatem, Abbatiſſam & Præpoſitum. capit. de his
qui feud. dare poſſunt. cap. pri. de epiſco. vel Abb.
Iſti faciunt Inueſtituram.) Sine qua feudum con-
2 ſtitui non poteſt. cap. pri. quibus modis feud. con-
ſtitu. poteſt, cum diſtinctione, vt in textu ubi dice
3 mus. Fit autem inueſtitura, quando haſta uel aliud
corporeum porrigitur a domino feudi, ſe inueſti-
turam facere dicente. cap. quid ſit inueſtit. iſta po-
teſt fieri a laico, & a clerico, de ea quæ fit a clerico
tractatur infra.

SVMMARIVM

1 *Ablatiuus quando cadit ſuper certo, non facit con-
ditionem.*
2 *Suum intelligitur, de quo eſt uerus dominus.*
3 *Omnifariam, ideſt omnino.*
4 *Promiſſa eſſe adimplenda.*
5 *Res in dubio præſumitur potius eccleſiæ, quàm cle-
rici.*
6 *Poſſeſſionis verbum ſignificat proprietatem & do-
minium.*
7 *Succeſſor, a ſuccedo deriuatur, & eſt is qui ſucce-
dit.*
8 *Pure, ideſt, non conditionaliter.*
9 *Reuerti, ideſt retrouerti.*
10 *Ratihabitio impeditur, ſi ſuperuenit defectus ex
parte agentis.*
11 *Ideo, propterea, eſt coniunctio collectiua.*
12 *Dominium, & demanium, idem.*
13 *Olim, nuper, aliquando.*
14 *Hodie, hoc tempore, hac ætate.*
15 *Prælatus poteſt dare in feudum, ſed ſucceſſor non
tenetur.*
16 *Mortuo Epiſcopo, res eccleſiæ dantur in cuſtodiam
tribus ex melioribus dictæ eccleſiæ, quouſque pro
uideatur de ſucceſſore.*
17 *Clericus dat in feudum, ſed non facit de Burgenſa-
ticis feudum.*

AD TEXTVM.

1 CLERICO inueſtituram faciente.)
Ideſt, ſi clericus inueſtituram fecerit,
ſimul. in l. euicta re. in princ. ff. de eui-
ctio. nam ablatiuus quando cadit ſu-
per certo, non facit conditionem. Bald. in l. pri. in
2. repet. ibi, vndecimo oppono. de leg. 2. ſed indu-
cit modum. §. fin. num. 3. ſupra titu. præceden. De
ſuis bonis.) De quibus eſt uerus dominus. Caſſan.
2 in conſuetud. Burgund. rub. 10. §. pri. Ibi ſon here
detage. in prin. Eius ſucceſſor omnifariam.) Ideſt
3 omnino. Aluarot. hic colum. 2. poſt princ. Cogitur
4 eam adimplere.) Quia promiſſa ſunt adimplenda,
notat. in cap. relatum. de præbend. Cumque de bo
5 nis eccleſiæ.) Quod in dubio præſumitur, potius
quàm clerici, niſi aliud appareat. Præpoſi. hic in fi.

Eam

6 Eam inueſtituram fecerit, ſi Poſſeſſio.) Quod uer-
bum proprietatem ſignificat & dominium. Archi.
in cap. redintegranda. in princi. 3. quæſt. prima. hic
large pro detentione. l. Fulcinius. in glo. 2. de vi &
armata. Rei pro beneficio inueſtiture.) Ideſt loco
inueſtituræ beneficij: nam idem eſt dicere, facio
pro Titio; & facio nomine Titij. Barto. in l. prim. §.
2. nume. 17. de operis noui nunciatio. Alexand. in
conſi. 80. num. 8. ſecundo volum. Penes.] Apud, li-
cet iſta differant quandoque. l. penes. de verborum
ſignificationib. Eum fuerit.) Sciente eo qui deti-
net. cap. pri. qui ſucced. tenea. Ipſe.) Qui fecit inue
7 ſtituram, & eſt is qui ſuccedit. Gram. ver. ſucceſ-
ſor. Ipſam adimpleant, quod etiam in laicis contin-
git.) dicto cap. pri. qui ſucce. tenea. Vbi verò de al-
terius feudo.] Quod ab altero poſſidetur. capit. 2.
de feud. dato inuicem leg. commen. Fecerit inueſti
8 turam.] Diſtinguitur; Si quidem pure.] Ideſt non
conditionaliter. glo. pri. in l. ſi pure. ff. de fideicom.
liberta. Non valeat. Sed ſi ſub tempore vel condi-
tione, quo tibi feudum aperiatur, valebit inueſtitu
ra etiam ſine voluntate vaſſalli.) Qui detinebat. Pa-
9 cta, ſi tamen ante.] Ioan. cap. 13. in pri. Deceſſerit
inueſtitor, quàm feudum ad eum Reuertatur.) Re-
trouertatur. Grammat. in verb. reuertor. Succeſſor
10 non cogitur eam habere ratam.] Quia ratihabitio
impeditur, ſi ſuperuenit defectus ex parte agentis.
l. penult. & fin. §. fina. ff. rem ratam haber. aut (. ſ.
non ſuperuenit defectus) cum ſe viuente feudum
apertum fuerit, poſſeſſionem tradat (ſucceſſor) &
inueſtituram adimpleat. Et Ideo.] Ad Hebræos.
cap. 9. eſt coniunctio collectiua, & idem ſignificat
11 quod propterea. Grammat. in ver. ideo. Sciendum
eſt Archiepiſcopum Mediolanenſem nõ poſſe da-
re in feudum, quod tempore introitus ſui in domi
12 nico.] Dominio vel demanio. in conſtit. dignum.
de iure ſuo curiæ obſerua. Inuenerit. Sed ſi.] Quæ
eſt aduerſatiua, & repetit qualitatem præceden-
tium. Iaſo. in l. quominus. nume. 12. de flumini. Et
Poſtea.] Ideſt poſt introitum, feudum aperiatur,
Ipſum recte.) Iure & ſine repræhenſione. Gram-
matic. in ver. recte. Dabit. Profecto alij Epiſcopi
& clerici, ea quæ in dominico habent & feuda his
13 aperta, Olim.] Ideſt nuper, aliquando, & eſt ad-
uerbium temporis. Grammat. in verb. olim. Dede-
14 rant, & Hodie.) Hoc tempore ſiue ætate. Gram-
mat. in verb. hodie, licet alibi, hodie, ideſt poteſt
aduentum Chriſti. Zabar. in clemen. vnic. in prin.
poſt numerum 2. de iureiuran. Pſal. 94. venite e-
xultemus. Dant.) Si antiquitus conſuetudo fue-
rit feudum dare. de his qui feudum dare poſſunt.
in princip.

Declarato textu, dubia reddebatur eius determinatio. Et primò, videtur quòd clericus non poſſit concedere, ex regula, nemo transfert quod nõ habet. cap. presbyterum. 28. diſtin. clericus non habet feudum, tribui Leui Ioſue non dedit poſſeſſionem, quoniam dominus Deus Iſrael, ipſe eſt poſſeſſio eius. Ioſue. cap. 13. in fi. ſucceſſiue non transfert. l. nemo plus in his. de reg. iu.

Secundò, nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus. 2. ad Tymoth. ca. 2. feuda ſunt inuenta a ſecularibus, vt ipſos defendant. Iſer. in ca. pri. poſt numerum tertium. de gradi. ſucce. in feu. ergo in eis nõ debent clerici ſe intromittere, quia diuerſum eſt ſacerdotium ab imperio. capit. ſolitæ. de maior. & obed.

Vltimò quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ Dei, Deo. Matth. cap. 22. iſta ſunt Cæſaris, quæ eſt dominus omnium. l. de precario. ad leg. Rhodi. de iactu. ergo ad eum, non ad clericum ſpectat collatio feudorum.

His non obſtantibus, determinatur contrarium, & ratio eſt, quia in rebus propriis tanquam laici reputantur, non tanquam clerici. Iacobin. de Ardizo. in Summa, de inueſtitur. prælator. in princip.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam laici trãſferre non poſſunt, quod eis poſſidere non licet. no. in c. dudum. de decimus. clericus autem dat in feudum, licet non poſſit habere feudum. Iſern. hic circa finem.

Non obſtat Secundum, nam feudum erat illius conditionis vt clericus ſuccederet, ſicut & fœminæ. Iſern. hic circa finem. & non ſeruiat per ſe, ſed per ſubſtitutum. Iſern. infra titul. proxim. circa princip.

Vltimum non obſtat, nam in iſtis attenditur cõſuetudo, vnde conſueta ſeruari prouinciæ gaudebunt. Iſer. in cap. Imperialis. in ver. quocirca. circa medium. de prohib. feud. aliena. per Lothar. nam huiuſmodi feudum dare, erat conſuetum. Idem I-
ſer. hic circa princ. & ſic firma remanet concluſio,
15 quòd prælatus poteſt dare in feudum, ſed ſi datio
non eſt perfecta, ſucceſſor non tenetur. Intellige habere locum in quolibet prælato, qui non ſolum quod in dominio habet poteſt concedere, verumetiam, & quod eſt apertum per mortem, vel deuolutionẽ, poteſt alteri concedere, vt recuperet & habeat in feudum. Iacob. de Ardizo. in d. Summa, de inueſt. prælato. poſt medium. & inueſtie tam extraneum, quàm coniunctum benemeritum, vt ibi. Et ſicut ſucceſſor non tenetur prælato mortuo; ita ſi habuit ex delicto prædeceſſoris. Afflict. qui ſucceſſo. tenea. lo ſecundo. numero vigeſimo quarto. circa finem.

Limita, tamen non procedere, quando concederet hæretico, vel concederet ea quæ ab imperiali domo proceſſerunt, vel datum eccleſiæ, cum conditione, ne alienetur. Iacob. de Ardizo. vbi ſupra, circa finem. & procedit, Affli. hic, in 3. not. & hoc iure iſto, licet hodie aliter de iure canonico. Iſern. hic poſt principium. & in rebus eccleſiæ, ſecus in propriis, quæ poſſent infeudari ſine debitis ſolemnitatibus. Curt. in tracta. feud. in ſecund. parte. quæſtio. 22.

Nota, quòd clerici faciunt inueſtituram quandoque de rebus propriis, aliquando de rebus ad eccleſiam pertinentibus. Primo caſu reputantur vt laici, & ipſi & eorum ſucceſſores adimplere coguntur. Secundo caſu, aut res ſunt penes eum qui inueſtiri debet, & tunc qui debet inueſtire tenetur adimplere: aut non, & non tenetur ſucceſſor, ſi antequam adimpleat, is qui promiſit mortuus eſt: cũ poſſit & ipſe reuocare, ſi eccleſia eſſet enormiter læſa uel aut faciunt inueſtituram de beneficio ſuorũ militum, ſi pure & ſine conſenſu vaſalli feudum tenentis non valet; Sub conditione ſic, dummodo tenentis feudum decedat antequam inueſtitor. late Iacob. de Ardizo. in Summa, de inueſtit. prælato,
16 Præpoſit. & Aluarot. hic ante & poſt nume. pri.
& ſecundum. In regno, mortuo Epiſcopo vel Archiepiſcopo, res eccleſiæ traduntur cuſtodiendæ tribus de melioribus ipſius eccleſiæ, ad opus eccleſiæ,

cleſiæ, vſque dum de paſtore prouideatur. in con-
ſtit. peruenit, de adminiſtra. rerum eccle. poſt mor-
rem prælatorum. Iſern. circa fi. dicit, quomodo cle
ricos, qui non poteſt habere feudum, dat in feudũ;
17 quod eſt inuẽtum de publico, ſicut militia. §. opti
mum. Authen. de exhiben. & introdu. reis. dicit
ipſe quod dat ſi habet: & non ſic de regalibus,
ideſt dato a Rege: nam tunc ſi daret perderet.
Idem Iſern. d. titu. de his qui feu. dare poſſunt,
in princ. nume. 2. nec facit de Burgenſaticis feudũ.
§. ſi verò contigerit. Vbi dixi, de pace iuran. fir-
ma. feudum verò, de quo hic, erat ſolitum concedi,
vel eo pacto acquiſitum. facit. l. quiſquis cenſibus.
C. de epiſco. & cler. & late ſupra, Epiſco. vel Abba.
ideo hic non repeto.

An mutus vel aliter imperfectus, feudum retineat. Titu. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *An, eſt aduerbium interrogandi.*
2 *Muti, vel ſurdi, qui carent principalibus ſenſibus di-
cuntur imperfecti.*
3 *Imperfectio, denotat totalem imperfectionem.*
4 *Debilitatus in ſenſibus, non eſt imperfectus.*
5 *Retentio prohibetur, ſed non acquiſitio.*
6 *Princeps donando infami, uidetur primo eum reſti-
tuere fama, & poſtea donare.*
7 *Rex ſi facit præconium, quod quicumque cæpe-
rit talem, habeat caſtrum, ſi inhabilis ceperit
debet habere.*

AD RVBRIC.

1 AN.) Eſt aduerbium interrogandi.
Lucas in l. 2. in princi. C. de iure rei-
publicæ. Et ſic interrogatur ſi, Mu-
2 tus.) Qui naſcitur oĩno mutus. vel
Surdus.) Puta, quia caret principa-
libus ſenſibus, qui ſunt oſtia intellectus. Bald. in l.
quoties. columna 3. circa medium. C. de ſuis, & le-
git. Vel.] Ideſt, &c. Zabar. in clemen. in pleriſque,
num. 5. circa princip. de electione. ſeu, etiam. Idem
Zaba. in clemen. 1. in princ. num. 25. in fi. de rebus
eccleſ. non alienan. & cadu inter diuerſa. in clem. 2.
3 nu. 8. de ætate, & quali. Aliter imperfectus.] Quod
denotat totalem imperfectionem. Bald. hic. Alua-
rot. infra in textu, nume. 4. poſt medium. Ludo. de
Moli. de Hiſpano. primog. lib. 1. cap. 13. nume. 39.
Secus ſi eſſet debilitatus in ſenſibus: nam non dici-
4 tur imperfectus, & admitteretur. Bald. in d. l. quo-
ties. Feudum retineat.] Et diſtinguitur, aut non lo
quitur omnino, & amittit feudum: aut tarde, &
non. Odoffred. in Sum. quibus modis feud. amitt.
num. 113. vel, aut inhabilitas eſt perpetua, & priua
tur feudo, ſed habebit tantum alimẽta, & aperitur
domino ſi non habet filios vel agnatos. aut eſt tem
poralis, & ſeruiet per ſubſtitutum. Cap. in ver. feu-
datarii habiles. ibi, mutus autem. Afflic. in §. mutus.
in 2. not. poſt numerum vndecimum. Epiſcop. vel
Abba. Aluar. infra in nigro. numero 4. circa med.
5 & dicit, Retineat, nam etiam quod prohibeatur re-
tentio, non prohibetur acquiſitio. Afflict. in §. ſi ue
rò, num. 7. de pace iuran. firma. nam non quæritur
a quo ſit impetratum, dummodo a Principe ſit cõ-
ceſſum. l. vniuerſis. vbi Bald. in prin. C. de preci. Im
6 pera. offeren. Vnde donando Princeps infami, vide
tur tacite primò eum reſtituere famę, & poſtea do
nare. Idem Bal. in conſilio 262. numero 1. circa fi.
7 1. volum. & ſi Rex facit præconium, quod quicum
que ceperit talem malefactorem, habeat caſtrũ in
feudum, ſi inhabilis ad feudum, illum ceperit, de-
bet habere feudum, non obſtante illius inhabili-
tate. Afflict. in conſtit. pœnam eorum. poſt nume
rum 74. de banni. & foriudic. Dec. in l. ſi filiusfa-
milias. numero 3. ſi certum petatur. Iaſ. in l. de
quibus. num. 40. de legibus. & in l. 1. poſt nume.
12. C. de ſacroſanct. eccle.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus tres ad cap. 1. an mutus uel aliter imper
fectus.*
2 *Mutus, qui nihil loquitur, & ſurdus qui omnino
non exaudit.*
3 *Cęcus, oculis carens dicitur.*
4 *Claudus, pedibus clauſus & impeditus.*
5 *Aliter, eſt dictio ſignificatiua qualitatis, non quan-
titatis.*
6 *Imperfectus, a caſu intelligitur, ſecus ſi a natura.*
7 *Sic eſt coniunctio affirmantis.*
8 *Imperfectus a caſu ſuccedit: & non a natura, &
quare.*
9 *Mutus uel aliter imperfectus, non ſuccedit in feu-
do, niſi ex gratia.*
10 *Impedimentum, uidetur eſſe id quod eſt perpe-
tuum.*
11 *Fortius eſt, quod quis habet ex perſona ſua quàm
alterius.*
12 *Conditiones tacitæ, quas recipiunt diſpoſitio-
nes.*
13 *Diſpenſationem uel priuilegium qui allegat, debet
in promptu demonſtrare.*

AD TEXTVM.

MVTVS.) Iſtum textum Iacob. de
Beluiſ. intelligit ſuo ero de duob. mo-
1 dis. Primò, quòd ſecũda opinio hic
poſtea ſit uera, & non prima. Sed nõ
eſt ueriſimile, quod Obertus author
huius operis, poſuerit ſuam opinionem erroneã,
vt immediate corrigeretur per aliam. Præpo. in §.
ſimiliter, in 1. de capita. qui curi. vendi. vnde idem
Iacobus tranſit ad aliam: & diſtinguit, quod aut
loquimur de ſeruitio, quod poteſt præſtari per ſub
ſtitutum; & procedit prima opinio. Aut de eo quod
non poteſt adimpleri per ſubſtitutum, & procedit
ſecunda. Iſta lectura, licet in ſe poſſit continere ue
ritatem, & æquitatem, non tamen ſatisfacit toti ma
teriæ. Ideo Nicolaus de Neapo. intellexit primam
partem in feudo paterno, & in imperfecto ex acci-
denti; ſecundam intellexit in imperfecto a natura,
& in feudo nouo, iſta lectura in ſe eſt uera, tamen
diminat. Vnde Petrus de Cernia intellexit (& be-
ne, ſecundum Præpoſit. hic,) quod totus iſte text.
loquatur in ſucceſſione feudi paterni. Verum in
prima parte determinat de muto, uel aliter imper-
fecto ex accidenti, qui ſuccedit in tali feudo. In ſe-
cunda

cunda loquitur di muto a natiuitate,qui oon ſucce
dit in feudo nouo.Et determinat, quòd non poſſit
retinere.§.mutus.Epiſco.vel Abb.& iſta lect.con-
gruit literę,vt per Præp.hic.Sed cõtradicit textus,
ibi, etiam ſi ſic natus fuerit, oec ſubiotelligitur in-
tellectus qui vitiet.l.ſi.io gl.fi.ff. de fideicom.liber
ta.vnde verior videtur intellectus Nicolai de Nea
po.de quo ſupra.

Iuxta quem, declarando textum,dic, Mutus &
ſurdus.) Nam raro contingit quod mutus noo ſit
ſurdus,& econtra.l.diſcretis.in ver. raro.C.qui te-
2 ſta.facere poſſ.eſt autem mutus,qui nihil loqui po
teſt,ſurdus qui omnino non exaudit. §. item ſur-
dus. Inſt.quib.nõ eſt permi.fac.teſt.ſurdus(dico)
qui nihil, ſurdaſter qui minus audit.l.pe.& fi.de le
3 gi.tut.Cęcus.]Oculis conciſus vel eat ēs.Gram.in
ver. cęcus.iſte remanet, iudex & tutor,licet poſſet
ſe excuſare gl.in l.pri.in ver. fungitur.ff. de poſtulã
do.retinet magiſtratũ ſuſceptũ, ſed non aſpirat ad
4 nonum. Bal.ibi. in ver.caſum. Claudus.) Pedibus
clauſus,& impeditus.Idem Gram.in ver.claudus,
5 Vel aliter.] Quę dictio eſt ſignificatiua qualitatis
non quantitatis. Bar.in l.pri.§. quod autẽ. ne quid
6 in flumine publico.Imperfectus.) A caſu,ſecus ſi a
natura.Præpo.hic poſt prin.Etiam ſi Sic.]Quę eſt
coniunctio affirmantis. Gram. in verb.ſic, Natus
7 fuerit,totũ feudum paternum.) Hoc eſt, illius qui
fuit agnationis communis.c.prim. de ſucce.fra.vel
de gradi.ſucce.io ſeu.Retinebit.) Vt dicunt, Ober
tus,& Gerardus, & multi alii.Quidam tamen di-
cunt,eum qui talis natus eſt.) Aliàs non diceretur
talis, qui noo eſt natus talis ex tempore natiuita-
tis.Loffred.quæ ſint rega.in ver. & bona commit-
tentium.col.2.cir. medium. Feudum retinere non
8 poſſe.)Et retinet, quando eſt imperfectus ex acci-
denti,quia feudum habuit originem fundamenta-
lem, nedum in perſona patris,ſed ſua:ſi a natura,
quia deuenit ad caſum, in quo non potuit vnquã
conſeruari, vitiatur. Præpoſi. hic,poſt princ.Quia
ipſum ſeruire non valet.] Reducta cauſa ad non
cauſam.l. his ſolis.& ibi gl.in ver. actionem.C.de
reuoca. donatio. & ſic cauſa ideſt ſeruitium pro-
pter quod datum eſt, ſequi non poteſt. Iſern. hic
poſt prin.& Aluarot. col.2. in fi.& 3.in pri.Præp.
in §.fi.in fi.Epiſ.vel Abb.Sic.]Similitudiuem.Grã-
mat.in d.ver ſic.ſic dicimus in clerico & fęmina,&
in ſimilibus.)

Declarato textu, dubia reddebatur eius deter-
minatio.Et primò, nam etiam quòd non poſſit ac-
quirere,ſi tamen ſuccedit retinet. l. decurio.ff. de
decurioni.gloſſ. in l vnic. C.quibus ad cooductio.
prædio.fiſca.accedere non licet.lib.decimo. Abb.
io cap.pri.olim. 8.ne cleri.vel monac.Bart.in pro-
priis terminis,in l.cęcus.ff.de iudiciis. Boer. in de-
ciſio.204.num.35.& Præpoſi.in d.§.mutus.num.
2.Epiſco.vel Abb.nam infamia, quæ abominanda
eſt, non amiſſionis oculorum caſus, quæſitum ſibi
adimit honorem.l.infamia.C.de decurioni.lib.de-
cimo.aliàs eſſet durum & crudelitati proximum,il
lum priuare,& alteri concedere.l.præſes. C.de ſer
uitu.& aqua, qnia afflicto compatiendum eſt,qui
non peccauit.Præpoſi.hic colum.2.circa medium.

Secuodò, muto de nouo poteſt dari feudum.gl.
in d.§.mutus.quam ibi Afflict. poſt numerum ſe-
ptimum dicit eſſe communem, multò magis acqui
ſitum retinere, nam non intereſt per ſe vel alium
quæratur.l.ſub condiiione.in fine. ff. de bouorum
poſſeſſio.contra tabulas. tanto magis,quia inhabi
litatus circa obtinenda,non cenſetur priuatus ob-
tentis.no.in cle.2.de pęn.

Vltimò, effectus clericus,etiam quòd poſtea de
bilitetur,retinet clericatum. c.præcepta.55.diſt.ita
& feudum,qnia multa prohibentur fieri,quæ facta
tenent.l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui vel alie-
ni iuris.

His non obſtantibus, determinatur contra-
rium: & ratio eſt, quia finita cauſa huius conceſ-
ſionis,quæ fuit ſeruitium,finitur ipſa conceſſio,&
ſic feudum ſicut in legato.l. generali.§.duas. ff.de
vſu & vſufr.lega.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam cęcitas,
quando non venit propter peccatum.Ioan. cap.9.
non infamat, immo cæcum vel claudum a natura,
ſi quis improperat, tenetur actione iniuriarum.
Iſern.in §. iniuria. nume. decimoſecundo. de pace
iuramento firman.ſed quia datum eſt feudum pro
pter ſeruitium, cauſa noo ſequuta reperitur. lege
ſecunda. ff. de condictione cauſa data, cau. non
ſequuta.

Secundum non obſtat,nam habere, licet intel-
ligatur vno vel alio modo. Iacobin.de Ardizo.in
Summa,de ſucceſſio. feud. ibi, item dubitari con-
ſueuit. circa princip. tamen quando ſcit,non errat
ſed conſentit. l. alioquin. ff. de contrahenda em-
ptione.

Vltimum non obſtat,nam caracter oon amitti-
tur, ſed ius dandi quod accepit amittit.cap. quod
quidam.pri.quæſt.prima.Et ſic firma remanet con
9 cluſio, quod mutus vel aliter imperfectus, non
ſuccedit in feudo, niſi ex gratia. Intellige idem in
famulo,equo,aut boue ad certum tempus condu-
cto:nam ſi ſit inutilis, poſſet expelli. Lucas io l.cũ
ſcimus.columna ſecunda.circa finem. C.de agric.
& cenſit.& tam ſi a oatura, quam ex accidenti fie-
ret imperfectus. Cap. in verb. feuda amittuntur.
ibi, quadrageſimotertio. nam quando natura &
officium repugnant,conceſſio eſt inutilis.Bald.ſu-
pra io prælud. in quarta diſtinctio.poſt numerum
quadrageſimumoctauum. Idem in debilitato,non
per viam extentionis,ſed compræhenſionis.Cam.
in cap.imperialem.cart. 53. columna quarta.circa
medium.de prohib.feud.alienat.per Freder. gloſſ.
prima.circa medium.in l.de quibus. ff. de legibus,
&habet locum tam in feudo paterno,quàm nouo,
ſi poſtea ſuperuenit mutitas vel ſurditas, vel alia
vitia morbi perpetui.Iſern.hic poſt principium.In
tellige tamen, de imperfectione totali. Prępoſitus
hic columna ſecuoda.circa finem. ſicut mutus pro
mittere non poteſt, intelligitur de eo qui omnino
non exaudit:ſecus ſi tardius.§. mutum.Inſtitut.de
inutili.ſtipula. Azo in Summa.Codice,de inuti.ſti
pula.numero tertio. in fine. nec procedit,ſi debe-
tur ſeruitium burſale, vt in feudis Longobardiæ.
Bald.de pace Conſtant.in ver.libellarię. in fin.vel
ſeruitium eſſet certum.Afflic. ex quibus cau.feud.
amitta.nume. 85.ſeu conſiſtit io annua præſtatio-
ne frumenti,quia tale non eſt feudum.Cap.io ver.
feudatarii habiles. ibi, mutus & aliàs imperfectus.
vel eſſet tale,in quo prr alium ſeruire poſſet, quia
tunc ſeruiret per ſubſtitutum.glo. in cap. latorem.
in uer.arma.33.quæſtio. ſecunda. tunc etiam inha
bilis poteſt retinere. Afflict.hic num.8. Iaſ. in prin.
ſuę lecturę feu.num.8.cir.fin.poſt nume. 9.& 10.
Cur.in tract.feu.in 3.par.in prin.num.8. & proce

dit in muto & ſimilibus: ſecus in eorum filiis qui. ſuccederent. Bald. ſupra eodem. in rubric. in fine. Aluarot.in §.fin.nume.20. quæ ſit prima cauſ.beneſic.amit.

Vltimò non procedit, ſi daretur ſurdo vel muto, quod poteſt. Loffred. in conſil. 45. ante & poſt numerum 4. licet regulariter non debet quid ab eo caſu incipere, quo debet extingui. l. vſumfructuum. ff. de vſu & vſufruct. lega. ſed poſſet iuuare in aliis, ſicut qui non poteſt iuuare obiectu corporis, clamore iuuabit. Bal. quibus modis feu.ami. In pri.in pri. poſt numerum 6. nam & concilio ſtrenuus dicitur. Lucas in l.proximos, la 2.circ.finem. de proxi.ſacro.ſcri. Afflict.in cap. pri.num. 12. cir. prin.de feud.cog.

10 Nota, quòd impedimentum cenſetur eſſe perpetuum. Loffred.in conſi. 26.nume. 10.in fin.adeo quòd per perſonam inhabilem non deſcendit feudum in maſculum. Bal. in conſi. 202.poſt num.pr. 5.volu. Infamis licet ſuccedat, venit tamen priuandus, & ſuccedit fiſcus. Pernus in primis notabi. col. 3.circ. medium. conſiſtit perſona cui detur, deinde quæritur an datum conſiſtat. glo.in l.ſi mihi & Titio.in ver. capacitate. de lega.2. & quando obſtaculũ eſt in medio, prius debet agi ad remotionem obſtaculi, quàm vlterius procedatur. l.gemma, vbi Bald. ff. ad exhibend. verum non poſſit poſſeſſio anelli illo non vocato, etiam quòd prima facie poſſideat contra ius. not. in cap. licet. de præben.in 6. ſed cogitur ad oſtendendum quo iure tenet, cum reſiſtat ius commune. no.in c.3.de offic.ordi.in 6.& ſi petitur, non debet admitti ſupplicatio, non expreſſa cauſa diſpenſationis. l.3. vbi Bald.in pri.cap. de adoptio. nec creditur, niſi in ſcriptis probauerit. in extrauag.com.pri. cir. prin. de electio. & ſi allegat priuilegium debet probare, & oſtendere illum tantum articulum, qui facit ad rem.cap.contra.in ver.non oſtenditur. 100.diſt.

Vltimò nota, quòd mutus & ſurdus ſuccedunt in feudo. ita Ludo.de Mol.re.ectis ſex contrariis, & quid in maioratu, de Hiſpa.primoge.lib.pri. c.13.num. 40. vſque ad 68. vel non eſt vſquequaque expeditum, ſi debet priuari feudo vel non. Iacob.in verb. dictique vaſalli. nume. 50. in perſona iſtorum, habitu conſiſtit feudum non actu. Bal. vbi ſupra in prælu.in 4. diſt. in fi.poſt nume. 48. ſicut demens habet iuriſdictionem, ſed non exercitium. l.nec mandante. §.pri.ff.de tut.& cura.datis ab his, ſuccedit in regno, ſed datur curator. gloſ.pri. Pariſ. ibi, ſecundò quæro.num. 25. vſque ad 27. tit u.pri. §.8. & hoc vtilitate ſuadente receptum eſt, ne langor animi, damnum in bonis afferat. Vel non ſuccedit, ſed ad ſuſtentationem ſibi retinet ſi aliunde non habet. d.§.mutus Epiſco. vel Abb.Iaco.de Ardizo.in Sum.de ſucceſ. feu.ibi, ſed forte quæret aliquis, an clericus. poſt pri.

Quid ſi eſt imperfectus ratione guſtus, vel odoratus. addit. ad Odoffr. quibus modis feud.amit.in ver.cap.vlt. Præpoſit. hic poſt nume. 3. & ſi eſt imperfectus in membro, etiam quòd non poſſet generare, dummodo nõ ſit mulier, ſuccedit in feudo. Idem Præpo.hic in fi.nu.4. Iſer.laborat in declaratione textus, facta diſtinctione inter feudum nouum & antiquum: nam firmius & potentius eſt ius, quod quis quęrit ſua opera & probitate, quàm quod habet ex perſona alterius. gl.in l. ſi quid bello.in ver.erat. de capti.& poſtli. reuer. Iaſ.in l.Iulianus.num. 14.de lega.pri. potentius eſt ius, quod quis habet per ſe ipſum, quàm alio mediante. Pau. de Caſt.in conſi.57.circa finem.pri. volum. Aluar. in d.§.mutus.num.5.cir. finem. magis meum dicitur, quod mea probitate quęro, quàm id quod per anteceſſores habeo. Archid. in c.nulli.in fi.12.quęſtio.pri. portius eſt ius quod ſpectat ad aliquem iure ſingulari, quàm iure collegiũ. Ioan. And.in addi. ad gl.mag. in ca. beneficium.de regulari.in 6. vinculum fortius eſt, vbi laboratur, quàm vbi non laboratur. Iſer. in cap. ſi vaſallus de feudo.nume.7. poſt medium, ſi de feudo defuncti milit.controu. fuer. adeo ꝙ ſi dedit dominus ſciẽter feudum muto, non reuocabit, quia turpe eſt illum videre egentem, quem habuit in miniſtrum, vel coniugem. gl. in extrauag. Ioan. execrabilis. in ver. qui mendicant. poſt principium. de præbendis. vnde inhabilis ad ſeruiendum, ſuccedit propter fratrem habilẽ. Afflict.in §.præterea ducatus. in gl. num. 44. de prohi.feud. alien. per Fred. ſi eſt antiquum reuocabit niſi dominus ei fecerit gratiam. Et hoc ſi eſt mutus ab initio, ſi ex poſt facto, ſiue ſit nouum, ſiue paternum, videtur quòd ſemper amittat propter tacitam conditionẽ, ſi vaſallus ſeruire poterit. Bal.
12 hic, colum. 3. poſt medium. Quælibet enim conuentio intelligitur, rebus in eodem ſtatu permanẽtibus. Soc.in conſi.278.num. 10.circa medium. 2. volu. rebus ſic ſe habentibus, in conſi.feu.diuer.4. nume. 5. ſi res in eodem ſtatu manſerit. l.cum quis. de ſolutio. c.ne quis. in gl. fi.22.q. 2. & perſeuerauerit vſque ad collationem. Innoc.in c.eam te, poſt numerum quintum, & 8.in fi.de reſcri. & quælibet diſpoſitio ſemper recipit tacitam conditionem, niſi aliud ſit expreſſum. Loffr. in conſi. 26.nu. 32. vnde in iuramento ſubintelligitur, niſi iudex interdicat. Arch.in c.dixit.cir.fi.14.q.5. ſi vaſallus poteſt. Iacobi.in ver.& promiſerunt, num. 17.circa med. Affli. in c.2.circa finem.quo tempore miles, & de nouo forma fideli.nume.6.& alia vt in l.fin.in gloſ.C.de non nume.pecu. Lucas in l.fin.colum. 5.poſt prin. C.de exacto.tribu. Ius honeſtatis ſemper intelligitur exceptum in quolibet ſermone. Afflic.infra tit. proxi.an ille qui interfecit fratrem domi.ſui. num. 15. quid in voto. Arch. in c. non ſolum. 32. q. 8. In reſignatione, intelligitur conditio ſiue modus, ſicut in ſtipulatione dotis. Zaba. in clemen.vni. poſt num. 6. de rerum permut. Dotis promiſſio, futuri matrimonii conditionem recipit. l. dotis promiſſin. l.ſtipulationem. l.tali. iuncta glo.in pri.& l.plerumque. cir.med. ff.de iure dot. In contractibus & reſcriptis non intelliguntur, niſi conditiones generales, ſi potero, ſi ſanus ero, & huiuſmodi. Luc.in l.vni.col.8.cir.med.C.de impone ad lucra.de ope. liber. Et tacitum tempus ſubintelligitur. l.ſeruus ſi hęredi.in poſitione caſus.ff.de ſtatulibe. Stipulatio iudit. habet conditionẽ, vt ita demũ cõmittatur, ſi iudicatũ fuerit. l. ſtipulatio. §.habet.ff.de ope.noui nunc. In contractib. vltro citroque obligatoriis, intelligitur tacita conditio, ſi pars ſeruauerit promiſſa. Pau.de Ca.in conſi. 347.poſt nu.2. 2.vol. In donatione cau. mor. ſubauditur, cõditio, vt reddatur ſi conualuero. l.pri.in gl fin.& l.4.in gl. poſt med. l.qui ſe in ver.ſed circa medium.ff.de condit.cauſ. data. In teſtamento, ſi permanebit in eodem propoſito Pau.de Caſt.in conſi.101.col.2.in pri. 2.vo. In legatis, ſi in eadem voluntate permanſerit. Idem Pau.de Caſt.in conſi.185.circa pri.pri.vol. Manumiſſio

miſſio quæ fit per virum, habet tacitam conditionem, vt durante matrimonio manumittatur. l. ſi antequam. ff. de donat. inter virum & vxotem. In hæredis inſtitutione. l. 2. & l. Tebatius. in glo. a. de hęred. inſtit. l. qui liberis. in fin. pri. de vulg. & pup. In legato, ſi ille legatum agnouerit. glo. pri. in l. conditiones extrinſecus. de condi. & demonſtrat. & ſit ſui iuris. l. cum filiusſamilias. in verb. cum ipſis. in fine. de legat. primo. D iio tutoris ita demum tenet, ſi liber eſt. l. ei qui. ff. de tuto. & curat. datis ab his. In arris, ſemper intelligitut tacitum pactum, vt emptor pœnitens eas perdat, venditor pœnitens duplum reddat. l. 3. in gloſ. cir. medium. C. de actio. empti. Cautio damni infecti, certam habet conditionem, ſi ſtipulatum eſt. l. 4. §. hoc autem. de damno infect. In comprõmiſſo, ſi erit ęqnnm. Pau. de Caſt. in conſi. 70. num. pri. eit. pri. pri. vol. 466. num. 4. in fi. eo. vol. & 64. col. fi. in prin. 2. volu. In voto & ſacramento, ſi deus voluerit, ſi vixero, ſi potero, niſi deus aliter reuelatet, ſeu lex prohiberet, vel ex conceſſa cauſa hoc deſeruerit. gloſſ. prim. in cap. beatus. 22. quæſtio. 2. cap. ſufficit. in verb. voti. 27. quæſtio. 2. gloſ. penult. in capit. fin. 32. quæſtio. 8. l. fin. ff. qui ſatiſdare cogan. Pau. de Caſtro in conſi. 210. circa finem. 259. colum. penult. eit. pri. & in fin. ſecundo volum. In electione officialis tacitè intelligitur, ſi eſt capax & benignus. Pariſ. de Synd. in ver. electio officialium. cap. 2. nume. pri. & 3. & in verb. fideiuſſot officialium. cap. 2. num. 2. In ſubſtitutione, ſi primns habere noluerit, vel non potuerit. Paul. de Caſt. in conſil. 88. circa medium. pri. volum. Quid in impetratione & permntanone. Io. And. in c. 3. poſt numerum primum. de præb. & in c. vni. poſt numerum 6. de rerum permuta. in 6. In commiſſione, ſi ſubeſt iuſta cauſa concedendi. Pau. de Caſt. in conſi. 283. colum. fi. poſt medium. 343. colum. pen. poſt medium. & fin. cir. princip. & 386. in fi. pri. volum. In reſcripto, ſi preces veritati mitantur, ſi res perſeuerauerit in eo ſtatu, & in eodem conſenſu. Idem Pau. in conſi. 410. poſt numerum quartum, & 449. num. 2. circa finem. eo. vol. In renunciatione, ſi contingat hæreditatem ad me deuolui. Idem Pau. in conſi. 419. col. fi. poſt pri. 2. vol. In iſta materia, ſi vaſallus habet bona a domino, licet non ſub conditione morandi in terra ſua, tacitè tñ ſubintelligitur. Pariſ. de Syn. in ver. de exceſſi. Baro. erga ſubditos. in pri. nume. 40. feudum quãdo conceditur, ſubauditur conditio, donec eſt fidelis. Afflict. in deciſi. 282. num. 15. & ſi primus cui fit conceſſio, & omnes deſcendentes ab eo, erunt grati erga dominum. Cur. in tract. feud. in 5. parte. num. 1. poſt medium. ſi paruerit legi feudorum. Prępoſit. in §. & quia, poſt numerum 25. qui feu. dare poſſunt. ſemper videntur conditiones appoſitæ, vt vaſallus habeat in memoria, quæ notantur in epiſtola Philiberti. Odoffred. in Summa. per quas actiones reuoca. feu. cir. princi. intelligitur, ſi eſt dignus. Ioan. And. in ca. ſi pluribus. poſt numerum primum. de præb. in 6. ſi volet, idem in ca. beneficium. poſt numerum 4. de regularibus. in 6. & alia de quibus Innocen. in cap. quemadmodum. in pri. & poſt numerum 3. de iureiuran. & in ca. ſcripturæ. in prin. de voto & voti redemp. dum iurat, intelligitur, rebus ſie ſe habentibus. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 7. §. 2. ibi, du tres paſe. nu. 9. ſi dominus ei ſeruauerit fidem. Aluarot. in §. inueſtituram. num. 7. in princ. de noua forma fideli. & rebus ſic ſtantibus. Socin. in conſi. 22. nume. 18. 4 volum. Reuocat qui alienauit, non obſtante iuramento, quia videtur tacitam conditionem habere, ſi Rex conſentiat alienationi. Afflict. in deciſi. 335. nume. 11. In conceſſione aſſenſus, ineſt conditio, veris exiſtentibus prænarratis. Frec. de Subfeudis. lib. ſecundo. ibi, vigeſimoſexto quæro. poſt prin. rebus in eodem ſtatu manentibus. Frec. vbi ſupra. ibi, vigeſimoſeptimo quæro. numero quarto. circa finem. Licentia habet Comites ſuos, vt non fiat in eccleſiam, pauperes, aut inimicos domini. Idem Frec. lib. ſecundo. ibi, an licentia. poſt 38. quæſtio. nume. 6. circa finem. & ibi, quadrageſimo ſecundo. in fine. & ſequen. numero 8. circ. finem. Et ſunt conditiones, quę natura ſua non poſſunt eodem tempore impleri, ſed neceſſariam habent temporis diuiſionem. l. ſi peculium. §. quędam. ff. de ſtatu liberis. licet aliud ſit ſi tacite continetur, vel verbis exprimatur. l. ſi ita legatum. §. primo. de legat. primo. l. ſi ita. in gloſ. prima. de iniuſto rupto & irrito teſtamen. Quidquid ſit, extra id quod agitur, tacita naſcitur obligatio. Iſern. in §. huius autem generis. numero decimo. circa finem. &, quibus cauſis feud. amitt. in §. porro. poſt numerum vigeſimumprimum. §. ſed nec eſt alia. numero 37. in fine. quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt. Et ſubintelligitur in donatione, niſi filios ſuſceperit, vel legitimari fecerit, & in liberatione, ſi promiſſa ſeruauerit. Paulus de Caſtro in conſilio 435. in fine. & 455. numero quinto. in fi. ſecundo volumi. adeo quòd defectus ſuperueniens eum liberat, ſicut in tutore. l. poſt ſuſceptam. ff. de excuſatio. tutor. & facit illud Iob. ca. 29. Quis mihi tribuat vt ſim iuxta menſes priſtinos ſecundum dies, quib. Deus cuſtodiebat me.

Et intelligitur (vt ſupra) de eo qui eſt penitus inhabilis; ſecus in eo qui minus audit. Iſern. hic: alias tanquam lex irrationabilis non teneret. dictum eſt plures (dicit Iſer.) videlicet in tertia quęſtio. prælud. poſt numerum trigeſimumnonum. in §. ſi facta, ſi feud. defunct. militis. controuerſ. fuer. & in rubric. hic finitur lex, & ſi ſpoliatur, non reſtituitur, quia non poteſt tenere, & ſi tenet, eſt detentio aſinina, de facto & non de iure. Afflictus in §. illud quoque. numero vigeſimonono. de prohibit. feud. alienat. per Freder. niſi in promptu doceat,
13 ſuper hoc eſſe diſpenſatum. Lucas in l. 2. columna ſecunda. circa medium. C. de fundis limitro. Et an reſtituatur non probata diſpenſatione. Idem Lucas in l. ſi coloni. in 30. quæſt. C. de agric. & cenſi. Afflic. in deciſ. 324. nu. 3. Quid in furioſo. Aluat. infra tit. ſeq. an ille qui interfe. nu. 5.

An ille qui interfecit fratrem domini ſui feudum amittat. Tit. XXXVII

SUMMARIUM.

1 *An, ideſt quando.*
2 *Ille, in contemptum profertur.*
3 *Interficere, occidere, uitam eripere.*
4 *Amittere, perdere, iacturam facere.*

AD RVBRIC.

1 AN.) Ideſt quando. Archid. in ca. pri. in
2 prin. 35. diſt. Illc.) In conteptum pro
fertur. Matt. 27. cir. fi. & Io. 7. Qui in-
3 terfecit.) Vitam eripuit, occidit. Grā.
in verb. interficio, Fratrem domini ſui.] Qui eum
magnificauit. l. pri. pen. ff. quod vi aut clam. Feu-
4 dum amittat.) Ideſt perdat, vel eius iacturam fa-
ciat. Gram. in ver. amitto, quia non ſemper amit-
tit, niſi occiderit in contemptum domini, ex inten
tione. Iſer. hic. Alex. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib.
num. 21. & poſt num. 24. de damno infec. & videbi
mus infra in textu.

SVMMARIVM.

1 *Si quis, non comprahendit perſonam fictam, quę eſt vniuerſitas.*
2 *Interire, & interitus, ſonat ad mortem.*
3 *Fratęr natura, cognatione, gratia, affectione, & religione.*
4 *Ad, facit modum.*
5 *Totum perdit, qui totum vult.*
6 *Fellonia, eſt barbarica vox feudiſtarum, & eſt noxa ſeu perfidia vaſalli erga dominum.*
7 *Reatus notorius, excludit quantamcumque dignitatem.*
8 *Priuatio, verbum intelligitur, per ſententiam.*
9 *Erga, aduerſus, contra.*
10 *Agnatus proximior poſt tertium gradum ſuccedit, propter delictum uaſalli in alium, quàm in dominum.*
11 *Omnino, ideſt, nullo modo.*
12 *Vaſallus, quando tenetur ad ſeruitium, etiam quòd non denuncietur.*
13 *Tunc, dictio denotat diuerſitatem.*
14 *Vaſallus amittit feudum, ſi occidit fratrem ſuũ, uel fratrem domini proditorie.*
15 *Fama minuitur, & quandoque conſumitur.*
16 *Temere comparet, qui male ſe gerit circa officium ſuum.*
17 *Fratrem domini occidens, non priuatur feudo, niſi fecerit in odium domini.*
18 *Delictum commiſſum in famulum, tangit dominũ, quando fit in eius ſugillationem.*
19 *Dominus agit pro colono, uaſallo, & ſimilibus.*
20 *Vaſallus an poſſit alienare, pro meliorando feudũ.*

AD TEXTVM.

SI quis) Non compræhendit perſonā
1 fictam, qualis eſt vniuerſitas. Affli. in
conſti. Comes & Baro. num. 73. poſt
medi. de cultu pacis. Interfecerit.] Cō
2 ſumpſerit, interierit. Gram. in ver. interficio, inde
interitus, qui ſonat ad mortem, diſpendium, in dā-
num, etiam paruum. Io. And. in c. 2. nu. 3. de pact.
3 in 6. Fratrem.] Naturalem & legitimum, nam fra-
ter dicitur natura, cognatione, gratia, affectione, &
religione. Diuus Thom. ad Galatas. pri. colum. fin.
cir. med. Domini ſui, non Ideo.] Idcirco. Gram. in
ver. ideo. Amittit feudum.] Sed non ex hoc permit
titur homicidium, cum ſit deteſtabile, propter con
tumeliam Dei, & multiplicem punitionem, cum
vir ſanguinum ſit. Afflict. in conſtit. ſi damna clan-
deſtina. poſt num. 15. & 16. de hom. clande. ſed in-
telligitur permiſſione comparatiua. gl. in ſimi. in c.
prim. de ſortilegiis. Sed fratrem ſuum interfecerit.
4 Ad.) Quæ dicto, ad, facit modum. l. quibus diebus.
§. Termilius. vbi Pau. de Caſt. num. 3. de condi. &
demoſt. Hoc, vt totam hæreditatem habeat.) Cum
ex hoc ſolo non poteſt dici uir bonus, habēdo tot
bona, cui pater nihil reliquit. in conſil. feud. diuer.
5 9. num. 49. in fi. Vel aliam fellonlam.] Noxam, ſeu
perfidiam. Commiſerit.) Eſt fellonia barbarica
6 vox feudiſtarum. Grammat. in ver. fellonia, Verbi
gratia.) §. ex eadem lege. de lege Corra. ſup. Homi
nem.] Quid, quod modis, & quotuplex ſit, Arch.
in c. in eccleſiaſtico. 13. quæſtio. 2. Tradendo, vt in
curia amplius ſtare non poſſit.] Et ſic commiſit
quid tale, propter quod poſſet proditor appellari.
Cur. in tract. feud. in 4. parte pri. in 21. cau. nume.
43. quia reatus notorius, excludit omnem dignita-
tem. Zabar. in clemen. vnic. in verb. ſi quis autem.
poſt numerum ſeptimum. de ſequeſt. poſſ. & fru.
7 & qui vult totum, totum perdit. Fre. de Subfe. lib.
2. ibi, trigeſimoſeptimo. poſt numerum 13. Priua-
8 bitur.) Scilicet per ſententiam. Bald. in conſi. 382.
nu. 4. pri. volu. Beneficio. quia tamen. Erga.) Ad-
9 uerſus, contra. Gram. in ver. erga. Dominum non
fuit facta, ad agnatum proximiorem.] Poſt tertiū
10 gradum. Alexan. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus.
poſt numerum 32. de damno infect. nam delictū
vaſalli nocet deſcendentibus in infinitum, agnatis
vero vſque ad quartum gradum. addit. pri. ad O-
doffred. in Sum. ad quos feud. reuerta. quando a-
mitt. quando delictum eſt factum contra domini.
& non ſoluendo præiudicat ſibi & deſcendenti-
bus, non autem tranſuerſalibus. Socin. in conſilio
98. num. 3. circa finem. 4. vol. Feudum pertinebit
ſi paternum fuerit.] Ca. prim. de aliena. feu. pater.
hoc eſt illius parentis, qui fuit agnationis commu
nis, & non vocantur omnes ſimul, ſed qui proxi-
mior eſt in gradu. Iſer. in §. hoc quoque. circa finē.
de his qui feud. dare poſſunt. Eodem prorſus ob-
ſeruando, quantum ad ordinem gradus, qui conti-
netur in legibus.) Quia cum non ſit conſuetudine
feudi compræhenſum, poteſt vti lege ſcripta. cap.
pri. de feu. cogn. Cum autem.) Refertur ad princi
pium, non ad ſupra proxime. Præpoſi. hic in prin.
Ad dominum reſpicit fellonia, feudum tunc domi
no aperitur.) Vt hanc habeat ſuæ iniuriæ vltionem
§. denique, quæ ſit prima cau. benefi. amit. Non co
11 gitur vaſallus omnino.] Prorſus, vſquequaque,
ſemper. Gram. in verb. omnino. alibi nullo modo.
Iaſ. in l. pri. §. per ſeruum, lo 2. num. 2. de acq. poſſ.
Secundum vſum Mediolanenſem dominum adi-
re, & ſeruitium ei offerre, ſed cum ei nunciatum
12 fuerit, Tunc.) Quod denotat diuerſitatem. Alex.
in l. in ſubſtitutione. nume. 9. de vulgal. & pupilla.
Domino, ſi poteſt ſeruiat.] Et etiam ſcienti debet
13 denunciari: nam aut denunciatio non requiritur
ad aliud quām ad ſimplicem ſcientiam, tunc ſuffi-
cit ſcientia, abſque denunciatione: aut præter ip-
ſum ſcire, requiritur quod aliquid fiat, vel non, &
tunc debet fieri denunciatio, etiam ſcienti. gloſſa
vndecima. Parſ. poſt numerum quintum. & ſex-
tum, tit. pri. §. 13. inſuper, ſeruiet ſi potuerit. §. ad
hoc. hic finitur lex: nam vaſallus non tenetur ad
ſeruitium, quod tempore infirmitatis non potuit
præſtare. Alberic. in leg. Libertus. ff. de operis li-
bertorum.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio. Et

primò,

primò, occidens debet etiam occidi: nam omnis, qui accipit gladium, gladio peribit. Matth. capit. 26. pęnam cum pœna compenſando. not. io c. conſtitutus. de pęnis.

Secundò, homicida punitur pœna capitis. §. ſi quis hominem. de pace ten. ergo oon in bonis: nã non poteſt homo commutationem dare pro anima ſua. Matth. cap. 16. aliàs pœna tribueret immunitatem, contra. l. relegatorum. §. fin. ff. de interdi. & relegat.

Vlt. occidendo fratrem ſuum, iniuria reſpicit cõiunctos, & non dominum. l. pr. & 2. de liberali cau. & ipſis debet feudum applicari.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, & ratio eſt, quia infamis, ſicut deſinit eſſe miles, quia non poteſt morari vbi eſt dominus, ita homicida amittit feudum, quia non poteſt ſine dedecore morari in curia domini. Aluarot. hic in ſecundo nota. Ludo. de Moli. Hiſpan. primogen. lib. pri. cap. 13. nume. 19. & 20. Succeſſiue, cum non poſſit ſeruire, cauſa reducta ad non cauſam, amittit feudum. Iſern. ſupra titu. præceden. an mutus vel aliter imperfect.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam delictum vnum, propter aliud non minuitur. Iſer. in §. ſi quis verò temerarium. nu. 10. cir. fi. de pace iuram. firmat. immo multipliciter delinquendo, multipliciter punitur. l. reſpiciendum. §. fin. in verb. aut caſu. ff. de pœnis.

Non obſtat Secundum: nam vltra amiſſionem feudi, punitur pęna capitali. Iſer. in §. homicidium nu. 21. d. tit. de pace iuram. firm. nam homicidium in ſe horribilius eſt, quàm aliud. Lucas in l. pri. col. 4. cir. med. C. de comeatu.

Vltimum non obſtat: nam illud loquitur quo ad aliam materiam, quàm feudalem. Alex. in d. l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. poſt num. 2. & 25. de dam. infe. licet etiam in caſu. c. fęlicis. de pęnis. in 6. amittat feudum. & ſic firma remanet concluſio, quòd
14 vaſallus amittit feudum, ſi occidit fratrem ſuum, vel fratrem domini proditorie. Idem ſi occidat nepotem filium fratris. §. item ſi fratrem. quib. modis feud. amit. vel matrem committendo parricidium. Odoffre. in Sum. quibus modis feud. amit. num. 9. cum addi. ad eum. in ver. parricidium. & poſt num. 105. ſeu conuaſallum proditorie. Cap. in ver. feuda amittuntur. ibi, ſexageſimoſeptimo. Aluaro. hic nu. 5. in fin. quia proditor eſt alienus ab omni facie Principis, & vbi quis in perſona prohibetur ex delicto ſuo, prohibetur & per alium. Præpoſi. in §. & quia poſt num. 44. & 45. qui feud. dare poſſ. Idem ſi tirannico more, ſine iuſta cauſa procuret fratrẽ carcerari. Afflict. in §. fi. in 3. not quæ ſit prima cau. benefic. amit. Cur. vbi ſupra. in 17. cau. num. 39. & tam ſi occidit laicum, quàm clericum, quia tunc priuatur feudo eccleſiaſtico. Bal. in conſi. 343. nu. 4. 5. volum. & procedit, quando occidit proditorie, ſecus ſi a caſu, vel alio modo. Præpoſit. hic, nu. pri. in fi. & in fratre, ſecus in eius adhærente. Bal. in cõſi. 268. 2. volum. vel conuaſallo, licet quodam fraternitatis iure inter eos, videantur quodammodo eſſe in familia domini. Iaco. de Ardizo. in Sum. vtrum ſi vaſa. occidat conuaſa. feu. amit. Afflict. in §. fi. in 40. cau. d. tit. quibus modis feud. amit. & procedit in vaſallo, ſecus ſi dominus occidit aliquem proditorie, nam non amittit proprietatem, ſed interim vaſallus non tenetur ſeruire. Iacobi. in verb. dictique vaſalli. nume. 22. ſicut miles captus ab hoſtibus, ſtipendium interim, vel donarium habere non poteſt. l. prim. & l. cum allegatis. de re milita. C. lib. duodecimo. & clericus ſi receſſit, & interim ſubſtitutus habuit emolumenta, reuerſus non aſſumitur, niſi cum licentia, ne eccleſia duplici onere grauiter. Authentic. vt clerici qui recedunt. & cætera.

Quando autem dicatur fieri proditorie. Afflictus in dicto §. item ſi fratrem. Aluarot. hic columna tertia. in princip. & præpoſi. poſt numerum ſecundum & 3.

15 Nota, quòd fama alia facti, & alia iuris, & minuitur, quandoque conſumitur. Azo in Sum. ex quibus cau. alicui infami. irroga. num. prim. circ. finem. 2. & 3. in iſta materia multum conſideratur fama propter puritatem feudi & ipſius nobilitatem, vnde feudum & fama ſe amplexa ſunt: feudũ & infamia abhorrent ſe adinuicem. Bal. in conſilio 207. poſt numerum 4. 2. volum. vnde quæ infirmari vel vituperari poſſunt, præcaueri debent. Paulus de Caſtro in conſil. 404. in princ. primo volumine. & vereri debent, qui inhoneſtum aliquid gerunt. l. 3. Cod. de palatinis. natura enim feudorum multum reſpicit ad honorem domini. Bald. in cap. ſi vaſallus, in primo. circa finem. poſt numerum tertium. ſi de feud. fuer. controuer. inter domin. & agn. vaſa. propterea infamis deſinet eſſe miles, quia non poteſt ſtare cum principe. glo. in l. fruſtra. Codic. de re mili. & cum hoſte verſanti contra decus ſeculi vel honorem militię, non ſolum condemnatio manſura eſt, verum etiam & grauis pœna eſt ſtatuenda. l. tertia. Cod. de curioſis & ſtationariis. Idem nota, quòd temere comparet & aliquid pe-
16 tit, qui male ſe habuit circa officium ſuum. capit. qua fronte. vbi not. de appellatio. & ſicut infamis non debet videre faciem Principis. l. ſecund. C. de dignita. lib. duodecimo. multo magis in curia beneficium obtinere. Præpoſit. hic numero tertio. in princip. Immo ſi aufertur officium ſimiliter & beneficium, quia hęc ſunt connexa. Archid. in ca. decernimus. 28. diſt. licet ſuſpenſus ab officio, non ſit ſuſpenſus a beneficio. Zabar. in clemen. prima. in ver. cæterum. numero ſeptimo. ante & poſt de priuileg. Econtra, ſi diligenter, & fiducialiter fecit collaudandus eſt. l. diuus. de cuſto. & exhibo. reorum.

17 Vltimò nota, quod fratrem domini occidens, non priuatur feudo, niſi in odium domini id patraſſet. Loffred. in conſilio quinto. numero 39. vel proditorie feciſſet. Iſern. hic in princ. vbi Aluarot. colum. 4. circa finem. Bald. in §. ſimiliter. poſt num. tertium. quibus modis feud. amitt. ſecus, ſi occidit fratrem ex quo odit ex aliqua cauſa. argum. capit. ſi ſi inimicus. 93. diſtin. ſed quare magis punitur occidens fratrem proprium, vel filium fratris, quàm fratrem domini. Cur. in tracta. feud. in 4. parte. nume. 33. Aluarot. hic colum. 4. circa medium, quia magis delinquit effudendo ſanguinem proprium quam alienum. Præpoſ. hic, poſt numerum 3. nam neceſſitudo ſanguinis ſuadet fratrem protegere. l. pietatis. C. de ſuſpe. tuto. ille occidendo lege Pompeia de parricidiis tenetur. Iaco. de Ardiz. in Sum. amittit ſi fratrem proprium, vel filium fratris occidi. Quid ſi occidit ſeipſum? dic, quòd non reuertitur feudum ad dominum. Aluar. in d. §. fin. nume. 15. quæ ſit prima cau. benefi. amit. addi. ad Aluar.

hic colum.antepenult.in marg. Iacob.in verb.dicti
que vaſalli. nume. 15.ſed applicatur agnatis. Alua-
rot.hic numero primo. Secus ſi fellonia reſpicit do
minum, quia ei aperitur, vt habeat ſuæ iniuriæ vl-
tionem. Bald.in conſilio 250. numero ſecundo.ſe-
cundo volumin. exemplum in eo qui verberat, vel
contumeliam infert ſeruo vel homini libero alteri
ſeruienti, in odium eius cui ſeruit: nam tunc domi-
nus videtur iniuriatus per conſequentiam. l. prim.
poſt principium. l.item apud. §. ſi quis virgines. in
fine. & §. fina. ff. de iniuriis. l. ſecun. & l. dominum.
C. de iniuriis. & ipſe agit. Afflictus in §.iniuria.nu-
me.7.circa finem.de pace iuramen.firma. Iacob.in
ver.de adhærentibus & confœdera.nume. 2. ita in-
iuriato capſario vel caſtorio, qui ſua reſponſa fere
bat ad alios, & aliorum ad eum. Archid. in ca.qui-
dam.in prin.5.quæſt.pri. ſi in vituperium vel iniu-
riam ſcholaris ipſe agit. Hoſtien.in Summa, de in-
iuriijs, vel capſarius qui portat libros. Azo in Sum-
ma.C.de offic.præfe. vigi. nume. 3.& de vindi.li-
ber. poſt numerum ſeptimum. l.ſi collactaneus.ff.
de manu.vindi.gloſſ. in l.3.ff.de offic.præfe.vigi.l.
18 fin.ff.de iure immu. ſi in hunc famulum eſt com-
miſſum delictum tangit vaſallum, quando in eius
ſugillationem verberatur. Aluarot.in cap.domino.
nume.pri.circa finem.ſi de feud. defuncti milit.cō
trou.fuer. propterea dicimus, quod Imperatori fit
iniuria, non ſolum per ſe, ſed per ſuos. Bal. de pa-
ce Conſtant.in ver. damna, & in verb. Opizoni.in
princip. & datur actio domino, ſi ad ignominiam
ſuam ſeruus verberatur. l.item ſi verberatum. ff.de
rei vendicat. l. prim. §. quod ſeruus, & penult. ff. de
vi & vi armata. Rector agit pro iniuria in ſcholarē
uel ſubditum commiſſa. Afflictus in prin.poſt nu-
merum decimum.& in §.item ſi fidelis. nume.23.
19 d.titu.quibus modis feud.ami. Dominus pro colo
no, qui habet cauſam ab eo, quatenus non admitte-
retur in feudo. l.colonus. & l.cum fundum.dicto ti
tu.de ui & ui arma. l. 3.in glo.prim. uti poſſid. An
detur actio contra eos, qui homines meos uel co-
lonos depauperauerunt, ita ut more ſolito ſeruire
non poſſint? Lucas in l.meminimus.columna ſext,
poſt medium.C.quando & quibus quarta pars de
bea. Innocent.in ca.dilectis filiis.poſt numerum ſe
cundum.de appellat. Epiſcopus agit pro iniuria fa-
cta ſubdito. Archid.in c. in primis.in pri.2.quæſt.
pri.& ſicut quilibet ſuperior, pro collegio ſibi ſu-
biecto, Innoc.in cap.fin.in fi.de ſucce.ab inteſta.in
capit.2.nume.3.& cap.de his.numa. 2.de ſepultu.
etiam ſine conſenſu capituli. Idem Innocen.in ca-
pit.edoceri.nume.4.de reſcriptis. in cap.olim cau-
ſam.nume.2.de reſtit.ſpoliato. Abbas pro capellis
ſuis ne indebitis oneribus grauentur, & agit nego-
toria. Idem in cap.conquerente.in princip.numer.
ſecundo.de offic.ordin. & contra agentem nomi-
ne ſuę adminiſtrationis in petitorio, ſiue in poſſeſ-
ſorio, ſemper poteſt excipi, quod non ſit canonice
inſtitutus. Innoc.in cap.in literis.num.5.de reſtitu.
ſpol.in cap.pen.in pri.de teſtib. & atteſta. Pariſ.de
Synd.in uer.familiaris, ſiue famulus poteſt,c.3.nu.
11.& 12. Prælatus & dominus agunt pro iniuria
facta clerico & ſubdito. Io.And. in c.2.nu.3.de ſen
ten.& re iud.in 6.pro hominibus quamuis liberis.
Abb.in c.licet.nu.13.de probat.& in c.dilectis.nu
me.5.de appell.& hoc quando moleſtia illata ſub-
ditis concernit iuriſdictionem domini. Fel.in d.ca.
licet, nume.12. & ſic agunt nomine ſuo, quatenus
eorum intereſt, quatenus intereſt vaſallorum ſe-
cus, niſi habeant mandatum. Pau. de Caſtro in l.is
cuius.de aqua pluuia arcend. licet magnum ſit in-
tereſſe domini, quòd coloni ſint liberi a grauami-
bus, quia facilius inueniuntur, & libentius in lo-
cis commorantur. Socin.in conſ. 271. poſt nume.
decimum. ſecundo uolum.& agit contra eos qui il
los turbant uel furtum faciunt, in iniuriam illius.
glo.fin.in cap.authoritate. de priuileg.in 6. Domi-
nus agit pro iniuria illata uaſallo. Ioan. Faber in §.
ſed ſi num.2.de Inſti.de iniuriis. Afflic.in d.§.iniu-
ria.num.17.de pace iuram.firma. Cap.in uer.pro-
miſcue.colum.1.circa finem.& 3. in prin.appellat
pro iniuria & grauamine illi illato, quando ex illo
domini utilitas impediretur. Fre.de Subfeu. lib.2.
ibi, uigeſimaſeptima authoritas. Aluarot.in d.§.in-
ria.col. fi. in pri. de pace iura.firm. ultra quod do-
minus debet ſubditos ſuos defendere. Socin.in ru-
bric.numero uigeſimoſecundo. ſoluto matrimo-
nio.& ad eum ſpectat illorum neceſſitatibus pro-
uidere. Idem Socin.in l.pri.poſt numerum 57.eo-
dem tit.ſolu.matrimo. licet regulariter iniuria fa-
cta uni non redundat, in damnum alterius, niſi in-
ter ſocios omnium bonorum. Pau.de Caſt.in con-
ſi.136.colum.3.poſt medium. pri. uolum.& facta
ſocio, cenſetur facta ei in cuius ſocietate erat. Idem
Pau.in conſilio 255.columna fina. poſt princi.eo.
uolumi. facta contemplatione domini, dicitur uis
expulſiua, & quid ſit probandum. Bald. in conſil.
68. 3.uolum.

In propoſito, uaſallus ſi occidit alium prodito-
rie, non diffidando, ſine cauſa uel alto animo. l.ſi
quis puellam, quæ eſt 13.& l.23. circa medium.de
homi.liberi hom.& l.7. de iniuriis mulier.in Lon-
gobard. Iſern.hic, & in §.ruſſus: nume. 26.de pace
tenen.quia non poteſt morari in curia, ex quo uitu
peroſe moratur. Idem Iſer.in cap.pri.poſt prin.de
contentione inter domi.& uaſa. de inueſti.feu.glo.
in cap.pr.in uer.poruerit. de alienat.feud.pater. un
de culpa, licet non ſit commiſſa in dominum, per
obliquum redundat contra eum, cum non poſſit
ei præſtari ſeruitium, non tamen reuertitur ad do-
minum, ſed ad agnatum proximiorem, ſi eſt pater
num. Iſern.hic, ſecus ſi non proditorie, nam etiam
quòd committatur homicidium, non amittit feu-
dum. Iacobin.in d.uer.dictique uaſalli.nume.ſexa-
geſimoſecundo. Idem in domino, late Iſern.hic,
nam ex hoc uaſallus lucrum ſentire non debet. l.cū
in fundo.§.quod ſi mulier.ff.de iure dotib. Affli.hic
nu.13.In ultima parte dicitur, quòd uaſallus non
tenetur offerre ſeruitium, nec conſtituitur in mora
niſi interpellatus deſiſtat. Præpo. hic in fi.requiſi-
tus tamen tenetur ſeruire.§.ſed nec eſt alia iuſtior,
quę ſit prima cau.ben. amit. niſi ſciat illum eſſe in
periculo, quia tenetur opem ferre, etiam quòd nō
requiratur.§.item & ſi delator. d.tit.quæ ſit prima
cau.benefic. amit. Præpoſi. hic in §.non cogitur.in
fi.& hoc ſi poteſt. Iſer. hic.

An uaſallus meliorando, poſſit feudū alienare.
20 Bal.in §.contrario.de inueſt. de re aliena facta.nō
firmat, facit pro affirmatiua, alienatio regaliū non
tenet, niſi in augmentum iuris fiſcalis. Affl.in cōſt.
ſcire uolumus.in 6.no.nu.7.de iurib.regal.rerum.
gl.in conſti. conſtitutionem diuę memorię.ibi, mi-
nuendis.cuius dictum ſępe fuiſſe obſeruatū, refert
ibi Affli.in gl.4.nu.73.& ita illam theoricā Iſer.ui
detur ibi intelligere.nume.60.adeo q ſi in reſtōne
uſusfru-

vſusfructus feudi interuenit aſſenſus, non requiritur in remiſſione, quia eſt in augmentum feudi Loffredus in conſil. quintu. in 4 dubio. nume. 24. nam meliorem conditionem ſine aſſenſu facere poteſt. Afflict. in §. rei autem. in 3. notab. poſt numerum octauum. dicto titu. de inueſtit. de re aliena facta.

Pro alia parte facit dictum eiuſdem Affli. in ca. imperialem. q. 49. nu. 34. de proh. feud. aliena. per Fred. vbi tenet, quod in ceſſione requiritur aſſenſus, ex quo transfertur ius de perſona in perſonā, etiam quòd ſit in augmentum feudi. tu dic, quòd iſta procedunt iure communi feudorum, in regno, quando ſit in augmentum toleratur: ita Iſern. hic intelligit Cam. in d. cap. Imperialem. car. 5. colum. 4. in fi. & 6. colum. pri. in pri. Cap. in deciſ. 156. nume. 22. cir. finem. ſicut econtra, iure commum feudorum Burgenſatica quis poteſt reducere in feudum, ſed non in regno: dixi cum Iſern. in §. ille tamen. de contro. feud. apud pares termi. Quid ſi vaſallus duorum non poteſt ſtare in curia vnius, an priuatur feudo quod ab alio tenet. Iſern. infra. tit. ſequen. nu. 4. eius lectura in quibuſdam eſt ſuperflua, in aliis reformatione digna, ideo dic vt per Loffred. & Liparulum.

De vaſallo qui contra conſtitutionem Lotha. feudum alienauit. Tit. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Quæ contra legem fiunt, pro infectis haberi debent.*
2 *Diſpoſitio incipit a permiſſo, & terminatur ad permiſſum, quandoque a permiſſo, & terminatur ad prohibitum, aliquando incipit, a prohibito, & terminatur ad prohibitum.*
3 *Vltra legem, uel contra legem fieri deſiderans, non auditur.*
4 *Conſtitutione ſine authore, non eſt utendum.*
5 *Alienationis verbum comprahendit etiam teſtamentum.*

AD RVBRIC.

LEX non debet derideri. §. pri. in verb. vndeque. Auth. de æqualit. dotis nec ei eſt facienda illuſio. Lucas in l. quē admodum col. pri. cir. medi. C. de agric. & cenſit. nam vltra qui non obedit legi, videtur facere contra bonos mores, & non valet iuramentum. Bal. in §. item ſacramenta. poſt numerū 3. de pace iuram. firma. grauiter peccat. Lucas in l. omnes. C. de metatis. quod eſt geſtum firmitatem
1 non tenet. l. certa. C. quando prouoca. non eſt neceſ. & quæ contra legem fiunt, pro infectis habenda ſunt. l. iubemus. la 2. §. ſane, lo pri. in fi. C. de ſacroſ. eccl. l. pacta quę contra. C. de pactis. §. hęc er-
2 go. Auth. de non aliena. aut permu. vnde diſpoſitio aliquando incipit a permiſſo, & terminatur ad permiſſum, quandoque incipit a permiſſo, & terminatur ad prohibitum, aliquando incipit a prohibito, & terminatur ad prohibitum. Bald. in conſil. 333. in pri. & poſt num. 3. 3. volum. hic ex quo tractat

De vaſallo qui contra conſtitutionem Lotha. feudum alienauit.] Incipit a prohibito, & terminatur ad prohibitum, & dicitur fieri contra legem, quod vltra legem. l. ſi ſtipulatio iſta, habere licere. §. alteri. in vér. conuenit. de ver. oblig. l. 3. in pri. & §. pri. ff. de iure fiſci & aliquando fraudatur lex. Lucas in
3 d. l. omnes. poſt princip: Vltra legem vel contra legem, audiri non debet, qui fieri deſiderat. l. prim. in fine. ff. de loco publico fruc. fieri verò contra legem, vel in fraudem legis, paria ſunt. Afflictus in cap. Imperialem. in 17. notab. nume. 12. de prohi. feudi alienat. per Freder. adeo quod nulla paratur defenſio ei, qui contra ius molitur. l. pri. §. primo. quod vi aut clam. puta, alienauit feudum contra conſtitutionem Lotharii, & ſpecificatur nomen,
4 quia conſtitutione ſine authore non eſt vtendum, niſi approbetur per Papā. Arc. in c. quod pro. in fi.
5 32. quæſt. 7. & vtitur verbo Alienauit.] Quod comprehendit etiam hæredis inſtitutionem. in conſil. feud. diuer. 49. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Alienans partem, perdit partem, ſi totū pdit totū, ſicut in emphyteoſi: tunc qui alienauit, reuocat.*
2 *Vaſallus duorum, ſi unum offendit, illius tantum parte priuatur.*
3 *Vaſallus poteſt renunciare feudo, ſed non ligio.*
4 *Renunciare poteſt ſi vult, & tunc nō tenetur ad ſeruitium.*
5 *Vaſallus qui renunciauit, licet non teneatur ſeruire, non tamen debet offendere.*
6 *Vaſallus, ſi alienat totum perdit totum, ſi partem, perdit partem.*
7 *Vaſallus quis poteſt eſſe duorum, ſed non ligius.*
8 *Feudum ligium quid.*
9 *Pactum, quod ſi non uenerit uſque ad talem diem ad petendum inueſtituram, cenſeatur refutatum feudum, ualet.*

AD TEXTVM.

SI vaſallus.] Deciſio huius textus in terris eccleſiæ & vbique, de ęquitate canonica eſt ſeruanda. Præp. hic cir. fi. illum declarat Odoffr. in Summ. verum vaſa. feu. refutare poſſet ſine voluntate domini. tu die, Si vaſallus Contra.) Ideſt aduerſus. Gram. in ver. contra aliter in l. pri. vt epiſcopi & Comitis in uicem ſibi auxilium pręſtent. in Longob. Loth. Regis Conſtitutionem.) Vel edictum, quod Rex vel Imper. conſtituit, vel dedit. Io. And. in c. vni. in pri. de poſtula. prælato. in 6. Beneficium alienauerit. Si
1 totum, perdat totum.) Quia pro vno ponitur. gl. pri. in l. pri. cir. medi. ff. de tranſac. Si partem perdat.) Odoffred. in Summa, quibus modis feud. amitt. nume. 19. 20 & 21. Aluarot. in §. illud enim. poſt numerum 4. quæ ſit prima cau. benefic. amit. Præpo. de aliena. feu. in prin. poſt num. 1. & de contentio. inter me & dom. de porcio. feu. fratris mei. numer. 4. licet amittat licita, qui vſurpat illicita. l. eos. C. de aquæductu. Azo in Summa. Authen. de hæred. & falci. & videtur quod cadat a toto, ſicut in emphyteoſi: ſecus de ęquitati canonica. Præpoſit. qualiter olim poterat feudum aliena. in princi. nume. 3. & hic colum. pri. circa medium. vnde ante conſt. Loth. poterat vendi parte retenta: ſi vaſal-

lus non habebat vnde poſſit ſatisfacere creditori-
bus poſtea ſimpliciter prohibuit. Bald.hic in prim.
notabi. Immo puniebat io amiſſione beneficij &
pretii.cap. Imperialis.circa finem.de prohib.feud.
alienat.per Lotha.In regno, is qui alienauit,reuo-
cat per conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ,&
renocat iure proprio,ſicut in l.Titius.ff.de iure fi-
ſci.l.lex vectigali.de pigno.& in defectu ipſius,do
minus.l.pri.§. quod autem ait. ff.de ſuperfici.non
ſtatim, ſed tranſacto termino, quantum bonus vir
judex definiet.l.ſi ita, la pri.de verborum obli. vel
ſecundum ſapientes regni,admittitur alienans vſq;
ad litis conteſtationem, poſtea dominus.Iſern.hic
col. 2, vel is erit potior, qui litem conteſtatur,vel
ad ſententiam peruenit. Idem Iſer.in ca.ſi quis per
30.colum. pri.in §. ſi de feud,defuncti milit,con-
trou.fue.& reuocar,non vt ipſe,ſed vt miniſter Re
gis,cum ad euitandam caducitatem,requiratur or-
ganum hominis in reuocando, cum ſi non reuo-
cet,deuolutum ſit feudum ad Regem.Fre.de Sub
feu.lib.1.ibi,a regnicolis. num.14.& ibi,pluribus.
num.21.& reuocat infra annum, poſtea fiſcus,&
non priuatur, niſi data dilatione ad reuocandum.
Fre.vbi ſupra,de formu.inueſti.lib.3.ibi,differen-
tiæ inter ſeuda regalia. ver. quinquageſimaprima.
& tunc id operatur negligentia cum alienatione,
ſicut ſecunda cauio in Velleiano, & præſcriptio.
l.ſi mulier, la ſecunda.C.ad Vellcia.l.cum ſcimus.
C.de agric.& cenſit.Et ad dominum reuertitur.)
Vnde exiuit. Lucas capit.21. Et ideo, ſi contra v-
num dominum, quorum communis vaſallus erat
fecerit felloniam.) Inde fello, qui aliud ſimulat,&
aliud facit,ſimulat amicum,& inuenitur hoſtis.gl.
fin. in l. pri.de conuitiis in Longobard. Eum for-
te.)Quæ dictio veritatem facti,non iuris dubitatio
nem inducit.l.in ſubſtitutione.in verb.forte,de vul
ga.& pupilla.Cucurbitando.§.item ſi fidelis.qui-
bus modis ſeud. amit.lo primo. Eius ſolus parte
priuabitur.] Et ſic vaſallus duorum, quod poteſt,
2 Afflict.in conſtit. quia frequenter.in quinto nota.
num.16.de homi.non tene.ratione terræ,quia ius
vaſallorum eſt diuiſibile.Boer.in deciſio.212.nu-
me.5.ſi habet ſeudum a pluribus, & committit fel
loniam contra vnum ex dominis, illius tantum
feudo priuatur.Cap.in deciſio.162.in 6. dubio,&
Aluarot, hic num.2. ſi habet vnam rem in feudum
a pluribus, & in aliquo delinquit contra vnum,ca
dit tantum pro parte, ita communiter tenent om-
nes.Alexan.in l.communis.num.pri.ff.de in ius vo
cat.Nam ſi duo conceſſerunt feudum, & vaſallus
alienauit de voluntate vnius,reuocatur pro parte,
ita per iſtum textum. Alberic.in d.l.communis li-
bertus.num. 2.de in ius vocan.Qui habet duo ca-
ſtra in feudū,ſi alienauit vnū, illud tantum perdit,
& non vtrumque.Ioan.And.ad Speculat.in rub.de
feud.colum.2.in pri. Canonicus in pluribus eccle-
ſiis,ſi non promouetur infra annum, carebit voce,
duntaxat in ea in qua deliquit.Zabar. in clem.2.§.
illi vero num.19.de ætate & qualit. vaſallus ſi ha-
bet plures patronos eiuſdem feudi, ſi vnum ex eis
abnegauit, non perdit totum,ſed tantum partem il
lius.gl.Pariſ.tit.pri.§.30.poſt nume.6.Si vnum vo-
luit percutere & alium occidit, an amittat feudum
quod tenebat ab illo,quem voluit occidere.ibi nu
mer.11. & multa committuntur pro rata occulta-
tionis.ea.gl.tit. 2. §.54.in fi.ita non perdit totum,
ſed partem alienatam.Præpo.in c.2.circa finem.de
feud. ſine culpa non ami.cum diſt.tamen, aut feu-
dum eſt diuiduum, vel indiuiduum. Ripa in l.obli
gatione.num.41.ff. de pigno. Vt ſi voluerit vnius
ſolius partem refutare, aliis reſeruatis, hoc facere
poterit,quia vaſallus etiam ſine domini voluntate
recte feudum refutare poteſt.Intellige,quando eſt
3 datum ſimpliciter ſine determinatione ſeruitii, a-
liàs non. Alber.in l.cum fructuarius. ff.de vſufru.
& quemadmo.quis vtatur.glo.Pariſ.qui etiam di-
cit non habere locum in Francia,vbi indiſtincte re
nunciatur, & quando non eſt feudum ligium.titu.
pri.§.pri.glo.5.num. 3. & poſt numerum decimū,
Præpoſi.105.fin.de capit.qui curi.vendi.quia ſi ſit
tunc non poteſt renunciari, quia eſt datum gratia
vtriuſque.Afflict. in deciſion.265.nume.56.& ita
procedunt quæ pro & contra allegat Archid.in c.
de forma. 22.quæſtio.5. & debet fieri in manibus
domini inueſtiti vel inueſtiendi,ſicut non valet re-
nunciatio non facta in manu ſui iudicis. Bald.in ru
bric.de vaſa.decre.ęta.verum ſi non tenet, vaſallus
etiam amittit poſſeſſionem ſeudi. idem Bald.in ca
pit.accepta.nume.3.de reſtitu.ſpoliato.Imperator
non poteſt renunciare ſine licentia Papę qui eſt e-
ius ſuperior.Aluarot.in cap.pri.poſt numerum 13.
quis dicatur dux.in aliis dic, ut ſupra, vel ſit diſti,
aut datum eſt gratia vtriuſque, vel non. vel aut eſt
conditionatum, vel non. Idem Aluarot.hic nume.
4.colum.2. poſt prin. Bald.in cap.quę in eccleſia-
rum.ou.2.de conſti.In emphyteota & vaſallo. Pa.
de Caſt.in l. ſi abſente.nu.2. in lectura noua.ff. de
vſufru.in l.ſi cui quo.nu. 5. vbi Bar. de aqua plu-
uia arcend.& in l. & ſi forte.§. etiam,nume.3.ff.ſi
ſerui.vend.

Quid in libellario. gl. remittit ſe ad theſaurum,
hoc eſt ad libellum Pilei. Præpoſi.hic num.2.poſt
refutationem tamen ad ſeruiendum non tenetur,
4 & ſic poteſt renunciare ſi vult, & non tenetur ad
ſeruitium.Imola in l.Imperator.de lega.2.Ang.de
Peruſ.in l.prætor.§.hoc edicto.de damno infec.va
ſallus, & emphyteota liberantur a ſeruitio & ſolu
tione canonis,ſi volunt rem relinquere.Afflic. in l.
ſi abſente.nu.2.ff.de vſufru.& quemad.quis vtatur
& in l.ſicut.Cod.de actio. & obliga.vnde vaſallus
meus remittendus eſt ad me, occaſione ſeruitio-
rum impendorum,quia bocius in eo poſſideo,ni
ſi vellet dimittere feudum, quia obligatio habet ta
citam conditionem, ſcilicet quamdiu feudum du-
rat,& declarantur futura ſeruitia pro futuro tem-
pore, pro præterito autem nunquam. Bald.in l.cū
Archimedoram.nu.9.C.vt in poſſeſſ.lega.ſed eum
quidem tunc offendere non debet:poteſt refutare,
& tunc non tenetur ſeruire,verumtamen (vt dixi)
5 non debet eum offendere. Hoſtin.in Summa,de
feudis. columna fin. circa medium in memoriam
priſtini dominii. & renunciat ſciente domino, &
non nimis tempeſtiue, nec tenetur extra ea quę cō
cernunt feudum. Zabar. in clement. paſtoralis.in
ver.denique.num.10.de ſent.& re iudi. ſimilia ad-
dit. vlt.Odoffred.in Summa,vtrum vaſa. feud. re-
ſuta.poſſit, quia ob memoriam priſtinę amicitię
& fidelitatis,debet ſe ab offenſionibus domini ab-
ſtinere.Prępo.hic col.2.cir.pri.& in iuſtum appa-
ruit,vt homo benefactorem ſuum viuentem cō di-
mittere debeat, vt liceat contemnere.l.in anterio-
ris.de manumiſſionib.in Longob.

Declarato tex.impugnatur eius deteriatio; & pri
mò,qui ex naufragio clauos vel vnū ex eis abſtulit,

omnium

omnium rerum nomine tenetur.l.3.§.penult.ff.de incend.ruina,naufrag. Alua.hic,columna 3.in principio.nam parui refert, vtrum totum vel pars alienetur.l.3.§.ſi autem.ff.ad Sillani.ex quo,etiam quod partis honorum ſe excuſauerit tutor, totum quod teſtamento ei datum eſt aufertur. l. etiam ſi partus, de lega. 1.l.& ſi non totam.ff.ſi quis omiſ.cau.teſtam.

Secundò, clarum eſt, quod iſta ſunt exemplaria cœleſtium.ad Hebręos.9.In cœleſtibus ita non intrabit omnibus peccatis inuolutus, ſicut vno tantum.cap.fina.de pœnit.diſt.5. nam reus in vno, factus eſt omnium reus.cap.deſleat.de regu. iur. in decreta. Ita ex leui, ſicut ex magna offenſa reuocatur libertus in ſeruitutem.glo.in cap.1.de hæreticis. ſic debet priuari feudo, totum ſiue partem alienando.

Vltimò videtur, quod non poſſit eſſe vaſallus duorum; nam ſicut qui ſecundam vel duas ſimul exequendas ſuſcipiunt exactiones, cinguli honore & perpetui exilij ſupplicio ſubijciuntur.l.3.& fin. C.de executo.& exacto.lib.12.ita & ſi vellet duobus ſeruire, cum non poſſit eſſe ligius duorum. Afflic.in conſt.domini vaſallis.num.16. de aſſicura.domi.a vaſal.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium: & ratio eſt, quia non debet vltra progredi pęna, quam inueniatur delictum. Iacob.de Ardizo.in Summa, vtrum vaſal.amit.feu.ſi totum ſiue partem alienet, circa med.

Quo ſtante, non obſtat Primum; nam de rigore conſuetudinis totum perderet propter contumeliam domini, quæ indiuiſibilis eſt. Sed iure canonico comprobatur, quod amittat tãtum partem, quã alienauit. Bald.in §.hoc quoque,nu.13. de ſucceſ. feu.& diſt.vt per Io.Fabrum,in §.ſi vero,num.2.& 3.Inſti.de lega.

Secundum non obſtat; nam reus in vno, factus eſt omnium reus. Iacob.in 2.canonica. quo ad vitã æternam, per vnum enim peccatum, mortificat in ſe omnes virtutes, & fit ingratus omnium bonorũ acceptorum.cap.2.& ibi gl.in ver.omnium.de pęnit.diſtin.5.

Vltimum non obſtat, nam poteſt eſſe vaſallus duorum, vt hic: ligius Regius, & vaſallus Baronis, adeo quod ſi præſtaret fidelitatem Baroni rebelli, incideret in crimen læſę maieſtatis. Afflict.in conſtit.mulier quæ dotarium.in 5.not.poſt numerum ſeptimum, de dotarijs conſtitu. Et ſic firma rema-

6 net concluſio, quod vaſallus ſi alienauit totum, perdit partem. Idem eſt in vaſallo plurium dominorum, nam ſi vult alienare, requiritur conſenſus omnium: aliàs amitteret partem eius cuius cõſenſum non requiſiuit. Cap.in ver. feudalis aſſenſus.columna 6.poſt medium.& in emphyteoſi, ac eo qui locauit irrequiſito domino, nam cadit pro parte quã locauit. Alexan. in conſilio 99.numero 28.5.volumine, & 113.poſt numerum primum, 4.volum.& etiam in connexis, quæ non veniunt, maxime ſi ſunt reſeruata. Paul.de Caſtr. in conſil. 357. circa princ.2.volum.& in caſu de quo Hoſt. in Sum.de feudis.ibi, quibus modis.columna 2.in princ. Item habet locum, tam ſi fit tacite, quàm expreſsè: dummodo tamen non ſit aſſenſus, quia tunc non valet. Loffr.in cap.Imperialem.col.5. circa prin. de prohib.feu.aliena.per Fre.

Limita tamen non procederet [illegible], q

vni ex hæredibus domini præſtatur, nam ſi alij nõ, cadit a toto feudo, non ſolum a parte eius cui ſacramentum non præſtitit. Alberi.in l.1.nume.6. ff.de collatio.bono. & ſi alienatio fit a ſciente, ſecus ſi ab ignorante, quia tunc nihil perderet. Dec.in conſil. 667.num.6.& poſt numerum octauum, 3.volum. cap.1.in ver.ignorans.de contrauer.inter dominũ & empto. Aluar.hic, columna prima, circa fi. Et habet locum in alienatione voluntaria, ſecus in neceſſaria, & extorta. Pau.de Caſt.in dicto conſ.317. poſt numerum ſecundum, 2.volum.licet alibi alienans amittit ius quod habet, & tranſit in emptorem.l.3.§.finali.ff.de incend.rui.naufra. Iſern.hic circa princ.

Vltimò non procederet, quando per ſtatutum eſſet permiſſum. Bald.hic, poſt numerum primum. nam licet alienatio ſit prohibita, ſtatuto permitti poteſt. Præpoſ.hic in fi. Ad quem autem reuertatur? textus dicit quod ad dominum. Iſer.hic. Bald. & alij diſtinguunt inter nouum & paternum. Tu dic, quod attenditur tenor inueſtituræ: nam etiam quod ſit nouum, & conceſſum pro ſe, & deſcendentibus maſculis, cum clauſula reuertendi ad eos, de vno in alium; propter delictum vnius etiam in perſona domini, vadit ad deſcendentes. Alexand. in conſ.103.col.pen.in fi.1.vol.

7 Nota, quod quis poteſt eſſe vaſallus duorum, ſed non ligius Alexand.in conſtitu. probationum, in 2.not.poſt numerum vndecimum. quæ probatio.in cau.homag. dicitur autem feudum ligium,

8 quando abſolute eſt cõceſſum ab Imperatore, nullius alterius fidelitate reſeruata. Alexand.in conſil. 30.numero 3. primo volum. vnde ſi vaſallus duorum, cõtra vnum ex eis committit felloniam, illius tantum partem amittit. Iſern.hic, in ver.& ideo, licet quo ad præſtationem ſeruitij non cogatur plures habere dominos.idem Iſern.in §.ita tamen, cir. princ.d.tit.de prohib.feu.aliena.per Fre. Item nota, quod ſi vaſallus poteſt renuntiari iure iſto, multo magis in Francia.glo.4.Par.tit.1.§.1.num.19. poſt medium, & ſi refutauit, etiã quòd non teneatda ſeruitia, non tamen debet offendere. Iſern.hic, in ver.poſt refutationem.opponit de.l.3. C.de natu.liberis. cui non reſpondit. ſed poteſt dici, quod illa donatio non ſit fundamentum decurionatus; ſed fuit adhoc, vt ſit decurio: ideo facta alienatione remanet, ſecus hic.

9 An autem valeat pactum, quod ſi vaſallus non venerit ad accipiendum inueſtituram vſque ad talem diem, cenſeatur refutatum feudum? videtur quod non; nam ſicut debet quis eſſe contentus pęnis in legibus comprehenſis. l. ſi ita ſtipulatio. de verborum obligatio.ita & beneficio legis. l. libertæ. C. de operis liberto. quia debent omnia ſecundum leges agi, & iudicari. §. quod autem. Authentica, vt iudicea ſine quoquo ſuffrag. §. primo, in ver. viſum. Authen.iusiuran. quod præſta.ab his, nam cum non ſit expreſſum in iure, laqueum non incurrit. cap. is qui, in fine princ.de ſentent.excommun.in 7.

Pro alia parte facit, quod quando quis ſe obligat ad aliquid, valet, ſicut conuentio.l.ſi ſuper poſſeſſione, C.de tranſactio. & pęna conuentionali debet eſſe contentus, l.2.C. ſi ſeruus ex port.ve ni. & licet ſubintelligatur. capit. cum M.Ferrarienſis.in ver.poſſint, de conſtitu. tamen quæ ſubintelliguntur, ſi non exprimuntur, non mutant iuris conditionem.

tionem. l. con ditiones extrinſecus, de cond. & demonſt. refutationis materiam tetigi ſupra, & dicam tit. ſeq. Ideo non inſiſto.

De alienatione feudi paterni. Tit: XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis verbum, quid comprehendat.*
2 *Feudum paternum, quid. & quid antiquum.*

AD RVBR.

1 ALIENATIO) Largo modo comprehēdit venditionem, pignoris obligationem, hipothecam, ſeruitutis cōceſſionem, emphiteuſim, vſucapionē, permutationem, diuiſionem, litis ęſtimationem, dacionem inſolutum, pro anima iudicare, lipare, donare, in dotem, & in ſeudum date. Iaco. de Ardizo. in Summa, alienatio intelligitur, per quā dominium transfert. Iſta licet poſſit fieri cum conſenſu domini, & hoc iure vtimur. Afflict. in cap. Imperialis, in 3. not. poſt numerum quartum, de probib. feud. alienari. per Lotha. tamen ſi eſt feudum paternum etian quod fiat cum conſenſu domini, nō nocet agnatis non conſentientibus. Bald. ſupra de aliena. feud. num. 10. in fi. & infra in textu, numero primo, nec valet niſi agnatis proximioribus conſen-
2 tientibus, vt infra. vbi Præpo. num. 2. Dicitur autē, Paternum.) Idem quod hæreditarium. Loffr. de notis feud. columna prima, in fin. quod fuit acquiſitū per illum, qui fuit agnationis communis. Afflı. hic, vel ab aliquo aſcendente, a quo omnes agnati deſcendunt. Alua. infra in negle. circa princ. iſtud vſque ad quartum gradum deſcendentium vocatur paternum, ab inde infra mutat nomen, & appellatur antiquum. Anto. de Alex. in conſi. 52. inter conſil. Loffr. nu. 2. Aluar. ſupra in proę. nu. 25. de alienatione huius feudi videbimus infra.

SVMMARIVM

1 *Alienatio eſt, per quam ius aliquod dominij transfertur.*
2 *Aſſentiendo, dominus tollit obſtaculum.*
3 *Dominus non poteſt præiudicare agnatis, non conſentientibus.*
4 *Spes eſt in conſideratione.*
5 *Fœmina non ſuccedit in feudo, niſi ex pacto, & maſculis non extantibus.*
6 *Feudatarij eiuſdem rei, poſſint inter ſe eorum portionem ſine aſſenſu vendere.*
7 *Alienatio & datio in libellum in agnatum proximum permittitur, quia dicitur refutatio.*
8 *Vaſallus feudum paternum, etiam cum domini voluntate alienare non poteſt, niſi agnatis conſentientibus.*
9 *Feudorum quatuor genera.*
10 *Conſenſus domini non præiudicat agnatis, non conſentientibus.*
11 *Refutatio poteſt fieri in proximiorem.*
12 *Vaſallus nō poteſt alienare in agnatum domini, nec refutare in primogenitum Regis.*
13 *Feudum nouum, etiam ex pacto & prouidentia, poteſt alienari cum conſenſu domini, ſicut in antiquo.*
14 *Refutatio tenet, pacta non.*
15 *Refutatio, conuentio, alienatio, oportet quod cadat in aliquem titulum.*
16 *Feudi ex pacto, & prouidentia emptio periculoſa.*
17 *Filius alienantis, an præferatur cæteris in reuocando.*
18 *Factum. Apparet ex poſtfacto quid actum fuerit in præteritum.*
19 *Primogenitus Regis ſi eſt perpetuo demens, ſuccedit ſecundogenitus.*
20 *Refutans quando iterum admittatur, & quando non.*

AD TEXTVM.

1 ALIENATIO) Per quam ius aliquod dominij transfertur. Alcia. in l. alienationis verbum, de verborum ſignificatio. Feudi paterni.) Quod tranſit ad collaterales, deficientibus deſcendentibus. Iaco. de Ardizo. in Summa, quid nouum feudum, & paternum. & iſtud in quo differt ab antiquo. Aluar. in §. hoc quoque, num. 3. de ſucceſ. feud. Socin. in conſil. 68. nume. 19. & 20. 1. volum. Non valet.) Vim vel vires habet. Grammi. in vet. valeo. Etiam domini Voluntate.) Quę licet
2 aſſentiendo tollat obſtaculum. Cam. in cap. Imperialem. car. 87. columna 2. & 3. circa princ. non
3 tamen poteſt præiudicare agnatis non conſentientibus. Aluar. hic numero primo, nec facere gratiam vaſallo contradicentibus agnatis. Odoffre. in Summa, qui poſſint ſucce. in feud. poſt princip. nam illa
4 ſpes eſt in cōſideratione: adeo quod ſi vaſallus alienat cum conſenſu domini, ille conſenſus non præiudicat agnatis. Afflict. in §. & ſi clientulus, in 4. nota. de aliena. feud. Niſi fiat agnatis conſentientibus, ad quos beneficium quandoque ſit reuerſurum.) Quia tunc non poſſint ipſi amplius reuocare. Iacob. de Ardizo. in Summa, vtrum conſenſus agna. ad quos ſpectat feu. in aliena. interue. debeat. Nec in filiam vaſallus feudum poterit cōfirmare.] Quia
5 fœmina non ſuccedit in feudo, niſi ex pacto, & maſculis non extantibus. cap. primo, de nat. ſucce. feu. §. filia, de ſucce. feud. Agnatis non conſentientibus, vel, poſtea ratum non habentibus.) Nam paria ſunt quod agnati conſentiant, vel ratum habeant, ex quo ratihabitio mādato comparatur. l. vero procuratori. in fi. ff. de ſolutio. Aluaro. hic, numero 4. Immo ſufficit conſenſus tacitus, ſicut quando fit alienatio in agnatum remociorem. Afflict. in §. hoc quoque. num. 11. ante & poſt d. titu. de ſucce. feud. & in cap. ſi Titius, in 3. not. num. 5. ſi de feud. fuerit controuer. inter domin. & agna. Et licet prohibeatur beneficij alienatio inter agnatos, tamen ſi pater-
6 num fuit concederetur.) Et ſic plures feudatarij eiuſdem rei, poſſint alter alteri vendere partē ſuam ſine conſenſu domini, ſi eſt feudum antiquum, in quo inuicem ſuccedunt: ſecus in feudo nouo, in quo non ſuccedunt, niſi ſit dictum. Bald. & Paul. de Caſt. in l. voluntas, la prima, numero quarto, C. de fideicom. Et ſi libellum.) De quo in §. libellario, quibus modis feud. amit. Afflict. hic, in 8. not. num. 27. & Cam. in d. cap. Imperialem, colum. 5, in fi.

in fi. Vnus alteri fecerit de feudo paterno, non eſt
libellus,ſed Quaſi.) De qua dictione. Aluaro.in §.
rei autem,numero 2.in fi.de inueſtitu. de re aliena
7 facta.Refutatio.] Et ſic feudum paternum ſi detur
in libellum, ei qui eſt ſucceſſurus, tenet: quia non
dicitur alienatio,ſed potius quædam refutatio. Iſer.
hic,in ver.& ſi libellus,in prin.ita & alienatio pro-
hibita, in agnatos permittitur, quia nō eſt alienatio
(vt ſupra) ſed quædam refutatio. Caſſa.in conſue.
Burgun.rubr.5.§.7.ibi,en alienatio.num.8.& poſt
numerum 44. Alua.in §. fi.num.21.quæ ſit prima
cau.bene.ami.Hoſt.in Sum.de feud, ibi, apud quē
vel quos.circa fi.

Declarato textu,dubia reddebatur eius determi
natio. Et primò,dominus aſſentiendo, in eo quod
expreſſit, videtur dediſſe poteſtatem faciendi om-
ne illud, quod ſi aſſenſu opus non eſſet, poſſet fa-
cere. Cam.in dicto cap.Imperialem,car.43.colum
na quarta,poſt med. modò ſi aſſenſu opus nō eſſet,
poſſit diſponere ad libitum;quia rei ſuę dat legem
quam vult.l.in re mandata. C. mandati.ita & cum
aſſenſu domini.

Secundò, conſenſus agnatorum videtur, quòd
præſtari non poſſit: nam conſentire quis non po-
teſt antequam poſſideat, nec repudiare prius quā
teneat.l.is qui.§.ſi quis.& l.qui ſuperſtites.in gl.fi.
in fi.de acquiren.hæred.iſte agnatus non tenet: &
qui tenet alienauit, videtur ergò quod non poſſit
cedere loco. Cam. vbi ſupra, car. 44.colum.1.cir
ca prinс.

Vltimò, quod non poteſt peti,non poteſt repu
diari. l. filiam.in glo.1. de auro & argen.lega. Sed
illud feudum non poteſt peti ab agnatis, quia illo
viuo non conſideratur intereſſe aliorum. Loffr.in
conſtit.pri. poſt numerum 67.ergò nec repudian-
do aſſentire.

His non obſtantibus, determinatur cōtrarium.
Et ratio eſt,quia cum minuatur ius agnatorum,cō
ſequens fuit exquiri vt illi conſentiant.l.in concedē
do,de aqua pluuia arc.

Qua ſtante,non obſtat Primum: nam dominus
aſſentiendo cogitauit,quod iua vult. Cam.vbi ſup.
car.50.columna ſecunda,in fi.in aſſenſu ſubintelli-
gitur clauſula,iuribus alienis,& noſtræ curiæ ſem
per ſaluis. Iſern. qui ſucceſ. tenea. columna 4.cir-
ca med.poſt numerum 9.ſucceſſiue aſſentiendo do
minus aliis non præiudicat.l.nec auus.C.de eman-
cipat.liber.

Secundum non obſtat: nam denuntiari opor-
tet iis, quos proxima ſpes ſucceſſionis contingit.l.
1.§.denuntiari,de ventre inſpic.

Vltimum non obſtat: nam licet actu non ſit
ſuum,eſt tamen in aptitudine.l.ſcribit.d.tit.de au.
& argen.leg. & ſic firma remanet concluſio,quòd
8 vaſallus feudum paternum,etiam cum domini vo-
luntate alienare nō poteſt, niſi agnatis conſentien
tibus.

Intellige non ſolum in alienatione, quæ fit per
contractum, ſed etiam & in ea, quæ fit per deli-
ctum, nam bonum eſt argumentum de vna ad a-
liam. Præpoſit.in cap.domino,num.3. poſt med. ſi
de feu.defue.mili.controu.fue. Idem ſi eſt antiquū,
& viuitur iure francorum: nam non poteſt alie-
nari ſine conſenſu primogeniti. Afflic.in deciſ.248.
numero 1. Ita & in Marchione,nam ſi alienat feu-
dum Marchionatus, non præiudicat filio. Iacob.in
ver. Marchio,nume.6.nec in præiudicium agnato-
rum poterit facere feudi conditionem deteriorem
Bald.in §.econtrario.in fi.de inueſtit. de re alien.fa
cta. nec de antiquo facere nouum in præiudicium
agnatorum,niſi ipſis videntibus, & acquieſcenti-
bus per annum, abſque proteſtatione. Affli.quemad-
admod.feu.ad fil.pertineat,num.4.vel præiudica-
re etiam in ſpe, ex quo cum ſit debitum iure con-
tractus, & ſic coniunctus coniunctione legali, de
ſuo,& nō de alieno poterat gratificari, & dominus
non debebat alium habere vaſallum,quàm cui de-
bebatur ex natura feudi. Bal.in conſ.38. num.3.4.
& 5,primo volum.

Limita in feudo antiquo, ſecus in nouo, quia quod
acquirit,poteſt pro libito alienare. Aluaro.hic poſt
numerum octauum.& ſi alienat feudum,quod ſua
induſtria quæſiuit,nocet poſteris ſuis,ſecus ſi indu
ſtria progenitorum,quod vocatur paternum. Bald.
in cap.inter dilectos,num.11.de fide inſtrum.& in
nouo ſufficit conſenſus domini. Affli.in deciſ.112.
num.6.ſi eſt antiquum vel auitum, pater venden-
do non poteſt præiudicare filius non conſentienti-
bus, niſi eſſent illius hæredes. Pau.de Caſt.in con
ſil.173.num.3.2.volum. Vnde poteſt cum aſſenſu
domini feudum hæreditarium alienare, contra vo-
luntatem filij. Pre.de ſuffe.lib.2,ibi, ſupereſt vt ali
qua.nume.3. & vni aſſignare, ſecus ſi eſt ex pacto
& prouidentia. Fre.vbi ſupra,de formu. inueſt.lib.
3. ibi, differentiæ inter feuda ex pacto & prouiden
tia.in fi.ver.trigeſimoquinto. Ideo quod dicitur de
agnatis,non procedit in filijs, etiam quod feudum
ſit antiquum. Bald.in conſil.303.nume.2. & 3. &
356.numero 7,quinto volumine, nec procedit in
mente capto vel furioſo,qui nō poteſt donare,diſ-
ponere in vltima voluntate,vel aliquem contractū
facere. Idem Bald. in conſil.304.poſt principium,
2.volum.poſſit tamen refutare in agnatum proxi-
miorem,etiam ſine conſenſu domini. Afflict.in §.
ſed & res,numero decimoquinto.per quos fiat in-
ueſtitu,ſicut poſſit refutare partem ſuam alteri con
fratri, vel agnato ſine inſinuatione, quæ iure iſto
non reperitur,& valet ſicut ſi fieret a domino. Bal.
in conſi.300.in prin.2.vol.

9 Nota, feudorum quatuor genera,paternum,a-
liud quod tranſit ad filios tantum; tertium quod
tranſit ad hæredes extraneos; vltimum quod non
tranſit ad ullum. Affli.in §.notandum.nu.8.de his
qui feu.dare poſſunt. Nouum poteſt alienari cum
conſenſu domini, in præiudicium filiorum: anti-
quum ſeu paternum non. Alexan.in conſil.28.nu-
mero 2.& poſt numerum 16. 5.volu. nouo poteſt
pater renunciare in præiudicium filiorum,ſecus in
antiquo. Idem Alex.in conſil. 18. poſt numerū 6.
& 8.eod. volumine, in antiquo requiritur conſen-
ſus eorum qui principaliter lædi poſſunt. Ioan. de
Anania inter vſus feud. Bald.de feu. aliena.in prin.
num.26.& ibi,ad partem negatiuam. circa fi. poſt
10 numerum 31. Item nota,quod conſenſus domini
non præiudicat agnatis, non conſentientibus,illis
verò poteſt fieri alienatio ſine conſenſu domini,
quia non dicitur tunc contemni. Bald. in dicto §.
hoc quoque, in 6. & 7. concluſio. numero 16.&
17.de ſucceſ.feu. ſi fit in proximiorem non remo-
tiorem. Idem Bald.in dicto cap. Imperialem, nu-
mero octauo,de prohib.feud.aliena. per Fre. & ſi
ſit in agnatum remotioris gradus cum conſenſu pro
ximiorum, an poſſit reuocari per agnatum medij
gradus. Curt.in tracta,feudo.quarta parte, tenet q;

ſic.in

ſic.in 3.regn.num.146. vſque ad 150.cum amplia
tio. & limit. & conſenſus agnatorum vltimorum,
non poteſt præindicare præcedentibus. Aluaro.
hic num.2.

12 Vltimò nota,qood poteſt fieri refutatio in pro-
ximiorem, quia quæ fit neceſſarijs coniunctisque
perſonis, non dicitur alienatio, ſed ſolutio potius
naturalis debiti.Lucas in l.vni.poſt princ. C.de im
pone. iura. deſcri. & multa permittuntur ratione
coniunctionis. Afflict.in §.& ſi clientulus.in 5.no-
ta.poſt numerom decimum, de aliena. feu. nec fit
refutatio niſi quatenus ius competit reſignáti, quę
habet vim cuiuſdam ceſſionis vtilis dominij. Bald.
de aliena. feu. columna penult. alio modo dicitur
ſucceſſionis pręuentio. Loffr.in conſil.9.nume.27.
tunc qualitas perſonæ non eſt prohibita, ſed præ-
mature eſt ei res alienata. Præpo. hic, circa princ.
Valet dummodo,fiat (vt ſupra) in proxime ſucceſ
ſurum. Cam. in cap.Imperialem.car.30.colum. 3.
circa med. cum ſequen. puta ſi transfertur de fra-
tre in ſororem, aliosve collaterales & deſcenden-
tes. glo.in cap. cum Apoſtolica.in ver.alienare,de
his quæ fiunt a pręla.& ſecundum naturam rei nó
alterando ipſam. Cam. in dicto cap. Imperialem,
car.25.columna prima, circa fi. & habet locum,ét
in feudo hæreditario. Loffr.in §.Titius.ibi, & eadẽ
ratione. ſi de feu.defunct.milit.controue.fue. non
poteſt autem fieri domino conſentiente in præiu-
dicium aliorum. Cam. in dicto cap. Imperialem,
car.33.colum.4. circa fi. Regis primogenito,nec
in agnatum domini alienare. Loffr.in conſi.17.nu
mero 51. nam ſi eſt feudum antiquum, & refutat
domino, agnati ſtatim reuocabunt. Afflict. hic in
glo.num.29.& iſti in reuocatione præferuntur do
mino. Bal.in §.porro,num.4.qualiter feud. aliena.
poſſit. ſi præſtiterint fidelitatem. Idem Bald.in §.
ſed & res.num. 4.circa med.per quos fiat inueſtit.
& ſic permittitur agnatis,quod non permitteretur
alijs. Bald.in d.§.ſed & res,poſt numerum 2.vnde,
quod eſt dictum in alienatione, non procedit in
ea quæ fit in coniunctum; nam in proximè ſucceſ-
ſurum valet. Afflict.hic,in 7.nota. num.17. Immo
hoc ſolo caſu iura ſpecialiter permittunt alienatio-
nem. Loffr.in d.conſil.9. poſt numerum 26.adeo,
quòd omnes contractus, & vltimæ voluntates va-
lent cum immediate ſucceſſuro. Cam. in dicto ca-
pit.Imperialem,car.24.columna 1. circa fin. quia
non eſt alienatio. Afflict. in cap. feudum ea.circa
fi.poſt numerum 12.ſi de feu.fue.controuer. inter
dom.& agna. ſed potius quædam refutatio.Aluar.
hic, num. 5. & venditio licet prohibeatur, non ta-
men illa quę in vim refutationis reſoluitur. Cam.
vbi ſupra car.25.colum.3.in prin. ſi non fit imme-
diate ſucceſſuro,prohibetur, ſicut alienatio. Afflic.
in §.præterea ducatus,num.26. circa med. de pro-
hib. feud. aliena. per Fre. & reſoluto iure datoris,
reſoluitur ius acceptoris, licet Collegium Medio
lanenſe conſulerit contrarium.Alex.in conſil.189.
poſt numerum 8.2.volu. vltra quod ſi donat pro-
ximo, & is fuit ingratus reuocatur. Bald.in conſil.
182.5.vol.

Iſern. poſt deciſionem huius primæ partis, de
qua ſupra in declaratione eius,ampliat textũ etiam
in feudo nouo, quod pater recepit pro ſe & filijs.
Curt.in tract.feu.in 4.par.princip.in 8.quæſtione,
nom.144.vſqoe ad quartam generationem: nam
ſi alienat,non præiudicat illis. Bald.in §. hoc quo-
que,num.4.vbi Afflict.poſt numerum 32. ibi, ſecũ
da.d.titu.de ſucceſ.feu.nam primus acquirens,non
poteſt diſponere de feudo nouo, adeo quod for-
ma eum non afficiat. Peruus in conſtitu. 11. in
primo dubio.

Intellige tamen in filio, cui per nomen eſt deſi
gnatum. Loffr.in con.8.num.23. maxime ſi fuit cõ
ceſſum Titio & filio,ob merita filij,& eius contem
platione: aliàs cum ſit nouum, etiam quòd ſit ex
13 pacto,& prouidentia, poſſit per acquirentem alie
nari cum conſenſu domini, & præiudicat filijs, ſi-
cut in emphiteoſi. addi.ad Odoffr. in Summa,quo
modo acquiritur feudum. in ver. nouum. & filius
iure nondum dilato, quod beneficio patris conſe-
qui ſperat, contra eum non poteſt vti. Loffr.in d.
conſt.prima,num.152.ſi eſt antiquum, viuo patre
reuocat;nam in illo non habet locum. l.cum a ma-
tre.de rei vendi.Loffr.ibi,num.30.in fi.& 163.cir-
ca fin.immo poteſt venire contra factum defuncti.
idem Loffr.in conſil.10.num.24.Affli.hic,in 2.no
ta. Et ſic cũ prohibitio ſolum ſit facta in feudo pa-
terno,videtur permiſſa in nouo: nam quod acqui-
ro,poſſum ad libitum alienare. Præpo.hic,circa fi.
prin.poſt num.3. Intellige,niſi ſit nouum cum iu-
re feudi paterni, ſeu antiqui, quia tunc habet uim,
& effectum paterni.glo.Pariſ.titu.1.§.5.num.101.
102. vel ſit feudum paternum cum qualitate noua.
Afflict.in d.deciſio.112.nume. 5. nam tunc noua
cauſa vel noua forma facit nouum feudum. idem
Afflict.in deciſio.248.num.8. An autem filius alio
14 nantis præferatur cęteris in reuocando, & ſi agna
tus vult alienare, præferatur alter offerendo iuſtũ
pretium. Curt. vbi ſupra in quarta parte, reg. 3.nu
mero 151.& 152.Aluaro.in §.Titius filios,nume. 1.
& 4.ſi de feu.defunct.milit.contro.fue.immo non
poteſt etiam cum licentia domini vẽdere extraneo,
vbi agnatos paratus eſt tantum dare, quantum ex
traneus. Idem Aluaro.in §.ſed & res.nome. 4. per
quos fiat inueſti.& admittitur vſqoe ad 30.annos.
Aluar.in §.fin num.23.in fi. quæ ſit prima cau.be-
ne. amitt. quia ſuccedit agnatus, etiam quòd non
ſit hæres mortui. l. item videndum. §.nunc videa-
mus.de peti.hæred.Iſern.hic poſt prin. & Aluaro.
in d.§.fin.noni.19.qoæ ſit prima cau.bene. amitt.
Filius verò,etiam quod feudum ſit ex pacto & pro
uidentia,videtur quod alio iure non poſſit reuoca-
re: puta ſi eſt hæres alienantis,nam tunc quod a pa
tre geritur,nõ decet a filio in irritum reuocari.l. ea
quæ a patre geruntur.C.de reſti.milit. niſi ſit hæ-
res cum beneficio legis. Iſern.hic, & Alexan.in d.
conſil. 28. poſt numerum 18. 5.volum.quia facto
inuentario reuocabit, & quæ ſit cautela emptoris.
Afflict.in conſt.vt de ſucceſſionibus,poſt num.69.
de ſucce. nobili. Vnde caueant emptores ab iſtis
15 feudis,quia numquam ſunt ſecuri, niſi omnes na-
ti & naſcituri conſentiant.Idem Afflict.in d.§.hoc
quoque,num. 32.poſt medium,nam cum ſit ex pa
cto & prouidentia,antiquum, poſſit reuocari ſta-
tim,non expectata morte. Idem Afflict.in d.§.ſed
& res.poſt numerum tertiũ, & in §.ſi Titius. poſt
numerum octauum,& 12.ſi de feu. fuerit contro-
uer.inter domin.& agnat. Iſern.hic,nume.10.poſt
medium.datur enim patri in vita,& filio poſt mor
tem. l.Gallus. §.idem credendum.ff.de liberis, &
poſthu. in tantum, quod ſi pater alienauit in uita
ſua, poſt mortem non ualet, quia ſubiacet reſtitu-
tioni.Iſern.in §.præterea ſi vaſallus. poſt num.16.

quæ

quæ ſit prima cauſa bene.amitt. ei, qui ſequens eſt
in gradu.Idem Iſern.in §.& olim.colum.2. in fi.de
alien. feu. nec alienat in præiudicium ſucceſſoris
etiam cum aſſenſu domini . Loffr. in conſi. 10.nu-
mero 22.& 14. num.62. adeo quòd vaſallus con-
ſentiens agnato alienāti, non præiudicat filio. Alua
ro.in d.§.fina.in 30.concluſio.num.24.quæ ſit pri
ma cau.bene.amit.Non obſtat.d.§.Titius,ſi de feu.
fue.contro. nam ſecundum Iſern. hic, loquitur in
feudo paterno non quęſito per patrem: in caſu no
ſtro, etiam quòd pater non quæſiuit,videtur datū
liberis , niſi expreſsè dicatur fuiſſe contemplatione
patris.l.annua.§.Attia.de annuis leg.l. ciuibus, de
rebus dubijs . l. qui proprio . §. procurator , vt in
cęteris . ff. de procura. nam quod contemplatione
mea datur,mihi videtur datum. l.dotem dedit, de
colla.bono.

Ex quibus autem præſumatur datum cōtempla
tione patris , & quando contemplatione filij , &
quod in hoc multum attenditur coniunctio dona-
toris, ſicut ratio ſanguinis tollit pręſumptionem
inferendę iniurię.l.veſtem.in glo. fi. ff. de iniuriis.
ſpectamus initium. gl.in cap.ſcientes,de cenſibus.
quandoque finem.cap.dudum,lo primo,in ver. e-
lectionis,de electio.ſecus ſi fuiſſet datum patri , &
filiis,quia tantam partem haberet pater , quantam
filius,& haberet filius partem cum patre viuo. Lof
fred.in d.conſti.1.nume.135. & nominatus poſſit
alienare cum conſenſu domini , in præiudicium a-
gnatorum. Idem Loffred. hic,colum.2. circa med.
An autem ſit verum,quod dictum eſt ſupra, & plu
ries,videlicet in cap.1.in princ.circa med.de ſucce.
feu.& in §.huius autem generis.num.11.poſt me-
dium,ex quibus cau.feu.amit.quod detur patri per
ordinem dum viuit, & filiis poſt eius obitum. Iſer.
hic colum.penult.circa fin. & fin. arguit ad partes.
ibi , attendendum. arguit pro negatiua.& ibi , ſed
circa. arguit pro affirmatiua, vt per Loffr.hic.præ
dicta in feudo ex pacto & prouidentia , ſecus ſi ſit
hæreditarium : etiam quod in feudo hæreditario
pater cum conſenſu domini non poſſit filio præiu-
dicare in legitima, ſaltem reſpectu ęſtimationis cō
ſequendæ.Cam.in d.§.præterea ducatus. car. 104.
columna prima,circa med.& 2. & facit quod dicit
Pernus in conſi. 12.columna 3.in fi.& 4.& intelli-
gitur ordine ſucceſſiuo, & quod poſt maſculos fœ
minę ſecundum ordinem conſuetudinis admittan-
tur. Alexan.in cōſi.9.numero 1.& 2.5.volum.ideo
ibi nec in filiam, dicitur , quod non poteſt vaſallus
feudum in filiam confirmare,agnatis non conſen-
tientibus. Aluaro.hic,columna prima,circa med.&
num.3. ex quo refutatio non tenet, vbi deficit for-
ma,& cauſa etiam iuſtiſſima non ſufficit. Bald. in
conſi.198.& ſequen.nu.1. 5.volum. amittit tamen,
non ſolum per refutationem,ſed etiam per ſimpli-
cem conſenſum. Afflict.in rub.de eo,qui finem fe-
cit agn.ſed non præiudicat, niſi in illo tantum ca-
ſu, & non in alijs. Loffr.in conſil.3.num.9.in fi. &
ſi ſit proximo agnato,is qui refutauit, dicitur defi-
cere , quo ad ipſam rem, & alij accreſcere,& habe-
tur ac ſi non eſſet in medio . Napo. in conſue. ſi
quis vel ſi qua. in ver.præterquam, numero 220.
de ſucce. ab inteſta. l. cum facultates. C.de his qui
numero libero.licet qui hoc facit maleſacit,contra
dictum Eccleſiaſt.33. vt per Lucam in d.l.cum fa-
cultates.ius quæſitum videtur cedere, ius quæren-
dum videtur nolle acquirere, & ſi recepit precium
pro refutatione , poſſidere videtur. Barbat.in vlti
addit.ad Bald.iſto titu. Afflict.hic,numero 2.circa
med.& poſt numerum vigeſimū. nam dicitur alie-
natio impropriè. Iſern.hic nume.8. & permittitur
in feudis,etiam ſine conſenſu domini. Afflict.d.tit.
de eo qui finem fecit agna. in 6. not. an autem hoc
corrigatur per conſti. conſtitutionem diuę memo-
riæ,qui indiſtincte prohibet alienationem ſine do-
mini conſenſu.Iſer. arguit ad partes, & tenet quod
non: quia cum non ſit alienatio , quæ ſit ſine con-
ſenſu domini. Bal.in conſil.282. poſt numerum 1.
5. volum. Iacob.in ver. & cum pacto,quod de ipſo
feudo. numero primo, in fine, is qui renunciauit,
reuocat. Afflict.in §.præterea, numero 19. circa fi.
quibus modis feu.amit.ſecus in refutatione. Loffr.
in cap.1.ibi, conſtitutio.de capi.Corra.quæ ius de
nouo non cauſat . Cam. in dicto cap. Imperialem,
car.31.colum.2.poſt princip. immo ſi in ea aliquid
16 dicitur,refutatio tenet,cętera pacta non. Iſer.hic,
vbi Loffr.& infra, de eo qui finem fecit agna. poſt
princ. Cam. vbi ſupra,car.31.columna 1.& 33.co-
lumna ſecunda , circa med. ſi tempore traditionis
rei meę appono pactum conſeruatorium rei quam
tradit,tenet, ſed pactum annullatur. Fre. de Suffe.
lib.2.ibi, quadrageſimoprimo.colum.1.in fi. In di-
uiſione feudi , ſi plus vni quàm alteri aſſignetur,
tenet: quo ad aliud diuiſio eſt nulla. Idem Fre.vbi
ſupra . ibi, trigeſimoſexto quæro, nume.4.6.& 7.
quia alia ratio pactum reformat.glo.3.Pariſ.tit.1.
§.33.numero 6.glo.quarta, numero 4. circa fin.&
poſt numerum 19.§.45.glo.1.poſt numerum 18.ti-
tu.2.§.52.& §.55.in glo.prima, numero 41.& poſt
numerum 163.& 167.Præpoſi.de feud. datis min.
valuaſ.poſt princip.& in cap.domino,in princip.ſi
de feu.defunct.milit.controuer.fue. & in §.in qui-
bus.circa med.de conſue.recti feud.& propter mo-
dicum inutile,non debet recedi ab vtili prouiſione.
Paul.de Caſtr.in conſil.384.in fine,2.volum.& v-
tile per inutile quando vitiatur, & quando non.gl.
prædi. Pariſ.titu.1.§.41.in decima quęſtione, nume
ro 40.vſque ad 51.& ſic valet refutatio in coniun-
ctum,cætera pacta non. Fre.vbi ſupra,lib.2.ibi,plu
ribus,num.45.etiam quod fiat ſine aſſenſu. Afflic.
in d.§.ſed & res,in 1.not,per quos fiat inueſtit.dum
modo non fiat muto. Cam. in dicto cap. Imperia-
lem,car.5.columna prima, poſt principium. Iaco.
in ver.& cum pacto de non alienando.nume.17.&
18.licet Loffr.in conſi. 5.numero 26.in fi.videatur
facere differentiam inter feudum quaternatum,&
planum,& de tabula poteſt intelligi,non refutatio
ne ſimplici,ſed in ea quæ ſit retento vſufructu. Idē
Loffr.in conſi.3.num.19.in qua nec Vicerex hodie
poſſit aſſentire, cū ſit vnus de nouem caſibus pro-
hibitis per Carolū Quintū,in Pragma.quę eſt ter-
tia in ordine,rub.de feudis.vnde valet ſine aſſenſu,
quando ſit in proxime ſucceſſurum pure , & ſine
feudi grauamine,alia pacta non. Idem Loffr.in d.
conſil.9.poſt numerum 15. & remanet paternum
inſpecto initio, etiam in perſona eius cui facta eſt
refutatio. Iſern. & Loffr. in §.aut nupta filio. circa
fin.quibus modis feud.amit.vt autem nominum &
rerum non ſit fœda confuſio.l.fi.C.de legi.tut.con
ſueuit quæri,dicit Iſer. in quod nomen contractus
17 cadat refutatio.late addit.1.ad Odoffr. in Summa
vtrum vaſal.feu.refuta.poſſit ſine volun.dom. ſed
ſecundum Iſern.hic,non habet ſpeciale nomen,quia
plura ſunt negotia quā vocabula. l.4.de præſcript.
ver.

ver. facta tamen rerum & factorum differentia. l. 1. in glo. prima, de acquiren. rerum dom. videtur diſtingui inter cauſatiuam & abſolutam. Bald. in conſilio 280. numero ſeptimo, tertio volum. & eá quæ fit domino, & illam quæ fit proaimo agnato, qui erat in ſeudo ſucceſſurus, & ei qui non erat ſucceſſurus. Loffred. in dicto conſilio nono, poſt numerum decimumquintum. vnde conſiderando verba ſecundum naturam rei deductę in contractn. Bald. in rubr. in 9. quæſtio. C. de contrahen. emptio. aut fit domino, & cadit in nomen reſtitutionis, quæ reſtitutio ipſo iure quantum ad effectum reſoluit primum contractum inſeudationis, & omne debitú ex prima cautione petitur. l. emptor. in fin. princip. ff. de pactis. Iſern. hic. exemplum in donatione Cóſtantini, per ea quę diai cum Iſern. in §. valuaſores. de his qui feu. dare poſſunt, tunc ſi refutatur feudú antiquum, vt ſucceſſurus inueſtiatur tamquam de feudo noun, efficitur nouum: adeo quod is qui refutauit, nó admitteretur, agnati ſic. Cap. in ver. feudorum genera. ibi, nouum, in 7. concluſio. nam illis non præindicat. Iacob. in ver. ita quod ipſi. poſt numerum decimumquartum, nec in præiudicium tenet alterius, ſed tantum durante vita illius. Paul. de Caſt. in conſi. 245. poſt numerum ſecundum, ſecundo volum. ſi fit in agnatum remotiorem, vel ꝓxime ſucceſſurum, oportet quòd cadat in aliquem titulum, ſine nomen, ex ijs quæ dicuntur in §. per traditionem. & ibi glo. Inſtitu. de rerum diuiſio. puta, dono vel vendo tale ſeudum, vel ius in eo competens. aliàs ſi ſimpliciter diceret, refuto, non valeret, quia præſumitur ſimulatum. Iſern. hic, poſt numerum octauum, maxime ſit fit a ſene iuueni. l. is qui, de fideicom. libert. nam ſtipulatio non valet ſine cauſa. Lucas in l. prima, columna ſecúda, in princip. C. de his qui non imple. ſtipen. & per verbum, concedo, transfertur ius concedentis, quando fit cum titulo: ſecus ſi deficiat. Aluaro. in §. Titius filios. poſt numerum 4. ſi de feu. defunct. milit. contro. fue. & quando renuntiatur beneficium ea cauſa permutationis, licitú eſt cauſam exprimere. Zabar. in clemen. vni. in 6. nota. de rerum permuta. ſicut non procedit libellus ſi dicat, peto decem, quia promiſiſti, vel quia Rex eſt in Francia. Sed debet dicere, quia promiſiſti ex cauſa mutui vel ſimili. l. 2. §. circa, in ver. ſine. circa med. de doli mali & metus exceptio. vel poſſit dici, quod in perſonali requiritur cauſa, ſecus in reali. Iacobi. in ver. dictique vaſalli promiſerunt. nu. 26. circa med. & tunc mutat naturam ratione adiuncti. Lucas in l. vni. columna nona, poſt principium, & circa med. C. de impone. lucra. deſcri. nec valet argumentum a contrario ſenſu: non poteſt extra agnatos alienare, ergo erit licitum inter agnatos feudi participes. Cap. in ver. feudorum clauſulæ, columna penulti. ibi, ita quod non poſſit. nec ratio quæ cæteros admittit, eadem tacitam inducit penſationem. l. vnum ea familia. §. ſed ſi vno. in fi. de lega. 2. nam non poteſt fieri ſine auctoritate illius, a quo recepit, & in manu ſuperioris non ſubditorum. Innoc. in cap. quod in dubijs. de pen. & remiſſ. & ſi fit immediate ſucceſſuro, non poteſt: quia eſt alienare. & qui non poteſt alienare ſine conſenſu alicuius, non poteſt refutare, quia refutatio alienatio eſt, etiam quod ſit inter agnatos. Iſern. hic nume. 7. ita quod ſi ſunt plures agnati in eodem gradu, & vni fit refutatio, omnes alii debent cóſentire. & ſi fit in remotiorem, requiritur conſenſus eorú, qui principaliter lędi poſſunt. Iacob. in ver. & cum pacto, de non alienando. numero 32. Io. de Anania, inter vſus feu. Bald. de feu. aliena. in princ. num. 26. & ibi ad partem negatiuá. circa fi. poſt numerum 31. Speciale eſt in antiquo, nam conſideratur cauſa originis, & natura principij, vt is ſuccedat qui eſt agnationis primi acquirentis, & ſi per mille manus annullauerit, vltimus eſſet ſucceſſor primi, & ab eo dicitur habere cauſam, a quo habet radicem. Afflict. in conſti. vt de ſucceſſionibus, poſt numerum 20. circa fi. Nouum poteſt alienari cum conſenſu domini, abſque conſenſu agnatorum. Dec. in conſil. 586. in fi. 4. volum. idem in veteri, niſi in aliquo eorum quid ſpeciale conſtituatur. Iſern. hic, colum. 3. circa princip. Pernus in con. 11. colum. 9. circa med. Si eſt hæreditarium, vel fuit datum contemplatione huius vltimi, quia contemplatio vim obtinet hæreditarij. Cam. in d. §. præterea ducatus, car. 107. columna ſecunda, poſt med. non poſſit habere, niſi vt hæres, vt eſt forma hodie priuilegiorum in regno. Iſer. hic numero 9. ſecus ſi ſit dictum ſibi & liberis: nam dicitur, ea pacto & prouidentia. Dec. in conſil. 185. num. 2. poſt 3. & 4. & in eo ſuccedit filius ea contractu, etiam quod non ſit hæres patris. l. ſi ita cóueniat. ff. de pactis dota. l. quodcumque. §. ſi quis ita, de verborum obliga. l. ſi operarum, de operis libert. & l. filiusfamilias. §. cum quis, de lega. 1. & ſic eſt ſegregatum ius patris, ab eo quod eſt acquiſitum filio. Iſer. hic, numero decimo. Vnde ſi exiſtente filio pater refutauit feudum domino, idem Iſer. hic, numero 7. in princ. facit differentiam inter ſeudum nouum, paternum, hæreditarium, & ex pacto & prouidentia. late Afflict. hic numero 7. vſque ad 13. idem in delicto, quia etiam in feudo poteſt filius exhęredari, ſicut pluries dictum eſt in ſuperioribus, dicit Iſer. videlicet in §. ſi quis miles, numero 5. circa fi. Impera. Lotha. in cap. omnes filij. nume. 2. circa med. ſi de feu. defunc. milit. contro. fue. facit. l. cum pater. §. rogo. de leg. 2. licet naturale ſit, quod pater prouideat filio. l. vni. ff. de bonis quæ liber. damna. & in nouo facilius apparet, cuius contemplatione datum ſit feudum: in antiquo poſtquam peruenit ad quartum vel quintum ſucceſſorem, facilius labitur de memoria. Iſer. hic circa fi. Sed ex poſtfacto appa-

18 ret, quid actum fuerit in præteritum. l. in ratione. §. 1. in ver. videbitur. ff. ad leg. Falcid. talis intelligitur fuiſſe licétia, qualem poſſeſſionem poſterior declarat euentus. Bald. quid iuris ſit ſi poſt aliena. vaſal. ſeu. recupe. numero tertio, in fi. qualis fuit animus in præcedentibus, cenſetur fuiſſe in ſequentibus, & econtra. Zaba. in clemé. prima, poſt numerum 15. vt lite penden. ex ijs quæ poſtea facta ſunt, declaratur qualis fuerit in præcedentibus. Paul. de Caſt. in conſi. 395. circa fi. & 218. circa med. 2. volum. ſæpe ex eo quod ſequitur, præſumitur quale fuit quod præceſſit. Archid. in cap. ſi epiſcopus. 18. diſtinct. facit quod dicit Zaba. in clemen. 1. §. cum verò. numero 4. de verborum ſignifi. ea euentu declarabitur quid iuris eſſe debeat. Paul. de Caſtr. in conſil. 56. num. 3. circa med. & 70. num. 8. circa fi. 2. volum. verum valeat vel ne. Zaba. in clemen. prima, poſt numerú 24. de appella. vulnus fuiſſe mortale. Azo in Sum. C. de lege Aquilia. num. 12. in fi. & contractum locationis, non conſtitiſſe magis declaratur. l. ad probationem. C. locati. Inutile inſpecto fine, eſt vtile conſiderato principio. Azo in

Sum,

ſum.inſtit. de lega.poſt num.6. pendet ſubſtitutio
ex euentu.Ioan.And.in cap.non ſolum,num.9.cir
ca princ.de appella.in ſexto. Futurus euentus de-
clarabit,ſi fuit licitum vel non.Pau.de Caſtr.in cõ-
ſilio 24.poſt medium,1.volum. in quo conſiſtit le
gatum declarabit euẽtus.l.Aphricanus.§.ſi Titius,
de lega.1. ex ijs quæ poſtea fecit, præſumitur ani-
mus & ſcientia in ijs quæ prius ſine magno inter-
uallo fecerat.Pau.de Caſtr.in conſil.245. numero
quinto,circa princ.1.volum.ex ſequentibus depre
henditur, qualis fuerit animus in præcedentibus.
Idem in conſil.275. columna ſecunda, circa med.
d.volum.ex ſententia præſumitur, quod non bona
intentione litigauerit: & ſi iudicium fuit irritum,
ex futuro dependet euentu.Zaba.in clemen.1.nu-
mero tertio,in fi.& 7. circa fin.de ſent.& re iudic.
quædam ſunt incerta, ſed ex poſteriori euentu de-
clarantur.Iſern.de natu.ſucce. feu. poſt numerum
27.ex euentu iudicij,declarabitur an ſit proceden-
dum in accuſatione.l.prima,in uer.ſi quis,de præ-
iudiciarijs actioni. in Longobardorum. ex euentu
ſequuto,præſumitur & detegitur ſimulatio.gl.Pa-
riſ.tit.1.§.41.poſt numerum 37.onus probationis
quis debeat ſubire, per huiuſmodi euentum decla-
rabitur.l.vis eius.C.de probatio. ex futuro euentu
patebit an valeat quod fecit vel non.Paul.de Caſt.
in conſil.216. 2.volum.futurus euentus litis, de-
clarabit an bene impetrauit vel non: an valeat vel
non.Idem Paul.de Caſtr.in conſ.265.in fi.& 329.
poſt numerum ſecundum,2.volum.ex euentu con
tractus locationis,non cõſtitiſſe magis declaratur.
l.ad probationem. C. locati. æſtimatio videtur eſſe
in obligatione inſpecto exitu.l.fi.in glo.1.circa fin.
C.de compenſatio.poſterior euentus declaratur,ſe
cundum formam licentiæ præcedentis. Aluarot.in
§.porro.ante numerum 1.quid iuris ſit ſi poſt alie
na.feud.vaſ.id recupe.ex iis quæ poſtea fiunt,pro-
batur voluntas in præcedentibus. Socin.in conſil.
66.columna 4.in fi.& 17.numero decimo,3.volu
mine,facta declarant animum.in conſti.feu.diuer.
prin.nume.148.actio mandati eſt certiſſima,inſpe-
cto fine.l.in re mandata.iuncta glo.3. C.mandati.
ſic certificatur perſona ab euentu.l. qua ratione.§.
fin.in addi.in ver.incertam,de acquiren.rerum do-
min.euentus ſolutionis declarabit, ſi legatum va-
let.l.ſi Titius.de lega.2. ex poſtfacto, retroducitur
& apparet quid actum ſit.l.quidam, de rebus dub.
res ſoluta præſumitur ab initio fuiſſe debita.glo.Pa
riſ.poſt numerum 24.tit.1.§.22.& ex poſteriori de
claratur euentu, quis fuerit tamquam primogeni-
tus ſucceſſurus.Loffr.in d.§.præterea ducatus, co-
lumna 13. circa princ. vnde ſi Regis naſcãtur duo
filij in eodem partu, vel unus ante regalem digni-
tatem,& poſtea alter,quis erit Rex. Aluar.in cap.
19 1.numero ſecundo,de feu. Marchio. & primoge-
nitus ſi ſit perpetuo demens, ſuccedit ſecundoge-
nitus.Cap.in ver.feudatarii habiles.ibi primogeni.
tus.& in ver.feuda officiorum,columna 6.circa me
dium.Iacob.in ver.dux.ibi, quid ſi Rex,nume.7.&
illi poteſt dare regnum.Afflict.in dicto cap.1.nu-
mero 6.in fi.de feu. Mar. nam qui ſuſcepto regno
inutilem ſe exhibet deponitur, & alter ſibi vtilior
ſubrogatur.Lucas in l.3.columna quinta,poſt prin
cip.& 7.circa fin. C. de tironi. vnde Baro habens
primogenitum malę vitæ, & ſecundogenitum fru
gi, ſi cum conſenſu primogeniti, ſecundogenitus ſe
fecit inueſtiri,valet. Aluaro.in §.præterea.poſt nu-
merum primum, quibus modis feu.amit.§.mutus.
num.6.circa fi.Epiſco.vel Abba.& in d.cap.1.poſt
numerum ſecundum,de feu.mar. Cap.in ver. feu-
da amittuntur.ibi, quinquageſimooctauo.cir.princ.
& poſſit dari ſecundogenito.Afflict. in cap.omnes
filii.num.3.circa fi.ſi de feu.fuerit controuer. inter
domin. & agna. maxime ſi pro bono publico hoc
facit.Pau.de Caſt.in ſim.in conſi.179. poſt nume-
rum tertium, 1.volum. & an Rex poſſit habilitare
primogenitum inhabilem, in damnum ſecundoge
niti habilis,& an præiudicet ſi ſit in vita patris.Af-
flict.an mutus vel aliter imperfec.nume.4.Quid ſi
habet teſtator ex Regis diſpẽſatione.Ludo.de Mo-
li.de Hiſpano,primogen.lib.2.cap.11.num.49.vel
dedit facultatem diuidendi inter liberos, quod pri-
mogenito competebat.Lucas in l.penult.circa fin.
C.de decurio.licet regulariter non aſſentitur, ſi ex
cluſo primogenito, vellet donare vnũ ex feudis ſe-
cundogenito. Cam.in dicto cap.Imperialem.car.
57.columna prima,circa med.ſed requiritur con-
ſenſus primogeniti,ſi in eo viuitur iure Franchorũ.
Afflict.in §.hoc quoque,nu.6.& 8.circa fi. de ſuc-
ceſſ.feu.& ſi donat ſecundogenito, contemplatio-
ne matrimonij, oportet quod Rex ſciat naturam
feudi.Fre.de ſuffe.li.2.ibi, ſupereſt vt aliqua in ma
teria aſſenſus. Primogenitus verò furioſus,vtrum
ſuccedat in feudo, vel maioratu,regul.cum limita.
ponit Ludou.de Moli.de Hiſpano,primoge.lib.1.
cap.13. numero 21. Is verò,qui refutauit per con-
20 gruum modum,vendendo aut donando, an poſſit
ſuccedere ei, cui refutauit.Iſer.hic numero 8. circa
fi.tu dic, quod ſuccedit, ſi pactum fuit perſonale in
perſona eius,cui refutauit,& ſuorum hæredum, ſe-
cus ſi reale.Idem Iſern.in dicto cap.1.in princip.de
eo qui finem fecit agn.& in cap.primo,numero 7.
in fi.& poſt numerum octauum.ibi,ſed ſi de natu-
ra ſucceſ.feu.& ſi ſit alienatio, an reuertatur ad do
minum, vel ad agnatum proximiorem.Bald.ſupra
titu.præced.de vaſal.qui contra conſti. Lotha.nu-
mero quarto, & poſt numerum quintum. & vide-
tur quod ad agnatum: nam in hoc non valet argu-
mentum de emphiteoſi ad feudum. Alexan.in con
ſil.30.num.13.& 16.1.volum.& reuocabit agna-
tus proximus: verum perdit ius ſi non proſequa-
tur infra annum. Bald.in cap.ſi Titius,poſt nume-
rum ſecundum, ſi de feu.fuerit contro.inter dom.
& agna.vaſal.& in con.16.1.volum. Et ſi alienauit
in agnatum remotiorem, proximiori datur annus
ad petendum, & ordine ſucceſſiuo ſecũdus alteri:
quo elapſo confirmatur poſſeſſio poſſeſſori. Bald.
in conſi.265.numero 1.circa fi.5.volumine. Idem
ſi per annum tacet, quia perinde eſt ac ſi conſenſiſ
ſet.Iacob.de Ardizo.in Sum. vtrum putentur agn.
conſen. ſi taceat per ann. reuocabit tamen mor-
tuo eo qui conſenſit, niſi eſſent plures in eodem
gradu.Iacob.in ver. & cum pacto de non alienan-
do. numero 31.& 35.mortuo alienante & conſen
tientibus, proximiores reuocabunt. Afflict.hic in
princ.not.poſt numerum primum,& tertium,circa
fin.Iſer.deprauate allegat nonnulla, quæ diſcurren
do accomodauimus, alia vide per Loffr.& Liparu-
lum. dum tamẽ dicit, vbi nominatim filium expreſ
ſit quod tanquam hæredi acquiſiuit, non ſunt de-
ciſiue,ſed dubitatiue.ita Loffr.in d.con.1. poſt nu.
134.& ponit exemplum poſt num.136.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dominus capitur pluribus modis:hic,pro eo qui ha bet directum dominium.*
2 *Vaſallus habet vtile dominium.*
3 *Controuerſia,ante litem conteſtatam dicitur.*
4 *Cauſa habet principium,medium,& finem.*
5 *Vbi,ideſt quando.*
6 *Feudum rectum, ſimplex,& conditionatum.*
7 *Dona augentur,cum creſcunt rationes donorum.*
8 *Pro, particula ſignificat animi modum & cauſam fi nalem.*
9 *Totum,totaliter,ſiue omnimodo.*
10 *Poſtea, denotat ordinem temporis, & intelle ctum.*
11 *Controuerſia inter dominum, & vaſallum coram paribus finiri debet.*
12 *Obertus non intelligitur quid ſibi voluerit.*

AD §. SI INTER.

SI inter Dominnm.) Qui largiſſime
capitur, pro quocumque modicam
1 ſuperioritatem habente. Bald.in cap.
adhæc,num.18.de poſtulatio.præla.
large continet vſufructuariū vel pro
prietarium.l.ſtatuliber. ff. ad legem Falcid.& ſic ſi
inter dominum qui habet directum,& Vaſallum.)
2 Qui habet vtile dominium. Iſern. in §.econtrario.
num.19.circa med.de inueſtit.de re alien.fa. De be
neficio fuerit controuerſia.) Quæ dicitur etiam,
3 ante litem conteſtatam.l.diuus. & ibi gl. 1.ff.de pe
ti.hære.Coram paribus finiatur.) Per ſententiam:
4 nam cauſa habet principium, medium, & finem.
Principium eſt litis conteſtatio, a qua incipit,me-
dium conſiſtit in probatione,finis in ſententia dif-
finitiua.Pau.de Caſt,in l.adhæc,num.4.c.de iudic.
5 Vbi.) Ideſt,quando.Lucas in l.facultas,colum.4.
poſt princip. C.de iure fiſci. Autem dicit vaſallus
Prius.)Ante.Gram.in ver.prius.De ſuo recto feu-
6 do.) Simplici, non conditionato ad certum ſerui-
tium conceſſo.Socin.in conſi.267. poſt numerum
primum,& tertium,poſt medium,2.volum. & po-
teſt exemplificari etiam in feudo cameræ vel cano-
uæ.Aluaro.in §.ſi verò vaſallus,num.3.quid ſit in-
neſtit. Debere ſe a domino inueſtiri, Si quidem.)
Si certe,&ſunt duæ coniunctiones. Gramma. in
ver.ſi quidem.Sine cōtrouerſia de alio eſt vaſallus,
7 indubitanter primò inueſtiendus eſt.) Nam augen
tur dona,cum creſcunt rationes donorum. Iſer.de
pace tenen.in fi.prin.& ex vna ra præſumitur ad a-
liam. cap.ſcribam, de præſumptio.nec fit præiudi-
cium domino acceptando vaſallum ad fidelitatem
ſuper feudo,de quo verſatur quæſtio,poſtquam eſt
vaſallus pro alio: ſecus quando nullo modo eſt va-
ſallus. Præpo.hic, circa fin. & poſtea cognoſcen-
dum eſt,quod ſit ſuum rectum feudum,aut econ-
tra, quod non rectum. Aluar.hic columna 3.cir.
med.conditionale,& non conditionale. de capitu.
extraord.& alterius compilatio. circa princ. Sed ſi
8 nihil ab eo tenet, Pro.) Quod ſignificat animi mo
dum,& cauſam finalem. Bald.in conſil.234. nu.1.
circa fi.1.volum. Beneficio,niſi de quo controuer-
9 ſia eſt,tunc tota cauſa.) Totaliter, & omnimodo.
Bald.in conſi.335.nu.3. 1.volum. Ventulanda eſt.)
Per manus verſanda eſt.Gram.in ver. ventilo. Et
ſic videndum Vtrum.)Quod eſt aduerbium dubi-
10 tantis.Gramm. prędi.in ver.vtrum.Poſtea.]Deno
tat ordinem temporis, quādoque intellectus.Pau.
de Caſt.in l.quotiens.§.ſi quis,ita. ff. de hæred.in-
ſtit.Inueſtiendus ſit.]Poſtquam egit contra domi-
num coram paribus, qui ſunt iudices competentes
ſuper controuerſijs, quæ oriuntur inter dominum
& vaſallum.Aluar.hic num.1.& Præpo.poſt med.
& petijt vt inueſtiatur.Iſer.in c.1.nu.2. poſt med.
infra tit.prox.de cap.Corra.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio: Et
primo,maior non poteſt a minore iudicari. cap.in
ſancta.2.q.7.

Secundò, non oportet ad compares iudicis ap-
pellationes referri,ſed a minore ad maius tribunal
aſcendere. cap.anteriorum.poſt medium, 2.quæ-
ſtio.6. modo illi ſunt minores vel pares. ergò
non poſſunt dominum vel parem cogere, contra
quem non habent imperium.l.ille a quo. §.tempe-
ſtiuum,ad Trebel.

Vltimò, omnis actus ex voluntate,& poteſtate
perficitur. Ludo.de Moli.de Hiſpan.primoge.lib.
1.cap.14.num.24.hic deficit poteſtas:nā quis eſt,
qui iudicat alienum ſeruum, ſuo domino ſtat aut
cadit, vt dicitur.c.multi,poſt med. 2.q.1.ſucceſſiue
iudicari per pares non poteſt:nam non poteſt vide
ri,quod non eſt.gl.1.in c.cum dilecta.de confirma.
vtili vel inuti.

His non obſtantibus,ſeruatur contrarium, & ra
tio eſt,quia non poteſt dominus eſſe iudex in cau-
ſa propria. Iſer.hic in prin.

Qua ſtante,nō obſtat Primum:nam lex cui prin
ceps ſe ſubmittit.l.digna vox. C.de legib.cōſtituit
pares in iudices,& illis officio iudicis imponitur ne
ceſſitas iudicandi.l.fi.in fi.prin.C.de bo.quæ lib.l.
quidam.C.de decurio.lib.10.

Non obſtat Secundum: nam non poſſent niſi
quatenus ius permittit,aliàs punirentur. c. fin.21.
diſt.& tunc ita paruum iudicabit,vt magnum.gl.in
l.fi.de rerum diuiſ.

Vltimum non obſtat, nam omnis poteſtas eſt a
Deo iubente, vel permittente. cap.quid culpatur.
23.q.1.& ſic firma remanet concluſio, quod con-
11 trouerſia inter dominum & vaſallum,coram pari-
bus finiri debet.Intellige non ſolum,ſi ſit inter do-
minum priuatum & vaſallū, verum etiam ſi fuerit
contentio de feudo inter Imperatorem & vaſallū,
qui eſſet de ſocietate Lombardiæ.Iac.de Ardizo.in
Sum.de contentio,quæ de feu.inſtit.circa prin. Idē
ſi eſſet controuerſia inter valuaſores maiores & mi
nores, nam tunc etiam coram paribus finiatur. &
non ſolum ſi quæſtio eſt de beneficio,verumetiam
& ſi tractatur de offenſa. Iac.de Ardi.vbi ſup.poſt
prin.& non ſolum ſunt iudices, ſed ipſorum aliqui
ſunt teſtes, qū controuertitur de inueſtitura noui
feudi.ca.1.qui teſtes ſunt neceſſ.ad prob.no.inueſt.
Intellige tamen,ſi adſunt pares,aliàs eliguntur alii,
ſi ibi idonei reperiuntur.Iaco.de Ardi.vbi ſup.poſt
princ. Item limita niſi eſſet conſuetudo in contra-
rium, quia ex conſuetudine poſſet quis eſſe iudex
in cauſa propria.Alexan.in conſil.13.num.12.6.vo
lum. Et procedit,ſi fatetur feudum,aliàs ſi nega-
ret, & dominus non eſſet in poſſeſſione vel quaſi,
actor ſequitur forum rei. & ſi fatetur feudum, cul
pam verò negaret, eſſet laudanda iudicio parium.
cap.ſancimus,in 2.quo tempore miles.Iſer.hic, in
prin.Similem huic vide textum, ſupra de contro.
inter Epiſcop.& vaſal.

Nota,

Nota, quòd feudum, aliud rectum eſt, & aliud
conditionatum. Cap. in ver. feudorum genera. ibi,
rectum feudum, & ibi, conditionatum. Iſer. laborat
in exemplificando ſecundam partem huius textus:
& dum vaſallus vti hæres patris, petebat prius inue
ſtiri, & poſtea in iudicio comparere, diſtinguitur.
Aut eſt vaſallus pro alia re, quàm pro illa quæ eſt
in iudicio deducta, & tunc prius cognoſcitur, ſi eſt
rectum feudum aut non. Si verò non eſt vaſallus,
niſi pro re de qua eſt controuerſia, tunc tota cauſa
prius eſt ventilanda, & poſtea cognoſcendum, ſi de
bet inueſtiri vel ne. Vnde in iſta diſtin. quidam di-
12 cunt, ſe non intelligere quid ſibi voluerit Obertus
de Orto. Aluar. hic, ita in ſimil. Iſer. in §. profecto,
in princ. quid iuris ſit, ſi vaſall. poſt aliena. feu. id re
cup. Loffr. hic, in princ. & ibi, reuocat. niſi dicamus
vt ſupra, vel quod fuerit in poſſeſſione, & propter
eam fuerit data defenſio. §. ſi verò, de controuer. in
ueſtit. ſed hic non litigatur de illa re, de qua erat in
poſſeſſione. vnde dicit Iſer. quod dominus petijt a
vaſallo quidquid tenet, dicens non eſſe vaſalli. & ſi
non dubitatur, aliquid non totum tenere in feudũ:
tunc hoc prius eſt cognoſcendum, ſi id de quo pe-
tebat inueſtiri, eſt vel eſſe debet ſuum rectum feu-
dum vel non. & in hoc diſcutitur cauſa aliarum re
rum, quas dominus vendicabat a vaſallo. Sed qua-
re hoc, cum non debeat dominus interim repelli a
vendicatione aliorum, quæ dicit eſſe ſua, & propria
ipſius domini? dicit Iſer. hæc conſuetudo non ha-
bet rationem, nec eſt alibi ſeruanda: dictum eſt in
præambulis in 2. quæſt. num. 28. cir. med. ſed quia
eſſet contra cap. 2. de ordi. cogn. vt per Loffre. hic,
ideo dic quod prius examinabitur quòd ſit ſuum,
& rectum feudum: quia confitebatur dominus, ꝙ
hic erat ſuus vaſallus, & alia, quæ proſequere, qui-
buſdam additis per Loffr. pro faciliori Iſer. intelli
gentia, & dic vt ſupra, in textualibus. Tanto magis,
quia in iſta materia feudali, omnia veniunt in cogni
tione. §. ad hoc. hic finitur lex. & iudex prout ſibi
melius viſum fuerit, regulabit. cap. 1. de conſuet. re-
cti feu. & ſicut ex parte rei quam tenet, præſumun
tur omnia feudalia. cap. 1. de controu. inter maſcu.
& fœmi. & circa augmentum, prodeſt domino reti
nere aliquid. Iſer. in §. fin. circa fi. quibus modis feu
dum amitt. §. ex eadem lege. poſt nume. 9. de lege
Corra. ita, vt ſupra, præſumitur de vna re ad aliam;
licet in pœnis negans amittat feudum, non tamen
procedit, ſi celauit aliam rem domini. ca. vaſallus ſi
feudum, ſi de feu. defunc. mili. contro. fue.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo variatur, ex uarietate locorum.*
2 *Fellonia quid, & quid infidelitas.*
3 *Collučtatio, pancratium, & pugna. & vnde pugna dicitur.*
4 *Pugna non debet fieri, niſi ubi lex præcipit.*
5 *Mors dicitur a morſu primi hominis, & eius tria genera.*
6 *Liberatio ſæpe alieno facto contingit.*
7 *Bonis carere dicimus, quæ olim poſſedimus, & nunc indigemus.*
8 *Præcipitari, ideſt præceps ruere.*
9 *Velut, veritatis expreſſiuum.*
10 *Liberatio dicitur improprie, quando aliter ſoluit nomine debitoris.*
11 *Pugna fit pro fellonia, & priuatur vaſallus feudo, ſi a morte dominum non liberauit.*
12 *Fidelitas eſt ſeruanda domino temporali.*
13 *Victus dicitur, ſi ſtetit per eum quo minus certetur.*

AD §. NON EST.

NON eſt conſuetudo Mediolani.) Si-
cut in §. notandum, de his qui feu. da
1 re poſſ. cap. 1. quæ ſit prima cau. be-
ne. amitt. & ſic variatur conſuetudo,
ex varietate locorum. & conſuetudo
loci ad quem perueneris attenditur. cap. illa autem,
2 & ſeq. 12. diſt. Vt de fellonia, aut de infidelitate.)
Fellonia quæ ſit, & quæ infidelitas. Aluar. hic, cir-
ca princ. & nume. 4. committit autem felloniam,
quando delictum atrox patratur: infidelitatem, ſi
venit contra capitula fidelitatis. Præpoſit. hic. Pu-
3 gna fiat.] Aduerte, quod habemus collučtationem,
pancratium, & pugnam. de duobus primis eſt glo.
in l. qua actione. in ver. ſi quis. ad leg. Aquil. pugna
autem, de qua hic, dicitur a pugno: nam qui vult
pugnare ſtringit pugnum, & nõ denudat brachiũ.
clemen. 1. §. ſtatuimus, in ver. pugnum, de ſtatu mo
nachorum, licet contrarium ſit, quod præcipit lex
Longobardorum, videlicet, l. quicumque. qualiter
quis ſe defendat. in Longobard. quam allegat
4 Iſer. hic. Vt de infidelitate pugna fiat.) Et ſic pu-
gna non debet fieri, niſi vbi lex præcipit. gloſſ. in
l. quibuſcumque. dicto titu. qualiter quis ſe de-
5 fendere debet. Si a morte.) Quæ dicitur a mor-
ſu primi hominis, nam per eſum pomi mortem
incurrit: & eſt diſſolutio corporis & animæ. &
dicitur acerba infancium, immatura iuuenum,
matura & naturalis ſenum. Zabarel. in clemen.
prima, in 1. nota. vt lite penden. Vaſallus domi-
6 num liberare potuerit, & non fecerit.] Nam li-
beratur ſæpe quis alieno facto. ff. de neg. geſt. Bene
7 ficio carebit.) Quod olim poſſedit, & nunc indi-
get, Gramma. in ver. careo. Sed licet.) Ideſt,
quamuis. Ioan. Andr. in cap. licet. in princip. de
procurato. in ſexto. Potuerit facere, ne dominus
in Peccatum.) Quod eſt tranſgreſſio legis diui-
næ, & cœleſtium in obedientia mandatorum. Di-
uus Thomas ad Romanos, capitu. ſexto. ibi, non
8 ergo regnet. circa fin. Præcipitaretur.] Præceps
9 ruat. Gramma. in ver. præcipito. Veluti.] Quod
eſt veritatis expreſſiuum. Archidiacon. in cap. ſta-
tutum. in princip. decimaoctaua, quæſtione pri-
ma. Periurium.) Per quod occiditur anima.
cap. ne quis. vigeſimaſecunda, quæſtione ſecunda,
10 Non tamen feudo priuandus erit.] Quia libe-
ratur improprie quando alter ſoluit nomine debi-
toris. l. 1. §. quod ſi ab initio. in ver. liberauit. ff. de
exercitoria.

Declarato textu, dubia reddebatur eius de-
ciſio. Et primò, duellum etiam de conſuetudi-
ne non debet admitti; nam clarum eſt, quod
inducit periculum animæ. cap. primo, de tornia-
men. Sed vbi inducitur animæ periculum, con-
ſuetudo ceſſat. Lucas in l. quotiens, columna
nona, poſt medium. C. de dignita. ergò nec etiam
per conſuetudinem poteſt induci: quia malæ con-
ſuetudines longo tempore non confirmantur. §. 1.
Auth. vt nulli iudi.

Secundò, abſit vt pereat iuſtus pro impio. Gen. 18. ſed multi ſub iuſto clipio pereunt. vt in Longobardo. de qua Iaſ. in l. ex hoc iure. poſt num. 32. de iuſt. & iure. ergo non debet permitti: nam qui eſtis vos, qui tentatis dominum. Iudith. cap. 8.

Vltimò, peccatum generat mortem. Iacob. in 1. cano. modo, ſicut vaſallus tenetur dominum liberare a morte, ita & a peccato. Eo magis, quia qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Io. 8.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium. Et ratio eſt, quia ex defectu probationum in crimine læſæ maieſtatis, admittebatur duellum & pugna, quæ ſuccedit loco torturæ. Pernus in con. 20. & non priuatur ex omni cauſa, propter quam opinio vaſalli grauatur. §. illud enim, quæ ſit prima cauſa bene. amitt. ſed oportet quod ſit egregia ingratitudinis cauſa. cap. primo, in quibus cauſa feud. amitt.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam conſuetudo regionis attenditur. l. prima. & ibi glo. C. de excoctio. & transla. milita. anno. & quæ ſunt licita conſuetudo reddit illicita. glo. penul. in fin. in c. de eo. de tempo. ordi.

Secundum non obſtat, nam etiam eccleſia ſuſtinet bellum, ex quo bella carnalia figuram ſpiritualium bellorum gerunt. cap. niſi, 23. quæſt. 1. Lucas in rubr. circa fi. C. vt armo. vſus.

Vltimum nõ obſtat, nam in odioſis reſtringitur in morte naturali. l. cum quidam. & ibi not. de libe. & poſthu. & ſic ſi vaſallus non liberat dominum a periurio, non propterea priuatur feudo. Aluar. hic numero ſecundo. & Præpoſi. in princip. Vnde firma remanet cõcluſio, quod pugna fit pro fellonia,
11 & priuatur feudo ſi a morte dominum non liberauit.

Extende in nonnullis caſibus, in quibus de iure Logobardorum fit pugna. Bal. late, in ca. 1. in princip. num. 20. de pace tenen. & in fellonia procedit, non ſolum iure Longobardorum, verum etiam & de iure conſtitutionum regni, monomachiam, & priuatur feudo cauſa hic expreſſa, & aliis toto titu. quibus modis feud. amitt. & quæ ſit prima cau. bene. amit.

Limita tamen habere locum, inter eiuſdem conditionis homines. l. continuus. §. cum ita. de verbo. obligatio. nam Rex cum Rege, & miles cum milite pugnabit. Afflict. in §. ſi ruſticus. num. 10. d. titu. de pace tenen. nec procedit cum eo, qui victus eſt in duello, quia poſſit legitime repulſari, ſecus ſi caſu & fortuna fuiſſet victus. Afflict. in conſtitut. nullus campio. num. 1. 2. & 4. de ſacram. præſta. a campio. nec in eo quod eſt compulſus per metum ad promittendum: nam non cogitur compulſorem vocare ad duellum. Bald. in conſ. 247. num. 3. 5. volum. & priuatur feudo, ſi dominum non liberauit a morte. dummodo potuerit. glo. & Iſern. hic, & fit per ſe, non per alium, niſi in eccleſia, pupillo, & comite. Aluar. hic num. 1. poſt med. & Præpoſi. poſt prioe.

12 Nota, quod fidelitas eſt ſeruanda domino temporali. Lucas in l. prima, columna tertia, poſt principium. C. de condi. in public. horre. etiam ſi ſint clerici, qui debent eſſe fideles dominis ciuitatum, in quibus habitãt. Præpo. in §. ſi clericus, circa medium, d. titu. de pace tenen. Vnde tenentur a morte liberare ſi poſſint commode. Aluaro. in §. fi. poſt numerum quartum, iſto tit. Item nota, qđ pugna exercetur, quãq; gratia laudis acquirendæ, vel virtutis exercendæ: & iſta eſt licita. Quandoque fit propter quæſtum, gratia odii, vel probationis, & vocatur duellum: & iſtud iure ciuili non licet. Pau. de Caſtr. in d. l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. ad leg. Aquil. vel aliquando fit pro experientia virtutis, quandoque pro defenſione reipublicæ.

Vltimò, coram principe ad purgationem innocentiæ. & hoc non licet niſi prouocetur, & ex cauſa neceſſitatis. Iaſ. in d. l. ex hoc iure, num. 32. & in certis caſibus iure Longobardorum, quod Medio
13 lani non obtinet, vt hic. & niſi ille ſit talis per quẽ ſtetit, quominus certetur: quia perinde eſt ac ſi victus eſſet. Iaſ. in l. ſi rem, num. 2. de præſcript. verb. tunc proditor, vel damnatus de infidelitate non poteſt eſſe teſtis. & paria ſunt eſſe nullius æſtimationis, vel nullius famæ. Alex. in conſi. 237. num. 1. 2. & 3. 6. volum. Iſern. declarando textum dicit, quod pro infidelitate fit pugna, & eſt quaſi irregulare ex parte actoris, ex parte rei permittitur in quatuor caſibus. dictum eſt, dicit ipſe in §. ſi ruſticus. de pace tenen. & pugnabunt principales, non dato campione, niſi in caſibus de quibus per eum, cum quibus armis.

Et quid ſi dominus commiſit felloniam, & infidelitatem aduerſus vaſallum. Aluar. hic, nu. 2. & 3. & quod dicitur de vaſallis, non procedit inter dominum & vaſallum: nam probare per ſacramentũ vel pugnam, cadit in vaſallo. in conſti. feuda. diuer. pri. nume. 54. niſi ſit miles, vel de genere militum, quia tunc non iudicantur ad imparia. ca. 1. in fi. de forma fidel. nec ſufficit quod emat feudum, nã non ex hoc quod ruſticus emit feudũ nobile, efficitur nobilis. Lucas in l. 4. in fi. C. de incolis. licet contrarium tenuerit Afflic. in §. ex eadem lege, in 3. nota. num. 4. & 12. cir. fin. de lege Corra. & Iſern. hic, cuius reſtantem theoricam tetigi ſupra, & in d. cap. 1. quibus modis feu. amit.

De capitulis Corradi. Tit. XL.

SVMMARIVM.

1 *Capitula, articuli, ſeu particulæ alicuius ſcripturæ, vel reſcripti Imperialis, & quæ addantur ad aliquam legem, non lex, ſed capitula dicebantur.*

2 *Corradus Imperator, & Rex Burgundiæ, fecit conſtitutiones, ſeu capitula feudalia.*

AD RVBRIC.

1 CAPITVLA.) Verſiculi. Bald. in l. non ſolum, in fi. princ. ff. de procura. particulæ alicuius ſcripturæ. cap. cum ſuper, de ſepulturis, certa ſumma vel articuli nuncupantur. Zabar. in clem. 1. poſt nu. 7. de regulari. & in clem. 1. poſt nu. 7. de rebus eccle. non alienan.) & eſt pars reſcripti Imperialis. l. 1. ff. de interdi. & releg. l. pars literarum. ff. de iudiciis. Lucas in l. fi. col. pen. cir. fin. C. de caſtrẽſian. quæ quia addebat ad aliquam legem, nõ lex, ſed capitula dicebantur. Aluarot. & Præpoſit. hic, in fine. de huiuſmodi capitulis quæ fecit Cor-
2 radus, tractatur hic. Fuit autem Corradus Imperator.

rator. Afflict. in rub. de lege Corra. Aluaro. hic, in princ. & Iſern. circa fin. princ. poſt num. 4. & Rex Burgundiæ. Iaco. de Ardi. in Sum. quibus mo. feu. acquir. poſt princ.

S V M M A R I V M.

1 *Hic, hæc, hoc, ſunt demonſtratiua ad oculum.*
2 *Capitula ſeruantur pro lege.*
3 *Romandiola eſt eccleſiæ donata per antiquos Imperatores.*
4 *Mors quid, vnde, & quomodo melior eſt dies mortis, quàm natiuitatis.*
5 *Annum & diem iura conſiderant.*
6 *Dies vnde, & quotuplex.*
7 *Inueſtituram petere ſufficit, etiam quod petens non polliceatur fidelitatem.*
8 *Feudum poteſt conſtitui, cum pacto quod non præſtetur fidelitas.*
9 *Perdere, per ſententiam intelligitur.*
10 *Moræ purgatio non admittitur, ad petendam inueſtituram.*
11 *Longæuus vſus cauſarum poteſt allegari pro iure, ad litem ordinandam, ſiue decidendam.*
12 *Vaſallus ſiue hæres eius ſi infra annum & diem nõ petijt inueſtituram a domino vel hærede eius, feudum amittit.*
13 *Inueſtitura non petitę occaſione uaſallus non priuatur feudo in regno.*
14 *Dominus ſi denegat inueſtituram an priuetur proprietate.*
15 *Princeps an poſſit imponere legem ſubditis ſuis extra regnum.*

A D T E X T V M.

1 HIC.) hic, hæc, hoc, ſunt demonſtratiua ad oculum. Bar. in l. 1. in prin. ff. de noui opet. nunc. l. Mæuius. §. duobus. num. 7. de leg. 2. In 1. conſtit. C. num. 2. & in l. 1. §. huius ſtudij, de
2 iuſti. & iur. quæ ſunt capitula, quę ſeruantur pro lege. l. vni. de capitulis pro lege tene. in Longobard. vnde leges, & non vlterius capitula dici debent. l. vni. de capitulis legis ſalicę additis in Longobard. alibi progamma, ſcriptura, procedens, quę per plures prouincias vel loca deſtinatur; & cadit in nomine epiſtolæ. Azo in Sum. num. 3. C. commi. vel epiſto. Quæ Rex.] Cuius nomen ad dignitatem honoris que poteſtatem pertinet, nomen verò domini ad tirannidem. Lucas in l. vni. col. 3. cir. princ. C. de capi.
3 tiuit. cenſi. exime. Corradus fecit in Romandiola.) Quæ fuit donata eccleſiæ per antiquos Imperatores Ludouicum & alios. Iſer. hic, poſt nu. 3. De beneficiis.) In titulo de beneficiis in Longobard. vt per Alua. hic cir. prin. Conſtituit enim.) Aperto lite. l. 1. in ver. conſtituto. rerũ amota. Vel ſi poſt mor-
4 tem.) Qui, quid, vnde, & quomodo melior eſt dies mortis quàm natiuitatis. Archid. in cap. ualida. de pœniten. diſtinct. 2. Domini, vaſallus, vel poſt mortem vaſalli, hæredes eius per annum & diem ſtete-
5 rint.) Simile de anno, & die. in l. vni. de rebus fot. factis, in Longobar. & ſecundum ius Franchorum. vt conſtituatur quis ciuis, tenetur quis conſtruere vel emere domum infra annum, & diem. Boer. in deciſ. 260. colum. peu. circa med. & dicitur dies, a diari, quod eſt clarum, eo quod clarus ſit. Vel a dijs, quorum nomina ſacrauerũt Romani quibuſdam ſideribus, vt colerentur. Archid. in cap. quia, in princ. de conſecra. diſt. 2. & eſt duplex, naturalis & artificialis. quando incipit & finit ſecundum diuerſas conſuetudines. glo. in l. ſtatuimus, qualiter quis ſe defendere debet. in Longoba. l. more Romano. ff. de ferijs. Quod dominum hæres.) ſi mortuus eſt vaſallus. Vel hæredem eius.] Si mortuus eſt domi-
7 nus. Non adiecerint, petendo inueſtituram.) Etiã quòd non dicat, polliceor fidelitatem, quia hoc venit. Aluar. hic num. 4. ſi incepit ab inueſtiturę petitione. Præpo. hic, num. 1. tanto magis, quia non debet inueſtiri, qui negat iurare. §. nulla, per quos fiat inueſ. debent tamen adire, Fidelitatem pollicendo, & inueſtituram petendo.] Quid autem debeat pręcedere. cap. 1. quid præcedere debeat inueſt. an fideli. Si tale ſit beneficium vt fidelitas ſit præſtanda.)
8 Nam poteſt dari eo tenore, vt fidelitatem non faciat. §. eſt & alia, quæ ſit prima cau. bene. amitt. Præpo. & Iſer. hic, num. 1. in fi. & 2. & per pactum ſine fidelitate conſtitui. Aluar. hic, ante num. 1. & 3. Ip-
9 ſum perdat.) Per ſententiam. Bald. in conſil. 466. num. 2. 1. volum. adeo quod poſt annum & diem,
10 non admittitur purgatio moræ ad petendam inueſtituram. Ripa in l. ſi inſulam. nu. 40. de verbo. obligatio. niſi dominus receperit ſcienter vaſallum ad præſtationem ſeruitij: nam tunc mora & ingratitudo cenſeretur remiſſa, niſi fuerit in contrarium proteſtatus, vel ignoranter receperit. Alex. in conſ. 14. poſt numerum 3. vſque ad 13. 2. volum. in fini. Iacob. de Ardizo. in Sum. quid ſi vaſal. cau. amitt. commiſit, & domi. inueſt. de ſuo recto feu. nũ quid adhuc agi poſſit, &c. Sicut & antiquitus con-
11 ſuetudo fuit.) Et ſic longæuus vſus cauſarum poteſt allegari pro iure ad litem ordinandam, ſiue decidendam. Zaba. in clemen. ſæpe. §. & quia. in 6. nota. & in 3. quæſt. num. 11. de verbor. ſign. Afflict. in conſtit. ſi quis impoſterum, poſt numerum 34. de feu. impo. Sed non Mediolani.) Quia conſuetudo vbi non eſt, non extenditur. Iſern. in 1. quæſt. prælud. poſt num. 26. & in cap. 1. num. 3. quæ ſit prima cau. bene. amit. Prædicta in feudo veteri, cuius inueſtitura eſt confirmatio. Iſern. in cap. ſciendum, poſt numerum ſextum, de feudi cognitio. in rubr. quid iuris ſit. & hic, in princip. in nouo, quod eſt, quando emitur vel donatur, non eſt ſtatutum certum tempus. Aluarot. hic poſt princip. ſed aſſenſus habet uim confirmationis, & inueſtituræ. Afflict. in §. præterea ſi quis, in primo nota. per totum, de prohibitio. feu. alienat. per Freder.

Declarato textu, impugnatur eius determinatio. Et primò, ſtatus primordialis obligationis ſemper ſequitur, nec mutatur tracto temporis. Bald. in conſilio centeſimo decimoſexto, poſt numerum primum, primo volumine: modo, etiam quod non petat centum annis, tempus non eſt modus amittendæ poſſeſſionis, ſed inducit obligationem. l. licet. in glo. fin. C. de acquiren. poſſ.

Secundò, ſubditi ſine ſcriptura & iuramento, tenentur obedire ſuo prælato. gloſſa prima, in ca. his quæ. de maiorit. & obedient. ita & ſubditus laicus, & ſucceſſiue, ſi tenetur ſine inueſtitura, fruſtra fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora. l. finali. C. de adoption.

Vltimò, dominus non debet eſſe auſterus, acerbus, vel contumelioſus exactor; ſed moderatus cũ efficacia benignus, & cum inſtantia humanus, nec vaſallus nimis delicatus. Iacob. de Ardizo. in Sum. vtrum ſuffi. vaſal. ſi paratus eſt ſeruire domi. quando ſibi denuntia. licet non offer. ſerui. poſt med. ſucceſſiue, etiam quod ſit elapſus annus & dies, debet admitti ad petendam inueſtituram, nam ſi dominus eſt largus diſpenſator, non debet eſſe tenax. ſi Deus benignus, vt quid ſacerdos eius apparere vult auſterus. cap. allegant. in fine, 26. quæſtione 7.

His non obſtantibus, determinatur contrarium. Et ratio eſt, quia quamdiu vaſallus dormit, hoc eſt negligit adire patronum, & iuſtum facere, tam diu patronus vigilat: hoc eſt rem ſuam agit, fructus & obuentiones feudi lucrando. glo. Pariſ. titu. primo, §. quadrageſimotertio, in princip. & permittitur, quia temporibus ſuis debent omnia conuenire. Lucas in l. 1. colum. 1. poſt med. C. de agrico. & cenſi.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam tempus ſpeciale derogat generali. Bald. in conſil. 256. numero quarto, 4. volum. & quando non adijcitur, iudicis arbitrio ſtatuitur, l. 1. in fi. ff. de iure delib.

Non obſtat Secundum, nam tenetur etiam dimiſſo feudo in honorem prioris dominij. Iſern. in cap. ſi quis miles. poſt numerum 2. de feu. ſine culpa non amit. & dicitur in ſpecie, vt plus ſit in reuerentia quam ſi in genere. Affli. de noua forma fide. in 10. not. poſt nu. 10.

Vltimum non obſtat, nam quod ius permittit, & princeps permittere videtur. l. legatam. in glo. 1. ff. de admin. rerum ad ciuit. perti. & ſic firma reman-
12 net concluſio, quod vaſallus ſiue eius hæres, ſi infra annum & diem non petijt inueſtituram a domino ſiue hærede eius, feudum amittit. Intellige non ſolum in pagano, ſed etiam in milite, licet habeat annum & menſem. cap. 1. quo tempo. miles, & etiam in filio vaſalli, ad quem tranſit poſſeſſio ſine alia inueſtitura; quia non venit ex tranſmiſſione, ſed beneficio domini, in conſti. feud. diuer. pri. poſt nume. 193. Item non ſolum in ſucceſſore vniuerſali, ſed etiam in particulari, qui vti ſucceſſor loci habet ius petendi renouationem priuilegij. Decius in conſi. 78. num. 4. & non ſolum in feudatario laici, ſed etiam & epiſcopi. Bal. in d. conſi. 466. & procedit etiam ſi caſtra eſſent vi inuaſa, dummodo vſurpatio ſit licita, & cum autoritate ſuperioris. Idem. Bald. in conſi. 482. poſt numerum 12. & primo volum.

Limita tamen in eo, qui poſſidet: nam poſſidenti currit tempus anni & diei. Affli. in §. aut ſi libellario. num. 12. circa prin. quibus modis feu. ami. in d. cap. 1. poſt num. 38. quo tempore miles. Bald. in conſi. 429. nu. 4. 1. vol. ſicut tempus iurandi fidelitatem non currit non poſſidenti. Cap. in deciſ. 86. poſt nu. 5. & in eo qui ſcit, ſecus ſi ignorauit: nam non currit niſi a die ſcientiæ, & quod ſit in dolo. Alex. in conſi. 92. nu. 44. 6. uolum. qui enim neſcit, videtur experiundi poteſtatem non habere. l. annus. ff. de calum. nec amittit quod habet, quod tamen non credit habere. glo. in l. mater. in ver. competere. ff. de inofficio. teſtamen. ſicut ſi moritur relicto hærede, currit a die ſcientiæ, aliàs ſecus. Sed tutius eſt, quod proteſtetur. Bald. in conſil. 357. 1. volum. Et habet locum in maiore, ſecus in minore, qui durante illa ætate poſſet retinere feudum, abſque eo quod faciat fidelitatem. Alexan. in conſil. 10. num. 8. in fi. 5. volum. vel excuſatur. Sed in damnum tutoris vel curatoris conuertitur. Iac. de Ardizo. in Sum. intra quantum tempus debeat peti. inueſt. Peſtis verò excuſaret, ſi non petijt inueſtituram. Ripa de peſte. ibi, de priuilegijs contractuum in cauſa peſtis. nume. 153. Item niſi eſſent diuerſæ cõſuetudines, quia tunc illę eſſent ſeruandę. Specu. in tit. de feudis. §. 1. num. 49. circa fin. cum additio.

Vltimò procedit in feudo antiquo, ſicut in nouo pro quo iure iſto nihil exigitur a vaſallo ratione fidelitatis, & mutationis perſonarum. Boer. in deciſ. 263. num. 1. 12. & 13. in regno aſſecuratio vaſallorum eſt loco inueſtituræ. Iſer. hic, & per non ſolu-
13 tionem releuij, non amittitur feudum, ſed quantitas ſoluenda duplicatur, ſi penitentia ductus vellet vaſallus moram purgare, aliàs ſtaretur iuri communi. Loffr. in §. firmiter. colum. 3. circa fi. de prohibit. feu. alien. per Fre. vt ſi non petit, cadat a iure feudi. glo. fin. in cap. longinquitate. 12. q. 2.

Quid ſi poſt mortem patris vel domini, alius & non vaſallus poſſedit, an currit tempus, ſicut in ſolutione releuij, & canonis? Affli. in conſt. poſt mortem, in 4. no. poſt num. 16. de morte Baro. Alex. in conſi. 71. num. 8. primo volum. & ſi fuit carceratus ſuccurritur. l. ſuccurritur. & ſequen. cum ibi not. ex quibus cau. maio. & alio poſſidente prætor auxiliũ præbet, ne damnum laturus ſit. l. ſi culpa. ff. de rei vendi. & videtur quòd non ſufficiat petere, niſi offerat ſe paratum facere fidelitatem. Affli. quæ ſit prima cau. bene. amit. num. 7. Inſuper, ſi non priuatur poſſeſſione feudi antiqui, multo magis noui, ſi petijt vt inueſtiatur, diximus, dicit Iſern. in præambulis. in 6. quæſtio. poſt numerum 45. & inueſtitura prædicta, quando fit per haſtam vel aliquid corporeum, nõ dat ius in poſſeſſione, vel dominio: nam anulus eſt ſignum inueſtituræ, inueſtitura ſignum traditæ poſſeſſionis. glo. in capit. ſecundo. in ver. ſignum, de conſuetudine, ſicut in bonorum poſſeſſione, hæredes petebant ſignum vnius rei hæreditariæ, anuli vel alterius rei, vt ſic a prætore cognoſcerentur, & ad querelam admitterentur. l. Papinianus. §. 1. in ver. bonorum. ff. de inoffic. teſta. Quomodo autem acquiratur poſſeſſio alicuius iuriſdictionis, ciuitatis, vel prouinciæ. Innoc. in cap. 2. nu. 3. de capellis monachor. dominus autem tenetur tradere ſi tenet, aliàs cedit. Iſer. hic, ante & poſt numerum 1. Vnde ſi inueſtitur vnus, cum deberet ex ſucceſſione inueſtiri alter, talis inueſtitura non nocet. Idem Iſern. & Affli. in §. præterea, quib. mo. feu. amit. Grain. in deciſ. 66. poſt num. 57. & eſt neceſſaria inueſtitura, niſi ex præſtatione iuramenti a prædeceſſoribus factà, ſit præſtitum pro ſe & ſucceſſoribus, & lapſus anni & diei currit a die hæreditatis aditæ & ſcientiæ, & qui prætendit ſcientiam debet probare. Alex. in conſi. 79. cir. prin. in vndecimo dubio. num. 11. 5. vol. Et ſic quòd Franci petant inueſtituram infra annum, aliàs perdant feudum, eſt ſublatum per conſti. duran. ſed non ca. ſancimus. quo tempore miles. licet per Corradum tempus petendi fuerit abbreuiatum, vt hic, & confirmatum per Fredericum in d. c. Imperial. §. præterea, vt per Affli. in d. conſti. duran. in 2. not. de præſcr. vel non eſt breuiatum tempus, ſed illud eſt ſpeciale in milite, Aluar. hic. num. 5. in fi.

Quid

14 Quid ſi dominus denegat iniuſte inueſtiturã va-
ſallo, vel infert atrocem offenſam in vaſallum inno
centem? dic quod cauſa cognita eximitur,& manet
vaſallus immediatus ſuperioris patroni. glo. Pariſ.
tit. 1.§.30.quæſt.48.num.167. & ita videtur tene-
re. Iſern.hic, quia non debent ad imparia iudicari.
Et per hanc culpam priuatur, nedum pater, ſed ẽt
filius. l.cum in antiquioribus. C. de iure deliber.
agnatis autem in feudo antiquo non noceret. Iſer.
hic, licet videtur, quod bona communicentur &
non mala.gl̃o.fi.circa med.in cap. qui recedit. de pę
nit. diſtin. 4.

Quid ſi prælatus vel adminiſtrator vniuerſitatis,
non petijt inueſtituram infra dictum tempus. Al-
uar.& Præpoſi.hic,& in §.fin.infra eo. An autem
15 poſſit ſuperior legem ponere ſubditis ſuis extra fi-
nes regni,excitat hic Iſer.num. 5.& in 2.queſt.prę-
lud.in princ.multa pro & contra Alex.in conſi.41.
poſt num.8.5.volum. & diſtin. vt per Bald. conſi.
418.4.volum.

S V M M A R I V M

1 *Præterea,eſt aduerbium diſcretiuum, & componi-*
tur ex,præter,& ea: repetit qualitatem præcedẽ
tem: & repetit addendo.
2 *Ut,id eſt quod.*
3 *Licet,verbum,ex qualitate rerum,intelligitur.*
4 *Alienationis verbo, venit præſcriptio & vſuca-*
pio.
5 *Præſcriptio,eſt exceptio, ex tempore ſubſtantiam*
capiens.
6 *Reuocatio ad reuocandum,idem operatur,quod di-*
ſpoſitio ad diſponendum.
7 *Vaſallus ſi uendit feudum ſine conſenſu domini,re-*
uocat,non obſtante præſcriptione.
8 *Præſcriptio an currat,uiuente eo qui alienauit.*
9 *Feudatarius an poſſit donare feudum,quod non:nec*
conſtituere ſeruitutem.
10 *Dominium multiplex, directum & vtile, ſuperius*
& inferius,utile & quaſi vtile.
11 *Vaſallus non poteſt locare ad non modicum tem-*
pus.
12 *Fructus feudi, beneficij, & maioratus, poſſunt*
uendi.

AD §. PRAETEREA.

1 PRAETEREA) Eſt aduerbium di-
ſcretiuum,& componitur, ex,præter,
& ea;quaſi dicat,præter primum. Lu-
cas in l.vltima,circa fi. C.de nauicula-
rijs.& eſt repetitiua qualitatis præcedentis. Caſſa.
in conſue.Burg.rub.3.§.6.num.14.importat conti
nuationem,addendo. Dec.in Auth. §.præterea.in
prin. C.vnde vir & vxor. & habet relationem ad iã
dicta. Aluaro.in rub.in fine,quod iuris,ſi poſt alie-
na.feu.vaſal.recupe.& ſic vltra primum,ponitur ſe
2 cundum capitulum: & eſt, Vt.) Ideſt quod. Grã-
ma.in ver.vt, Liceat.) Ex qualitate rerum, cum a-
2 liàs non liceret. Aluar.in cap.1.colum.2.circa med.
de feu.mar. Dominis,omnes alienationes.) Cuius
4 vocis appellatione, venit vſucapio & præſcriptio.
Iaco.de Ardi.in Sum. vtrum præſcrip. acquir. feu.
cir.med. Feudi factas, nulla obſtante præſcriptio-
ne.) Decem vel 20.annorum,ſecus in præſcriptio-
ne 30.annorum, ſecundum commu.opinio. Afflic.
in conſti.ſi dubitatio,poſt numerum 12. de proba-
tio.per inſtru.& in pręſcriptione longiſſima.Iaco.
de Ardiz.in d.Sum.circa med. Aluar.hic col.3.cir-
ca med.& ita intelligitur in dubio,niſi aliud ſubie-
cta materia ſuadeat, cum pręſcriptione lõgiſſima
omnis terminetur quæſtio. Præpo.hic, poſt princ.
5 nam præſcriptio eſt exceptio, ex tempore ſubſtan-
tiam capiens.glo.1.circa med.in cap.1.16. qõ.3.de
iure ciuili inuenta,ne dominia ſint ſub incerto.l.1.
de vſucapio; ſed de iure naturali nõ,nam iniquum
eſt,aliquem ditari cum aliena iactura.glo.1.in cap.
quacumque. 16. quæſt. 3. hic nulla obſtante præ-
ſcriptione,licet reuocare.cap.Imperialem, de pro.
6 hi.feu.aliena.per Fre. quia idem operatur reuoca-
tio ad reuocandum, quod diſpoſitio ad diſponen-
dum. Bald.in l.fi.num.9.C.de inſtit.& ſubſtitu.Iaſ.
in l.ſi ita ſcriptum.§.regula, num.10. de liberis, &
poſthu.

Declarato textu impugnatur eius determina-
tio. Et primò,præſcriptio ęquiparatur veritati, &
habet vim refutationis. Affli.in §.donare,in 9.not.
num.34.qualiter olim poterat feu. alien. refutatio
excludit patrem.Iſer.in cap.1. poſt num. 9. de na-
tur.ſucceſſ.feu.ita & dominum,cum potior ſit cau
ſa agnatorum,quam dominorum. Iaco.de Ardi.in
d.Sum.poſt med.

Secundò vtilitatis cauſa receptum eſt,vt implea-
tur vſucapio.l.1.§.per ſeruum, de acquir.poſs.er-
go etiam, quod tendat in damnum domini, vtili-
tas publica præfertur priuatæ. Authen.res quæ.C.
commu.de lega.

Vltimò,facta pro infectis haberi non poſſunt.l.
ſi ita,in ver.expleta.ff.de manum.teſtam. Sed alie-
natio eſt facta,ergò debet potius confirmari quàm
reuocari,quia multa fieri prohibentur,quæ tamẽ fa
cta tenẽt.l.patre furioſo. de his qui ſunt ſui vel alie
ni iuris.

His non obſtantibus, determinatur contrariũ.
Et ratio eſt, quia quod ab initio non valet, tractu
temporis non reconualeſcit.Iſer.hic,cir.prin. & la
tius dixi cum eodem in §.Imperator Lotha. de pro
hib.feu.aliena.per Fee.

Qua ſtante,non obſtat Primum: nam præſcri-
ptione temporis non defenditur, quod ab initio de
iure communi non poteſt ſortiri effectum. gloſ.in
cap. quod Deo. in ver. numerus, 33.q.5.

Non obſtat Secundum, nam in conſeruatio-
ne feudorum, etiam vertitur publica vtilitas.dicto
cap.Imperialem. vnde priuilegiorum æqualitas,re
ducitur ad ius commune.l.ſed & milites.ff.de excu
ſat.tuto.

Non obſtat Vltimum, nam illud procedit in-
ter contrahentes, ſed non quo ad alios: ex quo
res inter alios acta, aliis non nocet. l.ſæpe, de re
iudic. Et ſic firma remanet concluſio, quod vaſal-
7 lus ſi vendit feudum ſine conſenſu domini, reuo-
cat, non obſtante præſcriptione. Idem hodie,
nam canones & iura ciuilia concurrunt circa lon-
gam poſſeſſionem cum malafide. gloſſa penulti-
ma, in capit. finali, de præſcriptio. Idem in fu-
tura actione pignoratitia, cui non præſcribitur.
Bald. in conſilio trecenteſimo quadrageſimoſe-
cundo, numero octauo, primo volumine. &
habet locum tam ſi præſcriptio ſit completa,
quam non, quia non tuetur poſſeſſorem. l. ſi
partem. C. de vſucapio. pro empto. l. in uſu-

 capio.

capionibus.ff.de vſucapioni. etiam quòd adſit titu-
lus cum præſcriptione, 10. vel 20.annorum. Iſern.
hic in princ.

Limita, niſi fieret cum conſenſu domini. idem
Iſer.hic.Item non procederet in præſcriptione 30.
annorum,cum præſtatione ſeruitij. cap.ſi quis per
30.ſi de feud.defunct. mili. controuer.fue.quia il-
la tuetur emptorem.l.ſi obligatam.ff.de euictio.li-
cet quidam dicunt, quod nulla obſtat, etiam lon-
giſſima, vt in dicto cap.Imperialem.& in conſtitu.
conſuetudinem prauam. nam illa locum habent in
regno Siciliæ, vt per Iſer.iure verò. ff.non fit men-
tio præſcriptionis longiſſimæ.gloſſ.1.circa med.in
l.Iulianus.ff.ex quibus cau. maio.

Vltimò non procederet, ſi dediſſet facultatem
vtendi, & fruendi, quod poſſit, vita durante con-
cedentis. Afflict.hic,columna prima,circa fin.poſt
8 numerum 3. Sed numquid præſcriptio currat vi-
uente eo qui alienauit. Iſer. hic colum. 1.circa fi.
poſt num.6.dicit,quòd non.§.quid ergo.de inueſti.
de re aliena. facta. nam ſi fructus futuri poſſunt
obligari, concedi, & vita durante remitti. Cap.in
ver.feudorum fructus. ibi futuri fructus. ita vide-
tur, quòd durante impedimento non admittantur
alij, ſicut in infante,minore & furioſo.l.1. & 2.ff.
de bono. poſſeſs. infanti furio. &c. vnde nolle adi-
re non videtur, qui non poteſt adire. l.4.de acqui-
ren. hæred.& præſcriptio non currit niſi a die quo
datur facultas agendi. l. ſi ſeruus hæreditarius. de
ſtipula. ſeruo. nam non valenti agere, non currit
præſcriptio. l.1.in fine, de anna. exceptio. Verius
videtur, dicit Iſern.quod currat ſtatim præſcriptio,
poſtquam alienauit, quia qui alienauit perdit, &
domino tantum competit actio, & ſucceſſiue ſi
non agit, poteſt dici negligens, adeo quod nedum
ſtatim dominus, ſed agnati, ſi eſt paternum, re-
uocant.

Diximus, dicit Iſern. ſupra tit.præced. de aliena.
feud. pater. in fi. princ. quod in regno Siciliæ ſuf-
ficit tricennalis præſcriptio, cum præſentia aduer-
ſarii, vt in d. conſtitut. conſuetudinem prauam, &
qui alienat, non perdit, ſed iure ſuo reuocat, vt in
conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ. an autem
5 feudatarius qui non poteſt alienare ſine conſenſu
domini, poſſit dare in feudum? & qui prohibetur
vendere, poſſit donare. Lucas in l. 1. C. de fundis
patri. circa prin.Iſern.hic dicit, quod glo.quæ hic
non eſt impreſſa, ſed eſt in libris antiquis manu
ſcriptis, examinat plene hanc quæſtionem. Breui-
ter dic, quod poteſt ſincere & bona fide, pari vel ma
iori, cum eiſdem tamen pactis & conditionibus, &
dummodo noua prohibitio non adijciatur. Cap. in
ver. feudorum clauſulæ, circa fi. ibi, ita quod non
alienis. per ea quæ dicit Bald. hic, num. 3. Præpo.
poſt princ.& Aluaro.colum. 4. poſt medium. In
regno non poteſt. d.conſt.conſtitutionem diuę me
moriæ, quæ tanquam poſterior & generalior, pro-
hibet omnem alienationē, quæ etiam ꝙ fiat in me-
lius, dicitur fieri contra voluntatem, l.fi.ff.de vſu &
habi.& nemora antiqua non cędua, vaſallus & em-
phiteota non poſſunt ſcindere.gl.in extrauag.cōm.
execrabilis, in ver.magnificentia, de præbendis.ſi-
cut nec euacuare ſtagna longo tempore groſſis pi-
ſcibus nutritis.glo.in extrauag.com.vni.in ver.col-
lectores.circa fin.ibi, ſed numquid, ne ſede vacan.
Sed in illa conſti.glo.dixit contrarium, & diximus,
dicit Iſer.ſupra, an ille qui interfecit fratrem domi-
ni ſui. in addit.& conſt.prædicta non ſequitur hoc
ius feudorum: nam ibi tranſactio improbatur, quę
iure iſto permittitur, vt probat Iſer. hic, Sed reten-
tis iſtis terminis, hodie quod Baro per capitula Ho
norij confert etiam feuda quaternata, Iſer.hic, nu-
me. 12.in fin. quod ius remanet primo in feudato,
ſi alteri ſubinfeudat: & in dubio videtur aliud ius
non abdicaſſe, niſi quod dixit.glo.in extrauag. Ioā.
vlti.§. præterea Auguſtinus dicit, in ver.de ſola. de
verbor.ſignific.dominus habet directum. Iaſ.in tra
cta.feud.in princ.nume.11.poſt præd. vaſallus ſicut
emphiteota habet vtile, quia commodum poſſeſſio
nis eſt habere fructus. Luc. in l.poſſeſſionis, col.2.
poſt princip. C.de fun. patri. videtur transferre e-
xercitium vtilis, cum non ſit inuenire vtile vtiliter.
10 Iſern.hic, poſt numerum 9.& in 2.addit, circa me
dium. vnde dominium directum appellatur ſupe-
rius, vtile dicitur inferius, directum appellatus pro
prietas, quaſi proprie tuum, inferius ſeu ſubalter-
num eſt vtile penes vaſallum, quod dicitur quaſi
vtile, quando ſubinfeudat. Cap.in ver.feudorū do-
minia.cir.princ.& ibi.vtile & quaſi vtile. Ideo pri-
mus infeudatus ſi ſubinfeudādo nihil ſibi retinuit.
§.de manſo.de controuer. inueſt. & infeudatus ſe-
cundo loco alienat, redit ſubfeudum ad primum,
ideſt mediatum: ſecus ſi deliquit contra primū do
minum, quia tunc redit ad ſecundum, i. ad imme-
diatum, ſi non ſeruit non cogitur, ſed priuatur. Po-
teſt tamen ſeruire ſi vult, & ſi non ſeruat fidem
primo infeudato qui ſubinfeudauit, non poteſt age
re dominus, quia primus ius ſuum ex legis diſpoſi-
tione in feudum dedit, nec contraxit cum ſecundo:
propterea non agit contra ſingularem ſucceſſorem
actione perſonali.l.1.§.ſi hæres.ff.ad Trebel. l.fi.de
contrah.empt.& ita videtur tenere Iſer.hic poſt nu
merum 9.vſque ad §.ſimiliter.& ſic plerumque da
tur vtiles, ideſt directa vtiliter; vel directa, ideſt vti-
lis directo. Azo.in Sum.in prin. C.de petit.hered.
& de rei vendi.num.6.in fi.directa directo, & vti-
lis vtiliter, ſicut in negotiorum geſtore. Idem Azo
in Sum.Inſti.de oblig.quę ex quaſi contra.poſt nu
merum 2.& aduerte quod.ſ.in 1.addi.poſita. & vbi
que, vbi reperies, vult dicere, finis: quaſi dicas, hic
finit addit. Cam. in dicto cap.Imperialem, car.65.
col. 3.in prin. An autem vaſallus prohibeatur loca
11 re ad non modicum tempus. Dec.in conſi.667.nu.
4.& 5. tenet quod ſic. ꝙ poteſt concedere in em-
phiteoſim, vel locare vſque ad centum annos. l.co-
dicillis.§.inſtituto.in uer.non extitiſſe.de leg.2.illā
gl.non tenent canoniſtæ. Barba.in addit.ad Bald.in
§.rurſus.& ibi glo.quibus modis feud.amitt. vnde
religioſus non poteſt vendere fructus ſui beneficij,
vel prioratus ad longum tempus, ſed tantum ad de
cem annos, ſecundum commu.opinio.not.in clem.
1.in ver.locationis. de rebus eccle. non alienan.&
glo.in d.§.inſtituto, cōmuniter reprobatur. Iaco.in
ver.& cum pacto de non alienando.num. 13. Affli.
in d.conſtit. conſtitutionem diuæ memorię. cir.fin.
poſt num.83.& 84.& in §.aut ſi libellario, nu.16.
quibus modis feu.amitt.§.donare, in 4.nota.num.
28.qualiter olim poterat feu.alien. & in d.c.Impe
rialem.in princ.poſt nume.26. & opinio prædicta,
ꝙ liceat locare vſque ad 100. annos eſt periculoſa.
Loffr.in conſi.46.num.20.& 21. multa Cam.in d.
c.Imperialem.in prin.in 2.conclu.car. 17. in fin.&
18. per totum. Licet glo.prædicta poſſet defendi,
quando eſſet actum, quod tot ſint locationes,
quot

quot. ſunt anni. Sed non placet Dyno. Bal. de his qui feu. dare poſs. in prin, poſt num. 23. multa Ludo. de Moli. de Hiſpa, primog. lib. 1. c. 21. nume. 24. Iſto modo poterit locare vſque ad 30. annos. §. locationes. Auth. de aliena, & emphi. ſicut emphiteota, ad non modicū tempus. Bal. in cõſ. 412. in prin. 2. volum, An autem poſſit alienare fructus feudi ſine aſſenſu, Aff. ict. ex intent. glo. in conſt. hac edicta li. ante & poſt num. 11. de reuocatio. aliena; feu. in conſti. ſi dominus, in 5. not. num. 7. de fideiuſ. dom. a vaſal, & in d. conſti. conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 18. & 19, Alex. in conſi. 165. num. 6. 2. volum. ſicut beneficiatus poteſt vendere fructus beneficii pro aliquo tempore. & quando ſucceſſor tenetur ſtare contractui, glo. ſi. in cap. alienationes, 32. quæſt. 2. & vendit mediante ſubhaſtatione, glo. in clemen. ſuſcepti, in ver. deberent. & in ver. nulla, poſt med. de electio. cap. 1. cum ibi no. de locato, & condu. Quid in maioratu, Ludo. de Moli. de Hiſpano, primog. lib. 1. cap. 21. & 27. vſque ad 28. & feudum cenſuale ſi locatur vni vſque ad annos ſeptem, & ille alteri relocauit, feudatarius tenetur ad illam præſtationem, & non poſſeſſor, Alexan. in conſil. 45. volum.

S V M M A R I V M.

1 *Similiter eſt repetitiua, & iſta ſimilitudo habet ſe ad proximo.*
2 *Hoſtenditia appellantur ſubuentiones, quas facit vaſallus domino.*
3 *Adoha ſeu adiutorium, ſoluitur in regno loco ſeruitij.*
4 *Hoſtis eſt ille, cui ciuitas bellum indicit.*
5 *Vaſallo quando fit mandatum, quod veniat ad exercitum, intelligitur quod veniat armatus.*
6 *Vaſallus ſi ſoluit adoham, non tenetur ire perſonaliter.*
7 *Italici plus abundant in pecunia quàm Teutonici.*
8 *Tempus impoſitionis & non ſolutionis in adoha attenditur.*
9 *Vaſalli tenentur ad adiutoria, domini ad hoſtes pergentibus.*
Adoha & releuium, non ſoluitur eodem tempore.
10 *Seruitium in quibus conſiſtit iure iſto, & in quibus nunc.*
11 *Adoha ſoluitur ſecundum taxam antiquam, & nõ ſecundum ualorem feudi.*
12 *Baro ſi ſoluit adoham, non uadit in exercitu.*
13 *Releuium dicitur, quia releuat, & quando præſtatur.*
14 *Gabella exigi omiſſa per unum, non prohibetur exigi per alium.*
15 *Opinio quæ præualeat circa hanc rem.*

AD §. SIMILITER.

1 SIMILITER) Eſt repetitiua. Pan. de Caſt. in conſi. 276. circa fi. 1. volu. & habet in ſe ſimilitudinem ad proxima. Aluar. hic in princ. nam ſicut ſtatuit Corradus in caſibus præcedentibus, ſimiliter, in petendis Hoſtenditiis.) Hoſtenditiæ, autem dicuntur ab hoſte, quaſi pro hoſte datio, Cap. in ver. feudorum adiutoria. poſt prin, alibi, adiutorium, in conſti. quam plurimum. de adiutorijs exige. ab homi. magis proprie, Adoha eſt, quæ imponitur feudatarijs; adiutorium quod imponitur toti populo. Iure iſto vocantur hoſtenditiæ, addit. ad. Odoffred. in Sum. quibus modis feu. amitt. in ver. nam ſi nullum. quæ ſtipendia quandoque tributa appellantur. Aluaro. in §. fin. colum. 2. poſt medium, de
2 pace iuramen. firman. & ſunt ſubuentiones, quas faciunt vaſalli domino pergenti contra hoſtes, dando equos, arma, homines, vel pecuniam. Præpoſi. in capit. 1. circa princ. de natura feudi. hodie ſeruitium pecuniarium eſt ſubrogatum loco
3 ſeruitij perſonalis. & ſi non vult ſeruare perſonaliter, vel dare pecuniam, mittet ſuis ſumptibus, ſubſtitutum domino acceptabilem. Afflict. hic in 1. not. poſt nume. 1. & in §. firmiter, in 3. not. nume. 4. de prohi. feud. aliena. per Fe. & ſi ſoluit adoham, non tenetur ſeruire perſonaliter. Idem Afflict. ex quibus cau. feu. amit. nume. 30. ante & poſt. Quod faciunt dominis Romanis) l. generaliter. §. 1. de fideicom. liberta.
4 Cum Rege in hoſtem pergentibus.) Eſt autem hoſtis ille, cui ciuitas bellum indicit. Paul. de Caſt. in conſil. 427. nume. 2. in princ. 1. volumi. Vaſalli, videlicet, qui cum eis non vadunt.) Nam
5 aliàs ſi fieret præceptum vaſallo, vt veniat ad exercitum, intelligitur, vt veniat armatus. Præpo. in §. eſt & alia. nume. 1. quæ fit prima cau. benefi. amit. ſed quia non ſemper aſtringitur ad ſeruitia
6 perſonalia; ſed quandoque ad realia. Gemin. in c. ad apoſtolicæ. §. ſed licet. nu. 8. in fin. de ſenten. & re iudi. in 6. iſta appellatur ſubuentio. Affli. quis dicatur dux, poſt nume. 27. verbi gratia in Lombardia De) ideſt, pro. Lucas in l. omnis, col. 15. poſt med. C. de decurioni. Modio duodecim denarios.) qui differebant a pecunia: nam denarius olim pro decem nũmis computabatur: pecunia propriè eſt ſubſtantia de pecoribus prouenens: tamen hodie communiter accipitur pro eodem, & exponitur, denarios, vel pecuniam. Zab. in clemen. 1. §. porrò. nume. 7. de verb. ſig. Caſſa. qui etiam de nummo. in conſu. Burg. rub. 4. §. 17. ibi, purles deniers & §. 24. ibi, deniers, in Teutonica terra tertiam partem fructuum.) Et contribuebatur in pecunia in
7 Lombardia, non in Alemania: quia Italici plus abundant in pecunia, quàm Teutonici. Præpo. hic, colum. 1. in fi. ſed variatio, de qua hic, Italiæ & Teutonicæ, eſt ſublata: nam omnes debent ire, vel mittere alium pro ſe, data electione vaſallo ire, vel ſoluere pecuniam. Addi. ad Odoffre. in ſum. prædicta, quibus modis feud. amit, in verſi. vel frumenti. Facta comparatione fructuum Solummodo.) Quæ eſt dictio taxatiua. Caſſan. vbi ſupra. rub. 4. §. 1. ibi, ſeu le ment, nume. 1. Eius
8 anni quo hoſtem faciunt.) Et ſic in adoha attenditur tempus impoſitionis, & non tempus quo debet ſolui ſeruitium. Fre. de ſubſe. lib. 2. ibi, quinta authoritas, nu. 12. in prin.

Declarato texto, videbatur dicendum, quòd qui vult miniſteria alicuius, debet ei impendia præſtare l. in rebus, §. poſſunt. ff. commodati. l. ſi id quod. §. 1. ff. de donatio. inter virum & vxor. modò dominus ſi vult ſeruitia vaſallorum, non debent ipſi contribuere; immo eis dominus ſatisfacere, nam dignus eſt operarius mercede ſua. Lucas cap. 10.

Secundò, qui ad onua eligitur, non debet repelli a mercede. c. cum ſecundum Apoſtolum. de prębē. vaſallus ſubſtinet onus ſeruitij: ergo debet reportare mercedem. eo magis, quia merces mercenarij tui non debet eſſe penes te, vſque mane. Leui. 19.

Vltimò vaſallus æquiperatur liberto, adeo qđ iura loquentia de liberto & patrono, poſſent allegari in feudis. Afflict. quibus modis feud. amitt. in princ. ante & in num. 19. liberto non poſſunt imponi operę vt ſe alat. l. imponi. ff. de operis liberto. multo magis vaſallo, vt pro ſeruitio contribuat, & quia operis effectus in partes ſcindi non poteſt. l. in executione. §. 1. de verb. oblig.

His non obſtantibus, determinatur contrarium: & ratio eſt, quia dominus multos bonoris cauſa debet habere comites. in ſimil. in extrauag. com. c. 1. poſt med. de offic. ordi. vel ſaltem contribuere in expenſia quæ ſolatium dicuntur, ex quo inferũt ſolatium quibus dantur. l. 2. in ver. ſolatio. C. de prędijs decurio. lib. 10.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam aut operę præſtãtur ex liberalitate, & tunc ſubditus debet habere recompenſationem in alimentis, aut ex neceſſitate, & tunc debent præſtari ſumptibus & expenſis ſubditi, niſi aliter ſe haberet conſuetudo. Cap. in ver. feudatariorum alimenta. col. 2. poſt med.

Secundum non obſtat, nam vaſallus, ſi alibi moratur, vel vagatur, pręſtabit ſeruitium expenſis domini. Io. Blancbus in Sum. quibus modis feu. amit. col. 7. circa med. vel ſi ſeruitium eſt nominatum debet ſeruire ſuis expenſis: ſi innominatum debet ſeruire expenſia domini. Iac. de Ardi. in Sum. cuius expenſis debet ſeruire vaſallus, & in quo loco. ſi aſſociat dominum in exercitu tenetur proprijs expenſis. Aluar. hic, cir. prin. & fi. prin.

Non obſtat Vltimum, nam extenſio non fit de perſona ad perſonam. Cam. in ca. Imperialem, car. 42. colum. 1. poſt prin. tanto magis, quia ibi vaſallus debet ſeruire expenſis domini, excipiuntur cibaria, maxime illa quæ vaſallus domi faceret, dato ſuperfluo tantum a domino. Iac. de Ardiz. in Sum. an domino abſenti cogatur ſeruire vaſal. poſt prin. & ſic
9 firma remanet concluſio, quod vaſalli tenentur ad adiutoria, dominis ab hoſtes pergentibus. Intellige habere locum, etiam in muliere, quæ ſoluit adohã pro dotario. Affli. in conſti. mulier, quæ dotarium, in 7. nota. nu. 29. de dotarijs conſt. & in hoſtiatio Regis, qui pro Baronia quam tenet, non eſt immunis a ſeruitijs. Lucas in l. vni. colum. 2. poſt prin. & ſeq. C. de caſtri. omni. pala. pecu. & intantum tenetur, quod ſi non præſtitit infra ſtatutum tempus, commiſſarius capit poſſeſſionem feudorum: reſtituitur tamen occaſione paupertatis vel alterius iuſtę cauſæ. Affli. in conſti. ſi vaſallus. num. 8. de fideiuſſio. dom. a vaſa. caſus ponuntur in d. conſtit. quã plurium. vbi quod dicitur de filia, extenditur etiá ad ſpuriam, licet non debeatur tanta dos. Præpo. hic, cira fi.

Limita tamen quando vadit contra hoſtes pro iniuria publica, non autem priuata. Præpoſit. hic circa princip. & pro feudo & introitibus datis in feudum, aliàs non debetur, prout fuiſſe iudicatum refert Loffred. in cap. primo, ibi, maxime ſi dicat. in quibus cau. feud. amitt. tunc idem dicimus de functionibus fiſcalibus, quæ ſunt panes ciuiles, & viuere Regum, quod de feudo recto. & eadem ſit regula in ſolutione adohę vel releuij. Fre. de formut. inueſtitu. ibi, ſecunda formula, numero 29. ante & poſt, nec procedit in eo qui moram trahit cũ Principe in eius obſequiis. Lucas in d. l. vni. columna ſecunda, in princip. C. de caſtren. omni. pala. pecu. nec quando Barones imponunt ſubditis collectas: nam tunc Rex non imponit. Cap. in ver. regalia. ibi, nauium. poſt principium. Omnes enim ſi vno anno ſuccedunt, vnica tantum collecta imponitur. Lucas in l. fina. columna quarta, poſt princip. C. de exacto. tribu. nam duo onera eodem tempore ſuſtinere non debet. Fre. de ſuffe. libro 2. ibi, quadrageſimooctauo quęro. numero quarto, circa princip. & ibi, tertia authoritas, numero vigeſimoſexto. eodem tempore non ſoluit adobam, & releuium, ſed vnicum tantum. Afflict. hic, numero ſeptimo, & in conſtit. ſi quando, in 5. not. de pęna forių. in cap. primo, ante & poſt numerum decimumſextum, quo tempore miles. adoha & releuium confunduntur, & vna tantum præſtatione feudatarius liberatur. Loffr. in §. ſed & res. columna 2. poſt prin. per quos fiat inueſt. §. his cõſequenter. ibi fructus ſi ſunt. hic finit lex. & in §. firmiter. col. 2. poſt med. de prohi. feu. aliena. per Fre. ſed curia eligit. Cap. in §. præterea ſi quis infeudatus. ibi, Item not. d. tit. de prohi. feud. aliena. per Fre. nemo debet affici duplici damno. Alua. in cap. 1. nu. 4. cir. med. de nat. feu. nec duo onera ſuſtinere. l. honorẽ. ff. de mun. & hon. vnde ſi pluries feudũ mutat manum, nõ debetur niſi vnum releuiam. gl. Pari. poſt nu. 113. tit. 1. §. 22. ſi deceſſit feudatarius eodẽ anno filius, modo nepos, & ſucceſſiue plures, non debẽt exigi tot releuia quot ſunt mortes, ſed vnum: quod exigitur ab vltimo. ea. glo. Pariſ. tit. 2. §. 53. poſt nu. 33. glo. 1. nu. 111. in fi. & gl. 3. in 3. q. nu. 21. §. 55. Et an pro diſtractu debeatur duplex releuium. ea. gl. in 3. q. nume. 11. titu. 1. §. 22. quid ſi eſt ſterilitas fructuum an liberet a releuio. in d. §. 22. num. 112. fructus ſi illo anno pereunt tempeſtate vel incurſu hoſtium, vel contingit tranſitus Papæ, ſeu Legatorum, qui maiorem partem conſumpſerunt: ſi conſumerentur in decima, nõ exigeretur. in extrauag. com. vni. in ver. conſueuit. in fi. ibi, ſed quid erit, ne ſede vacan. ſic per vnam actionem, altera confunditur. l. duobus. §. exceptio. ff. de iureiur. & occaſione iuris liberantur. l. ſi ea duob. §. 1. ff. de peculio. aliàs priuſquam aliquod cõmodum ſentirent, dãnis affici compellerentur. l. fi. in fi. C. ſi penden. appell. mor. inter. vnde ſi acceperit homo vxorem, nõ procedit ad bellum, nec ei quidpiam neceſſitatis iniungatur publicę, ſed vacabit abſque culpa domui ſui, vt vno anno lętetur cum vxore ſua. Deuteronomio cap. 24. cum auri ſpeciem, & frumenti plurimum conſtet per ſoluiſſe. l. 2. C. de colla. fundo. patrimo. licet quandoque pro eadem re imponitur duplex onus. Lucas in l. iubus. in fi. C. de agrico. & cenſi. honor ad alium honorem nullam vacationem tribuit. l. a decurionatu. ff. de vacatio. & excuſatio. mune. tamen ſi in eadem perſona ſunt diuerſa priuilegia, tempora coniunguntur. l. 3. C. de tempo. in integr. reſtit.

10 Nota, in quibus conſiſtit ſeruitium iure iſto, & quomodo nunc. Affli. in d. conſt. mulier quę dotarium. in 7. not. nu. 19. cir. fi. ſeruitium quando guerra eſt in regno, eſt quod teneatur vaſallus perſonaliter ſeruire ſuis ſumptibus, cũ tribus æquis, tribus menſibus, in quibus ſi non ſeruit perſonaliter, ſoluit adohã, videlicet de 20. vncijs vncias decẽ cum

dimi-

dimidio, quãdo feudum habet vaſallos, ſi non hẽt ſed conſiſtit in poſſeſſionibus, ſoluit vncias 6. pro vno milite. ſi in dohana quinque. Iſer. quis dicatur dux. cir. finem. Fre. de Subfeu. lib. 3. ibi, quinta authoritas. poſt nu. 8. & 9. & de formu. inueſti. lib. 3. ibi inter quaternata. nu. 25. & multiplicantur ſecundum multiplicationem redituum feudi. Afflic. ſupra in prælu. poſt nu. 68. ad rationem prædictã. addi. ad Odoffr. in Sum. vtrum poſſit iurari fidelitas per alium: & quia erant, & ſunt hodie, qui non tenent integrum feudum vntiarum 20. vel plures heredes vnius, qui viuebat iure Lungobardorum, quia virtus vnita fortior. Zabat. in clem. pri. in ver. quod etiam. in prin. de ſent. excom. tot ſe adunant in præſtatione ſeruitii, quot faciunt vnum militẽ, & ſoluunt ſeruitium in pecunia. iſta ſolutio per cõbinatos, coniunctos & aſſociatos dicitur adohamentum. inde adoha. Cap. in ver. feuda adohant. in pri. Iſer. hic poſt nu. 13. in fi. ſicut ſi vna eccleſia non ſufficit per ſe ipſam, in ſolutione procurationis, duę vel plures coniugantur in vnum, ita quòd numerus procurationum numerum dierum non excedat. Spec. in tit. de legato. §. ſupereſt. nu. 33. in fine. capit. procurationis. vbi Abb. cir. pri. & 3. not. da cenſibus. & ſic quod exiguum eſt alterius indiget ſuffragio. Lucas in l. in fiſcalibus. cir. finem. C. de exacto. tributo, & dubitetur deductis expenſis. Afflictus, ex quibus cau. feud. amitta. poſt numerum quingeſimumquintum. ſicut in releuio. Frec. de Subfeud. lib. ſecundo. ibi, tertia authoritas. numero vigeſimonono. ſed in regno in præſtatione ſeruitii, non deducuntur expenſæ. Fre. ibi, quinta authoritas. numero decimoſexto. & ſecundum nouam vel antiquam taxam, nam facta taxa ad rationem prædictam, ſi poſtea creuit feudum induſtria & diligentia vaſalli, non augetur ſeruitium, ſed ſoluitur ſecundum taxam antiquam. Iſern. in capitu.

11 primo. columna ſecunda. in princip. de vaſallo decrepitę ętat. augmentum & diminutio non auget vel diminuit obligationem certę quantitatis. Bald. in l. neque. ff. de conſtitu. pecunia, & non ſecundum valorem feudi, attenditur ſtatus conſuetus, & fit ſolutio de pecunia currenti, etiam quòd non exprimatur. no. in ſimil. in clemen. ſecunda. de decimis. & ſecundum primam æſtimationem, etiam quòd ad manus aliorum transferit. facit. l. 3. Cod. de prædiis & omni. rebus nauicula. & æſtimantur bona ad vitam, vt ſciatur ad quot equos vel milites vaſallus teneatur ſuis ſumptibus. Ludouic. de Molin. de Hiſpan. primogenit. lib. primo. cap. 19. circa finem. nam Baro Regi, & feudatarius Baroni, per tres menſes a die monſtræ, ſuis equis & armis tenetur ſeruire. Frec. de Subfeudis. lib. ſecundo. ibi, quinta authoritas. numero decimoquarto. in fine. quando eſt planum & de tabula, præſtatur immediato, qui eſt Baro: ſi eſt quaternatum Regialiter pro feudo antiquo, & aliter pro nouo. ibi, numero ſecundo. & 9. & quando per Baronem præſtatur ſeruitium Regi, vaſalli habentes feuda quæ recognoſcunt a Barone, ei contribuunt, quando ſeruitium eſt incertum. Afflictus ſupra in præludiis. poſt numerum ſexageſimumoctauum. Idem Afflictus hic numero ſecundo. qui dicit, quòd dicuntur adohare. verum non poſſent Barones grauare vaſallos plus ſolito, etiam quod ipſi grauentur a Rege. Cap. in verb. feudorum clauſulę. ibi, gabellis, & ibi, gabellas. poſt principium. & in capit. Imperialem. in gloſſa prima. in fine. nam & ſi ipſi plus ſolito grauentur a ſuperiore, non poſſunt ipſi plus ſolito grauare ſubditos. Socin. in conſi. 272. poſt numerum nonum. ſecundo volumine. ſed procedere moderate, adeo quòd magis minuant ſeruitia quàm augeant. Lucas in l. hac defenſione. C. de omni agro deſerto. & ſi non præſtitit, non poteſt exigere a vaſallis. Lucas in l. vnica. poſt principium. Codic. de præfectiſſimatus dignit. quia ſi non ſoluit hanc ſibimet in propriis, ſuam ſentiet malignitatem. §. quia viro. Authen. de non aliena. & quando præſtat, ſubuentio erit pro medietate, dummodo non excedat medietatem collectæ generalis illius anni. & ſpectat cognitio ad Regiam Cameram. Affli. in d. conſtit. quam plurimum. in vndecima dubitatione. numero trigeſimoprimo. Vtrum autem vaſallus ſeruiet mediato vel immediato, ſi contingit habere guerram cum diuerſis. Iacob. in verb. & promiſerunt. numero 12. an autem contribuet ſecundo genitus pro vita & militia. Afflictus in deciſio. 252. & in conſtitu. comitibus. in 7. dubitatione. poſt numerum 13. de adiuto. pro milit. fra.

12 Vltimò Baro qui non ſoluit adoham, vel non vadit in exercitu, non poteſt vti exceptione hoſtica. Affli. in conſti. hoſtici. in decima q. num. 12. de exceptio. Hoſt.

Iſern. declarando textum, extendit quod dicitur de Rege Romanorum, ad quemlibet alium Regem, quia quilibet Rex habet fiſcum, vt in Longobard. quæ eſt Lotharii, qui non fuit Imperator vel Rex: ſimile in Cipriano, de quo nulla fit mentio, quod fuerit Papa. capit. vt conſtitueretur. vbi gloſ. fina. quinquageſima diſtinctio. Item declarat quæ ſint iſta ſeruitia in regno, & quare vocetur adoha. nam ad euitandam exactionem particularem, quæ multa habet incommoda. gloſſa. in clemen. prima. in verb. obſeruentur. de iure patronat. Azo in Summa, poſt numerum vndecimum. Cod. familię erciſcund. vt ſupra. multi hæredes vnius vel multorum adiuuant ſe tot, quot faciunt vnum militem, vel ſoluunt pro parte id quod debent. Iſern. in §. ille tamen. poſt numerum nouum. de controuer. feud. apud pares termin. ſicut quando plures delinquunt, adiuuant ſe in fideiuſſoribus. l. prima. & ibi gloſ. de homicid. liber. hom. gloſſa prima. in leg. ſi plures. de furtis. in Longobard. & in propoſito diuiditur, ſecundum quotam & portionem feudi. Curt. in tractat. feud. in tertia parte princip. in fine. ibi, circa. poſt numerum quinquageſimum quartum. iſta iura feudalia ſunt veluti quædam ſeruitutes reales in prædio clientario. gloſ. tertia. Pariſ. poſt numerum vndecimum. titu. primo. §. primo. & ſequuntur poſſeſſionem. in gloſ. quinta. poſt numerum ſecundum. eod. §. & ſunt magis inſtar cuiuſdam ſeruitutis, quàm iuri dominii. in gloſſa quarta. numero decimotertio. circa finem. titu. primo. §. ſecundo. adeo quòd poteſt dominus vti iure retentionis aduerſus legatarium, propter iura feudalia medio tempore orta. eadem gloſ. numero centeſimouigeſimoprimo. titu. primo. §. vigeſimoſecundo. & ſic inuiti, reſtituant, quod voluntarie dare neglexerunt. in ſimil. in lege. de decimis, la vltima. de decimis. in Longobardo. & ſi dominus (vt ſupra) plus ſolito grauetur a ſuperiore, non poteſt ipſe plus ſolito grauare ſubditos. Curtius, vbi ſupra in ſexta parte. numero

2. in fi. & non debet vendere beneficium alienum
a conſuetudine gratis conceſſum. glo. 2. pau. poſt
nume. 8. tit. pri. §. 3. Et ſi eſt controuerſia inter Re
gem & Baronem, Regi præſtatur ſeruitium. Frec.
de Subfeu. lib. 2. ibi, quinta authoritas. nu. 15. in fi.
quod dicitur adoha, & eſt in vſu loquentium, ſicut
releuium, de quo nihil ſcriptum inueniri, dicit Iſer.
præter id quod dixi in §. ſed & plures. per quos
fiat inueſt. & in conſtit. poſt mortem. Fre. de Sub-
13 feu. lib. 2. ibi, certa authoritas. & dicitur, quia rele-
uat illum cui præſtatur, nec præſtat emptor, dona
tarius, vel alius, qui non acquirit feudum per ſuc
ceſſionem. Cap. in d. §. præterea ſi quis infeuda-
tus. ibi, extra Andream. ſed pro immiſſione in poſ-
ſeſſionem. l. fi. de iure emphy. & in his vbi conſue-
tum eſt præſtari. vel dicitur releuamentũ, a releuã
do, & releuare; quot modis ſumit in iure, & quòd
in Francia datur, quandocunque feudum mutat
manum reg. cum trib. limitationib. ponit gl. Pariſ.
nu. pri. & poſt tit. pri. §. 22. & præſtatur, ſicut laude
mium pro introitu militiæ, quæ feudo æquipera-
tur. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. teſt. quid
ſit, & quantum dicatur. gl. pred. Pariſ. nu. 21. & 26.
§. 22. & ſicut indicuntur indictiones temporariæ
reb. l. quæro. de vſufru. leg. vt per Iſer. hic. & eſt me-
dietas fructuum illius anni. Idem Iſer. in d. cõſtit.
poſt mortem. ita promouendus ad beneficium, ſol
uit communia & minuta ſeruitia, pro vera æſtima
tione fructuũ eccleſiæ vel monaſterii ad quod eſt
promotus, quã plures ex Gallis annatam vocant.
in extrag. com. pri. cir. fi. de treug. & pa. & miniſtri
ordinarium ex conſuetudine accipiũt, dummodo
vnius anni emolumenta non tranſcẽdant. §. ſed ne-
que. cir. med. Auth. de ſanctiſ. Epiſc. inde quæritur
an prælatus nouus ſucceſſor ſoluat releuiũ, ſi tenet
feudum eccleſiæ quod habet Rege. Iſer. hic, quod
non: nam prælatus non eſt dñs, ſed procurator. c.
Epiſcopus. 10. q. 2. & c. caſellas. ea. cau. & quæſt.
eſt in eccleſia & eccleſia in prælato. c. ſcire debes.
7. q. pri. cum multis modis dicatur eccleſia. gl. fi. in
c. fi. ne prælati vices ſuas. cum iſta tranſit. Affl. in d.
c. Imper. in 2. no. nu. 15. poſt med. & hic, nu. 9. vſ-
que ad 11. vbi ponit reg. cũ 4. limitationib. & inter
alias, non procedit qñ eccleſia præſtitiſſet longo
tempo. releuiũ. Curiæ Regis. l. cum de in rem ver-
ſo. ff. de vſu. vel probaret Curia eſſe in poſſeſſione;
puta quia prælatus prædeceſſor ſoluit, nã cogere-
tur eccleſia ſoluere ſalua cauſa proprietatis, nec
quod Curia indulgentia officialis omiſit, alius exi
14 gere prohibetur. l. locat. §. pe. ff. de public. ſicut ga
bella exigi omiſſa per vnum officialem, non prohi
betur poſtea exigi per alium. Cap. in verb. regalia.
ibi, vectigalia. ver. gabella omiſſa. vel per regiſtrũ
Imperatoris, quod eſſet in archiuio probaretur,
quòd prælatus fecit fidelitatem Regi, & ſoluit rele
uium, ſed oportet, quòd ſit prælatus illius eccleſiæ,
nam nec conuentum, nec promiſſum extendi-
tur ad alias perſonas, nec ad alia negotia & ſimi
lia. Iſer. hic in 2. addi. & præualet dicta opi. tanquã
15 canonizata. in c. apoſtolicæ. de ſent. & re iud. in 6.
quia leges non dedignantur imitari canones. c. pr.
de ope. no. nunc. & humanior ſententia videtur ve
rior. l. adhuc. & ibi gl. 2. ff. de vſufr. & quemad. qs
vta. l. ſi ſeruus. ff. de ſer. vrb. præd. l. de ætate. §. ſi in-
terrogatus. de interrog. act. l. ſi tibi. in fi. cum. l. ſeq.
ſi cer. pet. l. Titius, la 2. ff. de conſti. pecu. l. 4. in fi.
pri. de lege com. l. cũ antiquitas. C. de vſufr. & ha-
bit. l. cũ inter. C. de fideic. liber. vel capienda eſt oc
caſio, quæ benignius præbeat reſponſum. Luc. in l.
vni. col. 4. poſt med. C. de profeſ. qui in vrbe Con-
ſtantinopoli. ſeu benigna ſit interpretatio. l. ſi ita.
de pac. dotali. l. ex hac ſcriptura. ff. de donat. l. qui
duos. §. pri. ff. de manu. teſta. ſiue congrua. Bald. in
conſi. 34. nu. 2. 5. vol. & quando vtroque habet fau
tores ſapientes, indicio lectoris reſeruatur. c. pe. in
fin. de pen. diſt. pri. præualet quæ plurib. roboratur
authoritatib. & euidentiori ratione firmatur. c. qui
recedit. de pen. diſt. 4. vel ſententia teneatur illius,
cuius antiquior & potior extat authoritas. c. hoc
ipſum. in poſitione caſus. 31. q. 2. vel quæ meliori
& ſubtiliori ratione iuuatur. c. capellatus. de ſer. &
congrua veritati, non eſt reiicienda. no. in clem. ne
Romani. de elect. ideo quoties legis intellectus eſt
dubius, recurrendum eſt ad rationem naturalem.
Io. de Ana. inter vſus feu. Bal. de alien. feud. ibi, ad
partem negatiuam. poſt nu. 30. adeo quòd intelle-
ctus extraneus dicatur, qui non conſonat aurib. vul
gi. Bal. de pace Conſt. in ver. Opizoni. in fi. & in e-
xorbitantib. in præiudiciũ tertii, nõ debet fieri lar-
ga interpretatio, nec extendi. Loffr. in conſi. 34. nu.
8. Affl. in c. pri. nu. 78. de ſucc. feu. & ſi ſunt ſtatu-
ta contraria in foro ſeculari, illis quæ ſunt in foro
eccleſiaſtico, nõ poſſe adiri Epiſcopus pro deſtru
ctione ſeculariũ. Bal. in cõſ. 184. 5. vo. Vltimò, fieri
debet interpretatio, vt euitetur ſuperfluitas, de bo-
no & æquo, vt habeas æquitatẽ, & in minorem par
tẽ. Loffr. in conſi. 39. n. 6. 16. 20. & 23. ante & poſt.

SVMMARIVM.

1 *Item, hoc amplius, ultra prædicta: ſunt repetitiuæ
dictiones, ſicut dictio, iterum.*
2 *Velut, ueritatis expreſſiuum.*
3 *Epiſcopus non poteſt eſſe, niſi primò fuerit ſacer-
dos.*
4 *Reges communiter dotant Epiſcopatus.*
5 *Eccleſia & Epiſcopi, inuitis dari poteſt.*
6 *Prælatus ſi delinquit, eccleſia ad tempus amittit
feudum, donec prælatus uiuit, poſtea datur ſuc-
ceſſori.*
7 *Eccleſia, dignitas, & præbenda differunt.*
8 *Dignitas eſt adminiſtratio rerum eccleſiaſticarũ,
cum iuriſdictione.*
9 *Eccleſia regni quæ paſtoribus carẽt, in manu & pro
tectione Regia habentur.*
10 *Uniuerſitas punitur ex facto adminiſtratoris, du-
rante uita illius: ſed eo mortuo redit feudum ad
collegium uniuerſitatis.*
11 *Eccleſia non priuatur feudo, propter delictum præ-
lati.*
12 *Prælatus ſi committit culpam aduerſus dominum,
ob quam feudo eſſet priuandus, eccleſia non amit
tit niſi uita durante prælati.*
13 *Eccleſia delictum non præiudicat prælato, niſi ipſe
& capitulum delinquant.*
14 *Lex principis ſecularis, etiam in fauorem eccleſiæ
non tenet.*
15 *Feudum & emphyteoſis eccleſiaſticæ, non tranſit
in fiſcum facta publicatione.*
16 *Eccleſia, collegium & uniuerſitas habens feudum,
ſi deſtruitur, an aperiatur domino.*
17 *Res inanimata, quare punitur.*
18 *Eccleſia, uel collegium, ſi reſtituitur, an redeant iu-
ra quæ habebat.*

Bona

19 *Bona acquiſita monaſterio per ingreſſum, non re-*
uocantur, licet ingreſſus efficiatur ſecularis po-
ſtea.
20 *Eccleſia unita, non mutat eius naturam.*

AD §. ITEM SI.

1 ITEM) Hoc amplius, & vltra, eſt re-
peritur qualitatis præcedentis. Paul.
de Caſt. in conſi. 88. num. primo, pri-
mo volu. & repetit in ſequenti, quod
dictum eſt in præcedenti. Idem Paul. de Caſtro in
l. pri. nume. 2. de publi. & vectiga. ſicut dictio, ite-
rum, eſt repetitiua eiuſdem actus. Iaſ. in l. filio quē
pater. nume. 8. de liber. & poſthum. & continuat.
Abb. in cap. paſtoralis. §. item. nume. 2. de offic. de-
leg. Capitula eiuſdem Corradi, & illud per quod
ſtatuitur, quòd Si clericus veluti Epiſcopus.) Ve-
2 lut, eſt veritatis expreſſiuum. Archid. in cap. præ-
sbybiter. circa medium. 50. diſtin. Ioan. And. in ca.
dudum. circa princip. de præben. in 6. nam Epiſco-
3 pus non poteſt eſſe, niſi primo fuerit ſacerdos. no.
in cap. ex literis. de exceſſib. prælat. Abbas benefi-
4 cium habens a Rege.) Qui communiter dotat E-
piſcopatus. Aluar. hic colum. 3. circa finem. nam
conſueuit eſſe munificus etiam in dandis meliori-
bus eccleſiæ. §. ſimmus. Authen. de non alien. Iſer.
in §. huius autem generis. poſt numerum decimū-
quintum. ex quibus cau. feu. amit. & propterea per
mittitur permutatio inter Principes & eccleſiam.
§. pri. Authen. vt de cætero commu. & quod dici-
tur de epiſcopo & Rege, poteſt intelligi de quo-
libet alio prælato & principe. Iſern. hic: nam iſtos
poſuit gratia exempli. l. damni infecti. §. penult. de
damno infec. l. ſi ita vulneratus. ad leg. Aquil. Da-
tum non ſolummodo perſonæ, ſed eccleſię.) Quā
5 do præſumitur intuitu eccleſiæ vel perſonæ datū.
cap. requiſiſti. cum ibi not. de teſtamen. cap. prim.
de ſucceſſio. ab inteſta. glo. pri. in cap. cum tibi. de
verborum ſignification. Ipſum propter culpam.)
Quę eſt errans offenſio. item noxa, crimen, ma-
la fama. Archid. in ca. in primis. colum. 3. poſt pri.
2. quæſt. prim. Suam, perdat, eo viuente.) Et ſic ſi
prælatus delinquit, eccleſia amittit feudum ad tem
6 pus, dum prælatus viuit: poſtea datur ſucceſſori.
Odoffred. in Summa, quibus modis feud. amitta.
num. 126. & 127. glo. 4. Pariſ. tit. pri. §. 2. poſt nu-
merum decimumnonum. ſecus in clerico, nam ſi
delinquit, non publicantur bona eccleſiæ, ſed ius
eius ſaluum manet. Alberic. in l. ſi verò. nume. 2.
de hæreticis, quia ſubditus ex facto ſuo non obli-
gat eccleſiam. Zabar. in clemen. prim. num. 6. circa
finem. de reſcriptis. & in clemen. pri. in verb. cęte-
rum. in pri. notab. & num. 3. de priuileg. Et eccle-
7 ſiaſticum beneficium vel honorem habente.) Vn-
de eccleſia, dignitas, & præbenda differunt. Idem
8 Zabar. in clemen. 2. num. 3. de rebus eccle. non a-
liena. Honor vel dignitas, eſt adminiſtratio rerum
eccleſiaſticarum cum iuriſdictione. Perſonatus eſt
prærogatiua in eccleſia ſine iuriſdictione. Ab. in c.
de multa. poſt numerum vigeſimumprimum. de
6 de prębendis. Ad Regem pertineat.) Etiam quia
omnes eccleſiæ regni, & in ſpecie, quæ paſtoribus
carent, in mano & regia protectione habentur, in
conſtit. peruenit. de adminiſt. rerum eccleſiaſt. Poſt
mortem verò eius, ad ſucceſſorem eius.) In digni-
10 tate. cap. pri. qui ſucceſ. ten. Reuertatur.) Sicut vni-

uerſitas facto adminiſtratoris punitur durante vita illius: ſed eo mortuo redit feudum ad collegium vniuerſitatis. Præpoſitus in §. præterea ducatus. colum. pen. poſt princip. de prohib. feud. alien. per Fred.

Declarato textu videbatur dicendum, quòd delictum prælati pręiudicet eccleſię: nam prelatus eſt illius procurator. cap. quod autem. 33. quęſtio. 7. factum procuratoris pręiudicat principali. cap. delicto. in ver. generalis. de præben. ita factum prælati pręiudicat eccleſię: nam prelatus eſt in eccleſia & eccleſia in prælato. Iſern. ſupra. §. pręceden. circa medium.

Secundò, punitur alius pro alio. glo. in extrauaga. Ioan. ſi fratrem, in ver. loca. ne ſede vacan. etiā res inanimata. cap. 2. in fi. princ. vbi glo. in verb. locus. de hæreti. in 6. ita & eccleſia. Aluarot. hic, nume. 2. ratione feudi quod tenet. cap. cęterum. de iudicijs.

Tertiò, eccleſia obtinet vicem pupilli. l. 2. in gl. fina. ff. quando ex facto tuto. pupillus tenetur pro his quæ tutor incohauit. l. ſi tutoris. ff. de adminiſtratio. tutor. ita & eccleſia pro iis quę prælatus commiſit.

Vltimò, eccleſia & ciuitas ęqoiparantur. not. in l. vt inter diuinum, & ibi gloſ. in verb. priuata. C. de ſacroſanc. eccleſ. ciuitas punitur propter delictum domini, adeo qood patitur aratrum & ſimi. vt per Iſer. hic poſt oumerum 23. cum quo dicitur ita & eccleſia.

His non obſtantibus, determinatur contrarium, & ratio eſt, quia non debent qui peccant ſine reatu eſſe, & innoxii tanquam peccantes puniri. §. pri. Auth. de inceſtis oup.

Qua ſtante non obſtat Primum, nam intelligitur de procuratore habente plenam & liberam poteſtatem. glo. in extrauag. Io. 3. in ver. defendere, de ver. ſig. vel quęrendis præiudicat, in quęſitis nullo modo. Afflic. in §. firmiter. poſt nu. 9. de proh. feu. aliena. per Fred.

Secundum non obſtat: nam iniquum eſt, vt vnus puniatur pro alio, quia noo debet vltra progredi pęna, quàm reperiatur delictum. gl. in c. ius generale. pri. diſt.

Tertium non obſtat: nam etiam tutor delinquendo, non poteſt præiudicare pupillo. Afflict. in cap. domino. nume. 3. ſi de feud. fuerit controuer. inter domi. & agni. & ſicut ex delicto actoris vel curatoris, qui ſunt legitimi adminiſtratores, non tenetur pupillus vel adultus, ſi ad eos nihil peruenit: ex delicto procuratoris, non tenetur dominus, & ex delicto magiſtratus noo punitur ordo decurionum, ita ex delicto prælati non tenetur eccleſia. Pau. de Caſt. in conſi. 424. nume. ſexto. primo volumine.

Vltimum non obſtat, ex quo ſæpe capitulum accuſatur, & excommunicatur concilium ciuitatis. cap. epiſcopus, lo ſecundo. in verb. accuſandi. in fine. 12. quæſtio. 2. & interdicitur eccleſia propter factum ciuium. capitu. irrefragabili. §. ceterum. in ver. ceſſauerint. de offic. ordin. & pro delicto Epi-
ſcopi, epiſcopatus poteſt ſubiici interdicto. Idem
in terra dotali, ſecus in pignorata. Archid. in capit.
ſicut circa medium. 16. quęſtio. 7. & ſic firma re-
11 manet concluſio, quòd eccleſia non priuatur feu-
do propter delictum prelati, quod dicitur in eccle
ſia. Idem in monaſterio, quod non perdit ius quod
habet

habet in monacho, propter eius delictum, gl. pen. in fin. in cap. veniens. de controuer. coniug. & non ſolum non amittit feudum, nec priuilegium, ſed nec publicatur nauis eccleſiæ propter delictum prælati. gloſ. in cap. priuilegium 11. quęſtio. tertia. etiam quod delinquat in vaſallum eccleſiæ: nam viuo tantum prælato nocet eccleſiæ, poſtea non Cap. in ver. feudorum dominia. ibi, decimooctauo. Idem ſi non ſoluit canonem: nam propter hoc nõ amittit vtile dominium, quod tenet eccleſia. Afflic. hic, nume. 7. ſicut nec vir præiudicaret vxori, non ſoluendo canonem rei emphyteoticę in dotem datę. Bald. in conſi. 476. poſt numerum primum, & ſecundum, quarto volum. glo. Pariſ. diſtinguit tria genera bonorum. tit. pri. §. 30. in quæſt. 15. & 16. nu. 83. vſque ad 94. delictum Regis propter quod eſſet priuandus feudis, non præiudicaret Regiæ dignitati in illis feudis. Prępoſi. hic col. 2. circa med. Et quod dicitur in delicto, idem in contractu, ex quo non tenetur eccleſia vel ſucceſſor, niſi quatenus eſt verſum in vtilitatem ipſius. c. prim. & 2. de ſolutio. Et dictum in prælato, procedit etiã in procuratore, cuius malitia non nocet emptori bonę fidei, niſi colludat. l. qui fundum. §. procurator. ff. pro empto.

Limita, quòd non præiudicat faciendo, omittẽdo ſic. glo. prim. in cap. placuit. 16. quæſtio. 3. cap. ſi epiſcopum. in ver. in damnum. ead. cau. quæſtio. 6. 2. in cap. fin. 25. quæſtio. 2. Alexand. in conſilio 115. num. 2. 5. volum. Aluarot. hic poſt numerum ſecundum. & Præpoſi. in prin. Zabar. in clemen. 2. in ver. inquiſitionibus. in 4. not. & 4. oppoſi. de hæreticis. in quęrendis, non in quæſitis. gl. fin. in. cap. 16. quęſt. 6. ſicut in ſeruo & filiofamilias. Loffred. in conſi. primo. num. 155. & procedit, quando prælatus ſolus deliquit, ſecus ſi prælatus cum Capitulo einſdem eccleſiæ. Archid. in capit. placuit. poſt medium. & in cap. ſi fortaſſis. 16. quęſtio. 6. Paul. de Caſt. in conſi. 259. num. 9. primo volum. Iaſ. de his qui feud. dare poſſunt. poſt nu. 27. ſicut confeſſio facta cũ conſenſu Capituli nocet. gl. c. de Cõſtantinopol.. in ver. neſcio. 22. diſt. cum diſt. de qua in cap. dudum, lo ſecundo. in ver. de veritate. circa medium. de electio. & in cap. fin. in glo. vltimo. de pręſcriptio. ſicut quando ex facto ſerui acquiritur domino, ſtatur confeſſioni ſerui. Bal. in conſi. 379. num. 4. primo volum. Quid in confeſſione tutoris, procuratoris, & filii. Lucas in l. quotiens. colum. 3. circa medium. C. de dignita. l. 2. §. ſi autem. in ver. vel curatores. C. de iureiuran. l. nec filius. C. de reb. credit. Et licet delictum pręlati noceret, non tamẽ contractus. Pau. de Caſt. in conſi. 20. colum. 2. circa finem. poſt numerum nonum. primo volumin. ſi omitteret tamen ſoluere canonem, eccleſia caderet a libello. Bald. de alienat. feud. numero decimo. Alias limi. ponit Cap. in ver. feudatariorum delicta. ibi, pręlati, glo. in §. quod autem. in ver. profecerunt. Authen. de alienat. & emphyt. & priuatur vtili dominio, ſed reſtituitur. Prępoſit. hic colum. 2. circa finem. & hoc durante vita illius. Bald. in c. primo. num. 13. de dolo & contum. & in feudo eccleſię, ſecus ſi eſſet paternum, quia amitteret. Idem Abb. in c. verum. nu. 19. de fo. comp. & publicatũ propter delictum, venit ad fiſcum. Albe. in l. peto. nu. 13. de leg. 2.

12 Nota, quòd Prælatus ſi committit culpam aduerſus dominum, ob quam eſſet feudo priuandus, eccleſia non amittit niſi vita durante pręlati. Lucas in l. fin. colum. 2. poſt medium. C. de anno. & tribu. vnde eo mortuo reuertitur ad ſucceſſorem. Cap. vbi ſupra. ibi, pręlati, nam vitium in miniſtro non curatur in pręiudicium tertii, potuit eſſe organum meum non ſuum, ac per indignum miniſtrũ quęritur dignum. Bald. in conſi. 345. circa finem. poſt numerum octauum. primo volum. vnde ſi prælatus committit felloniam contra Regem, a quo eccleſia habet feudum, illo viuente priuatur emolumento feudi, poſt mortem illius reuertitur (vt dixi) ad eccleſiam. idem Bald. in conſi. 27. poſt prin. 3. volum. quia propter delictum illius, non punitur. not. in clemen. nolentes. de hæret. cum non eccleſia, ſed perſona delinquat. glo. pri. in capit. 2. de his quæ fiunt a maiore parte. cap. ideo ex culpa vnius, non debet alter damnum pati. l. meminerint. in ver. non atterat. C. vnde vi. Eccleſia non tenetur ex delicto religioſorum, niſi quatenus ad eam peruenit. Zabarel. in clemen. prima. in verb. cæterum. poſt numerum quartum. de priuileg. & in clemen. pri. in princ. in 6. oppoſi. de pœnis. & debent delinquentes, non alius pro alio puniri, uel damna eorum uicis inferre. §. quoniam. Authen. ut nulli iudi. unde factum pręlati non præiudicat patrono, niſi conſentiat. not. in cap. penult. de iure patr. nec dolus uiri nocet uxori. l. apud Celſum. §. apud Iulianum. ff. de doli mali & metus exceptio. licet alibi eccleſia dicitur facere, quod eius miniſtri faciunt. Archid. in cap. in cap. eccleſiæ. de conſecra. diſtin. 4. Iniuria quæ fit perſonæ, quæ eſt de eccleſia, fit eccleſiæ. Zabar. in clemen. pri. nume. 2. de foro competen. & delictum pręlati in omittendo, ut ſupra, præiudicat eccleſię. glo. in cap. pri. in. uer. negligenter. de reſtitu. in integrum. in 6. in reg. delictum. cum ibi no. de regu. iuris eo. lib. Vnde prælatus, ſi longo tempore recipit minorem cenſum, an pręiudicet eccleſię. Cur. in tracta. feu. 2. par. pri. qõ. 18. quòd delictum uel negligentia pręlati, nõ debet imputari eccleſię. Zaba. in clem. uni. nu. 8. de in integ. reſtit.

13 Secundo nota, quòd delictum pręlati, non pręiudicat eccleſię, niſi ipſe & Capitulum delinquant, ſicut nec delictum uel nec licentia Abbatis, niſi totus Cõuentus conſentiiſſet ab initio, uel ex poſtfacto. glo. in cap. 2. in uer. ipſius dolum. de ordin. cognit. aliàs delictum perſonę, in damnum eccleſię conuerti non poteſt. cap. 2. cum ibi not. de Summa Trin. cap. fin. cap. 16. q. 6. cap. cum uenerabilis. de exceptio. not. in cap. 2. de teſtamen. cap. pen. de relig. dom. cap. cum olim, lo ſecundo. de priuileg. ſicut nec fraus. not. in cap. pri. de reſtit. in integrum. in 6. uel iuramentum. cap. cum ueniſſent. in uer. abiuraſſe. de inſtitut. & differt procurator a pręlato. Lucas in l. 2. circa medium. C. de fundis patrimo. licet ſecundum aliquos, ne pręiudicet, ſit facienda proteſtatio. not. in cap. 2. de capellis mona. & pœnas conuentionales patitur eccleſia, & in ommittendo præiudicat prælatus non in committendo, ut ſæpe dictum eſt. glo. Pariſ. tit. primo. §. 30. num. 73. uſque ad 83. & hæreticus priuatur iure feudi. Aluarut. in §. Gazaros. circa finem. de ſtatu. & conſuetu. contra liber. eccl. de honeſtatur tamen eccleſia, propter exceſſus clericorum. not. in clemen. pr. de offic. ord. ſicut dominus temporalis, in perſonis ſuorum officialium. glo. in extrauag. Ioan. cap. dierum. in uer, calcata. de pęnis. propterea tenetur

de

de facto familiæ.glo.in extrauag.commen.vnic.in ver.duplum.de cenſi. & corda infirmorum,ex mala fama clericorum percutiuntur, & miniſterium vituperatum. Zabar. in clem.pri.nu.6.in fi.de offi. ordina.

Iſer.exemplificat textum, & dicit ex intentione canoniſtarum, quòd delictum prælati,non præiudicat eccleſiæ. Hoſtien.de his quę fiunt ab epiſco. ſine conſen. cap. §.pri.circa finem. ſi omittit,puta quia non ſoluit quod debetur pro feudo,præiudicat, & eccleſia perderet feudum.negligentia enim ſiue taciturnitas prælati,præiudicat. gloſ. fin.circa medium.in cap. 2.& in cap.audius.de præſcriptio. glo.in extrauag.commun.xpi.in ver.voluerit.circ. finem.ne ſede vacan. ſicut vir non poteſt feudum vxoris alienare, Iſern.hic; eius tamen negligentia nocet in rebus dotalibus.Cap.in d.capit. Imperialem.in gl.2.in 8.notab.Iacob.in verb. & promiſerunt.num.31.Afflict.hic nume. 16.de alius gloſ.in cap.relatum.in ver.in vtrolibet.de ſent.excommu. poſſet non acquirere. Lotfred.in conſi.40.num.24. & 25.ſicut ſeruus nolle adire,l. pri.in glo.pri.in fi. ff.de iure delibe.l.3.quin ibi not. C.de pactis,l.fin. C.de acquirend. poſſeſſio.quia tamen res eccleſiæ nullo modo poſſunt minui: & iuſtum eſt apud Deum & homines, ne eccleſia patiatur detrimentum,cap.manifeſta. & ſequen. 12. quæſt.pri.ideo alii dicunt,dicit Iſer.quòd ſi prælatus ſolus peccat non præiudicat eccleſiæ,ſecus ſi ipſe & capitulum. ſicut propter delictum primatum, terra poteſt ſubiici interdicto, ſeu propter delictum domini,niſi ſit tyrannus.Zabar.in clemen.prim.in ver. terra in prin.& num.5.de pœnis,loca non interdicuntur, ſed ſubiiciuntur interdicto propter homines.Archid.in cap.omnes. circa medium.24.quæſtio.pri. & delinquente vniuerſitate; principes & maiores puniuntur,Afflict. de pace iuramen.firman.in prin. & in nume.6.Lucas in l.3.colum.4.C.de exact.& executo.tamen interdicto clero, non eſt interdicta eccleſia, vel alii capit.ſi ſententia, cum ibi not.de ſenten.excommu.in 6.& res per prælatum ablatæ,reſtituuntur poſſeſſori,ſaluo iure eccleſiæ.gl. fin.in d.l. [illegible] inuenerint.C.vnde vi.quomodo autem delictum prælati noceat eccleſiæ.glo.fin.in l.2.C. de nau.non excuſa. nec ſit æquiparatio veri procuratoris & prælati,vt ſupra. & Iſern.hic colum.2.in prin.principi executori non videtur iniunctum,quòd ſoluat indebitum.glo.in cap.ſi Epiſcopus.in verb. miniſtrare.de præbend.in 6.nec habere in mandatis,quod ſit illicitum. Alexand.in conſil. 81.poſt numerum quartum,primo volum.& peccatum faciendi ſit grauius quàm omittendi. Iſer.in cõſtitu.ſummo periculo,tamen non refert in dando aut faciendo conditio exiſtat,l.ſi filius.§.eris.ff.de fideicommiſ. libertat.vltra quòd eccleſia nullam patitur tranſlationis ſollicitudinem.l.placet. C.de ſacroſanct.eccle.quę eſt in cap. generaliter.§.placet. 16.quæſtio.pri.ſecus in prædiis clericorum,quæ non ſunt eccleſiæ,cap.iunctis,§.de his.ea.cau.& quæſt. vir & vxor ſunt vnum corpus,ea debuit viri negligentiam ſupplere.l.ſi ſuſpecta.ff.de inoffi.teſtam. eſt dominus rei dotalis.l.dote ancillam.Cod.de rei vxo.& ſi non fecit,tenetur de dolo & culpa commiſſa in rebus dotalibus. hæc omnia ceſſant in eccleſia,quia prælati non ſunt domini,nec poſſunt facere aliquid niſi in eorum præiudicium,& delictum perſonæ non debet in damnum eccleſiæ redundare,nota. in cap. peruenit.de arbitris.

14 Quid ſi eueniret caſus, an habeat diſpoſitio huius textus locum, poſtquam eſt lex Principis ſecularis,quę etiam quòd ſit pro eccleſia, non eſt ſeruanda.cap.nulli. vbi glo.pri.de rebus eccleſ.non alienan. & habetur pro infecta,niſi ſit ſubſcriptione ſummi Pontificis roborata.cap.pri.97.diſtin.adeo quòd non valet ſtatutum laicorum, quod diſponit in fauorem eccleſię de rebus ipſius. Dec.in conſil. 124.colum.3.circa medium,reſpondeo, dicit Iſer. quòd eccleſia ſubeſt domino temporali quantum ad temporalia,nam prælatus & clericus poteſt recognoſcere feudum a laico. Aluarot.hic nume.pri. & pontifices procurſu tantum temporalium rerũ, Imperialibus legibus vtuntur.cap. cum ad verum. 96.diſtinc. facientibus pro ſe, poteſt vti,facientes contra non tenetur recipere. Afflict.in §. inde porro de poteſt.num.8.de alienat. feud. vel in poteſtate eſt clerici vel eccleſię,ſi vult,vti.Nap.in proœ.conſuet.§.pręfatis.colum.4.circa finem,quæ imponuntur iubentibus nobis, vt ſalarium, vt ait conſtitutio.l.vni.de præbend.ſala. quia æquiperatur tributo.l.Aphricanus lib.20.epiſtolarum.heres.de leg. pri.nulli dubium quòd eccleſia ſoluit, ſecus in releuio,quia imponitur heredi, ab here dicto. Iſern. quæ ſint regalia.in ver.contrahentium inceſtas nuptias.cir.fi.poſt nu.33.prælatus non eſt dominus, vt ſup. Alia quę quandoque imponuntur propter neceſſitatem vel vtilitatem,non poſſet conferre eccleſia Romano Pontifice inconſulto. ca.non minus.de immu.eccl.

Quæritur inſuper, ſi poſt culpam commiſſam in regem,propter quam ſi haberet feudum,illo veniret priuandus, efficitur pręlat. eccleſię habentis feudum a Reg. an dum viuit efficiatur Regis? videtur quod ſic,l.2.C.de bonis proſcripto. Contrarium tenet Iſern.hic pro quo facit.l.poſt legatum. §.qui accuſauit.vbi Barto. de his quibus vt indig. cap.felices circa medium.ibi,verum.de pœnis,in 6.eo magis,quia lex quando voluit,quòd ſit inhabilis ad obtinenda, dixit in extrauag.Ioan.vni.poſt
15 medium.de pœnis.vltra quòd feudum & emphyteoſis eccleſiaſtica non tranſeunt in fiſcum, facta publicatione bonorum, Dec.in conſi. 442. nume. 29.& 30.ſicut nec alteri obligari vel promiſſa. Ludo.de Moli.de Hiſpano.primogen.lib.4.capit.11. num.59.alia immobilia ipſius fiſco temporali applicantur, quia licet perſona clerici non ſit de ſua iuriſdictione,ſunt tamen eius bona.Pau. de Caſt. in conſi.353.numero primo. circa medium,primo volum. Legi allegatę in contrarium reſpondet Iſe. hic per textum,in l.2.§.interdum.de vulga. & pupillar.Item concludit, quòd prælatus ſi committit culpam in vaſallum, propter quam ſi eſſet laicus priuaretur feudo, ita & prælatus:nam dictum in laico,extenditur ad clericum,per ſimilitudinem. Alpar.hic col.5.poſt med.exempla vide ex iis quę remiſſiue allegat Iſer.hic.

16 Quid ſi eccleſia, collegium, vniuerſitas,vel ciuitas habens ab alio feudum, deſtruitur & annihilatur,an feudum aperiatur domino. Iſern.fundat primò,quòd poſſit deſtrui.

Secundo quòd priuatur feudo, quatenus deſtructio fuit occaſione delicti, ſecus ſi deſtruitur ab hoſtibus, nam tunc transfertur vel vnitur cum alia. Probatur primum vltra Iſern.per capit.ſi audieris. 23.quæſt.5.& definit eſſe ciuitas inductione irate.

tri. glo. in cap. paſtoralis. in ver. reuertaris. 7. quęſtio. pri. & ſicut inducitur per aratrum, ita deſtruitur. l. pupillus. §. vrbs. vbi glo. de verborum ſignificationib. Abimelech oppugnauit ciuitatem, vt ea deſtructa, ſal diſpergeret. Iudicũ. 9. & iſta eſt vna ex cauſis amiſſionis domicilii. l. eius qui. la ſecunda. in ver. domicilio, ad municipa. terra ſupponitur interdicto propter delictum alicuius, & non abſoluitur, etiam quòd per alium offeratur ſatisfactio. Lucas in l. ſi ad magiſtratum. colum. 3. circa finem. de decurioni. Intellige, quando delinquens ſit rector vel dominus. Ioan. And. in cap. penul. numer. primo, poſt medium. de offic. ordin. in 6. adeo quod propter delictum vnius tota terra ſubiicitur interdicto. glo. fin. in cap. ſicut domini. 16. quęſt. 7. Si regentes ciuitatem delinquunt, quid de abſentibus. Ioan. And. in cap. ſi ſententia. nume. 4 de pœniten. & remiſſio. in 6. & ſi non conſtat qui ſint nocentes, & qui innocentes, tunc propter difficilem ſeparationem, omnes puniuntur. Pau. de Caſtr. in conſi. 78. poſt numerum 7. primo volum. etiam paruuli propter atrocitatem delicti interficiuntur, inquit Lucas in l. vnic. colum. 4. poſt principium. C. vt armo. vſus. ſubditi qui non delinquunt. capi. vbi. §. porro. de electione. non delinquẽtes propter delinquentes. Innocen. in cap. quia propter. nume. 8. circa medium. eodem tit. de electione. & pro peccato vnius punitur alius infamia, ſeruitute, & corporaliter. Idem Innocen. in cap. grauem. nume. 3. de ſenten. excom. In propoſito illud, Syon quaſi ager arabitur, & Hieruſalem quaſi aceruus lapidum erit. Micheæ. 3. in fi. domus diruitur. l. ſi is. ff. com mu. diuid. perditur. §. ſi quis in ſua. & ibi glo. prim. Authen. de eccleſ. tit. ędes, quaſi deliquiſſe videntur cum decidunt. l. ędium. in glo. 3. ff. de pęculio. eccleſia raſis parietibus reędificatur. capit. eccleſiam, lo ſecundo. de conſecra. diſtin. prima. conflantur thuribula in quibus alienus ignis eſt oblatus. cap. & dixit. de conſecrat. diſtin. ſecunda. interimitur animal. Deuteronomio. capit. 13. cap. eccleſia. prima quæſtio. 4. Pariſ. de ſindicatu. in verb. iudex. cap. pri. num. 20. punitur res inanimata. cap. 2. in fine. prin. vbi gl. in ver. locus. de hæret. in 6. Lucas ponit ſimilia in l. quoniam. C. de curſu publ. in l. 2. col. pri. cir. finem. C. de paſcu. pub. Lud. de Mol. de Hiſpa. primogen. lib. 4. cap. vndecimo. nume. 71. & morti pōt ciuitas multis modis. Bal. de pa. Conſt. in ver. imperialis. poſt num. 8. Quædam pro & contra affert Lucas in l. vnic. in pri. C. ſi curialis relicta ciui. &c.

Facit pro alia parte, quod ciuitas eſt res inanimata, & ſic non poteſt delinquere, vel mereri: ſicut nec res inanimata ratione carens, niſi dicatur ciuitas, ideſt homines ciuitatis & habitantes in ea, tūc videtur ciuitas facere; ex quo homines communiter ſunt culpabiles facto conſenſu & taciturnitate. & faciant tanquam corpus; & non vt ſinguli, quando communicato concilio faciunt. Zabar. in clem. pri. in ver. ciuitas in prin. num. 3. & in fin. de pœnis. aliqui de vniuerſitate, quòd non poſſit accuſari, puniri & excõmunicari. capit. delictus, lo 2. in verb. officialibus ſic. circa medium. de ſimo. non poteſt excõmmunicari, ſed interdici ſic. not. in cap. ſi ſententia. de ſent. excommu. in 6. licet in aliquibus æquiparentur. glo. pri. in cap. præſenti. eodem titu. Propriè tamen excommunicatiò & ſuſpenſiò referuntur ad homines, interdictum ad loca. not. in cap. penult. de verborum ſignificationib. in 6. & ratio recta non patitur, vt innocentes ad paria cum nocentibus iudicentur, in extrauag. commu. vni. in prin. de relig. domin. & alterius crimen nocere innocenti. cap. multi. in gl. 2. pri. quæſtio. pri. Immò, abſit a te domine, vt perdas iuſtum cum impio. Gene. capitu. 18. cum non debeat alterius culpa alter ſubiacere diſpendio. l. fi. C. de cenſi. & cenſito. peccatum vnius, non imputatur ſocio, ſi ei diſplicet, & admonet. glo. fin. in cap. dominus. pri. quæſtio. pri. ſed dic, quòd homo ſignificat locum. gloſ. penult. in cap. placuit. de conſecra. diſtin. pri. locus quando interdicitur, ſunt interdicti & ſuſpenſi homines, & non locus, cum ſit res inanimata. capi. fi. in ver. inanes. circa medium. de exceſſi. pręla. locus non ſanctificat hominem glo. in cap. presbyterorum. in ver. cęnobiis. 56. diſtinct. ſed homo locum. Lucas in l. pri. in princi. C. de agenti. in rebus, ſicut ſabbatum propter hominem factum eſt, & non homo propter ſabbatum. Mar. 2. in fine. cathedra nō facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram. cap. ſiua. 4. diſtin. in extrauag. Ioan prim. in ver. ſedem apoſtolicam. de electio. non pro locis res, ſed pro rebus loca amanda ſunt. cap. nouit. 12. diſtinct. propter Deum ſcripturæ ſanctæ ſunt, & nō Deus propter ſcripturas. cap. ſi aliqua 22. quæſt. pri. lupanaria non infamant caſtitatem, ſed caſtitas etiam etiam loci abolet infamiam. cap. 2. 32. quæſt. 5. ſtatus non dicitur habere perſonam, ſed perſona ſtatum, vel gradum. glo. in extrauag. Ioan. pri. in ver. haberet. de verborum ſignificationib. vnde interdicitur locus, perſonæ verò excommunicantur. In extrauag. Ioan. viii. in ver. perſonas. & in uer. huiuſmodi. de torneamen. & ſicut unus punitur propter alium. l. cũ exceptione. §. in hac. ff. de eo quod metus cau. etiam pupillus, in deteſtationem criminis. l. iura. ubi Lucas in prin. C. de fabricen. Afflict. quæ ſint rega. in uer. & bona committentium crimen. poſt numerum trigeſimumquartum. ita frequenter unus ſatisfacit per alium. glo. in cap. prim. in uer. ſanctificatus. 28. quæſtio. prima. & perit iuſtus pro impio pœna temporali, ſecus in ſpirituali. glo. fin. in cap. 2. de his quæ fiunt a maiore parte. cap. in ſancta. in fi. de conſecrat. diſtin. prim. gl. in reg. non debet. circa medium. de regu. iuris in 6. & in cap. ſi quis 23. quæſtio. 4. hoc modo tota domus punitur, propter delictum unius. Bald. in conſil. 178. circa finem. quinto uolum. & labores impiorum iuſti edunt. glo. in cap. uni. in uer. publicatis. de ſcilmaticis. in 6. punitur filius pro delicto patris. no. in clemen. prim. de pœnis. & ciuitas, adeo quòd ciuitatis nomen, nec Epiſcopatum abſque licentia recuperat ſpecialit. in extrauag. commu. uni. circa finem. de ſciſmaticis, & ita rei inanimatæ ſententia datur. Lucas in l. originarios. poſt prin. C. de agri. & cenſi. ſuſpenditur eccleſia p p contemptum Epiſcopi. cap. irrefragabili. §. cęterum. in uer. ſuper hoc. circa finem. de offic. ordina. prohibetur ubi celebrari. c. non eſt de ſponſal. deſeruntur uelamina. cap. Agapitus. de conſecrat. diſtinctio. pri. Alienus ignis oblatus, quid ſignificat. cap. inter hæc, lo pri.
17 de pœniten. diſtinct. 3. interimitur animal, ne facti memoriam reticet. cap. quis aliquando. in uer. cõfitere. de pœniten. diſtin. pri. cum debeat dolere ſuper peccatis dimiſſis. cap. ſi apoſtolus. de pœnit. diſtin. 3. euellitur locus, ne in aſpectu mentis apponat, quod ſępe quiſque ibi geſſit. cap. uales. interdum.

dum.81.diſtinct. & ideo punitur res inanimata.c.
2.in ſi.princip.vbi glo.in verb.locus.de hæreticis.
in 6. Ratione publicę vtilitatis ex delicto prælati,
confiſcantur bona eccleſiæ. Aluar. hic colum.3.cir
ca princ. & eſt caſus mirabilis, in quo eccleſia pa-
titur damnum propter culpam prælati. Præpoſit.
hic,num.2. quæ ſi deſtruitur vel annihilatur,feu-
dum quod tenet aperitur domino. l. prima. ff.de
portio.quæ libe.damna.Iſer.hic nume. 23. cir.fin.
Cap.in ver.feuda amittuntur.ibi,ſexageſimoquar-
to, & hnc quando fit propter delictum. Bald.in
conſi.321.4.vol.

An autem caſtrum dirutum vel ciuitas euerſa,
perdat priuilegium.Innocen.in cap.2.de nuui ope
ris nunciat.quod ſic.Intellige ſi ſententia ſuperio-
ris eſt deſtructa.Bald.in conſi.368.numero ſecū-
do.primo volum. eccleſia ſi eſt deſtructa, de iure
deſinit eſſe eccleſia, ſi de facto,aut eſt translata ad
alium locum, & videtur durare, aut non, & tunc
durat habitu,ſed non actu. Idem Bald. in conſilio
309.num.2.tertio volum. Inde dubitatur,ſi rcędi
ficata ex veteribus lapidibus, dicatur iuriſpatrona-
tus primi conſtituentis,vel reæficantis. glo. pri.in
c.3.de iu.pa,quòd ſic,ſi amittit priuilegiū, & quid
in monaſterio.glo.in cap. & hoc diximus.in verb.
deſtructa.16.quæſt.7.glo. fin.in cap. Abbate ſan-
cti Syluani.de verborum ſignificationib.in reg.pri
uilegium.in glo.2.circa medium.de reg.iuris.in 6.
Et quod obuenit collegio ex collatione ſingulorū
repetitur eo diſſoluto, ſecus ſi legetur ciuitati, vel
collegio.gloſſ.fin. in l.pri.& 3.de colleg.illici.Lu-
cas in l.3.in 3.quæſtio.poſt principium.C.de qui-
bus munc.vel præſta.nam quod relinquitur eccle
ſiæ vel collegio, regulariter præſumitur perpetuū.
Pau.de Caſt.in conſi.368.circa finem.pri.volu.ſi-
cut priuilegium.Innoc.in c.duo ſimul. in princi.de
offic.ord.

18 Quid ſi eccleſia vel collegium poſtea reſtitua-
tur per Papam,an redeunt iura prædicta.l.& Atti-
licinus. de ſeruit. ruſticorum prædiorum.Bald.in
conſi.322.nume.4.quarto volum.& an recupera-
bit alienata. Afflict.hic nume.16.clerici verò diſſo
luta eccleſia, vel ab ea recedentes, an recuperent
bona.cap.quod a te,cum ibi not.in glo.fin.de cler.
coniug.§. ſi quis autem.in ver.& nihil.& §.ſi verò.
Autheo.de monachis facit.glo. in cap.quoniam.in
ver.expellatur.poſt medium.de ſimo.ca.prim.17.
quæſt.4.glo.1.in cap.nullo.19.quæſt. 2.glo.in l.
2.in ver.non,quod cuiuſque vniuer.nomi.Bona ve
19 rò acquiſita per ingreſſum, non reuocantur,licet
ingreſſus efficiatur ſecularis.l.fi.§.huius. C. de E-
piſco.& cleri.& grauatus per fideicommiſſom da-
re collegio,quod demum diſſoluitur,remanet pe-
nes legatarium.l.pater filium,§. Tuſculanus,de le
gat.tertio.

Quid ſi eccleſia transferatur de vno loco ad a-
lium,quod quandoque fit.glo.in cap. eccleſias.&
in cap.ſi quis vult.16. quæſt.7. an idem erit rector
eccleſiæ,nec damnificatur dominus. licet Iſe. hic
nume.25.arguat in contrarium,de l. quid ergo.§.
ſin autem.ff,quibus modis vſusfru.amit. & l.quód
in rerum.§.fin.de legat.primo.ſed reſponde vt per
eum,per l.cum.quid ſi certum peta.Si vnitur cum
alia,quod poteſt authoritate ſummi Pontificis.l.v-
nic.vbi Bar.C.de metropoli. Beri.qui eſt dominus
eccleſiarum, nam ſuas dicit eccleſias,in ca. ſecun-
do, 97.diſt.quod ſignificat dominium. l.a.§.nam
cum dicat.de relig.& ſum.fune.&retinet omnia iu
ra ſua, & ſortitur priuilegia alterius.Iſern.hic poſt
numerum vigeſimumſeptimum. ſicut ciuitates cō
ſumptæ,a muris,vel alia refectione, habent digni-
tatem & nomen,etiam quod de facto non habeát
ſedem ſuorum antiquorum. Bald.in §.præterea, ſi
inter duos.nume.vigeſimoſecundo. in fi.de probi.
feud.alienat.per Fred.& non cenſentur, quæ ſunt
vnius eccleſiæ dari alteri.cap.priuilegia.& cap.in
ſtitutiones.cum ſeq.& ca.quod verò. 25.quæſt.2.
quia dicitur poſſe,quod ſine peccato poteſt.ca.ſa-
ciat.22.q.2. Et licet vocetur dñs,vt ſup.ita ét Gloſ-
ſator dicit,eſt gloſ. mea, & coloni dicunt.eſt ager
meus. Iſern. quæ ſint regalia.in uerb.& dimidium
theſauri.num.93.in fi.ante addi.& vxor vocat ma-
ritum dominum.l.Lucius,la ſecund.§.quę marito,
de leg.2.

20 Quid ſi eccleſia habens feudum unitur alię,nū-
quid incorporatur feudum cum aliis bonis.Præpo
ſit.hic num.3.& videtur quòd non:nam maior eſt
vnio uiri & uxoris, quàm duarum eccleſiarū,quia
quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.cap.inter
corporalia. & cap.quanto. de translat.epiſco.uxor
quando tranſit cum bonis dotalibus in dominum
uiri,non confunduntur,nec deſinunt eſſe in domi-
nio uxoris.l.in rebus.C.de iure dot.ita & in eccle-
ſia. Item unio prędicta habet tacitam conditionē,
quòd ſi eccleſia uel religio cui facta eſt unio, eſt
delapſa,res reuertatur in priſtinam cauſam.l.fin.C.
de dilatio. multa Iſern. hic ante & poſt numerum
trigeſimumtertium. Iſtam partem, quòd eccleſia
unita non mutet naturam ſuam, ut in monaſterio
facta capella,tenuit Innocent. & Hoſtien.& refert
Iſern.hic ultra quòd certi modi ſunt perdendi feu
dum,toto tit.quibus modis feud.amitta. & tamen
inter illos non eſt unio, translatio, & incorpora-
tio,ſicut in l.obligationum. §.plane.de actio.& o-
blig.l.patre furioſo.de his qui ſunt ſui uel alien.iu.
Nec eſt facienda differentia in datione tacita & ex
preſſa: nam ea tempore præſumetur aliquid eſſe
debitum.gl.in c.illa.in uer.intelligi.in fio. 12.diſt.
unde ſi tenetur feudum per 30.annos,pręſumitur
inueſtitura.l. 2.in gl.C.de iure emphy.& ſi eſt præ
ſtitum ſeruitiū minori tempore,tribuit ius in poſ-
ſeſſorio.l. Herennius.de decurioni. ſequitur.Idem
Iſer.infra tit.pri.poſt nu.9.per l.uxori.i.§.Scorpiū.
de uſofruct.leg.l.cum de in rem uerſo.ff.de uſuris.
l.quidam.& l.Sticho.de uſufru.lega.l. pri.C.de fi-
deicommiſ.

Contrarium tenuerunt alii,per cap.recolentes.
in fin.de ſtatu monacho.& probatur in rei uxoriæ
actione,translata in actionem ex ſtipulatu. l.pri.C.
de rei uxo. actio.adeo quod nullum ex priſtino iu
re ſupereſt ueſtigium.Iſer. hic.Inſuper translati a-
mittunt iura prioris ciuitatis.Lucas in l.4. circ.fin.
C.de iure fiſci.& a monaſterio priuilegiato mona
chi,ſi ſe transferunt ad loca ſubiecta,ſunt ſubiecti
quouſque ibi manent,cap. primo.§. primo.de pri-
uileg.in 6.

Nec dubitatur, quod Papa de plenitudine po-
teſtatis habet facultatem uniendi & transferendi,
ſicut ſibi uidetur.cap.nulli.12.queſt.2.Immo quę
libet prelatus in ſua dioceſi & perequator, poteſt
detrahere habenti fertilia, & dare ſterilia habenti.
l.omne.C.de cenſi.cenſi.& perequa. flumina uoe
cenſitorum ſunt.l.ergo.§.alluuio.ff. de acquirend.
rerum domi.Iſer.in §.quod autem.colum.fin.poſt
principium.

principium. de controuer. inueſtit. & eum ſciebat vel ſcire debuerit hanc poteſtatemqui dedit, debuit ſibi præcauere, quòd perpetuo ſit illius eccleſiæ. cap. quæ ſemel. 19. quæſt. 3. Et dictum in vxore non procedit, quia non eſt domina. glo. in l. 3. §. ergo. in verb. patrimonium. circa principium. ff. de minori. vel dicitur domina ratione futuræ ſpei, ſed non conſtante matrimonio. glo. prim. in l. aliquando. ff. ad Velleian. propter ſpem & non rem. l. 3. in gloſſ. C. de iure dot. & dicitur domina iure natura li, quia ex eis alitur propter promiſcuum vſum, ita vt nihil deſit præter ad miniſtratio. Loffred. in conſil. 42. ante & poſt numerum decimum. Intellige tamen, niſi vnio prædicta fieret collegio reprobato, quia non valet: nam depoſiti & reprobati loco mortuorum ſunt. l. quoties. in fi. de nouatio. vel eſſet damnatum collegium crimine hęreſis, pro quo non poteſt etiam comparere ſine dedecore. Dictum eſt, dicit Iſern. in cap. qui clericus. ſi de feud. fuerit contro. licet ſi epiſcopi cum toto populo labantur in hęreſim vel ſchiſma, nihilominus illę eccleſiæ honores retinent. Innocent. in ca. inter quatuor. in prin. de maio. & obedien. nam delinquens conueniendus eſt, non eccleſia: ſicut in ſeruo, quia monachus ſeruus dicitur. Ioan. And. in capit. quia. numero decimo. de electio. in 6. & tunc rediret ad dominum: cum de facili res redeat ad naturam ſuam. l. cum loca. de relig. & ſump. fune. & non ad Papam. Nam licet ſit domino conſecratum, & Papa vicarius Dei, cuius eſt terra, & plenitudo eius. Pſal. 23. & pater ſuccedit filio contra votum. l. Iulianus. circa finem. ſi quis om. cau. teſtam. Iſern. in cap. ſi quis miles. nume. 2. circa medium. impera. Lotha. illud procedit de iure diuino, quo Deus nō vult agros hominum, ſuus enim eſt orbis terrę & plenitudo eius, ſed imola Deo ſacrificium laudis. Pſalm. 49. Deus Déorum. facit regni conſtit. prin. circa finem. vltra quòd in feudo nullus cogitat de parentibus ſpiritualibus. & illa extra ordinaria facit Papa, quando ſunt neceſſaria, ſicut ſi aliter tumultus ſedari non poteſt. l. penultima. ff. de ſicariis. l. ſi quis filio. §. ſi autem. ff. de iniuſto rupto & irrit. teſt.

Quid ſi prælatus eſſet omnino deponendus, & infeudat, an valet eius infeudatio. Bald. qui ſucce. teneant. lo ſecundo. num. 2. in fi. nam recipiuntur quædam, licet damnetur in reliquo. glo. vltima. in cap. fin. 24. quæſt. 2. ſecus ſi feciſſet poſtea: nam facta per Fredericum poſt excommunicationē, fuerunt declarata irrita. Lucas in rub. in fin. C. de auro corona. maxime, quia cauſa fuit grauis, prout præſumitur: nam Papa ex leui cauſa non poteſt deponere Imperatorem, ne turbetur vniuerſalis ſtatus Chriſtianitatis. Iacob. in verb. & cum pacto. nu. 2. circa medium. ſed neceſſitate cogente poteſt diſpenſare, & bene ordinare de omnibus, ſicut Epiſcopus de eccleſiis ſuæ diœceſis. cap. mutationes. 7. quęſtio. prim. cum ſit Dei vicarius, & nihil fit in terra ſine cauſa. Iſern. quę ſint reg. in princip. poſt nume. 7.

Quid ſi populares delinquunt? dic quòd ciuitas non amittit feudum, ſi alia pars nobilium non ſit in culpa. Cur. in tract. feud. in 4. par. pri. in princ. in 14. quæſt. num. 16. ſicut ſi dimidia pars vniuerſitatis delinquit, non amittit feudum, nec delictum primogeniti obeſt ſecundo, nec ſubſtituti ei, qui ſubſtituit, & ſocio habenti feudum indiuiſum. ad dit. ad Odoffred. in Summa, ad quos feud. reuerta. quando amittit. in ver. nota. nec prælatus intruſus obligat eccleſiam. Zabar. in clemen. pri. in ver. terra. poſt numerum quintum. de pœnis. Si eſt bene inſtitutus & delinquit: aut bona ſpectāt ad menſam eccleſię, & nullo modo confiſcantur, aut ad menſam prælati & capituli, & tunc pro parte tantum pręlati, & ad eius vitam. Et cum iſta diſtinctione conſtitutio iſta tanquam ęqua, in vſum fere vbique recepta eſt. glo. Pariſ. tit. prim. §. 30. nume. 75. & quia communitates poſſunt excommunicari. Aluarot. in §. item, quęcumque. num e. pri. de ſtatu. & conſu. contra liber. eccleſ. ſi baro cuius terra eſt interdicta, habet partes in diuerſis prouinciis, vel poſt interdictum nouam terram acquirat, an ſit interdicta. Io. And. in c. ſi ſententia. poſt num. 2. & 3. de pœn. & remiſ. in 6.

De controuerſia inter maſculum & fœminam. Tit. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Controuerſia, quæſtio, & lis quæ ſint.*
2 *Maſculum & fœminam coarctauit Deus ad generationis opus.*
3 *Meum & tuum, turbauerunt hominum otium.*

AD RVBR.

1 CONTROVERSIAM) Habemus, & quæſtionem. Alexand. in l. cauſas vel lites. num. 5. C. de tranſactio. litem & controuerſiam. Pau. de Caſt. in l. diuus. in noua repe. num. pri. de pet. hæred. Controuerſia eſt ante litis conteſtationem. gl. pri. in d. l. diuus. lis efficitur per conteſtationem. l. non ſolū. §. ſi ſtatus controuerſiam. ff. de procura. & dicitur, ſiue ſit quæſtio de facto, ſiue de iure. Alexand. in l. clam poſſidere. num. 6. de acquir. poſſ. hæc quia ſolet eſſe inter maſculum & fœminam de beneficio,
2 de ea ponitur hic: nam licet maſculum & fœminā creauerit Deus. Geneſis pri. & vtrumque eorum coarctauit Deus ad generationis opus. §. neque il-
3 lo. Authē. de trien. & ſemi. meum, tamen & tuum turbauerunt humanum otium, gl. 2. in c. dilectiſſimis. 12. q. prim. propterea quilibet appetendo bonum. Iſern. in §. ſed & plorex. num 8. in fi. per quos fiat inueſti. mouet controuerſiam. l. Lucius. §. tres hęredes. ad Treb. quę alibi impetus dicitur. l. flumī num. §. vitium. in ver. controuerſiam. de dam. infe. ideo quod per furorem accidit impune admittendum puto. l. fi. in fi. de aduin. tuto.

SVMMARIVM.

1 *Item, eſt continuatiua dictio.*
2 *Scientia experimentalis quæ.*
3 *Hoc tale, plus poteſt quàm hoc ſimplex.*
4 *Negantis factū nulla eſt probatio, ſed propter præſumptionem transfertur onus probandi in negantem.*
5 *Oſtendere eſt ſpeciem ſeu faciem rei demonſtrare.*
6 *Sacramentales, id eſt teſtes deponentes per ſacramentum*

mentum credulitatis, ſi de ueritate, ſufficerent duo.

7 *Fęmina dicitur agnata, & de familia.*

8 *Feudum eſt ſeruitus, & ſeruitus non habet cauſam naturalem ſed impoſitiam.*

9 *Sacramento illius deciditur cauſa, qui pro ſe prę-ſumptiones induxit.*

10 *Item, aduerbium, quaſi iterum, idem, ſimiliter.*

11 *Emere libere & iure proprio poſſidere intelligitur in burgenſaticum.*

12 *Litium finiendarum triplex eſt remedium.*

13 *Magna pars, ideſt maior.*

14 *Præſumptio inſurgit ad alia bona, ratione maioris partis exiſtentis in certo loco.*

15 *Alibi, ideſt in alio loco.*

16 *Feudum præſumitur, ſi magna pars eius quod poſſi det eſt feudum.*

17 *Ratione partis præſumitur totum.*

18 *Priuilegium maioris eccleſiæ, trahitur ad eccleſias ſibi ſubiectas.*

19 *Seruitium ſi non conſtat pro quibus bonis pręſte-tur, præſumitur pro toto, niſi probetur pars.*

20 *Cenſus ſoluitur in parua quantitate, reſpectu fru-ctuum, & fit diminutio in ſexta.*

21 *Prouincia unaquæque ſuo ſenſu abundat.*

22 *Utile dominium habens præfertur directo, donec declarat ius ſuum.*

AD §. ITEM SECVNDVM.

1 ITEM) Eſt hæc dictio continuatiua.
Cur. in l. 2. §. item ſi extra. nu. 3. ff. de
iud. Sciendum eſt.) Scientia, experi-
mentali multarum occaſione cauſa-
2 rum. c. pri. in quib. cau. feu. amit. ſicut filius Dei di-
dicit ex his quæ paſſus eſt, obedientiam. ad He-
bręos. 5. Quod ſi inter maſculum & fœminam con
trouerſia fuerit.] L. pri. §. fi. ff. de præto. ſtipulatio.
3 Maſculo dicēte, hoc eſt feudum.] Poteſt plus hoc
tale, quàm hoc ſimplex. gl. in cle. 2. in verb. pacta.
poſt med. de ſepulturis. Fęmina negante.) Ex cu-
4 ius negatione nulla eſt probatio, ſed propter præ-
ſumptionem transfertur onus probandi in negan-
tem. Inn. in cap. cum in iure. poſt num. 4. de offic.
deleg. Niſi apertis probationibus.) Alibi apertiſſi-
5 mis documentis. l. fin. C. de probationib. Fœmina
oſtenderit.) Speciem ſeu faciem rei monſtrando.
Grammat. in ver. oſtendo. Non eſſe feudum, cre-
ditur maſculo cum ſuo iuramento, affirmanti.) Et
licet interdum plus creditur affirmanti, tñ, quãdo-
que plus neganti. Afflict. ſi contro. fuerit inter do
6 mi. & vaſa. in 7. not. poſt numerum. 9. hic iurat, Cũ
duodecim Sacramentalibus.) Ideſt teſtibus depo-
nentibus per ſacramentum credulitatis. Aluar. hic
colum. 2. cir. finem. nam ſi deponerent de veritate,
ſufficerent duo idonei. Præpo. hic poſt medi. Sed
7 ſi inter dominum & fęminam.] Quę dicitur agna-
ta, & de familia. Fre. de Subfeu. lib. 2. ibi, quinqua-
geſimoſecundo. nume. 4. Fuerit ſupple, (contro-
8 uerſia,) Domino dicente feudum. Quod eſt ſerui-
tus, & non habet cauſam naturalem ſed impoſiti-
tiam. Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 3. §. 4. ibi, a-
pres le dicte homage. num. 17. Fœmina negante,
probationibus deficientibus.) Si alia adminicula
ſuffragãtur. c. per tuas. lo pri. de ſimonia. & proba-
uerit aliquid quod moueat iudicem ad dandum ſa
cramentum. Prępo. hic nu. pri. in pri. Detur fœmi-
9 nę ſacramentum.) Et ſic ſacramento illius decidi-
tur, cauſaque pro ſe pręſumptionem inducit. Alua.
10 hic nu. pri. in fi. Item.] Eſt aduerbium, quaſi iterũ,
idem, ſimiliter. Grammat. in verb. item. Si ſit inter
dominum & emptorem feudi, ſi emptor dicat non
11 eſſe feudũ.] Sed emiſſe libere, & iure proprio poſ-
ſidere, in burgenſaticum, a nemine recognoſcẽdo.
Affli. de feu. non haber. propriam feu. natu. nu. 8.
9. & 10. Domino in probatione deficiente, ſacra-
12 mento emptoris finiatur.) Nam litium finienda-
rum triplex eſt remedium, ſententia, tranſactio, &
iuſiurandum. gl. pri. in l. pri. ff. de iureiu. c. inter fi-
lium. ſi de feu. defun. milit. contro. feu. Quidam ta-
men diſtingunt.) Et refertur etiam ad ſecundam
partem, ſecundum Iſer. & Iac. de beluiſo. Præp. hic
col. 2. cir. fi. vi ſi Magna.) Ideſt maior Pars. Aluar.
13 hic col. 3. cir. medi. Eorum quæ vaſallus ibi tene-
bat, feudum ſit.] Quia inſurgit præſumptio ad a-
14 lia bona, ratione partis exiſtentis in loco. Aluaro.
hic num. 2. vbi gl. fi. & Præpo. cir. pri. Detur domi-
no ſacramẽtum. Alibi.) Aliter, in alio loco. Gram.
in ver. alibi. Fœminę.] Et ſic redit ad primam & ſe
15 cundam partem.

Declarato textu, pro dubio videbatur dicendũ, quòd cauſa non debeat decidi iuramento, ſed attenditur vetuſtas quę ſemper pro lege habetur mi nuendarum ſcilicet litium cauſa. l. 2. in pri. ff. de aqua pluuia arcen.

Secundò, iuramentum non tollit ius commune. Iſern. in §. item ſacramenta puberum. nume. 41. circa medium, de pace iuramen. firm. de iure communi veritas rei debet inquiri, & non emendicatis vti ſuffragiis. vt i leg. ſinguli. C. de accuſ. ſucceſſiue, non iuramentis, ſed probationibus vel confeſſionibus debet conuinci. l. qui ſententiam. C. de pœnis.

Tertiò, litigantes non debent grauari ex alieno facto, not. in c. ſi is cui. de offic. de lega. in 6. modo fuiſſe conceſſum in feudum vel allodium, totum vel pro parte, fuit factum alienum, quod eum præſumatur ignorare. l. verius. ff. de probatio. non debet anceps ſubire periurium. l. videamus. ff. de in litem iuran.

Vltimò, ratione partis præſumitur totum integrale. Bald. de contentio. inter me & domi. de portio. feu. poſt principium. vnde etiam quòd para ſit feudum, & ex ea præſumatur ad aliam, eſt præſumptio, & ex præſumptionibus nemo damnatur. l. abſentem. de pęnis.

His non obſtantib. ſeruatur contrarium. Et ratio eſt, quia ſicut quis præſumitur bonus vel malus propter partem. Bald. in conſi. 95. nu. pri. poſt med. prim. volu. aliàs particula ſuo non conueniret vniuerſo, quod canon abhorret. ca. quæ contra. 8. diſt. ita in re indiuiſibili & toto integrali, nam totum præſumitur feudum ratione partis, & ratione vnius temporis, præſumitur ius competere in alia parte. Bal. in §. cum autem. poſt nu. 2. de cont. inueſti. & iuramentum hoc tanquam ſuppletorium. c. fi. de iurei. defertur illi pro quo eſt pręſumptio. Bald. in conſilio 246. ibi, porro. ſecundo volumine.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam vetuſtas attenditur, quando conſtat, aliàs iudex ad quem ſpectat lites dirimere. l. quidam. ſi certum pet. procedet vt hic.

Secundum non obſtat, nam immo eſt ſecun-

dum ius commune,ex quo index conſiderata qua
litate perſonarum, informabit animi ſui motum
etiam ex delatione iuramenti. Bal.in conſi.122.&
123.2.volu.

Tertium nõ obſtat,nam ſacramentales ſunt ex-
purgatores iurantes de conſcientia. Bald.in capit.
ſecundo.numero ſecundo. ſi de inueſtitu.inter do-
min.& vaſal.lis oria, & non coguntur præciſe aſſir
mare,ſed ita credere vel non. Iſer.in capit. primo.
in verb. & iurabit. circa finem. de conſuetudin. re-
cti feud.

Vltimum non obſtat,quia ex præſumptione ſo
la nemo damnatur,niſi ſit violenta. Afflictus in §.
cum autem,numero primo,de controuerſ. inueſti.
16 & ſic firma remanet concluſio, quòd feudum præ
ſumitur, ſi magna pars eius quod poſſidet, eſt feu
dum. Item ſi conſtaret in genere habuiſſe bona
feudalia talis,& requiſitus vt oſtendat pro quibus
bonis præſtat homagium, non facit: vel ſi probe-
tur anteceſſorẽ habuiſſe illa bona in feudum,prę-
ſumuntur eodem iure perueniſſe ad hæredem. Ita
ſi eccleſia conceſſit iuriſdictiones ſiue penſiones,
in dubio cenſetur conceſſiſſe in feudum. Alciat.de
præſumptio.in tertia præſumptio. ſecundæ princi
pa. fallentia tertia. vſque in finẽ.Idem ſi dubitatur
de latitudine prædiorum: nam præſumitur, quòd
totum ſit eiuſdem qualitatis, vbi nullæ apparent
notę diuerſitatis. Afflictus, & Baldus in dicto §.
cum autem. nume. 4.& poſt: nam reliquiæ feudi,
iure feudorum cenſentur. Pernus in ſecundis nota
bil.in fine.ſicut qui habitat in terra Regis, præſu-
mitur vaſallus Regis. Afflictus in conſtitu.proba-
tionem. poſt numerum 16. quæ probatio.in cauſ.
homag.

Limita tamen,quando magna pars eorum quæ
vaſallus ibi tenet, eſt feudalis: alias ſi burgenſati-
ca ſecus.Afflict.in dicto §. cum autem.numero ter
tio.in fine. & hic in quarto notab. numero ſexto.
& 26.vſq; ad 27.vbi diſputat ad partes,nec proce
dit in præſtatione annua debita a Barona eccle-
ſiæ, quę non oſtenſo alio titulo reſpectu eccleſię,
non pręſumitur feudum reliquum ius percipien-
di fructus citra cenſum, reſpectu baronis præſumi
tur feudale.Cam.in capit. Imperialem,cap.39.co-
lumna ſecunda.circa finem.de probibit.feud. alie
natio. per Frederic. vnde pro feudo quod ab ali-
quo tenet eccleſia,non debetur fidelitas.leg. quar
ta.de feud.& benefic.Imperiali.in extraordina. &
ſi habet iuriſdictionem in loco, tanquam perſona
laica, debet exerceri per laicos, non per clericos,
etiam in mere ciuilibus,& ab eis ad iudices ſecula
res regios appellatur.gloſſ.Pariſ.tit. primo.§.qua-
dragemoſecundo. numero vigeſimoprimo. neç
procedit, ſi vaſallus iuxta rem feudalem emit aliã
ei coniunctam, nam tunc ſi per ſe ſtat non cenſe-
tur iure feudi.§. econtrario.vbi Bald. numero pri-
mo. de inueſtitu. de re aliena. facta. vnde ſi vicina
prædia ſunt feudalia,incumbit probatio poſſiden-
ti, quod eſt allodium: ſi tenentes vendunt libere,
incumbit probatio domino, nec præſumitur feu-
dum quod eſt iuxta feudum. Afflict. in deciſion.
267. numero tertio. & poſt numerum ſextum.li-
cet poſſet eſſe ſubiectum feudo,tanquam burgen-
ſaticum,ſi apparet de titulo. Cam. vbi ſupra. co-
lumna ſecunda.poſt principium.Pernus in d. con-
ſi.15.poſt prin.

17 Nota, quòd ratione partis pręſumitur totum
l.quę de toto. de rei vendicat. & inſurgit pręſum-
ptio pro toto,& de qua parte intelligatur. Aluaro.
de controuer.inter me & domi.pręſumitur pro re
ſiduo. Idem Aluarot. hic numero ſecundo. circa
principium. & poſſeſſio inducit præſumptionem
pro vaſallo poſſidente. Aluarot. in capitu. nume-
ro ſecundo. de cont. inueſt. & ratione partis poſ-
ſeſſę per vaſallum,debet obtinere in alia parte. Idẽ
Aluarot.in dicto §.cum autem.numero primo.an-
te & poſt.& nume.ſecund. de controuer. inueſtit.
nam quando totum vel maior pars eſt feudalis,om
nia præſumuntur feudalia, niſi contrarium probe-
tur.Curt.in tracta. feud. in ſexta quæſtio. ſecundæ
par. princip. dum tractat de inueſtitura laicorum.
ris vel rei, nam debet hæres de nouo citari. Afflict.
in conſtitu.citationis literæ, in 5.quæſtio.num.21.
& primo loco circumducta non admittitur actor
ad ſecundam, niſi refectis expenſis caueat de com
parendo in termino in citatione præfixo. Afflict.in
conſti.accuſatorum, num.2.in fi.& 4.nota, poſt nu
merum 7.de deſiſten.ab accuſa.facit cap.1.in poſi.
caſus, de dolo & contuma. in ſexto. nam maior eſt
contumacia actoris quàm rei.glo.fina.in cap.cau-
ſam quę. de dolo & contuma. & poſſit iudex non
facta inſiſtentia per actorẽ, facere illi gratiam con
tumaciæ, & in diem alterum expectare honeſtum
eſt.cap.conſuluit.vbi glo.in ver.æquitate. & ſequẽ.
de offic.delega.ſicut quando dies aſſignata cadit in
feriatam, debet comparere die ſequenti. Afflict.hic
num.22.circa med.& ſic ſi actor vltima die adeſſe
neglexerit.l.prima, C.vt infra certum tempus, &c.
cum non ſit neceſſaria præſentia, non fit cõtomax.
l.properandum.§.& ſi quidem. C. de iudiciis.reus
poſſit comparere per ſe, vel per alium, ſi qualitas
cauſæ non repugnat.l.poſtulare. ff.de fideiuſ.nomi
na.& hære.tuto.tunc præconizatus in curia, ſi non
venit vel mittit, accuſatur contumaciæ, nec ad hoc
ſunt immutata verba, accuſo contumaciam, ſed con-
ſideratur effectus, ſicut in aditione hæreditatis.l.fi
na.§.nos itaque. C. de curato.furio. Iſern.hic poſt
num.11.& 12.& quod fiat in die ſequenti, quan-
do dies ſtatuta cadit in feriatam, non excludit hũc
caſum, nec verba omnino repugnant. l.talem.§.fi.
ff.de hæred.inſtit.nam in caſibus non expreſſis a iu
re, vbi eſt ratio ſimilis, regula facit ius. Ioan. And.
in rub.circa fin. de regu. iuris, in 6.cap. ſuper eod.
vbi gloſ. fina.de parochi. & alienis paroch. ſi reus
comparuit & ſtetit per dies quindecim, licẽtiatur,
nec tenetur comparere ſine noua citatione.l.aiqui.
§.ſi quis. ff.quod vi aut clam. & imputatur actori,
quare tanto tempore non propoſuit. Iſern.vbi ſup.
& citatus ſi fuit cõtumax, amplius citatur, niſi fue-
rit citatus in tota cauſa. Zabar.in clem.ſępe.in ver.
non ſic, nu.7.de ver.ſign.

Inde ſumpta occaſione quærit Iſer. ſi fertur ſen
tentia contra abſentem, an is in cuius territorio
ſunt bona, teneatur exequi? dic quod olim ſic, quia
omnes prouinciæ erant de imperio, ſecus hodie, vt
dictum eſt in prælud.in 2.quæſtio. poſt nume.28.
17 Vnde prouincia dicta, quaſi procul poſita & de-
uicta: & prouincialis, officialis prouinciæ, nota.in
clemen.paſtoralis, de ſentent.& re iudic.nunc pro
tunc a accipitur pro qualibet ciuitate. Aluaro.in §.
poſt natale, columna prima, circa fi.de pace tenen.
Pro executione non requiritur libellus, ſed implo-
ratur officium iudicis, ſi poſſit fieri die feriato; Et
an cognoſcat ſummarię de iuſtitia cauſæ. Archid.
in cap.ſicut, ſecunda quæſtione prima. Alexand. in
conſi.50.vbi etiam, quando habet locum diffiniti-
uæ, & quando interlocutoriæ.num.3.& 4.2.volu-
mine, & 72.num.1.& 2.7.volum. & uidetur quòd
cognoſcat, aliàs non prodeſſet remedium mutila-
to uel occiſo, nec cõſulitur maxillatæ corpori illi-
tæ.de iure ciuili appellatur, & per ſupplicationẽ,
vel reſtitutionem in integrum nõ exequitur. de iu-
re canonico tenetur exequi, etiam contra conſcien
tiam; ſecus de iure ciuili, maxime in criminalibus.

Marſil.

M.rſil.in Practi.crimin.§.capedita, car.63.no.71.& 72.& §.opportuni, car.79.nume. 10. colum. 1. circa med. inde ſi inquiſitor hæreticæ prauitatis condemnauit aliquem de hæreſi, & tradidit iudici ſeculari,tenetur exequi, & non poteſt cognoſcere. Iſer. quæ ſint rega, in ver. contrahentium inceſtas nuptias,num.37.in fi. ſed hoc in hæreſi,ſecus in alijs.Boer.in deciſ.90.nume.1.& 2. contrarium tenuit Bar.in l.diuus,nume.3.de cuſto. & exhibitio. reo. Vnde diſtin.2. aut executio eſt mera,aut mixta,& quæ.Innoc.in cap.de cætero,poſt nume.1.de ſentent.& re iudic.& in capit. nouit. de appella.&
18 executor duplex merus & mixtus.Loffr.in conſil. 47.num.8. merus non habet poteſtatem cognoſcēdi; mixtus ſic, & dicitur mixtus, ſi delegetur per hæc verba,ſi tibi conſtiterit, facias iuſtitiam,vel vocatis vocandis. Dec.in conſi.198.colum.fin.circa finem.glo.in cap.paſtoralis.§.quia verò.de offi.delega. vel in commiſſione executoris quædam ſonant in monitionem,quædam in conditionem, & quædam ſubintelliguntur etiam quod non ponantur. glo.in clemen.vni.in ver.repereris, de offi.deleg. Vnde licet executor non conferat aliquid noui,ſed is qui mandat,Dec.in conſ.492.num.4.quarto volum.& non cognoſcit de iniquitate ſententiæ , ſed ſufficit pronunciatum eſſe,l.ſi prætor.ff.de iudicijs. habet coertionem.not.in cap.ex literis, de offic.delega.cap.de cętero,de ſenten.& re iudi. non cognoſcit de nullitate,ſed quod nullum eſt non poteſt exequi. Bald.in con.36.in fi. 4.volum. & cognoſcit de incidentibus quando eſt mixtus,ſi merus remittit ad ſuperiorem. cap.dicentes.in ver.cognoſcatur, 25.quæſtio.2.Iudex autem ſecularis,quando eccleſiaſticus implorat eius brachium, an cognoſcat de cauſa.Lucas in l.nemo. C. de dignita. & ſi excedit modum in exequendo,appellatur. c.ſuper quæſtionum.in ver.executorem,de offic.deleg.l.ab executore. ff. de appellatio.vel ab executione pęnæ, non appellatur,ab impoſitione mulctæ ſic. l. ſi qua pœna,in ver.de pœna,de verborum ſignificat.& ſi nō vult exequi delegatus exequitur.glo.prima,in cap. in literis.cap.paſtoralis.§.fina.vbi not.de offic. delega.ſi excedit modum, vt Iſern.hic,numero decimoſeptimo.tunc ſeruantur iura quæ dicunt,hodie conſtat hodie agatur.l.ſi is a quo.ff.ut in poſſeſſ.lega. glo. in cap.1. in ver.prompta. de exceptio.in 6. glo.vlti.in fi.in l.fina. ff. de rei vendi.l. 3. §.ibidem. iuncta gloſſ.in ver. abſolui. ff.ad exhibend.habens iuriſdictionem , ſi mittit poteſtatem , retinet quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis,etiā quod ille qui mittitur , vtatur pręcario in illa vniuerſitate ad quam mittitur. Pau.de Caſtr.in conſilio 445.numero 4. primo volumine, & habet vtile,ſicut eccleſia directum.Innocen.in cap. ad audientiam.de præſcript. ſola cauſa propinqua , & immediata vaſalli debet attendi . glo.Pariſ.poſt numerum trigeſimumſeptimum , tit.primo,§.22.& poteſt vaſallus meliorem conditionem feudi facere,deteriorem non. Abba. conſi.81.numero decimo,primo volum. Prępo. in §.præterea,circa princ.de capitu. Corra. ſententia lata ſuper directo dominio,nō nocet in utili.Idem Præpo.in c.inter filiam.poſt med.ſi de feu.defunc. milit. controuer.fue. quia dominus non poteſt remittere ius ſubditi.Geminia.in cap. authoritate.§. cauſas.num. 3.de priuil.in 6.

Quid iuris,ſi poſt alienationem feudi vaſallus id recuperauerit. Tit. XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Quid,vnde & eſt aduerbium interrogandi.*
2 *Poſt,continuatiue ſine interuallo,uel modicum temporis interuallum notat.*
3 *Recuperare,redimere,& quod amiſſum erat ,iterū acquirere.*

AD RVBR.

1 QVID.) Ideſt, Vnde.Archid. in cap. fin.6.diſtinct.eſt aduerbium interrogandi.Pau.de Caſt.in l.ſi is qui ducēta.§.vtrum, num.5. de rebus dubijs, ſicut dictio,quotiens.Lucas in l.quotiens,in prin. C.de exacto.tribu.Iuris.)Secundum diſputationem prudentum. glo. 1.in fi.l. ius autem
2 ciuile.de iuſti.& iure, Si poſt.) Continuatiue, ſine interuallo,vel poſt modicum interuallum.Præpo. infra in textu,circa medium.Azo in Sum. C.de reſti.mili.num.7. circa med. Alienationem feudi va-
3 ſallus id Recuperauerit.) Redemerit,vel quod amiſſum erat iterum acquiſierit.Gramma.in ver.recupero. & ſic leges cum fiant ad partis interrogationem. l.aſſiduis. C. qui potio.huic rubr.interroganti reſpondit , quaſi abſit , quod abſuturum eſt. econtra , quaſi adſit , quod eſt a futurum. l.quod de bonis . §. ex donationibus , in ver. videatur . ad leg. Falcid.

SVMMARIVM.

1 *Praterea,eſt dictio continuatiua.*
2 *Ante,notat tempus quod actum pracedit.*
3 *Olim,dudum, & quondam,ſignificant tempus prateritum,praſens,& futurum.*
4 *Poſtea,ſignificat interuallum temporis.*
5 *Recuperare,eſt reemendo uel aliter acquirendo.*
6 *Pro,loco, tanquam.*
7 *Res reempta,eodem modo tranſit ad hęredes, ac ſi numquam fuiſſet uendita.*
8 *Hodie,reſpicit tempus praſens.*
9 *Feudatarius uel emphiteota , ſi alienauit domino irrequiſito , non euitat pœnam , licet poſtea redimat.*
10 *Ut pote,ideſt,tamquam.*
11 *Profecto,ſane,certe.*
12 *Reuocatio non permittitur, ſi alienatur cum conſenſu domini.*
13 *Mutatum , in priſtinum ſtatum redire non poteſt.*
14 *Dummodo , de neceſſitate requirit quod exiſtat illud cui dicta dictio iungitur.*
15 *Res ſi detur in libellum cum uoluntate domini, ius libellarium , non ipſa res retinebitur in feudum.*
16 *Velut,dictio importat fictionem.*
17 *Etenim,id eſt, quia.*
18 *Alienatione amittitur feudum,etiam quod poſtea recuperet.*

19 *Res*

19 *Res redititia feudo,non dicitur feudalis.*
20 *Res feudalis poteſt concedi ad cenſum, quando fit ab eo qui poteſt alterare rem ſub alia natura.*
21 *Annua penſio alterat naturam feudi, cum feudum magis cohæreat perſonæ quam patrimonio.*

AD TEXTVM.

1 PRAETEREA,) Eſt hæc dictio
continuatiua, & aduerſatur proxime
dictis. Aluar.in cap.1.num.4.de feud.
guar.Si vaſallus, Ante.] Quæ dictio,
2 notat tempus quod præcedit.Gramma. in ver.an-
te.Conſtitutionem Lotharij regis.) De qua in cap.
primo,qualiter olim poterat feud.aliena. Feudum
alienauerit, quod in quibuſdam curiis pro Parte.)
Maiori retenta.§. ex eadem lege.de lege Corra.In
3 quibuſdam pro toto.) cap.1.de aliena.feu.Olim.)
Dudum & quondam,quæ licet ſignificant tempus
præſens,præteritum, & futurum. Abba.in cap.1.
num.3.de eler.excommun.hic præteritum,quia di
4 cit,Licebat & ipſum,Poſtea.] Significat interuallũ
temporis.Iſern.hic poſt num. 3. modicũ. l.ex hoc,
§.fi.ff. de aliena.iudicij muta.cau.facti. Recupera-
5 bat.) Reemendu,vel aliter acquirendo. Aluaro.hic
6 poſt princip.& columna quarta,cir.fi.Pro feudo.)
Ideſt loco,vel tamquam feudum. Feli.in cap.cum
M. Ferrarienſis,num.3.de conſtitutio. Sibi retine-
bat hoc eſt in cauſam feudi recadebat.) Sicut res
7 reempta eodem modo tranſit ad hęredes proximo
rum,ac ſi numquam fuiſſet vendita.Immò ſi vendi
tor prius vita fructus ſit, ius redimendi tranſit ad
hæredes.glo.Pariſ.num.29.titu.1.§.11. Fre.de ſuf
8 fe.lib.2.ibi,quinta authoritas,num.19.Hodie.) Qđ
reſpicit tempus præſens.l.liber homo. §.decem,de
verborum obligatio. l. prætor. §. præterea.ff.de in
iurijs.Autem ſi ipſum alienauerit,Si quidem.] Quo
niam.Gramma.in ver.ſi quidem.Illicite.) §.fi.quę
ſit prima cau.bene. amit. Licet poſtea recuperaue-
9 rit,tamen pęnes eum non remanebit.) Quia feuda-
tarius vel emphiteota ſi alienauit domino irrequi-
ſito, non euitat pœnam, licet poſtea redimat. ita
per iſtum textum Bald.& Paul.de Caſtr.in l.1.§.ſi
rem.num.2.ff.depoſiti.Vt pote.] Ideſt tamquam.
10 Gramm.in ver.vtpote,Domino,ad quemcumque
peruenerit apertum.) In ſuæ iniuriæ vltionem.§.de
nique.d.titu.quæ ſit prima cauſa bene.amit.Profe-
11 ctò.) Sanè,certè.Gramma.in ver.profecto.Zaba.
in clemen.vni.in princ.in 2.nota. de reliquiis & ve-
nerat.ſanctorum.& Lucas,cap.21. Si domini volũ
12 tate vendiderit.) Reuocatio non permittitur. Affli.
in §.fi.num.19.circa fin.& 20.circa med.d.tit. quæ
ſit prima cauſa bene.amit. Vel per libellum aliena
13 uerit.) Quia mutatum,in priſtinum ſtatum redire
non poteſt.glo.1.in l.qui liberatus.ff.de adoption.
& mutata perſona,mutatur qualitas beneficij.cap.
vni.in fi.poſitionis caſus, de iure patrona.in 6. Si
idem poſtea recuperauerit feudum,penes eum re-
manebit, non iure beneficij, ſed aut iure proprio,
aut iure libelli,aut aliter.Secundum ꝙ idem recu-
perauerit.) Et ſic tenebit eo iure,quo recuperauit.
Odoffr.in Sum.quibus modis feu.amitt. num.72.
14 circa fin. Dummodo.) Quæ dictio de neceſſitate
requirit,quod exiſtat illud cui dicta dictio iũgitur.
Alexand.in l.prima, numero octauo, ad leg. Fal-
cid. Scias, quod ſi ad libellum domini voluntate
id dederit, ſi quidem pro libello eo datur ſingulis
forte annis, & hoc iure feudi cenſebitur.] Bi ſic ſi
15 res detur in libellum cum voluntate domini, ius li
bellarium,non ipſa res retinebitur in feudum. Præ
po.hic in fi.& quod remanet ſaluo canone iure pri-
uati cenſetur. l.vniuerſi. & ſequen. C. defunct.pa-
trimo. Illud verò ius quod per libellum tranſtule-
rit, & poſtea recuperauerit pro beneficio non te-
nebit.] Quia pro alio habetur. declarat latè Aluar.
hic in §.profecto.per tres colum.& nu.2. Sed Ve-
16 lut.] Quod verbum importat fictionem. Iaſ.in l.
Lucius,num.4.ff.de pactis.Alterius rei datę per li-
17 bellum: Et enim:] Ideſt,quia. Gramm.in ver.ete-
nim,Si feudum domino refutauerit.) Reſtituendo
reſignauerit. Iſer.in §.& ſi libellus. poſt numerum
ſextum, de aliena.feu. pater. Libellum retinebit.]
§.aut ſi libellario.qui.mo.feu.amit.

Declarato textu,videbatur dicendum, quod nõ præſumatur alienaſſe, qui repertus eſt poſſidere.l. ſicut.§.ſuperuacuum.ff.quibus modis pigno.vel hi po.ſolui.& licet alienauerit,cum poſtea receperit.l. ex hoc,§.penult.de aliena.iudi.muta.cau.facti.vidẽ tur omnia in ſtatu priſtino remanere.l.ſi mulier. ſo luto matrimon.quia non dicitur alienatum, quod breui reuertitur.l.ult.in fi.de bonis liber. gl.1.Pa- riſ.poſt num.165.tit.2.§.55.

Secundò, dos primi matrimonij cenſetur repeti ta in ſecundo,etiam quod aliud fuerit intermediũ, quia habetur ac ſi diuortium factum non eſſet.l. penul.§.vxor.d.titu.ſoluto matrimon.ſoluto matri monio, ſi intentatur actio rerum amotarum, re in- tegrato rurſus matrimonio iudicium reſoluitur.l. vlti. rerum amotarum. ita poſtquam vaſallus feu- dum recuperauit,videntur omnia ceſſare, quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam.l.ſi vnus.§.pa- ctus ne peteret,ff.de pact.

Vltimò celeritate coniungendarum actionum, vnus actus occultatur.l.3.§.fi. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Bar.in l.ſingularia,numero 2. ſi certum petatur.ita videtur,quod alienatio occulte- tur, vt primus actus conceſſionis vniatur cum re- cuperatione,vt ſic capiatur coniectura ne cadat in delictum. Marſi. in Practi. criminal. §.diligenter, poſt numerum 190. & fiet interpretatio, quod a- ctus non trahatur ad illicitum. Alex.in conſi.191. circa fi.2. vol.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium: quia cum extinctum ſit alienatione, non reſtauratur. l. cum ſeruus. de adimi. ligat. & ſi poteſt tolli,ita & reformari. l. iuriſgentium. §.adeo, circa medium. ff.de pactis. ac re integrari in priſtinum ſtatum per actum retro ſimilem. Aluaro. hic, num. 1. & 2. circa fin.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam proce- dit niſi forte incontinenti recuperaret re integra, antequam ei quæſtio moueatur. Iacob.de Ardizo. in Summa vtrum vaſall. qui aliena. amittat feud. ſi recuperat poſtea ante traditionem uel incon- tinenti, antequam dominus conquęratur. Curt. in tracta. feud. in quarta parte princip. num.103. & 114.

Non obſtat Secundum: nam retrofacta trahun tur ad præſens. glo. finali, circa medium, in l.ſed & ſi, la prima, ad Trebellia. quando non eſt alte- ri ius quæſitum, vt hic, vbi non admittitur pur- gatio, quia culpa ſtatim trahit ſecum executio- nem. Præpoſit. hic poſt principium, & uenden- do ſemel dolum commiſit. l.prima. §. ſi rem depoſi.

depoſiti, nec deſinit eſſe nocens, qui ad pœnitentiã redijt. Archid. in cap. fugitiui, 12. quæſtione ſecunda. ſed ſufficit aliquid eſſe factum, vt pęna committatur, licet non teneat. Idem Archid. in c. ſi quis ſubarrauerit. cir. med. 27. q. 2.

Vltimum non obſtat, nam ex quo ſemel perdidit alienando, non recuperat: ſicut quod per clericatum dimiſit, non recuperat etiam quod dimittat habitum. Iſern. hic, num. 3. & Aluar. numero ſecundo. vaſallus vel emphiteota alienans, ſi recuperat an excuſetur, & an videatur alienare qui redimit. Alberi. in rubr. num. 5. dicto titu. de aliena. iudi. muta. cau. facti. & ſic firma remanet concluſio,
18 quod per alienationem perdit quis feudum, etiam quod poſtea recuperet. Idem in emphiteota ſecundum vnam opinionem. Aluarot. hic numero quarto, & non ſolum amittit feudum, ſed etiam preciũ. Iacob. de Ardiz. in d. Somma, circa medium. Idem in qualibet actione, quæ ſemel extincta nunqua reſuſcitatur. l. qui res. §. aream, de ſolutio. Iſern. hic, poſt numerum 3. & in clerico, qui aſſumendo habitum amittit feudum, etiã quod poſtea dimittat, glo. 1. hic.

Limita ſex modis, vt per Afflict. hic, nume. 12. & ſequen. & inter alios ex intẽtione Iſer. dũmodo vẽditio nõ ſit perfecta, per traditionem. idem Iſer. in §. primo, circa fi. poſt numerum decimumquartum, de lege Corr. vel reuocet re integra, antequã tradat. l. mancipiorum. de optio. lega. l. ſi pecuniæ, vt in poſſeſ. lega. l. quod ſi maior. §. Scęuola, de minor. l. cum ſeruus, de adimen. lega. Iſer. circa verbũ, poſtea, adducit, cap. 1. verſi. ſed quid ſi maſculum. Epiſcop. vel Abba. l. quod ait. §. fin. de adulter. alibi ponitur materialiter. l. quoties. §. fina. in ver. poſtea, de hæred. inſtit. de quanto tempore intelligitur. Afflic. hic numero 5. 12. & poſt. Rem autẽ integram dicimus in iudicijs ante citationem. glo. in capit. vt debitus. in ver. aſſignate. de appellatio. vel vſque ad aperturam proceſſus. Iſern. in conſtit. lite legitime conteſtata, poſt medium. vbi Affli. poſt numerum vigeſimumſecundum. quandoque infra octa dies. cap. quicumque. & ibi glo. ver. re integra. de ſenten. excommunicatio. in 6. in venditione, antequam precium ſoluatur, res tradatur, vel habeatur pro tradita. l. prima, in glo. prima, & l. ſecunda, in ver. recuperare. C. quando liceat ab emptio. diſce. Incontinenti infra tres dies. addit. 1. ad Aluaro. hic, columna penultima, & fina. vbi not. C. de errore aduoca. antequam teſtis loquatur parti vel alicui perſonæ. Innocen. in cap. præterea, numero ſecundo, circa med. de teſti. cogẽ. vel intra terminum competentem. Idem Innocen. in cap. ſecundo, numero ſecundo, de ordin. cogn. vel a iure aſſignatũ. Ludo. de Moli. de Hiſpano. primuge. lib. 3. cap. 13. numero 16. & Illico, dicitur infra triduum proximum. l. fina. C. de iudicijs. in iſta materia res integra non dicitur, quando aliquid de ſubſtantialibus negocij actum eſt. Lucas in l. penultima, colum. 4. circa princip. C. de prox. ſacro. ſcrin. & locus eſt pœnitentiæ in iſtis pęnis legalibus vſque ad ſententiá. Barto. in l. in criminali. numero 3. C. de iuriſdictio. omn. iudic. Præpo. hic, numero primo, circa fin. vel antequam dominus conquęratur. Caſſan. in conſue. Burg. rubr. 3. 8. 8. ibi, commiſſe, num. 7. & ibi, reale. num. 7. Hodie virtute conſti. conſtitutionem diuæ memoriæ, is qui alienauit reuocat. Affli. ibi, poſt principium. Iſer. in cap. primo, numero 6. poſt medium. an ille qui interfecit fratrem domini ſui, & reuocat antequam fiſcus conquæratur. Aluaro. hic, columna 4. in fi. vel præfigitur terminus a iudice ad reuocandum, quo elapſo reuocabit dominus, ſeu reuocabit vſque ad litis conteſtationem, aliàs admittitur dominus, qui ſicut fuit potior in agendo, ita & in excipiendo. Iſer. in §. poſt refutationẽ. poſt numerum quintum. ibi, in regno. de vaſa. qui contra conſtitu. Lotha. in regno, ſi dominus præuenit, ipſe reuocat. Loffre. in conſilio 17. num. 54. in fi. & 56. poſt medium. ſi non eſt facta, tam in regno quàm extra, ad Regem reuertitur. Cam. in capit. Imperialem. car. 25. columna ſecunda, poſt principium, & 33. columna tertia, circa fin. 86. columna quarta, circa med. & licet in multis caſib. ſe corrigere, & pœnitere. Archid. in cap. loci, in princip. 35. quæſtio. 9. Et procedit in feudo nouo, ſecus in antiquo, in quo agnati reuocant. Afflict. in §. ſi Titius, num. 16. ſi de feud. fuerit controuer. inter domin. & agna. Vnde intellige concluſio. prædictam, non procedere in eo, quod alia via alioue iure debetur, ſecundum Iſern. hic: nam ſi iure communi aliquid vna via prohibetur, debet eodem iure alia via prohiberi: ſecus ſi deberetur iure ſpeciali. glo. fin. in cap. coram, de in integr. reſtitu. ſicut qui conſentit propter vnum, remanet ius in alio, ſi non ſit annexum. Iſer. qui ſucceſ. tene. lo primo, colum. 2. circa fin. nec habet locum, ſi in alienatione interuenit conſenſus domini. Iaco. de Ardizo. in d. Sum. circa med. & in delictis non conſummatis. Bart. in l. qui ea. mente, in fin. ff. de furtis. Lucas remiſſiue in l. vni. columna prima, circa med. C. de his qui ſe deferunt. In ſecundo dicto, quod quidam dicunt ſę non intelligere, ſicut ſuperius dictum eſt, dicit Iſer. videlicet, de controuer. inter domin. & empto. declarat & dicit, quod ſi Titius cui cõceſſi cum aſſenſu pro annis quinque, retroconcedit mihi ad libellum, exceptis quinque annis pro quibus prius conceſſeram ad libellum, non erit penes me vti feudum, ſicut prius tenebam: ſed tenebo ſicut conceſſum eſt a Titio mihi in libellum.

19 Nota, quod res redititia feudo, non dicitur feudalis. Cap. in deciſ. 103. ſed ille reditus ſiue cenſus, iure feudi, cenſetur, quaſi ſubrogatus in locum illius rei particularis alienatæ & ſeparatæ a feudo. Napo. in conſue. in bonis. in ver. ſed in bonis feudalibus, in quibus rebus habeat locum quarta, & in illo iure conſiſtit feudum quod eſt vniuerſitas iuris. Cam. in cap. Imperialem, car. 38. columna 3. circa med. & 39. columna 3. circa med. & ſequen. & po-
20 teſt concedi res feudalis ad cenſum, quando fit ab eo qui poteſt alterare rem ſub alia natura quá feudali, puta ſi Baro Rege conſentiente talia concederet. Cam. vbi ſupra, car. 40. colum. 3. in princ. & 4. colum. 1. poſt med. & non dicit in feudum, ſed ſub annuo reditu, erit cenſualis & non feudalis. Capit. in ver. feudorum clauſulæ. ibi, vaſallorumque reditibus. in fi. Loffr. de contro. feu. apud pares termi. ibi, ſi ergo Rex.

21 Vltimò nota, quòd annua penſio alterat naturam feudi, cum feudum magis cohęreat perſonæ, quàm patrimonio. Cap. in ver. feudales contractus. circa fin. & in ver. feudorum genera. ibi, conditionatum, in fi. ſi conceditur pro annua quantitate, non cenſetur feudum. Aluaro. in cap. 1. num. 2. in fi. de controuer. inter maſcu. & fœmi. ſed dicitur cenſualis feudo, ideſt, ei redititia. Affli. in ca. ſi quis per 30. in 6. not.

in 6.not.num.6.circa fi.ſi de feud.fuerit contro.in ter domi.& agn.ſuum.reſpicit ſtipitem, & non reuertitur ad dominum. Bald.in conſil.49. circa fin. 4.volum. Vnde venditor reemendo, præfertur cõſanguineo, qui vellet rem iure retractus. Caſſan. in conſue. Burg.rubr.10.§.10.ibi, au ſe ingnieur, poſt numerum 7. & 8. & remanet antiquũ, ſicut prius, addit.ad Odoffr.in Sum.quibus modis ſeu. ami.in ver.cap.præterea. ſicut pars occupata per tirannũ, ſi recuperatur per vnum ex inueſtitis, non mutat priorem naturam. Pau.de Caſt.in conſi.176 in fi. poſt num 4. 1.volum. late Caſſan.in conſue. Burg. rubr.4.§.25.& hoc ſi habuit iure cõtractus, ſecus ſi iure retractus. ibi. §. 26. in princip. dicitur eadem res, & retinet priorem naturam, quando eſt neceſſaria rei vendicatio. Caſſan. vbi ſupra. rubr. 10.§.1. ibi. ancjen.cir. fin.

An agnatus vel filius defuncti, poſſit retinere feudum repudiata hæreditate. Titul. XLV.

SVMMARIVM

1 *Agnati ſunt cognati uirilis ſexus, ab eodem nati.*
2 *Vel ponitur inter diuerſa.*
3 *Filius a familia dictus, primus in ordine naſcentiũ, & proximus agnatus patris.*
4 *Feudum non eſt ſimpliciter corpus hæreditarium, ſed interdum eſt in hæreditate, interdum extra hæreditatem, interdum eſt in bonis, interdum non.*

AD RVBR.

ISTA rubr. poſita eſt dubitando, & ſolutionem quærendo, an agnatus vel filius defuncti poſſit retinere feudum repudiata hæreditate? & decidit agnatum, ad quem vniuerſa hæreditas pertinet, repudiata hæreditate poſſe feudum, ſi paternum fuerit, retinere: filium verò non poſſe feudum ſine hæreditate habere. Fre.de ſubſe.lib.3. ibi, tertia formu-
1 la.num.6. dicuntur autem agnati, cognati virilis ſe
xus ab eodem nati, ſeu agnati. Iacob.de Ardizo.in Sum.de ſucceſ.feu.ibi, cognati verò: quaſi ex vno agnati, vel nati, quia commune naſcendi initium habuerunt.in conſt.feu.diuer.2.num.145. Inde cognati qui per fœmineas perſonas coniunguntur. Odoffr.in Sum.qui poſſunt ſucce.in feu.circa principip. In iſta materia, agnationis nomen ſignificat potius genus, quàm qualitatem: genus dico paternũ. Præpo. in §. Titius, poſt numerum 3. ſi de feu.defuncti milit.contron.fue.& eſt tranſuerſalis proximior, per maſculos natus. Vnde omnis ſuus eſt agnatus, ſed non conuertitur. Bald.infra in textu, ante & in num.5. Alexan.in conſi.26. num.9.5.volum.& ſic quæritur an iſte tranſuerſalis proximus, puta frater ex parte patris. Aluar.in §.his verò, nu-
2 mero 3.circa fi.de gra.ſucced.in feu. Vel.) Quę po
nitur inter diuerſa, in conſti.feu.diuer.54.num.3. & eſt alternatiua ordinis. Zaba.in clemen.cauſam. in princip.de electio. Filius.] A familia dictus pri-
3 mus in ordine naſcentium. Lucas in l.filios.in prin
cip.C.de decurioni.& proximus agnatus patris. gl. in l.in ſucceſſione.eod.tit.C.de decurio. Defuncti
4 poſſit retinere feudum.) Quod non eſt ſimpliciter
corpus hæreditarium, ſed quandoque eſt in hæreditate, interdum extra hæreditatem; aliquando in bonis; interdum non. Bald.in conſil.207.num.5.2. volum. Repudiata hęreditate.) Et determinatur, vt ſupra, & per Bal.infra in textu, num. 8. & Anton. de Alexan. in conſil.52. inter con. Loffred.nume. 53.vſque ad 57.

SVMMARIVM.

1 *Humanum contingere, ideſt mori.*
2 *Prolis appellatione, ueniunt filij & alij deſcendentes.*
3 *Agnatus, ex prima & legitimo deſcendens.*
4 *Feudum paternum quid, & quotuplex.*
5 *Agnatus in feudo antiquo, non habet cauſam ab alio.*
6 *Feudum antiquum eſt ex pacto & prouidentia, non hæreditarium.*
7 *Allegatio generalis procedit, non citato loco.*
8 *Ubi, ideſt quando.*
9 *Feudum in perſona filij ſemper eſt hæreditarium.*
10 *Filius nõ poteſt repudiare hæreditatem, licet uocetur ut filius, non ut hæres.*
11 *Filius in feudo hæreditario, utrumque capiat, uel vtrumque dimittat, nec poteſt facere ſeparationem bonorum.*
12 *Subductus aliquis de medio, uel mortuus, facit locum ſequenti.*
13 *Feudum hæreditarium paternum, non poteſt filius retinere repudiata hæreditate.*
14 *Dominus non poteſt alterare naturam feudi, reducendo de antiquo in nouũm, ſine conſenſu agnatorum.*
15 *Agnatus poteſt habere feudum, & repudiare hęreditatem, filius non.*
16 *Feudum hæreditarium quid.*
17 *Feudum ex pacto & prouidentia, unde.*
18 *Ex pacto & prouidentia, eſt nomen magiſtrale, inuentum per Pileum & Bulgarum.*
19 *Agnati non habent feudum iure ſucceßorio, ſed ex pacto & prouidentia.*
20 *Filijs quædam conceduntur, etiam quod non ſint hæredes.*
21 *Filij & agnatorum non fit differentia, in feudo hæreditario.*
22 *Filius non poteſt retinere feudum, & repudiare hæreditatem, cum teneatur ad onera, niſi confecto inuentario.*
23 *Pater ſi acquiſiuit feudum uel emphiteoſim pro ſe filijs & nepotibus, mortuo patre filij poſſunt acceptare emphiteoſim, & repudiare hæreditatem.*
24 *Filius poteſt exhæredari in feudo.*

AD TEXTVM.

SI contigerit.) Bald. hic, licet valde mirabiliter, egregie, & ſubtiliter ſcripſerit. Pernus in quartis nota. colum.7. circa fin. ne videar tranſire, ſicut muſcipula ſuper pullinas. l.fina. in poſitione caſus. ff. quæ in fraud.credi. cum circa intellectum

lectum huius cap. quot capita tot fuerint ſentẽtiæ;
difficultas reducitur ad duos principales, alterum
Iacob. de Beluiſo, quod intelligatur in feudo con-
ceſſo pro ſe & liberis: & alium Bald. & ante eum
Iaco. de Ardizo, quod ſit acquiſitum pro ſe & hæ-
redibus. & iſte eſt commu. in conſt. feud. diuer. pri.
nume. 70. vſque ad 100. Sequendo tamen veſtigia
1 literę, Si humanum contigerit.) Ideſt moritur. l.
publia. & ibi glo. 1. ff. depoſiti. l. in vulgari. de verb.
2 ſignific. vel, Si contigerit vaſallum, ſine omni Pro-
le.) Cuius appellatione veniunt filii, & alii deſcen-
dentes. Aluaro. hic, colum. 2. circa fin. ſeu linea de-
ſcendens. Afflict. hic in 1. nota. nume. 18. decederet
3 Agnatus.) Ex primo legitime deſcendens. Fred. de
ſubſeu. lib. 3. ibi, differentiæ inter feuda ex pacto &
prouidentia, & feuda hæreditaria. ver. decimo, in
fi. Ad quem vniuerſa hæreditas pertinet.) Iure ſuc-
ceſſionis, quæ defertur ex cõſuetudine feudorum.
idem Fre. vbi ſupra, ver. vigeſimoſecundo. num. 2.
Repudiata hæreditate.] Quæ tamquam caduca re-
maneret penes hæredes. Pau. de Caſt. in conſ. 135.
nume. 3. 1. volumine. Feudum ſi paternum fuerit,
4 retinere poterit.] Eſt autem paternum quod fuit
parentis agnationis communis. cap. 1. de gradi. ſuc-
ce. in feu. & eſt duplex, hæreditarium & non hære-
ditarium, ſed ex pacto & prouidentia. Iſer. qui ſuc.
ceſs. tenea. lo 1. circa fin. Pernus in 4. not. colum. 7.
5 in princ. quia in feudo antiquo nullus agnatus ha-
bet cauſam ab alio. in conſt. feu. diuer. pri. nu. 185.
Nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine
6 ſoluere cogitur.) Quia eſt feudum antiquum ex pa-
cto & prouidentia, non hæreditarium. Afflic. hic in
princip. Fre. vbi ſupra, lib. 3. ibi, tertia formula. poſt
numerum ſeptimum. Sed in fructibus, ſi quos reli-
quit, vt de eis debitum ſoluatur, quo tempore de-
ceſſerit, ſecundum quod ſupra diximus.] Videlicet,
7 in §. his conſequenter. hic finitur lex. Et ſic inter pe
ritos, procedit allegatio generalis, non citato loco.
Præpoſi. hic in princip. Conſiderabitur.] Ante ocu
los ſuos ponendo. Gramma. in ver. conſidero, di-
8 ſpoſitionem illius textus. Vbi,] Ideſt quãdo. Idem
Gramma. in ver. vbi. Filium reliquit.) Decedendo
cum prole, quia feudum in perſona filii ſemper eſt
9 hæreditarium, etiam quod non ſit dictum, ex quo
tacite ineſt. Afflict. in §. & quia, in 5. not. de his qui
feu. dare poſſunt. & ſimpliciter accipiendo, intelli-
gitur tãquam hæres, niſi fuerit aliter proteſtatus.
Pernus in conſil. 6. in princ. Ipſe non poteſt hære-
ditatem ſine beneficio repudiare.) Etiam quod vo-
10 cetur vt filius. Aret. in l. pro hærede. §. quid ſi ta-
men, num. 8. de acquiren. hæred. Bald. in l. item vi-
dendum. §. fi. de petitio. hęred. nam ad feudum ve-
nit vt hæres non vt filius, licet nõ alius quàm filius
poſſit ſuccedere. in conſt. feu. diuer. 49. num. 24. vn
de feudum non tranſit ad hæredes extraneos; & ta-
men filius non habet niſi mediante ſucceſſione, ſi-
cut in emphiteoſi eccleſiæ. Socin. in conſi. 89. num.
22. circa med. 4. volum. Sed aut vtrumque retineat
11 aut vtrumque repudiet.) Nec poteſt facere ſepara-
tionem bonorum, quia feudum eſt vnitum cum
corpore hæreditatis: & in hoc non differt filius ab
agnato. Fre. vbi ſupra, lib. 3. ibi, ſed poſtquam, nu-
mero 8. 9. & 11. Intellige ſi incępit a feudo, ſecus ſi
ab hæreditate. Odoffre. in Sum. vtrum quis poſſit
vaſal. hæred. repud. & eius feu. acci. in fi. vbi addit.
vlti. & Præpo. hic, poſt numerum ſextum, in quin-
ta limita. & ſic feudum non tranſit ad filium, niſi ſit

hæres, ſecus in agnatis. Bald. in l. 1. quæſtio. 33. de
12 rerum diuiſio. Quo repudiato.] De medio ſubdu-
cto, velut mortuo, ſit locus ſequenti in gradu vel
aliis venientibus ab inteſtato. Pau. de Caſt. in con-
ſil. 212. circa princip. 2. volum. auocando ſe a loco,
in quo erat proximior. Fre. de ſubſe. lib. 1. ibi, pluri-
bus, num. 74. ex quo repudiat primus ſecundo tem
pora cedunt. glo. in l. & ſi ſine. §. ſed quod. in ver.
ſubſtituto. circa med. ff. de minoribus. circa fi. quod
remotio primi gradus per reſtitutionem, facit locũ
ſecundo, etiam in diſpoſitione legali; & Ad agna-
tos, ſi paternum ſit pertinebit.) Qui licet non ſint
hæredes hæreditatis, ſunt tamẽ hæredes ſanguinis.
Afflict. hic, num. 11. circa princip. & ſic feudum pa
13 ternum non poteſt filius retinere repudiata hære
ditate, etiam quod pater quæſierit pro ſe & filijs.
Iaſ. in l. filio pater. num. 4. de lega. 1. Quid in feudo
auito. Præpo. hic, num. 7. vnde cum idem feudum
poſſit eſſe nouum & antiquum, propter diuerſas li
neas, & quo ad quoſdam ex pacto & prouidentia,
& quo ad alios hæreditariũ: & poteſt habere duas
naturas, vnam in filio, aliam in agnato. Fre. vbi ſu-
pra, lib. 3. ibi, tertia formula, num. 14. 16. & 18. In
ſucceſſione ex perſona mea, cõſideratur proximus,
ex perſona eius cui ſuccedo, titulus remotus. Bald.
in l. 1. circa med. ff. de petitio. hæred. In eodem feu-
do quod reſpectu agnatorum dicitur paternum,
reſpectu filiorum hæreditarium, agnati ſuccedunt
repudiata hæreditate, filii non: quia ſunt eadẽ per-
ſona cum patre, & intereſt patrem habere hæredẽ,
aliàs fieret iniuria abſtinendo ſe filio ab hęredita-
te. Bald. hic, num. 6. & Aluaro, num. 2. circa med.
tenentur ſtrictius defendere honorem patris quã
extranei. Afflict. hic num. 12. circa fin. agnatus non
oritur ab agnato. Bald. hic ante num. 1. & Aluaro.
num. 2. in prin. neminem, quia delictum magis no-
cet proximioribus, quàm remotioribus. Bal. in cap.
1. num. 1. ſi vaſal. feu. priui. cui deſera. Et licet.) Fi-
14 lius ſupple; Alterum ſine altero retinere non poſ-
ſit.] Et dominus non poſſit alterare naturam feudi
antiqui, in præiudicium agnatorum. Agnatis ta-
men.) Qui prius non conſenſerunt, poſtea con-
ſentientibus, poſſint per ſuam ratihabitionem con
firmare & præiudicare. Præpo. hic, nume. 2. Poterit
dominus eum ſi voluerit, Quaſi.] Idem quod ſicuti
& ponitur ſimilitudinarie. Archid. in capit. quia, in
princ. 50. diſtinct. De nouo beneficio.) Quod ha-
buerit initium in perſona ipſius. Caſſan. in conſuet.
Burgun. rubr. 3. 3. 5. in princ. nume. 15. etiam quod
fuerit antiquum. rubr. 4. 5. 6. ibi, ancien. num. 2. 3.
12. 13. 14. & 16. vſque ad 20. Socin. in conſi. 252.
num. 1. 2. volum. nec habet agnatos Fre. vbi ſupra,
lib. 3. ibi, ſed poſtquam. num. 19. circa med. & ibi,
tertia formula, nu. 13. in fi. & poſt nu. 31. Inueſti-
re.] Sicut quando aliquid additur vel detrahitur
veteribus pactionibus, nouum pactum efficitur:
ita in feudo. Afflict. in conſti. cum circa iuſtitiæ, nu
mero 11. & requiritur conſenſus agnatorum, quia
non poſſit dominus mutare in præiudicium illorũ,
nec nocere poſteris. Dec. in conſi. 162. ante & poſt
num. 3. Quo facto licebit ei repudiata hæreditate,
feudum tenere, nullo onere hæreditario ei immi-
nente.) Quia in feudis non hæreditariis, etiam fi-
lius non tenetur pro debitis defuncti. glo. Pariſ. nu.
85. tit. 1. §. 22.

Declarato textu, dubia reddebatur eius deter-
minatio. Et primò, hæreditas eſt quædam integri-
tas

tas totius iuris, quod defunctus habuit, nec recipit diuiſionem, vt pro parte quis ſit hæres, & pro parte non. Bald. in conſil. 175. poſt numerum 3. 5. volum. in hæreditate defuncti eſt feudum, & allodiũ, non poteſt vnum retinere & aliud non. eo magis, quia etiam feudum, ex pacto & prouidentia aliquo reſpectu dicitur habere a proximo defuncto. Loffred. in cap. 1. colum. 6. in princ. & 7. poſt med. Impera. Lotha.

Secundò, filius eſt proximus agnatus patri. Iſer. de natura ſucceſ. feu. num. 7. circa fin. filius non poteſt vnum adire, & aliud repudiare, vt hic. adem in agnato: aliàs abſurdum eſſet agnatum plus iuris habere, cum eadem conditione, & in eandem partem vocetur. l. a. ff. de coniungi. cum emancip. liber.

Vltimò, lex magis punit extraneum, quam filium, non obſeruantem voluntatem defuncti, quia extraneus punitur in quinta, filius in decima. l. penult. ff. de pollicita. ſucceſſiue videtur quod non ſolum extraneus, & ſic agnatus teneatur vt filius, verum etiam ſi non obſeruat, puniatur, cum deutur quædam filiis quæ non extraneis. §. emphiteoſim. in ver. filiis. Authen. de non alienand. aut permuta.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium. Et ratio eſt, quia agnatus non habet ab vltimo, ſed a primo. Aluaro. hic numero primo, in princip. aliàs rationes ponit Præpo. hic, num. 1. circa med. & vadit de filiis ad nepotes, quia procedunt a parentibus eorum: ſecus in aliis. Pau. de Caſt. in conſ. 146. circa fi. 2. volum. vnde ſi hæres reliquit quod teſtator legauerat, debetur ex primo teſtamento, non ex ſecundo. l. Lucius Titius. §. fina. de lega. 2. nec de ſuo videtur reliquiſſe, qui quod reliquit omnimodo reddere debuit. l. vnum ex familia. §. primo, eod. titu. de lega. ſecundo. ſecus in filio ad quem tranſit feudum paternum vti hæredem. Socin. in conſilio 19. num. 19. 1. volum. etiam confecto inuentario. Affli. in deciſ. 112.

Qua ſtante, non obſtat primum: nam ſi ſtatutũ municipale poteſt facere, vt decedat quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Bald. in conſil. 349. num. 2. 1. volum. multo magis iſtæ conſuetudines, quæ ius non ſcriptũm appellantur. l. ius ciuile, de iuſtitia & iure.

Secundum non obſtat, nam tenetur filius, quia magis tenetur adimplere votum patris. l. Celſus. §. fin. in ver. ſi filio. de leg. 2. & conditione, ad certas perſonas accommodata, ad illarum tantum gradum referre debemus. l. quæ conditio. de condit. & demonſtr.

Vltimum nõ obſtat, nam procedit in eo qui habet a defuncto feudũ ex pacto & prouidentia, nõ ſi habet ex beneficio proxime defuncti, ſed concedẽtis & primi acquirentis, adeo quod dicitur ſuccedere primo ex vi conceſſionis: quia factum primi influet in hunc mediatum, ideo a primo, & nõ a proximè defuncto dicitur habere cauſam: nam dicitur reſtitutioni ſubiectum. Loffr. in d. conſtitu. 1. numero 11. 15. poſt numerum decimumſextum, & decimumoctauum. Fre. de formu. inueſtitu. lib. 3. ibi, tertia formula. numero 17. & vadit ad poſteros & agnatos, ſicut fons ad riuulos. Fre. vbi ſupra, ibi, differentiæ inter feuda ex pacto & prouidentia. ver. nono, circa fi. Et ſic firma remanet concluſio, quod
15 agnatus poteſt habere feudum, & repudiare hæreditatem, filius non. Intellige idem eſſe in militibus, quibus in inſtitutione conceſſum eſt ſeparare ſpecies bonorum. l. cogi. §. ſed & ſi, ad Trebellia. ſicut ex poſt facto poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. l. circa, & l. nam & ſi parentibus. §. fi. ff. de inoffi. teſtam. ſimil. Pau. de Caſt. in conſi. 146. columna 2. poſt medium. 2. volum. vbi etiam, columna prima, circa fin. extendit idem eſſe in emphiteoſi eccleſiaſtica: late Aluar. hic, numero 5. & Præpoſ. nume. 3. & habet locum etiam quod ſit quæſitum pro ſe & filiis: nam ineſt tacita conditio, ſi filius ſuperuiuens hæres eſſe voluerit, etiam quod ſit feudum ex pacto & prouidẽtia. Loffred. in §. præterea ducatus. colum. 3. poſt med. de prohib. feu. aliena. per Fre. 4. in fi. & 5. in princ. & intellige, tam de filiis ſuis, quam emancipatis: quia in iſta materia, etiam emancipati ſuccedunt in feudo, & ſi filius reperitur in poſſeſſione bonorum feudalium, in dubio præſumitur hæres patris. Præpo. hic, poſt numerum ſecundum, quod non curamus emancipationem, ſuitatem ſeu patriam poteſtatem, ſed tantum deſcendentiam maſculinam. Curt. in tracta. feudo. in 3. par. prin. ibi, expedita igitur prima, numero ſecũdo. & idem in eo quod prædonatur, nam non habet vt hæres, nec imputatur in quartam. Azo in l. filium quem habentem. in fi. C. famil. erciſcun. & procedit tam in filio vaſalli, quam domini. Cap. in ver. feudor. dominia, ibi, decimonono.

Quod dicitur de filiis, limita quindecim modis. Præpo. hic, nu. 6. in princip. & in filiis tantum, non vlterioribus. Fre. vbi ſupra, ibi, tertia formula, poſt numerum ſextum. & admittitur agnatus, quando non adeſt filius, vel adeſt, & non vult eſſe hæres, etiam ſi cum beneficio legis. Alexan. in conſ. 19. numero 19. quinto volumine. Afflict. hic in princ. numero primo. Pernus in con. 6. columna 2. cir. prin. & niſi dominus & agnatus facerent ei gratiam, vt repudiata hæreditate retineat feudum. Bal. hic, numero 3. & 20. vel niſi eſſet præteritus, quia tunc poſſit habere feudum, & dimittere hæreditatem. Cap. in ver. feudatariorum filii. ibi, præteritus, & procedit in feudo antiquo, quod habet agnatus repudiata hæreditate. Alexan. in conſil. 8. poſt numerum tertium, 5. volum. ſecus in feudo hæreditario, in conſti. feu. diuer. princ. poſt numerum 83. quod fuit conceſſum pro ſe & hæredibus: quia numquã tranſit ad agnatos, niſi ſint hæredes recipientis, ſecundum magis communem opinionem. Alexan. in conſil. 10. numero 8. 3. volumine. Item quando feudum datum eſt ſimpliciter, ſecus ſi ſibi, ſuis liberis & deſcendentibus: quia tunc cenſetur potius habere a primo inueſtito, quam a patre, vnde poſſint habere etiam quod non ſint hæredes patris. Paul. de Caſt. in conſil. 312. poſt numerum tertium. 1. volum. & in l. pro hærede. §. ſi quid, num. 9. de acqui. reu. hæred. & quando non ſunt expreſſè nominati: nã ſi ſunt expreſſe nominati in inueſtitura, poſſint venire ad feudum, etiam quod non ſint hæredes patris, nec pater poteſt eis præiudicare per contractum vel delictum, ſicut in emphiteoſi. Idem Pau. in conſi. 244. numero 3. circa med. & poſt numerum 4. 2. volum. tunc poteſt ex contractu paterno emphiteoſim acceptare, & hęreditatem repudiare: Bal. in l. filio. cir. med. de leg. 1.

Nota, quod natura docet pios parentes vxores ducere liberorum procreandorum animo, vt ex prole

prole diurumitatis memoriam relinquant.l.liberorum.§.præter hæc,de verbn.ſign.cupiditate ſobolis ducti.l.ſi cum dotem.§.ſi maritus,ſolu.matr.& nimio voto liberorum ſuſcipiendorum.l.1.§.ſi omnes. de ventre inſpic.vaores ducunt,etiam quod ſit periculoſum. Lucas in l. meminimus. colum.pen. poſt medium.C. quando & quibus quarta pars debea.ſed eſt donum Dei ptocreare filios: nam videmus multos diuites non habere,& pauperes ſic.Afflict.in conſtit.monarchiam,in 7. nota. num.11.in quibus cau.pugna locum habet.

16 Nota etiam, quod feudum hæreditarium eſt, quando ſit mentio hæredis in prima inueſtitura.in conſil. feud. diuer. pri. numero octuageſimonono.puta ſi dicatur pro ſe & hæredibus ex corpore. Afflict. in deciſ. 195. poſt numerum 7. & 140.vel hæredibus & ſucceſſoribus, quia importat qualitatem,quod ſucceſſor ſit hæres. Afflict.in conſtit.vt de ſucceſſionibus, num.16.de ſucceſ.nobi.quomodo cognoſcitur eſſe hæreditarium vel non.Alexan. in l. ſi patroni.ad Trebell.& in conſil.27.5.volum. Ripa in l.prima,numero 8.in fi.ff.de priuileg.credi.Cap.in ver.feudorum genera.ibi,hæreditarium. Loffr.in conſi 46.num.11.& poſt 12.& 13.& hic: vbi in princip.citat loca,in quibus tractatur de huiuſmodi feudo. hoc non tranſit niſi ad eos,qui ſunt hæredes mediate vel immediate recipientis. Alexand.in conſil.26.num.8. circa fin.5. volum. comprehendit deſcendentes vltra filios. Idem Alexan. in conſilio 80. poſt numerum 12. 1. volum. venit vniuerſalis, quandoque particularis:& quid ſi proferatur a teſtatore.Idem Alexan.in conſ.8.poſt numerum primum,ſecundum,& tertium,& decimū. num.9.3.volum. & licet veniat in petitione hæreditatis. l.item videndum.§.fin.in glo. de petit, hæred. quandoque non, ſicut nec in reſtitutione fideicommiſſi.Cam.in §.præterea ducatus.car.100. columna 2.circa princ. & 101.colum.1. in eo mater non ſuccedit. Bald.in conſil.114.1.volum. tranſit ad deſcendentes fideicommiſſarios & inſtitutos in re certa. in conſti.feud.diuer.40.nume.9.in dubio præſumitur datum prout probant verba expreſſa in datione feudi. Fre.vbi ſupra,ibi,tertia formula, numero 22. non admittuntur filij nec agnati, niſi ſint hæredes. Dec.in conſilio 194. numero 4. in huiuſmodi feudo idem ius ſtatutum videtur, quod in allodialibus,vnde venit in reſtitutione, & ſuccedentes tenentur approbare factum defuncti. in d. con.feud.diuer.40. num.3. In regno omnia feuda ſunt hæreditaria. Napo.in conſu. & ſi teſtator.poſt num.8.glo.Pariſ.titu.1.in princip. poſt num.104. ita & de conſuetudine Burgun. Caſſan. in conſue. Burg.rub.3.§.5.in princ.num.6.Iſta eſt communis forma in regno. Afflict.in conſt. ſi quis poſt litem. poſt num.17. de pœna contu.& ſic dicitur hæredi‐

17 tarium, quando conceditur pro ſe & hæredibus: ſed ſi conceditur pro ſe & liberis, tunc dicitur prouenire ex facto & prouidentia concedentis.Cur.in tract.feu.in pri.par.quæſt.8.poſt nume.18.Dec.in conſil.208.num.7.& 8.390.num.5.395. poſt nu. 4.& 5.colum.fi.in princ.& 445.ante & poſt,nu.8. Fre.vbi ſupra,ibi,tertia formula.poſt num.2. & 3. nam nomen liberorum in cōtractu comprehendit omnes deſcendentes: eſt indefinitum,nec certo gradui adaptatur,ſicut nomen filii,& nepotis. Bald.in l.ſi dotali,ſolu.mat.idem ſi dicitur pro ſe & liberis, vel pro ſe & filiis.Alex.in d.con.26.num.4.& in d. con.19. nu.5.cir.fi.addi.1.ad Odoff.in Sum.vtrum quis poſſit vaſal.hære.repudiare & eius feu. accip. Cap.in ver.feudorum genera.ibi,ex pacto & prouidentia, quando ſit nuncio filii,non venit vt hæres. Bal.in l.ſi poſt mortem.de leg.1. & ſic eſt differētia inter verbum hæredes, & liberos. Iſer.hic,nu.3.& Aluar.poſt num.9 filios & liberos. Pernus in con. col.2.in fi.& in 1.nota.col.4.in fi.& in quartis.col. 2.poſt prin.& ſeq.& dicitur ex pacto & prouidentia,quod nō habuit a defuncto, ſed ab illo qui fuit agnationis communis,ex pacto & prouidentia cōcedentis.Iſer.hic cir. prin.& iſta prouidentia reſpicit primogenitum. Loffr.in d.con.46.num.12.cir. fi.vnde omnia feuda in quibus viuitur iure Frāchorum,ſunt ea pacto & prouidentia: quia in eis vocatur primogenitus ex pacto legis, ideſt,conſti.regn. vt de ſucceſſionibus.Cap.in d.ver.feudorum genera.ibi,ea pacto & prouidētia. ver.prima declar.nā conſuetudo feudalis idē eſt quod prouidentia principis.Fre.vbi ſupra,lib.3.ibi,differentię inter feuda ex pacto & prouidentia.ver.vigeſimoſecundo.poſt med.principalis prouidentia.l.ſi arrogator. de adoption.Bal.in l.item videndum,num.2.rep.de petitio.hære,& in hoc eſt regulare, vt inter maſculos primus habeat,& qui ſuccedit nō vr habere a ꝓximo defuncto, ſed a primo acquiſitore & cōcedēte. Loff.in d.con.1.nu.11.& 15.nec requiritur ꝙ ſit cōceptus viuo primo acquirente, ſed tranſit in infinitū.Bal.in conſ.215.nu.1.in fi.2.vol.ſuccedunt agnati per ordinē gradus,etiamſi non ſint hæredes proxime defuncti,quia hēt cauſam a primo acquirētē. Loff.in d.con.1.poſt nu.192.& illi ſuccedunt ex diſpoſitione concedentis:cum acceptori fuerit cōceſſum pro ſe & deſcendentib.idem Loff.in conſi.10. poſt nu.21.Prouidentia legis,conſuetudinis feudorum ſeu principis,hoc præſtat.Aluar. in §. & quia poſt nu.2.& 6.& de his qui feu. dare poſſ. & plus operatur pactū quàm lex,& econtra.Azo in d.Sū. fam.erciſ.in fi.prin.& ſic vtriuſq; prouidentia. l.3. cir.fi.ff.de ſtatulib.dicitur debitum filiis & agnatis ad ipſos,modo vni,& alteri,& alteri poſtea.Loff.in d. con.1.nu.11.& 15.& in con.7.poſt nu.57.& 58.vel primo,& poſt mortē eius ſecundo,& aliis ſucceſſorib.ordin. gradus:nec filius ſubintrat ī locū patris. Fre.vbi ſup.ibi,primo.nu.2.ī prin. vel defert agnatis ꝑ ordinē,quorū primus eſt filius, qui nō poſſit in vita patris recuperare,niſi reſtituat preciū. Fre. vbi ſup.li.2.ibi,plurib.nu.60.cir.med.nec alienatio nocet,quia poſſint hr̄e feudū,licet nō ſit hæres patris.Pau.de Caſ.in cōſ.207.poſt prin.2.vol. ideo careant emptores ab iſtis feudis, quia agnati nati & naſcituri,ſemper poſſint reuocare, dum in tpe alienationis exiſtat aliquis agnatus qui poſſit reuocare.Afflict.in §.ſi Titius,num.3.in fi.ſi de ſeu.fuerit controuer.inter domin. & agna. Pernus in conſil. 7.poſt princip.2.in 1. & 3. nam feuda reſtitutioni ſubiecta non reperiunt emptorem.Fre.vbi ſupra,libro 2.ibi,trigeſimoſeptimo, num.17. & filius non tenetur habere ratum factum patris, niſi ſit de nouo quæſitum,in quo nec prodeſt inuentarium ,ſecus in antiquo.Fre.lib.3.ibi tertia formula.in fi.numero 31.& procedit in feudo quaternato, nam in plano & de tabula, non eſt dare prouidentiam & pactum.Fre.ibi, inter quaternata,num.23. verum quādo poſſunt plures gradatim lędi, ſufficit quod primus citetur,licet alii contrariū tenēt. Bald. in l. in cauſa 1.in pri.rep.§. fina.in fin.ff.de minoribus.

ſed lata ſententia ſuper ſeudo mortuo ſeudatario
ſucceſſit potius agnatus iure feudi quã extraneus
hæres. in l. ſi marito.§. ſi voluntate, ſolu.matrim.
18 huiuſmodi verò verbum, ex pacto & prouidentia,
magiſtrale appellat Iſer.hic,& Pernus in con.2.co-
lum.2.poſt med.ſicut lex diœceſana, & lex iuriſdi-
ctionis, ſunt verba magiſtralia. Innocen.in cap.1.in
fi.de ſtatu monacho.fortium & podere,e conſue-tu
dine loquentium & patriæ inuenta.Pau.de Caſt.in
conſi.57.colum.2.in fi.2.volu.licet alibi, vbi ſunt
caſus enumerati,non licet alium addere ea proprio
capite,in con.feu.diuer.13.poſt num.7.& eſt argu
mentum contra magiſtros nouitates inducentes,ſi
præter rationem hoc faciunt. Archi.in cap. ſi.circa
med.11.diſt. tamen verbum prædictum ſpecificum
a feudali conſuetudine,cum non ſit cognitum,ani
maduertentes Pileus & Bulgarus intrinſecam vir-
tutem feudorum,adinuenerunt hoc nomen.Cam.
in §.præterea ducatus.car.94.colum.3. poſt prin.
& dixerunt cauſa doctrinæ,cum non habeamus no
men pro hoc genere negotij. gloſ. in l.ſi pupilli.§.
item quæritur, in ver.ipſo geſtu.cir.med.ff.de neg.
geſtis. Vnde licet nobis fingere nomina,ſenſu in-
ſpecto & retento. Azo in Sum.C.de operis libert.
dum diſtinguit opera. poſt nume.2. penuria voca-
bulorum hanc ſpeciem ſic appellamus; nec eſt cu-
randum de nomine,cum res intelligatur. idem A-
zo in Sum.C.de nego.geſt. videmus plura vocabu
la ab vſu moderno introducta. Caſſa.in conſu.Bur
gun.rub.6.§.4.ibi,baliſte,num.3.poſt med.Secun
dum edictum magiſtraliter appellatur,citatorium.
Aluar.in c.1.num.12.circa princ.de milit.vaſſ.qui
contu.eſt.nomina magiſtralia non a lege, ſed a do
ctoribus impoſita cauſa facilioris doctrinę.glo.Pa
riſ.1.tit.1.§.1.q.3.poſt num.50.glo.rub. de operis
noui nunt.Bal.in l.ſi pupilli,§.item quæritur.in gl.
mag.d.tit.ff.de nego.geſt.& ſic appellationes magi
ſtrales non ſunt contemnendæ. Archid.in c.1.3.q.
2.regula a magiſtris tradita approbatur. gloſ.3.in
cap.ſi.de conſang.& affin.& poteſt aliquid dici ma
ſtraliter. Pernus in d.con.6.colum.2. circa fi.licet
vbi caſus ſunt numerati a lege non licet ea pro-
prio capite alium addere. Affli.ex quibus cau.feu.
amit. nu. 66. Quidquid ſit,hæreditas nihil confert
ad ſucceſſionem huius feudi, ſed poſſunt agnati ha
19 bere feudum,licet non ſint hæredes defuncti.De-
ci. in con.78.col.2.poſt num.5.& non habent feu-
dum iure ſucceſſorio, ſed ex pacto & prouidentia.
Affli. hic,in gl.3.nu.37.& conceduntur quædam,
quamuis non ſint hæredes. Luc. in l.pen.cir.med.
C.de metatis.& in hoc agnatus eſt melioris,quãdo
que deterioris conditionis filio.Cap.in ver.feudo-
rum agnati.poſt prin.quia in ſeudo nouo non ſuc-
cedit,niſi expreſſe dicatur. Ioan.de Ana.inter vſas
feu.Bal.de aliena.feu.in prin. Aluar.hic,poſt prin.
in filio non diſtinguitur, ſi eſt nouum vel paternũ.
Bald.hic,num.7. In dubio præſumitur antiquum,
non nouum.Iaſ.in repet.feu.in prin.nu.97.gl.Pari.
tit.1.§.5.nu.307.& põt dici nouũ reſpectu alterius
generationis, ẽt ꝙ in prima ſtetiſſet per mille an-
nos.Pau.de Caſt.in con.262.in prin.2.vol.& præ
dia non præſumuntur antiqua,ſed potius de nouo
conquiſita.gl.6. Pari.nu.3.in fi.tit.1.§.13.& cõce-
20 duntur filiis quædam,etiam ꝙ non ſint hæredes. l.
ſi conſtante.§.ſi exhæredato.in gl.poſt med.ſol.ma
ctus ſuo ſuperiori. Abb. in cap. porrecta, poſt nu-
merum quartum. de confirmat. vtili vel inutili. Vt
ex eis cauſis ipſum amittat, quibus & verum feu-
dum.] Quia in amittendo retinet propriam natu-
ram. Aluaro. hic num. 3. in princip. ex quo facultas
quod poſſit alienare ſine conſenſu, non operatur
quòd ſit franchum a maleficiis. Afflict. ex quibus
cau. feu. amit. nume. 47. in fin. & hic in 2. notab. in
pri. & ſic amittitur illis modis, quibus & verũ feu-
8 dum. Aluarot. in §. eſt & alia. nume. 6. in fi. quæ ſit
prima cau. benęfic. amit. & in cap. pen. poſt prin. ſi
de feud. defuncti milit. controuer. fue. Odoffred.
in d. Summa, quibus modis feud. amit. nume. 128.
quamuis feudum datum, eo quod dantem a mor-
te liberauit, non perditur per ingratitudinem, vel
aliam cauſam. præpoſi. an mutus vel aliter imper-
fec. num. pri. in pri. & reperitur quoddam feudum
franchum vel honorificum, non ſubiectum legib.
pœnalibus feudorum, quod tranſit ad eccleſiam
domina effecta moniali. Alexand. in conſi. 10. poſt
numerum 12. & 13. quinto volum. Vbi.] Tempo-
9 raliter accipitur. Cur. in rub. nu. pri. ff. de iudiciis.
& ſic quando Ergo ſic.] Vt ſupra, datum eſt feu-
dum, Et cui infeudum dederis.] Non ſimpliciter,
ſed in feudum, & in hoc differt principiũ a fine tex
tus. Iſer. hic, & Aluaro. poſt numerum ſecundum.
Aliud eſt.) Nam tunc data facultate alienandi in-
telligitur ſecundum naturam feudorum, limitati-
ue, ſecundum conſtitutiones & conſuetudines feu
dales, in conſi. feud. diuer. pri. poſt numerum 44.
& 45. adeo quod in alienatione debet requiri licẽ-
10 tia. Frec. de Subfeu. lib. 2. ibi, quinquageſimoquar
to quæro. numero 2. verum tempore alienationis
requiſitus tenetur eum præſtare. Fre. vbi ſupra, ibi
quadrageſimoſecundo. & lib. pri. de ogine Baro-
num. in prin. num. 50. Et propriam feudi naturam
11 habet.) Quia quę a conſuetudine ſunt, ita deben-
tur ac ſi exprimantur. Archidiaco. in cap. ante. in fi.
3. diſt. & ſemper ita eſt præſumendum ſecundum
propriam naturam, niſi probetur alteratio. Aluar.
in §. præterea. num. 2. quid ſit inueſtit. & in capit.
pri. poſt numerum tertium. vbi Præpoſi. in prin. de
capi. Corrad.

Declarato textu, impugnatur eius determina-
tio. Et primò, feudi natura non poteſt mutari, ſed
quod adiicitur contra naturam vitiatur; feudum ve
rò remanet, ſicut in legato. l. ſi peculium. §. pri. de
peculio leg. & tanquam inutilis adiectio vitiatur
& non vitiat, Iſern. in §. profecto. in fine. de lege
Corrad.

Secundò, natura rei idem operatur, quod ver-
borum

borum vel perſonarum expreſſio, Bald. in conſilio 357. io fin. primo volum. in ſeudo ſecundum eius oaturam, non ſuccedit niſi filius maſculus. §. & ſi clientulus. de aliena. feud. ergo non ſuccedit extraneus, etiam quòd dicatur, cum natura potius inſpiciatur quàm accidens. Bal. in conſi. 391. poſt nu. 4. 5. volumi.

Vltimò, verba debent congrue accipi. Afflict. in c. pri. poſt nume. 13. de ſeudo Marchiæ, vnde concedendo feudum, debet intelligi, ſecundum ſeudi naturam: nam incongrue diceretur feudum, ſi feudorum iure oon cenſeretur. Lucas in l. vni. colum. ſeptima, circa medium. Cod. de impooeo. lucra. deſcrip.

His noo obſtantibus ſeruatur contrarium, quia rei ſuæ dicere potuit legem quā voluit. §. p traditionem. Inſtit. de rerum diuiſ. Iſer. hic ante & poſt nu. 3. cum eius ſit liber moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. & dncitur tunc cootractus ad naturam pacti. Bal. in l. 2. §. prim. colum. 3. poſt princ. ſi certum peta. & lex contractus ſeruabitur. io l. Lucios. la prima. io fi. & l. publia. §. Lucius. in fi. ff. de pact.

Qua ſtante, non obſtat primum: nam rei effectus ſępenumero mutatur. l. ſi in diem. §. fi. de condi. & demonſt.

Secuodum non obſtat, nam feudi conceſſio ex pacto & conuentione legem accipit. Grammar. in deciſio. 103. nume. 131. & feudum regulatur ſecundum naturam, aliquando ſecundum pactum, per quod licita eſt tranſgreſſio ſimplicis naturæ. Bal. in conſi. 353. nu. 3. pri. vol.

Vltimum non obſtat, oam feudum dicitur etiam quòd non habeat ſeudi naturam. Iacobin. in ver. in feudum nume. 13. oam illo excepto, in reliquis ſeruabitur oatura feudi. Cap. in verb. feudorum alienationes. in 7. amplia. & In oon expreſſis naturam feudi ſortitur. Dec. in conſi. 193. poſt numerum quartum. & quintum. ſicut pactum appoſitum præter naturam contractus, ooo mutat naturam contractus in caſu omiſſo, ſed tantum in caſu expreſſo. Bald. in l. ſi cum dotem. in prin. ſoluto matrimonio. & ſic firma remanet cooclufio, quòd
12 accipiens feudum pro ſe & cui dederit, poterit alienare ſine aſſenſu. Intellige, quòd nō ſolum poſſit concedere in vita, verumetiam & poſt mortem concedentis. Cap. in deciſio. 121. nume. 8. & etiam in teſtamento. Idem Cap. io deciſio. 64. oum. 5. & quod poſſit ad voluotatis libitum iuriſdictionem prorogate. Grammat. in dicta deciſio. 103. numer. 134. idem ſi adſit pactum, quòd poſſit alienare ſine conſenſu domini. Afflict. in §. ſio. nume. 21. quæ ſit prima cau. benefic. amit. nam licentia alienandi, æquiualet illi, Cui dederit. Hiero. Gabrie. in conſi. 9. nume. 11. Intellige tamen poteſtatem alienandi datam, ſecundum formam legis. Cap. in verb. feudorum alienatiooes. in 8. ampliatio. adeo quod qui per inueſtituram hēt liberum arbitrium tradendi alteri, non poteſt ſibi appropriare. Præpo. hic in fi. & verba, quod poſſit relinquere quibus voluerit, intelligitur de legitimis, & ſecundum naturam feodorum. Bald. in conſi. 207. num. prim. poſt pri. circa finem. & nume. 3. 2. volum. Intellige prædicta ſi apponuntur in principio conceſſionis, nam ex interuallo non poſſit introduci noua forma primitus non introducta. Bal. in l. lectura. num. prim. in fi. ſi certum pe. l. cum dos. ff. de pactis dotalibus.

nec procedit ſi detur poteſtas alienandi proprietatem, quæ pertinet ad alium. Idem Bald. in conſil. 124. numero 2. 3. volum. vltra quòd dominus tacite nunquam videtur renunciare ſuæ proprietati. Bald. ſupra in prælud. nume. 53. circa finem. nam etiam quòd dominus nullum ius ſibi retineat, nihilominus ſemper remanet verus vaſallus. gloſ. Pariſ. tit. pri. §. 50. circa princ. in regno, non procederet hoc cap. niſi in Rege ſic dante feudum: & ſtatur tunc ſuæ inteotioni, quæ apparet, & iudicatur per verba. Iſern. hic oum. 3. io fi. & per claoſulam, feudi natura in aliquo non mutata, quæ operatur, oe ſtatus originalis rei per pactum accideotale alteretur. Cap. io ver. ſeudorum clauſulæ. in fin. ibi, natura feudi, &c. & cum tractetur de præiudicio tertii, dicitur, iuribus noſtris & alienis ſemper ſaluis, etiam quòd ratiooe aſſenſus dicatur habere a Rege. Afflictus hic in principio. 2. 3. 4. & quinto ootab.

Nota, quòd ſeptem reqoirantur ad hoc, vt proprie ſit feudum. Primò, quod ſit ſpoote datum, nō coacte. Secundò, vt dominum directum rema-
11 neat penes concedentem. Tertiò, vt vtile tranſeat in accipientem. Quartò, vt conſiſtat in rebus immobilibus, vel qoæ immobilium nominę cootinētur. Quintò vt perpetuo traoſeat ad maſculos & deſcendentes. Sextò, vt præſtetur fidelitas & ſeruitium perſonale. Septimò, quòd gratis & libere fuerit conceſſum ſine interuentu pecunię & mercedis. Si contra vnum ex prædictis apponitur pactū, alteratur natura feudi, & alia conuentio inita dici-
13 tur, ſcilicet contractus innominatus. tenetur tamen ad ea quæ io inſtrumento fidelitatis, continentur, oe feudum io ſe contineat repugnantiam. Curt. in tracta. feud. in prima par. cap. 7. nu. 7. & 8. Huiuſmodi feudi quædam ſunt de ſubſtantia, puta, inueſtitor, inueſtitus, res, & iuramenti præſtatio. in cooſi. feud. diuer. 49. poſt numerum octauum. iſta per pactum remitti non poſſunt. Aluarot. in §. eſt & alia. num. 6. quæ ſit prima cau. benefic. amit. per pactum verò poteſt natura feudi immutari, puta: quòd non iuretur, transferatur directum dominium: & ſi nihil ſibi reſeruat, intelligitur, niſi iuri publico vel naturæ feudorum eſſet contrarium, vnde videtur reſeruaſſe iura feudi quæ ſunt in cap. de forma. 21. quæſt. 5. io conſi. feud. diuer. 47. num. 4. & conſi. 48. num. 2. & 4. nam poteſt feudum conſtitui per pactum ſine fidelitate. Aluarot. in d. §. eſt & alia. num. 4. & ſi apponitur pactum, quòd non teneatur ad homagium, non perdatur feudum propter inueſtituram non petitam: & quod poſſit alienare irrequiſito domino, nō dicitur contra ſubſtantiam feudi. Pater, nam ſi propter inueſtituram oon petitam iofra aonum & diem, vel alienationē factam irrequiſito domino feudum eſſet perditū, & reuerſum ad dominum, poſſet dominus remittere hanc iniuriam, & remaneret feudum ex veteri conceſſione, ac ſi nunquam fuiſſet perditum, quia cum actus non ſit de genere prohibitorum, potuit apponi pactum ad impediendum, qood non perdatur. Pau. de Caſt. in d. conſi. 312. poſt princ. pri. volum. dicitur lex contractui non improbata. l. Iulianus. §. ibidem. ff. de actio. empt. aliàs, ſicut non valeret pactum contra naturam actus, ita nec præſcriptio. Bal. in ſi rem. §. omnis. in fi. de pign. actio. & ſi eſt alterata feudi natura in vno, non eſt alterata in aliis, Cap. in ver. feudorum acceſſoria. in fi.

remaoet

remanet feudum quo ad alia. Aluarot. in cap. fina.
poſt numerum quartum. de feu. dato in vicem leg.
commi. ſeruatur natura feudi præter quam in il-
lis. Pau. de Caſt. in conſi. 406. circa finem. 2. volu.
& in cæteris per omnia iure feudi detinetur. Cam.
in d. cap. Imperialem. car. 40. colũ. 4. poſt princ. re-
manet feudum in eo quod non eſt mutatum; nam
mutatio vnius de concernentibus diſpoſitionem,
non mutat reliqua. Loffred. in conſi. pri. num. 177.
poſt medium. & poſt numerum 178. vnde in feu-
do francho, licet ſit alterata natura remanet tamẽ
feudum. Fel. in cap. cæterum. poſt numerum ſex-
tum. de iudiciis. vel feudum improprie. Curt. vbi
ſupra. in pri. parte prin. quæſt. 8. poſt numerum 5.
ſeu non habens propriam feudi naturam. Idẽ Cur
ti. vbi ſupra in 6. quæſt. nume. 7. 28. & 30. exem-
14 plum ponitur hic, vt ſi detur feudum alicui, & cui
dederit, eſt contra naturam feudi. Iacob. de Ardi-
zo. in Summa, quæ ſit natura feud. poſt medium.
Aluar. hic poſt princ. nam cum ſit tranſmiſſibile ad
quemlibet extraneum, non videtur feudum. Per-
nus in conſi. 4. colum. pen. in fi. & colum. fi. in pri.
cum poſſit per illa verba alienari irrequiſito domi
no. Alex. in conſi. 228. num. 6. 6. volu. Dec. in con-
ſi. 390. num. 8. 3. volum. idem ſi in conceſſione di-
catur, Transferentes omnem actionem vtilem, &
directam, quæ verba important quòd ſit datum in
burgenſaticum, tamẽ ſi in priuilegio dicitur in feu
dum, & ſubditur, nihil nobis reſeruantes, ſecundũ
magis communem opinionem, erit feudum nõ ha
bens propriam feudi naturam. Alex. in conſil. 24.
num. 11. 5. volum. Iaſ. in tract. feud. in pri. num. 11.
vſque ad 14. Cap. in verb. feudorum clauſulæ. ibi,
transferentes; quia alteratur per pactum. Pernus
in d. conſi. 4. colum. fi. cir. prin. verba, Pro te, maſcu
lis, & fęminis, & cui dederis, quid operentur. Al-
uar. in cap. feudum ea lege cir. prin. & poſt nume-
rum ſecundum. ſi de feud. defun. milit. contro. fue.
Soc. in conſi. 257. num. 5. 2. vol. ſi dicitur, pro te, hę
redibus & ſucceſſoribus quibuſcumque, veniunt
etiam extranei. Idem Soc. in conſi. 19. nume. 4. pri.
vol. Iaſ. in l. cum filiofamilias. num. 89. de lega. pri.
in l. 2. §. prætor ait. num. 6. qui ſatiſda. cogan. & eſt
magis commu. opinio. Cur. vbi ſupra, in 3. par. pri.
in fi. ibi, circa iſtam materiam. num. 62. & operan-
tur verba prędicta, quòd feudum poſſit legari, ſed
quando proferuntur a lege, recipiunt reſtrictionẽ
de habilitate. Cur. vbi ſupra in 4. par. ou. 130. vnde
dicta verba aliqui intelligunt de habilibus ad ſuc-
cedendum, non de extraneis, in conſ. feu. diuer. 40.
num. 6. Reſtringunt vt non comprehendant pote
ſtatem alienandi contra naturam feudi, nec vt cen
ſeatur data licentia alienandi in extraneum pręter
domini licentiam, in conſi. feud. diuer. 49. nume. 2.
poſt numerum quintum. 9. ante & poſt, ſicut non
admittuntur extranei in emphyteoſi. Hiero. Gab.
in conſ. 9. poſt numerum 12. emphyteuta ſi habet
facultatem vendendi cuicumque voluerit, an poſ-
ſit ſine aſſenſu? quòd ſic, & ſufficit ſemel cõſentiſ-
ſe, licet inde ad annum alienaret. Spec. in tit. de em
phyteoſi. nu. 117. 122. & 191. & pactum contra na
turam emphyteoſis, an valeat, ibi, n. 164. & 165.
vel ſi eſt dictum quod poſſit vendere, intelligitur
domino requiſito. Bal. in l. ſi ſtipulatus. circa med.
ff. de vſuris. Et verba in conceſſione feudali, ad v-
tendum, intelliguntur ſecundum naturam feuda-
lem, vt tranſeat ad hęredes. Prępoſi. ſupra in præ-
lud. poſt numerum 50. & ſi dicitur ad tenendum,
poſſidendum, & quidquid perpetuò faciendum, in
telligitur ſcilicet in feudum. in conſi. feu. diuer. 48.
poſt numerum 4. & 9. & d. conſi. 49. nu. 4. in fi. ver
bum, libere, quid operatur. Zab. in cle. fi. num. 2. de
ęta. & qualit. & idem eſt ſi dicatur, quibuſcumque
vel quibus dederis, ſecundum com. opin. in conſi.
feud. 40. poſt numerum 6. & 7. & d. conſi. 48. num.
5. & ſi dominus liberat vaſallum ab omni ſeruitio,
non propter hoc feudum eſt extinctum. Bal. in l.
ſumma. num. 13. de rerum diuiſio. in dubio præſu
tur datum ſecundũ eius propriam naturam. Cap.
in ver. feudorum genera, ibi, carens propria feudi
natura. in fi. & facienda eſt interpretatio per quam
omnia conſonent, & dominium directum non ſit
tráslatum, ſed vtile, plenũ: & ſi in aliquo eſt tranſ-
latum dominium, non propterea deſinit eſſe feu-
dum. in d. conſi. 40. diuer. feu. poſt num. prim. & 2.
cum alteratio non præſumatur, niſi expreſſe aga-
tur. Cam. in d. cap. imperialem. cart. 40. colum. 2.
in fin. feudum verò cum alterationibus prædictis,
alio modo dicitur franchum, quod idem importat
15 quod honorificum. Cap. in ver. feudorum genera,
ibi, honorificum. Iaſ. in repet. feud. in pri. num. 113.
& 114. vel liberum, inde franci & Francia. Caſſan.
in conſuet. Burg. rub. 9. §. 5. in pri. Aluarot. in §. fi.
colum. 4. in pri. de cap. qui curi. vend. de hoc feudo
francho non meminit ius commune feudorum. Ca
pi. vbi ſupra in ver. feudorum genera. ibi, franchũ,
ſed quid ſit Bal. in l. ſi plures. num. 7. C. de cond. in
ſert. & eſt franchum & liberum, quando conſtat
de intentione concedentis, quia conceſſit feudum
cum illo pacto, & ita intelligitur iſte titulus. Paul.
de Caſt. in conſi. 164. cir. fi. poſt numerum 8. 2. vo-
lum. Quid ſonant iſta verba, & abſolutum ab om-
ni ſeruitio, de quo intelligitur, & quid ſi remittitur
iuramentum, ſed non fidelitatis. Ioan. And. ad Spe
cul. in rub. de præſcrip. colum. 3. circa med & ſi do
minus liberat vaſallum ab omni ſeruitio, non eſt
extinctum feudum. Bal. in l. pri. in pri. repet. q. 16.
de rerum diuiſio. de huiuſmodi feudo francho &
eius effectibus, Cur. vbi ſupra. in pri. par. pri. q̃ö. 8.
nu. 27. vſque ad 32. & efficitur franchum, per ver-
ba, de quibus ſupra, concedendo, Pro ſe maſculis,
& fęminis, & cui dederit: nam ſi nõ additur, & cui
dederit in feudum, erit franchum, & mutatur feu-
di natura, adeo quòd ſi vendatur vel donetur libe-
re, quod poteſt, deſinit eſſe feudum apud empto-
rem. Iſer. in cap. feudum ea lege. ſi de feud. defunc.
mili. contro. fue. idem ſi conceditur feudum Titio,
pro ſe hęredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque:
nam compręhenduntur extranei & legatarii, aliàs
ſecus. Alex. in conſi. 7. nu. 6. 7. vol. & venit in reſti-
tutione fideicommiſſi. Iaſ. in repeti. feud. in pri. nu.
49. & 128. quia feudum non habens propriam feu
di naturam, alio pacto dicitur franchum. Alex. in
conſi. 30. nu. 9. in fi. pri. vol. verba, in feudum nobi
le, liberum, & franchum, quid importent, in d. con
ſi. 49. feu. diuer. nu. 30. circa medium. & ſi eſt fran-
chum & liberum a reſtitutione ſeruitiorum, non ta
men a maleficiis. Bal. ſupra in præludium. 53. in fa-
ciendo, ſiue in tacendo, nec eximit a capitulis com-
prehenſis in natura fidelitatis, & ſi fieret prorſus li
berum ab omni fidelitate, eſſet quędam libera do-
natio. Præpo. vbi ſupra in prælud. nume. 34. & 37.
in fi. aliàs tenetur ad ea quę in iuramento fidelita-
tis continentur. Cur. vbi ſupra, in 6. q. pri. par. pri.
num.

num.8.cir. fi. nam in feudo francho & libero, etiã quòd vaſallus ad nulla ſeruitia teneatur, ſemper tamen intelliguntur excepta illa quæ veniunt de natura fidelitatis iuramenti. Curt. vbi ſupra in 3.part. prin. in prin. num.5. circa finem, & licet ſit franchũ a ſeruitiis, non tamen erit liberum in his quę ſunt de natura & forma fidelitatis. Iaco. in ver. qui quidem inueſtit, poſt num.75. Iaſ. vbi ſupra poſt num. 114. & etiam quod differat franchum a nõ francho non tamen quo ad poteſtatem alienandi. Paul. de Caſt. in conſi.179. nume. 2. pri. vol. vnde is cui datum eſt, quia habuit cum voluntate domini, nõ habebit iure beneficii, niſi prout ei eſt datum. §. profecto. quid iuris ſit, ſi poſt aliena. feu. vaſa. id recupe. & qualitercumque datum fuerit. Ludo. de Molin. de Hiſpan. primogen. lib. pri. ca.13, num. 51. & 52. nec dicitur franchum, niſi expreſſe dicatur. Afflict. hic in 2. notab. poſt nume. 3. Iaſ. vbi ſupra, nume. 116. vel quando pro eo nullum præſtatur ſeruitiũ. Idem Afflict. An mutus vel aliter imperfe. poſt numerum octauum. vel præſtatur, ſed ſumptibus vaſalli, niſi ſit longum tempus, quia tunc ſumptibus Baronis. Iaſ. vbi ſupra poſt numerum 115. & licet ſit franchum quo ad ſeruitia, nõ tamen in his quæ ſunt de forma fidelitatis. Iaſ. ibi, num. 114. & 115. circa medium, ſed dicetur franchum, ex quo non habet determinatum ſeruitium, & non veniunt quę non promiſit, ſed implicite promiſiſſe videtur, contenta ſub forma fidelitatis. & intereſt multum, ſeruitium expreſſe promitti, vel ſubintelligi. Cam. in d. cap. imperialem. car. 34. colum. 3. & valet pactum in inueſtitura, quòd vaſallus ad nullum ſeruitium teneatur. Iaco. in ver. qui quidem inueſtiti. num. 73. & differt ab aliis quo ad præſtationem ſeruitiorum, non quo ad poteſtatem alienandi. Loffred. in d. conſi. pri. num. 154. circa medium. Et ſi eſt liberum a pęna contractus; non tamen a pœna delicti, & iuramento fidelitatis. Afflict. in d. cap. pri. num. 13. de capi. qui curi. vendi. nam & ſi ſit franchum, non dixit per omnia frãchum. Cam. in d. cap. Imperialem. car. 36. colum. 3. circa medi. & 4. circa fin. nec dixit liberum, generale, & franchum, quia importat, quod omni libertate ſit liberum. Iacob. in ver. in feudum. poſt numerum. 27. & ibi, ita etiam, num. pri. vel ab omni ſeruitute abſolutum. Iaſ. vbi ſupra nu. 115. circa finem. & poſſet tunc ſecundum aliquos alienari vtile dominiũ; ſed alij contra. Cap. in ver. feudórum alienationes. in 17. limit. & verba, Pro te, maſculis & fœminis, & cui dederis, quomodo intelligantur. Bal. in cap. penult. ſi de feud. fuerit controuer. inter domin. & agna. vaſa. Aduerte, quòd iure iſto feudum emptũ improprie dicitur feudum. Cap. in ver. feudorum acquiſitio. colum. 4. in fi. & 5. in prin. quia dicitur mercenarium, non gratuitum. Alexan. in conſi. 12. num. 16. ſecundo volum. vnde non dicitur proprie feudum: & ideo ſtatutum repellens fœminas, non habet locum in huiuſmodi feudo. Dec. in conſilio 390. poſt numerum ſeptimum. cum aliud ſit rectum, aliud conditionatum. Cam. in d. cap. imperialem. car. 35. colum. 2. Iacob. in ver. in feudum. nu. 6. dixi in §. item ſi vaſallus. de conſuet. recti feud. in forma ſtricta & larga. Pernus in d. conſi. 4. col. 5. circa medium. & vlt. poſt princip. & conſi. 7. in princ. colum. 7. 8. & vlti. circa finem. & in conſilio 11. colum. pri. In dubio non præſumitur franchũ. Cam. in d. cap. imperialem. car. 35. colum. 3. circa finem, nec præſumitur fiſcum ita dare, quod prius ſeruitium debebat. Afflict. ex quibus cau. feud. amit. num. 53. licet recedatur a propria natura per pactum. Aluarot. hic, nume. pri. Et ſi ſit affranchacio per vaſallos a domino, quid cenſeatur remiſſum per affranchationem, Boer. in dec. 263. num. 3. & 4. nec dicitur priuilegium, ſi non eſt contra naturam feudi. Afflict. in cap. 2. num. 17. Impera. Lotha. de plenitudine poteſtatis & eius vſu. in conſi. feud. diuer. 2. num. 139. & ſi detur cum facultate libere alienandi, dicitur franchum, & non extenditur vltra conceſſionarium. Hiero. Gabrie. in conſi. pri. nu. 7. ante ea poſt.

De eo qui finem fecit agnató de feudo paterno. Titul. XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Refutare, eſt medium inter alienare & retinere.*
2 *Finis fit, ideſt refutatio, eximendo ſe de medio.*
3 *Refutatio & reſtitutio non nocet agnatis.*

AD RVBRIC.

1 INTER alienare & retinere, datur iure iſto medium, quod eſt refutare, per quod minime ius noſtrum a nobis abdicamus, ſed ad tẽpus reſtringimus. Cam. in cap. Imperialem. in prin. car. 16. colum. 2. circa medium. de prohib. feud. alienat. per Freder. & fit vt agnatus ſuccedat in feudo paterno nõ per
2 libellum, ſed quaſi refutacionem. cap. pri. de alienat. feudi pater. faciendo Finem.] Ideſt refutationem. Bald. in l. in tribus. in 2. repet. ff. de iudiciis. Præpoſit. & Aluarot. hic in rub. & in nigro. colũ. 3. circa medium. Pau. de Caſt. in conſi. 29. in prin. 2. volum. & eximendo ſe de medio. Bal. infra in textu, circa finem. poſt numerum quartum. & ibi. Al-
3 uarot. colum. 3. in prin. quia iſta refutatio & reſtrictio non nocet agnatis. glo. Pariſ. tit. pri. §. 30. num. 110. & poſt 111. & 112. lo ſecundo, ideo excitatur & ſoluitur quęſtio, de qua infra. huius autem inſtrumenti formam ponit Spec. in tit. de pactis. §. pri. in pri. & nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Tres faciunt forte vniuerſitatem vel rixam, ad minus collegium, ſed per vnum retinetur.*
2 *Agnati, qui ſint.*
3 *Plus, eſt indefinitum, & poteſt ad omne plus referri, paruum ſiue magnum.*
4 *Alter repetit eandem qualitatem, & denotat vnũ de duobus.*
5 *Finem, remiſſionem, quietationem & refutationem dicitur facere, tollendo ſe de medio.*
6 *Refutatio relinquit locum vacuum ſequenti, & perinde eſt ac ſi nunquam fuiſſet in rerum natura.*
7 *Agnatus ſi refutauit, uidetur potius ceſſare quàm extingui.*
8 *Sapientes qui ſcientiam iſtam optime tenent, &*

per

per longum ætatem rerum multarum cognitio-
nem adepti ſunt.
9 *Succeſſio ei qui refutauit non denegatur, niſi renun-*
ciatio ſit realis, uel omnino.
10 *Omnino, ideſt in omnem cauſam atque caſum.*
11 *Quaſi, eſt nota improprietatis.*
12 *Inueſtitura fieri poteſt feudi antiqui, ac ſi fieret de*
nouo, & econtra.
13 *Nouum dicitur, quod nunquam fuit, uel fuit, & po-*
ſtea ex nouo iure acquirit.
14 *Renuncians, ad ius recunciatum admittitur, quan-*
do is in beneficium cuius eſt facta renunciatio de
ceſſit ſine liberis.
15 *Renunciatio requirit ſcripturam, cauſam, & debet*
fieri in manibus domini.
16 *Primogenitus* Regis *vel Baronis, ſi patitur inueſti*
ri ſecundogenitum, ſibi præiudicat.
17 *Renuncians an poſſit redire ad ius renunciatum.*

AD TEXTVM.

1 TRES] Qui forte ſaciunt vniuerſitatē
vel riſam. l. deteſtatio. in gloſ. pen. &
fi. de verborum ſignificationib. ad mi
nus collegium, quod per vnum reti-
netur. l. Neratius. in glo. eodem tit. de verborum ſi
gnification. alibi non augetur numerus per duos
2 vel tres. Archid. in cap. ſane. 65. diſtin. hic in facto
de quo quæritur. Tres erant agnati.) Per virilis ſe-
xus perſonas cognatione iuncti, quaſi a patre cō-
nati. l. ſunt autem. ff. de legi. tut. vnde omnis agna-
tus eſt cognatus, ſed non conuertitur. Caſſan. in
conſuetud. Burgund. rub. 7. §. 8. ibi, du coſte. Vel
3 plures.) Inde finite, & referuntur ad omnes plu-
res, parui ſiue magni numeri. Pau. de Caſtr. vbi de
dictione plus, in conſi. 389. eit. princ. primo volu.
Vnus eorum habebat feudum, quod erat pater-
num.] Hoc eſt illius parentis, qui fuit agnationis
4 communis. cap. pri. de gradi. ſuccede. in feud. Sed
alter.) Agnatus, nam dictio prædicta repetit ean-
dem qualitatem. Zabar. in clemen. 2. in princip. de
rebus eccle. non alienan. Eorum finem & refuta-
5 tionem.] Quietationem & renunciationem. Alua-
rot. in cap. pri. num. 2. circa finem, & in fi. cap. Impe
ra. Lotha. alibi finem & quietationem. Pau. de Caſ.
in conſi. 252. colum. 3. circa medium, & 266. nu.
2. & 4. in prin. primo volum. 181. colum. pri. circa
medium. 377. poſt numerum ſecundum. & 455.
colum. 2. in fin. ſecundo volumi. inde inſtrumen-
tum, finis & refutationis. Specul. in tit. de teſtamen
tis. §. pri. num. 14. Ei.] De cuius natura eſt quòd re-
feratur ad proximum ſubiectum. Soc. in conſ. 252.
nume. 16. ſecundo volum. Suisque hæredibus, &
cui ipſe dederit, fecit.] Sublatus de medio. Præpoſ.
hic circa medium. Deceſſit iſte ſine filio maſculo.
Alter.) Vnus de duobus. Zabar. in clemen. pri. co-
lum. pri. circa medium. de præben. Qui non refuta
6 uit, vendicat ſibi totum.) Quia primus refutando,
reliquit locum vacuum ſequenti, ac ſi nunquam
fuiſſet in rerum natura, vnde ipſo remoto vocan-
tur cæteri. gl. pri. Pau. in 4. quæſt. nume. 28. vſque
ad 31. tit. pri. §. 8. nam tollendo primum gradum
fecit ſibi locum. l. nam & ſi. in fin. ff. de iniuſto ru-
pto & irrit. teſtamen. & remouet alium qui præfe-
rebatur. Pau. de Caſt. in conſi. 165. & 300. in prin.
primo volum. Alter vero qui refutationem fecit,
7 vult ad ſucceſſionem venire, pacto non obſtante.)
Ex quo videtur potius ceſſare, quàm extingui in
ſpe ſua, & durat excluſio, quamdiu durat is cuius
contemplatione renunciauit, cum non ſit ſimplici-
ter, ſed ad tempus. Bald. in ſimi. in conſi. 202. nu-
me. 2. circa finem. quinto volum. & 43. nume. pri.
ſecundo volum. & non eſt excluſus, ſed ſuſpenſus
a ſucceſſione huius feudi. Loffred. in ſimi. in d. cap.
prim. colum. 12. circa princip. Impera. Lotha. nam
renunciatio eſt perſonalis, & non comprehendit,
niſi perſonas comprehenſas in pacto, & ſuos hæ-
redes. Præpoſit. hic circa medium. & intelligitur re
bus in eodem ſtatu durantibus. Paul. de Caſtro in
conſi. 327. poſt principium. ſecundo volum. capit.
fin. vbi Afflict. in princip. ſi de feud. fuerit controu.
inter dom. & agn. & qui refutauit tollit perſonam
de medio, & cedit loco, & reſignat iura ſua ei dun-
taxat cui refutat, vt proximus iure proprio capiat.
Cam. in d. cap. imperialem. cart. 25. colum. 2. poſt
princip. & 30. colum. 3. circa finem. & eſt quędam
priuatio, non titulus. Bald. in l. profectitia. §. ſi pa-
ter repu. ff. de iure dotium. in hac controuerſia, Sa
piētes quidā Mediolanenſes.) Qui ſcientiam iſtam
8 per longum ætatem, & multarum rerum cogni-
tionem adepti ſunt, & optime tenent. Grammatic.
in ver. ſapiēs. Interrogati reſponderunt, non obſta-
re illud pactum, niſi feudum omnino refutauerit.]
9 Et ſic qui refutauit, ſuccedit, niſi ſit renunciatio
realis. vel renunciauerit omnino, & præiudicat hæ
redibus ſi feudum eſt hæreditarium, aliàs non. A-
lexand. in conſi. 13. in pri. dubio. & poſt numerum
decimum. quinto volum. Iſer. infra tit. proxi. de na
tu. ſucceſ. feud. in princi. poſt numerum 9. Bald. in
conſi. 215. in 2. dubio. num. 2. & 250. ſecundo vo-
10 lum. Afflict. in §. hoc quoque. in 5. notab. poſt nu-
merum 13. circa finem. de ſucceſ. feud. & dicitur,
omnino, ideſt in omnem cauſam, atque caſum, qui
ſuccedere aut euenire poſſet. Loffred. in d. cap. pri.
colum. 2. circa medium. de natu. ſucce. feud. vel ge
neraliter refutauerit. Aluaro. hic colum. 2. poſt pri.
Vel niſi ad hoc refutauerit, vt dominus eum, Qua-
11 ſi.] Quæ dictio, eſt nota improprietatis. Archid. in
cap. 2. circa finem. de conſecrat. diſtin. 4. De nouo
beneficio inueſtiret.] Expreſſe dicendo quòd ſit re
12 nunciatio, vt tanquam de nouo inueſtiatur: ſicut
poteſt de nouo tanquam de feudo veteri inueſtiri.
Pau. de Caſt. in conſi. 44. in prin. 2. volum. Tunc e-
nim ſequuta inueſtitura noua, quaſi nouum ſit feu
dum non ſuccedit.] Nam nouum dicitur, quod nun
13 quam fuit, vel fuit, & poſtea ex nouo iure acquiri-
tur. Zabar. in clemen. fi. in pri. in 2. quæſtio. nu. 5.
de pœnit.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio, & pri
mò, remittentibus actiones ſuas, non eſt dandus re
greſſus. l. quæritur. §. ſi venditor. de ędil. edict. Eſau
perdidit primatus ſuos, nec recipere poſtmodum
potuit, quod ſemel ceſſit. cap. quàm periculoſum.
7. quæſt. pri.

Secundò, ſemel excluſus, non debet eo iure ad-
mitti, quo fuit excluſus. Iacob. in ver. & fœminis.
poſt numerum vndecimum. huic remiſit ius ſuū,
non poteſt amplius ſe intromittere. glo. in cap. ec-
cleſia veſtra, lo ſecundo. in ver. adiicere. circa medi.
de ele. vt dixi, quòd remittentibus ius ſuum nō eſt
regreſſus ad illud. Spec. in tit. de emptio. & vendit.
§. pri. num. 37.

Vltimò, qui illos inueſtiri patitur, ad quos feu-
dum ſecundum rectum morem non pertinet, nul-
lo

lo modo ad eum regreſſum habet. §. præterea. quibus modis feud. amit. eò magis, quia cum renunciauerit, non pendet. l. in certi. in ver. quæſtionem. C. de interdictis. ſed renunciando omne ius amiſit. Innocent. in cap. inter cætera. numero ſecundo. in fi. de præben.

His non obſtantibus, ſeruatur contrarium, quia renunciatio habet vim pacti perſonalis, quando fit contemplatione perſonæ. Afflict. & Aluarot. in dicto capitu. fina. ſi de feud. fuerit controuerſ. inter domin. & agnat. & cum perſonæ cohæreat, alii non proficit. l. ſi quis reum. in verb. pacto. de libera. leg.

Quâ ſtante, non obſtat Primum: nam cum fuerit conuentum, ſpectatur conuentio. l. naturalis. §. at cum do. in glo. pri. de præſcrip. ver. & quod proficit vni, non debet prodeſſe aliis, quia odioſa, & debet reſtringi. Bal. in conſi. 437. num. 3. circa medium. primo volum. & illi cuius contemplatione facta eſt & non aliis prodeſſe debet. Pau. de Caſtro in conſi. 252. colum. pen. circa medium. primo volum. ſicut ſi quis remittit pignus. vel alienâti conſentit, ei ſolum prodeſt in cuius fauorem facta eſt remiſſio, vel conſenſus, & non alii. & facit pro mulierib. renunciantibus hypothecę in certis contractibus, & inter certas perſonas, quia extra eas non extenditur renùnciatio. Bal. in l. ſi tibi, decem millia in pri. repet. §. de pignore. poſt numerum 6. ff. de pactis. vnde repudiatio facta per hæredem, nõ prodeſt ſubſtituntis, donec repudians viuit. idem Pau. in conſilio 374. poſt numerum ſecundum. eodem volum.

Non obſtat Secundum, nam licet de natura dominiorum ſit, quòd ſint perpetua, intellige niſi ſit translatum ſub conditione reſolutiua, nã tunc non eſt perpetuum ſed temporale, Iaco. vbi ſupra. col. pen. in ver. & cir. fi.

Vltimum non obſtat, nam procedit quando renunciatio eſt realis, ſecus ſi perſonalis, vt hic, vbi Aluarot. colum. 3. circa medium. vltra quòd aliud eſt aliquem ſimpliciter excludi, aliud in perpetuũ. Innocen. in cap. ex literis. in prin. de conſtitutio. & ſic firma remanet concluſio, quòd renuncians ad
14 ius renunciatum admittitur, quando is in beneficium cuius facta eſt renunciatio deceſſit ſine liberis. Intellige idem eſſe, ſi fiat cum aſſenſu, quia perinde eſt ac ſi facta fuiſſet in manu domini, & dominus de nouo donaſſet. Frec. de Subfeud. lib. 2. ibi, decimoquarto quæro. num. 3. & pacto perſonali, priuilegio, & beneficio, quod perſonam non egreditur. Bal. in d. l. ſi tibi. de com. §. ſi quis. & pacto facto ad tempus, quia poſt tempus dimittit rem in ſtatu priori. in l. ſi vnus. §. ſi cum reo. d. tit. de pact. in tranſactione quæ præſumitur perſonalis. capit. penult. in ver. probatum de inſtitutio. & in terminis. l. redintegrato. & fi. ff. rerum amota. ac Cardinali infirmo, qui ſi carens a conclaui, renunciauit voci, poteſt ſi vult iterum ad eam redire. glo. in capit. vbi periculum. in ver. ſanitatem. de electio. in 6. & habet locum tam ſi agnatus proximus ſit inhabilis per renunciationem, cõtractum, ſiue per delictum. Afflict. hic num. 13. in fi. nec iuri quod ſuperuenit cenſetur renunciatum ſecundum magis communem opinionem. Hiero. Gabriel. in conſi. 6. nu. 12. ante & poſt, & latius in conſi. 7. & ſi de parte conueniſſet non repellet eum a toto. l. ſicut. §. ſi procurator. ff. quibus modis pigno. vel hipot. ſoluitur.

niſi renunciatio eſſet realis vel generalis, renunciando vt ibi num. 8. & in conſi. 8. num. 41. & poſſet petere, non obſtante refutatione, niſi refutaſſet omnino, vel refutauit vt dominus quaſi de nouo inueſtiret. Odoffred. in Summa, ad quos feudum reuertatur, quando amit. poſt numerum 6. & ſi fecit generalem finem de hæreditate patris, non venit feudum. Bald. in l. item videndum. §. fi. de petit. hær. & in 2. repet. d. l.

Limita non habere locum, ſi adeſſet conſenſus ſuperioris, quia tunc etiam pactum perſonale per conſenſum ſuperioris efficitur reale. Iſern. hic colum. 2. poſt principium. & perpetuum. gl. in c. quia intentionis. de priuileg. & pactum reale tranſit in ſingularem ſucceſſorem. Bald. in d. l. ſi tibi decem. §. pactum. num. pri. de pactis. nec procedit ſi refutauit omnino, vel vt dominus eum inueſtiat quaſi de feudo nouo, vt hic. Pau. de Caſt. in conſil. 330. colum. 3. poſt medium. ſecundo volum. vel is cui facta eſt refutatio deceſſit cum filio maſculo, nam etiam illo decedente, actio ſemel extincta non reuiuiſſet. Afflict. in §. quin etiam. poſt numerum primum. Epiſco. vel Abb. ſecus ſi deceſſit ſine hærede. Odoffred. in Sum. qui poſſunt ſucceſ. in feud. num. 50. vel ille noluerit. Bald. in l. pri. in pri. repet. in 10. quæſt. de rerum diuiſio. & ſi alteratur natura feudi cum conſenſu vnius, valet in præiudicium conſentientis, non aliorum. Præpoſi. hic nume. pri. circa finem. vnde feudum antiquum ſi vni aſſignetur, redit ad alterum ex natura feudi, non obſtante pacto. Bald. in l. cum qui. §. fi. de iureiuran. & tunc ille non ſuccedit. Bal. ſupra, an agnatus. num. 19. Afflict. in d. §. hoc quoque. in 5. notab. nume. 13. poſt medium. & de vaſa. decre. ęta. in fine, numero 22. & hic.

15 Nota, quòd renunciatio ne reuocetur in dubium, requirit ſcripturam. Archid. in cap. ſicut. colum. 2. circa medium. 17. quæſt. pri. debet continere cauſam, aliàs dicitur indiſcreta. l. cum de indebito. §. fin. ff. de probationi. & cauſa debet eſſe iuſta, vel titulum debet continere. Specul. in tit. de pact. in pri. nume. 5. & 6. & indebitum velamento promiſſionis defendi non poteſt. l. nec intentio. C. de tranſactio. debet fieri cum aliquo titulo. Iſern. in §. & ſi libellus. poſt. numerum 8. de alienat. feud. pater, & in manibus domini, etiam quòd ſit hæreditarium. Frec. de Subfeud. lib. 3. ibi, differentię inter feuda ex pacto & prouidentia. ver. vndecimo. aliàs ſi fit in manu alterius, quàm debet, nullum fit præiudicium, & poteſt repetere quod renunciauit, ac repetit quod reſpuere non potuit. Archid. in c. denique. 6. quæſt. 3. & ſicut non præiudicat expreſſa renunciatio, ita nec tacita reſultans ex præſcriptione. Pau. de Caſt. in conſi. 441. num. 3. 2. volu. nam æquiperatur repudiatio & præſcriptio, & qui renunciauit alii poteſt venire ad portionẽ illius, & ad illam quam refutauit, niſi refutaſſet omnino. Idem Pau. in conſi. 181. ante & poſt numerum ſecundũ. eod. volum. quia renunciando libera voluntate, & eo animo, quòd dominium illius rei habere non vult vlterius, etiam abſente illo cui renũciatio prodeſt, omnino tenet. Archid. in cap. quàm periculoſum. 7. quæſt. pri. & tunc idem operatur refutatio, quod carentia iuris ab initio. Bald. in l. ſi nihil. de ſeruit. ruſticorum prædiorum. modo vel conditione, poterunt iterum reuerti ad beneficium. Zabar. in clemen. vni. num. 6. in prin. de rerum permutat.

& ſi

& ſi renunciat fratribus feudum patris, poteſt poſtea ad partem fratris venire. Soc. in conſi. 73. poſt princip. 3. volum. Iaſ. in l. pri. §. veteres. nume. 24. de acquiren. poſſeſſio. nec poteſt fieri renunciatio bonorum feudalium viuentis, niſi illo conſentiente. Soc. in d. conſi. 73. num. 3. & in manibus domini. Iaſ. in l. qui Romæ. §. duo fratres. poſt numerum 80. de verborum obligationi. & in l. poſtquam liti. poſt numerum 3. C. de pactis. ſed ſi cedit loco, & perſonam ſuam de medio tollit, non dicitur alienare, & refutatio tunc præuentio appellatur. Odoffred. in Summa, quibus modis feud. amitta. nu. 55. cum addit. in ver. quaſi refutatio. & fit cum conſenſu legis & non hominis. Cam. in d. cap. Impe-

16 rialem. car. 16. colum. 4. poſt princip. vnde primogenitus Regis vel Baronis, ad quem pertinet regnum vel feudum, ſi conſenſit inueſtiri ſecundogenitum, ſibi præiudicat. Iaſ. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. nume. 34. de leg. pri. & ſicut per defectum generationis aperitur & efficitur caducum, ita & per refutationem. Aluarot. in §. ſi verò. num. 2. qualiter olim poterat feud. aliena. quæ ſi fit cum conſenſu hominis, eſt realis. cap. veniens. de tranſactio. & ceditur quando ex toto renunciatur. Zaba. in clem. vni. nu. 4. de renuncia. & ita cum grano ſalis. Caſſan. in conſu. Burgund. rub. 4. §. 7. ibi, ſuppoſſe. poſt nu. 46. & rub. 7. §. 10. in fi. ibi, es choit. colum. 5. in fin. Aluarot. in d. c. pri. colum. 3. circa medium. & poſt, Imper. Lotha. ita videtur intelligi iſta materia.

17 Iſer. exemplificando textum diſputat ad partes, ſi renuncians poſſit redire ad ius renunciatum. tetigit in §. & licet. poſt princip. an agna. & in dicto §. ſi libellus. glo. in d. cap. eccleſia veſtra. in verb. adiicere. poſſet tamen adduci pro parte negatiua, quòd obligatio extincta nunquam ſuſcitatur, nec poteſt quis redire ad ius cui renunciauit, quia ſemel extinctum non reuiuiſſet. not. in cap. 2. & in c. ex tranſmiſſa. de renunciatio. & gratia perempta non reuiuiſcit, licet res reuertatur in priſtinum ſtatum. glo. penult. in clem. gratię. de reſcrip. ſicut parte alienata non reuocatur actio ſemel extincta. l. Męuius. §. duorum. de leg. 2. & dicimus quod ſemel extinctum amodo frontem exigere non audet. l. cum notiſſimi. §. fin. in ver. cuiuſque. in fin. de præſcrip. 30. vel 40. ann. & obligatio ſemel extincta reſtaurari non poteſt. l. cum ex cauſa. Cod. de rem. pign.

Pro affirmatiua adducitur. l. ſi in area. ff. de vſufruct. reſciſſa aditione hęreditatis per querelam, reuiuiſcunt actiones per aditionem confuſę. l. ſi maritus. C. de inoffic. teſtamen. vnde dic, quòd reuiuiſcunt quandoque, ſed regulariter contra. l. 2. §. fin. in glo. fin. ff. de hæred. vel actio. vendi. & ita procedit cap. 2. §. ſi autem aliquis. ſi de inueſtit. inter domi. & vaſa. lis oria. l. ſi de certa. C. de tranſactio. & glo. in princ. de cap. qui curi. vendi. quæ allegat hic Iſer. pro eo qui refutauerat, eo magis, quia renunciationes ſtrictiſſime interpretantur reſpectu rerum & iurium. Hieron. Gab. in conſilio 8. num. 39.

Secondo loco adducta procedunt, niſi refutatio fuiſſet generalis, quia tunc in omnem caſum videtur refutaſſe. l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. ff. de fideiuſſo. l. fin. C. quæ res pign. obliga. poſſ. vel refutauit vt inueſtiatur, ſicut de feudo nouo, vt declarat Iſer. hęc autem noua inueſtitura non præiudicat, niſi agnatis conſentientibus. dicto cap. 2. §. ſi autem aliquis, ſi de inueſti. inter domin. & vaſal. lis oria. & ſi dominus conſentit, eius conſenſus non præiudicat, ſi ille alienauit deceſſit ſine hærede; nam ex quo conſentiit propter vnum remanet ius in alio. Idem Iſern. qui ſucceſſ. tenea. col. 2 poſt medium. & in eo caſu, in quo conſentit, ſibi præiudicat, quia videtur donare, & mortuo venditore ſine hærede emptor habet, vt per Loffred. hic. Facit ratio huius textus, & alia quę aducit Iſern. hic ante & poſt numerum ſecundum. & 3. videlicet. l. fundo mihi legato. ad l. Falc. l. ſtipulatio iſta. §. at ſi quis. de verborum obligationib. cap. profecto. quid iuris ſit ſi poſt aliena. &c. Intellige, quando is cui facta eſt refutatio deceſſit ſine hærede: nam in dubio videtur pater acquirere pro filio poſt eius mortem ordine ſucceſſiuo. Loffred. in conſilio primo. numero 58. & 66. Iaſ. in repet. feud. in princip. nume. 100.

De natura ſucceſsionis feudi. Titul. L.

SVMMARIVM.

1 *Natura eſt quadam aptitudo.*
2 *Natura feudi eſt cognoſcere, qui debeant in eo ſuccedere.*
3 *Feudi ſucceſſionis natura eſt, quod ſuccedant certi.*

AD RVBRIC.

1 NATVRA] Eſt in feudo ſicut in homine. Bald. in l. Aemilius. 2. repet. colum.
2 penult. in fi. de minn. & nihil aliud eſt, quàm quædam aptitudo. Bald. in conſi. 112. num. 2. in pri. 2. volum. & legis artificio contractibus proprie naturę aſſignantur. Idem Bald. in l. ſi vnus. §. quod in ſpecie. circa pri. ff. de pactis. iſtam habet quælibet planta, anima, & actio. Idem Bald. in l. ſed & partus. §. fin. in pri. repet. quod metus cau. in feudo eſt cognoſcere, qui debeant in eo ſuccedere. Iacob. de Ardizo. in Summa, de ſucceſ-
3 ſio. ſeud. in prin. cum ſucceſſio debeat eſſe gratuita. Soc. in conſi. 66. num. 12. in fin. 3. volum. & qui ſuccedunt certi. Hoſtien. in Summa, de feudis. ibi, qualiter feud. conſtitua. de huiuſmodi perſonis certis tractatur infra.

SVMMARIVM.

1 *Feudum poteſt per pactum nouam formam aſſumere.*
2 *Linea aſcendentium, non eſt cognita de iure feudorum.*
3 *Feudum de ſui natura tranſit ad deſcendentes.*
4 *Pacta appoſita in inueſtitura, ſunt ſeruanda quantumcumque extranea, & contra naturam feudorum.*
5 *Secundum, vel iuxta.*
6 *Deſcendentes & collaterales, ſuccedunt in infinitum in feuda antiquo.*
7 *Superioris nomen intelligitur de immediato.*
8 *Dummodo dictio, tantummodo, & ſimiles dictiones, faciunt conditionem.*
9 *Succeſſio, ſi eſt ingreſſa in vnam lineam, non debet in aliam tranſitus fieri.*

Patrueles,

10 *Patrueles, patruorum filij dicuntur.*
11 *Perueniat, intelligitur cum effectu & plene.*
12 *Linea ſignificat ordinem plurium perſonarum per eundem ſanguinem attinentium, & eſt duplex.*
13 *Proximior in gradu ſuccedit decedenti, & non primo teſtatori.*
14 *Feudum quando eſt delatum ad vnam lineam, donec adſunt maſculi illius lineæ, non fit tranſitus ad aliam.*
15 *In feudo ſuccedunt deſcendentes in infinitum, ſi eſt paternum, deficientibus deſcendentibus admittuntur collaterales magis proximis defuncto.*
16 *Ordo ſuccedendi in feudis.*
17 *Iura conſuetudinaria poſſunt diſponere de ſucceſſionibus.*
18 *Maſculus remotior excludit fœminam proximiorem ei, qui primo inueſtituram recepit.*
19 *Nepos ex filio præmortuo viuente auo, an præferatur patruo.*
20 *Dotata ſi excluditur a ſtatuto, an ſufficiat promiſſio, vel requiratur, quod cum effectu ſit dotata.*
21 *Paragium quod, & ad hoc quæ requirantur.*
22 *Mulier poteſt abſtinere a dotatione, & expectare ſucceſſionem.*
23 *Ius vel ſpes quæ alicui competit, non debet auferri.*
24 *Maritata propter pulchritudinem vel nobilitatem, non habet paragium, ſed legitimam iure natura.*
25 *Dos ſi compenſetur, non tollitur filiæ facultas ſuccedendi.*
26 *Litteræ quæ proceſſerunt a Bartholomæo de Capua pro lege ſeruabantur.*
27 *Regiſtrum quid.*
28 *Archiuum quid, vnde, & quot modis accipitur.*

AD TEXTVM.

1 SVcceſſionis feudi.) Ideſt actus ſuccedendi in feudo. Gram. in ver. ſucceſſio. Talis eſt natura:) Per quam intelligitur aliquid eſſe in ſuo genere, idem Gram. in ver. natura. cir. prin.
2 niſi ex pacto nouam formam aſſumpſerit. Aluaro. in cap. prim. col. 4. circ. medium. Impera. Lothar. Quod aſcendentes non ſuccedunt.) Quia iure iſto linea aſcendentium, non eſt cognita. Pernus in conſi. 7. colum. 6. in princi. idem in emphyteoſi eccleſiaſtica. Sed intellige, quando feudum eſt nouum, & datum contemplatione filii, ſecus in antiquo. Afflict. in conſtitu. ſoriudicatorum bona, ante & poſt numerum ſecundum. de fiſco ſucced. fori. & in conſtit. ſi quando. in 8. not. de pœna ſoriu. quia tunc aſcendentes ſuccedunt, & quando non ſuccedunt, habent commodum ex feudo viuente filio, vel aſcendente tranſuerſali. præpoſi. hic cir. princ. & fin. Sed repugnat textus, dum dicit, Verbi gratia, pater filio.) Idem in aliis aſcendentibus & deſcendentibus, quia exprimuntur iſti gratia frequentiæ. glo. prim. Par. in princip. titu. pri. §. 9. facit quod dicit Soc. in conſi. 19. poſt numerum 16. pri.
3 volum. Inferius verò filius patri ſuccedit.] Quia feudum de ſui natura tranſit ad deſcendentes tantum. Alexan. in l. ex facto. §. fin. num. 6. ff. ad Treb.

Et nō filia.) Ex quo eſt contra natura feudi. Iac. de Ardizon. in Summa, de ſucceſſ. feud. poſt princip. ibi, & quod dico in filia, Niſi ex pacto.) §. filia. de
4 ſucceſſ. feud. quia pacta apposita in inueſtitura ſunt obſeruanda, quantumcumque extranea, & contra naturam feudorum. Aluarot. in §. fina. in fi. de contentio. inueſtitut. & pactum in traditione rei appoſitum valet. Pau. de Caſtro in conſi. 352. in princip. primo volumine. etiam extrinſecum. Caſſan. in conſuetudi. Burgund. rub. 3. §. ſeptimo. ibi, & ſelon, poſt principium. vel niſi ſit fœmineum, cap. primo. de feud. fœmi.] Aluaro. hic nume. 3. & poſt numerum 6. Tunc enim.] In prædictis duobus caſibus. Succedit filia matri, & patri, Secun-
5 dum quoſdam.) Ideſt iuxta Iaſo. in l. admonendi. nume. 32. ff. de iureiurand. Quoſdam, ſuccedit nepos ex filios ſolus, & ſic vſque in infinitum, Ea latere omnes per maſculos deſcendentes vſque in in-
6 finitum, ſi feudum ſit paternum.] Et ſic deſcendentes proximiores decedenti ſuccedunt in infinitum. Præpoſit. hic numero ſecundo, in princip. etiam non concepti tempore acquiſitionis. Deci. in conſi. 445. nume. 19. & 21. quarto volumi. Idem in agnatis collateralibus, qui a primo acquiſitore deſcendunt, nam ſi eſt feudum paternum, ſuccedunt etiam in infinitum. Cap. in verbo. feudorum genera. ibi, nouum. in ſecund. concluſ. quia ſucceſſor ſemper reſpicit ſuum ſtipitem. in conſi. feudo. diuer. ſecund. poſt numerum 146. Ripa in reſpon. ſol. 80. numero 70. vnde fratres, & ipſis deficientibus proximior ex linea tranſuerſali excluſa linea aſcendenti ſuccedit. Pernus in conſilio primo. circ. finem. Paternum autem voco, quicumque ex ſuperioribus.] Immediatis. Zabarell. in clemen. re-
7 ligioſus. numero ſecundo. circa princip. & fin. de procurato. Id acquiſiuit.) Quia fuit author agnationis communis eorum. Aluarot. hic numer. 5. & Præpoſi. poſt numerum ſecundum. colum. pri. cir-
8 ca finem. Dummodo.) Duntamen, tantummodo, & ſimiles dictiones faciunt conditionem. l. cum ob eo. ff. de contrahen. emptio. l. quibus. §. termilius. numero 4. in fi. de condi. & demonſtrat. Abb. in cap. licet. num. quinto. & 6. de translat. prælato. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 8. §. 5. in conſili. numer. 19. Quando iungitur rei imperfectæ, ſi perfectæ ſecus. Grammat. in capit. non poteſt. §. illud. nume. 12. de præbend. in 6. nam tunc retenta eadem materia, tranſeat de vno caſu ad alium, vt hic, vbi ſecundum Iſern. in princip. ponitur quo ordine vocantur agnati ad feudum paternum, ſeu
9 antiquum: & determinatur, quod quoties ſucceſſio peruenit ad vnam lineam, non debet fieri tranſitus ad aliam. Lodouic. de Molin. de Hiſpan. primogenit. lib. 3. capitu. decimo. numero trigeſimo ſexto. in princip. propterea Scias, quòd ſi quis habens beneficium, quatuor ſuperſtitibus filiis decedat, & feudum ad vnum ſolum ea diuiſione deueniat, & iſte ſuperſtitibus filiis duobus vel tribus
10 decedat, qui Patrueles.] Patruorum filii dicuntur. Gram. in ver. Patruelis. §. quarto gradu. Inſtit. de gradi. cogn. Et ad vnum eorum beneficium feudi ex diuiſione perueniat.] Plene & cum effectu. A-
11 zo in Summa. C. de hæredi. vel actione vendi. nume. ſexto. Et ſimiliter.) Idem quod pariter, ſim li ratione. Grammat. in verb. ſimilis. In ſuperſtitibus filiis decedat, qui patrueles dicuntur, ad quorum vnum feudū ſimiliter perueniat, Sicut.] Qđ verbū

quam de ſeudo nouo.c.pri.tit.præced.de eo qui fi
nem facit agn.

Limita, niſi pater commiſiſſet delictum, quia
tunc filius non ſuccederet ſed agnatus, ſi eſt feudū
antiquum ſeu paternum. cap. ſi verò. ſupra qui ſit
prim.cau. benefic. amit.& procedit in filio legiti-
mo & naturali,ſecus in adoptiuo, vel naturali tan-
tum, nam etiam legitimatus nō ſuccedit niſi a prin
cipio ex certa ſcientia legitimetur ad hoc. Iſer. hic
nume. 4. nam filius regulariter ſuccedit patri, fal-
lit in 7.caſibus. Præpoſit. hic circa princip. & ha-
bet locum in feudo antiquo paterno,ſecus in nouo,
quia feudum non reſpicit lineam aſcendētem, nec
habet oculos retro, ſicut nec dignitas.honor enim
patris eſt filii,non econuerſo. Loffred. in dict.con
ſi.38.num.7.Pernus in tertiis notab.poſt princ.&
exceptio retro ad autorem ab emptore reuerti
non debet.l.ſi a te.§. fin.de exceptio.rei iudic.in an
tiquo ſic,vt ſeruetur æqualitas.Auth.defuncto.C.
ad Tert.& tunc non dicitur ſuccedere, ſed reuerti.
Iſer.hic nu.5.& colum.2.circa princ.Iacob.de Ar-
dizo.in Summa. de ſucceſſ. feud.poſt princ.ibi,&
ſuccedunt.circa finem. & habet locum prærogati-
ua gradus, in iis qui ſunt eiuſdem lineæ. Nap.in d.
conſu.ſi quis vel qua.num. 129. circa medium.ſe-
cus ſi ex diuerſa, quia deficiente prima omnes aliæ
æqualiter admittuntur, vt hic:& tunc an ſuccedāt
in capita vel in ſtirpes.Afflict. hic in 4. notabil.&
commu. opinio eſt quòd vltra fratres & filios fra-
trum, veniunt in capita. Præpoſit. hic columna.2.
poſt princip.

Vltimò, habet locum quādo omnes lineæ ſunt
collaterales, ſecus ſi concurrit collateralis cum a-
ſcendente: nam tunc aſcendens præfertur.Napo.
vbi ſupra.nume. 153.& procedit iure iſto,ſecus in
regno, vbi fit diſtinctio inter feudum quaterna-
tum & non quaternatum circa gradum tranſmiſ-
ſionis. Afflict.in §.dummodo.nu.4.in fi.

16 Nota ordinem ſuccedendi in feudis, de quo e-
tiam in conſti.vt de ſucceſſionibus.in capitulis,ho
nore & Philengia, & eſt pri. in ordine, pragma.
ſub rub.de feudis.& ſecundum conſtit. prædictam
in feudo antiquo in linea tranſuerſalis, ſi eſt qua-
ternatum non datur ſucceſſio, niſi vſque ad tertiū
gradum incluſiue, in non quaternato de iure com
muni feudorū vſque ad ſeptimum. Afflict.hic in §.
fin.circa finem.ſoror vtrinque coniuncta excludit
conſanguineum. Loffre.de notis feu.colum.2.& 3.
ſi eſt in capillo ex vtroque, vel altero parente,ex-
cludit patrem. Iſer.hic colum.2. circa medium.&
patruum. Dec.in conſi.71.colum.pri.circa mediū.
Afflictus in cap. 2.in 2.notab. ibi,quæro poſt nu-
merum 23.Impera.Lotha.aſcendentes non ſucce-
dunt,ſecus in Burgenſaticis:& cur diuerſum,Cur.
ponit reg.cum amplia.& limitat.in 2. membro ſui
tracta.feud.tertiæ par. prin.in princ. vſque ad nu-
merū 46. Caſſan. in conſuetud.Burgund.rub.7.§.
6.ibi,& les en fans. num.3. idem in emphyteoſi,&
feudo eccleſiaſtico. Aluarot.hic num.pri.& 7.& de
cedente vno de agnatione ſine deſcendentibus,
tranſit feudum ad alios,non proprie per ius accre-
ſcendi,ſed iure inueſtituræ. Alexand.in conſil.29.
numero tertio.primo volumine. Iſern.hic poſt nu
merum ſextum,& ſeptimum.& colum.ſecund.cir.
medium, declarat d. conſtit.vt de ſucceſſionibus,
& tenet quod in multis eſt contra in ius commu-
ne,& exemplificat colum.3.circ.medium,ibi,poſ-
ſet tamen.& intelligitur in feudo,quod tenetur in
capite a Rege vel ab alio. Lucas in l.vnic.colum.8.
circa finem.C. de impone.lucra.deſcrip.& quate-
tenus loquitur in ſucceſſione filiæ eſt correcta per
conſtit.in aliquibus. Iſern. hic columna 3.in fin.&
dictum eſt (dicit ipſe) in ſuperioribus,videlicet in
cap. prim.in princip.quemadmod.feudum ad filij.
17 perti.in cap.pri.num.23. de gradib.ſucceſſ.in feu.
Item nota, quòd iura conſuetudinaria poſſunt di-
ſponere de ſucceſſionibus. Bald.in cap.mulier.nu-
me.primo.de feud. fuerit controu.inter domin.&
agnat. vaſall. adeo quòd teſtatoris voluntas, licet
lex ſit, non poſſet tamen filius teſtando excludere
patrem, nec exhæredare niſi ex iuſta cauſa. Cauſæ
autem iuſtæ ſunt ſeptem. Iſern.hic poſt numerum
ſextum, & ſeptimum. frater verò vel ſoror in ca-
pillo, excludit patrem vel matrem in feudo, quod
obuenit aliena materna vel paterna, puta ſi con-
ſentiiſſet filium inueſtiri tanquam de feudo nouo,
vel refutaſſet omnino, ſupra titu. præceden. de eo
qui finem fecit agnat.tunc collaterales magis pro-
ximi infra dictum gradum,& coniuncti ex illo la-
tere vnde feudum prouenit admittuntur, & dicit
vidiſſe pronunciatum pro fratre vendicante feu-
dum ſororis mortuę coniunctæ ſibi ex matre tan-
tum, quæ habuerat feudum a ſuo patre,& ſic non
erat frater vtrinque coniunctus,ſed ex altero late-
re tantum. Sed qui tenent quòd debet eſſe coniun-
ctus ex illo latere vnde feudum prouenit, dicunt
non ſufficere ſemel fuiſſe pronunciatum,& in hoc
videtur reſidere Iſern. Aduerte tamen,quòd remo
18 tior maſculus excluderet fœminam proximiorem
ei,qui primo inueſtituram recepit. Calder.in con-
ſi.137.inter con. Bald.ſecundo volumine.dummo
do ſit dotata. Iſern.hic numero decimoſexto.& di
citur infra. & quod dicitur in filia, idem in nepo-
te deſcendente ex ea. Iſern. hic numero decimoter
tio.quia infecta primitiua, inficitur deriuatiua. Af-
flict.de gradi. ſucceſſ.in feud. numero tertio.in fin.
& in tertio notab. numero vndecimo.& 17.multa
Ludo.de Molin.de Hiſpan. primogen.lib.3.cap.5.
numero 41. & hoc ſi vult admitti ex perſona ma-
tris excluſæ.l.ſi quis,la ſecunda. in ver. eum. C.de
inofficio. teſtament.per ſtatutum vel renunciatio-
nem. Deci.in conſi.319. colum. tertia. circa medi.
poſt numerum ſextum.ſecundo volumin.& 377.
poſt numerum 10.3.volum. Alexand.in conſi.75.
colum.fi.num.14.circa fi. pri.vol. facit.l.ſi.ff.vnde
cog.vnde filius poteſt venire contra factam patris
iure proprio. l. ſi fundum. C. de rebus alienis non
alien.& admittitur primogenitus ex illis qui repe-
riuntur, in eodem gradu geniti temporis mortis
patris. Iſern.hic numero 14. circa medium. Deci.in
conſilio 253.columna fina. ibi poſtremo. & 364.
ibi,ſed prædictis. Alexan.in conſi.184.ſecundo vo-
lumine. Bald.in conſi.333.nume.2.poſt medium.
3.volum.

19 Quid ſi concurrit nepos ex filio præmortuo vi-
uente auo vna cum patruo,quis præfertur? dixi ſu-
pra in cap.primo. Impera. Lothar. Iſern. hic nume-
ro decimoquarto, videtur tenere, & Aluarot. co-
lumna ſeptima.circa princip.quòd præferatur ne-
pos,qui iure Romano admittitur vnà cum patruo.
l.3.capitu. de ſuis.& leg. & quod dicitur de parte
quando feudum eſt diuiduum, debet dici de toto
ſi eſt indiuiduum, quia totius & partis idem eſt
iudicium. lege qui ſcit ff. de vſuris. §. noui.in verbis

de ſuis rebus, per quos fiat inueſtit, tanto magis,
quia regnum quod per ſucceſſionem defertur.gl.
in capit.ſecundo.in verb.regis.de ſupple.negligen.
præla.datur ordine genituræ.Iſern. hic numero de
cimoquarto. circa medium. & ſucceſſiue quod di-
citur de capite, debet dici, & de membris quæ ab
eo deſcendunt. Ludo. de Moli. de Hiſpa.o.primo-
genit.lib.prim.cap.vndecimo.in princ.& num. 15.
circa finem.opinionem prædictam tenuit Iſern.de
gradi. ſuccede. in feud. circa medium. Ioan.And.
ad Speculato.in rub.de feudis. columna 3.in prin.
& ſequen.Bald.in l.ex hoc iure.num. 5.de iuſtitui
& iure.In propoſito,'quod dictum eſt de dotata,vi
detur intelligi de ea quæ eſt certa de dote. Loffre.
in conſil. 26.nu.24.nam ius ſignificat,non actum
nudi miniſterii. Alexand.in conſi. 169.poſt princ.
7. volum, iſto modo ex promiſſione fit dos.l.vnic.
§.accedit.in verb. fecerit.Cod. de rei vxo. actio.in
ver.fecerit.& dare et promitteret paria ſunt,ſicut in
delictis.§.primo.in verb.vel fideiuſſorum.Authen
tic.de ſanctiſ. Epiſcop. & ſufficit quòd pater offe-
rat,etiam quod nolit filia. Caſſan. in conſuetudin.
Burgund.rub.7.§.12.ibi,parles dicts.nume.ſecun
do,vnde ſtatutum vocat filias dotatas, quibus lega
tum eſt aliquid nomine dotis. Bald.in conſi. 37.nu
mero quinto.poſt medium. ſecundo volumi.& ſe-
cundum commu. vſum loquendi dotata dicitur, e-
tiam quæ eſt in teſtamento dotata. Idem Bald.in
conſil.69. poſt medium. quarto volum. quia dici-
tur dotata poſtquam ſunt ei deſtinatę dotes,etiam
quòd non ſit maritata.Socin.in conſi.6.nume.12.
quarto volumin. nam deſtinatum habetur pro fa-
cto. Caſſan.in conſuetud. Burgund.rub.4.§.ſecun
do.ibi,tout meubles nume. decimo ſeptimo.in fin.
promittere & dare idem ſunt, conſtituendum ha-
betur pro conſtituto, ſi fuit promiſſum conſtitui.
Caſſan.vbi ſupra §.13.ibi,oy promis de aſſingnier.
in addit.poſt numerum ſextum.& rub.6.§. 12.ibi,
mariee, & paria ſunt ſoluere, & eſſe paratum ſol-
uere.l. item. §. primo.& l.penult.ff.quibus modis
pigno. vel hypothe. ſolui. Immo promiſſum tan-
tum,dotem Iuriſconſultus appellat.leg. cum poſt.
de aminiſtrat. tuto. & ſic promiſſio dotis excludit
ſororem a ſucceſſione,ſicut ſolutio. Afflict.in con-
ſtit.licentiam.poſt numerum ſextum.'de doc. con-
ſtit.nam in reditione & promiſſione eadem eſt æ-
quitas.l.2.§. primo. in ver. adempta.ſol.matrimo.
& qui promiſit vſuras dotis, videtur dotem pro-
mittere. l. 2. C. de dotis promi. & ſufficit offerre.
Paul. de Caſt. in l. Titio centum. §. Titio genero.
poſt numerum.9.de condi. & demonſtrat.quia vo
luntas pro facto reputatur. Archidiaco. in cap.pri.
circa princ.de pœniten.diſtin. pri. voluntas remu-
neratur,'& non opus. Idem Archid.in ca.ſi cui e.
diſtin.pri.

Contrarium videtur tenere Iſern. hic, colum.5.
cir.medi.& 6.Afflict.in d. conſt.vt de ſucceſſionib.
poſt nu.32.immo requiritur quòd ſit dotata tem-
poris mortis.

Quid ſi dotetur in teſtamento, an teneatur inte
rim hæres eam alimentare. Caſſan. vbi ſupra rub.
7.§.12.ibi,viuans ſes, nam dotata intelligitur, quæ
realiter eſt dotata, non q poteſt agere ad dotem,&
quòd ſuper ea lata ſit ſententia.Bald. in conſi.408.
num.8.pri.volum.& 176. poſt numerum prim. 5.
volum.cum dicere & facere ſint diuerſa. Zabar.in
cle men.2.in ver.ad hęc.num.11.circa medium.de
pœnit.& remiſ. nec dotata intelligitur, quæ non
eſt libere dotata.Bal.in conſi.150. poſt nume. 3. 5.
volum.nam ſæpe quod ſperat habiturum non ha-
bet.l.ſi verò.circa princ.ff.de bonis liberto.& inte-
reſt legatum ſolui.l.ſi cui.§. fin.cum.l. ſequent.de
20 leg. prim. vnde ſtatutum quod dotata non ſucce-
dat,intelligitur quòd ſit dotata, & dotem actuali-
ter receperit: nam ſi eſt promiſſa dicitur promiſ-
ſio,& non contractus dotis.Alexand.in conſi. 13.
numee.10. vſque ad 12.13.& 14.3.volumine.& li-
cet habeat potentia ius conſequendæ dotis per
actionem, vt poſſit alteri cedere, non tamen ha-
bet in actu. Iſer.hic numero.2.circa finem. Afflic.
de capit.Corrad.in pri.nume.4.& valet,ſicut ſen-
tentia de futuro, quæ dependet de iure,quod eſt
de præſenti.l.pri.C.de ſenten.quæ ſine certa quan
ti.Et ſi vis tenere hanc vltimam, dic quod contra-
ria loquuntur in caſu ſuo. Iſern.hic nume. 2. circa
princip. Et quando ſit idem promittere & ſolue-
re.diſt.vt per Afflict. in §.donare.nume.15.in fin.
& 23.in fine, qualiter olim poterat feud. aliena.&
hoc modo ſtatutum quandoque vendicat ſibi lo-
cum, ſiue dos ſit vere data, ſiue conſtituta. Anton.
de Alexan. in conſi.52.nume.66.& 72.inter con.
Loffred.& dos acceptilata poteſt repeti,ſicut vero
ſoluta.l.penult.§.ſi vir.ſoluto matrimonio.l.ſi mu
lier.ff. de cond. ob cauſ. in terminis de quibus Af-
flict.hic nume.31.coniugatæ & dotatæ a fratrum
ſucceſſionibus repelluntur, ſi conſtat re ipſa fore
dotatas,& non de ſola dotis promiſſione. Luc.in l.
in ſacris,la ſecunda.colum.2.poſt princi.C.de pro
xi.ſacro. ſcrini. & intelliguntur dotatæ effectuali-
ter,in verbo tenus,propter æquitatem quæ præ-
ualet.l.hac edictali.§. vltimo.de allodiis. Iſern. hic
columna.6.in princ.& maritata dicitur dotata re-
ſpectiue ad frequentiá, quæ eſt, q non ducat quis
vxorem ſine dote. l. ſi fraudator. §. prim.ff.quæ in
fraud.credi. Iſer. in cap.Imperialem.colum.6.poſt
princip.de prohib.feud.aliena.per Fred.nec præſu
mitur matrimonium, niſi dos interueniat. Archid.
in capit.aliter.30.quęſtio.quinta.& intelligitur de
dote ſecundum facultates patris, aliàs incerta con
feſſio non inducit compenſationem, & ſi aſcendit
ad legitimas portiones vtriuſque parentis,ſtatur re
nunciationi & iuramento propter æquitatem re-
nunciationis.Bald.in conſi.115.numero tertio. cir
ca finem.& 4.& 148. numero 8.primo volumi.li-
cet dotata dicatur etiam in vno nummo.idem Bal.
in cap.ſi proponente.numerò 3.de reſcriptis.& an
ſufficiat ad excludendam eam. Caſſa.vbi ſupra, ru-
bric.7. §. duodecimo, ibi, & ala quelle.nume.6.in
iſta materia oportet quòd ſit dotata de paragio,a-
liàs ſi habuit minus ſuccedit pro ea parte,quam-
21 uis alii contra. Afflict.hic numero trigeſimoſecu
do,tria autem requiruntur ad hoc vt ſit paragium,
paritas perſonarum, paritas diuitiarum, & titulus
dotis.Napo.in conſu. ſi moriatur. §.eas.nume. 61.
in fin.de ſucceſſi. ab inteſta. hinc paragium dici-
tur, parium geſtus. Grammatic.in deciſi.101.nu.
64.& debet eſſe paritas attenta conditione perſo-
næ, quantitate patrimonii, & numero liberorum.
Bald.in conſi. 386.4.vol. Afflict.in d.conſti.in ali-
quibus.in 12.quæſtio.num.51.commenſuratum ad
legitimam, ſecundum opinionem quę videtur
com.Dec.in conſi.277.nu.pri.cir.med.facit.l.quę
ro.l.cum poſt.§. nuptiis.& l.ſiue generalis.ff.de iu-
re dot. non poteſt eſſe minus legitima, licet ali-
qui

qui quod ſic.Ludo. de Mol.de Hiſpan.primogen.
lib.2.cap.15.oum.38.in nupta non poteſt eſſe mi-
nus legitima, in oon maritata poteſt excedere.Grá
mat.in deciſio.57.nome.19.21.& 41. & dotata a
patre de paragio, ſuccedit fratri in feudo paterno.
Lucas in l.fin.colum.penolt.poſt princ. & ſequen.
C. qoaodo & quibus quarta pars debea. & ſi re-
nunciauit doti maternæ io manibus patris,non vi-
detur renunciare quin poſſit petere portionem a-
liarum ſororum.Pau. de Caſt.in conſi.252.nume.
pri.& 2.primo volum. quia renunciatio quam fa-
cit filia propter dotem habitam a patre, cenſetur
perſonalis, & ooo realis.Aflict.ſupra in prælud.
nume.83.perſonalis & non io rem ſcripta.in ſimil.
Pao.de Caſt.in l.penult.§.ſi vir.oom.pri.circ.me-
dium.ſol.matrimo.& non venit ante mortem,ius
qood per mortem acquiritur. Pernus in cooſi. 13.
col.7.cir.fi. quia ſpei quæ ooo eſt poſita in ordine
naturali,oon præſumitur renunciare. Bald.in con
ſi.89.nume.9.io fin.primo volu.& ad futura non-
dum poſſeſſa, non poteſt adaptari traditio vera vel
ficta. Idem Bald. in conſi.337.poſt numerum pr.
eo.volum.

Quid ſi dicit ſoror, nolo dotari, ſed volo expe-
22 ctare ſoceeſſionem ſi caſus euenier? videtur quòd
noo ſit ferenda mulier,ſi dicat magis ſe velle diſſ-
nooem pati, quam in repræſentatione deductio-
nem.l.ſi conſtante.§. quoties.ſol.mat.Iſer.hic nu-
me.23.circa medium.dicit,quòd melius eſt expe-
ctare tantiſper. numer. 28.circa medium. videtur
quòd ſic, ſicut melius eſt expectare tantiſper iudi-
cem qui ſemel cognouit,quàm de nouo rem rur-
ſus diiudicandam committere. Archidiac.in capit.
audiuimus.circa medium.24.quæſt.prim.l.pen.in
fi.ff.de vaca.& excuſa.mone.Ioan.And. in cap.pri.
poſt oomerum primum.de ſupplend. neglig.præ-
la.in 6.melius erat expectare modicum,quàm vias
longas peragere. Innocen.in cap.calumniam.poſt
medium.de pœnis,melius eſt gratiam impetrantis
differre,quàm epiſcopum de fraudari. Ioan.An.in
cap.cum in eccleſia.circa medium.de præben.in 6.
ſicut prudenter faceret cui mandantur diuerſa,ſi
expectaret aliquamdiu, vel quieſceret & neutrum
iuuaret.Innocen.in cap.cum contingat.poſt nume
rum ſecundum.& circa fioem. de reſcriptis.ſpes e-
nim ſuccedendi variabilis eſt.Lud.de Mol.de Hi-
ſpan.primogen.lib.pri.cap.13.poſt numerum 32.
ideo melius faceret, ſi abſtinear. l.nec quicquam.
in fi.pri.de offic.procon.dicit Iſer.in d. nu.23.cir.
medium. quòd videtur eſſe in poteſtate patris vel
fratris dare dotem, cum teneatur dotare ſecundú
paragium, etiam requiſiti in iudicio, nec poſſunt
cogi,niſi ad præſtandum cautionem de adimplen-
do.Aflict.in dicta conſtit.in aliquibus.numero vi-
geſimo ſexto.

Quid ſi ſoluitur vel promittitur marito,& non
mulieri? videtur quòd poſſit, quia de futuris paci-
ſcitur, & pacto renunciamus.Iſern.qui ſucceſſ.te-
nea.colum.peo.circa princi. & ex quo ſoluitur,fa-
cta eſt dos mulieris. l. cum dos filiæ.de pactis do-
tal.& habetur quod peti poteſt.l.id apud ſe,de ver-
borum ſignificat.tanto magis,quia facilius abdica-
tur ius quærendum,quàm ius quæſitú. Cap.in ver.
feudorum alienationes.in 2.limita.io fin. Lucas in
l.per hanc.colum. pri. in fin.& 2.in princ.C.de e-
roga.mili.ann. facilius extinguitur competiturum
quàm iam natum extinguatur.leg.Papinianus.§.ſi
conditioni.in verb.querela.de inofficio.teſtamen.
& cum ſit in ſpe non in re, facilius perditur.Loffr.
in conſil. primo. nomer. 160. & dicitur proprie a-
miſſum, quod noo eſt. Azo in Summa.C.de lege
Aquilia.nume.21.inſpicitur quod eſt in habitu, e-
tiam ſine actu. Zabar.in clement.ne Romani.§.ſa-
ne.in verb.eo tamen. io princ. de electio.& quan-
do ius acquirendum eſt radicatum de præſenti ſpe
certa & probabili, renunciatio talis iuris eſt do-
natio,adeo quòd reuocatur per ſuperuiuentiam li
berorum.glo.Pariſ.3.tit.prim.§.primo.nume.duo
decimo. ſed videtur recedere.numero 16.In con-
trarium facit, quòd noo poteſt dici præſcriptione
ſublatum,quod non fuit in actu & potentia cauſa-
tum.Pau. de Caſtro in conſi. 281. numero ſecuo-
do.in prin.primo volumine. id quod non eſt,non
debet perdi.§. ſi verò non fecerit.in ver.lucrari.cir
ca medium.Authen.de hæred.& falcid. eius quod
non eſt, non cadit ſuppletio. bonitas loci qui non
eſt,æſtimari non poteſt. Pau. de Caſtro in conſilio
403.numero primo.circa finem. ſecundo volumi.
& dominus ius ſubditi ſui inuiti remittere oequit.
Lucas in l.vni.col. 27.circa medium.C.publicæ læ-
ti.vel conſu. poteſt enim alius me inuitum libera-
re,non autem mihi inuito actionem auferre.l.Sti-
chom.§. fina. ff.de nouatio. leg. ſolutionem.leg.ſi
pro me.& l. ſoluere. ff. de ſolutio. nam inuitis no-
bis res noſtras alius retinere non debet.l. ſi filiofa-
milias. §. primo. ſoluto matrimonio. oec nolenti
dominium quæſitum aufertur.leg. ſi prædium.Co
dice, de iure dotium. tanto magis, quia legatum
non poteſt perimi,antequam dies ceſſerit.l. ſi fun-
dum.§.fioa. de legat. primo. ſed repudiatur quan-
do eſt delatum, ante non.leg. ſi mihi & Titio.in
gloſſa prima.de legat. ſecund.& ſicut ios quod ali-
cui competit,non debet auferri,ita nec ſpes ad ius.
23 gloſ.in capit.non ſolum.in verb.innouata.cir.me-
dium. de appellatio. in 6.& dicitur effici pauper-
rior,ſi non habet quod habiturus eſſet.leg.ſi quod
ff.de nouatio.inter virum & vxorem.nam conſide
ratur quod in ſpe erat. Iſern. hic poſt numerum
vigeſimumſeptimom. & iura debitum appellant
re vel ſpe.leg.ſecund.in verb. pro iam debito. Co-
dic.de conſtit.pecu.intereſt defendere ſpem quam
habet.Pau. de Caſtro in cooſilio 383. poſt numo-
rum ſecundum. prim. volum. dicitur eſſe in bonis,
quia ſpes eſt deberi,quando contingit.Aflict.io §.
illud quoque.num.6.circa finem. de prohib.feud.
alien. per Frede. diſponit ante conditionis exiſten-
tiam.Paul.de Caſt.in conſil.331.poſt numerum 3.
primo volumi.amittendo ſpem futuræ perceptio-
nis, dicitur pauperior, quando eſt licita, quando
non,reſtitutio non datur.leg.ſed & ſi conſtante.in
glo.ff.de donatio.inter virum & vxorem. eſt enim
in conſideratione ſpes, quando eſt præſumpta,&
de proximo,nec dicitur ſpes,cui ius non fauet.Af-
fli.in ca. 2. poſt num. 1.de feud.dato in vicem leg.
com. & licet potuit iuri ſuo renunciare,ius tamen
alterius non potuit auferri. Innocen. in cap.conti-
nebatur.in fin. de homicid. & ſicut non debet au-
ferri ius,ita nec ſpes ad ius.Ioan. And.in c.non ſo-
lum. oume.8. de appellatio.in 6.nam eſſet iniuria
auferre ius quæſitum alteri,ſine voluntate eius cui
quæſitum eſt.Pau.de Caſt.io cooſi.178.colum.pr.
poſt medium. prim.volum. adeo quod ſi genera-
liter detur alteri arbitrium, non cenſetur dediſſe,
vt auferat ius alteri quæſitum.Idem Pau.in conſil.

146.poſt medium. eod. volu. & ius dicitur, quod ſpem comodi habet.l.filiofamilias. quibus ex cau. in poſſeſſi.eatur. l. conditionales. de verborum ſignificationibus. & quomodo a bonis anferuntur ſpe retinendæ perempta.l.Seia.in fine.de donatio. cauſ. mort. non dicitur alicuius re vel ſpe.leg.3.in gloſſ. prima. de acquirenda rerum dominium.ſed quia ius vel fideicommiſſum de futuro, ſeu conditionale, poteſt per pactum remitti.not.in l.prim.& ibi,gloſſ.magna. C.de pactis. vel per iuramentum. Afflictus dicto tit.qui ſucceſſ.tene. nume.15.& iuri tantum quæſito in ſpe, & non in re poteſt Princeps de plenitudine poteſtatis præiudicare, illo non citato.Soci.in conſilio 87.num. 20.tertio volum. aliquem ſuo iure priuare eſt priuilegium ſolius Papæ.Archid.in cap.cum pro vtilitate.16.quęſtio.pri.qui etiam poteſt ſubtrahere de iuribus eccleſiæ ſine conſenſu clericorum. Idem Archid.in cap.præcipimus.circa finem.ea.cau.& quæſt.eſt licet facilius præiudicetur alicui in acquirendis,quã in quæſitis.Idem Archid.in ca.iubemus.circa princip.ea.cau.quæſt.3. princeps perimere ius alterius non debet.Idem Archid.in cap.fin.99.diſtinct.nec poteſt auferre actionem perpetuam vel temporalem.Idem in cap. fin.9.quæſt.3.tanto magis,quia agnatus proximus dicitur habere ſpem probabilem in ſucceſſione rerum feudalium. Cagnol.in l. fina. nume. 284. C.de pactis.in propoſito,ſi vxor ſciuit maritum recepiſſe dotem, & non contradixit,ſibi præiudicat. Iſern. hic columna 6.circa finem.Pernus in d.conſil. 13. columna penult.in fi. in dubio præſumitur ſcire, quia vir & vxor eſt vna caro,& eorum facta præſumuntur ſcire, ſicut coniunctus facta alterius coniuncti. Iſern. hic nume. 25.cir.fi.tutor & coniunctus præſumitur ſcire ætatem vel ſtatum pup.not.in l.de tutela. & ibi glo.in verb. ignarum. C. de in integrum reſtitutio.l.ſi filium.C.de liberali cau. Afflict.hic poſt numerum 36. & multa in §.fin. in fin. numero 4.de notis fe. cap. videtur.poſt medium.35.quæſt.6.cap.licet.in ver.fnis.& in ver.gradus.de teſtibus.capi. videtur. qui matri.accuſ.poſſunt.ſecus ſi ignorat,quia ignorans non obligatur.l.generali.Cod.de tabularius.& qui ignorat, nec tradere, nec accipere id quod incertum eſt poteſt.leg. locus. in fine. de acquiren. poſſeſſio.

Sed an reſtituatur mulier,ſi dicat ſe læſam in recipiendo dotem? Iſern. hic numero 26.& videtur quòd ſic, quia multæ leges mulieribus ſpecialiter prouident.gloſ.2.in l.fin.C. de iuris & facti ignoran.& in multis caſibus ſuccurruntur. gloſ.in l.regula.in verb.quibuſdam.de iuris & facti ignoran. quia de facile præſumuntur decipi. Lucas in l.quicumque.columna 4.in fine.in 37.præſum.C.de apochis public.& læſis implorandi præſidii facultatem denegare non conuenit.l. iubemus, la prima. C.de præpoſi.ſacri cubi,& ſicut ſubuenitur,quando contrahit, ita & quando renunciat. Alexand.in conſi.primo.numero 13.tertio volum.nam renunciando non pręſumitur cerciorata. Bald.in conſil. 293.numero ſecundo. quinto volumi. Immo ſi iurauit non venire contra ius, ſingulare beneficium reſtitutionis in integrum, non eſt ſublatum, niſi fuerit cerciorata, & nominatim renunciauerit, aliàs præſumitur ignorare. Idem Bald. in conſilio 148. ante & poſt numerum quintum, primo volumine.

Contrarium videtur tenere Iſern. hic poſt numerum 26.& 27.quia conſulto hoc egit,conſiderando quòd pater poteſt filios habere, qui ſi poſtea non naſcuntur,non conſulte illud ſibi euenit, ſed fato: nec videtur damnum,ob quod datur reſtitutio.l.verum. §.ſciendum.& §.item quæritur.ff. de minori,& ſicut filio nato dotata ſtaret conuentioni,ita ſimiliter ſtabit eo non nato,quia non debet petere cuius contrarium non eſſet petitura, nec poteſt ex capite tranſmiſſionis repudiare, & adire ex propria perſona.gloſ.Pariſ.poſt numerum 102.titu.primo.§. vigeſimoſecundo.cum ex poſteriori euentu declaretur, & quando ſunt declarata retrotrahuntur. Iſern. hic numero vigeſimoſeptimo.circa medium.dixi late in cap.primo.de alien. feud. pater, & conditione exiſtente,contractus fit purus a tempore quo fuit initus, non a tempore quo conditio exiſtit.l.neceſſario.§.quod ſi pendente.ff.de peric.& commod. rei venditæ. Et ſi vis tenere iſtam, dic quòd mulieribus non ſuccurritur in lucris captandis, niſi ratione minoris ætatis: vnde magis ſuccurritur ætatis imbecillitati, quàm ſexus. leg. quamuis. cum ibi not.dicto titul.de iuris & facti ignorant. & ſuccurrendum eſt,cum defenduntur, non vt facilius calumnientur. leg. in eo, in fine.de regul.iuris. & videtur in beneficiis renuncians cerciorata, in aliis ſecus. Lucas in l.vnica.ibi, quadrageſimoſecundo. de quæſto. mag.offi. Tenendo tamen primam, certum eſt fuiſſe deceptam & læſam ſui facilitate, quia pro dote quietauit tacite vel expreſſe totum feudum. facilitas apparet, quia ſucceſſio feudi non a patre vel a fratre, ſed a legis conſtitutione vel more defertur. dictum eſt pluries in ſuperioribus,dicit Iſern. in dicto §. & ſi libellus.numero decimo.de aliena. feud. pater. in §.niſi poſt numerum quintum. ſi vaſal. feud. priue.cui defer.& in §.præterea ducatus. numero trigeſimooctauo. circa fi. de prohib. feud.alienatio. per Frederic. ideo aduerſus talem repudiationem datur reſtitutio.leg.& ſi ſine.§.reſtitutus.ff.de minori.Iſer. hic ante & poſt numerum vigeſimumoctauum. Et quale eſt cum quid petitur, tale dari debet.leg.ſecunda. & leg.parium.ff.de vſuris.licet ſpes quandoque capiatur pro iure formato,aliquãdo pro ſimplici expectatione. gl.3. Pariſ. poſt numerum quartum. tit.pri.§.octauo. & dimittere lucrum radicatum ſit damnum. ead.glo. 2.cir.princip.tit.pri.§.13.voluntas habetur pro facto,quandoque non. Archidiac. in cap. qui bona.17.quæſt. prim. potuit contractum nullum dicere aliquem, in ſui præiudicium.Iſern.hic columna fin.circa medium.poſt numerum 30.& conſenſu ſuo confirmare.l.hi qui.C.de appellatio. & nullum ratum habere.glo.fin.in cap.regula.17.diſtin.& hoc ſi ſine curatore recepit dotem, vel eius promiſſionem.l.ſi curatorem. C. de in integrum reſtit.tam ſi ſit minor ſecundum ius commune, quàm ſecundum regni conſtitu. minorem iura. & ſi filia vel ſoror recipiendo dotem vel eius promiſſionem, proteſtatur, non valet, quia actus contrarius obuiat ſuæ proteſtationi.ca.ſuborta.de re iudic. & conſentiendo frater proteſtationi,non poteſt facere,quin conſtit. prædicta, vt de ſucceſſionibus.habeat locum, ſecus ſi metu fratris dotantis reciperet dotem, quia promiſſio dotis per metum nulla eſt. leg.ſi mulier.§.ſi dos. quod metus cauſa. Iſern. hic, ante & poſt nu. trigeſimum, & trigeſimumprimum.

Quomo-

Quomodo autem potuit eſſe matrimonium cum
minore, & datur conſilium, quod legitima ætate
completa contradicat dotationi. Bald. in conſi. 45.
ſecundo volum. quia quod ab initio non valet, tra-
ctu temporis conualeſcere non poteſt. c. pen. circ.
med. 16. q. 4.

24 Quid ſi fuit maritata propter eius pulchritudi
nem vel nobilitatem? Dic quòd non habebit para-
gium, ſed legitimam iure naturæ. Iſern. & Afflict.
in dicta conſtitu. in aliquibus. in 9. quæſtio. nume.
35. & 46. nam licet propter frequentiam, non fit
matrimonium ſine dote: fallit niſi accipiat pul-
chram puellam in vxorem: nam tunc præſumitur
ſine dote accepiſſe. Afflictus in dicto capit. Impe-
rialem. in glo. ſecunda. num. 24. & mulieres nobi-
les quamuis indigeant maiori date, quàm ignobi-
les, nubendo pari, ſecus ſi inferiori. leg. quæro. vbi
Bald. ff. de iure dotium. Frec. de Subfeudis. lib. ſe-
cundo. ibi, ſæpe fui interrogatus. numero 19. an-
te & poſt, tunc nobilitas vnius, compenſatur cum
diuitiis alterius. Alexand. in conſil. 209. numero 7.
6. volumi. minor dos requiritur in pulchra, quàm
in deformi. Frec. vbi ſupra lib. ſecundo. ibi quæſtio
ſecunda. numero ſecundo. maior in vidua quàm in
virgine. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubri. 7. §.
12. ibi, & ala quelle. numero 7. & 8. ſed animo ſi-
mulandi faciunt plus ſcribere, & eſt mirabilis fi-
ctio. l. ſi voluntate. in glo. C. de dotis promi. quan-
doque dotantur vxores de maiori ſumma. Paulus
de Caſtro in dicta leg. penult. §. ſi vir. nume. ſecun-
do. circa medium. ſoluto matrimonio. & propter
pulchritudinem mulieres facilius nubunt, & dif-
ficilius quandoque propter fornicationem timen
dam. Pariſ. de Syo d. in ver. quid plures. columna
4. numero quarto. & filia vel ſoror quod habuit in
die nuptiarum vel votorum, & non amplius requi
ret. leg. ſi pater filiam, la prima. & ibi gloſſa. &
in l. ſi quis Longobardus, la 3. de ſucceſſionibus.
in Longobard.

25 Quid ſi do tibi vel filio tuo in vxorem, filiam
vel ſororem meam, & tu tuam mihi vel filio meo,
ita vt nullam dotem des, ao videtur dotare vt eam
excludat a ſucceſſione. Iſern. & Afflict. in dicta cō-
ſtitu. vt de ſucceſſionibus. circa medium. Caſſan. in
conſuetud. Burgund. rubri. 7. §. 12. ibi, conſtituer,
ſed videtur, quòd qui non poteſt tollere actum,
non poſſit tollere potentiam. Afflictus, qui ſucce.
tenea. in quinto notab. poſt numerum vigeſimum
primum. tanto magis, quia in re eſſe dicitur, quod
eſt in veritate. l. quod ſi. iuncta gloſ. fin. de acquir.
hæredit.

Quid in filio vel filia ſororis non dotatæ, qoę di
cuntur eſſe de propagine. gloſſ. antepenulti. in cle-
men. fina. de hæreticis. Iſern. hic poſt numerum de-
cimumoctauum. videtur tenere, quòd ſuccedat ma
terteræ in feudo: nam dicit ipſe, ad ſunt in archi-
uio Imperatoris prouiſiones, per quas fuit aſſecu-
ratus nepos, qui ſucceſſit materteræ, & regiæ pro
uiſiones quę in archiuio reperiuntur, vel regiſtro,
obtinent vim legis. Cap. in verb. feudorum leges.
columna ſecunda. circa finem. & in ver. feuda offi-
ciorum. car. 5. columna ſecunda. circa medium. ibi,
archiuarius, vnde formę litterarum, quæ proceſſe-
26 runt a Bartholomæo de Capua pro lege ſeruan-
tur. Lucas in l. vnic. poſt medium. C. de vendit. re-
rum fiſcalium, & probant ſcripturæ archiuii. Loff.
in conſi. 5. num. 27. poſt medium. §. fin. Authe. de
iis qui ingred. ad appel. Auth. ad hæc. de fide inſtr
mentor. dicitur autem archiuus, ab archa. Azo in
27 Summa. C. de fide inſtrum. nume. 13. & eſt locus
vbi acta publica reponuntur, & conſtituitur came
rarius ſiue maſſarius, qui cuſtodit, & requirenti
bus tradit. Idem Azo in Sum. in fi. Auth. de defen
ſo. ciui. inde dicitur ſacrum archiuium, ſeu camera
ratiociniorum Regiorum. gloſ. Pariſ. titu. pri. §. 41.
poſt numerum 91 alibi capitulare. l. fin. de debitis
& guadi. l. fin. de ſcabi, & cancella. l. 2. de his qui al
hiones defendere debeant. l. volumus. de offic. iud.
l. quibuſcumque, qualiter quis ſe defendere de-
bet. l. prim. de epiſcop. & cleric. cum l. placuit. & l.
de eccleſiis, la vltima. eodem tit. l. fin. de his qui ſe
in poteſta. alte. & l. vnic. de capitu. pro lege tene. in
Longobard. glo. prim. Pariſ. tit. 2. §. 52. poſt nume-
rum 55. Comentarium, eſt locus vbi Princeps cū
conciliariis ſuis ad mentem ſecreta reuocat, & di-
citur a communis cor. Azo in Summa. C. de reſti.
milit. poſt nu. 4. quæ requirantur pro archiuio pu
blico, cuius ſit fidei, & cuius authoritate erigatur,
inter quos probet, & de illo magnæ curiæ. glo. Pa
riſ. pri. tit. pri. §. 5. nume. 26. vſque ad 31. de archi-
uio eccleſiæ. Zabar. in clemen. vnic. in verb. porro.
num. 5. de iureiuran. & non facit fidem extra terri-
torium illius, cuius authoritate eſt deputata cuſto-
dia. in conſi. feud. diuerſo pri. nume. 24. ſumptum
de regiſtro debet facere plenam fidem, ſicut pro-
tocollum notarii. Pau. de Caſt. in conſi. 345. in pri.
pri. volum. iſta ſi bene cuſtodiuntur & inueniun-
tur in archiuis eorum, qui habent authoritatem fa
28 ciendi authénticas ſcripturas fidem faciunt. Zabar.
in clemen. ſæpe. §. & quia. poſt numerum. de ver-
borum ſignification. illa facere vtile eſt. glo. in ex-
trauag. Ioan. cum ad ſacroſanctæ. in ver. regiſtri. de
ſent. excommunic. adeo quòd ſufficit ſic eſſe in re-
giſtris. Innocen. in capit. quoniam de vita & hone.
cler. Arehid. in cap. illi. 6. quæſt. prim. & quod de
eis extraxerimus. Innoc. in ca. conſtitutis. poſt nu.
3. de appellat.

De capitaneo qui curiam vendi-dit, an intelligatur beneficium vendidiſſe. Tit. LI.

SVMMARIVM

1 *Capitanei maiores, ualuaſores dicebantur, hodie Barones ſunt.*

2 *Curia a ſtuore capitur diuerſimode, hic eſt nomen vniuerſale.*

3 *Venditionis uerbum abſolute prolatum, non comprehendit uenditionem quæ nulla.*

4 *Feudum & curia ſunt penitus ſeparata.*

5 *Vendito caſtro, non ueniunt ſub feudatarij.*

AD RVBRIC.

1 CAPITANEI, de quibus hic, & ſupra de natura feud. c. pri. apud quē vel quos, & quis dicatur dux, maiores valuaſores dicebantur. ca. pri. quib. mod. feud. amitta. lo ſecundo. alibi proceres, inde pauperes quaſi capiti. §. primo. in verb. honeſtate.

Auth. de defenſo. ciuit, & vocabantur ſic, qui erant inueſtiri de aliqua plebe, hodie dicuntur Barones. Afflict. in dicto titu. quis dicatur dux. nume. 26. in glo. 2. Frec. de Subfeud. lib. primo. de origine Baronum. in princi. nu. 10. Iſti ſi vendunt Curiam.)
2 Dicitur autem curia, a cruore. l. conſtitutum. de teſtibus. in Longobard. & capitur diuerſimode: nam capitur pro loco ad amœnitatem patris familias deſignato, vel pro caſa. l. prim. in glo. ſecunda. & per tot. de homine in curte aliena noctis tempore inuento. in Longobard. inde Curtis Regia. l. hæc autem. in fine. de homicid. liberi homi. l. 2. de paricidiis. l. prim. & l. ſi liber homo. de furtis. l. prim. de raptu mulie. & l. prim. de manumiſ. in Longobard. tunc non ſpecialem locum, ſed vniuerſitatem rerum immobilium, in aliqua ciuitate deſignat. glo. in l. prima. in verb. curtem. ſi actor Regis res Regias per fraud. aliena. & l. ſi quis in curte, qualiter quis ſe defendere debet. in Longobard. Alibi, curia ius, curat meretrix, vnde curia curarum genetria, nutrixque malorum. Ioan. And. in capitu. vnic. poſt numerum ſecundum. de ſtatu regula. in 6. hic caſtrum, diſtrictus, ſeu curia, faciunt quandam vniuerſitatem. Paulus de Caſtro in conſilio 418. columna ſecunda. in princip. primo volumi. eſt corpus repræſentatum ea multorum maiorum aggregatione collectum. Afflictus in conſtitu. ſtatuimus. nume. 56. vel vniuerſitas prædiorum, cum dignitate, iuriſdictione vel bonorificentia. Bald. in capit. cum Bertoldus, numero prim. de re iudic. habet certos fines, & probatur per inſtrumenta. gloſ. 3. in l. cum aliquis. C. de iure deliberan. & poteſt illam dominus permutare, pignorare, & vt vendere, cum poſſit eſſe dominus iuriſdictionis abſque feudo. Bald. in dicto cap. cum Bertoldus. ſicut tenet actio de peculio licet nihil ſit in eo. Azo in Sũma. C. qui bonis cede. poſſ. in princip. Iſtam ſi Ven
3 dunt.] Quod verbum abſolute prolatum, non comprehendit venditionem, quæ eſt nulla. præpoſitus in capitu. prim. poſt principium. quid iuris ſit ſi vaſ. poſt alienatio. feod. id recupe. an intelligatur beneficium vendidiſſe, cum feudum & curia ſint pe-
4 nitus ſeparata. Aluar. infra in nigro. colũmna tertia. circa finem. & determinatur quod per venditionem vnius, non includitur venditio alterius, quia feudum poteſt haberi in curia & extra curiam. Idem Aluarot. infra in nigr, in princip. & vendito caſtro, non veniunt ſubfeudatarii. Cap. in ver. feudorum genera. ibi, in curia & extra curiam. per totum.

S U M M A R I U M.

1 *Capitaneus maior, Marchio, Comes, vel maior valuaſor dicitur.*
2 *Curia & curtis, & capitur duobus modis.*
3 *Beneficium ſiue feudum.*
4 *Poſtea, incontinenti, vel per longum interuallum.*
5 *Venditio uel conceſſio intelligitur, ſaluo iure primi.*
6 *Caſtrum tanquam pars inſignior rei, totum feudum dominans repræſentat.*
7 *Data non intelliguntur, quæ alij poſſident.*
8 *Ad iacentia rei donata non ueniunt in donatione, niſi dicatur, cum integro eius ſtatu.*
9. *Alienata curia, non venit feudum per prius donatum.*
10 *Feudum vnum, licet plura ſint loca.*
11 *Conceſſio ſpecialis, minuit generalem.*
12 *Caſtrum eſt quid uniuerſale.*
13 *Indefinita in feudis, non æquipollet uniuerſali.*
14 *Territorium uel caſtrum ſi uenditur, uel conceditur, quid ueniat.*

A D T E X T V M.

1 QVIDAM.] Alibi non exprimitur, quia nõ erat cognitus a Deo. gl. ad Lucam. 16. ibi, homo quidam. Capitaneus.) Comes vel Marchio, qui proprie capitaneus dicitur. Aluarot. hic poteſt eſſe tit. quibus modis feud. amitta. in princip. & cap. prim. poſt numerum primum. de natura feud. & eſt qui recognoſcit feudum & dignitatem immediate a Rege ſiue principe. Idem Aluarot. de lege Conrad. in
2 princ. & hic poſt princip. In quadam curte ſua.) Ex hoc notat Præpoſit. in princi. quod quis poteſt habere plures curtes, & habemus curiam & curtem, quæ idem ſunt. Aluarot. hic, colum. 3. poſt principium. & licet capiatur pro palatio domini, in quo reponuntur omnes introitus domini, & dicitur a cura. Afflict. in conſtit. ſtatuimus. num. 55. de offic. mag. inſti. Aluarot. hic in princip. alibi curia vel collegium decurionum. l. metum, la 3. §. animaduertendum. ff. de eo quod metus cau. locus publicus & curia decurionum. l. obſeruare. de decurio. lib. 10. pares ſeu curia domini. Iſern. & Loffred. in §. ſi vero. de inueſtit. in mari. facta, cum idem ſint. Loffred. in §. præterea, ſi inter duos. circa finem. de prohib. feud. alienat. per Fred. inde dicimus curiæ honorem & reuerentiam deberi. Bald. an apud iudicem vel curi. domi. poſt princ. aliter in l. 3. ſi ſeruus liberam puellam vel mulierem coniugio ceperit. in Longobard. vel locus ſignatus vſibus domini deputatus. Bald. in capit. quæ in eccleſiarum. nume. 5. de conſtit. hic capiatur tanquam nomen vniuerſale. Præpoſit. hic in princip. & principaliter dicitur iuriſdictio, ius vniuerſale & dominium
3 rerum. Soc. in conſi. 95. num. 9. 3. volum. Si de hoc Beneficium.) Siue feudum, cum ita capiatur fere in omnibus iſtis legibus. Iſern. in §. quicumque ad uocationem. num. 34. in fine. de pace tenen. Dedit militibus.) Idem ſi non militibus: nam non eſt differentia ſi ſit miles, ſiue non. Aluarot. hic columna
4 3. circa princi. Et Poſtea.] Incontinenti, vel per longum interuallum. Afflict. quid iuris ſit ſi poſt alienat. feud. vaſa. id recupe. nume. 5. Eandem curiam vendidit.) Cum conſenſu ſuperioris. Aluarot. hic columna 3. circa medium. non habita mentione be-
5 neficii, licet venditio, vel conceſſio intelligatur, ſaluo iure primi. Afflict. de notis feud. in princ. num. 2. ſimil. idem Afflict. in deciſio. 334. num. 2. & 3. Præpoſi. hic colum. pri. in fine. & ſi vendit caſtrum nobili, venditio intelligitur ſine præiudicio iuris alieni. Bald. in l. in teſtamento. numero primo. C. ad leg. Falcid. & ſi vendit curtem, non intelligitur vendere in feudatæ. Bald. in l. prim. in fin. numero quadrageſimoſexto. de rerum diuiſion. qui ceſſit vni non poſſit cedere alteri in præiudicium primi. in l. per quem. de ſeruitu. ruſticorum prædiorum. tamen, Controuerſia eſt.) Contendebatur, diſpu-

diſputabatur. Gram.in ver.diſcepto. Inter Capita-
neum & emptorem, dicente emptore, ſe curiam
6 cum beneficio emiſſe.] Quia caſtrum tanquam
pars inſignior & caput rei, totum feudum domi-
nans repræſentat.glo. Pariſ. poſt numerum 22.tit.
1.§.10.& venit caput, ſicut nomine familiæ venit
dominus, nomine exercitus continetur princeps,
nomine decurionum, Præſes. Zaba.in clemen.3.§.
illi verò.num.13. circa princip.de ætate & qualita.
Domino verò contradicente, ad eum beneficium
non pertinere.) Quia conceſſa parte, non cenſetur
conceſſum totum, licet pars conceſſa ſit dignior o-
miſſa: nam quælibet diſpoſitio debet eſſe contenta
7 ſuis terminis. Præpo.in §.ad hęc, colum.2.poſt me
dium, de pace iuran.firm. nec venit quod alius poſ
ſidet, ſicut in priuilegio decimarum, non intelligũ
tur datę quas alii poſſident, nec illæ per quarum
ſubtractionem graue parochiali eccleſię fieret pręiudicium.
Innocen.in cap.dudum. de priuil. & ex-
ceſſi.priuileg. vnde, Reſpõdetur, illud beneficium
in venditione non contineri, niſi Expreſse.) Et ſic
non ſufficit tacitè, vel quod dicatur ſub inuolucri
verborum. Zaba.in ſimil.in clemen. fi.§.& quia, in
6.onta.de pœnis. De eo actum ſit.] Sicut non ve-
8 niunt adiacentia rei donatæ, niſi dicatur, cum inte-
gro eius ſtatu.l.2.C.de bonis vacan. Bald. hic, nu-
mero nono.& Præpo.colum.4.circa fin. Loffre.in
cap.filii, columna 5.poſt princip.ſi de feu.defunct.
mili.contro.ſue.puta molendina, munitiones, peco
ra, & ſimiliter. Dec.in conſil.516. numero vigeſi-
moquarto. Cap.in ver.feudorũ acceſſoria, in prin.
colum.2.& 6.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio. Et
primò, conceſſo capite, cenſetur conceſſum totum
caſtrum. Cap. in ver.feudorum acceſſoria.colum.
4.in princip.ſi totum veniunt, omnia: quia qui om
ne dicit nihil excludit.l.ſi ſeruitus. ff. de ſeruitu.ve-
bano, prædio.l.medicos. C. de profe.& med.

Secundò, vnumquodque facilius reintegratur
illi ſubſtantiæ, vnde proceſſit. Lucas in l. origina-
rios, circa med.C.de agri.& cenſi. feudum proceſ-
ſit ab illa curia, & cum illa cenſetur vnitum: nam il
li ſi daretur facultas loquendi, peteret redintegra-
ri membra ſua, & partem ſui corporis.glo.in con-
ſti: conſuetudinem prauam, & Lucas in d.l.origina-
rios.cir.prin.

Vltimò valet argumentum de contractibus, ad
vltimas voluntates. Bald.in conſi.60.circa fi.5.vo-
lum. alienatio voluntaria extinguit legatum præ-
cedens.l. rem legatam, de adimen.lega, ita & con-
tractum, quia validum eſt argumentum de vno ad
aliud.l.vni.C.de lege Furia Can.tolle.

His nõ obſtantibus, determinatur contrarium:
quia cenſetur vendidiſſe, ſicut legaſſe ius quod ha-
bebat in re.l.qui tabernas. ff.de contrahend.empt.
l.ſi domus.§.fin. de lega.1. nec præſumitur de alie-
no contrahere. Bald.in d.l.in teſtamento.in princ.
ad leg.Falcid.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam non eſt
ſimpliciter verum, quod conceſſo capite cenſeatur
conceſſum totum. Sed multa pro & contra Bal.in
fra, de allodiis, numero 8.& diſting. vt per Afflict.
in d.§.ad hęc, nume.8.circa med.& 9.de pace iura.
firma.

Non obſtat Secundum, nam procedit quan-
do eſt diſmembratum minus legitime, & ſine re-
gio aſſenſu. Afflict.in §. ex eadem lege. poſt nu-
merum duodecimum, & decimumtertium, de le-
ge Corrad.

Vltimum non obſtat, nam etiam in legato rei,
non venit quod teſtator ab ea ſeparauerat. Loffr.in
conſil.36. nume. 15.& ſic firma remanet conclu-
ſio, quod alienata curia nõ venit feudum per prius
donatum.

Extende idem eſſe in feudis quaternatis non
alienatis, quæ ſunt intus curiam. Cap.in cap.Impe
rialem. in glo.fi.in prima concluſione, circa fi.poſt
addi. de prohib. feud. aliena. per Fre. nec veniunt
feuda, in quibus dominus habet directum domi-
nium, & non ius vaſallorum. Afflict.hic in 4.nota.
numero ſexto. & non venit ius quod habet in illo
feudo, videlicet proprietas, niſi expreſſe actum ſit.
Iſer.hic, circa princ. & tunc ſi donauit quidquid iu
ris habet, & non reſeruauit ſibi directum dominiũ,
non eſſet conceſſio in feudum, ſed donatio ſim-
plex, prout verba ſonant. Dec.in conſi.468.num.
12.& 498.nume.11. idem ſi concedatur terra pro
francha & libera: nam non veniunt reditus prius
conceſſi ſuper eadem terra. Bald.in conſi.182.cir-
ca prin.quinto volum.nec vaſalli, niſi cum diſtinct.
de qua Bal.in d.l.ſi plures, num.8. C. de con.inſer.
vel ſi venditur, ſeu donatur caſtrum, ad ſciendum
ſi veniunt vaſalli vel non, inſpicitur dignitas conce-
dentis, & eius cui conceditur. Præpo.in cap.in ge-
nerali. numero primo, circa fin.ſi de feud.defunct.
mili.contro.ſue. & ſi concedit vnam terram vel mã
ſum, non venit iuriſdictio, ſecus ſi concederet vni-
uerſitatem caſtri. Bald.in §.fi.num.2. quibus mo-
dis feu.amit.ſi teſtator legat tibi vnam rem, poſtea
generaliter alteri vſumfructum omnium rerũ, non
refertur ad rem cuius eſt legata proprietas.in l.ſi a-
lii.1.repe.de vſufru.& quemadmo. quis vta. Item
limita, niſi tota curia vel maior pars eſſet alteri in-
feudata, quia non debet venditio exinaniri, & natu
ra nominum collectiuorum & vniuerſalium eſt
omnia includere quæ non inueniuntur excluſa.
Bald.hic in princ.& Aluaro, colum.4.in fi.nec pro
cedit quãdo venderet curiam cum integro eius ſta-
tu, iuribus, & pertinentiis ſuis: quia tunc veniunt
etiam adiacentia. Lucas in l.2. circa princip.C.de
bonis vacan. ſi ſunt annexa caſtro tempore conceſ
ſionis: prædia verò addita, nec iuriſdictio venit,
glo.quinta, Par.tit.1.§.1.nu.44.

Vltimò, non haberet locum, ſi conceſſiſſet mo
tu proprio, & non obſtante conceſſione primo lo
co facta. Barto.in l.prædia, num.2. de locatio.præ-
dio. ciui.

10 Nota, quòd vnum eſt feudum, & vna inueſtitu-
ra, licet plura ſint loca. Bald.in d.§.ex eadem lege.
numero quarto, in fi.de lege Corra. vnde omnia ca
ſtra, puta Comitatus, ſub vnica verborum conce-
ptione conceſſa ſunt indiuidua, & quia ſunt oñ nul
la feuda, & diuerſæ res efficiuntur vna Curia & Ba
ronia. Loffred.in conſil.39. poſt numerum trigeſi-
mum, & trigeſimumſecundum. eſt vnica iuriſdi-
ctio, & vna curia, quæ continet omnia caſtra ſub ti
tulo Comitatus. Sicut regnum eſt indiuiduum, ẽt
quod conſiſtat, ex pluribus caſtris & ciuitatibus
ſeparatis. Cam.in §.præterea ducatus. car.101. co-
lum.3. circa fin. de probib.feud.aliena. per Fre.
11 Nota etiam, quod conceſſio ſpecialis minuit ge
neralem, in eo quod datur, ſicut in legato. Bald.in
conſi.55.num.14.volum. licet commiſſio ſpecialis
non tollat generalem, & in generali commiſſione

non

non veniat quod eſt alteri commiſſum. Idem Bal. in l.ſi in aliquam,in prima repe.nume.5. & in l.nec quicquam.in 2.repe.in prin.de offi.proconſ. & lega. plus valet conceſſio ſpecialis, quàm generalis. gl 2.in l.Pomponius.ff.de procurato.& prima cōceſſio non impedit ſecundam, quando non impediant ſe concurſu. Bald.in l.2.§.fi.de ſeruitu. ruſti. prædio,ſed ex generali conceſſione videtur detrahi quod aliis ſpecialiter conceditur.l.vxorem. §.fęlicisſimo,in glo.fin.de lega.3.& ſpecialis obligatio ſubſequens,non derogat generali antecedēti. Bal. in l.2.ff.qui potiores. nec videtur præiudicare ſententijs,& per prius conceſſis,idem Bal.de pace Cōſti.in ver.amplius.nu.4.

12 Vltimò nota,quod caſtrum eſt quid vniuerſale. Cap.in ver.feudorum acceſſoria. colum.2.in prin. ſicut iuriſdictio,hæreditas,& peculium,qui ex vniuerſo ſumuntur,& in iure conſiſtunt. Bald.in conſil.201.poſt numerum ſecundum,2.volum. & illorum appellatione veniunt omnia,quę eiuſdem vniuerſitatis ſunt.Idem Bald.in conſi.306.circa fin.4. volum.cuius vniuerſitatis,ſeu feudi caput eſt dominus. Bald.in cap.1.num.1.circa med.quid præcedere debet,inueſti.an fidel qui dicitur Baro,& eſt pęnes quem reſidet caput Baroniæ. Fre.de ſubfe.lib. 1.de origine Baronum.in princ.num.20. ſicut ille dicitur poſſidere beneficium,qui poſſedet eccleſiā, & ſic locum principalem: non qui poſſidet poſſeſſiones,ſeu dependentia ab eccleſia principali. Caſſa.in conſue. Burgun.rub.11.§.1.ibi, retenu. num. 6.& regnum eſt vniuerſitas.Loffr.in conſi.38.poſt numerum 18. & caput reſpectu aliorum feudorū: nam æquiperatur homini, cuius imaginem repræſentat. idem Loffr.in conſi.46.num.11.in fin. omnes vaſalli ſunt,ſicut vniuerſitas quædam. Bald. in conſi.466.num.6.circa fi.1.volum. collectio agrorum.idem Bal.in conſi.2?4.poſt principium,4.volum. Imperator committit vices ſuas, inde dat dignitatibus ordines & prærogatiuas, facit Duces, maiorem,mediū,& minorem: & ſi ſunt multi parui Comites & Marchiones,maximè rurales, poteſt vnum creare qui aliis pręſit,ad quem recurrant tāquam præpoſitum,vt bella corrigat,pacem componat,& ſubditos protegat. Bald.in conſi.333.col.2. poſt medium, 1.volum.Iſte hic appellatur Capitaneus.In conceſſione huic facta, non veniunt vaſalli,niſi dicatur.glo.2.hic. Cap.in ver.feudorum acceſſoria,colum.6.poſt medium, quia ſine voluntate eorum dominus non alienat.l.fin. de bene.& tribu.in Longobar.Iſern.hic,circa princ. & dominus caſtri nō poſſidet ſuos vaſallos, quia ſunt liberi homines: ſed quaſi poſſidet ius ſuperioritatis in eos. Idem in eccleſia & conuerſa.Paulus de Caſtr. in l. cum hæredes.§.item quæro,numero 2. de acquir. poſſeſſ. vnde conceſſo caſtro, nō venit iurisdictio, niſi tribuat: & ſit talis qui poſſit tribuere, & tunc exercetur ratione territorii & non perſonæ. Præpo.in d.§.ad hæc,colum.2. circa med.de pace iura. firma. nam indefinita licet æquipollet vniuerſali in

13 feudis.Iſern.hic,columna prima,circa fin. aliqui tenuerunt contrarium. Cam.in dicto cap.Imperialē, car.53.colum.2.circa med.propterea conceſſo caſtro cum pertinentiis, non veniunt littora. Erc.de ſubfe.lib.1.de officio admirati maris. nume. 20. & 22. & lib. 2. quis dicatur Marchio.num.3.4. & 5. non veniunt res particulares ſitę in territorio, ſed ſolum iuriſdictio territorij, niſi aliud conſtet ex quantitate precij & mente. Alexan.in conſil. 211. num.6.6.volum.& 14.num.6.7.volum.iuriſdictio venit, quia caput iuriſdictionis eſt in territorio Prouinciæ, vel ciuitatis redactæ ad inſtar prouinciæ, in vno caſtro vel villa,non eſt iuriſdictio, niſi pręſcripta ratione territorij vel perſonæ. Bal.de allodijs. num.7.Terram,regnum,prouinciam, caſtrum, & villam continet.not.in cap.cum in partibus,de verborum ſignific.& in diſtrictu vbi eſt caput remittitur cauſa. Ludo.de Moli.de Hiſpano. primogen.libro tertio,cap.13.num.74. Princeps concedendo territorium & caſtrum, videtur concedere quandā

14 vniuerſitatem prædiorum infra fines poſitorum. Afflict. hic, numero 9.poſt medium. venit aqua, quæ eſt de territorio ratione ſoli. Bal.in conſi.195. numero ſecundo,2.volumine. An veniant molendina,multa Præpo.hic,pro.& contra,nume.3.& 4. & Aluaro.num.2.uſque in fin. & uenit territoriū, cum diſtinctione,de qua Præpo. hic,num.4.circa fin. In uenditione generali nō ueniunt bona,in quibus oportet, quod uenditor habeat licentiam ab alio ut transferantur in emptorem, ut ſunt feuda. Præpoſit.hic,numero ſecundo, in fi. & ſi detur facultas alienandi feudum, non poterit alienari caput, nec obligari, niſi ſpecialiter ſit permiſſum. Cap.in uer.feudatarii Barones. ibi, pręrogatiuę.in fi.in conſequentiam territorii ueniunt uaſalli. Bald. in conſi.97.numero ſecundo, 3.uol.quando dominus conſueuit ſimul tenere, & ſub illo nomine curiæ, uniuerſum poſſidere, ſecus ſi habebat curiam ſuam diſtinctam, puta iuriſdictionem, territoriū, & ſimilia. l. ſeię.§.Tirannæ.& l.prædia.§.finali.de fundo inſtru. uel curtim & Baroniam de per ſe, & feudum de per ſe.l.item ſi fundi. §. huic, ff.de uſufru. Iſern. hic poſt principium, etiam quod curtis poſſit eſſe intra caſtrum, uel iuxta illud, & defendi a caſtro. Bald.in l.ſi plures,numero quarto. C. de conditio. inſer. Boer. in decitio.ducenteſimaduodecima, numero trigeſimoſecundo. In dubio videtur uendi ius quod habet. Deci.in conſilio 491. numero decimo. et licet uideatur procedere in emptore, qui ſciebat qualitatem rei, aliàs tenetur quanti minoris fuiſſet emptor empturus. Alexan. in conſilio ſexageſimotertio, numero decimo. ſexto volumine. & fit diſtin. de qua Iſern.hic poſt, numerum ſecundum. & ueniunt quæ tunc erant. l.ſed quæ loca eius fundi.ff.de ſeruit.ruſti. prædio. unde Marchioni uel Duci, ſi de nouo conceduntur noua caſtra, an intelligantur eſſe de Marchionatu uel Ducatu. Afflict. in §. præterea ducatus. in 3.nota.numerodecimoquarto. & Aluar.numero nono, de prohibit. feud. alienatio.per Fre. & ſi uendit omnes poſſeſſiones quas habet in caſtro, uel domum in qua exigitur gabella, non uenit iuriſdictio nec gabella. Præpo. hic in fi. & ſi concedit noua caſtra, ſunt exempta a Ducatu uel Marchionatu, nec habent eandem naturam.Præpo.in d.§.præterea ducatus.num.8.

S V M M A R I V M.

1 *Dubitare de ſingulis,non eſt inutile.*

2 *Filius uaſallo uiuo ſi delinquit in dominum,an amittat feudum.*

3 *In dubijs liberum eſt ſequi, quod magis placuerit.*

4 *Opinio a lege approbata praualet.*

5 Filius

5 *Filius uaſalli ſi delinquit in dominum,amittit feudū, ſicut ſi eſſet utilis dominus feudi.*

6 *Filio eſt quaſitum ius in feudo patre uiuente.*

7 *Gratia perfecta expirat, & patitur exceptionē per ſuperueniens factum.*

8 *Beneficium uitiatur,ex ſuperuenienti caſu.*

AD §. QVAESITVM.

QVAESITVM eſſe apud me ſcio.) Alibi quæſitum ſcio.l.quæſitum.ff.de teſtibus. Apud me.) Corā me.l.apud Labeonem. de præſcriptis ver.altercātibus Doctoribus: quæ concertatio dici poteſt, quia ſimul pugnauerunt iaciendo iacula & rationes.nota.in cap.concertationi,de appella.in 6.cum
1 dubitare de ſingulis non ſit inutile. Ioan. Andr. in cap.ſolet.num.9.in princ.de pœniten.& rem.in 6. Si filius viuente patre dominum offenderit.) Læſerit & iniuriam fecerit.Gramma.in ver.offendo.vna ex cauſis ſpecialibus, ideſt expreſſis.Zaba.in clem. 2.poſt numerum nonum,de offic.ord.cum non ex omni cauſa,ex qua opinio vaſalli grauatur,beneficium amittitur.§.illud enim, quæ ſit prima cau.bene.amitt.ſed ſit talis. Ita quod feudum amitteret, ſi pater deceſſiſſet,verū feudum amittat vel non? ſecūdum iſtos ſic.Secundum Girardum non,& Obertum ſimiliter.] l.fin.circa med.ff.de admin.tuto. &
2 ſic filius viuente patre ſi delinquit in dominum,an amittat feudum ſi vel ne. Quidam quod ſic: alij
3 non. In dubiis licitum fuit ſequi, quod magis placuerit.not.in cap.ex parte, de cenſibus. cum referuetur iudicio lectoris,ſi vtraque fauores habet ſapientes.cap.penul.in fi.de pœniten.diſtinct.1. Sed
4 opinio affirmatiua præualuit, tamquam a lege approbata,ſicut opinio canonizata. Iſern.in §.ſimiliter in hoſtendicijs.in fi.poſt numerum decimumoctauum,de capit.Corra.nam hodie non ſolum amittit ipſe, ſed pater ſi requiſitus non ducit filium ad ſatisfaciendum domino. §. inſuper. & ſequen. vbi late, de prohibit.feud.aliena.per Frede. Iacob. de Ardizo. in Summa,ſi filius uaſal. domini, domin. offendi. vaſall.mortuo filius feud.amit.

Declarato textu,impugnatur determinatio prædicta. Et primò filius viuente patre non habet ius aliquod in bonis.Iſer.in §.porro,num.25. circa fin. quæ ſit prima cau.bene.ami. Si non habet,non eſt nata actio,nec tranſmittitur.l.1.§.ſi impuberi.ff.de colla.bono,quia non entis nullæ ſunt partes.capit. ad diſſoluendum,de deſponſa.impub.

Secundò,dominus & vaſallus non debēt ad imparia iudicari.cap.primo,in fi.de forma fide.ſed filius domini committēs contra vaſallum,perdit ius, ſi tunc erat vaſallus quando committit:aliàs non. Iſer.in cap.primo,numero 3.de vaſal. milit.qui arma belli.depoſuit.ita filius vaſalli debet priuari feudo,ſi habet tempore delicti, quia priuatio præſupponit habitum.l.decem.de verb.oblig.

Vltimò,priuatio non poteſt eſſe ſine habitu præcedente.Loffred.in cap.1.colum.7.circa med. Impera. Lotha.hic,ſi priuaretur antequam ſuccedat, eſſet prius priuatio, quàm habitus, quod eſſe non debet. Bald.in conſilio 342. numero 1. in fine, 1.volum.

His non obſtantibus, prçualuit opinio illorum: quia delictum quando præuenit gratiā, gratia non infunditur.Bal.Alua.& Affl.hic.

Qua ſtante,non obſtāt contraria:& Primum,nā immo filius viuente patre eſt dominus rei paternæ ſpe & non re.glo.in extrauagan.comm. vni.in ver. ius ad rem.in prin.de offi.de leg.ſicut dicitur liber propter ſpem libertatis omnino competiturę. Azo in Sum.C.de dedititia liber.tollend. cir.med. adeo quod dicitur feudatarius uiuo patre. Afflict.an mutus vel aliter imperfe.num.11. ideo amittit,vt in d. §.inſuper.

Secundum non obſtat,nam etiam quod non habeat feudum,eſt vaſallus,ratione territorij. Iſer.in §.quod autem.colum.fin.poſt principium, de controuer.inueſt. inſuper delictum reddit illum incapacem, argum. l.quiſquis. §. primo. C. ad leg.Iul. maieſta.

Vltimum non obſtat: nam habet ius quod eſt in ſpe.Iſern.titu.præced.de natura ſucceſ.feud.columna 6. circa med. quod ſicut poteſt remitti per pactum vel tranſlationem.glo.in l.de his.cir.med. ff.de trāſactio.ita & amittitur per delictum, vt hic, & ſic firma remanet concluſio, quod filius vaſalli
5 ſi delinquit in dominum,amittit feudum,ac ſi eſſet vtilis dominus illius.

Intellige habere locum, etiā ſi extra locum criminis poſſidet. Lucas in l.quamuis. colum.2.poſt principium. C.de decurion. & non ſolum in filio, ſed etiam in patre ſi requiſitus non ducit filium ad ſatisfaciendum domino, dicto §. inſuper.& priuatur etiam officio, quia ſi tollitur beneficium,tollitur officium.not.in Authen.præsbiteri.C.de epiſco. & cleri.

Limita in filio,ſecus in nepote; nam ſuccederet, ſi uiuo patre filius delinqueret.Iſer. in §. præterea ſi vaſallus, num.9.& 10.d.titu.quæ ſit prima cau. bene.amit.nec procedit in ſecundogenito, qui per delictum primi tempore mortis patris reperitur primogenitus. idem Iſern.in d.§. præterea ſi vaſallus,num.12.& 13.& in feudo quod habet ab illo, ſecus ſi ab alio, quia ſuſpenſus ab vno beneficio, non propterea eſt ſuſpenſus ab alio,ſecus in excommunicato.glo.in capit.cupientes. in ver.in ipſa,de elect.in 6.iſto modo ſuſpenſus in vna eccleſia, eſt ſuſpenſus ab omnibus. gl. in c.2.in ver.cōmunicet. 4.quæſt.5.

6 Nota,filio eſſe ius quæſitum in feudo patre viuente,quod quomodo & qualiter ſit. Loffr. in con
7 ſil.1.num.158.Item nota,quòd gratia perfecta expirat,& patitur exceptionem per factum ſuperueniens.not.Zaba.& ibi glo.fin.in clemen.gratiæ,de reſcriptis.Verum inhabilis ad obtinendum beneficia in vno loco, poterit in alio.not.in clemen.1. de pœnis. Suſpenſus ab officio,non eſt ſuſpenſus a beneficio.glo.in cap.1.in ver.officii, de ſentent. & re iudic.in 6.clemen.3.& C.cupientes.in ver.ſuſpen. poſt medium,dicto titu.de pœnis.cum diſt.de qua in extrauagan.Io.vni.in ver.ſuſpendere.circa med. de præben.

8 Vltimò nota, quod beneficium uitiatur ex ſuperuenienti caſu, dicit aliter in l.5. in glo. fina. ff. ad leg.Falcid.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas,poteſtas,& modus,requiruntur in quolibet actu.*

2 *Voluntas ſi non tranſit in diſpoſitionem,nullius eſſe ctus reputatur.*

3 *Labo-*

Laborari per uerba, deueniendo ad uerbera.
4 *Inſidiæ contra dominum habentur pro delicto conſummato.*
5 *Probatio intelligitur de plena.*
6 *Facti qualitatem qui allegat, probare debet.*
7 *Voluntas delinquendi, ſine conatu non punitur.*
8 *Voluntas ſine facto non ſufficit,*
9 *Factio & conuenticula quid.*
10 *Lex humana perfecta in multis: & quomodo differt a diuina.*
11 *Peccatum maius eſt quod in Deum committitur, quam in hominem.*

AD §. SI VOLVERIT.

1 SI voluerit.] In quolibet actu requiritur voluntas & poteſtas: nam ſine
potentia nihil ad actum deducitur:
ſine voluntate nihil conſenſu perfici
tur: ſine modo nihil in finē ſuum dirigitur. Bald. in conſil. 326. numero 2. 1. volum. &
dicitur voluntas, animi motus ad aliquid imitandū
vel non imitandum, ſeu adipiſcendum. cap. 1. 15. q.
2 1. iſta ſi non tranſit in diſpoſitionem, nullius effectus reputatur. l. quidam cum filium. ff. de hæred.
inſtit. ideo, Si voluerit vaſallus dominum offendere.) Quia primi motus non ſunt in conſideratione.
glo. prima, in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcop. & cleri. & propoſitum in mente retentum nihil operatur. Afflict. in §. ſed nec eſt alia. nume. 33.
quæ ſit prima cau. bene. amitt. Sed non laborauerit.] Per verba deueniendo ad verbera. Lucas in l.
3 4. in fi. C. de caſtren. pecul. mili. Feudum non amittit.) Nam factum oportet quod ſequatur potentiam. l. 3. in ver. vera. ff. de ſtatuliberis. & facti conſummatio in delictis, non animus inſpicitur. Bald.
in conſil. 118. lo 2. numero 3. 1. volum. Gerardus
& Obertus ſimiliter etiam ſi laborauerit.) Et ſic
ponunt vnum, & aliud non excludunt. Lucas in l.
2. C. de diuerſis prædiis vrba. & ruſti. nam inſidiæ
4 cōtra dominum, habentur pro delicto conſummato. Bald. & Præpo. hic in prin. ex quo eſt modus per
quem delictum in finem ſuum dirigitur, & ſic ſecundum iſtos non amittat feudum, etiam quod laborauerit. Niſi inſidiatus fuerit.) Quid ſi inſidiatus
fuerit veneno, ſed non laborauit: leuauit manum
vt percuteret, & non percuſſit: iurauit occidere, &
non occidit? dic quod tenetur actione iniuriarum.
Iacob. in ver. dictique vaſalli. num. 42. 44. 48. circa
fiu. & 49. Aluaro. hic circa princ. & an puniatur voluntas. Archid. in cap. qui bona. 17. quæſtione pri-
5 ma. Et hoc probatum fuerit.) Plene, nam probatio
intelligitur de plena. Præpo. in cap. 1. circa princ. ſi
6 de inueſt. inter domi. & vaſ. lis oria. & probabit is,
qui facti qualitatem allegat. Pau. de Caſt. in conſi.
218. nu. 3. 1. vol.

Declarato textu, impugnatur eius deciſio. Et
primò, voluntas ſpectatur in maleficiis, & non exitus. Lucas in l. 1. colum. 6. circa fin. C. vt nemo ad
ſuum patrocin. tolle enim voluntatem de medio,
& omnis actus erit indifferens. Bald. in conſi. 96. in
fi. 3. volum.

Secundò, voluntas peccandi, pro operis perpetratione punitur. glo. prima, in cap. ſi quis rapuerit.
27. quæſtione prima. Iſte habuit voluntatem offendendi dominum, ergo debet priuari, ac ſi offendiſſet: quia voluntas reputatur pro facto. Lucas remiſſiue. in l. 3. columna 6. circa fin. C. de præ. diis curia.

Vltimò, voluntas non contenta ſuis terminis punitur, not. in cap. nuper. vbi glo. penult. & cap. fina. circa fi. de bigamis non ordi. iſte debuit deuote, benigne, & humiliter ſe gerere erga dominum. Iſern. in cap. 1. in ver. egre. num. 3. ex quibus cauſis feud. amitt. voluit offendere: debet puniri. quia voluntas conſideratur in maleficijs. Aluaro. in §. homicidium. numero ſecundo, in fin. de pace iura. firma.

His non obſtantibus, determinatur contrariū: quia cogitationis pœnam nemo patitur. l. cogitationis. ff. de pœnis. & ſæpe minus faciunt homines, qui magna minantur. Bald. in conſilio 77. numero primo, in fin. 3. volum. & metus non iactationibus tantum vel conteſtationibus, ſed atrocitate facti probari debet. l. metum. C. de his quę vi metusve cau.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam in maleficio perpetrando non punitur voluntas ſola, ſed in perpetrato attenditur volūtas, & non exitus. Iſer. hic circa princ.

Secundum non obſtat, tribus modis impletur peccatum, ſuggeſtione, delectatione, & conſenſu. Suggeſtione fit per diabolum: delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum. cap. ſed penſandum. 9. diſtinct. voluntas pro perpetratione punitur: nō enim eſt peccatum niſi in voluntate. Iſer. quæ ſint rega. in princ. num. 5. poſt med.

Vltimum non obſtat, nam. l. diuus. ad leg. Cornel. de ſicarijs. procedit quando tentauit & non potuit perficere ſcelus, ſecus ſi potuit perficere, & noluit. Bart. ibi, & ſic firma remanet concluſio, quod
7 voluntas delinquendi ſine conſenſu non punitur.

Intellige etiam ſi laborauit vt facere poſſit, tamen ſi non fuit inſidiatus, non amittit feudum. Itē procedit ſi actum non perfecit propter pęnitentiā, cum miſeretur & parcitur eidem. Iaco. de Ardizo. in Sum. verum conatus habeatur pro delicto conſum. in prin. & circa me. Idem ſi laborauit, & ad actum perduxit voluntatem offendendi, & non perfecit, quia noluit, & pœnituit, non amittit feudum. Iſer. hic nu. 5. quia voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia. l. qui iniuriæ. ff. de fur.

Limita, niſi voluntas progrediatur ad actū, quia ſi actus perficitur, punitur etiam quod pœnitentia poſtea interueniat. Idem ſi non propter pœnitentiam, ſed propter impoſſibilitatem remanet actus imperfectus, quia punitur. Iacob. de Ardizo. in d. Summa circa med. & fi. & in multis punitur affectus, licet non ſequatur effectus. Sed non hodie de conſuetudine, niſi in crimine lęſæ maieſtatis: Prępoſi. hic cir. princ. & fi. nec procedit iure poli, vt late per Iſer.

8 Nota, quod voluntas ſine facto non ſufficit. no. in cap. 1. & ibi glo. in ver. volūtatem. de eo qui mitti. in poſſeſ. cau. rei ſeru. Item voluntas per factum probatur. l. pro hærede. in ver. quam. ff. de acquirenda hæredit. appellatione eius venit expreſſa. Lucas in l. 3. in princip. C. de his qui ſponte muner. ſube. cum verbum ſit, vox, ſonus, & index cogitationis. Iſer. hic num. 5. circa med. & vt ait Boetius, voces ſunt notæ quæ in anima ſunt paſſionum: illud ergo intelligitur eſſe in corde, quod voce profertur, quia

lingua

lingua eſt inſtrumentum cordis. Bal. in l. pacta cō-
uenta. §. paſtorum, poſt numerum ſecundum. ff. de
pactis. Iſer. hic poſt numerum quintum, dicit. quod
per inſidias dicitur peruenire ad actum. ſed haec
facta. & ſimilia quæ ipſe allegat, loquuntur, quan-
do inijt factionem, vel coniurauit cum alijs. de qua
re latè Iſer. in §. porro, quæ ſit pri. cau. bene. amit.
& ſic punitur ſi inijt factionem cum alijs, etiam ſi-
ne iuramento. Iſern. hic, numero quinto, in fi. Qui
dicuntur partiales, ſeu de parte alicuius. Aluaro. in
cap. 1. num 4. circa fi. hic poteſt eſſe titulus, qui. mo
dis feu. amit.

Quid ſi conſentijt cum plurimis, vt occidat do-
minum? Et dicitur facto, ſed quia cum pluribus
id conuenit, punitur: ſiue iurauit, ſiue non, nam eſt
conſpiratio. cap. conſpirationum. cum tribus ſequ.
11. quæſtione 1. cap. conſpiratores. 3. quæſtione 4.
Aluaro. hic, numero 3. circa prin. licet quandoque
ſit in bonum, cap. ſane. 16 quæſtione 7. cap. ſi qui
clerici. 11. quæſtione prima. & conuentionis nomē
eſt generaliſſimum. Azo in Summa. C. de pactis,
poſt numerum quartum. tamen in iſtis tamquam
enormibus, ſufficit aliqualis actus: quamuis gra-
uius puniatur actus ex delicto cōſummato, quàm
inchoato: facta differentia inter perſonam quę tra
ctat, & aliam cum qua tractatur, quia alius eſt em-
ptor & alius venditor. l. cum filio. de leg. 1. Sed præ
dicta iure iſto: aliter iure diuino. Deutorono. 13.
10 vbi voluntas punitur. Lex enim humana imperfe-
cta, qua deuiantibus nulla pœna ſancitur, multorū
maledictionem quaſi aquam bibens. Ioan. Andr. in
cap. 2. numero primo, de cenſibus, in 6. vnde non
exigit in homine virtutem omnimodam, quæ pau-
corum eſt. Lucas in l. quoticos. columna 9. circa fi.
C. de dignit. nec ſufficit ad perfectiſſimam cauſæ
medelam. §. nec latet. in prin. Auth. vt omnes obe-
dien. iudic. nec ad omnia ſufficienter ab initio pro-
mulgatur, ſed multa indiget correctione ad natu-
ræ varietatem. §. 1. ſicut, quibus modis natura. effi.
leg. Vnde Papa ſe excuſat, ſi omnia dubia noua nō
decidit, quæ vt homo præuidere non potuit. Zaba.
in clem. ſæpe. in 5. nota, de verborum ſign. cum non
poſſit omnia quæ male fiunt punire. Iſern. hic, nu.
8. ſed ad humanæ naturæ varietatem ſemper venit
moderanda. §. vt autem. Authen. de non aliena. §.
1. in princip. Authen. de reſtitu. & ea quæ parit. da-
tur antiquæ legi pro ſanatione remedium. §. 1 poſt
medium. Authen. de fideiuſſo. varia rerum natura
ſemper aliquid nouum creat, quod lege indigeat,
de emenda. C. Iuſti. circa fin. tempus enim oſtendit
legem indigere quadam exceptione neceſſaria. §.
1. poſt principium. Authen. de reſtitu. & ea quæ pa
rit. quia volubile hoc & humanum, manere idem
numquam valet. §. 1. in prin. Anthen. de his qui in-
gredi. ad appella. nam quę idem ſemper ſe habent,
legibus non egent variis. Sed alia gubernatiua indi
get ſapientia, ex legibus ſuperuenientē negotiis. §. 1.
Authen. neque verum quod ex dote, aliam præben
tes ſufficientem ſanctionem. §. & hoc quidem. cir.
fin. Authen. de inceſtis nupt. Ideo oportet conſonas
cauſis ponere leges. §. 1. circa princ. & §. illud. poſt
princ. Authen. vt defuncti ſeu fune. eorum. nam fa-
cta mutantur ſecūdum curſum naturæ. §. 1. in prin
cip. & ibi glo. 2. & §. quia verò. Authen. de conſang.
& vter. fra. §. 1. in princ. Authen. de teſta. imperfec.
& datur lex ſcripta ſecundum Diuum Thomam,
ad correctionem legis naturalis, vel vt ſuppleat qđ
deeſt. Affli. in §. præterea. in glo. 3. in fi. poſt nu. 47.
quæ ſit prima cauſa benefic. ami. non ſignificat quid fie-
ri debeat, ſed ſpiritus mente inhabitans, non ſolum
docet quid oporteat fieri, ſed intellectum illumi-
nat de agendis, ac inuitat ad recte agendum. Diuus
Thomas ad Roma. 8. in princ. colum. 2. poſt prin. C.
& licet Princeps non ſtatuat aliquid imperfectū. l.
penult. in ver. imperfectum. C. de his quibus vt in-
dig. omnia quantum poſſibile eſt comprehendens.
§. 1. Authen. de nuptiis. quia nihil debet continere
imperfectum. l. fi. qui militare poſſ. vel non. tamen
propter exiguitatem ingenii non poſſunt leges &
deciſiones ita ſcribi, vt omnes caſus qui incidere
poſſunt comprehendantur. Aluaro. in §. prædictis,
numero ſecundo, quæ ſit prima cau. bene. amitt. &
malę hominum volūtates non poſſunt ad plenum
coerceri. Zabar. in clem. 2. in princip. num. 2. in fin.
de pœniten. & remiſſ. lex non ſufficit ad perfectiſſi
mam cauſæ medelam. §. nec latet. in princ. Auth. vt
omnes obed. iudic. §. 1. in princ. Authen. quibus mo-
dis natu. effi. legi. nec omnia ſecundum leges ſunt,
quoniam de quibuſdam impoſſibile eſt imponere
leges. Lucas in l. fin. in fi. C. de conſuli. & non ſpar-
ge. quamuis quæ idem ſemper ſe habent, legibus
non egent variis, ſed alia (vt dixi) gubernatiua indi-
gent ſcientia ex legibus ſuperuenien. negotiis. d.
§. primo. Authen. neque virum quod ex dote. &
debet legiſlator tollere ſubditis ſuis libertatem de-
linquendi. not. in cap. 1. de vſuris, in 6. permittit ta-
men quandoque mala, ne fiant peiora. Archid. in
cap. hac ratione, 31. quæſtione 1. permittit menōri.
l. qui totam. in glo. 2. ff. ad Trebellia. l. digna vox. in
glo. 1. in fin. C. de legi. ſicut prętor. Azo in Summa,
C. de reſti. milit. num. 13. in fi. ſed non in certo ca-
ſu. idem Azo Inſti. de actio. poſt num. 25. permitti-
mus nolentes, quia malas hominum voluntates ad
plenum prohibere non poſſumus. Zaba. in clem. 2.
§. illas. de ſtatu monach. & ſic non poteſt ad plenū
omnib. prouidere. l. 1. in fi. pri. nautę, caupo. ſtabu.
quia multa deſnot. l. 1. ff. quod falſo tut. auctore. nō
omne punit illicitum, ſed quod lex ſtatuit eſſe deli
ctum. Bald. in conſil. 15. num. 2. primo volum. im-
mo quædam permittit illicita, ſicut vſuras, & pro
ſtibula, quia non poteſt omnia corrigere. Et quo-
modo differat à diuina. Diuus Thomas in 18. no-
ctur. cœli enarrant. ibi, lex domini. multa relinquū
tur impunita. Aluarò. in cap. primo, nume. 16. circa
fin. hic fini. lex. permittit quædam illicita, vt grauio
ra vitentur. glo. in cap. 2. in ver. lex humana. 10. di-
ſtinct. quædam bona, & non ęqua multa. in l. 1. in
ver. ius, de iuſti. & iur. Vnde & legum acerbitatem
dicit textus, in Authen. de appell. & intra quę tem
po. in prin. ſeruatur licet ratione non ſubſiſtat. Al
uaro. in cap. mulier, num. 1. in fi. ſi de feud. defunct.
milit. contro. fue. & ius verſutum appellatur. Azo
in Sum. C. ad leg. Iul. de adult. nu. 14. 16. qđ conti-
net maximam iniuſtitiam. Aluaro. in cap. 1. colum
na 2. cir. prin. de filiis natis ex matr. ad morga. con-
tra. hinc iura voluntaria non habentia rōnem. Bar.
Authen. de non elig. ſecu. nubē. in princ. nu. 4. mul
tum egent notione rationis. cap. præſenti. in glo. 1.
vbi Ioan. Andr. in prin. de ſenten. excommun. in 6.

Quid in legib. Iuriſconſultorum & trium libro-
rum. C. Iſer. & Afflict. in conſti. ſi damna clandeſti-
na. columna penul. circa princ. de homi. & dam. clā
deſt. licet iuris diſpoſitio ſit prodita ad regulandos
humanos actus. Zaba. in clem. quod circa, num. 12.

poſt

poſt medium, de electio. Vide duo argumenta ad defendendam imperfectionem legis humanæ, quę ponit Archid. in cap. 1. cir. prin. 4. diſt. Ius verò diuinum conſiſtit in veritate, non in fictione. Bald. in conſi. 100. poſt numerum primum, 5. volum. non permittit inhumanum aliquid fieri, vel præter Deo placentem actionem. §. optimum. Authẽ. de exhib. reis. vnde Io. Fantaſm. dicit, quod Deus non eſt remunerator nominum, ſed aduerbiorum. Archid. in d. cap. qui bona, columna penul. circa prin. 17. q. 1. Zaba. in clemen. in pleriſque. num. 9. circa med. de electio. hoc eſt nõ remunerat bonum quod fit, ſed quod bene fit, exemplum in cap. 1. in glo. 2. de collu. detegi. Loffr. in conſi. 48. nu. 3. circa fin. & Deus licet ſit magis miſericors quàm Princeps humanus. l. fin. C. de donatio. inter virum & vxorem. l. fi. C. ſi contra ius vel vtili. publi. tamen maius eſt pec-
11 catum, quod in Deum committitur, quàm in hominem. cap. ſicut, 17. quæſtio. 4. Et tenetur is qui conuocauit, quia ad primordium formatur euentus. Iſern. de feu. dato in vicem leg. commu. num. 1. circa fin. & punitur pœna ſeditionis. Idem Iſer. qui ſint regal. in ver. & bona committentium, num. 82. circa med. de iure poli: de iure fori ſecus. Iſer. de ſtatu. & conſu. contra liber. eccle. in ver. diffidamus, num. 27. in fi. quia perſuadens habuit animum corruptum in ſua voluntate, quam oſtendit, & publicauit perſuadendo, velle ire ad Deos alienos, ad faciendum malum. & etiam quod non interſit propter alium, eſt tamen corruptus in ſe. & Deus ex ſolo dicto deliberato & tractatu cum aliis ſine opere ſubſequuto punit: nam aut pœnitet, & indulget: quia per pœnitentiam dignus eſt venia. Aluaro. hic poſt prin. Auth. non, & damnat morte æterna. Iſer. hic, poſt num. 8.

SUMMARIUM.

1 *Similiter, ideſt etiam.*
2 *Maſculus dicitur, quaſi maioris ſapientiæ, quàm fœmina.*
3 *Tantum, dictio, cætera omnia excludit.*
4 *Ius pœne totum turbatur, per contrarias interpretantium ſententias.*
5 *Contra, econtrario, econuerſo, dictiones.*
6 *Maſculus deſcendens ex eo qui acquiſiuit, donec ſupereſt, non eſt locus fœminæ.*
7 *Opiniones Doctorum ubi ſunt contrariæ, oportet q͂d per Principem uel Iuriſconſultum, authoritate Principis, fiat interpretatio.*
8 *Doctores habere contrarias opiniones eſt naturale.*
9 *Opinionum uarietas ſæpe contingit ex inordinata ſubtilitate Doctorum.*
10 *Quod multipliciter exponitur, quid ſignificet ignoratur.*

AD §. SIMILITER.

1 SIMILITER.) Ideſt, etiam. §. ſimiliter. cum ibi not. Inſtit. de excuſat. tuto. quaſi dicat, vltra differentiam Gerardi, Oberti, & aliorum, de qua in §. præce. eſt alia etiam. Si quis inueſtitus fuerit de feudo.) Nouo, quod reſpectiue ad diuerſas perſonas, poteſt dici antiquum. Afflict. de eo qui finem fecit agn. in 2. not. nũ. 13. Ita ut ad fœminas tranſiret.) Vt filij, & filiæ ſuccedant. §. filia, de ſucce. feud. Et duas filias tantum reliquerit, quarum vna filiũ habeat, & altera filiam.] cap. 1. de eo qui ſibi & hære.
2 ſuis. Verum poſt mortem illarum, Maſculus.] Qui ſic dicitur, quaſi maioris ſit ſapientiæ, quàm fœmina. Lucas in l. eos, in fin. C. de his qui ſponte mune.
3 ſube. Tantum.) Excludendo fœminam, cum dictio prædicta, cætera prohibuiſſe cenſetur. Cam. in cap. Imperialem, car. 60. colum. 4. circa fin. ex quo eſt negatiua, taxatiua, vel priuatiua. Lucas in l. fi. in princ. C. de fide inſtrum. Feudum habere debeat, ſecundum Gerardum, maſculus tantum: Obertus
4 contra.] Et ſic totum pęne ius, per contrarias interpretum ſententias conturbatum eſt. l. 1. circa fi. C. de veteri iure enucle. C. §. quibus. in ver. certas. & efficitur ambiguum, gl. 1. in cap. 1. de iudiciis, in 6. & ſemper ambiguum oritur. Bald. in conſi. 497. in princ. 2. volum. Vnde propter iſta, & ne Obertus compilator huius operis videatur ponere opinionem ſuam, vt ſtatim reprobetur a Girardo, poteſt
5 fieri punctus, ibi tantum Obertus. Contra.) Quæ ſequitur: econtra, econuerſo, in caſu contrario ſupple, idem erit ſi filios ille habuerit.) Et reliquerit. Ita intelligit Iaco. de Beluiſo. & ſecundum Præpo. hic, num. 1. in fi. & Aluar. colum. 2. cir. fin. Obertus non contradiceret Gerardo. & ſic Obertus idem tenet, in caſu contrario, ſi ille non filias ſed filios reliquit.

Declarato textu, videbatur quod fœminę ſemel habilitatę ad ſucceſſionem, ſemper durent habiles. Bald. in conſilio quinto, numero 5. 5. volumi. ſicut portio ſemel legitime alienata, poteſt decętero alienari. Bart. in l. pater filium. §. quindecim, nume. 4. de lega. 3.

Secũdò, in ſucceſſione clarum eſt, quod præfertur is qui eſt magis proximus defuncto. §. dummodo. ſupra de natura ſucceſſ. feud. defunct. filia eſt magis proxima quàm nepos. l. in ſuis, de liberis & poſthu. ergò ipſa præfertur. eo magis, quia matris naturæ amor pius erga filios. §. 1. Auth. vt ſine prohib. matres facit.

Vltimò, mulieres ſuccedunt quando in inueſtitura eſt dictum. d. §. filia, de ſucceſ. feud. hic fuit dictum, & ſucceſſerunt, ergò debent ſuccedere & filiæ: nam mulieres dicuntur omnes, quæ ſexus fœminei ſunt. l. argento. §. muliebri. de auro & argen. lega. l. mulieris. & ibi glo. prima, de verborum ſignific.

His non obſtantibus, determinatur contrarium, quia non eſt locus fœminæ, donec ſupereſt maſculus ex eo qui fuit inueſtitus. d. c. 1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam dictum limitatur per rationem. Bar. in d. l. pater filium. §. fundum, num. 2. videlicet, quod ſuccedat, quando non eſt maſculus ex eo, quia primo loco inueſtitus fuit maſculus. glo. hic.

Non obſtat Secundum, nam etiam nepos ſuccedit materteræ. Iſer. d. tit. de natura ſucce. feud. poſt num. 18.

Non obſtat Vltimum; nam ſuccedunt ſexus & gradus prærogatiua ſeruata, & ſic maſculus fœminæ præfertur, vt in conſtit. vt de ſucceſſionibus.
6 Vnde firma remanet concluſio, quod maſculus deſcendens ex eo qui acquiſiuit, donec ſupereſt, non eſt locus fœminę.

Intellige, idem eſſe, ſi ille primus habuit duos filios,

filios, quorum vnus deceſſit ſuperſtite maſculo, alter relicta fœmina, vt hic in fi. vbi gloſ. & Iſern. vel
fuerit in conceſſione dictum, pro ſe, & filijs; quia
per interpretationem comprehendit fœminā. Ab.
in conſi. 36. nume. 3. prim. volum. & filius ſororis,
non ſolum excludit ſororem conſobrinam, vt hic,
ſed etiam remotiores agnatos, quia & ipſe habet iura agnationis. Dec. in rub. C. vnde leg.

Limita procedere iure iſto, ſecus in regno, per
conſti. regni, in aliquibus. Iſern. in d. cap. 1. nume. 3.
de eo qui ſibi, & hæred. ſuis. C. innuit Alua. hic, dū
meminit regni Siciliæ in fi. & ſic in regno, melior
eſt opinio Oberti. Afflic. hic colum. 1. in fi. vbi etiā
non habet locum in conſobrino vel patruele, qui
non ſuccedit in feudo. idem Afflic. hic.

7 Nota quod vbi ſunt contrariæ doctorum opiniones, oportet per Iuriſconſultum authoritate
Principis, vel per principem quod fiat interpretatio. glo. in l. & ideo, la pri. ff. de leg. debet adiri princeps. l. 2. §. ſi quid. d. tit. C. de veter. iuri. enucle. ſicut diuerſitas literarum commiſſionalium non impedit fines cauſarū, ſed debet ſuperior conſuli. no.
in capit. 2. de offi. deleg. & ſic diuerſitas opinionū
eſt cauſa legis com. promulgandæ. Aluar. in cap.
1. nume. 3. qualiter olim poterat feud. alien. Nota
8 etiam, doctores habere contrarias opiniones eſt
naturale. Bal. in conſi. 398. nume. 3. cir. fi. pri. vol.
9 Item varietas opinionum ſæpe contingit ex inordinata ſubtilitate doctorum. Lucas in l. 2. colum.
fina. in prin. C. de numerariis. Pariſ. de ſindi. in ver.
10 iudicare. cap. 3. nume. 13. Vltimo, quod multiplicipliciter exponitū, quid ſignificet ignoratur. Pau.
Caſt. in conſi. 28. nume. 2. 2. volum. Alternatio inducit obſcuritatem, & incertitudinem; ac ratione
incertitudinis res vitiatur & neutrum valet. Arch.
in c. ſi quis aduerſum. cir. fi. 2. q. 6.

SVMMARIVM.

1 *Filius, a familia dicitur.*
2 *Poteſt, verbum importat neceſſitatem.*
3 *Abſque, dictio incluſiue & excluſiue ſumitur.*
4 *Propinquus eſt ſanguine coniunctus.*
5 *Poteſt, verbum affirmatiue & negatiue accipitur.*
6 *Filius non poteſt habere feudum ſine hæreditate, ſecus in agnato.*

AD §. FILIVS.

FILIVS.) A familia dictus, cum primus ſit in ordine naſcentium. Lucas
1 in l. filios. in pri. C. de decurion. dicitur primus vel proximus agnatus. Iſe.
in §. Titius. §. qd ſi Titius. in prin. & cir. medi. ſi de
feudo defun. mili. contro. fue. & in feudis præſumitur hæres in recipiendo non in præſtando debitum. Affli. de capi. Corra. in fi. pri. nume. 3. Non
2 poteſt.) Quod importat neceſſitatem, ſicut verb.
debet. Archidia. in cap. quantum. in pri. 50. diſtinc.
Recuſare,) Renuere, refutare. Gramm. in ver. recuſo. Hæreditatem patris.) Cui natura eum aggregauit. l. cum in adoptiuas. C. de adoptioni. Abſque.)
3 Excluſiue & incluſiue. Archidia. in cap. oſtiarius.
in prin. 23. diſtinct. Fendo.) Et ſic non poteſt feudum habere, & repudiare hereditatem. ſupra an
agnatus. per tot. vbi late, & Alu. hic. Propinquus.)
Sanguine coniunctus. l. fina. C. de verbo. ſignifica.
4 cuius capellatione licet veniant maſculi & fœminæ.
Deci. in conſi. 466. nume. 11. & 527. nume. 5. procedit in materia indifferenti: ſecus in ſtatutis. Idem
Dec. in l. pri. nume. 14. & 15. C. vnde vir & vxor.
& hic, vbi non admittuntur niſi ex pacto. vt §. præcedi: & ſic ꝓpinquus (Autem) Maſculus. Poteſt.)
5 Affirmatiue, licet quandoque negatiue. Caſſan. in
conſu. Burgund. rubri. 4. §. 7. ibi, ne peuuent. poſt
nume. 2.

Declarato textu impugnatur eius deciſio. Dubium faciebat. l. filii. ff. de iure patrona. vbi filius poteſt abſtinere ab hæreditate paterna, & ius quod
in libertis pertinet habere. l. ſi operarum. ff. de operis libert. tanto magis, quia ſi præſupponitur licere
extraneo, ita & filio; quia nihil intereſt extraneus
ſit an filius. l. nihil autem. d. titu. de operis liberto.
Secundo, poteſt quis vendicare quæ habet a lege,
etiam quod non ſit hæres patris. l. hac edictali. §.
fina. C. de ſecun. nuptiis. feudum defertur ex prouidentia dantis. Iſern. d. titu. an agna. in prin. ergo
etiam quod filius nō ſit hæres, debet habere, quia
quod fauore liberorum eſt introductum, in eorū
læſionem non debet retorqueri. l. generaliter. §. in
his. d. titu. C. de ſecun. nup. Vltimò dans io feudū,
videtur omnibus proſpexiſſe. Iſer. in capitu. omnes
filii. colum. 2. cir. fin. d. titu. ſi de feu. defun. militi.
controuer. fue. adeo quod reſtitutioni ſubiaceat
poſt mortem, ei qui eſt ſequens in gradu. idē Iſer.
in §. & olim. colum. 2. in fi. de ſucce. feu. ſed ſubiectum reſtitutioni mortuo patre capit filius; nec intereſt ſi ſit hæres patris vel non. l. ſi poſt mortem.
l. filio. & l. qui filiabus. §. fina. de leg. pri. ita & in
feudo, quia de vno ad aliud arguitur. Dec. in cōſi.
445. poſt nu. 18. & 33.

His non obſtantibus, determinatur contrariū:
& ratio eſt, quia nemo vnquam carnem ſuā adeo
habuit, ſed eam nutrit & fouit. ad Ephesios. 5. ideo
tenetur filius; quod ſecus eſt in aliis. late in d. capit.
an agnatus.

Qua ſtante, non obſtat. Primum: nam licet legum Romanarū non ſit vilis authoritas, non tamen adeo vim ſuam extendunt, vt vſum vincant
aut mores. capitu. pri. de feu. cog. Non obſtat, Secundum, nam habet a lege cum hac qualitate hæreditaria, vt hic; ex quo filius habet eſſe a patre, agnatus non. Iſern. d. titu. an agnatus. colum. fina.
cir. pri. poſt nume. 9. Vltimum non obſtat, nam licet feudum ſit ad inſtar fideicommiſſi, tamen non
omne ſimile eſt idem. l. quod Nerua, depoſiti, ea
magis, quia in hoc eſt prouiſum contrarium, vt
hic, & ſic firma remanet cōcluſio, quod filius non
6 poteſt habere feudum ſine hæreditate, ſecus in agnato. Iaco. de Ardiz. in ſum. de ſucce. feu. cir. medi. ibi, item quæritur nunquid repudiando, intellige habere locum, nō ſolum in feudo, ſed etiam &
in emphiteuſi. Iſern. in d. capit. pri. nume. 4. cir. medi. an agna. idem in inſtituto & ſubſtituto, quia debet vtramque acceptare, vel vtramque repudiare,
l. quidam. C. de iure delibe. l. cum hæreditate. ff. de
acquiren. hære. & procedit, & non ſolum in feudo
hæreditario, ſed etiam in feudo ex pacto & prouidentia. Iſer. in d. cap. an agna. in pri. intellige in feudo paterno, quoniam in nouo non ſuccedit agnatus. Præpo. hic. & Aluar. Et limita aliis modis, vt
per Iaco. de Ardizo. vbi ſupra. vltra quem intellige de filio legitimo & naturali, non adoptiuo, qui
in iſta materia non venit appellatione filii. Atijus
in

in cap.adoptiuus.num.pri.d.tit.ſi de feu. defun. mi
li.contro.fue.& procedat in ſucceſſione,in aliena-
tione ſecus, nam filius iure iſto reuocat alienatio-
nem viuo patre,agnatus poſt mortem.Iſern.in §.&
ſi libellus.nume.10.cir.fin.de aliena.feu. pater. &
procedit niſi filius faceret inuentarium.Iſer.hic.

SVMMARIVM.

1 *Contentio eſt impugnatio veritatis,cum confidētia clamoris.*
2 *Propinquorum appellatione,non veniunt affines.*
3 *Feudum venit in petitione hæreditatis.*
4 *Feudum eſt quidquid tangit feudum.*
5 *Immo dictio,non copulat,ſed corrigit.*
6 *Diſcernere,ideſt cum deſcretione tractare.*
7 *Iuramentum defertur in defectu probationum, in contentione inter filiam & agnatum defuncti.*

AD §. SI CONTENTIO.

SI contentio.) Quæ eſt impugnatio ve
ritatis,cum confidentia clamoris. Di-
uus Thom.ad Roma.13.colum. fina.
1 poſt prin. per iſtam nihil fieri debet.
cap.conſuetudo.16.quæſtio.6.non debet amari.&
ſi quis monachus.90.diſtinctio.immo impropera-
tur.Deuterono.cap.31. ibi dicitur, adhuc viuente
me ſemper contentioſe egiſtis. Sed quia fuit inter
diſcipulos,facta eſt contentio inter eos,inquit.Lu-
cas.22. Iſta, ſi fuerit inter filiam & propinquum.)
Ideſt agnatum.Aluaro.hic, cuius appellatione nõ
2 venit affinis,etiam ſi vicem filii obtineat, vt eſt ge-
ner & nurus, Iaſ.in l.fina.nume.22.C.de verb. ſig.
De hæreditate & de feudo.) Nam filia prætendit
hæreditatem, agnatus feudum;Qua filia feudum
habere non poterat.] Licet veniat in petitione hæ-
3 reditatis.gl.in l.item videndum.§.nunc videamus.
ff.de peti.hære. Aluaro. in capitu.in generali. col.
fina.in pri.ſi de feu.de fun.mili.controuer.fue.etiã
quod ſit conceſſum pro ſe & liberis.in conſi.feud.
diuer.pri.num.91.Quia] pro quod. Archid. in cap.
quia.in pri.19.quæſtio.3.Quod,]Ideſt,ſed.l. ita ſti
pulatus ſum,in ver.quod. de ver.obli.ſed,Dicat ip
ſa,hoc eſt de mea hæreditate,) Ad me ſpectante iu
re dominij:nam meum dicitur,quod pertinet iure
dominij:ſecus ſi iure vſusfructus vel pignoris.l. cũ
ſuæ. & ſequen. cum ibi no. de leg. 3. Et ille dicat,
4 Immo.] Non copulando, ſed corrigendo ponitur.
pri.conſt.C.§.quibus.in ver.immo.cum add. ad eã
cum regulariter ſtet correctiue.l. ſi ita.vbi glo.pri.
& Bar.ff.de hæred.inſti.l. pen. in verb.immo. ff.de
iure codicillo: De feudo.) Quia feudum eſt, quid-
5 quid tangit feudum. Freder. de ſubfeu. lib. 2. ibi,
quadrageſimoquarto poſt nume.4. filia improba-
tione deficiente. gloſ. hic,in ver. iureiurando. Gi-
rardus & Obertus.] Supple, dicunt,quod,Electio
propinqui erit.] Sicut in §.ſi quis. ſi de inueſtit.in-
6 ter domi.& vaſal. lis oria. Diſcernere.) Ideſt cum
diſcretione tractare. Archid.in cap.inter. in princ.
10. quæſtio. 3. vnde diſcernit quis cauſam ſuam.
capitu. credere. de conſecratio. diſtinctio. ſecun-
da. & Pſalm. 42. Iudica me Deus, & diſcerne cau
ſam meam. hic, Veritatem iureiurando.) Quod
defertur in cauſę inopia probationum emergen-
te. Aluar. hic nu. pri.& Præpoſi.in pri. nota. Et ſi-
militer, ſi contentio fuerit inter aliquem.) Quę eſt
dictio diminutiua.Caſſ.in conſ. Burg.rub.11.§.6.
ibi, d.nunc.cir.med. Qui emiſſet a ſeniore.] Ideſt
a domino temporali.Inn.in c. pri.in fi. de cenſib.
Et vaſallũ,quia dicat vaſallus,Hoc eſt.) Quod im-
portat quidditatem & ſubſtantiam. Cur. in l.impe
rium.nu.9.de iur. om.iud. De.) Ideſt, ex. Gram.in
ver.de.Feudo meo.) Quia vt ſup. feudū eſt quid
quid tangit feudum, cuius pars principalior eſt va
ſallus.Fre.de Subf.lib.2.ibi,plurib.poſt nu.36.Il-
le autem neget.) Negando dicit. Albe.in l.vti frui.
nu.4.ff.ſi vſusfr.peta.eſſe allodium,& emiſſe a do
mino. Electio emptoris eſt,veritatem iureiurando
diſcernere.] Ideſt confirmore:nam iurando fit ma-
ior confirmatio veritatis. D. Thom. ad Hebræos.
6.col.pen.Cum.) Pro quia,& eſt redditiua cauſæ.
Io.And.in c.ſi.cir.med.de homic.in 6.Pares curtis
veritatem non teſtãtur.) Non teſtificantur.Gram.
in ver.teſtator.vel teſtimonium præbeant veritati.
Io.18.cir.fi.Gerardus & Ober.] Supple dicunt.

Declarato texto, adducebatur pro filia,quod di
citur, Numeri. 27. homo cum mortuus fuerit ab-
ſque filio,ad filiam eius tranſibit hæreditas.ſi hæ-
reditas,ergo & feudum, cuius appellatione venit.
Loffrēd.in conſi.pri.poſt nu.69.

Secundò filia eſt agnata. Soc.in conſi.191.num.
6.ſecundo volum.is cum quo contendit eſt agna-
tus,quando concurrunt plures, magis proximus,
& ſic filia præfertur.c.pri.in fi. de natura ſucc.feu.

Vltimò, fœmina ſuccedit.cap.ſignificauit.de re-
ſcriptis.ſicut quilibet alius inhabilis, qui poſſet ſer
uire per alium.glo.in l.continuus.§.ſi ab eo.de ver
bo.oblig.

His non obſtantibus, Gerardus & Obertus de-
terminauerunt contrarium, quia ad veritatem in-
quirendum,debet iudex laborare modis omnibus
quibus poteſt. Afflict.de contentio. inter domin.&
vaſallum. de inueſtitur. in quarto notabil.nam ea
colitur.lege vnica.C. de deditia liberta. tollend.

Qua ſtante,non obſtat Primum,nam non ſem-
per venit feudum in petitione hæreditatis. Bal.an
agnat.nu.12.

Non obſtat Secundum, nam licet ſit agnata,nõ
tamen ſuccedit in feudo,ſicut clericus & ſimiles.c.
pri.an mutus vel aliter imperfe.

Vltimum non obſtat,nam ſuccedit vbi eſt con-
ſuetudo,ſicut de facto fuit in Regina Ioanna. Bar.
in l.prim.num.10.in fi. C.de muneri.& in quo lo-
co. Afflict.in conſtit.vt de ſucceſſionibus.in 4.not.
poſt numerum octauum. de ſucce. nobili. & ſic
firma remanet concluſio,quòd defertur iuramen
7 tum in defectu probationum, in contentione in-
ter filiam & agnatum defuncti. Idem ſi eſt con-
tentio inter dominum & fidelem.capit.primo.de
contentio.inter domi. & fidelem.de inueſtit. fcu.
vel ſi eſt controuerſia inter Epiſco.& vaſallum,ca
pit.pri.de controuer.inter Epiſcop.& vaſal.& ha-
bet locum etiam ſi eſt controuerſia inter domi-
num & fœminam,ſeu maſculum & fœminam.ca-
pitu. pri. de controuerſ. inter domin.& fœmin.

Limita, dummodo teſtibus probari non poſſit,
quia tunc ſacramento poſſeſſionis decidatur. cap.
primo.ſi de inueſtitu. inter domi.& vaſal. lis oria
& intellige cum diſtin. de qua in §. ſacramentum.
de conſuet.recti feudi, & ſi præcedit aliquid quod
moueat iudicem ad dandum ſacramentum. Affli.
Aluar.& Iſer.hic in fi.

Nota differentiam inter filiam defuncti, & a-
gnatos de prædio. capit.inter filiam.ſi de feud.de-
funct.milit.contro.fuer.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Similiter, dictio notat omnimodam ſimilitudinem.*
2 *Feudum datum ſub lege commiſſoria, non valet.*
3 *Ideſt, ſtat hoc verbum expoſitiue, quandoque exemplificatiue.*
4 *Tempus certum ſi non eſt adiectum in redhibitoria, intelligitur de 60. diebus.*
5 *Vt, cauſaliter, uel conſecutiue ponitur.*
6 *Habere intelligitur, quaſi habitare, et retinere cum effectu.*
7 *Diuerſa ſententia diuerſorum.*
8 *Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoria.*
9 *Feudum poteſt dari mediante pecunia.*
10 *Parere placitis quandoque non compellimur.*

AD §. SIMILITER.

1 SIMILITER) notat omnimodam
2 ſimilitudinem. Albe. in l. Clemẽs. nu.
1. ff. de hære. inſtit. Feudum, lege com
miſſoria datum non valet.) cap. 1. de
feu. dato in vicem leg. com. Præp. hic, & Aluaro.
num. 1. & ſit pactum legis commiſſoriæ, vel com-
miſſoriæ lex cap. ſignificante, de pignor. l. 4. C. de
3 pactis inter empt. & vendi. Ideſt.) Expoſitiue ſtat,
quandoque exemplificatiue. Cur. in l. more. num.
19. de iuriſdict. omn. iudic. Si ad certum tempus.)
4 Quod ſi in redhibitoria non eſt adiectum, intelli-
gitur de ſexaginta diebus. Iac. de Ardizo, in Sum.
vtrum ſub pacto legis commiſ. licitum ſit feudum
dare. Afflict. in d. cap. 1. poſt nu. 5. de feu. dato in
uicem leg. com. Bald. in §. inter pares. poſt num. 7.
de lege Corra. non computato intercalari. l. 2. ff. de
diuer. tempo. præſcrip. ſicut nec forte diebus decẽ,
quos per ſaltum confundi iuſſit Gregorius XIII.
Pontifex Maximus, in reformatione Calendarij:
nam hodie quod eſt quartus Octobris 1582. &
mane deberet eſſe quintus, mandauit computari
decimuſquintus, demptis pro vna vice tantum, a
curſu temporis, decem diebus prædictis. Quid au-
tem ſit intercalare, biſſextus, & ex quot diebus cõ
ſiſtat annus, Azo in Summa. C. de in integr. reſtit.
mino. in princ. Pecunia non ſoluatur.) Liberando
pignus. l. ſolutionis verbum. ff. de ſolutio. l. item li
beratur, §. qui paratus. ff. quibus modis pign. vel
5 hipo. ſoluitur. Creditori, Vt.) Cauſaliter vel conſe-
cutiue ponitur. Diuus Thom. ad Epheſios. 3. ibi,
6 vt innoteſcat. colum. 3. poſt medium. Habeat.)
Quaſi habitet, & retineat cum effectu: cum quis
dicatur habere octo modis. Lucas in l. vni. C. de
nauticis tyberinis. In feudum.) Non valet vt ſu-
pra, ſecundum Gerardum, & ſecundum Ober-
tum valet. In ſimili. cap. quid per nouale. de ver-
7 borum ſignific. & ſunt diuerſæ ſententiæ diuerſo-
rum. cap. literas. de reſtitur. ſpoliato. ſed ſaluantur
per Aluaro. hic, num. 3. & cum non valeat, auditur
debitor volens recuperare rem, ſi offeras credito-
ri debitum. Iaco. de Ardi. in d. Sum. Vtrum ſub pa-
cto legis com. &c.

Declarato textu, pro dubio videbatur dicendum, quod valeat, cum faciat communis voluntas, licet aliàs non valeret. glo. in l. 5. de religio. & ſumpt. fune. tanto magis, quia feudum poteſt emi. Iſer. in cap. 1. circa princ. de inueſtit. in mari. facta. & in emptione valet pactum legis cõmiſſoriæ. l. 3. C. de pactis inter empto. & vendito. & ſic debet ſeruari, quod conuenit. l. 1. C. quando decreto opus non eſt.

Secundò, in feudis ſeruatur æquitas. Iſer. in §. quod autem. num. 18. in fi. de contro. inueſt. æquitas tuetur pacta. l. pacta nouiſſima. in ver. æquitas. C. de pactis. ſucceſſiue, pacta deducta in feudis, debent ſeruari: quia rei ſuæ quilibet eſt liber moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mandati.

Vltimò, promiſſioni eſt ſtãdum, & iuramento. Bal. in conſi. 38. in fi. 3. volum. fuit conuentum cũ pacto prædicto, ſi vult contrauenire, non auditur. Idem Bald. de pace Conſ. in ver. item volentibus. immo cõpellitur per iudicem ad præſtandum fidem pacto. l. debitori. & ſeq. C. de pact.

His nõ obſtantibus, ſeruatur opinio Gerardi, quia feudum non prætextu pecuniæ tantum datur, ſed amore & honore acquiritur. Iac. de Ardizo, in d. Sum. in prin. vnde quod principaliter fit attenditur, non quod ſecũdario. Bal. in conſi. 292. poſt num. 10. 3. vol.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam licet feudum poſſit pecunia emptoris acquiri. Præpoſi. hic circa princ, tamen feudum non datur prætextu pecuniæ, ſed amore, & honore domini. d. c. 1. de feu. dato in uicem leg. com.

Secundum non obſtat, nam pactum mala fide factum, vel contra ſubſtantiam contractus, non tenet. l. cum poſtea. C. de pactis. l. cum præcario. ff. de præcario.

Vltimum non obſtat, nam contractus non po-
teſt claudicare, nec ex conuentione fieri, quod al
ter ex contrahentibus ſit liberatus vel obligatus,
& alter non. Alexan. in conſilio 40. numero pri-
mo, quinto volum. & ſic firma remanet conclu-
8 ſio, quòd feudum non poteſt conſtitui ſub pacto
legis commiſſoriæ. Idem in pignore, Iſern. hic,
niſi fiat inter debitorem & tertium. l. fin. ff. de con
trahen. emptio. ſicut ſi paciſcitur de iure alieno,
vel facto tertij, quia non valet. Bald. in conſilio
477. columna prima, in fine, ſecundo volumine.
Idem in pacto addictionis in diem, nam cum ſit
eadem ratio, eadem debet eſſe iuris diſpoſitio.
Alexan. in conſilio decimo, poſt numerum primũ,
primo volumine. & in pignore in quo dictum pa-
ctum non valet. l. 3. C. de pactis pign.

Limita in feudo, ſecus in dote. Bald. in d. l. 1. nu. 4. circa med. de ſeudo dato in uicem leg. commiſſ. & in emptione, in qua pactum tenet. l. is qui. §. fi. quod vi aut clam. cum diſtinct. de qua per Abb. in d. c. ſignificante. nume. 6. de pigno. nec videtur procedere ſi pactum prædictum apponitur ex interuallo, refert Bal. in d. c. 1. nu. 7. de feu. dato in vicem leg. com.

9 Nota, quod feudum poteſt dari mediante pe-
cunia. Iacob. de Ardizo. in dicta Sum. in fine. Al-
10 uaro. hic numero 2. Item nota, quod parere placi
tis, quandoque non compellitur. l. poſt certi. C.
de liberali cauſ.

SVMMARIVM

1 *Potentia duplex, facti & iuris.*
2 *Dare, verbum, non factum traditionis, ſed effectum dominij ſignificat.*
3 *Feudum rectum dicitur, ſi conceditur ſimpliciter, ſi ad certum ſeruitium, dicitur conditionatum.*

4 *Seruitium eſt accidentale; & non debetur niſi ſit promiſſum.*

5 *Feudum poteſt dari ad certum ſeruitium.*

6 *Feudo quædam ſunt ſubſtantialia, & quædam accidentalia.*

7 *Seruitium in regno Siciliæ quid ſit.*

8 *Vaſallus cum tenetur ire, vel mittere ſubſtitutum, ſeu ſoluere medietatem fructuum, cuius autem erit electio.*

9 *Rex poteſt rem valentem centum vncijs, concedere pro uno milite.*

10 *Seruitium ſi eſt paruum reſpectu feudi, an poſſit reduci ad debitum, & econtra.*

11 *Rex ſi promiſit uel donat terram in feudum pro valore 30. unciarum, ſi inuenitur plus ualere nõ reuocat.*

12 *Baro quis ſit, & quæ Baronia.*

13 *Princeps inhabilem facit habilem.*

14 *Feudum datum ad certum ſeruitium, an poſſit renunciari.*

15 *Reuocatio facta in curia Capuana, an fieri potuerit.*

16 *Succeſſor an reuocet priuilegium prædeceſſoris.*

17 *Principi non creditur, ſi dicat fuiſſe elicitum per importunitatem.*

18 *Rex poteſt auferre ius noſtrum, ſed non ſine cauſa.*

19 *Reges ſunt prout peccata exquirunt.*

20 *Libellus debet dari in cauſis feudalibus, & quid continebit.*

AD §. SIMILITER. 2.

SIMILITER.) L. Gallus. §.nunc de lege Velleia. de liber. & poſthu. l. Clemens patronus. de hære. inſtit. c. cum tu. de teſtibus. Iſern. in §. ex eadem lege. num. 9. in fine. de lege Corra. Poteſt.)
1 De iure, cum potentia ſit duplex, facti & iuris. idẽ
Iſer. in §. præterea. in ver. licebit. poſt nu. 14. quid
2 ſit inueſt. Feudum Dari.) Quod non factum traditionis, ſed effectum dominij ſignificat. l. 4. in ver. ſtipulatus. ff. de vſuris. Ad certum ſeruitium.) Et
3 dicitur tunc feudum conditionatum: Si detur ſimpliciter, dicitur rectum, Aluar. hic colum. 1. & 2. Bal. in §. item ſi vaſallus. num. 5. de controuer. inueſt. Cam. in §. præterea ducatus. car. 96. colum. 1. circa medium, de prohi. feud. aliena. per Fre. & ſic ad iudicandum qualitatem feudi, tenor inueſtituræ perſcrutari debet. Dec. in conſi. 445. poſt num. 8. quæ omni naturæ feudorum præfertur. Alex. in conſi. 24. num. 2. 5. volum. cum poſſit dari ad ſeruitium certum & incertum. Afflict. in conſti. ſi vaſallus. poſt numerum 22. de fideiuſſio. dom. quod
4 eſt quid accidentale, & non debetur, niſi ſit promiſſum. Iſern. in §. ſcriba. colum. 2. in prin. nu. 23. poſt medium. de prohi. feud. aliena. per Fre. promittitur determinate & indeterminate. Iacob. de Ardizo. in Sum. vtrum illę res quæ poſſunt dari in feud. poſſunt dari ad certum ſerui. & indeterm. & operatur: nam ſi eſt datum ad certum ſeruitiũ, debet vaſallus ſeruire ſuis expenſis: ſi non eſt nominatum, debet expenſis domini. Idem Iacob. de Ardiz. in Sum. cuius expenſis debeat ſeruire vaſallus, & in quo loco. Sicut libertus patrono præſtat operas proprijs ſumptibus. glo. 1. in cap. vos autẽ. 19. quæſt. 1. Boer. in deciſ. 303. num. 9. & ſic feudum poteſt dari ad certum ſeruitium, ſecundum Gerardum & Obertum.

Declarato textu, videbatur pro dubio, qđ ſeruitium debeat eſſe vniforme, & non particulare: quia quod inæqualiter factum eſſe conſtat, in melius reformatur. l. tertia. C. commun. vtriuſque iudic.

Secundò, expreſſa nocent, non expreſſa nõ nocent. l. nonnunquam. de condi. & demon.

Tertiò, plus valet tacitum, quàm expreſſum. l. ſi quis Sempronium. ff. de hæred. inſtitu. cum expreſſio modi & cauſæ finalis facta in eadem oratione, ſtet reſtrictiue. Bald. in conſi. 59. nume. 2. 5. volum.

His nõ obſtantibus, determinatur contrarium. Et ratio eſt, quia quilibet eſt liber moderator in re ſua, prout vult. Iſer. qui ſucce. ten. lo 1. col. 4. cir. fin. poſt num. 11.

Qua ſtante, non obſtat Primum; nam contractus ex conuentione legem accipiunt. Iſer. hic in princip.

Secundum non obſtat, nam conſilium eſt vt exprimat, ſicut in reſeruatione alimentorum. idem Iſern. in cap. licet. in fi. ſi de feud. defuncti mil. contro. fuer.

Vltimum non obſtat, ex quo licet non valeat plus tacitum, quàm expreſſum. Iſer. hic, num. 18. in fi. exprimit tamen vnam conditionem habentẽ duas partes. l. hæc ſcriptura. de condit. & demon. videlicet, non ſolum quod promittitur, ſed etiam quæ veniunt ex natura feudi, vt infra. & ſic firma
5 remanet concluſio, quod feudum poteſt dari ad certum ſeruitium.

Intellige idem eſſe in liberto, cui poſſunt imponi operæ tam certę quàm incertæ. Iaco. de Ardizo in d. Sum. vtrum illæ res quæ poſſunt dari in feud. poſſint dari ad certum ſeruitium. in princ. & intellige tum tenetur ad promiſſum & determinatũ, quod non tenetur ad aliud. Iſer. hic in princ. & ſi nõ poteſt facere ſeruitiũ per ſe, poſſet per ſubſtitutum. Affli. in §. mutus. num. 1. Epiſco. vel Abba.

Intellige etiam quando ſolum eſt dictum, quod præſtetur conuentum, alioquin non recederetur a ſeruitiis, quæ præſtanda ſunt ex natura feudi, & quod ſint nominata certa ſeruitia. Iaco. de Ardiz. in d. Sum. in fi. & præſtat requiſitus, ſecus in emphiteota. Alex. in conſi. 9. nume. 3. 3. volum. & tenetur ad bonum ſeruitium, nam qui promiſit ſeruire cum equis, debet ſeruire cum equis bonis, & aptis ad ſeruiendum. Afflic. in conſti. ſi dubitatio. poſt numerum decimumoctauum. de probatio. per inſtru.

6 Nota, quod in feudo quædam ſunt ſubſtantialia, & quædam accidentalia. glo. in l. pacta conuenta. in ver. notam. ff. de contrahend. emptio. fidelitas eſt de ſubſtantia. §. fin. per quos fiat inueſt. ſicut & forma quæ uidetur ineſſe, etiam quòd nõ exprimatur. Iſern. in §. quidam tamen. numero octauo. circa medium. de controuer. Inter maſcu. & fœm. nam naturalis ratio formæ & origini ſuæ cohæret. Bald. in c. cęterum, poſt nu. 11. ibi, ſed ſtatim quæritur. de iudiciis. alia quę non cadunt. ſecũdum naturam, ſed præter, ſunt accidentalia, vt ſeruitium, ut per Bal. ibi, extrinſecum a feudo ęſt releuium per mortem inductũ in ſucceſſore & herede.

rede. Iſer. in §. ſed & plures. nnm. 2. d. tit. per quos
fiat inueſt. ſeruitium certum & conſuetnm in re-
7 gno Siciliæ, etiam quòd non exprimatur, eſt quod
ſeruiat pro vno milite, ſi feudum ſit valoris annua
rum vnciarum 20. Iſer. hic, in princ. per tres men-
ſes, cum tribus equis. & a quo tempore incipiant.
Iſern. & Afflict. io conſti. hoſtic. in 13. quæſtio. nu-
mero 16. in fin. de exceptio. hoſti. quando tenetur
ſeruire tribus menſibus cum tribus equis, adeſt ca
pit. honoriis. plerumque tamen ſoluitur adoha-
mentum in pecunia; pluries dictum eſt, dicit Iſer.
in §. ſimiliter in hoſtendciis. de capi. Contra plerũ-
que enim curia Regis cogit feudatarios ad ſoluē-
dum pecuniam pro ſeruitio; ſed videtur quod nõ
debent, nam durius eſt de pecunia, quàm de per-
ſona ſeruire. l. hæ operæ. in fi. vbi glo. fin. ff. de ope
ris liberto. nec debet perſonalis functio precio ta-
xari. l. illud. de excuſa. mune. ſicut patronus cui a li
berto debentur operæ, non poteſt exigere æſtima-
tionem. Bald. in conſil. 400. numero quarto, in fi.
& conſil. ſequen. numero quarto, quarto volumi-
ne. nec pro re oblata, quam neglexit accipere, pre
cium conſequi. l. nulli. C. de eroga. milit. ann. ſicut
non cogitur Rex accipere pecuniam, ſi nollet feu
datarius perſonaliter ſeruire. Cap. in deciſ. 10. nu-
mero 15. nec tenetur pro ijs pecunias inferre.
l. Imperatores. ff. de pollicita. quia aliud pro alio
inuito debitore non ſoluitur. l. manifeſti iuris. C.
de ſolutio. & facta ſolutione me inuito non libe-
raris. l. ſi ſeruus legatus. §. primo, in fin. de lega. 1.
Tu dic, quod vaſallus tenetur ad alterum horum
trium, ire, vel pro ſe mittere ſubſtitutum, ſeu ſol-
8 uere medietatem fructuum. Cam. in §. firmiter,
car. 92. colum. 3. circa fi. d. tit. de prohib. feud. alie.
na. per Fre. & ſic licet exprimat, & vtrumque de-
beatur. l. cum illud. in glo. 3. quando dies lega. ce-
dat, quia vtrumque eſt obligatione. glo. 3. in l. 1. ff.
ſi quadruples pauperi. feciſſe dicatur. tamen alte-
rum ſoluitur. l. quemadmodum. in ver. exceptio-
ne. de iure dot. & dominus vno contentus eſſe
debet. l. ſi quis ſeruum, §. 1. de lega. 2. Solutione
vnius, tollitur obligatio. l. illud, in fi. de conſtitu.
pecu. tenetur autem ire, vt in d. §. firmiter. & ſi nõ
poteſt infirmitate vel ſenectute impeditus, alius
ſubrogatur. l. 2. in glo. fi. C. de agrico. & cenſi. quia
qui non poteſt facere ſeruitium per ſe, poteſt per
ſubſtitutum. Afflict. in §. mutus, nume. 1. Epiſco.
vel Abba. dummodo ſit idoneus. Idem Afflict. in
d. §. firmiter. num. 8. & 9. cum diſtin. aut ſeruitiũ
eſt determinatum, aut indeterminatum. Cam. in
d. cap. Imperialem. car. 20. colum. 3. vel niſi eſſet
ligius. Bald. in conſi. 291. poſt numerũ 8. circa me-
dium. 2. volum. ſeu principi deberetur ſeruitium.
Afflict. in dicto §. mutus. & debetur propriis ſum-
ptibus, vnuſquiſque enim quod ſpopondit, ſuo im
pendio præſtare debet. l. quod niſi, de operis liber
to. Boer. in deciſ. 303. num. 9. Aluar. hic colum. 3.
in fin. cuius autem ſit electio, Iacob. in ver. & pro-
miſerunt. in 20. quæſt. nume. 26. Afflict. in d. §. fir-
miter. num. 5. nam quidam ſunt ad pugnandum
inepti, & apti ad diſponendum. l. quod conſtitu-
tum, in glo. fi. ff. de milita. teſta. vltra quod uidetur
l. 1. C. vbi quis de curiali. &c. ſi retinet proprium,
& lex ipſo iure producit effectum, iudicis miniſte-
rium neceſſarium non eſt. l. 2. C. in quibus cau. in
integrum reſti. neceſſa. non eſt. Vltimò, cauſa ſu-
ſpicionis proponitur coram iudice recuſato, quæ
ſi non probatur, iudex ſua vtitur autoritate. §. 1. &
§. ſecundo requiris. Auth. de appellatio. modo is
qui recuſatur, examinat cauſam ſuſpicionis. glo. 2.
circa fin. in l. 2. ff. ſi quis in ius voca. non ierit, er-
go erit quis iudex in cauſa propria.

¶His nõ obſtãtibus, determinatur cõtrariũ: quia
9 nemo põt delicta in ſe cõmiſſa propria authorita
te punire, c. inter querelas. 23. q. 4. ſed in iudicio
ſemper debent eſſe quatuor perſonæ, ſcilicet iudi
cis electi, accuſatores idonei, defenſores congrui,
& teſtes legitimi. Iudices debent vti æquitate: te-
ſtes veritate, accuſatores intentione ad amplifican
dam cauſam, & defenſores extenuatione ad eam
minuendam. c. 1. 4. quæſtio. 4. Qua ſtante, non ob
ſtat primum; nam regula eſt in contrarium, ſed fal
lit in fiſco, & iuriſdictione voluntaria. Bald. in
conſi.

conſil.267.num. 12. circa medium, 1.volum.& 447.num.9.5.vol.circa med.

Secundum non obſtat; nam illud procedit in debitore fugiẽte.l.ait prætor, §.ſi debitorem, que in.ſ.au.credi.Præpo.& Aluar.hic,num.2.& ſi eſt perat antequã perueniſſet ad locum deſtinatum. gl.& Iſer.hic poſt prin.

Non obſtat vltimum, nam illud videtur correctum, per l.fin. C. de iudiciis. & ſic firma remanet
9 concluſio, quòd nemo debet authoritate propria vindictam vel iuſtitiam ſumere.

Intellige tam ſi ſit debitor ex contractu, quàm ex maleficio,l.creditorum. de verbo.ſignific.Iſern. hic in princ.& non ſolum fieri non debet, ſed ſi fecit propria authoritate non repoſcendo per iudicem cadit a cauſa.cap.conſuetudo, in fin. cum ſeq. 16.quæſtio.6.cap.vt præteritæ, in fine,de electio. glo.fin.in cap.ad noſtram, de iureiuran. Idem in iudice,ſi cum auxilio militari caperet innocentem, vel in caſu non permiſſo,nam ſeueriſſime puniretur.Lucas in l.generali,colum.2.circa medium.C. de decurionibus. Idem ſi turbaret mercatorem per ſequeſtrum in venditione rei ſuę:nam tenetur ad intereſſe, etiam quod non ſit cõdemnatus.Bal. in conſi.249. 3.volum.ita ſi facit vel procurat aliquem capi iniuſtè ſub prætextu, quod iudex mandaſſet, cum nõ iuſſit; nam vltra reſtitutionẽ damnorum & intereſſe, punitur pœna extraordinaria per modum mulctæ. Idem Bald.in conſil. ſ12. eod. volum.

Limita niſi forte non poſſet alio modo conſequi per iudicem.glo.1.in capit.ius gentium. 1.diſt. nec procedit iudice deficiente,quia tunc licet ſe facere iudicem.glo.3.in l.generali. C. de decurioni. lib.10.& capere debitorem fugientem.§.ſi quis autem, in ver.detinere. Auth.vt iudicis ſine quoquo ſuffra. donec iudici præſentet. Præpoſit. hic poſt num.2.& poteſt etiam in die feriato, ſicut capi ita & relaxari. Bald.in conſi.166.5.volum.Ita & clericus poteſt capi, & in cõtinenti iudici pręſentari. Præpo. hic poſt numerum ſecundum, nec procedit in non recognoſcentibus ſuperiorem. Idem Præpo.hic circa fin. quia ipſi iudicant cauſam ſuã. Afflict.ſupra eo.in prin.in 9.not.poſt numerũ 11. ibi,ſecundò fallit. vbi etiam vſque ad num.13.ponit nonnullas limit. vt per eum. Et quod dictum eſt in debitore fugitiuo, intellige quando portat ſecum rem creditoris, ſecus ſi erat tantum debitor, quia tunc non debet ſpoliari antequam conuincatur, aliàs amittit creditum. l. extat. ff.de eo,quod metus cau.l.3.§. cum igitur. ff. de vi & vi arma.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.Iſer.hic ante & in nu.7. ſecus in debitore ex maleficio,quia fugientem poſſem vinctum ducere ad iudicem. Lucas in d.l.generali, columna 2. poſt medium.C.de decurioni. etiam clericum in actu delinquendi, ſecus ex interuallo. Aluaro.hic, columna ſecunda,circa fin. Vnde ſecundum Theologos,dicit Iſetn.ſi auſero,qđ
10 mihi debetur,non teneor alli, a quo meum vel mihi debitum exigo; rem meam apud alium conſtitutam quem conuincere non poſſum, furari licet. Caſſan.in conſue. Burgun. rub.1.§. quinto.ibi,ſilne agrace.num.32.non cogitur dominus reſtituere rem ſuam per furem penes ſe depoſitatam, Io. And.in cap.2.poſt numerum 1.de reſtitut. ſpolia. in 6. ſi peruenit ad eum ſine uitio, poteſt retinere pro ſuo iure.Soci.in conſi.87.num.24.in ſi.3.vol. ſi me ſpoliaſti re mea, & non datur mihi facultas recuperandi, poſſum tibi ſubtrahere aliam rem,& illam detinere,quovſque habeam meam. Paris de Syndi.in ver. de exceſſibus Baro. erga ſubditos, in prin.num.37.ſi eſt homo potens,& timeo ſuccumbere,cautela eſt,vt primo obligem rem, & poſtea moueam actionem. Bald.in l.ſi ſuperatus.ff.de pignoribus.an liceat furtiue accipere pro recuperanda re ſua,multa Innocen.in cap.olim cauſam, poſt num.8.de reſtitu.ſpolia. & ſi repetenti ſuum reſtituere denegat,& ille uiolẽter aufert,an detur actio vi bonorum raptorum.idem Innocen.in cap.ſicut, numero 6.de iureiuran.late Pau. de Caſtr. in conſil.400. primo volum. quia fraudem non uidetur
11 facere,qui fraudem excludit. Ioann. Andr.in capit.cupientes,poſt numerum 5.de electio.in 6. & quandocumque ſciuerit, ſecundum Theologos, rem ad alium pertinere,tenetur ad illius reſtitutionem. gloſ.penult.in cap.1.de conceſſio.præben.& quomodo reſtituit fur ſi non habet facultatem rei reſtituendæ.Innocen.in cap.qui cum fure. de furti. Videtur tamen, quod ſi debitor ſurripuit pignus,licet creditori domum debitoris, vel fideiuſſoris aperire,& pignus inde aſportare, ſed de vrbanitate abſtinere debet. gloſ. in l. ſi quis alii,la 3.de debitis & guadimo. in Longobar.& caueat,quod ſibi debetur furtiue accipere,nec ſine autoritate iudicis, per mẽdacium,fraudem,vel calumniam rẽ ſuam recuperet. Archid. in cap.Dominus,nu.23. quæſtio.2.& in cap.fin. circa fin.14.quæſtio.5.& ſi debebat per iudicem repoſcere, & propria authoritate cœpit,debet eam perdere.leg. Papinianus.§.ſi filius. ff.de inoffi.teſtam.quæ licet ſint leges humanæ,deriuant ab æterna, ſecũdum Auguſti.1.de libero arbitr.nec eſt tendendum ad finem bonum per mala media. Ioan.And.in cap.1.num. 3.de accuſatio.in 6. Sed primum verius,nam ſancti non attendunt, vbi non eſt damnum, quod eſt diminutio patrimonii.l.3.de damno infe.ideo per quæ peccat punitur.Iſern.hic,cap.cum olim,lo.2. de qſti.de lega.glo.penult.in cap.2. de foro competen.cap.an ſit,de appella.cap.paſtoralis, de iurepatro.not.in cap.fin.de immun.eccle.cap.pen.de ſimon.cap.1.de magiſtris, capit. ad liberandam, de iudęis,cap.poſtulaſtis,de cleri.excommun. vel depo.not.in cap.inter dilectos,de exceſſ. prælato.ca. in audientia,de ſenten. excommu.cap. prouidentia,de electio. in 6.cap.fin. de tempo.ordina. eod. lib.6.& l.qui bona.§.ſi quis, quia, in ver.quarum, de damno infect. & pro qualitate delicti imponitur pœna.l.ſenatus,in glo.fin.ff.de iure fiſci.& caſtigatur pro modo delicti,l.3. poſt princ. ff. de re milita.ac pęnam patiatur dignam ſua perſona.l.deferre.in ſi.princ.d.titu.de iure fiſci.& perpetuò careat,quo carere noluit arg.gl.pen. in cap. tuę fraternitatis, de procurato.cap.2.in glo.pen. de foro competen.

Intellige,dummodo ſit ſine ſcandalo,aliàs cum ſcandalo proximi,non liceret ſua repetere. Diuus Thomas ad Roma. 14. ibi, omnia. colum.2.poſt princ.cum nihil ſit faciendum cum ſcandalo.not. in cap.ad aures,de tempo.ordin.cap.2. de præſcriptio.glo.penul.in cap. ſi.de regulari. not.in cap.ſignificaſti. lo 2. de homic. Lucas in l.mulieres.columna nona.in princ.C.de incolis.Sed euitandum. Zaba.in clemen.prima,in princip.in 7.not.de ſenten.excommun.& in clemen.3.in 3.not.de ſenten. excommu.

excommu. & ratione euitandi ſcandali multa ſunt facienda, & omittenda. Archid. in cap. fin. in prin. 7. quæſtione ſecunda. dummodo Deus qui eſt via, veritas, & vita, per id non offendatur. Ioan. Andr. in cap. 1. numero 1, & 2. de offic. lega. in ſexto, intellige, vt per Archid. in cap. 1. in fin. 14. quæſt. 3. Vnde ſpoliatus a non ſuo iudice reſtituitur, niſi ſcandalum timeatur, Idem Archid. in cap. 1. poſt princip. 3. quæſtione 1. Sed vtilius videtur naſci ſcandalum, quàm quòd veritas relinquatur, in regu. qui ſcandalizauerit, de regu. iuris. in decret. nam euitanda ſunt quæcunque, quæ dant materiam delinquẽdi. Lucas in l. iubus, colum. 10. circa medium, C. de agrico. & cenſi. in l. prædia. colum. 3. circa fin. C. de locatio. prædio. ciui. nec eſt attentandum eum damno alicuius. glo. in extrauagan. com. vni. in ver. eximus, circa medium, de offi. delega. detrahitur ſeueritati propter ſcandalum; & facit vt rigor iuris mitigetur in pœnis. Lucas in l. ad ſplẽdidioris, colum. 2. circa medium, C. de diuerſis offic. non debet committi peccatum mortale. not. in cap. 2. de noui operis nuncia. nec veritas propter ſcandalum eſt dimittenda. not. in cap. magnæ, de veto & voti redemp. cum ſit permiſſum mentiri, vt ad verum perueniatur. Cap. in ver. feudatariorum mendacia, circa fin. ſcandalum autem Græce,
12 Latine ſonat offenſio, & dicitur a ſcandalon Græce, quod eſt offendiculum, vel offenſio, inuidia, vel rixa. Inde ſcandalizati, ideſt rixati, & ſcandalizare ſubito commouere, & occaſionem ruinæ dare. Archid. in cap. licet, circa medium, 45. diſtin. Zabar. in clemen. prima, numero 7. de offic. ordin. gloſ. 2. in l. 3. de ſcandalis, in Longobard. iſtud eſt euitandum, & inde quatuor regulas ſumit Zab. in clem. vni. in 3. notab. & colum. penul. circa fi. de immu. eccle.

Quid ſi iuſte litigo, an liceat dolo, & fraudibus uti, & falſas allegationes inducere? Lucas in l. neminem, columna 3. circa medium, C. de ſuſcepto. Præpoſi. & Archa. & qui iuſta ratione putat rem ſuam, & ſubtrahit, non punitur criminaliter, ſed ad ciuilem iudicem remittitur. Idem Lucas in d. l. generali, columna ſecunda. poſt medium, C. de decurionibus. quid in ciuitatibus non recognoſcentibus ſuperiorem. Aluar. hic, num. 3.

SVMMARIVM

1 *Audacia proprie cum conſilio, temeritas ſine conſilio.*
2 *Auſu temerario, & demoniaco, vocibus iura utuntur.*
3 *Ciuitas eſt hominum multitudo, ſocietatis uinculo adunata.*
4 *Libra, materia ſolidus, & maßa.*
5 *Camera duplex, vniuerſalis & ſingularis.*
6 *Municipium, ſeu oppidum, ab ope dicitur.*
7 *Quoque, etiam ſimiliter.*
8 *Damnum, iactura, & detrimentum differunt.*
9 *Violatores pacis puniuntur pœna pecuniaria.*
10 *Temeritas in malum ſonat, fatuitas & præſumptio eſt, damnare qua neſcit.*
11 *Maiores plus puniuntur in pecunia, minores plus in corpore.*

AD §. SI QVIS VERO.

Si quis verò auſu Temerario.) Improprie. Ideo dicit temerario. Lucas in
1 l. 3. colum. 2. in princ. C. de canon. largitio. titu. nam vt ibi, audacia proprie cum conſilio, temeritas & ſtultitia, eſt quid ſine conſilio & cauſa agere. Idem Lucas in l. magiſtros, colum. 2. poſt princ. C. de profeſſo. & med. Inde temerarii, & iſti multi ſunt in iure. Idem Lucas in l. fina. per totum, C. de priuileg. eorum, qui in ſacro palatio mili. & inter alios qui facit a lege prohibitum, nam dicitur tunc auſu te-
2 merario moliri. cap. illud, 13. quæſtio. 5. & alibi temerario auſu ex aliqua parte vitiaſſe. d. l. 3. C. de cano. largition. titu. &, auſu temerario egiſſe. §. ſed etiam captiuitatis. Authen. de nuptiis. demoniaco auſu præſumere. cap. de viro, 12. quæſtione 2. Prædictam pacem violare præſumpſerit.) Præſumptuosè fecerit. Archidiac. in cap. conſtitutum, 16. quæſtio. 1. ſcientis eſt. gloſ. 1. in l. ſi quis miſer, de prohibitis nuptiis, in Longobard. notat virium, licet quandoque capiatur in bonum. Archid. in c. fin. circa medium, 5. diſtinct. Si ciuitas eſt.) Ideſt habitatio plurimorum, quæ muro cingitur. Lucas in l. vni. colum. 2. poſt princip. C. de metropoli Berito. vbi habitatio epiſcopalis degit. glo. in extrauagan. Ioan. ſedes Apoſtolica, in ver. ciuitas, de conceſſio. præben. vel hominum multitudo ſocietatis
3 uinculo adunata; vrbs mœnia ſunt, ciuitas autem non ſiaa, ſed habitatores vocantur. Archid. in cap. in illis, 80. diſtinct. Pœna.) Quæ differt a mulcta. Afflict. quæ ſint regalia, in ver. multarum, num. 2.
4 Centum librarum.) Et ſic habemus materiam, & ſolidum, l. 1. C. de ponderi. & auri illatio. maſſam & libram. l. quotieſcumque. & ibi Lucas, C. de ſuſcepto. Præpo. & Archa. pondus vnde, & quid libra. Idem Lucas in l. fin. circa med. C. de fundis rei
5 priua. Auri, Cameræ.) Quæ eſt duplex, vniuerſalis & ſingularis. Camera fiſci eſt membrum. Bald. in conſi. 36. poſt numerum tertium, & 141. numero quarto, quarto volum. & 124. colum. ne prima, circa fin. quinto volum. eſt nomen no uſu, vt per Iſer. hic, & fit mentio in locis citatis per Aluaro. hic, poſt principium. & proprie eſt locus in quo pecunia, & theſaurus domini continetur. Cap. in verb. feudorum genera. ibi, feudum de camera. in prin. Noſtræ inferenda puniatur.) Non quia peccatũ eſt, ſed ne peccetur, reuocari enim præterita non poſſunt, futura cohibentur. Lucas in l. 1. colum. 2. in princ. C. in quibus cau. colo. Oppidum verò.)
6 Quod dicitur ab ope: ſeu municipium. Aluar. hic poſt principium. & Lucas in l. nemo, in princip. C. de ſpectaculis. Triginta libris auri mulctet.) Duces autem, Marchiones & Comites, quinquaginta auri libras præſtent.) Ideſt dent. l. ſi plures gradus,
7 de lega. 3. Capitanei Quoque) Etiam ſimiliter. Gramma. in ver. quoque. Et maiores Valuaſores viginti auri libris puniantur.) Pœnam irrogando. Idem Gramma. in verb. punio. Minores verò Valuaſores, & Omnes.) Quid eſt collectiuum. Pau. de Caſtr. in conſi. 303. colum. 4. circa princip. 1. vol. Alii prædictæ pacis violatores tres libras auri inferre cogatur.) Per modum iudiciarium, toto titu. de teſti. cogen. Et damnum paſſo ſecundum leges ſarciant.) Quomodo fit iſta æſtimatio in manu,

digito,

digito,oculo,pede,& aliis, ponitur in titu.de plagiis,& compoſitio, c.per totum, in Longobardo.
8 differt autem damnum, iactura, & detrimentum. Lucas in l.2. in fin. C.de indiction. & in l. curiales,C.de decurio. & ſic vltra pęnam pecuniariam. Aluar,hic numero ſecundo,& in §.iniuria,num.3. in fi.& in §.homicidium,in princip. infra eo,damnum,quod eſt diminutio patrimonij. Alexand. in conſil.101.num.16.3.volum. & præſumitur non iure datum,niſi probetur contrarium, l.ſi quis fumo,§.1.in ver.attulerunt, ad leg. Aquil. æſtimabitur non in infinitum, ſed quanti interfuit,l.ex damni, de damno infecto. quando relinquitur conſcientiæ ſuæ. Zabar.in clem. vni.§.ſane,num.2.de foro compe.

Declarato textu, impugnatur eius determinatio: Et primò,temerarius facilitatis veniam continet,l.prima,§.queri poſſit.ff.ad Turpillia.vltra,quod melius eſt, impunitum relinquere, quam innocẽtem damnare,l.abſentem.ff.de pęnis.

Vel & ſecundò, debebat ſaltem componi in quinque libris auri, & decem ſoluere iudici.§.ſi verò temerarius,ſupra de pace tenen.

Vltimò, non ubique, ſed ſaltim vbi frequens eſt hoc genus maleficii, debebat ita puniri, l.prima, ff. de abigeis. in aliis locis more prouinciarum coerceri, l. ſaccularii, de extraordinar. crimin.

His non obſtãtibus, determinatur contrarium: & ratio eſt, vt temerarie commiſſa congrua vltione plectentur.l.ſi ſororem.C. de his qui accuſ. non poſſu.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam a temerariis commiſſa in promptu debent vlciſci, c.loci, 35.quæſt.9.

Secundum non obſtat, nam illud procedit in violatore pacis particularis,quia tunc pœna culpę conformatur, ſecus in pace vniuerſali. Iſern. in §. ſi verò violator. poſt numerum 1.d. titu.de pace tenen.

Vltimum non obſtat, nam iſta lex eſt generalis, ut ſupra eod.in princ.& Iſern.in cap. Imperialis. in verb. hac edictali, in princ. de prohib. feud. aliena.per Lotha.& ſucceſſiue vbique ſeruatur, niſi ſit conſuetudo in contrarium. Et ſic firma rema-
9 net concluſio, quod violatores pœna pecuniaria puniuntur.

Intellige idem eſſe,ſi uiolauerit generale præceptum Principis.l.2.in fi.C. de metatis. & non ſolum tenetur ad pęnam hic contentam, verum etiã ad emendam damni, ut hic,& Iſern. in §. ſequen. in princip.& non ſolum violatores pacis,ſed etiam illorum receptatores,qui non habent in ærę,iuunt in corporę. Iacob. de Ardizo. in Summa, de pace tenenda, ibi, & quilibet maior, poſt princ. Aluar. in §.qui uerò, numero 1. infra eo. & pacis turbator quandoque capite plectendus eſt. Archid. in cap.2.in fi. 90.diſtin.

Limita, quando ſecutum eſt damnum: nam ſi eſt in potentia,antequam noceat non dicitur rumpere pacem. Bald.in conſi.195.colum.2.circa medium, 2.volumine. Item procedit quando oſtendit ex cauſa veteri,ſecus ſi ex noua,quia tunc non dicitur pax rupta.Alexand. in conſi. 19.num.2.5.volum. nec habet locum quando violator pacis fugit a facie iudicis, ex quo occidit hominem, nam tunc publicantur mobilia, & elapſo anno,omnia confiſcantur. Iſern.in d. §. ſi verò. num.2.d.titu. de pace tenen.

10 Nota, quod temeritas ſonat in malum, glo. in extrauagan. Ioan. Sancta Romana, in ver. temeritatis, de relig. dom. reprobatur, inde temerarii,& ignari, & iſti dicuntur ruſtici reſpectu cauſidicorum,etiam quod ſint nobiliſſimi: & ponitur quandoque,temere, aduerbialiter. not. in clemen. 1. de ſepulturis. Iſer.in proce. poſt numerum 12.& exponitur indiſtincte.l.pretor.§.ſed & ſi quis,in ver.
11 non temere. ff.de iniuriis. Item nota, ſecundum Iſern.quod maiores plus puniuntur in pecunia,minores plus in corpore.§.ſi ruſticus, de pace tenen. l.nemo,de ſum. Trini. c.cum quidam.de iureiurã. glo.fin.in cap.qui contra. 24. quæſtio.1. l.penult. cum ibi no.ff.ſi ex noxa.cau.aga.l. properandum, §.ſin autem,lo vlti.C.de iudiciis. Præpo.& Aluar. hic nu.1. plus uilis, quàm nobilis in æquali facto. l.ſeruos,in ver.infames qui. C. ad leg. Iul.de ui publi,maior pęna imponitur Baronibus, qui pacem fregerunt,quã minoribus feudatariis. Fre.de ſubfeud.lib.2.ibi,differentiæ inter feuda regalia.verb. quadrageſimaquarta. & ſic iudex procurat emendari delictum ſecundum qualitatem perſonæ, & nationis illius qui paſſus eſt. Iaco.de Ardizo.in d. Sum.de pace tenen.ibi,& quilibet maior, cir.medium.nam dignitas aggrauat, & crimen augetur per dignitatem.glo.in cap.hi qui.15.quæſt.8.& in cap.nulli.25.quæſt.1.& ibi imputent,ſi pęnã meritam patiuntur.Archi.in cap. vxor.circa med.17. quæſt.4. Vltra quam tenentur ad emendam damnum parti.Præpo,hic.

S V M M A R I V M.

1 *Iniuria dicitur iniuſtitia, quaſi ſine iure, uel contra ius factu.*
2 *Iniuria,& contumelia differunt.*
3 *Iniuria fit uerbis,& ſcriptis.*
4 *Seu,eſt implicatiua dictio.*
5 *Furtum quid, quotuplex,& quod non eſt graue delictum.*
6 *Legitime, aduerbium dicitur, ſecundum legem factum.*
7 *Furti pęna de iure communi.*
8 *Homicidium vnde, & quotuplex.*
9 *Membrum quid, & eſt duplex,inſtrumentale & formale.*
10 *Delictum eſt cum non fiunt, quæ fieri debent.*
11 *Iniuria,furtum,homicidium,membri mutilatio,& quodlibet delictum punitur.*
12 *Detractor, impoſtor quis.*
13 *Honorare quem debes, non eſt afficiendus iniuriis.*
14 *Verba multa, quæ ſunt iniurioſa.*
15 *Diabolus unde, quot modis appellatur, & quod poteſt aſſumere corpus aereum,nel lędere fantaſiam.*

AD §. INIVRIA.

1 INIVRIA) dicitur iniuſtitia, quaſi ſine iure,vel contra ius facta. Archid.
2 in cap.illud,11.quæſt.3. large capitur pro omni eo, quod non iure fit. Iſer. hic,in princ tam uerbis, quam in ſcriptis. Archid. in cap.

in cap.ſi quis ſuadente, colum.penul. circa fin.17.
3 quæſtio.4.& differt a contumelia tanquam genus,
& ſpecies. Afflict.in deciſ.307.num.7.quæ dicitur
a contemnendo. Alua.hic,circa prin.& eſt duplex,
realis,& verbalis. Iſern.hic,in princ.differt a male
dictione.l.quoties. §.ſi quis, in ver.contumeliæ.ff.
de here.inſtit.Iſta fit ex affectu,damnum ex culpa.
l.qui ſeruum.ff.de actio.& obliga.& habet magis
vindictæ, quam rei, vel pecuniæ perſecutionem.l.
2.circa medium.ff.de collatio.bono.glo.l.ſi eum,
§.qui iniuriarum, in ver.propter. ſi quis cautio.cũ
ſit ex bono,& æquo.l.non ſolum.ff.de iniuriis. In-
de conuitium,& quid contumelioſus,& vnde.Ar-
chid.in cap.ſi quis inobediens, 11.quæſtio.1.con
uitio enim aures,aut turpitudine vitã alicuius vio-
lat.Lucas in l.quinque,in prin.C.de decurion.Ale
xan. in conſi.79.nume.2.circa fin.2.volum.Seu.)
4 Quæ eſt implicatiua,in conſue.feu. diuer.37. poſt
numerum decimumſeptimum.Furtum.) Quod a
furuo dicitur, ideſt obſcuro.inde fures, ideſt no-
cturni latrones, diurni a latendo,vel inſidiando,ſæ
pe tamen capitur vnum pro alio. Archid.in cap.di
5 xit,14.quæſtio.5.furtum autem quid,quotuplex,
quod non ſit grande delictum, & quod rapina gra
uior furto committitur multis modis,& de eius pæ
na. Caſſa.in conſue.Burg.rub.1. §.quinto,in prin.
6 per totum.Legitimè.] Aduerbium,& dicitur ſecun
dum legem factum.Gramma. in verb.legitimum.
7 Puniatur.) Cuius pæna de iure communi non erat
mors,niſi in tribus caſibus.Afflict.hic,in 3.no.poſt
numerum ſecundũ. Quid in effractorib.uel furan
tibus itinerantes per ſiluas, vel ſi aperiant ianuam
non animo furandi, ſed alii intrent & furentur.
Boeri.in deciſ.173.vel tria commiſit furta. Bald.in
conſi.348.5.volum.Paulus de Caſt. in conſi.331.
8 2.volum. Homicidium.] Quid ſit,vnde dicatur,
quotuplex,& eius pæna. Archi.in c.cũ homo,23.
q.5.homicida, vel cauſalis,ſiue formalis,cauſalis,
& formalis;uel formalis & non cauſalis, ſtricte &
large.exempla ponit Bald.in conſi.52.num.1.pri-
mo volum. & ſemper quod fit eſt peccatum, niſi
eo modo occidat,quo pater caſtigat filium.Archi
diaco.in cap.excommunicatorum.in fi. 23.quæſt.
5.& ſiue conſũmetur delictum, ſiue nõ,capite pu
nitur. Iſern. hic in ver.homicidium, in princ.olim
erat pæna talionis.Præpo.hic in §.homicidiũ, poſt
numerum ſecundum.ſtatuta ciuitatum conſiderãt
factum,& non animum. Bald.in conſi.361. circa
fin. 1. volum, ſed non poſſunt inducere,quantum
ſoluatur pro pæna homicidii. Archid.in cap.duo,
circa fin.23.quæſtio.4. in regno punitur per con-
ſtitu. terminum vitæ, & ſi percuſſit aliquem cum
armis, punitur amputatione manus cum qua per-
cuſſit,ſi occidit pæna capitali,ut in cap. qui cum cõ
cha. Lucas in l.ſi quis decurio.colum. 5.in fin.& 6.
in princ.C.de decurioni.ſi dolo eſt commiſſum &
ex propoſito.Dec.in conſi.482.num.7.& 8.4.vo-
lum. etiam ſi manu uacua occidiſſet. Præpo.hic in
§.homicidium, circa fi.aliàs ſi animum occidendi
non habuit, non tenetur ; punitur tamen ratione
negligentiæ.glo.1.in cap.conſuluiſti,2.quæſtio.4.
niſi fecerit cauſa defendendi ſe uel ſuos.Iſern.hic,
poſt numerum 1.& in §.ſi quis hominem. ante &
poſt prim. addit. de pace tenen. & in §. præterea.
poſt numerum ſeptimum,quæ ſit prima cau.bene.
amit.uel recuperandi res ſuas,quia ſecundum ma
gis communem opinionem, poteſt quis occidere
portantem res ſuas, & aufugientem, etiam quod
ſit fur diurnus, niſi res ſit modica reſpectu perſo-
narum. Alexand.in conſi.138.num.11.6.volum.
Quoque & membrorum diminutio.] Ad paucio-
ra redigendo, uel in diuerſas partes minuendo.
Gramma.in ver.diminuo. nam cum homo in mẽ-
bris conſiſtat. Aug.& Auguſt.in tracta. malefic.in
in ver.in facie ſupercilio,car.472.colum.2.& 473.
colum.1. & 2. & membrũ quid, & unde,& quod
9 aliud ſit inſtrumentale,& aliud formale.Angel.&
Auguſti.ubi ſupra. in verb.membrum prædictum
remanet debilitatũ.car.477.& cur in corpore na-
turali ſunt tot membra, & caput habet habitudinẽ
ad membra, Diuus Thom. ad Epheſios, 1.in fine
columna penult. circa fin.& fin. Vel.) Proetiam.
glo.in l.mulierem,in ver.vel.ff.de accuſatio.Aliud
10 quodlibet delictum.] Quod eſt cum fiunt,quæ fie
ri non debeat. Gramma. in ver.delictum. Legali-
ter.) Ideſt ſecundum legem. Ioan. cap. 19. ve,
Exod. cap. vigeſimoprimo. Vindicetur.) Rei-
publicæ vindicandæ cauſa. l. quod reipublicæ.ff.
de iniuriis.

Declarato textu, impugnatur eius determina-
tio. Et primò, pro iniuria non debet quis puniri,
immò vtilitas expoſcit quandoque conuitiari. l.
quiſquis, in ver. vtilitas.C.de poſtulan.nam opor
tet peccata nocentium eſſe nota.Iſer.hic,num.12.
circa med.

Secundò dominus noſter, Matthæi 5. dicit, ſi
quis te percuſſerit in maxillam dexteram,præbe il
li aliam.Si hoc iubet,illud debemus attẽdere,quia
lege Dei,& non huius ſæculi uiuimus. capit.filius
noſter,de teſtam.

Vltimò,noſtrum affirmare uel negare nihil mu
tat in re.l.aſſumptio.ff.ad municipa. ſi non mutat,
ergò etiam quod iniurietur, ſeu ad inuidiã potius
petulantia verba prolata. l.2. C. de ſeditioſis,
eſſe remittendum. l.vni. C.ſi quis Imperator. ma-
ledixerit.

His non obſtantibus, fuit determinatum con-
trarium, quia ſumme deteſtandi ſunt qui bonis vi
ris detrahunt. vnde poſſunt accuſari crimine ſtel-
lionatus,& pœna arbitraria puniri. Iacob.in verb.
qui quidem inueſtiti,nu.21.

Qua ſtante, non obſtat Primum, nam ſi dicit ve
rum,& vult probare, non poteſt conueniri, donec
iudicium terminetur.l.pen.C.de iniuriis. l. vni.C.
de famoſis libellis.

Secundum non obſtat, nam quæ contra nos cõ
mittuntur, debemus relaxare, quæ contra Deum
vel alium non.c.ſi is qui.23.quæſt.4.

Vltimum non obſtat,nam etiam, quod dicat ve
rum, ſi tendit ad dedecus: puta quia dicit cæcum
vel ebrium, ex quo nõ intereſt Reipublicæ, puni
tur.Socin.in conſi.102.col.penul. circa fin.1.vol.
ne facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi.
cap.eſt iniuſta.in fin.23.quæſtio.4.& ſic firma re-
11 manet concluſio, quod iniuria, furtum, homici-
dium, membri mutilatio, & quodlibet delictum
punitur.

Intellige tam ſi prædicta fiant per ſe, quàm per
interpoſitam perſonam.Affli.in §.ſi quis aliquem,
in 4.nota. num.3. diritu.de pace tenen. & punitur
non ſolum lege antiqua, ſed etiam noua, quia lex
noua quantumcunque pœnalis,poteſt reſeruare pæ
nam legis antiquæ.Præpo.hic circa princip.Ita po
teſt experiri hac actione per ſe,uel per alium.l.nõ
ſolum.

ſolum. §. 1. ff. de iniuriis. & non ſolum qui verbo,
ſed etiam qui facto iniuriatur. l. iniuriarum, §. ſi qs,
eod. titu. de iniuriis. tam ſi fiat voce, quam ſi pro-
ponat famoſos libellos. 5. quæſtio. 1. per totum,
quia manus, & lingua habet omnem virtutem char
tæ præbitam. §. 1. in fi. Authen. de teſtam. imper e.
Idem in eo qui potuit prohibere & non prohibuit,
quia de iure canonico tenetur, iure ciuili ſecus, in
regu. culpa caret, de regu. iur. 6. & punitur, quia cõ
ſentiit malo, vel non corrigit malum. l. ſi quis ad de
clinandam, in glo. fin. C. de epiſco. & cleri. & quod
dicitur de furto, intellige tam ſi eſt manifeſtum,
quàm non: tam ſi fit de nocte, quàm de die, cum
violentia vel ſine, in itinere ſiue in domo. Afflict.
in §. ſi quis quinque ſolidos, numero octauo, circa
medium, d. titu. de pace tenen. cum ſit improbum
improbius, & improbiſſimum. glo. fin. in l. ſi te, C.
ex quibus cau. infamia irroga.

Limita tamen procedere in maiore, & ſanę men
tis, nam furioſus & impubes nõ facit iniuriam, quia
non habent affectum, ſed ipſi patiuntur. l. 3. §. 1. ff.
de iniuriis, & procedit quando eſt dolus: nam nõ
eſt iniuria vbi non eſt dolus. Bald. in conſilio 443.
numero quarto, quarto volumine. item niſi adſit
error in perſona eius cui fit iniuria: nam tunc er-
ror facit, vt non detur actio. d. l. 3. §. fin. de iniuriis,
nec habet locum ſi conuitium dixit perſonæ incer-
tæ, vel iurauit facere iniuriam, ſed non proceſſit ad
actum. Afflict. in §. ſed & qui delator, numero vi-
geſimoſecundo, quæ ſit prima can. bene. amitt. &
intellige de iniuria facta alteri, ſecus de ea quam
facit ſibi ipſi: nam de illa nemo cognoſcit. l. legia
Aquiliæ, ff. ad leg. Aquil. & quod dicitur de homi
cidio, non procedit in occiſo in prę lio, vel iuſſu Re
gis ſeu poteſtatis. Iaco. de Ardix. in Sum. de pace te
nen. ibi, excuſantur hi a pœna. & Præpo. hic in §. ho
micidium, in fi.

Nota, quod iniuria fit ſi indebite quis trahitur
ad ius. glo. fin. in l. ſi uerò, §. 1. qui ſatiſdare cogan.
ſi frangitur immunitas, a ſuperiore uel a lege con-
ceſſa. Lucas in l. ſecunda, C. de vetera. ſi quis vendit
publice rem ſuam volentibus emere, & mihi non.
Iſern. hic, numero decimooctauo. Afflict. numero
decimoſexto. Lucas in l. prima, columna tertia, cir
ca medium, C. ne ruſticani ad ullum obſequ. Idem
ſi prohibet me in publico ſtare, vel balneo lauare.
l. iniuriarum, §. ſi quis me prohibet, ff. de iniuriis, li
cet ſit in poteſtate ſtabularii quẽ velit recipere, non
poteſt tamen repellere iter agentes, quia qui non
facit, dicitur hoc caſu facere. glo. in capit. primo, in
verb. contrafecerint, de vſuris, in ſexto. & qui non
permittit re mea uti, facit & prohibet ne utar. d. l.
iniuriarum, §. item Labeo, de iniuriis. Iſer. hic, poſt
numerum decimumoctauum. Similia, de eo qui nõ
vult eſſe iudex, aduocatus, & procurator, de mere-
trice, & hoſpite. Caſſa. in conſue. Burgun. rubri. 1.
§. ſexto, ibi, meſiars & ſergens, numero octuageſi-
moquinto, vſque ad octuageſimumnonum. prædi
cta dummodo fiant in iniuriã meam, quæ ex affe-
ctu facientis ęſtimatur. l. illud, §. primo, d. titu. de in
iuriis. Idem ſi uituperat, quod dicitur vitia parare,
& componitur ex uitio & parat. Archidiaco. in ca-
pit. ſunt plurimi, poſt principium, ſexta quæſtio. 1.
nam licet ſecũdum Beatum Bernardum, leuis qui-
dem res ſit ſermo, quia leuiter volat, ſed grauiter
vulnerat, leuiter tranſit, ſed grauiter vrit, leuiter pe
netrat animum, ſed non leuiter exit: profertur le-
uiter, ſed non leuiter reuocatur: facile uolat, atque
ideo facile uiolat caritatem. Archidiaco. in cap. quo
tiens. vigeſimaſecunda, quæſtione quinta. Vnde ſæ
pe indignationis, aut alterius incidens occaſio, ta-
lia quędam hominem præparant dicere. §. primo,
12 circa medium. Authen. de tempo. non ſolu. pecun.
hic appellatur detractor. glo. in cap. dilectorum, cir
ca mediũ, de teſti. cog. qa detrahit & diminuit famã
directe quadrupliciter, & quomodo indirecte, &
de eius malo. Archidiaco. in cap. deteriores, & ſeq.
ſexta, quæſtione prima. Zabar. in clemen. prima, in
ver. quibus, in 3. nota. qui ẽt dicit qualiter debeat
fieri ſatisfactio, de priuilegiis. & fit reſtitutio per
verba contraria, quia contraria contrariis curantur.
idem Zabar. in clemen. fina. in verb. quod ſi, in 7.
nota. de pœnis. Impoſtor dicitur, qui falſum aliquid
alicui imponit. glo. penultima, in cap. pœnitentes,
de pęniten. diſtinc. 3. & licet quando improperatur
crimen teſti, etiam quod non probetur, non poſſit
agi actione iniuriarum, de generali conſuetudine
Franciæ. Caſſa. in conſuetu. Burgun. rubr. 6. §. quar
to, in princip. numero decimonono. de iure com-
muni verberatus exilio traditur. & ſi concuſſerit
capite plectetur. Authen. ſed nouo iure, C. de epi-
ſcop. & cleri. debet dari aliquid iniuriato de bonis
iniuriantis in compenſationem ſuæ iniuriæ, iure cõ
ſtitutionum eſt tertia, & venit æſtimatio damnum
paſſi, quæ tranſit in hæredes. Afflict. in §. ſi quis ali
quem, in quintum, vſque ad octauum not. de pace
tenen. & damni & iniuriæ petitio eſt diuerſa. glo.
in cap. ſecundo, in ver. damnis, de offic. ordin. in ſex
to, glo. l. fluminum, §. vitium, in ver. iniuria, de dam
no infe. Sed dãnũ ſecũdario, & non principaliter, l.
ṕtor edixit. §. 1. in verb. ſarciatur, d. tit. de iniuriis.
13 nam & ſi non tenetur alium honorare, non debet
illum contumeliis afficere. Bald. in conſil. 351. nu-
mero primo, in fi. quinto volumine. adeo quod lex
non permittit factum, ex quo alteri fit iniuria. Au-
then. ſed neque, C. de epiſc. & cleri. nec debet quis
in infamiam alterius facile pro ſilere. glo. in d. cap.
dilectorum, circa medium, de teſti. coge. & poteſt
agi ciuiliter & criminaliter. l. conſtitutionibus, d. ti.
tu. de iniuriis. Iſer. hic poſt princip. ſed vna tollitur
per aliam, quaſi unius electione altera pręcluditur.
l. fina. C. de codicillis, cum contrarias non poſſit
quis exercere actiones. not. in l. vni. in verb. contra-
rias, C. ſi ſeruus extero. & tollitur quando una eſt
pęnalis, & altera rei perſecutoria. glo. in l. metum, l.
la 3. §. licet, in ver. finiri, circa fin. ff. de eo quod me-
tus cau. glo. prima, in l. ſi ſeruus ſeruum, & §. & ſi
puerum, in ver. in quadruplum. ad leg. Aquil. & tol
litur exceptione non natiuitate & conteſtatione. in
regu. nunquam, in glo. de regu. iur. ff. in regno iſta
præiudicialia ſunt ſublata, vt in conſtitu. ſi ciuiliter
agẽs. nec cogitur quis omittere actionem ciuilem,
& proponere criminalem deſcendentem ex eodem
facto. l. in eum, ff. de accuſatio. vna tamen coram
vno intentata, non poteſt coram alio intentari alia,
l. tam collatores. §. fin. C. de re milita. libro 12. In
propoſito tamen, in ore prudentis non inueniun-
tur turpia uerba. glo. 3. in l. prima, de conuitiis, in
Longobard. dicuntur autem multa verba turpia &
14 iniurioſa: ut ſi diceret equum ſuum non eſſe mino
ris precii, quam capillos illius, iniuria eſt nulla uel
modica, & condemnatus nõ efficitur infamis. c. cũ
te, de

te,de ſent.& re iudic. Alnaro.hic,colum. fin.circa
medium. Secus ſi liberum dicit ſeruum cauſa iniu-
riandi,l.qui liberos, C.de iniuriis. vel dixerit,pau-
perem, cęcum, claudũ, a natura, fortuna uel vitio.
Lucas in l. meminimus, columna 7.in princip. C.
quando & quibus quarta pars debea. Idem ſi canta
ret de aliquo malam cantilenam. gloſſ.prima,in l.
nec timorem, ff. de eo quod metus cau. imponit
malum nomẽ,vel portat depictum in ſcuto pro pro
ditore. Bal.in conſi.418. primo volum.ſi vocat fal-
ſarium,proditorem,vno & non pluribus verbis in-
iuriosis punitur quandoque pęna plurium. Idem
Bald.in conſil.361.4.volum.ita ſi vocat hominem
lupum,diabolum uel filium diaboli.Iſern.in cap.1.
in ver.turpiter Inſerir, columna quarta, poſt prin-
cipium,& poſt numerum decimumtertium.quibus
modis feu.amitt. & ſi voco te latronem, & tu me,
quiſque agit pro ſua iniuria; & regula, paria deli-
cta pari compenſatione tolluntur,procedit quando
crimina circa idem factum comittantur. Archidia.
in cap.neganda,circa fin.3.quæſtio.vlti.& clericus,
& laicus ſi ad inuicem conuitiantur compenſatur,
& qui plus exceſſit, plus ſatisfaciet. Zabar.in clem.
1.in verb.ciuitas, nu.4.de pęnis. & appellatus pau-
per agit actione iniuriarum.Caſſan.in conſue.Bur-
gun.rubr.1.§.4.ibi,& ſur les hommes,numero 54.
in fi. dominus ſi allegat procuratorem ſuſpectum,
poteſt replicare quod mentitur,& ferendus eſt pu-
dorem ſuũ purgans: & debet proteſtari, quod hoc
nõ dicit,quia procurationem affectat,ſed quia vult
quod fama ſua conſeruetur illęſa,l.quæ omnia,§.1.
vbi Bald.in princ.& in l.mutari, ff.de procurato.ſi-
mile in l.ſi actor.in prima repet. nume. 1. d.titu. &
per prædicta conſumitur, quandoque minuitur fa-
ma,l.quiſquis,in ver.opinionis, C.de poſtula.& in
dubio,verba ſui natura iniurioſa præſumuntur pro
lata animo iniuriandi. l. ſi non. C.de iniuriis.Quid
in confeſſione iniurioſa, an probet, diſtin. vt per
Bald.in conſi.269.3.volum.& ſi diffamat aliquem
verbis contumelioſis, vnde naſcitur diſcordia inter
uirum & uxorem,quomodo punitur.idem Bald.in
conſilio 230.eodem volumine. Sed videtur,quod
expedit malos defectus,ad pęnas nocentium publi
cari. Zabar.in clemen.paſtoralis,in verb.verum,nu
mero primo, de ſenten. & re iudic.& peccata eſſe
nota. Ioan Andr.in cap. fęlicis, poſt numerum no-
num, de pęnis, in ſexto. Aluar.in §.ſed & qui dela-
tor, poſt numerum ſecundum. quæ ſit prima cau.
bene. amit. peccat, qui peccata fratris non denun-
tiat. Archidiaco.in cap.non vos,circa princip.quin
ta, quæſtio.3.qui dicit alicuius culpam, maximum
præmium conſequitur.l.uni.C.de famo.libellis.te-
nemur indicare maleficia.l.3.in fi.C.de inceſtis nu
ptiis.quia (vt ſupra) peccata nocentium oportet eſ
ſe nota.glo.prima,in l.ſi ab eo. ff.de calumnis. Iſer,
hic,numero duodecimo, circa medium. Vnde di-
ſtin.ut per Affli. hic numero 11. vel aliud eſt cri-
men, & aliud defectus: crimen facilius purgatur
quàm defectus,quia crimen per pęnitentiam, defe
ctus naturalis non ita faciliter.glo.in cap.primo, in
uer.ſedis Apoſtolicæ, de filiis præſbitero. in ſexto.
Princeps poteſt remittere crimen, ita quod non di
catur ei quod tale crimen commiſit. Lucas in l.1.
columna quarta,circa fin. C. de his qui in exilium
dati.&c.non ſic in defectu.facit l. qui clauum, de
ędil.edi.eſt autem defectus,bigamia, illegitimitas,
& corporis uitium. glo. in cap.1.in verb.irregula-
res.de temporibus ordina.in 6.ſeruitus. Archid. in
cap.ſi ſeruus.lo primo,54. diſtin. iſta ſi obiiciũtur,
pęna trahitur in culpam,contra cap. vni. de purga.
poſt par.cap.ſi mulier.5.diſtinct.& licet non ſit no
ta delicti, eſt tamen nota defectus impedientis pro
monendum.glo.in cap.innotuit,in verb.reatum,de
electio.cap.accedens,de purg. can. repellitur enim
illegitimus propter ſuſpitionem.Ioan.And.in cap.
indemnitatibus.numero octauo,ante & poſt.de ele
ctio. in 6.qui iſta allegat,tenetur probare. ca.ſi for
te.in verb.defectum,de electio.in 6.ſi ſunt illegiti-
mi, etiam quod undecumque naſcantur homines,
ſi parentum uitia non ſectantur,& Deum rectè co
lunt, honeſti & ſalui ſunt: tamen adulterorum fi-
lii,abominatio eſt Deo,cap.ſicut,& ſequen.32.qõ.
4.parentibus nullo iure ſuccedunt.cap.quid eſt,35.
quæſtione ſeptima.educari nec ali debent.non or-
dinantur nec ad beneficia eccleſiaſtica promouen-
tur. cap.ſecundo,in ver.legitimo. de ſupple.negli.
præla.in 6.ſine diſpenſatione. cap. innotuit. de ele-
ctio.quis in ipſis hæreditarii criminis exempla me
tuuntur.Iſer.hic,numero decimoquarto, circa fin.
in aliis qualicumque modo naſcantur, dummodo
veſtigia eius non ſequantur,ab ipſius corpore non
ſeperantur,cuius per fidem membra facti ſunt. ca-
pit.vndecumque.& cap.dominus noſter.56.diſtin.
nam quę naturaliter accidunt,non debent imputa-
ri.Archidiaco.in cap.fin.51.diſtinct. vnde ſi obiici-
tur defectus naturalis, quia vocat cęcum, claudũ,
& ſimilia,non eſt iniuria.Iſer.hic ex intentione mo
dernorum, niſi partus eſſet portentuoſus.ponit vn
decim quæſtiones Lucas in l.3. C.de caſtren.pecu.
mili.nam corporis uitium accidit vt plurimum, ex
uitio materiæ in agente & patiente,dum ſuperfluit
vel diminuit materia ſeminis. Iſern.hic,numero de
cimoquarto,circa medium.quod gręce ſperma ap-
pellatur.cap.ſecundo, in ver. ſeminiuerbius.in ad-
dit.ad eam, 43. diſtin.quia in ſemine eſt uirtus di-
ſpoſitiua corporis. Inde uidemus filios aſſimilare
parentibus,non ſolum in defectibus corporalibus,
nam leproſus generat leproſum, podagricus poda
gricum,ſed etiam in defectibus animæ,quia ex ira-
cundis iracundus, & ex amentibus amentes na-
ſcuntur. Diuus Thomas ad Romanos, cap.5.ibi,
propterea. poſt principium. nam cauſę orbatæ &
imperfectæ non generant,niſi ęquiuocas. Bald.ex
intentione Ariſtotelis, in conſi. 386.poſt medium,
ſecundo volumine.& nihil parit ſibi diſſimile in ſpe
cie.idem Bald.in l.prima,§.conuentionis, circa me
dium.ff. de pactis. Sicut non naſcitur bos ex aſino.
in l.ſi unus.§.ſed ſi pactum. in fin.d. titu. vnde per
coitum, cum nimia abundantia lactis in muliere,
filii naſcuntur morboſi & leproſi. glo. prima.in c.
fin.5.diſt.incompoſitio corporis, inęqualitatem in
dicat mentis.glo.in c.cum in cunctis, in ver. graui-
tas. de electio.gl.fi.in cap.2.de cuſto. Euchar.gl.in
extrauag.Io.1.in ver.utilibus, in fi. de verb.ſign. Ar-
chid.in cap.de Petro.poſt princ. 47.diſt. Lucas in
rub. col.6.poſt medium, C. de legatio. Specul.in ti
tu.de aduocato.§.2.num.5.amictus corporis, riſus
dentium, egreſſus hominis, de illo enunciant. Ar-
chid.in cap.ſi.in fi.41.diſt.nam habitu & inceſſu ꝓ
feſſio probatur.cap.primo,in fin.41.diſtinc. ſignis
& uerbis perpenditur ſtultitia.glo.1.in cap.2. 46.
diſt.qui fatua loquitur, fatuus eſt.gl.2. in cap.legi-
mus,

gimus. 93.diſt.actibus repręſentatur mentis diſpoſitio,& qui vult eſſe rectus in mēte, indicet ex operibus. Zabar.in clem. 1.§.proinde,in 2.not.de verborum ſignific.diſlotmes corpore a ſtudio & ſciētia repelluntur. Lucas in l. 1.colum.2.poſt prin.C. qui ętat.vel profeſſ.ſe excu.& licet non imputetur ad pęnam,impedit ſacramenti ſignaculum. c.pen. 15.q.1.non eſt nota delicti ſed defectus. Ioan.Andr.in reg.non debet,in fi.de reg.iur.in 6.glo.in c. 2.in ver.defectus.in fi.de filiis pręſbi.in 6. & tanquam infirmitatem dicimus ad pęnā potius pertinere peccati,quam ad ipſum peccatum: & propterea magis eſt compatiendum,quàm puniendū, vel quoquo modo feriendum.c.indicas, 3.quæſt. 9. nam non debet argui opprobriis non propriis. Iob.19.circa prin.ſed charitate deferri,& quomodo.c.non vos,cum ſeq.& fi.5.q.5.etiam quòd ſpecies,& pulchritudo corporis,ſimulachrum eſt mētis, figutaq; probabitatis. Affli.quis dicatur dux. num.9.infirmitas eſt pęna peccati, nō peccatum: licet quidam Theologi ſentiant contrarium. Archid.in c.indicas,3.quæſt.9. vel diſt. aut vult tantum nocere,& non auditur. not. in c.ſignificante, qui matrimo.accu.poſſ.aut ut alteri proſit, ne per immeritos gubernetur, & videtur quod ſic: cum aliàs ſuperior ex officio inquireret.glo. in capit. vt circa, de electio. in 6. & ne malus bonus ęſtimetur compelluntur teſtes. glo. 1.in cap. 1.de teſtib. cog.& cogitur quis accuſare. glo.in cap. quapropter. in verb.deferre, 2.quæſtio.7.ex qualitate tamen perſonarum, ferocitate, vel ſimplicitate vultus, prolatione verborum, apparere poterit ſi ex charitate vel libidine procedit. Archid.in cap.quęrendum.circa princ.2.quæſt.7.nam color immutatus, declarat internum animi dolorem. 3.Machabęorum.1.Ideo ne eleemoſyna vnius,alterius fieret peccatum. cap.iniuſtum, de rerum permut. videtur diſtinguendum: aut iratus obiicit,aut nō. cap.ſi quis iratus,2.q.3. ideo qui protulit carmen famoſum, ſi vult probare quod ſcripſit,& probat commendandus eſt. Archi.in c.1.5.q.1.vnde quidam dixit, Laudari cupias, vituperari caue.ſed extra nos dicit Beatus Bernardus. Archid.in cap.deteriores,6.quæſt.1.

Quid ſi mulierem vocat fornicariam, aut ſtrigam.l.2.& ibi gl.de iniuriis mulier. in Longobar. vel dicit aſinum.gl.fin.in l.1.de conuictis.in Longobard. etiam quod ſit impoſſibile, & impoſſibilium nulla ſit obligatio. Iſern.hic.cum nec dęmones poſſint ſpeciem in aliam commutare, ſed eliditur fantaſia hominis, & percutitur acriſia, non cęcitate viſus,& impeditur uidere. Archid.in cap. quod ait,in princ.14.diſt. & in cap.fi.poſt princip. 26.quæſtio.5.poſſunt tamen aſſumere corpus aereum.cap.ſciendum, 26.quæſtio.3. & 4. & angeli complures vſi ſunt figmentis & ſimulationibus, ſuſcipientea formam humanam. Loffr.in conſilio 48.num.16.in princip.quia illorum natura nobilior,& ſubtilior eſt,quam natura hominum. Affli. ex qui.cau.feu.amit.nu.36.

Quid autem dęmones, & quid diabolus.glo.in cap.1.in ver.diabolus,& dęmones. de Sum.Trini. dęmonium,& dęmon differunt. Archid.in cap.2.
15 circa med.12.quæſtio.1.diabolus deorſum fluens interpretatur. Archid.in cap.citius, de pœniten.diſtinct.2.eſt crudelis,& non miſerebitur, audax,ſuperbus,& illos tentare negligit, quos quieto modo poſſidere ſentit. Idem Archi.in cap.nulli, 3.q. 1.quot modis appellatur. Arch.in cap.fi.in princ. 13.diſt. Zabar.in clemen. 3,in prin.in 2.not. de hęret.& inter alios eſſe python. & Serapin,& vnde, Archid.in cap.igitur.& ſeq.circa fin. 26.quæſt.5. & 4.iſti a Deo natura creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali. Idem Archid.in cap.qui peccat, 23.quæſt.4.& in c.citius,de pęniten.diſtin.2.ipſorum deſcriptionem ſecundum Apuleum, & quomodo ſunt hominibus miſerabiliores. Auguſti.de ciuitate Dei, 9.cap.8. & 10. dicuntur futura prænoſcere propter longum tempus,cum multa uiderint.glo.in d.cap.ſciendum,& ſequen.26.quęſt. 3. & 4. Afflict.quis dicatur dux, num.9.poſt prin.& operantur, quod multa uideantur quæ non ſunt ita vt videntur. Archid.in cap.tam ſacerdotes,poſt princ.24.quæſtio.3.Sed dic, quod ſi quis credit, poſſe fieri aliquam creaturam in melius aut in deterius, immutari aut transformari in aliam ſpeciem, uel in aliam ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore, qui omnia fecit,& per quē omnia facta ſunt, procul dubio infidelis eſt. c.epiſcopi,cir.fi.d.cau. quæſt.5.

Quid autem conuitium,contumelia,contumelioſus,& unde. Archid.in cap.puto, 2.q.7.& fit cōuitium etiam abſenti, nec uidetur facere qui uociferatus eſt,ſed qui cōcitauit, uel ſummiſit vt vociferetur. Archid.in c.ſi quis,lo 3.in princ. 2.quæſt. 3.& ſi pulſatus dicat,mentiris,& aduerſarius non probauit quod obiecit,verum dixit,& non punitur. Bald.in conſi.45.1.volum.& verbum(mentiris) exponitur, ideſt contra conſciētiam loqueris. Archid.in cap.cum humilitatis, in princ.22.qō.2. Sycophanta quis,& vnde. Idem Archid.in cap. ſi quis & fi.poſt princip.3.qō.7.Non omitto, quod illa actio utili anno tollitur. glo. in l. ſi cum exceptione, §. poſt annum,in verb.vtili.ff.de eo quod met. cau. & qui detrahit ſe ipſum prodit vacuum charitate,deinde intendit, vti is cui detrahitur veniat in odium & contemptum ipſis apud quos detrahitur. Archid.in cap.inter,11.quæſtio.3.iniuriatus tamen tenetur remittere iniuriam quo ad rancorem,non quo ad damnum & intereſſe. Præpo. hic num.1. in fin. & clericus, ſi percuſſit laicum, a quo petit ſatisfactionem. Zaba.in clem.1.in ver. ciuitas,de pœnis. Furtum autem quomodo committatur in re,& quomodo in uſu rei. gloſ. pen.in c.fin.36.q.1. aliquando ratione acceſſionis, c.qui ſaccum.ubi glo.1. 50.diſt. & non ſolis verbis, & cogitatione, ſi non adeſt corpus,quod contractatur.l.prima,& l.ſi is qui ſimulabat, cum ibi not. ff.de furtis.l.tertia,§.ſi rem,de acquiren.poſſeſſio. ſine enim contractatione non committitur.l.procurator.ff.mandati. & punitur diuerſimode ſecundum qualitatem delicti in quo cadit, & augetur pœna aucto furto. Lucas in l. 3. C.de deſertori. Quæ autem ſit pœna legitima, late glo. hic, ubi Iſer.in ver.puniatur,& an puniatur ſecundum ius Lōgobardorum, quod factum fuit a Regibus qui pro tempore fuerunt in Lombardia,dictum eſt,dicit Iſern.in præambulis, in tertia quæſtione, numero trigeſimoſeptimo, & in cap.primo, poſt numerum octauum, de noua forma fidelitat. & ius prædictum, vnde dicatur, & quod ſit ius aſininum, & poſſit allegari ad deciſionem cauſarum. Curtius in tractat. feuda. in quinta quæſtio. primæ partis principal. nec legem ſed fecem

eſſe appellandam, & quare dicuntur Longobardi. glo. Pariſ.tit.1.in prin.poſt num.37. & 38.

Quid ſi hominem deiecit, vel homini libero violentiam fecit, quomodo puniatur.l.penul.& fi. de eo qui anteſteterit in via. in Longobard. & ſi vnus fuit decapitatus tanquam homicida, ſi poſtea reperitur, quod fuit alter, non liberatur. Præpoſit.in §.homicidium.in fin.bona autem non amittuntur, vt olim. Idem Præpoſi.hic, poſt numerum tertium. niſi in crimine leſę maieſtatis, in quo etiam vxor habet dotes ſaluas. l. quiſquis. §.vxores, C.ad leg.Iul.maieſt. niſi ſit conſcia contumaciæ, vt in conſt.pęnam eorum. & Iſer.hic.

SVMMARIVM.

1 *Officialium varia nomina.*
2 *Iudices, ideſt Præſides.*
3 *Defenſores, patres locorum; in regno capitanei corum locum obtinent.*
4 *Magiſtratus dicitur, quia magis inſtat utilitati publicæ.*
5 *Iudices debent eligi. vel confirmari ab Imperatore.*
6 *Negligens adminiſtrator punitur.*
7 *Damnum ſi unus patitur ex perſona alterius, ille tenetur reſtituere.*
8 *Inſuper, pręterea.*
9 *Aerarium, archa, uel camera fiſci.*
10 *Perſoluere, perfecte & totum ſoluere.*
11 *Luet in corpore, qui non habet in ęre.*
12 *Corripere, eſt corporaliter flagellare.*
15 *Procul, componitur ex porro & longe, quaſi longe ab oculis.*
14 *Exilium dicitur, quaſi extra ſolum, exire procul a loco.*
15 *Negligentia punitur in iudice.*
16 *Negligentia in uno, nocet in alio.*
17 *Iudicem fieri noli appetere. ſi non potes uirtute dirumpere iniquitatem.*
18 *Iudicium integrum dicitur, quod plurimorum ſententiis comprobatur.*

AD §. IVDICES.

1 IVDICES.) Varia nomina ſunt officialium, ſecundum varietatem locorum. Zaba.in clem. vni.in princ.in 9. not.de vſuris. nam iure Longobardo Sculdaſius, ordinarius in loco vocatur.l.ſi quis liber homo.de debitis & guadimo. In Longobar.iure communi prius iudices appellabantur, quam officiales. Innoc.in cap.penult.in princ. de appella. officialis nomen concernit omnia officia. vſus tamen introduxit ſpecialiter illos vocari officiales, quibus cauſæ cognitio per habentes iuriſdictionem committitur: & raro fit differentia inter officialem & vicarium. & talium poteſtas menſuratur ex commiſſione. Zabar.in clem. vni.poſt numerum 18. de offic. vica. poteſtas & officium ſunt ſinonima. Soci.in conſi.87.num.4.3.volum. verbum poteſtatis, capitur diuerſo modo. Azo in Sum. C.de pat.poteſt.nu.2.& apud aliquos Capitanei, Rectores, alibi Senatores, Patricii, Vallini, Iuſticiarij, Præpoſiti. quãdoq; ſimpliciter iudices appellantur. Io. And.in c.1.nu.1.de immu.eccle.in

6.& exponitur, iudices, ideſt pręſides. Archi. in c.
2 conſtituit.17.q.4. Verò, & locorum defenſores) Pa
3 tres ciuitatum. §.defenſores. Auth.de armis. quorum locum in regno obtinent Capitanei. Luc.in l.
3.col.5.poſt prin.C.de quib.muner.vel præſta.nemi.liceat ſe excuſa. Vel quicumque magiſtratus)
4 Sic dictus, quia magis inſtat vtilitati publicæ.l.qui accuſare.in gl.2.cir.med.ff.de accuſatio. Ab Imperatore, vel eius voluntate conſtituti, Seu) Quæ dictio auget. Lucas in l. fi.col.5.poſt princ.C.de bonis vacan.exponitur, ideſt: vel ſtat alternatiue. Zabar.in clem. 1. in ver.propter.poſt num.5.de hæreticis. Confirmati.) Nam iudices debent eligi, vel
5 confirmari ab Imperatore; ex quo multæ ciuitates eligunt ex priuilegio, & electi confirmantur. Iſer.in c.1.in ver.quod ſi ueritatem, poſt num.3.ſi de inueſti. inter domi. & vaſal. quæſtio oriatur.& hic, num.23.vbi Aluar.& Præpo.poſt princ.& ita in regno in ciuitatib. Regii & Maſſęlubrenſis. Qui
6 iuſtitiam facere neglexerint.) Ex quo negligens adminiſtrator punitur.l.mancipia. & ibi gl.in ver. exigatur. C. de ſeruis fug. Idem ſi diſſimulat. Bart. in l.vni. publi.lęti.vel conſue, priuatur cingulo dignitatis: & vltra ſalutis ſuæ periculum, centum librarum auri multam ſuſtinebit.l.fin.C.ad leg.Iul. de vi publi. Et pacem violatam vindicare legitime ſuperſederint: damnum omne iniuriam paſſo reſarcire compellantur.) Quia damnum ſi unus pa-
7 titur ex perſona alterius, ille tenetur reſtituere uel refundere.l.interdum.§.curatores, in verb.mutui, ff. de admi.tuto. Et Inſuper.) Ideſt, Præterea. Gram.
8 in ver inſuper. Si maior iudex eſt.) Nam tam de iure ciuili. quàm canonico, iudex alius maximus, magnus, minor & infimus. Aluar.hic, nu.3. cir.princ. Sacro ærario.) Auth.vt in priuatis domibus ſacra miſte.non fiant, poſt med.l.3.§.illud. C. de cano. largitio.tit.C.alibi priuato ęrario.l.fi.C.quorũ appella.non recip.l.ſi quis, de diuerſis prędiis vrba.& ruſti.& ęrario ſimpliciter.l.3. C.de alluuion.l.iu. de bonis vaca.§.pri.cir.med.Auth.de nuptiis. & idem eſt quod fiſcus. Lucas in l.4.circa med.de numerariis. olim enim pecunia recipiebatur in marſupium, poſtea auctis tributis in ſaccũ, ideſt fiſcũ: demum in ęrarium, ideſt archam.l.in prouinciis,
9 in glo. C.de numulariis, actuariis, & chartulariis. vel camerã fiſci.§.1.in ver.ęrario. Auth.de inceſt. nuptiis. Pœnam decem librarum auri præſtet: minor autem pęna trium librarum auri mulctetur.) Alibi ęrario triplum vltra ſimplum damnum paſſo inferetur.§.& hoc. Auth.vt litigãtes iurent. Qui verò ad prædictam pęnam perſoluendam.) Perfe
10 cte & in totum ſoluendam. Gram.in ver.perſoluo. Inopia dignoſcitur laborare, corporis ſui cor-
11 reptionem cum verberibus patiatur.) Et ſic, ſi nõ poteſt ſoluere, luat in corpus: & ita non liberatur, ſed maiori pœna punitur, quia ictus fuſtium cenſetur eſſe maior, quàm quęlibet pœna pecuniaria. Præpo.hic, in §.qui uerò. Eſt autem corripere, cor
12 poraliter flagellare. Lucas in l.cõtra, in prin.C.de exacto.& execut. etiam quod uerbera ab ingenuis aliena ſint.l.cõſenſu.cir.fi.prin.C.de repud. Et procul.) Quod componitur ex porro & longe, quaſi lõge ab oculis. Grã. in uer.procul. Ab eo loco quẽ inhabitat quinquaginta miliaria, ꝑ quinquenniũ uitam agat.) Et ſic ex cauſa interdicitur locus ꝑ quinquenniũ. Bald.de mili.uaſa.qui contu.eſt.num.3. in fi.& dicitur exiliũ, quaſi extra ſolum exire, pro-

cul a

cul à loco.: cumque ſit ad tempus, dicitur relega-
tio. Lucas in l.ſi quis procurationem.circa fi.C.de
decurioni. quo tempore elapſo, pęna ſit extincta:
& poteſt redire ad locum tẽporaliter interdictũ.
Bald.in conſil. 34.poſt numerum 1. 1.volum.recu
perat priſtinam dignitatem, ſed ad nouam non ad
mittitur, niſi tanto tempore abſtinuerit, quanto in
exilio perdurauit.l.2. & ibi Lucas. C.de his qui in
exilium miſſi.alibi, ſeruiat tot annis, vt ipſam cul-
pam redimere poſſit. l. ſi quicumque, de furtis, in
Longobar.cum mutatione loci, ſequantur incom-
commoda, paupertates, iguominia & cõtemptus.
Lucas in l.fi.poſt med. C.de ſpectaculis.

Declarato textu, dubia reddebatur eius deter-
minatio. Et primò, iudices debent eſſe promptio-
res ad lenitatem.l.reſpiciendum.ff.de pœnis.Ideo
abſit, vt ea quæ propter bonum, & licitum faciſit,
ſeu aliquid habent, propter hoc ſi præter eorum
voluntatem cuiquam malum acciderit, eis impu-
tetur.c.de occidendis, 23.q.5.

Secundò, debet ſaltem eorum defectu iuriſdi-
ctio deuolui ad alios: ſicut iudex ſecularis ſi eſt ne
gligens in ſubminiſtrando iuſtitiam, deuoluit̃ ad
eccleſiaſticum.cap.licet, & ſequen. de foro comp.
& ſic defectus vnius, ſuppletur per alium.toto tit.
de ſupple. neglig. præla. ſicut negligentia ſuffra-
gan. ſuppletur per prælatum.not.in c.per tuas.C.
de ſenten.excom.

Vltimò videtur, quod debeat perdere emolu-
menta.l.iudices.C.de anno.& tribu.lib.10.

His non obſtantibus, determinatur contra-
rium; quia quis debet eſſe diligens, & non negli-
gens in officio ſuo.l.diuus.ff.de officio prę́ſi.aliàs
videtur conſcius delicti qui illud non punit. Alua.
hic, poſt num.2.

Quo ſtante, non obſtat Primum; nam iudex nõ
debet eſſe clementior lege. §. oportet. Authen.de
iudicibus, vnde ſi occidendum mutilat, ipſe occidi
debet.Iſer.quę ſint regalia.in ver. & bona cõmit-
tentium.poſt num.76.

Nõ obſtat Secundum, nam amittit cauſam, &
punitur.Iſern.de ſtatu.& conſu.contra liber.eccle.
in ver.abutitur, & in ver.ſi verò dominus.

Vltimum non obſtat, nam ſalaria officialium
lucra dicuntur. Lucas in l.humilioribus, in fi. C.de
15 ſuſcepto.præpo.& archa. Et ſic firma remanet cõ
cluſio, quod negligentia punitur in iudice.

Amplia in terminis.l.1. C.de decurionibus.lib.
12.l.fin. C.ne ſanctum baptiſ.reite. l.1.C.de pag.
& ſacriſi. cap. excommunicamus. §.fin.de hæret.
Authen.ſi verò.C.de hæret.l.3. C.de ſepulc.viola.
cap.cum creatura, de celebra. miſſ.cap.quia, de im
mu.eccle.c.2.de magiſtris, & c.3. de iniuriis, & tã
ſi iudex ſit paterfamilias, quàm filiusfamilias. Al-
uar.hic, columna 3.circa fi.& non ſolum amittit
cauſam, verum etiam facit litem ſuam. not.in cap.
poſtulaſti, de iudęis, & in cap.1. de appella. late
Præpo.hic, num.2. idem in negligentia petendi tẽ
ſuam, quia inducit rei perditionem. propterea de-
bet actor properare ad ſui iuris proſecutionem, ni
ſi conſtet de impedimento. Affli.in cap.ſi quis per
30.in 2.not.in prin.ſi de feu.fuer.contro.inter do
mi.& agn.

Limita, niſi eſſet negligentia parui tẽporis, nam
non debet nocere. Affli.in c.2.nu.10.ſi de inueſti.
inter domi.& vaſa.lis oria. nam nimia negligẽtia
punitur.Iſer.in c.1.nu.8.de contro.inter domi.&
empt.& procedit in iudice: ſecus in alio, ex quo ſi
per me non ſtat, ſed per iudicem, quin aliquid fa-
ciam, mihi non imputatur.c.ſi autem, cum ibi no.
de reſcrip.& intellige, dummodo poſſit, nam non
dicitur negligens qui poteſt repelli per exceptio-
nem, nec lęditur ex curſu temporis, qui non eſt ne
gligens. Bal.in conſi. 193. in fin. 3.uol. & pigritia
quę in viro eſt nociua, in muliere prægnante non.
Affli.in cõſti.quicumque mulierem, in 3.not.poſt
nu.8.ſi quis mul.&c.

Nota, quod iure communi ad præſides prouin
ciarum ſpectat, ne ſeditiones fiant, & fuerunt ad
ſedandas rixas conſtituti Irenarchę, & vnde dican
tur, Pileus poſt Azo.in Sum.de Irenarchis.lib.10.
qui ad prouintiarum tutelam quietis & pacis, per
ſingula territoria procurant eſſe concordiam. Lu-
cas in l.vni.columna 12.ibi, decimo quęritur. poſt
medium.C.publicæ lęti.vel conſu. Pontifices, Im-
peratores, Duces & Comites ad inuicem ſe adiu-
uare debent, & eſſe cõcordes pro pace & ſaluatio
ne omnium. Iaco.de Ardiz.in Sum.de pace tenen.
poſt princ. ibi, eſt autem. poſt med. & puniuntur
delinquentes, vt eorum ſupplicium alios ſaluos fa
ciat. Vnde homicidia, adulteria, virginumque dire
ptiones & inuaſiones, ſecundum leges puniuntur.
§.homicidia. Auth.de manda. princip. & ut nemo
habeat in burſa ſua, ius uel iudicem. Archid.in ca-
pit.qualiter, circa fi.7.q.1.iudex, non eſt dominus
iuriſdictionis, ſed ſimplex adminiſtrator. gl. Pariſ.
5.tit.1.§.1. poſt num. 58. & punitur ſi neglexerit
damnum iniuriam paſſo reſarcire, vt hic. Ideo ca-
ueat iudex, ne (quod abſit) gratia alicuius, aut ho-
noris, timoris, ſiue odii cauſa, quod agere debet
omittat. l. 2. ſi quis literas noſtras deſpexerit. in
16 Longobard. Item nota, quod negligentia in uno,
nocet in alio.glo.in l.fi.C.de his qui a non domi.
manumit.omnia lędit.glo.pen. in Auth.de quæſt.
& multos producit effectus. Lucas in l.2.colum.
2.in fi. 3.in princ.4.in fi.& 5.per totum. C.de nau
f.ag. Inſuper qui non habet in ęre, luit in corpus.
l.1.§.1.ff. de pœnis.l.quicumque. C.de ſeruis fugi.
Iſer.in §.ſi iudex, in fi.de pace tenen. ſi folli, ideſt
burſæ. l.cum ſeruus, in ver.in folle.de condi. & de
monſt. ęrario ſeu cameræ non ſoluit, quæ habet
aduocatum, qui dicitur fiſci uel ęrarii patronus.l.
penul.C.de aduoca.diuer.iudi. Idem ſi malo mo-
do vendicet: puta quia condemnat quos non de-
bet, & abſoluit quos debuit condemnare, quia ſi-
militer punitur iudex. Iſern.in §.rurſus. poſt num.
26.quibus modis feud. amit. etiam quod ignorãs
fecerit, nam non debuit appetere fieri iudex, ſi
17 non poterat uirtute dirumpere iniquitatem.idem
Iſer. quæ ſint regal.in d.ver. & bona cõmittentiũ.
poſt nu.76.& 84.in fin.& ſcriptũ eſt, Noli petere
ab hoĩe ducatũ, neq; à Rege cathedrã honoris. Si
milia ponit Luc.in l.contra publicã, col.7.cir.fi.C.
de re mili.& omnis ad uirtutẽ tẽdẽs, debet ſumme
cauere, ut ſupra uires ingenii nõ quęrat honores,
vnuſquiſq; propriis terminis ſit contentus, nec ſu
pra mẽſuram ſui meriti & uirtutis affectet augeri.
Idem Luc.in l.2.cir.med.C.de palat.ſacrar. largi.
licet ſi ſolers eſſet iudex nihil eſt, ꝙ per duos non
18 adinueniatur. Iſer.hic, nu.22.cir.fi.nam integrum
iudiciũ eſt, quod plurimorũ ſententiis confirmat̃.
c.extra cõſcientiam, 64.diſt.& quod a plurib.quæ
ritur facilius inuenitur.cap.ſi.20.diſt.cap.pruden-
tiam.in ver.plurimorum.de offic. deleg. In extra-

uagan.Ioan.3.in ver.diligenti,de verb.ſignific.& conſueuit eſſe integrum iudicium,quod plurimorum ſententiis comprobatur.in extrauagan.vlt.in ver. continetur,d.tit.de verb.ſign.aliàs vbi non eſt conſilium, diſſipantur cogitationes, & ubi ſunt plures conſiliarii confirmantur. gl.in cle.1.in ver. comprobatur.de ſenten.excom. licet quandoque reuelatur minori,quod maior neſcit.glo.1.in cap. ad audientiam,de conſuetudine. & melius expeditur per vnum quam per plures. ca.quapropter,in ver.viris,de elect.

Sed quomodo punitur iudex. Aluaro,hic,poſt nume.3. quid ſi electus in officio corrumpitur,vt taceat artis artificum, quomodo punitur pro prima ſecunda & tertia uice. Afflict.in conſti.magiſtros,in ulti.no.nu.5. de fide merca. quia non caret ſcrupulo ſocietatis occultę,qui manifeſto facinori uon deſinit obuiare.c,error.83.diſt.

S V M M A R I V M.

1 *Unio,confęderatio,ſecta,coniuratio,conſpiratio,et conuenticula,quid ſignificent.*
2 *Conuenticula & conſpirationes, quæ ſint.*
3 *Ciuitas & perſona differunt.*
4 *Modis omnibus, per omnem modum.*
5 *Prohibere,ideſt uetare,interdicere, & componitur ex pro & habeo.*
6 *Lex non poteſt imponere formam præteritis, niſi quatenus concordet cum iure diuino.*
7 *Cenſura eccleſiaſtica eſt nomen generale.*
8 *Sanctio dicitur lex,quæ imponit pœnam.*
9 *Donec,eſt dictio temporalis.*
10 *Volumus,uerbum,legis uim inducere.*
11 *Conuenticula inter priuatos uel ciuitates prohibētur,& facta caſſantur.*
12 *Liciti prætextu,non eſt faciendum illicitum.*
13 *Occaſionem quærit,qui vult recedere ab amico.*
14 *Amicos licet conuocare & coniunctos, ad propulſandam iniuriam.*
15 *Pœnæ diuerſæ quādo imponuntur pro uno delicto, una non tollit aliam.*
16 *Statutum ſi imponit diuerſam pœnā quàm lex, attenditur pœna ſtatuti.*

AD §. CONVENTICVLA.

CONVENTICVLAS.) Præſuppone quod habemus vnionem,
1 confęderationem,ſectam, coniurationem, conſpirationem & conuenticulam. Hæc omnia ſignificant quēdam conſenſum inter ſe, fidei interpoſitione firmatum: & comprehenduntur ſub verbo congregationis,quod eſt genus generaliſſimum. Bald.in conſi.262.numero 1.2.volum.& de eod.l.2.C.de Sum.Trin.Coniurationis, ſeu confęderationis meminit. l.non tantum. §.1.de excuſat.tuto.quæ alio vocabulo ſocietas dicitur. cap.ſi in adiutorium.in glo.fin.10.diſt.Sectæ fit mentio, in l.damnato. & ſequen.C.de hæreticis. Coniurationis & conſpirationis,in cap.coniurationum.11.quæſt.1.Conuēticulæ, in l.Ariani. C.de hæreticis, & in pluribus allegatis per Iſern.hic in princip. Iſtæ coniurationes, ſocietates, ſiue conuenticulæ. Bald.de pace Conſtan. in ver. item ſocietatem, circa princ.ſunt
2 quando plures in vnum conueniunt ad malum,
animo deliberato collecta multitudine. Aluar.hic in princip. Quoque in ciuitatibus,omneſque coniurationes.) Ideſt confœderationes iuratæ ad malum. Idem Aluaro. hic poſt principium. Et extra) Quæ eſt dictio ſeparatiua: eius contrarium eſt intra. Gramma.in ver.extra, quaſi dicat,omnes conuenticulæ, tam ſi fiant intra, quàm extra ciuitatē, Etiam occaſione.) Quæ differt a cauſa. Zabar.in clemen. 2.in ver.ab olim, poſt numerum quartū, de ſepulturis. Parentelæ,) Ex quo inter cauſas ſecundarias matrimonii,eſt pacis reformatio. 27.q. 1.in Sum.poſt medium. Ideo Dauid fuit promiſſa Merob, & poſtea data eidem Michol altera filia Saul.primo Regum,cap.18. Et inter ciuitatem & ciuitatem) Cum inter ciuitates contrahatur fœdus ſiue ſocietas. Bald.in d.verb.item ſocietatem, de pace Conſtan. Et inter perſonam & perſonam, ſiue inter ciuitatem & perſonam.) Et ſic ciuitas &
3 perſona differunt. Licet appellatione perſonæ in
fauorabilibus uenit ciuitas: niſi ſubiecta materia
non eſſet vniuerſitati proportionabilis. Præpoſit.
hic in princip. aliàs vicem perſonæ habet. Bald.in
conſi.283.numero ſecundo,circa medium,primo
4 volumine. Modis omnibus) Per omnem modum.
Iaſ.in l.liber homo, la ſecunda,numero ſecundo,
5 de verborum obligatio. Prohibemus fieri.) Vetamus, interdicimus: & componitur ex pro & habeo. Gramma. in ver.prohibeo. Et in præteritum
6 factas caſſamus.) Nam licet lex non poſſit imponere formam præteritis, niſi quatenus concordaret cum iure diuino. Lucas in l.penult. poſt princ. & circa medium,C.de decurioni. Iſta concordat cum iure diuino, ex quo Geneſis,cap.49.dicitur, In conſilium eorum non veniat anima mea. Et Pſal.2. quare fremuerunt gentes.ibi,Principes cōuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. & fit amicitia inter inimicos:& facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die, nā antea inimici erant adinuicem. Lucas cap. 23. Singulis) Omnibus. l.ſi quis mihi.ff.manda. Pœna vnius libræ auri puniendis.) Vltra pœnam de qua in §.iniuria,ſupra eod.Iſern.hic, circa fi.& dicemus infra. Epiſcopos verò locorum, eccleſia-
7 ſtica Cenſura) Quod eſt nomen generale: & continet ſub ſe pœnam interdicti, ſuſpenſionis,& excommunicationis, prout hic Aluaro. & in §.Epi-
8 ſcopos, in princ. Violatores huius ſanctionis.) Id eſt legis pœnalis, vel Imperialis conſtitutionis. licet quandoque ſanctio totius iuris collectio dicitur. Azo in Sum.Inſtit.de rerum diuiſio. num.14. ante & poſt.in ſpecie,lex,cōſtitutio, decretum,decretalis,epiſtola,dogma, mandatum,interdictum & ſanctio. Innoc.in c.fi.poſt num.6.de conceſſio. præben.Ioan.And.in cap.1.nu.7.eod.tit.de con-
9 ceſſio.præb. in 6. Donec,) Quæ eſt dictio temporalis. Bal.in conſ.43.nu.2. 2.vol. Alex.in conſi.29. poſt num.1.4.volum. Ad ſatisfactionem veniant.) Cum ſatisfactio debeat eſſe congrua peccato. Inn. in c.ſicut, num.1.de cohabit.cleric.& mul. Volu-
10 mus) Per quod oſtēditur eſſe legem. Bal.in d.tit. de pace Conſtan.in ver.imperialis,nu.24. Coercere) Quod poteſt referri non ſolum ad pœnam pecuniariam,ſed etiam ad corporalem. Lucas in l. quinque.col.3.poſt prin.C.de decurio.

Declarato textu, impugnatur eius determinatio. Et primò, iſtæ conuenticulæ non ſolum debēt eſſe permiſſæ, ſed & ſunt neceſſariæ, nā ſecundum

Ariſtotilem,

Ariſtotilem, communis timor congregat ſeparatiſſimos: & hoc conſuetudine inoleuit. Adeo,
quod diuidenti aliquam cognationem, debet reſi
ſti, ſaltem conſulendo, & ſuadendo, quia dura
eſt diuiſio propinquorum. Bald.in conſ.262.poſt
num.2.2.volum.

Secundò, pacta & ſocietates, inter ciuitates con
firmantur. infra de pace Conſtan.in ver.pacta.ſuc
ceſſiue tenebant a principio, quia confirmatio ni
hil noui transfert, ſed vetus conſeruat. Loffr.in cõ
ſil.4.num.22.in fi.

Vel & Tertiò, ſaltẽ debebat annullare futuras,
& non præteritas: nam eſt abſurdum, recte factũ,
ex eo quod tunc non erat factum, poſtea mutari.
Auth.vt factæ nouę conſt.circa fin.

His non obſtantibus, determinatur cõtrarium,
quia vt obuietur malis futuris, debent congregationes ſuſpectæ prohiberi.not.in d.l.2.C.de Sum.
Trinit.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam non loquitur de vniuerſitate, ſed de collegio, quod fun
gitur vice corporis in republica. Lucas in l.prima,
in princip.C.de decanis. & ſi aliqui volunt facere
ciuitatem vel caſtrum, & ibi ſe congregare, ciuitas
illa non habebit priuilegium ciuitatis, nec caſtrũ
priuilegium vniuerſitatis, niſi ſuperior confirmet.
Præpo.hic, colum.2.in fi.

Secundum non obſtat, nam non omnia pacta
ſunt illicita, vnde confirmando, confirmat licita.
Bald.in cap.1. poſt num.1. per quos fiat inueſtit.
Etiam quia cõſpiratio capitur in bonum & in ma
lum. Iſern.in cap.1.§.ſi verò, poſt num.6.de capi.
qui cur.vendi. & coniurationes ad malum tenden
tes, ſunt reprobatæ. Prapo.hic, poſt princ.

Vltimum non obſtat, nam non extenditur ad
præterita, niſi expreſſe caueatur. cap.ex frequentibus.de inſtitutio.& cap.grauis.de cenſibus. Et
11 ſic firma remanet concluſio, quod conuenticulæ
inter priuatos & ciuitates prohibentur, & factæ
caſſantur.

Intellige tam ſi ſint circa concernentia fidem,
quàm circa profana, vnde conuenticula quæ facie
bant Templarij, fuerunt cauſa eorum diſtructionis. Zabar.in clemen.2.in princ. de hæreticis. &
vniuerſitas mercatorum non poteſt imponere me
tam mercibus ſuis, vel rebus vendendis. Aluar.hic
poſt num.2.& Præpo.num.1.in prin.& 2.

Et habet locum, tam ſi ſunt conuenticulæ diur
næ, quàm nocturnæ. l.quicumque, circa medium,
d.titu.de hæreticis. etiam licitæ, quia propter mala ſtatuta caſſantur etiam bona. Affli.hic, in fi.numero 18.& ad finem ſciendi ſi ſunt licita, uel non,
attenditur finis. Præpo.hic, num.3.cir.prin.nec eſt
bonum, vt quiſpiam dare debeat filiam, aut ſororẽ,
vbi inimicitia homicidii eſſe probatur. l.fi.de ſpon
ſalibus.in Longobar.

Limita non procedere in vniuerſitatibus, q̃ iure
gentium ſunt licitæ, & neceſſitas hoc facit vt bene
& beate uiuatur. Prępo.hic, col.2.cir.fi. & ſi fit permiſſione iuris, aut authoritate ſuperioris. Affli.hic
in pri. not. uec ſi fiunt cauſa religionis & pietatis,
vt ſunt hodie diſciplinæ confratrum, & alia collegia, quæ fiunt cauſa deuotionis. Affli.hic, poſt nu.
2.ibi, tertio. in dubio confęderationes præſumuntur factæ in bonam partem. Prępo.hic, nu.3.circa
prin. inſpicitur volũtas, & non exitus, vt dictũ eſt,
dicit Iſer.in §. homicidium, ſupra eod. licet quoad
priuationem feudi, non ſufficeret ſolum iurare
occidere, niſi laborauerit pro occidendo. Iſern.in
§.porro, quæ ſit prima cau.bene.amitt.

Nota, quod confęderationes, ſeu leges, quas do
mini ciuitatum vel ciues faciunt, reprobantur, quã
do occulte præſente Imperatore fiunt, ſecus ſi eo
abſente, & ad defenſam. Zabar.in clem.paſtoralis,
in 7.not.poſt num.2.de ſent. & re iudi. Eſt autem
confęderatio pactum, quod producit obligationẽ
perſonalem: ſed non ligatur contra coniunctos,
etiam cognatione ſpirituali, uerum ſicut incidit in
crimẽ læſæ maieſtatis qui offendit Principem ſuũ,
ita & ſi confęderatum. & qui maior & potentior
eſt in liga, debet conuocare alios. Præpoſi.hic, columna quarta, circa princ. vſque in fi. Qui autem
collegium illicitum coiſſe dicitur, coram præfecto
vrbis accuſatur. l.prima, ff.de offic.præfect. urbis.
12 Item, quod prætextu liciti, non eſt faciendum illi
citum. Iſer.hic, num.25.circa princ.cap.ſuper eod.
de vſuris. ſicut compenſatione boni, non eſt faciẽ
dum malum. glo.1.in cap.non magnopere.ne clerici, vel monachi. & prætextu pietatis non eſt facienda impietas. glo.2.in cap.generalis, 54.diſtinc.
glo.2.in cap.clericus, 81.diſtinct. vel occaſione erroris, non debet fieri iniuria alteri. Bald.in conſil.
144.poſt num.1.1.vol.& dixit occaſionem, & nõ
cauſam, quia occaſio & cauſa differunt. Ioan.Andr.in cap.1.num.1, in fi.de iureiur.in 6. & occaſio
poteſt eſſe falſa, cauſa autem ſemper eſt uera. Affl.
hic, in 3.not.num.11.circa med. Inde dicimus, ꝙ
13 occaſionem quærit qui vult recedere ab amico.
Prouerb.c.18.artibus vtendo & malignando.§.1.
ibi, ne igitur. Authen.conſtituno. qui ex aſcripti.
14 Poſſint tamen ꝙ timẽt oppreſſionẽ inimici, coadu
nare conſanguineos & amicos, qui iurant eſſe ſimul, ad propulſandam iniuriam ſi fieret. l.1.ubi
Bar.C.in quibus cau.colo. Aluar.hic, poſt num.2.
& Prępo.ante & poſt num.1.& iuramentũ ſuper li
cito non prohibetur. cap.& ſi Chriſtus, de iureiuran. quia eſt licitum, ſi ſit ſuper licito. gl.in c.ſi qui
clericorum.11.q.1.poſſet adire iudicem, & legitimum poſtulare præſidium. l.denuntiamus. C.de
his qui ad eccle.confug.c.ſex differentiæ, in fi.& ſe
quen.23.q.3.& ſi dubitat facto alterius grauari,
poteſt & ante factum implorare officiũ iudicis, vt
inhibeat ne id fiat. Lud.de Mol.de Hiſpa.primog.
lib.1.c.15.poſt nu.11.ꝙ poſſit etiam ſe defendẽdo.
Iſer.in §.homicidium, poſt nu.21.ſup.de pace ten.
& ſi eſſet deiectus, poſſit quærere amicos pro recu
peranda poſſeſſione. Idem Iſer.in 2.q.prælud.nu.
30.cir.fi. Lucas in l.ſi coloni, in 34.q.col.pen.ibi,
nouiſſimè.C.de agric.& cenſi. Dec.in conſi.460.
nu.17.4.vol. quia melius eſt ante tempus occurre
re. Iſer.hic, num.26.

Vltimò aduerte, ꝙ per pęnam libræ unius auri
hic impoſitam, non derogatur pęnis per alias leges
impoſitis, quas Fredericus vult in ſuo uigore manere, ſed ita veteri ſeueritati accedit. l.fi.ubi Bart.
C.de aquęductu. ſicut ſi duo ſtatuta pro eodẽ delicto imponunt diuerſas pœnas, poſterius primo
addit.& utraq; pęna delinquens punitur. Alua.in
§.iniuria, nu.5.ſup.eod. Dec.in conſi.90.etiam ꝙ
per ſtatutum poſterius imponatur pęna minor, cũ
dictione, tantum. Idem Dec.in conſi.110.num.4.
late Affli.in conſti.ſi quis aliquem, in 3.nota. poſt
num.7.de ſpolian.homin.adeo, quod iudex ſi unã
ex legibus punientibus elegit, poteſt adhuc ſequi,

15 quod eſt in alia. Alex. in conſil. 103. colum. 3. poſt
num. 5. 1. volum. nam non cenſentur ad inuicem
ſe corrigere, ſed dare potius electionem iudici. Fe
li. & Dec. in cap. inter cęteras, de reſcript. Alciat. in
tracta. Præſumptio. in 2. reg. Præſumptio. 28. nu.
9. Abbas in cap. vt menſuræ. in fi. de emptio. & vē
di. & ſi in vna plus eſt quam in alia, poteſt agi ex
ſecunda. l. in duob. §. colonus, in ver. poterit. ff. de
iureiuran. Vel diſtingue, aut pęnæ ponuntur cumu
latiuè, & punitur vtraque: aut alternatiuè, & ſuffi
cit vna. Ang. de malefi. in ver. caput a ſpatulis, car.
753. colum. 2. Affli. in conſti. ſi quis in poſterum,
num. 59. & 60. de defenſis iniuſte impoſi. & ponit
16 limitationes in cōſt. pateranorum. num. 28. Quid
ſi pro eodem delicto imponatur diuerſa pęna a le
ge communi, quam a ſtatuto? dic, quod attēditur
pęna ſtatuti: & ita totus mundus obſeruat. Augu
ſti. in addi. ad Ang. de malefi. in ver. & ibi caput a
ſpatulis. car. 755. colum. 2. poſt princ. Aluar. in d.
§. iniuria, nume. 5. cum modificatione de qua per
Marſi. in practi. crimi. §. quæritur, car. 110. & 112.

SVMMARIVM.

1 *Receptator eſt, qui latrones, & eorum ſurrepta recipit & occultat.*
2 *Etiam, dictio, implicat caſus, in quibus non militat eadem, ſeu tam potens ratio.*
3 *Præda a pariendo dicitur, quaſi parida, quod manu parata ſit, & proprie ipſa corpora rerum quæ capta ſunt.*
4 *Pęna indignationis in principe non recognoſcente ſuperiorem, eſt arbitraria.*
5 *Præterea, dictio, componitur ab, ea, & præter, quaſi præter ea.*
6 *Bonis omnia obediunt.*
7 *Res inanimata punitur in deteſtationem criminis.*
8 *Commodum non debet quis reportare ex eo, quod reprobatur.*
9 *Receptans punitur eadem pęna, qua punitur delinquens.*
10 *Receptare, eſt præſtare refugium abſcondendis: & denotat frequentiam.*
11 *Receptandi animum habere non præſumitur, qui infra paucos dies propalauit.*
12 *Princeps ſuis ſtipendijs debet capere malefactorem.*
13 *Baro non tenetur uaſallum poſitum ſub banno magnæ curiæ capere, ſed tantum expellere.*
14 *Domus communis an debeat deſtrui, ſi is qui deliquit habet partem inferiorem.*

AD §. RECEPTATORIBVS.

1 RECEPTATORIBVS.) Qui
latrones, & eorum ſurrepta recipiūt,
& occultant. Gram. in ver. receptor.
ſcientes prudentesſque. l. cum ſatis. §.
nemini. C. de agrico. & cenſi. ac dolo
malo. glo. in l. 1. in ver. recepiſſe, ff. de ſeruo corru.
2 Etiam) Quæ, dictio implicat caſus, in quibus nō
militat eadem, ſeu tam potens ratio. Alex. in conſi.
23. nu. 9. 5. volum. Malefactorum, qui prædictam
3 pacem violauerint. & Prædam) Quæ dicitur a pa
riendo, quaſi parida & manu parata ſit, & propriè
eſt ipſum corpus, quod captum eſt. Gram. in ver.
præda. Ementibus, noſtram indignationem ſubi-
turis.) clem. 2. de hæret. clem. 1. §. quibus, in princ.
de priuil. clem. 1. de celebra. miſſa. & c. vni. §. fina.
4 de ſtatu regula. in 6. Iſta pęna debet timeri, nam
in Principe non recognoſcente ſuperiorem, eſt ar
bitraria. Afflict. in conſti. inconſutilem, in 26. not.
poſt numerum 48. de hære. & patera. Et eiſdem
pęnis feriendis.) Quia receptator non minus de-
linquit, quam aggreſſor. l. 3. poſt prin. ff. de incen.
rui. & nauf. Ideo punitur eadem pęna, qua rece-
ptatus. Afflict. hic in 1. not. nam uidetur quaſi cō-
ſentire delicto ipſorum. Præpo. hic in princ. Præ-
5 terea.) Componitur ab ea, & præter: quaſi pręter
6 ea. Gramma. in ver. præterea. Bona] Quibus om-
nia obediunt. Lucas in l. omnes omnino. colum.
2. poſt princip. C. de decurioni. Eius publicentur.)
Publica faciendo per conſignationem reipublicę.
Gramma. in ver. publico. Et domus eius deſtrua-
7 tur.) Et ſic in deteſtationem criminis, res inanima
ta punitur. Iſer. ubi late in §. & iterum ſi clericus.
poſt numerum 23. de cap. Corrad. Aluaro. hic, in
§. præterea, num. 2. & propter metum ſimilia com
mittentium. Iſer. hic circa fin. numero 35. poſt me
dium, & propter enormitatem delicti. Prępoſ. hic,
in § præterea. poteſt iudex contra delinquentem
procedere ad combuſtionem domus. Pariſ. de ſin-
dic. in ver. contumacia. cap. primo, in fine. Qui pa-
cem iurare & tenere noluerit, beneficio & le-
8 ge pacis non fruatur.) Quia cum reproba-
uerint, non debent ex ea commodum repor-
tare. glo. prima, in ſimili, in cap. fi. de vita & hone-
ſta. cleri.

Declarato textu impugnatur eius determina-
tio. Et primò, hoſtes & transfugæ viui concrema-
runtur. l. aut damnum, §. hoſtes. ff. de pęnis. & ta-
men qui hoſtem fugientem non ignorans diu oc-
cultauit, in inſulam relegatur. l. metrodorum, cod.
tit. de pęnis.

Secundò, pęna eſt menſura culpæ. glo. in ex-
trauag. commu. prin. in ver. imponere. de priuileg.
Sed punire delinquentem & receptantem, eadem
pęna, in altero ipſorum eſſet exceſſus, quia aliud
eſt eſſe tale, aliud haberi pro tale. Bal. in conſi. 12.
num. 4. 3. volum.

Vltimò, non debent publicari bona, ſed ge-
neri relinqui. §. oportet. Authent. de manda.
princip.

His non obſtantibus, determinatur contra-
rium: quia cum aliorum errores defendant, a crim
puniri debent: etiam quia ſine ipſis diu delinquē
tes manere non poſſent, cap. excommunicamus,
lo primo, §. credentes, in ver. receptatores. de hæ-
reticis. & hic in uer. receptatoribus. vbi Aluar. nu.
1. & Præpo. in prin.

Qua ſtante, non obſtat Primum; nam ex quali-
tate perſonarū, & factorum conditio moderatur.
Iſer. in §. ſi miles, in fin. ſupra, de pace tenen. nec fit
extenſio in pęnalibus, etiam quod ſit eadem ratio.
l. ſi uerò. §. diuortio. ſolu. mat.

Non obſtat Secūdum, nam quādoq; pęna gra
uis pro paruo delicto imponitur. l. 1. C. de primi-
cerio, & ſecundicerio.

Vltimum non obſtat, nam cum res recipiat cō
ditionem a perſona. Iſern. in §. huius autē generis.
num. 12. circa fin. ex quibus cau. feud. amitt. priua-
tur quandoque bonis. infra, quæ ſint rega. in
uer. & bona commitți. Et ſic firma rema-
net con-

9 net concluſio, quod receptans punitur eadem pœna, quia punitur delinquens.

Intellige habere locum, tam in maſculo, quàm in fœmina: nam etiam mulier ob latronum ſocietatem exulare iubetur. l. vim paſſam. §. 1. ff. de adulteriis. & tam ſi receperit extraneos, quam coniunctos. Bal. ſupra. §. præceden. num. 3. licet, ſi eſt coniunctus, minoratur pœna. Alexand. in conſi. 144. num. 10. 2. volum. l. 2. ff. de receptato. niſi ſit hæreticus. Aluar. in §. credentes, poſt principium, de ſtatu. & conſuet. contra liberta. eccleſiæ. & procedit tam in Burgenſi, quàm in Barone: nam ſi receptat latronem in caſtro ſuo, & requiſitus recuſat offerre, amittit feudum. Cap. in uer. feuda amittuntur. ibi, quinquageſimotertio. & eſt pragmat. Regis Ferdinandi, nuper accepimus, ſub rubr. de receptatoribus malefa. & habet locum, non ſolum ſi receptauerit, verum etiam ſi tranſeuntem cum rebus furatis per domum vel maſſeriam, potuit capere & ducere ad iudicem, & non fecit: nam punitur, ſed non ſimili pœna. Afflict. hic num. t. poſt medium. vel ſcienter emit. Præpo. hic circa med. ſcilicet prædam a violatoribus pacis. Aluaro. hic, numero ſecundo. Idem in receptatoribus exploratorum: nam puniuntur pœna capitis, uel componuntur in 900. ſolidis. l. 4. C. de malef. & publi. crimi. in Longobar.

Limita, dummodo ſcienter hoc fecerit, vnde debet probari iſta qualitas, vt in eo qui recepit bãnitum. Bart. in l. omnes, num. 2. C. de agri. & cenſi. & requiritur quod ſciant, & non ſuſpicentur. l. 2. ad leg. Iul. de adult. nec habet locum ſi receptat propter terrorem, quia tunc non incidit in pœnam receptantis bannitum. Cap. in ver. feudatariorum excuſationes, poſt principium. & procedit in receptatione per cohabitationem vel contubernium. vnde ſi ſemel tantum receptauit dando ad bibendum, vel ſemel dormiuit ſecum, vt ſæpe accidit, non punitur de receptatione. Afflict. in cap. ſi clericus, in 1. nota. de pace tenen. Lucas in l. vni. col. 2. circa fin. C. de colo. tracen. & in l. 2. de fugiti. colo. patri. nam latitare, vocitare, lectitare, actitare, caſitare, acceptare, & receptare, denotant frequentiam, & actum continuum. Idem Lucas in l. 1. col. 2. poſt princ. C. de deſerto. nec habet locum, ſi caret dolo, quia tunc debet carere & pœna. Idem Lucas in l. 1. colum. 1. & 3. d. tit. C. de deſerto. & ſi fauet ad fugam, tenetur vt fautor. Aluaro. hic, col. 2. poſt med. & Præpo. circa med.

10 Nota, quod recipere, eſt refugiũ præſtare abſcondendi. Placen. in Sum. poſt Azo. C. de agri. & cenſi. poſt num. 12. tam ſi fiat in ſuo, quàm in alieno. Idem vbi ſupra, de colonis illirica. in fi. & dicitur receptare non ſolum per cohabitationem, ſed etiam per contubernium, ſi ſciens hoc fecit: ſecus ſi ignorans. Probatur autem ſcientia per famam, ſi receptatus ſit hoſtis ciuitatis, ſecus ſi eſſet coniunctus ſanguine, quia mitius punitur. Præpoſi. in d. §. ſi clericus. in princip. & hic circa medium. Pariſ. de ſind. in ver. tortus, cap. 3. poſt numerum nonũ. Caſſan. in conſuet. Burgun. rubr. 1. ibi, droicts. d. Icelhs. nu. 64. & 65. & §. 5. in prin. ubi etiam, quid in caupone, & eo qui receptat cauſa amoris. num. 10. Item nota, quod eiſdem pœnis quibus puniuntur violatores pacis, puniuntur illorum receptatores. Iaco. de Ardizo. in Sum. de pace tenen. ibi, & quilibet maior. poſt princip. & aggrauatur culpa receptatoris, attenta qualitate perſonæ quam receptauit. Luc. in d. l. prima, columna quarta, poſt principium. C. de deſertor. Item non præſumitur

11 habere animum receptandi, qui infra paucos dies propalauit. Bald. in conſil. 250. num. 10. circa fin. 1. volumine.

Vltimò, qui receptat conſanguineum vel affinem mitius punitur. Iſern. hic, circa princip. Vnde ſi licet occidere hoſtem, non tamen hoſtem conſanguineum. Afflict. in §. & ſi clientulus, numero 14. de aliena. feud. illud minus, in quo punitur receptans conſanguineum. Iſer. dicit eſſe arbitrariũ. l. prima, §. primo, ff. de effracto. iure Longobardo non fit iſta differentia. Aluar. hic, columna ſecunda, circa fin. & §. credentes, columna fi. in princ. de ſta. & conſue. contra liber. eccle. Præpoſi. hic circa fin. an autem quis teneatur publicare malefactorem. capit. primum, 22. quæſt. ſecunda. quod tenetur indicare furtum. c. quod quidam. §. item aurum, glo. in uer. furti, 1. quæſt. t. ſed an comprehendere, & capere? Iſer. videtur tenere, quod ſic, repertũ, ſ. in flagranti, de iure Longobardorum, vel ſi nõ habetur copia iudicis: nam capitur vt ducatur ad iudicem. l. 1. §. vnuſquiſque, ff. de ſeruis fugit. de fugiente eſt. l. 1. vbi gl. C. de curia. vel cohorta. de iure ciuili non, niſi ſit proditor Regis. In regno Carolus prim. per ca. nuper apud Tranum. vult, quod capiat & clamet vt capiatur. Sed loquitur in caſu

12 ſuo, nec extenditur ad alios, quia Princeps ſuis ſtipendiis debet capere malefactores: nam idcirco habet tributa, & reditus regni. Iſern. in conſtitu. pœnam eorum, circa fin. adeo quod illud non extenditur ad foriudicatos. Afflict. in d. conſtit. pœnam, num. 86.

Quid ſi officialis requirit incolas ad præſtandum auxilium pro capiendo malefactore, & illi non ſolum non capiunt, ſed procurant ut fugiat? dic, quod tenentur præſtare eidem auxilium, & negligendo tenentur condictione ex. l. 2. C. de his qui latro. Pariſ. de ſind. in ver. brachium, poſt prin. An autem teneantur iudicare malefactorem. Al-

13 uar. hic, circa fin. Baro verò non tenetur vaſallum poſitum ſub banno magnæ curiæ capere, & tradere, ſed tantum expellere. Afflict. in d. conſti. pœnã, in ulti. nota. poſt numerum 87. ſed an ſicut receptans cõſanguineum uel affinem mitius punitur, idem ſit ſi conſanguineum repertum in flagranti eripuerit. Iſern. hic, poſt numerum trigeſimum. Lucas in l. 3. in fin. C. de exacto. tributo. & uidentur tenere, quod ſit maius delictum, eripere, quod eſt e manibus per raptum auferre, quàm receptando occultare. l. quarta, ff. ne quis eum qui in ius vocat. eſt. ſucceſſiue, vbi plus delinquitur, ſeuerius vindicatur. ca. inter dilectos, de exceſſib. prœla. l. ad dictos, C. de Epiſc. aud. & maius eſſet, ſi damnatum eriperet. Iſer. hic, poſt nu. 31. quando portatur ad ſupplicium. Idem Iſer. quę ſint reg. in ver. & bona committentium. num. 74. circa med. quia tunc nec licet occidere, etiam quod debuerint eripi per uiam, niſi hoc haberet in mandatis. Marſ. in Pract. crim. §. aggredior. num. 24. & 41. Afflict. in d. conſt. pœnam, in 12. not. circa fin. poſt num. 75. Ang. de maleſ. in ver. fama publica præced. ibi, tertiò quæritur. colum. 1. & 2. & eſt textus, in l. fi. C. de maleſi. & math.

Quatenus hic dicitur domũ deſtrui, quomodo ſi in perſona debet fieri diſtrictio non in rebus:

& non bona ſed perſonæ delinquunt. vnde Deuteronom. 20. in fin. dicitur, non ſuccides arbores de quibus veſci poteſt, nec ſecuribus per circuitũ debes vaſtare regionem, quoniã lignum eſt. Dic, quod res puuitur ex cauſa, & in duobus caſibus domus, non ſolum uenit publicanda, verum etiam demolienda; videlicet propter contumaciam & pacem violatam. Lucas in l. vni. poſt principium. C. ſi curialis relicta ciuitate, &c. primum caſum intelligit Iſern. hic in magna contumacia, puta quia inuentus dicit, nolo venire. l. fulcinius, §. ſed is. ff. ex quibus cau. in poſſe. eatur. & iudex ſpretus ſit in magna adminiſtratione, quia tunc etiam qui cõtemnit ſtatim perdit feudum. §. item qui domino, quæ ſit prima cau. bene. amit. ſecus in contumacia ciuili, vel ſi contemnit vnum baiulum. Iſern. hic, in addit. num. 32. Secundus caſus patet in textu, licet aliqui tenuerint contrarium, & dicunt, quod. l. ſi is cum quo. commu. diuidu. denotet accidentiam facti, non quod ſic fieri debuiſſet. l. ſed licet, de offic. præſid. & tenetur magiſtratus qui damnum dedit. l. eum quem, de ædil. edi. & non tenetur ſocius de iniuria iudicis, ſed agit contra iudicem, qui fecit litem ſuam. l. ex maleficio. §. ſi iudex. de actio. & obliga. & tenetur de ſuo reſarcire. l. ſi uerò. C. de his qui latrones. vnde nec etiam pro debito publico debet domus deſtrui. l. cætera. §. hoc Senatuſconſultum. & ſequen. de legat. 1. Præpo. hic, in §. præterea, in fi. vnde ſumpta occaſione ex. d. l. ſi is cum quo. vnus ex ſociis qui habet domum communem, ſi committit delictum propter quod debet deſtrui domus, & habet partem inferiorem,
14 an debeat deſtrui tota. Bar. in l. Aitheius, §. de eo opere, de aqua pluuia arcen. & Iſer. hic, num. 34. tenẽt, quod ſic, quia ſicut vno inſtante fit diuiſio. l. antepenul. in fi. commu. diuidun. ita illo abſente per contumaciam iudex diuidit. l. ſecunda, ex quibus cau. in poſſe. eatur. quia eſt facti. l. inter ſtatilianum, de arbitris. & potuit ſi eſt de maioribus iudicibus. l. prima, C. ne ſine iuſſu princip. cæteris iudic. liceat confiſca. & non tenetur ſi fecit zelo iuſtitiæ. l. penul. ff. de ſicariis. ſed ſi alteri dedit damnum, non ipſe ſed fiſcus tenetur. Pariſ. de ſindic. in ver. captura. cap. 7. in fine. & ſi ſcus ſoluit pretium partis non delinquentis, quia publica vtilitas hoc exigit. l. 3. §. utrum. ff. ad Sillania. l. prima, C. in quibus cau. ſerui ꝓ premi. libert. accipi. debet tamen pars petere, aliàs ſibi imputet. regu. quod quis ex culpa ſua. ff. de regu. iuris. & ſocius ſi non vult ſoluere tatam domus fiſco, deſtruitur. Afflict. quib. modis feu. amit. in princ. num. 22. in fin. & hic, nume. 7. & hoc uidit obſeruari, licet ſecundum quoſdam dicit eſſe correctum. Iſer. hic, num. 33. circa finem. & eſt dictum infra, quæ ſint rega. in ver. contrahentium inceſtas nup. poſt num. 43. Alue. hic, in §. præterea, num. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Illicita dicuntur non ordinaria, nam ordinaria dicuntur legitima.*
2 *Exigere eſt iuſte, interdum iniuſte petere.*
3 *Maxima, dictio, abundat.*
4 *Abuſus ex opinione erronea dicitur.*
5 *Caſtrum & ciuitas non differunt, niſi ſicut parua ciuitas & magna.*
6 *Omnino, dictio, habet naturam præciſam.*
7 *Ciuitas uel laicus qui aufert collectas eccleſiæ, tenetur in duplum reddere eius quod exegit.*
8 *Illicitæ exactiones maxime ab eccleſijs prohibentur, & exactores puniuntur in duplum.*
9 *Eccleſia pro quibus tenetur.*
10 *Caſtra, turris, & fortilitia, plerumque fiūt ad æmulationem.*
11 *Sapiens eſt qui non petit illicita.*

AD §. ILLICITAS.

ILLICITAS.) Dicuntur illicitæ, non ordinariæ, nam ordinariæ dicun-
1 tur legitimæ. 3. in verb. legitima, &
ſequen. ff. de crimi. ſtelliona. Etiam.)
Quæ auget, & non reſtringit. Bald. in conſil. 209.
2 num. 2. & 4. 3. volum. Exactiones.) Licet exigere
ſit iuſte petere, interdum iniuſte. Lucas in l. in fi-
3 ſcalibus. C. de exacto. tribu. Maxime.) Abundat.
Iſern. in conſtitu. ſancimus, circa princ. de matrimo.
contrah. Ab eccleſijs.] Quę debent defendi ab
Imperatoribus. cap. Maximianus. & c. ab Impera
toribus. 23. quæſt. 3. & non tenentur ad ſolutionẽ
gabellæ. Loffr. in con. 24. num. 21. Quarum abu-
4 ſus.) Sua putando. l. ſi uerò, la 2. in glo. 2. ff. de rei
vendi. iam per longa tempora, viginti ann. l. 1. & 2.
cum ibi not. C. de longi tempo. præſcr. Inoleuerit,
5 per ciuitates & caſtellã.) Quæ inter ſe non differunt
aliter, quam ſicut parua ciuitas a magna, &
tanquam membrum a corpore: quia caſtrum eſt
membrum ciuitatis. Afflict. in conſt. caſtra. num. 8.
6 de nouis ędificiis. Omnino) Quod habet naturam
præciſam. Dec. in conſ. 1. nu. 4. Condemnamus.)
Damnamus. Gramma. in uer. condemno. Et prohibemus.)
Et ſic licet in ſolutione vectigalium attendatur
conſuetudo. Afflict. in §. ſi quis aliquem.
poſt numerum 8. de pace ten. & conſuetudo habeat
vim priuilegii, & facit qđ poſſet facere princeps.
idem Affli. in c. 1. num. 3. de feu. cogn. intelligitur
de tricennali, uel illa quæ excedit memoriã
hominum, quę in exactione uectigalis requiritur.
l. locatio. §. pen. de publi. & vectigali. ſecus de præſcriptione
decem vel 20. ann. Cap. in cap. Imperialem.
§. vnde Imperator. in princ. de prohi. feu. alie.
per Fre. tunc ſi quid ultra antiquam conſuetudinem,
vel imperialis iuſſionis modum fuerit exactum,
punitur. l. fi. C. noua vectig. inſtitui non poſſe.
& omne eſt illicitum, niſi probetur licitum. gl.
fi. in l. 1. ff. de offi. præfe. urbis. & illicitas exactiones
ex uiolentia factas prohibet pręſes prouincię.
l. illicitas, ff. de offic. præſidis. & qui extorſit, ciuiliter
& criminaliter punitur. d. l. locatio. §. quod illicite,
extortum reſtitui iubet. l. 3. d. titu. C. noua
vectiga. inſtitu. non poſſe. l. etiam. C. de furtis. & ſi
factæ fuerint in duplum reddantur: ſed non efficitur
infamis. l. ſecunda. C. ex quibus cau. infam.
7 irrogatur. Et ſic ciuitas vel laicus, qui aufert collectas
eccleſiæ, tenetur in duplum reddere eius,
quod exigit. Archid. in cap. attendendum, 17. quæſtio.
ſeptima. ita per iſtum textum Abb. in cap. 2.
poſt num. 10. & 15. de immun. eccle.

Declarato textu, reddebatur dubia eius determinatio. Et primò, a ſolutione uectigalis nemo ẽ immunis: adeo quod ſi profertur principis reſcriptũ immunitatis, pręſumitur ſubreptitium. l. omnes. & ſeq. cũ l. pen. C. de uectig. & commer. tãto magis, quia omnes naſcuntur & prodeunt cum habilitate &

tate & aptitudine vectigalia recipiendi. Pernus in conſi. 17. colum. 2. poſt pri. Secundò vectigal eſt octaua para eius, quod vehitur. Iſer. quæ ſint regal. in ver. vectigalia: ſed in iis quæ cohærent rei, nemo excuſatur, niſi ex priuilegio particulari. l. ſunt munera. & ſeq. ff. de vacatio. & excuſa. mune. hic non apparet de priuilegio io contrarium: ſucceſſiue dicitur licita exactio. Vltimò, etiam quòd eſſet illicita, non omne illicitum punitur. l. hæres in fundo. in glo. fin. ff. de vſu & vſufru. leg. gloſ. in l. pen. ff. de his qui notan. infam. l. at ſiquis. gl. ver. in eum. de religio. & ſump. fune.

His non obſtantibus, determinatur contrariū, propter peſſimum genus publicanorum. Lucas in l. vnic. poſt pri. C. de litto. & itine. cuſto. qui ſunt fu ribus deteriores, vt ibi. & in l. 1. circa fin. C. de veteranis.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam dictum generale reſtringitur de habilitate. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bono. poſſe. contra tabu. videlicet, quòd nullus ſit immunis præter eccleſiā, quæ habet priuilegium clauſum in corpore iuris. l. placet. C. de ſacroſan. eccleſ. l. placet. C. de naui. non excuſa. Secundum oon obſtat, nam res ſumit cōditionem a perſona. l. vni. de impone. lucra. deſcri. & mutatione perſonæ mutatur cōditio rei. Loſtr. in c. 1. colum. 2. circa med. qualiter vaſal. iurare debeat fideli. Vltimum oon obſtat, nam in iſto caſu punitur, ut hic, & annullatur actus, quia non dicitur fieri quod non legitime fit. glo. 2. in l. volgo, de ſtatu homi. & ſic firma remanet cōcluſio, quòd
8 illicitæ exactiones maxime ab eccleſijs prohibentur, & exactores puniuntur in duplum.

Extende, idem eſſe in epiſcopo, qui non poteſt vltra quantitatem debitam etiam oblatam a clericis accipere. c. placuit. 10. quæſtio. 3. & ſi eſt prohibitū exigi a laicis, multo magis a clericis. Præpo. hic in pri. Idem in eo qui Romipetas & peregrinos nouis grauat exactionibus. c. ſi quis Rom. petas. 24. quæſt. 3. qui non ſolum punitur in duplū vt hic, uerum etiam excommunicatur. c. ille qui. ea. cau. & quæſt. adeo quòd prohibetur nō ſolum poſtulare illicitum, uerum etiam affectare. Lucas in l. comperimus. colum. 2. in prin. C. de proxi. ſacro ſcrin. Limita, niſi feciſſet iuſſu ſuperioris, quia iuſſus iudicis facit licitum, quod aliàs non liceret. l. furti. §. qui iuſſu. in glo. 1. ff. de his qui notan. infam. & intellige in extraordinarijs, & ſordidis, ſecus in piis. Cap. in ver. regalia. ibi, collectæ. ver. ec-
9 cleſiæ, & ſeq. item niſi ſit præſcripta. Lucas in l. viros. colum. 2. circa med. C. de diuer. officiis, & in caſibus de quibus Iſer. hic, cum modificatione de qua in cap. generaliter. §. nouarum. 16. quæſt. 1. nā tenetur eccleſia ad munitionem ciuitatis, quādo ſit ad refectionem vel tuitionem neceſſariorū: ſecus ſi ſit ad ornatum, uel ſit eccleſia mendicantium. Bal. de pace Conſta. in ver. imperialis. num. 15. ſicut non teneretur ad refectionem murorū, ſi ciuitas de nouo vellet facere ſpontaneo motu, ad ornatum & pompam ciuitatis. Idem Bal. in cōſil. 310. ante & in nume. 3. 3. volu. Lucas multa in l. ſi. colum. 2. in ſi. & 3. in prin. C. de exacto. tribu. in l. 2. & 3. circa fin. de quibus muni. vel præſta. nemini liceat ſe excuſa. quia caſtra, turris, & fortilitia ſiunt, nedum ad conſeruationem perſonarum,
10 ſed etiam rerum & fructuū, licet plerunque ſiāt ad æmulationem. Boer. in deciſ. 19. poſt nume. 1.

Idem in conſtructione aquæ ductus: nam quilibet tenetur non obſtante priuilegio dignitatis. l. ad portum. C. de operi. publi. ad refectionem viæ publicæ, portum, & ſtratarum. l. abſit. C. de priuileg. domus Auguſti. §. ad hæc. Aut. de eccleſiaſt. titu.
11 Nota quòd ſapiens eſt, qui non petit illicita. l. non idcirco. C. de reſcind. vend. & prætextu officii non debet quis illicitas exactiones præſumere. no. in c. ea quæ. de cenſi. ſed illicitum debet conuerti in licitum. l. legatum ciuitati. ff. de vſu & uſufru. legat.

SUMMARIUM.

1 *Item: hac dictio repetit ſuperiora, ut non diuidat.*
2 *Sacramentum quot modis capitur.*
3 *Puberes qui dicantur.*
4 *Sponte, ideſt uoluntarie.*
5 *Super, ideſt, in.*
6 *Contractus, duplex, quid cōtinet, & uenit eius appellatione.*
7 *Inuiolabiliter, ideſt incorruptibiliter ſine violatione vel corruptione aliqua.*
8 *Ter, præpoſitio auget.*
9 *Vis, compulſiua, ablatiua, & turbatiua.*
10 *Metus eſt trepidatio mentis, cauſa inſtātis uel futuri periculi.*
11 *Etiam, includit poſitum ante, & implicat ſimile.*
12 *Maxime, ideſt præſertim, & econtra.*
13 *Iuramentum, ne delicta remaneant impunita, non tenet.*
14 *Exigere & extorquere, ſonant in uitium.*
15 *Lex & Rex funguntur uice Apoſtoli.*
16 *Puberes cum iuramento ſponte præſtito obligātur, ſecus ſi per uim & metum ſit extortum.*
17 *Iuramenti forma, & quis non cogatur iurare.*
18 *Minor contrahens & iurans non contrauenire, perdit beneficium reſtitutionis.*
19 *Iuramenti relaxatio ſit per epiſcopum & eius vicarium, & quando per Papam.*
20 *Iuramentum multa operatur.*
21 *Oratio quid ſit, quid orare, de eius efficacia, et quid ſi orando aliud cogitet.*
22 *Notarius facto inſtrumento non poteſt aliquid addere, & quid ſiet, quando uenit aliquid addendum.*
23 *Acceptatio non ſemper requiritur in contractu.*
24 *Minor ſi uendidit & iurauit, & antequam tradat cecidit a poſſeſſione, ſi res peruenit ad eum poſtea, tenetur tradere.*
25 *Contractus inter patrem & filium, iuramento firmatus tenet.*
26 *Male & incaute promiſſa, non debent ſeruari.*
27 *Pœna periurij quæ ſit.*

AD §. ITEM SACRAMENTA.

ITEM) Iſte textus fuit factus ad tollendam altercationē Bulga. & Martin. Aluar. hic in prin. eſt mors & deſtructio adulterorum. Lucas in l. 3. colum. 2. poſt med. C. de præd. curia. Henricus ſepeimus voluit eum corrigere, ſed morte præuentus non potuit. Præpoſ. hic in prin. Aluar. colum. 4. circa med. poſt nu. 2. & Affli. nume. 4. circa med. & in 6. not. nume. 10. in fin. tamen licet videatur dura deciſio, habet rationem in ſe, uidelicet bonū

animæ

animæ & reuerentiam Dei. Præpoſi. hic, cir. prin-
cip. & poteſt iuramentum per ſtatutum laicorum
reſtringi, limitari, & tolli. Paul. de Caſtr. in cõſilio
53. numero 4. 2. volum. Præpoſit. hic, poſt princ.
& fuit confirmata non infirmata per ius canoni-
cum, & tollit tam nullitatem quæ prouenit ratio-
ne minoris ætatis, quàm beneficium reſtitutionis
in integrum. Pau. de Caſtr. in conſi. 29 . colum. 2.
1 2. volum, & ſic, Item) Repetit ſupertota, vt non di
uidat. Iſern. in rub. Epiſco. vel Abba. Sacramenta.)
2 Quæ ſunt ſacræ rei ſigna, vt in ſeptem ſacramen-
tis Eccleſiæ. Diuus Thom. in prinC. Epiſtolarum,
Pauli ad Corinth. 1. illa habent ſacramentum &
virtutem ſacramenti. cap. peccatum, circa fin. de
pœniten. diſtinct. 4. alibi dicuntur ſecreta maximè
rerum ſacrarum. Tobiæ cap. 12. ſacramentum Re
gis abſcondere bonum eſt, opera autem Dei reue
lare & confiteri honorificum eſt: Iuramenta verò
quia habent Deum iudicem. l. fi. §. quod ſi actor.
C. de iureiuran. & teſtem, glo. in §. fin. Auth. qui-
bus modis natu. effic. ſui. tanquam huius rei ſigna
dicuntur ſacramenta, quæ apud leges ſunt in ma-
xima veneratione. §. quia verò, circa fin. Auth. de
iudici. habent Deum vltorem, l. 2. C. de rebus cre-
dit. & iureiuran. & pro ipſorum obſeruantia ius ca
nonicum ſeruatur. cap. 2. de iureiuran. in 6. & eſt
duplex; forme, quando eſt cum cauſa, & informe,
ſine cauſa. glo. in §. item ſi quis poſtulante, in ver.
deberi. Inſtit. de actio. Bald. in conſi. 305. poſt prin
cipium, 4. volum. ſicut in confeſſione formi & in-
formi. Iſer. hic, poſt numerum 42. & fides infor-
mis, & alia formata per charitatem. Diuus Tho-
mas, 1. ad Corint. 3. ibi, vnuſquiſque, columna 5.
3 in prin. Puberum) Maiorum 14. annorum ſi ſunt
maſculi, & ſi fœminæ, 12. glo. 1. hic. Vnde canones
prohibent paruulos ante 14. annum iurare. c. par-
uuli, & ſeq. 22. q. 5. quis dicatur proximus puber-
4 tati. Iſer. hic, num. 43. Sponte.] Ideſt voluntarie. l.
voluntarie. & ibi gl. C. de excuſa. tut. ſecus ſi non
ſponte, quia per vim & metum. Aluaro. hic, col. 3.
cir. med. Cum iuramentum non ſuppleat defectũ
conſenſus. l. fi. C. de non num. pecu. quam Dec. ad
hoc allegat in cõſi. 374. cir. fi. 3. vol. Facta Super.)
5 Ideſt, in cum inter alia ita dictio prædicta expo-
natur. Lucas in rub. de ſuperexactis. Contracti-
bus.) Etiam ſine decreto factis. Aluaro, hic, &
inter Iudæos. Præpo. hic, poſt nu. 1. eſt autem con-
tractus duplex, nominatus & innominatus. glo. in
6 l. iuris gentium. in ver. facias. ff. de pactis. continet
tria, conuentionem, obligationem, & actionem.
glo. rub. C. de rei vxo. actio. eius appellatione ve-
nit teſtamentum. Lucas in l. vnica. in fi. C. non li-
cere habi. metroco. delictum. Bald. in §. aut ſi libel
lario. in prin. quibus modis feu. amit. ſed non ve-
nit donatio, quando loquimur de contractu pro-
prie. Idem Bald. in conſi. 139. nu. 5. 2. uol. licet cõ-
tractus feudalis, & donatio, quo ad reuocationem
ex capite ingratitudinis æquiperantur: differunt
tamen in quatuor. Affli. in §. prædictis. nu. 5. quę
ſit prima cau. benefi. amit. Rerũ ſuarum) Vel alio-
rũ quæ putabat ſua. l. ſeruos autem ſuos. de leg. 3.
ſecus ſi ſciebat eſſe aliena, & iurauit: nam nõ poſ-
ſit allegare ad euitandum periurium, quia allega-
ret turpitudinem ſuam. l. tranſactione la 2. in glo.
C. de tranſact. Iſer. hæc in ver. rerum ſuarũ, aliàs ſi
eſſet ſuper contractibus rerum alienarum, puta
quia conſentiit pacto futuræ ſucceſſionis. l. fin. C.
de pactis. poſſet reuocari. Boer. in deciſ. 204. nu-
me. 20. vel ſi iurauit de ſuo teſtamento, non valet,
ſi de teſtamento alterius ſic. Præpo. hic nu. 4. in fi.
7 Non retractandis, inuiolabiliter) Ideſt incorrupti
biliter, ſine violatione vel corruptione aliqua.
Boer. in deciſ. 23. num. 22. Cuſtodiantur) Ideſt ob
ſeruentur. Gram. in ver. cuſtodio, nam qui promi-
ſit cum iuramento, tenetur præciſe, nec poteſt pę-
nitere. Caſſa. in cõſue. Burg. rub. 11. §. 3. ibi, & Sil.
nu. 16. nec confirmatur contractus, ſed iurans
aſtringitur metu reatus periurii ad illius obſeruan
tiam. Loffr. in conſi. 33. nume. 2. Per) Præpoſitio
8 hęc auget. Lucas in l. 3. colũ. 2. circa med. C. de pri
uil. ſchola. Vim autem & iuſtum metũ) Dicit vim
quo ad corpus, metũ quo ad animũ. l. 3. in glo. 1.
C. de his quę vi metuſue cau. & intellige, tam ſi
9 ſit vis compulſiua, quàm ablatiua vel turbatiua,
& metus tam ſi ſit verborum quam rerum, & fit
per partem vel iudicem. c. ad audientiam. in glo. 2.
& c. cum dilectus. in verſi. metum. de his quæ ui
metuſue cauſa. dicit iuſtum, quia vani timoris, nul
la eſt æſtimatio. glo. fin. circa med. in l. eleganter. §.
fin. ff. de condi. indebi. ſecus ſi fieret promiſſio ab
intruſo in carcerem, in beneficium detentoris:
nam etiam quod iuraret ſoluere & non contraue-
nire, non tenetur: nec eſt periurus. Bald. in conſil.
247. 2. volum. Eſt autem metus trepidatio men-
10 tis, cauſa inſtantis vel futuri periculi. capit. vni. in
ver. vim. de his quæ vi metuſue cau. fiunt, in 6. &
eſt triplex, concuſſiuus, impreſſiuus, & ſuſpicio-
nis: vel duplex, expreſſus & tacitus, ſeu velatus.
Loffr. in conſi. 17. nume. 15. & 37. iſte attenuat,
quandoque tollit, aliquando non adimit pecca-
tum. glo. in c. in primis. in ver. metu. 2. quæſt. 1. cau
ſat dari repetitionem. l. accuſationis. cũ ibi not. d.
tit. de his quę vi metuſue cau. C. & minor nõ aſtrin
gitur iuramento, ſicut ſi faceret contractus a iure
reprobatos, vel eſſet minor habens curatorem, &
contraxit ſine eo, ſecus ſi maior quindecim, vel in
regno 18. annorum. Iſer. de natura ſucc. feu. poſt
nume. 30. Etiam) Includit poſitum ante. Iſer. in §.
11 ſcriba. colum. 1. circa fin. de prohi. feud. aliena. per
Fre. & implicat. ſimile idem Iſern. in Auth. habi-
ta. in princ. de ſtatu. & conſu. contra liber. eccle. A
maioribus.) Quia qui per metum vult, nihil vult.
Bal. de pace Conſtan. in ver. item volentibus. in fi.
12 Maxime) Ideſt præſertim, & econtra. Zaba. in cle,
in pleriſque. in princ. poſt num. 15. de electio. glo.
& Abb. in cap. ad hæc. de filiis presbyt. Vel quæ-
rimoniam) Querelam vel lamentationem. Gra. in
uer. quærimonia, Maleficiorum commiſſorum fa-
ciant) Quia iuramenta non tenent, ne delicta re-
13 maneant impunita. Lucas in l. vnica. colum. 14. in
fin. & ſeq. C. publicæ lętitiæ vel conſu. Præpo. hic,
14 nume. 1. in fin. Extorta) Quod ſonat in vitium]
violentiæ vel fraudis Zab. in clem. 2. in ver. inqui
ſitoribus. colum. 2. in fin. de hæreticis. in clemen.
2. §. ſane. in prin. de pœnis. & in clem. fin. nume. 3.
de cenſib. Nullius eſſe momenti iubemus] Impe-
15 ramus, præcipimus: nam lex & Rex funguntur
vice Apoſtoli. Alex. in conſi. 125. poſt nu. 2. 1. vo
lumi. & 151. poſt nume. 4. & 5. 7. volu. Iſern. in §.
ſed nec eſt alia inſtior. poſt nume. 35. quæ ſit pri-
ma cau. benefi. amit. Affli. in conſtit. conſtitutionẽ
diuæ memoriæ. in 7. not. nu. 35.

Declarato textu, dubia reddebatur eius deci-
ſio, & Primò, conſilium minoris eſt fragile & in-
firmum.

firmum. l.1.ff. de minori. iuramentum nihil operatur, nec auget conſenſum, ſed ſicut inuenit confirmat. Bald. in conſi. 347. nume. 6. in fin. 3. volu. vnde ſi nullum inuenit, non poteſt nullum confirmari. Idem Bald. in conſi. 181. poſt nume. 1. 1. volumi. tanto magis, quia confirmatio eſt rei promiſſæ: vnde ſi promiſſio eſt nulla, iuramenti exhibitio nulla erit. Zaba. in clemen. vni. §. cæterum in uer. porrò. in 6. not. de iureiur. Secundò, non dicitur contractus, vbi deficit conſenſus. l. 2. §. ſi a pupillo. in ver. vtilitas. ff. pro emptore. minor non habet conſenſum. l. ſi miniſterium. C. de liberali cau. ergo etiam quòd interueniat iuramentum non valet: quia iuramentum aſſumit naturam contractus ſuper quo interponitur. Loffr. in conſi. 41. nu. 20. & poſt nu. 21. Tertiò, iuramentum ſemper regulatur ſecundum contractum in quo apponitur. Afflict. in cap. 1. nume. 5. de feud. guar. nec alterat, ſed ſequitur eius naturam. Ludo. de Moli. de Hiſpa. primog. lib. 4. cap. 2. nume. 56. nulli dubium, quòd ſine iuramento contractus minoris non valeret: quia non habet velle nec nolle. in reg. pupillus. ff. de reg. iuris. Ergo nec valet cum iuramento, quia iuramentum non confirmat quod non valet. l. ſi quis inquilinos. §. fina. & ibi glo. fina. circa fin. de leg. 1.

His non obſtantibus, fuit determinatum contrarium, & ratio eſt, propter vinculum religionis additum per iuramentum. Deci. in conſil. 408. nume. 10.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam iuramẽtum ſupplet tantum ætatem, & non alios defectus. Bald. hic poſt nume. 14. repræſentat ipſum maiorem, non tamen præſumit eum ſcire. Idem Bald. in conſil. 434. circa finem. 3. uolumine. Non obſtat Secundum: nam quando in contractu interponitur iuramentum, licèt contractus de per ſe ſit nullus, & corruat, non tamen corruit iuramentum, & poterit per iudicem probato iuramento compelli ad illius obſeruantiam. Marſil. in pract. crimi. §. ſecunda. poſt nume. 59. 61. & 66. facit quod dicit Paul. de Caſt. in Authen. ſi qua mulier. poſt nume. 4. ad Velleian. Deci. in conſil. 516. poſt nume. 12. colum. fin. in prin. & nume. 17. Vltimum non obſtat, nam quando aliquid fieri prohibetur odio alicuius, ut hic, ſi interuenit iuramentum obligat iurantem. Alexand. in conſil. 38. num. 13. 3. volumine. Et ſic firma remanet con-

16 cluſio. quod puberes cum iuramento ſponte præſtito obligantur: ſecus ſi per uim & metum ſit extortum.

Extende, idem eſſe in proximo pubertati, quia tenetur tam ciuiliter, quàm criminaliter. Iſer. hic, numero 40. & tanquam doli capax tenetur pro omni crimine. §. pen. Inſtitu. de obliga. quæ ex delict. Idem ſi fecit pacem cum inimico, nam ſi eſt minor 18. & maior 14. ac iurauit ſeruare, tenet iuramentum & non poteſt contrauenire. Idem Iſer. ſupra eo. in princip. cap. hac edictali, num. 3. & procedit in omnibus geſtis per minores. 25. annorũ, & maiores. 14. Iſern. hic, in princ. glo. in Auth. ſacramenta, in ver. contractibus. C. ſi aduerſus vendi. etiam in actione iniuriarum iuramento remiſſa. l. non ſolum, ff. de iniuriis. & promiſſione vſurarum, quia tenetur ſoluere, tamen repetit. cap. debitores, de iureiuran. & habet locum in quolibet contractu large & largiſſime ſumpto, in quo cadit delictum, quando eſt ultro citroque obligatorius. l. Labeo, iuncta glo. in ver. ultro, de verbor. ſignif. & non ſolum in contractibus, ſed etiam in diſtractibus. Præpoſi. hic, numero quarto, circa med. Bald. in conſi. 408. numero 1. 4. volum. in renuntiationibus & ſtipulationibus. Aluaro. hic, col. 13. circa med. & alia de quibus Afflì. hic, in 5. & 6. no. & in gl. nu. 26. & 27.

Limita tamen, non procedere, ſi contrahatur cum eo cui bonis eſt interdictum. Bald. in conſil. 391. 5. volum. aliàs valeret, ſed requiritur abſolutio. Idem Bald. in conſi. 259. 2. volum. & ſupplet ætatem, ſed non alios defectus, ſubſtulit obſtaculum minoris ætatis, non autem iuris communis. Præpoſi. hic, nume. 4. circa fin. nec habet locum, quando ætas requiritur per modum ſolemnitatis. Bald. in conſi. 201. poſt numerum ſecundum, primo volumine. nec procedit quando ex parte minoris datur enormis læſio. Ancha. in conſi. 38. quem ſequitur Dec. in conſi. 11. num. 1. eſt commu. & ſequitur Alexã. ſibi contrarius, ut idem Dec. in conſil. 45. & 39. in fi. ubi ponit, q̃ dicatur enormis læſio, qua data ſi iuramentum fuit ſimpliciter præſtitum de non contraueniendo, auditur allegando enormen læſionem, nam præſumitur dolus. idẽ Dec. in conſi. 349. columna quarta, numero 7. nec procedit, quando lex vel ſtatutum vetat iuramentum, vel ne minor iuret. Bald. in conſil. 147. 1. volumine, & 117. num. 2. 5. volum. ſecus ſi prohibet contractum, nam tunc iuramentum ualidat a ſtatuto prohibitum. Socin. in conſi. 279. in primo dubio, ſecundo uolumine. nec habet locum, uel releuat iuramentum, ubi agitur de præiudicio tertii. Alex. in conſi. 55. num. 7. 1. uol. vel in uno ex decẽ pactis, de quibus Lucas in l. 2. col. 2. cum duabus ſeq. C. de agric. & cenſi.

17 Nota, quod iuramentum deſiderat uerba. Præpo. in cap. ſi minori, in fi. ſi de feu. defunct. milit. controuer. fuer. & iura diuerſimode loquuntur, nam quædam mandant ſimpliciter iurare, quædã addunt, corporaliter, alia dicunt, ſuper ſancta Dei Euangelia. quædam requirunt ipſorum tacturã, & ſufficit Italos quemlibet librum vel ſcripturam tangere. glo. in clemen. prima, §. porro, in verb. tacta. de hæreti. Alua. in cap. 2. poſt numerum quartum, quid ſit inueſt. & hic, columna 6. circa med. poſt numerum quartum, hoc ultimum. gloſſ. 3. in §. primo. Authen. de iureiuran. quod præſtan. ab his. nec intereſt ſup quo textu diuerſæ ſcripturæ. Bald. de noua forma fidel. in princip. numero ſecundo. Pernus in tertiis nota circa fin. & iura quæ loquuntur de ſacramento corporaliter præſtito, intelliguntur de eo quod fit a iudice per præſentiam Euangeliorum. l. 1. in ver. ingreſſu, ff. de variis & extraordin. cogn. quæ præponuntur, & non tanguntur. glo. 1. in l. 2. C. de iureiuran. Lucas in l. 3. columna ſecunda, in fi & 3. in princip. C. de vẽdi. reb. ciui. qui iurant præpoſitis ſcripturis, & qui debent tangere. Pileus in Sum. poſt Azo. C. de vendi. reb. ciui. poſt numerum 2. & 3. uel tangitur niſi in tribus caſibus. §. primo, in ver. teneo. Authen. iuſiuran. quod præſtan. ab his. Bald. hic, numero quarto. Epiſcopus quando iurat non debet tangere librum. glo. in c. quoties, in uer. ſalutem, prima quæſtione ſeptima, cap. teſtimonium, cum ibi not. vndecima, quæſtione prima. Afflict. hic, in primo not. ſed tantum præponitur. §. nulli. in glo.

de ſancti.

de ſancti. Epiſco. iuratur ad arma ſacrata, & ſuper
reliquias ſanctorum. de iure Longobardorum. l. 5.
qualiter quis ſe defendere debet. in Longobar. ſic
lege cauetur, ſed conſuetudine non habetur. l. rem
non nouam. §. fin. in ver. tactis, C. de iudiciis. nam
nulla vel modica eſt differentia, ſi iuret ad ſancta
Dei Euangelia, ſiue ſuper aliquas creaturas, licet
maior contemptus ſit & peccatum, fallere iuramē
tum factum per increata, quam per creaturas. In-
nocen. in cap. & ſi Chriſtus, num. 3. de iureiuran.
Caſſan. in conſuet. Burgun. rubr. 10. §. 12. ibi, ou.
par. numero 7. & ſi iurat per Euangelia non mi-
nus eſt, ac ſi per Deum iuraſſet. Archid. in cap. ſi
aliqua. 22. quæſt. 1. & in cap. iuramenti. ea. cau. q.
5. licet qui iurat falſum per lapidem, eſt periurus.
Iſern. hic, num. 39. quia accipitur, ſicut ille cui iu-
ratur intelligit. cap. hoc videtur. in glo. fin. & cap.
ſequen. 22. quæſtio. 5. ſi ille ſciret eſſe lapidem vel
lignum, videtur ſe ipſum decipere. & iurans ſuper
lignum, ſi diceret eſſe Euangelium, punitur: quia
non debet habere præmium, vnde debet conſe-
qui pœnam. l. ſiue hæreditaria. de negoc. geſt. ſecus
ſi pure & bona fide, hoc fecit, quod præſumitur
niſi probetur cōtrarium. l. tutor qui repertorium,
de adminiſtrat. tuto. aliàs luit pœnas: quia nomen
Dei aſſumpſit in vanum. c. quacumque, 22. quæ-
ſtione 5. illius, dico qui naturaliter eſt ſanctus, cu-
ius participatione omnes alii ſancti vocantur. Di-
uus Thom. 1. ad Corinth. 2. ibi, quam nemo. co
lum. 3. circa princ. ſi vterque fuit in dolo. dic, ut in
cap. hoc videtur, in verb. quæritur, 22. quæſtio. 5.
Quid ſi tangit Euangelium pede vel cubito? dic,
quod ſi manus habet, non ſufficit. gl. in cap. vt cir-
ca, in ver. corporali, in princ. de electio. in 6. ſed
circa formam iuramenti attenditur conſuetudo:
nam in cauſa feudali iuratur ad ſancta Dei Euan-
gelia corporaliter tactis ſcripturis. Præpoſi. in §. ſi
enim, num. 2. quid ſit inueſt. & hic, num. 2. in prin.
Barba. in addit. ad Bald. in ver. quod ſic, cap. 1. &
Bald. in §. ſi enim. Aluar. in cap. 2. numero quarto,
d. titu. quid ſit inueſtit. Imperator iurat coram Al-
tare Sancti Petri. Zabar. in clem. vni. in verb. nos
itaque, num. 11. de iureiuran. Regulariter quili-
bet iurans tenetur tangere ſacra. Fallit in Epiſco-
po. Idem Zaba. in clemen. conſtitutionem, in prin.
nume. 8. de elect. & in clem. 1. §. porro, num. 2. de
hære. Quoad Deum non fit iſta differentia, nam
Matth. 5. dicitur, ſit ſermo veſter, eſt, eſt: non, nō.
cap. ita ergo, 22. quæſtio. 1. cap. nullus. ea. cau. quæ
ſtio. 5. d. cap. & ſi Chriſtus, de iureiuran. & non fit
differentia inter ſimplex verbum & iuramentum,
d. cap. iuramenti, 22. quæſtione quinta. prædicta
quo ad iuramentum. Aluaro. hic, columna ſeptima, in
princ. quo verò ad id quod iuratur, ſanctum eſt,
& tanto maior erit pœna periurii. cap. 1. cap. ita. &
cap. mouet. d. cau. quæſtione prima, glo. fin. in cap.
penul. de iureiuran. Afflict. hic, in princip. num. 9.
circa medium, tam ſi præſtetur per ſe, quam per
procuratorem. Iſer. hic, columna 2. circa fin. & Al
uar. columna ſeptima, circa medium. Præpo. co-
lumna ſecunda, in fi. quod poteſt cum ſpeciali mā-
dato. Luc. in l. per hanc, columna quarta, poſt me-
dium. & in fi. C. de eroga. mili. ann. quia quod fit
in perſona procuratoris, videtur fieri in perſona
domini. Loffr. in fi. de relig. & ſumpt. fune. l. poſtu-
lare, de fideiuſſo. nomi. & hære. iuto. & ſi peierat,
cap. qui poterat. 22. quæſtio. 5. etiam quod ſit ſer-
uus. Imputet ſibi dominus, qui talem præpoſuit. l.
cū mandato, §. fi. & ſeq. ff. de min. & iurant ſi ſunt
municipes, per eos qui regunt municipium. l. mu-
nicipibus. de cond. & demon.

18 Nota etiam, quod minor contrahens, & iurās
non cōtrauenire, perdit beneficium reſtitutionis.
glo. 3. in cap. 1. de reſtitutio. in integ. in 6. ſed an
excludat beneficiū iuris? diſt. ex intentione Paul.
de Caſt. ut refert Dec. in conſi. 350. circa fi. & 351.
poſt numerum octauum. & 403. columna fin. cir-
ca fin. 3. volum. & excludit non ſolum a beneficio
reſtitutionis in integrum, ſed etiam a iure dicendi
nullum ratione minoris ætatis. Pau. de Caſt. in cō-
ſil. 53. columna ſecunda, circa medium. & 105. ſe-
cundo volumine. ſed non a remedio. l. 2. C. de re-
ſcin. vendi. Alexan. in conſilio 89. numero 11. ſe-
cundo volumine. nam ſi promiſit non mouere cō
trouerſiam, intelligitur de lite iniuſta. Iſer. in §. fi.
in fin. hic finitur lex. & ſi fit pactum de non agen-
do, uel iurauit perpetuo non acturum. Ioan. And.
in cap. penult. numero quinto, & ſeptimo. de iudi.
in ſexto. & pactum prædictum inficit reſcriptum.
Pau. de Caſt. in conſil. 100. numero ſecundo, pri-
mo volumine. adeo quod qualitercunque petа-
tur, uel moleſtetur, pœna committitur. Archidia.
in cap. placuit, in fin. 11. quæſtione prima. Conce-
19 ditur tamen per Epiſcopum, ſaltem ratione erro-
ris, abſolutio a iuramento. Alexan. in conſ. 17. poſt
numerum tertium, 3. volum. & 125. columna 2.
in fi. primo volum. & iſta eſt cautela, etiam quan-
do enormiter læditur. Bald. in conſ. 376. 3. volum.
& ſit circumuentus ſagacitate maioris. Idem Bal.
in conſil. 175. & 177. quarto volum. & requiritur
tam ſi contradicit agendo, quàm accipiendo. Ale-
xan. in conſil. 59. colum. 2. poſt medium. & in ter-
tio dubio, poſt numerum duodecimum, primo vo
lum. Bald. in conſil. 8. poſt numerum primum, 4.
volum. quia quæſtio mouetur inſiſtendo, & reſi-
ſtendo. not. in l. ſecunda, C. de tranſactio. reſiſten-
do & non reddendo, videtur facere controuerſiā.
Aluaro. hic, numero 7. circa medium. & contra cō
tractum, nihil poteſt fieri uel probari, niſi habita
diſpenſatione vel relaxatione. Verum ſi eſt nullus,
non eſt neceſſaria abſolutio a iuramento. Caſſan.
in conſuet. Burgon. rub. 4. §. 7. ibi, ſuppoſi. nume-
ro 57. nam periurium quis incurrit tribus modis.
Lucas in l. 1. columna ſecunda, circa fi. C. qui mi-
lita. poſſ. vel non. Præpo. hic, colum. 4. in fin. poſt
numerum quartum. & abſoluitur a peccato, non
ab obſeruatione, ad quam tenebatur. Innoc. in ca-
pit. ſecundo, in fi. de iureiuran. & ſi eſt conceſſa ad
finem agendi uel excipiendi, non propterea eſt re
ſciſſus contractus. Loffr. in conſ. 23. numero ſexto.
poſt medium. & datur ad effectum agendi, ſi læ-
ſio non eſt modica, aliàs ſecus. Afflict. in conſtit.
obſcuritatem. numero 32. Alex. in conſil. 118. poſt
numerum ſecundum, 7. volum. & abſoluit non ſo
lum Epiſcopus. Bald. in conſi. 483. circa fin. quar-
to volum. ſed ad finem agendi, & ſine cauſæ co-
gnitione abſoluit, etiam Vicarius Epiſcopi. Idem
Bald. in conſi. 460. 5. volum. & relaxando, Epiſco
pus dicitur relaxare authoritate Papæ. Bal. in con
ſil. 328. numero quinto, 3. uolum. quæ requiran-
tur in expeditione. Loffr. in con. 12. in princ. vſque
ad numerum vigeſimum nonum. & in §. præterea
ſi inter duos. columna penult. in princ. de prohib.
feud. alien. per Fre. poſt incurſum periurium, nō

conce-

conceditur. Alexan.in d. conſil.17. num.4. 3.volum.& 83.ante & poſt num.7.5.volum.ſed requiritur cauſæ cognitio citata parte. Bald.in conſilio 259. in fin. ſecundo volum. Papa ſola uoluntate, & ſine partis citatione abſoluit. Afflict. hic, in 7. not.poſt numerum vndecimum.& quando Summus Pontifex, & quando Epiſcopus abſoluit. Alex.in conſi.222.ante & poſt nu.5. 8.vſque ad 11. 2.vol.& 63.in prin.3.vol.

An autem Papa poſſit diſpenſare ſuper iuramẽto ſponte & licite præſtito. Alex.in conſil.38.poſt numerum ſeptimum, tertio volumine. & quod dicitur de minore, idem in muliere. Dec.in d.conſi. 403. ante & poſt numerum vigeſimumſecundũ. & abſoluitur, non ſolum in caſibus prædictis, verum etiam in terminis. cap.ſicut.cap.veniens,cap. ſi verò.& cap.quanto, in glo.2. de iureiuran.& in donatione etiam prohibita, quia cautius eſt petere. Bald.in conſi.371.num.8.3.volum. Idem ſi cõtra laudum; ſed non conceditur, niſi citata parte. Bald.in conſi.55.& 455.num.2.eod.volum.Inſuper conceditur, etiam quod maior iuraret non cõtrauenire ratione enormiſſimæ læſionis. Cap. in deciſ.159.num.40.

Quid ſi iurauit omnia & ſingula eſſe vera. Soci.in conſil. 48.poſt numerum nonum, 4.volum. nec venire contra aliqua ratione vel cauſa? Dic, quod intelligitur ratione minoris ætatis tantum. Alexan.in conſil.27.poſt principium.ibi,tertio.& 42. poſt numerum ſextum, primo volum. & 36. numero tertio, 89.ante & poſt numerum decimũ quintum; & decimumſextum, ſecundo volum. & ſi promiſit non petere, & petiit non uti. Gramma. in deciſ.66. numero vndecimo, duodecimo, decimotertio, & decimoquarto. & licet illicitum non poſſit per Epiſcopũ propria authoritate infringi. glo.in cap.innocens, 22.quæſtio.4. poſſit remitti per eum, in cuius fauorem eſt præſtitum. Alexan. in conſi.59. num.2. primo volumine. Innocen.in cap.debitores, in princ. de iureiuran. & in cognitione, propter connexitatem præparatorii, cũ præparato, poſſit cognoſci de illo contractu, Alexan. in conſil. 58. circa fin. poſt numerum ſeptimum, primo volum.

Vltimò differt abſolutio & relaxatio. not.in capit.vni. de his quæ vi metus ve cau.fiunt, in ſexto.

20 Item nota, quod iuramentum multa operatur: nã ſemper aliquid addit actui ſuper quo interponitur. habet uim iudicii, & regulatur ſecundum naturam contractus ſuper quo interponitur. Caſſa. in conſue.Burgun.rubr. vndecima, §.3.ibi,& 5.il. poſt numerum decimumoctauum, decimumnonum, & vigeſimum. habet executionem paratam, vim litis conteſtatæ: ſupplet defectum cauſæ, & habet maiorem authoritatem, quàm res iudicata. Dec.in conſi.682.poſt numerum quintum, 5.volum.operatur clauſulã, Omni meliori modo. Lucas in l.2.colum.4.in princip. C.de agri.& cenſi. Idem eſt quod clauſula derogatoria facta ex certa ſcientia. Bald.in conſi.161.numero quarto, 3.volum.habet vim ſpecifici & ſpecialis conſenſus. Decius in conſi.345.numero 4.404.num.9.& 10.& certiorationis. Ludo.de Moli.de Hiſpan.primog. lib.2. cap.3. poſt numerum vigeſimumſecũdum. habet uim expreſſi, in eo in quo conſentit. Alexan. in conſi.95. circa fin.poſt numerum octauum, 4. volum. eſt tamen omni iure arctiſſimum. Loffr.in d.conſi.12. nu.28. odioſum & periculoſum, adeo quod non extenditur ad ea, de quibus non fuit cogitatum. Bal.in conſi.435.poſt numerum primũ, 1.volum. Alexan. in conſil.14.num.21.6.volum. non ſupplet defectum ſolennitatis. Dec.in conſil. 532.columna fi.in princ.4.volum.nec Regũ aſſenſus. Afflict.in conſt.quia frequenter. poſt numerũ duodecimum.de homi.non tene. nec ueſtit pactũ nudum. Bal.in l.iuriſgentium.§.ſi ob maleficium, in 2.repet. num.2. ff.de pactis.& non repręſentat præſentiam propinquorum vel curatoris generalis. Bald.in conſi.94.num.2.5.volum. licet qui iurat præſumitur accedere deliberatus, & quod in genere cogitauerit de omni remedio, quod ſibi cõpetere poteſt. Alexan.in d.conſi.17.num.3.& 28. columna fi.in princip.1.volum.vnde non requiritur certioratio. idem Alexan. in conſil.127.circa fin.ſecundo volum.& 21.poſt numerum decimũquartum, 3.volum. & filius ſi paciſcitur cum patre & iurat ad ſancta Dei Euangelia, iuramentũ ſupplet defectum ætatis. Iſer.hic poſt principium. Infantes autem non coguntur iurare. cap.ut infantes. qualiter quis ſe defend.debet. in Longobard. & qui iurat ſcienter ſuper lapidem vel lignum, & diceret eſſe Euangelium, videtur irridere Deum. Sicut qui orat ore, & ex propoſito alibi penſat.

21 Iſer.hic, nam Iſaias.29. populus hic labiis me honorat. Vnde non omnes qui dicit, Domine Domine, introibit in regnum cœlorum. Matth.7.ſed petitio quæ fit ex intimo deſiderio, eſt Deo accepta: & tunc non os tantum, immo cor petit.2.Regum.7. dicitur, Inuenit ſeruus tuus cor ſuum, & orat te oratione hac. Diuus Thom.in prin.2.Nocturn. Dominus illuminatio mea. ibi, tibi dixit cor meum. Orat tunc ſpiritu, orat & mente, pſallit ſpiritu, pſallit & mente.1.ad Corin.14.& non uerbis tantum, ſed corde orandus eſt Deus.cap.non mediocriter. de conſecrat. diſtinct.5. & incũbere ad preces toto corde debemus.cap.quando.ead.cau. diſtinct.1.quia non uox, ſed uotum: non cordula muſica, ſed cor: non clamor, ſed amor, clamat in aure Dei. Ioan.And.in addit.in cap.2.in ver.intentis.& numero 9.de immun.eccle.in 6.aliàs perdit memoriam bene agendorum, mens alienis diſtracta cogitationibus; & non ſufficit. nam eſt ſicut legere, & non intelligere. glo. in extrauagan.Ioan. cum ad ſacroſanctæ, in verb.diſtractione, de ſenten.excommun.& in extrauag.2. eiuſdem, in ver. ac intelligere, de verborum ſignifi. Dicitur autem oratio, quaſi oris ratio; ſcilicet, quando rationale eſt, quod petitur, aliàs non eſt oratio. Vnde ſecundum Damaſcenum, debet eſſe petitio decentium ad Deum. Archid.in cap.præsbiteros.& in c.ecce, vbi plura ex intentione Bernar.95. diſtinct.quomodo diffinitur, Diuus Thom.in 24.1. Noct.Ad te Domine leuaui.circa princip. Vnde deriuetur, qualiter peti debet, de eius effectu, & de oratione Theodoſij cum miraculo.glo.in clem.vni.in verb. orationes, de reliquiis & vener.ſanct. eius effectus eſt confeſſio laudis. D.Tho.in 5.3. Noct. cir.fi.ab iſta debet incipere quodlibet negotium. Idẽ Tho. in 81.2.Noct. Noli ęmulari.ibi, delectare in Domino.cir.fin.nã multum ualet oratio iuſti aſſidua, & plus orationib.eccleſiæ, quàm militum auxilio imperium conſiſtit incolume. Archid.in c.uictor. 97.diſt.capitur ſtricte & large. glo.in c.Chriſtiano, in verb. orationi, 33. quæſtio.4. tenentur orare etiam

re etiam

re etiam perfecti. glo.in clemen.fin.in ver.nec orare,de hæreti. & miniſtri tenentur ad horas canonicas,& quę ſint,Vnde,quare, quid debeat dici,qui excuſantur, & ubi dicendę ſint. Zaba.in clemen.1. de celebra.miſſa.de eficacia orationis multa. Archid.in cap.tres ſunt,de pęniten.diſtinct.1.& propter ſex cauſas orſidum eſt media nocte. Idem Archid.in cap.imitare, poſt principium, 6.quæſt.1. quomodo autem dicitur ſine intermiſſione.Idem Archid.in cap.non ſufficit.poſt medium, de pœnit.diſtinct.1.& debet ſicut ſtudium fieri,cum modeſtia,cum ſint labores ſpirituales.Zab.in clem.1. §.licet,in primo,& 2.noi.de verbo.ſiguific. Vnde quando quis orat & diuertit mentem ad aliud, licet non habeat fructum & conſolationem,non tamen perdit meritum . Diuus Thom.1.ad Corint. 14.ibi, & ideo, columna ſecunda,poſt principiū. Vbi etiam, quod orare vel precari Deum, eſt perſuadere; & orationes iuſtorum multum valent. Ioan.Andr.in cap.vbi periculum. nume.10.de electio.in 6. nam Angeli Dei comites, aſſiſtunt orationibus.Archid.in cap.vtrum,colum.2.cir.princ. de conſecra.diſtinct.2. & clericus ſi dum eſt in officiis cogitat aliquod opus ſpirituale an peccet.Innocen.in cap.dolentes,numero 3. de celebr. miſſ. Zaba.in clemen.1.num.15.eodem titu.de celebra. miſſa.In propoſito an iuramentum tollat reſtitutionem in integrum. glo. fin. in l.non dubium.C. de leg.tenet quod ſic. Dec.in conſi.31.& 241.columna penult.circa fin. eſt com. & ita communiter practica obſeruat. Alexan.in conſi.57.in prin. 1.volum.& 222.num.2.2.volum. licet contrariū tenuerit Napo.in conſu. contra inſtrumentum,columna penult.circa fin.de iure quartę, & etiam ꝙ tollatur priuilegium reſtitutionis, non tamen ius commune.l.ſi mihi,de ſernitu.ruſt.prædio.glo.fi. circa fin.in cap.penul.de emptio. & vendi. niſi iuraret nō repetere,etiam ſi eſſet deceptus vltra dimidiam,vt ibi.& ſi eſſet infra non veniret,quia licitum eſt contrahantibus ſe decipere. l.in cauſæ,la 2 §.idem Pomponius.ff.de minori.& non excludit niſi debiti quæſtionem. l.non erit,in ver.dato. ff. de iureiuran. non vitiatur per adiunctum validum, quia vtile per inutile non vitiatur. l.pedius, ff.de recept.arbitr. & reſtringitur ad ea da quibus veriſimiliter eſt actum.glo.2. circa fin.in l.non videtur,de reg.iur. & non extenditur, niſi ad ea quæ veniunt ex natura actus. Bald.in d.conſ.435.poſt numerum primum, 1.volum. vnde præſtitum ſuper principali,extenditur ad acceſſorium. l. iuſiurandum a debitore. vbi Bald.de iureiuran. & non extenditur ad ea, ſuper quibus non eſſet præſtandum iuramentum,not.in cap.2.de renuntia. Et aduerte, quod per pactum vel iuramentum, iurans non obligatur; niſi cōſentiat is cui fit pactum,vel eſt præſtitum iuramentum , etiam quod notarius ſtipuletur pro abſente,& vtilis ſine ceſſione ex ſtipulatione illius quæratur.nam requiritur acceptatio ſaltem tacita,per præſentiam,& ante illam donans non eſt obligatus , cum illa ſit de ſubſtantia: nam etiam quod adſit clauſula conſtituti, rel reſeruatio vſusfructus , poſſet donans reuocare, etiam quod ſit inter viuos.Ludou.de Moli. de Hiſpano. primog.lib.4.cap.2.numero 58. Vnde in ciuitate Neapolis, inſtrumenta donationum,oblationum, & permutationum,firmitatem non obtinent, niſi rei donatæ, oblatæ, vel permutatæ poſſeſſio peruenerit in donatarium, vt in conſue.inſtrumenta, de contrah.confect. per curi. Neap.Propterea ſi minor iurauit , nō venire contra contractum quē fecit contrahendo cum Titio, & iurauit non contrauenire in damnum illius vel alterius : ſi poſtea contrahit cum Scio,& contrauenit, Seius non poterit conquæri de periurio prædicto,quia non fuit præſens tempore promiſſionis. Iſer.hic,num.42. ex intentione glo. debuit enim intereſſe, quando iuratum fuit.l.ſi filius.§.cum fundum.in glo.ff.mā da.adeo quod , etiam quod poſtea Seius acceptet & conſentiat,niſi promiſſor repetat,& dicat ſe velle teneri ex illo ſacramento, ex quo eius voluntas potuit præcedere & ſubſequi. l.ſi autem plures,§. 1.de aqua pluuia arcen.& iuramentum reducitur ad tempus quo contraxit . l. neceſſario. §.quod ſi pendente.ff.de peri.& commodo rei uendi.tenet, ſicut ſi primo contraxiſſet,& poſtea iuraſſet . Iſer. hic,nu.43.& ſic in contractum nullum poſſum cōſentire vt valeat,in mei commodum. Idem Iſern. hic,numero 42.in fin. & in cap.1.poſt numerum trigeſimum,de natu.ſucce.feud.licet iuramentum
22 ommiſſum non poſſet addi per notarium. Socin. in conſi.24.num.22.primo volum.Dec.in conſil. 266.colum.2.circa fin.2.vol. Boer.in deciſ.284. poſt numerum vndecimū . nec aliqua ſolennitas. Bart.in conſilio 197.numero 2. nam poſt inſtrumentum partibus reſtitutum,nihil poteſt tabellio addere uel mutare,niſi iudicis mandato,oblato libello & conſtito de veritate per teſtes citata parte.Bal. in conſilio 391. ſecundo uolu. dum enim res eſt in fieri, tunc contractus habet aptitudinē recipiendi quamlibet formam , ſed ſi contractus eſt abſolutus retro de præterito non recipit nouam formam;naſcitur tamen exceptio ex illo pacto. Bald. in l.iuriſgentium. §.quinimo,colum.1. circa med. & num.5.ff.de pactis.& col.4.circa fin. Apponitur tamen quādoque a notarijs,a ſe ipſis , aliquando ſub inuolutione verborum, maxime a minoribus & fœminis , qui non intelligunt quid agant.Alexan.in conſi.125. columna 2.poſt principium, 1.volum.præſumitur ſuper toto iuratum, Bald. in conſilio 285. poſt numerum primum.& 314.poſt numerum ſecundum, 2.volum.ſi cōſtat, non extenditur ad ea ſuper quibus iuratum non eſt.cap. penult.de iureiuran.vel ad caſum inopinatum,not.in cap.fin.de eccle. ędific.& ſi apponitur ſuper contractu ſimulato, eſt nullum . Dec.in dicto conſilio 403.columna fin.circa med.587.poſt numerum primum,ſecundum,& tertium.quia eſt tāquam corpus ſine ſpiritu,vt ibi.& in conſi.644. num. 10. & 12. Idem ſi ſit extortum per uim & metum. Iſer.hic in verb.per uim,num.147. aliàs præſtito iuramento,non aliud quæritur, quam an iuratum ſit;omiſſa quæſtione,ſi debetur, quaſi ſatis probatum ſit iureiurando. l. non erit.ff.de iureiurando.

Quod autem dictum fuit de præſentia & accep-
23 tatione, nō procedit in certis caſibus fauore perſonarum,pro quibus notarius ſtipulatur.l.2. & 4. ff.rem pupilli ſaluam fore.Authen.de excuſ.& his qui conue.in prin.in ver.cautionem.§.alteri.Inſti. de inuti. ſtipul. l.non aliter. ff.de adoptioni.& ita videtur practicari per notarios. Iſer.hic, num.44. §.non aliter.Inſtit.de actio.tut.nam licet poſſeſſio non tranſeat ex ſolo contractu, in eccleſia eſt ſpeciale. Bald. in conſi.337. num. 5. circa fin. & 12.

1.volum.

1.volumi. minore, & milite: ſecus in alio. cap. 2.
cum ibi not. de conſuet. gloſ. in cap. tua nobis. in
ver. tributa. poſt med. de decimis. gloſ. fina. in l. ſi
ager. ff. de rei vendi. immo, in eccleſiam ex obli-
gatione transfertur dominium. l. 3. in gloſ. 1. de
actio. & oblig. & procedit de iure ciuili, ſecus iu-
re canonico, cuius virtute acquiritur, etiã per ex-
traneum ſtipulantem vel paciſcentem. Bald. in con
ſil 86. 5. volu. nec habet locum. l. ſtipulatio iſta. §.
alteri. de ver. oblig. ratione iuramenti. Bald. in con
ſil. 114. nume. 3. eo. vol. cuius occaſione alteri per
alterum acquiritur. Ludo. de Moli. de Hiſpa. pri-
mog. lib. 4. c. 2. nume. 65. & tunc, is qui donat non
poſſit reuocare, contra Bart. in l. qui Romæ. §. Fla-
uius. de verb. obliga. vt tenent multi, quos refert
Dec. in conſi. 239. in 3. dub. poſt nume. 5. & ſic ſi
ſit præſenti vel abſenti, & alter accepit pro eo,
non poſſit reuocari. Boer. in deciſ. 353. nu. 3. 4. &
5. Dec. in conſi. 58. Soci. in conſi. 53. 4. vol.
24 Quid ſi minor vendidit & iurauit, & antequam
traderet cecidit a poſſeſſione. Si res peruenit po-
ſtea ad eum, & non tradat, an ſit periurus. Iſern.
hic nume. 45. arguit quod non. l. ſi cum fundum
venderes. §. fina. de contrahẽ. emptio. l. boue. §. hoc
ſermone. de verb. ſign. & iudex ſi ſemel fuit execu
tus ſententiam, alius non exequitur, quia functus
eſt officio ſuo. c. in literis. cum ibi not. de offi. dele.
& tandem diſtingue, vt per eum. uel dic, quòd te-
netur, quia iuramentum operatur, vt ſi non poſſit
pro primo actu, ex quo lex repugnat, validet ſe-
cundum, quando lex non aſſiſtit. glo. in cap. cum
contingat. in ver. debent. circa fin. de iureiur. & et
quòd remittitur iuramentum, non tamen remitti-
tur factum. l. hæc ſcriptura. in glo. 1. & l. non dubi-
tamus. de condi. & demon. ſed ſuperueniente domi
nio cogitur adimplere. l. ſi ſine. ff. depoſiti. l. ſi quis
alienam. ff. de actio. empti. ſicut qui primò ſuccũ-
bit, ea cauſa ſuperueniente iterum admittitur ad
agendum. l. ſi is qui hæres. de exceptio. rei iudi. cre
ditor vel legatarius ſi fuerunt repulſi, eo quòd
ſperabatur, emãcipatum petere bonorum poſſeſ-
ſionem, ſi poſtea omittat, poterunt iterum petere
bonorum poſſeſſionem. l. qui cũ hærede. de actio.
& obliga. & venditio facta per fideicommiſſariũ,
confirmatur reſtitutione ſequuta. l. filiam. ad Tre-
bel. & in terminis. l. cum vir. ff. de vſucapi. fateor,
quòd in certis caſibus non conualidatum. l. ſi ſer-
uo. ff. qui & a quibus. ius ſuperueniens actori, nõ
validat iudicium. Alexand. in conſi. 39. nume. 4. 5.
volu. & ſi eſt conceſſa electio alicuius idonei ad
beneficium, requiritur quod illa aptitudo, & habi
litas ſit tempore electionis, & ſi non eſſet non va-
let, etiam quòd poſtea efficiatur idoneus. Loffre. in
conſi. 57. nume. 49. tanto magis, quia poteſt iura-
ri ſuper futuris. Bal. de noua forma fideli, in prin.
poſt nu 5. & generaliter. Præpo. hic nu. 4.

Quid ſi iurauit ſtare mandato vel ſententiæ ali-
cuius an poterit appellare. Lucas in l. 1. in fi. C. qui
milit. poſſ. vel non, videtur enim iurare vt non ve
niat contra, ratione priuilegij minoris ætatis: ſe-
cus ſi iurauit non appellare, quod poteſt. l. fina. C.
de tempo. appella. Iſern. hic nume. 45. circa med.
& Præpo. nume. 4. circa fin. tunc non poteſt iura-
mento contrauenire prætextu appellationis. cap.
ad hæc. cum ſeq. de appella. idem ſi renunciat Ma
cedoniano, & iurat: nam non valet contrauenire,
quia odioſum; ſecus ſi Velleiano, quod eſt fauora
bile. glo. fin. in l. fina. C. ad Macedon. Aluar. hic
poſt nume. 8. & Præpo. nume. 5. exceptio non nu-
meratæ pecuniæ, licet ab initio minoribus nõ cur-
rat. l. fina. C. in quibus cauſ. in integ. reſti. non eſt
neceſſa. unde nõ obſtãte renunciatione poteſt, op-
poni, & ſunt tres opiniones. Bald. in conſi. 197. nu-
me. 1. 3. volu. ſi renuntiat & iurat, tenet. Iſern. hic
nume. 45. circa fin. qui donat cauſa mortis, cum pa
cto, quòd non poſsit reuocare, tranſit in ſpeciem
donationis inter viuos. Bal. in cõſi. 113. circa prin.
1. volu. & ſi iurat non reuocare, valet: quia ſacra-
mentum repræſentat eum maiorem. Iſer. & Præ-
po. hic. nume. 6. in princ. vnde pater, ſi diuidit bo-
25 na inter filios etiam maiores, cum iuramento te-
net. §. fin. Auth. de teſta. imperfe. §. 1. in ver. & iu-
rauit. Auth. de iureiur. a mori. præſt. §. & quod ſæ-
pe. Auth. de trien. & ſemi. Aluar. hic, nume. 9. ſi fit
a Rege iuramento vallata, & morte confirmata te
net. Dec. in conſi. 475. nume. 23. Idem ſi donat fi-
lio exiſtenti in poteſtate, nam firmat iuramento
non poteſt reuocari, licet lex dicat quòd eſt ſpecia
le in dote, in qua filius viuo patre eſt capax. Bald.
in conſi. 430. 1. uolumi. & ſic ualet quando dona-
tur in cauſam dotis. Alexan. in conſi. 117. poſt nu-
me. 24. 6. uolumi. & eſt communis, quòd facta a
patre filijs, ab abbate monacho, & a domino ſer-
uis, firmetur iuramento. Dec. in conſi. 432. nu. 3.
239. poſt princ. 414. nume. 2. & 688. in 6. dubio.
Alexan. in conſil. 8. poſt nume. 2. 2. volu. licet ſe-
cundum aliquos inter patrem & filium emancipa
tum, poteſt quilibet contractus perfici, ſi eſt in po-
teſtate poteſt fieri donatio non pura, ſed remune-
ratoria, quæ palam facta & bona fide iuramento
firmatur. nam ſaltem naſcitur naturalis obligatio,
quam iuramentum reddit efficacem. Alex. in con-
ſil. 20. ante & poſt nume. 1. 3. uolu. ad cuius ob-
ſeruantiam tenetur. Idem Alexan. in conſi. 7. nu. 5.
6. uolu. & in diuiſione de qua ſupra, ſi aſsignat,
præſumitur donare. arg. l. Procula. de probatio. &
donatio, licet ualidetur iuramento, non tamen fa-
cit habilem, qui erat inhabilis. Paul. de Caſt. in con
ſil. 346. nume. 3. 1. uolumi. cum diſt. de qua Aluar.
hic. nume. 5. in fi.
26 Non omitto, quòd iuramentum male & incau
te promiſſum, non debet ſeruari. c. ſi aliquid. 22.
quæſt. 4. ſicut nec temerarium. cap. ſicut. de iureiu
ran. aliàs ſic, ſi poteſt ſine peccato. c. commiſſum.
de ſponſali. uel niſi fortius uinculum ſuperueniat:
c. ſicut. eo. titu. de ſponſali. not. in cap. 1. de conſue.
in 6. ſed non extenditur ad alios, quàm ad quod
eſt iuratum. not. in cap. in noſtra. de iniuriis, & quã
do nuda uoce iuratur, non appellatur proprie iu-
ramentum, ſed uerbum. Præpo. hic col. 2. circa fin.
& ſacramentum prædictum habuit diuerſos effe-
ctus ſecundum diuerſa tempora; uidelicet. ff. C.
Auth. & iuris Canonici. Caſſa. in conſue. Burg.
rub. 4. §. 7. ibi, ſuppoſſe. in fi. poſt nu. 60. de eius ue
ribus, exceptione, & de pœna periurii, idem Caſ-
27 ſa. ubi ſupra rub. 10. §. 11. ibi, ou. par. nu. 10. Olim
erat pœna ultimi ſupplicii. §. fina. Auth. ut non lu-
xuri. contra natu. & eſt peccatum mortale, quia
importat contemptum Dei. Archi. in cap. habe-
mus. 22. queſt. prima. cum cap. fin. & in cap. homi
nis. poſt med. ea. cau. quæſt. 2. Debet tamen dici,
ſic Deus me adiuuet, & reliquiæ ſanctorum quæ
ibi ſunt. l. omnia. qualiter quis ſe defend. debet. in
Longobar. cum ſit præceptum, non iurare, niſi in
caſu

eſu neceſſitatis. Arebid.in cap.1. & cap. ita.32.
quæſtio.1. & pupillus ac impubes obligatur, cũ in
pluribus delinquere poſſit. Lucas in l. prima, co-
lumna quarta, circa fin. C. de deſertoribus. dicta
aliorum non pouo, dicit Iſern.hic, in ver.per vim,
in fine.quia non eſſet niſi ſępius loqui.Idem Iſer.
ſupra in proœ.poſt num.13.& in §.in alio.in fi.de
ſucceſſio.feud.

De allodijs. Tit. LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Allodium quid, & quotuplex.*

AD RVBR.

1 ALLODIVM eſt res propria, & libera, quæ a nullo recognoſcitur,
Bal. in cap.inter filiam. num.1.ſi de
feu.defunct.mili. controuer. fuer.&
eſt duplex, nobile & paganicum. No
bile eſt, cui cohæret iuriſdictio. Paganicum vulgo
rotuarium vocant. Bona enim rotuaria, latine pa-
ganica dicuntur.glo.Pariſ.tit.1.§.46.poſt nu.3.&
iſtud magis præſumitur quam feudum. Iaſ.in tra-
cta.feu.in prin.poſt num.19.

SVMMARIVM.

1 *Ad, ideſt, ac, uel iuxta.*
2 *Allodium dicitur res propria & libera, qua à nul-
lo recognoſcitur.*
3 *Suum, importat dominium & proprietatem.*
4 *Vendere rem aliud eſt, & aliud ius quod habet
in re.*
5 *Diſtrictus dicitur, territorium adiacens ciui-
tati.*
6 *Iuriſdictio eſt apud Cęſarem, tanquam apud
fontem.*
7 *Vendito allodio, non uenit diſtrictus nec iuriſ-
dictio.*
8 *Iuriſdictio omnis pertinet ad ſupremam proprie-
tatem.*
9 *Iuriſdictio eſt quid uniuerſale.*
10 *Paria ſunt non reperiri, & non poſſe poſſideri.*

AD TEXTVM.

1 AD) Ideſt, ac.in conſti. feud.diuer.2.
num.53.vel, iuxta.glo.1. in l. militis.
ff.de mili.teſt.& includit. Bal.in §.ſi
quis de manſo.num.16. de contr.in-
ueſt. quaſi iuxta prædicta, continuan
do ſe ad ſuperiora. Alnar.hic, in princ. Hoc,] Etiã
facit ad concordiam tenendam quod, Qui allo-
2 dium) Quod eſt res propria & libera, quæ a nul-
lo recognoſcitur. Cap.in ver.feuda allodia.in prin
cip. Afflict.in cap.inter filiam, in 1.not. ſi de feud.
fue.controuer. inter dom. & agn.vaſal. Caſſan.in
conſue.Burgun.rubr.7.§.6.ibi, & les enphans.nu-
mero 4.& 5.Aluar.ſupra in proœ. num.34.& hic
poſt principium, & in d.con.2.feuda.diuer.nume.
3 23.Suum) Quod importat dominium & proprie-
tatem. Caſſan.vbi ſupra, rubr.4.§.2.in fi. poſt nu-
4 merum vigeſimumprimum. Vendiderit) Simpli-
citer, ſecus ſi ius quod habet in re: nam aliud eſt
vendere hæreditatem, aliud ius quod habet in hæ
reditate, nam primò caſu tenetur de euictione, ſe-
cundo non. Pau.de Caſt.in l.ſi ſic.§.1.num.6.de le
5 ga. 1. Diſtrictum) Territorium adiacens ciuitati
in ſubiectionem, vltra fines ſimul cum ciuitate ſta
tutos, a diſtringendo dictum. Abb.in conſil.20.1.
volum. Decius in conſil.649.numero 16.& 17.
5.volum.idem eſt quod diocęſis: & comprehen-
dit ciuitatem ipſam. Alexan.in conſi.86.num.5.4.
volum. Et iuriſdictionem) Quæ in genere ſumpta
comprehendit merum & mixtum imperium, &
id quod iure magiſtratus competit. §.iuſiurandũ,
in ver.iuriſdictione. Authen.de defenſo. ciuita. vti
ſpecies, continet temporalem, eccleſiaſticam, ſpi-
ritualem, ciuilem, & criminalem. clemen.vni. in
ver.omnimodam, de foro compet. vel eſt triplex.
6 l.1.C.de emancip.libero. Imperatoris) Nam iuriſ-
dictio eſt apud Cęſarem tanquam apud fontem,
a quo fluit & refluit, ſicut flumen ad mare. Afflic.
in §.iudices verò, poſt numerum ſecundum, ſupra
de pace tenen.inter ſubdi. Aluar.hic.num.1.circa
fin.& Præpoſ.in princip. & colum.fin.poſt princ.
fluit creãdo & confirmãdo, vel præſtando autho
ritatem creandi, & confirmandi. Affli.hic in 3.no.
nume. 3. refluit per appellationes, nullitates, &
quęrelas. Bald.hic, num.11. cohæret territorio, &
dicitur ius reale in perſonas ibi exiſtentes, tãquam
in re inanimata, ſicut ſeruitus in fundo. Afflic.hic,
num.7.& ſuper territorio, ſicut nebula ſupra palu
dem, quæ generatur per actiuam potentiam ſolis.
Præpo. hic, columna ſecunda, poſt med.etiam ꝙ
territorium non ſit de ſubſtãtia iuriſdictionis. Bal.
de pace Conſtan.in ver.poſſeſſiones, in fi.nec po-
teſt ſeparari a republica, ſicut radii ſolis non poſ-
ſunt ſeperari a ſole. Idem Bald.de feu.mar.ante nu
merum primum.in magiſtratu eſt tanquam in ſu-
biecto animato, ſine quo iuriſdictio de per ſe ni-
hil operatur. Ita iuriſdictio eſt in habitu per potẽ-
tiam, in actu per exercitium. Præpo.hic, colum.2.
in princ. Iſtam, Vendere) Per quemcumque con-
tractum; nam venditionis verbo, lex duodecim ta
bularum omnem contractum comprehendit. l.1.
§. eam, in ver.non poteſt. l.2.ff.quæ res pign.obli
ga.non poſſit. l.ſtatuliberi a cęteris, §.fi.ff.de ſtatu.
libe. Non præſumat, & ſi fiat non valeat) Quia le
ges non debent eſſe ludibrio. Inno. in cap.ſolici-
tudinem, num.5.in fi.de appell.

Declarato textu, videbatur quod poſſit aliena-
re, ſed tranſeat cum ſua cauſa. l.alienatio. ubi Bal,
ff.de contrah. emptio. & ſicut ſi alienetur, rema-
net hypothecaria. cap.accuſatus.§.porro, in fi.cum
ibi not. de hæret. in 6. ita ſi alienetur iuriſdictio;
tanto magis, quia venditor non tenetur niſi trade
re, cum promiſſione euictionis. l.ex empto.§.1.ff.
de actio.empt.

Secundò, res euicta fingitur non tradita. l.1.in
glo.in ver.ideo, ff.de rer.permu. ſucceſſiue, etiam
quod tradat valet, quia dominus poteſt reuocare,
& paria ſunt non fieri, vel eo modo fieri, quo non
debuit. l.1.§.fi.in ver.aut. ff.quod cuiuſq; uniuer.
nomi.

Vltimò videtur, ꝙ teneat, etiam ꝙ tradatur alia
res quam empta, nam iura non prohibent, ſed di-
cunt, ꝙ non præſcribitur. l.2. §. cum Stichum, ff.
pro emptore.

His non

His non obſtantibus, determinatur contrariũ, quia diſtrictus & iuriſdictio ſunt principis. Cap. in ver. feuda officiorum, columna ſecunda, circa fin. & ſucceſſiue non ſunt in commertio alterius, quàm ipſius. Idem Cap. in ver. feudorum euictiones, in decima limita.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam non potuit vt tranſeat dominium, & quantum ad obligationem emptoris. l. 3. & ibi glo. 1. C. de rei vendicat. in præiudicium verò vendentis videtur, quod tenent. Præpo. hic, numero 1. in princip. vel prædicta cum ſint regalia, non licet concedere, nec per ſubditos impetrari. Affli. in rub. quæ ſint reg. in 6. q. num. 18. circa fi.

Secundum non obſtat, nam venditio iuriſdictionis imperialis, vltra quod non valet, non tenetur de euictione etiam quod promittat; quia contrahentes ſciunt vel ſcire debent iuriſdictionem eſſe Imperatoris. Afflict. hic, num. 7. circa med. & 16. & Aluar. num. 2.

Vltimum non obſtat, nam vltra quod non præſcribitur, ſi fiat non valet vt hic, & iſta lex tanquã ſuperueniens addit priori, & non tollit. l. item ait, in ver. inquietari. ff. ex quibus cau. maior. & Imperator de nouo prohibuit, quia forte erat aliqua conſuetudo in contrarium. Præpoſit. hic, nume-
7 ro primo, circa princip. & ſic firma remanet concluſio, quod in venditione allodii, non venit diſtrictus nec iuriſdictio.

Intellige tam iure iſto, quàm ante. Bald. hic, numero 3. circa med. & ſi vendit & promiſit euictionem, non tenetur. d. num. 3. circa fin. & Affli. in 4. not. numero 7. circa med. & Præpoſi. num. 3. Idem ſi Rex concedit alicui caſtrum cum omni iure, quod habet, non venit ius Regium, ſi non fuiſſet in ſpecie veriſimiliter conceſſurus. Loffred. in conſil. 24. num. 4. Iacob. in ver. dictique vaſalli promiſerunt. numero 3. ſicut in generali alienatione vaſalli, non venit feudum, niſi nominatim dictum ſit. cap. in generali. ſi de feud. defunct. mili. contro uer. fue. Et non ſolum procedit iure iſto, ſed idem per conſtit. regn. ea quæ ad ſpeciale decus. & tam ſi ſciebat emptor quàm non, quia paria ſunt ſcire, vel ſcire debere, niſi probabiliter ignoret. exemplum ponit Iſer. hic, cir. fin.

Limita niſi dominus feudi alienaret totum ius quod habet, quia tunc cum vniuerſitate venit etiã iuriſdictio, licet de per ſe aliàs non tranſiret. Idem Iſern. in §. ex eadem lege, numero nono, poſt medium, de lege Corra. nec habet locum niſi tradat; ſicut feudum non dicitur alienari, niſi deueniatur ad actum traditionis. Iſern. in cap. primo, numero 22. circa med. de natura ſucceſſio. feu. & in c. imperialis, in ver. fuit conuentum, de prohi. feu. aliena. per Lotha. nec habet locum, ſi Imperator vendit, quia tum venit iuriſdictio & diſtrictus, ſed non bona particularium, quia dicitur dominus mundi, quo ad protectionem. Loffred. in conſi. 4. nume. 2. 3. & 4. & quo ad bonum & naturale regimẽ. Bal. in conſi. 327. poſt num. 3. 1. vol. non quod in eius venditione veniant res eccleſiarum & particularium. Iſern. hic.

8 Nota, quod omnis iuriſdictio pertinet ad ſupremam poteſtatem Imperatoris: vnde illa non poteſt haberi niſi ex eius conceſſione vel permiſſione. Bald. in conſi. 161. nu. 2. 2. volum.

Nota etiam, quod iuriſdictio eſt quid vniuerſale. Bal. ſupra in præludiis, in prima quæſtio. poſt numerum 4. & omnis iuriſdictio & diſtrictus eſt apud Principem, niſi prius conceſſiſſet alteri. Aluaro. in cap. primo, numero 6. circa med. de natura feudi.

10 Vltimò, paria ſunt non reperiri, vel non poſſe poſſideri. l. cum vnus, §. fin. ff. de bonis autori. iudi.
9 poſſide.

S V M M A R I V M.

1 *Allodium, ideſt prædium.*
2 *Eccleſia eſt nomen græcum; latine, conuocatio dicitur.*
3 *Gratia, ideſt priuilegium.*
4 *Tanquam, eſt nota improprietatis.*
5 *Bona temporalia, quando deueniunt ad eccleſiam, poteſt contradici, niſi conſtet de expreſſa licentia principis.*
6 *Eccleſia, dicitur manus mortua.*
7 *Feudum non poteſt dari eccleſiæ, niſi cum expreſſa licentia.*
8 *Feuda fiunt deſtinatione patrisfamilias.*
9 *Eccleſia poſſidet per prælatos & procuratores.*
10 *Allodium, an poſſit reduci in feudum per priuatum.*
11 *Recognoſcens caſtrum in feudum, videtur recognoſcere iuriſdictionem & territorium.*

AD §. SI VERO.

SI verò Contigerit.) Ideſt, euenerit vel acciderit. Gram. in ver. contingo.
1 Allodium.) Ideſt prædium. l. vt epiſcopi. de prohib. nuptiis, in Longob. Aliquod, Etiam.) Quæ dictio includit caſum magis dubitabilẽ. Paul. de Caſtr. in cap. cum antiquioribus, poſt num. 2. C. de iure delib. Infeudatum.) Supple alteri & per illum. Conferri
2 Eccleſiæ.) Quód eſt nomen Græcum: latine conuocatio dicitur, quia in ea conuocantur omnes ad veram fidem, & ad benedicendum Deo. Lucas in l. litibus, columna 4. circa fin. C. de agric. & cenſi. dicitur multis modis. Iſern. in §. ſimiliter, in oſtendiciis. poſt numerum 16. de rapit. Corrad. in §. & iterum ſi clericus. poſt numerum 23. eodem titu. glo. fin. in cap. fin. ne prælati vices ſuas. glo. 2. in cap. cum clerici, de verborum ſignificatio. not. in cap. 1. de reſtitu. in integ. in 6. & eſt vna in Chriſto Ieſu per totum mundum in multa membra diuiſa. cap. Nouatianus. 7. quæſtione 1. cuius vnitas in multis ſignificatur. cap. loquitur. & vſque ad c. aduorauit, cap. quoniam, cap. quicumque. & ſeq. cap. didicimus, & cap. pudenda, 24 quæſtione 1. vel pro oblatione fideliũ, pro anima. §. donare. qualiter olim poterat feud. alien. vel Infeudatus.) ſupple tradiderit. Per emptionis & venditionis alteriuſue huiuſmodi contractum: Niſi.) Quæ eſt dictio exceptiua, & neceſſario ſignificat oppoſitum antecedẽti. Iaſ. in l. actione adminiſtratæ. poſt numerum tertium. C. de tranſactio. Per gratiam.)
3 Ideſt priuilegium. Præpoſit. in §. inueſtituram, poſt numerum 4. de noua forma fideli. Eccleſiæ,
4 Tanquam.) Quæ eſt nota improprietatis. Caſſ. in conſue. Burgun. rub. 8. §. 5. in conſu. nume. 13. De
5 nouo reciperet feudum.) Et ſic bona temporalia, quãdo deueniunt ad eccleſiam, poteſt contra-

dici: niſi conſtet de expreſſa licentia principis. Caſ
ſan. vbi ſupra, rub. 7. §. 14. ibi, conſtu me. colum. 3.
circa fin. nam licet ſit capax feudi. Afflict. ex qui-
bus cau. feud. amitt. numero 69. & 70. tamen dici-
6 tur manus mortua. l. 3. quando liceat rectoribus
eccleſię. in Longobard. & res quando deuenit ad
eam cenſetur libera, niſi de gratia detur in feudũ.
Ioan. Andr. in cap. primo, poſt numerum quintũ,
de immun. eccleſia. in 6. etiam quod ſint caſtra, ſe-
cus in iuriſdictione, quia illa in dubio ſemper præ
ſumitur feudalis. Cap. in ver. feudales appellatio-
nes, circa fin. & in ver. feudorum clauſulæ. ibi, ca-
ſtris. circa fin. in ver. feudum dant. ibi, Imperator.
ver. prima erit declaratio, circa fin. caſtra præſu-
muntur feuda quaternata, niſi ſint eccleſiæ. Loffr.
in cap. 1. columna 8. in prin. de natura ſucce. feu.
& dicuntur quaternata, quæ ſpectant ad collatio-
nem Regis vel Principis, & ſunt ſcripta in quater
nis cameræ. Iaſ. in repeti. feu. in princ. num. 127.
in fi. vnde in regno valet conſequentia; eſt caſtrũ,
ergò feudum, niſi teneat eccleſia, nam tunc præ-
ſumitur allodiale. Cap. in ver. feuda allodia, circa
fin. & in cap. Imperialem, in glo. fin. in 4. conclu-
ſione, primo not. infra titu. ſequen. Inſuper conceſ
ſo caſtro, non veniunt cauſæ appellationum, niſi
eſſet donatũ eccleſiæ Romanæ. idem Cap. in ver.
feudorum acceſſoria, colum. 5. circa med. nec tene
tur ad onera, niſi quæ ſecundum conſuetudinem
pro eis ſunt impoſita. Loffred. in §. ſed nec alia in-
ſtior. in prin. cir. med. quæ ſit prima cau. ben. amit.
aliàs, quod habebat retinere non poterit etiam q
retentio facilius concedatur quàm actio. Paul. de
Caſt. in conſi. 138. poſt prin. 1. vol.

Declarato textu, dubia reddebatur eius deciſio.
Et primò, habens merum imperiũ in loco, non po
teſt impedire quin prædia iuriſdictionis ſuæ tranſ
ferantur in eccleſiam. glo. Pariſ. tit. 1. §. 41. nu. 64.
nam priuilegijs illius non poteſt derogari directe
nec indirecte. Zabar. in clem. vni. in ver. nonnulli,
in fi. de exceſſib. prælat. vnde facta contra liberta-
tem eccleſiæ non tenent, & non ſolum ſtatuentes,
ſed etiam utẽtes puniuntur. Alua. in cap. 1. nu. 1. &
ſecundo, de ſtatu. & conſuet. contra liber. eccleſię.
Item non tenet, quod quis ſtatuit contra perſonas
vel res eccleſiaſticas. Paul. de Caſtr. in conſi. 463.
poſt num. 1. 1. volum.

His non obſtantibus, fuit determinatum con-
trarium, quia eccleſia eſt cultrix & auctrix iuſtitię,
& non patitur aliquid contra iuſtitiam fieri in ſe
vel in alterum. cap. 1. §. eccleſia. de alien. feu.

Qua ſtante, non obſtant contraria: nam valet
pactum quod res non poſſit alienari in eccleſiam.
Afflict. in cap. Imperialem, in glo. 2. num. 15. circa
med. de prohi. feud. aliena. per Fre. & laici poſſunt
ſtatuere ſuper iure quærendo eccleſiæ, non ſuper
iure quæſito. Caſſan. in conſue. Burgũ. rub. 4. §. 7.
ibi, ſuppoſſi. poſt numerum 58. & rub. 7. §. 14. in fi.
fi. nec fit contra libertatem eccleſiæ, quando pro-
hibetur acquirere aliena, non ſolum feudalia, ſed
etiam Burgenſatica. glo. Pariſ. tit. 1. §. 41. poſt nu-
mero octuageſimonono, vſque ad nonageſimũ-
quintum. & res publica præferendo ſuam publi-
cam vtilitatem vtilitati eccleſiæ, non dicitur ſta-
tuere contra illius libertatem. Bald. in conſil. 299.
numero ſecundo, 1. volum. & 396. 4. volum. etiam
quod in quæſitis plus vtilitas eccleſiæ, quam perſo
næ attendatur. glo. antepen. in cap. 2. ne ſede va-
can. in cap. fin. in ver. vel dignitatibus, de reſcript.
7 in 6. & ſic firma remanet concluſio, quod feu-
dum non poteſt dari eccleſiæ, niſi cum expreſſa li
centia domini, etiam quod in temporalibus in nul
lo proficiat, & ſit ſicut anima ſine corpore. Afflict.
in §. inde poteſt, poſt numerum tertium, de aliena,
feud. & de pace tenen. in princip. numero octa-
uo, circa fin. Idem in monaſterio & quolibet loco
pio, quod eccleſia appellatur. Io. And. in ca. 2. nu.
3. de in integr. reſti. in 6. & in cap. vni. nu. 2. de con
ſecra. eccleſiæ vel altar. in 6.

Intellige ſi fit ſine domini voluntate, & ab eo
qui recognoſcit ſuperiorem in ipſo feudo: Secus
ſi fiat ab eo qui non recognoſcit ſuperiorem, pu-
ta Imperatore vel Rege, quia tunc valeret in feu-
datio facta eccleſiæ. Afflict. in §. inde poteſt, in 1.
not. de aliena. feud. & in re ſibi donata & non tra-
dita, potior eſt eo, cui ſecundo loco traditur in feu
dum. Cap. in ver. feudorum inueſtituræ, circa fin.
ibi, potior eſt. nam eccleſiæ per ſolam obligationẽ,
ſine acceptatione acquiritur dominium. Luc. in l.
prædia, colum. 16. circa med. C. de locatio. præd.
ciuil. & eſt fauore eccleſiæ. not. in l. ſancimus, la vl
ti. C. de ſacroſan. eccl. in aliis antequam eſt ius per
fecte quæſitum, poteſt reuocari. Alexan. in conſi.
204. num. 4. 7. vol.

8 Nota, quòd feuda fiunt deſtinatione patris fa-
milias. Affli. de controuer. feud. apud pares term.
9 num. 29. circa fin. Item quod eccleſia poſſidet per
prælatos, procuratores, & colonos. Iſem. in §. ſi-
militer in oſtendiciis, numero decimoſexto, de ca-
pi. Corra. & hic, poſt numerum 49. adeo quod do
natio ſi eſt facta alicui, & poſt eius mortem eccle
ſiæ, ſi eſt acceptata a primo, nõ reuocari reſpectu
ſecundi. Ludo. de Moli. de Hiſpano. primog. lib 4.
capit. 2. numero 74. nam eccleſia imperio uacan-
te, ſupplet uices illius. not. in cap. licet, de foro cõ-
peten. & eius bona ſunt pauperum. not. in cap. ſe-
cundo, & ibi glo. in ver. de cauſis, de præſcriptio.
10 An autem Burgenſes poſſint de ſuo allodio face-
re feudum? & videtur, quod ſic: ſicut vnum & i-
dem verbum diuerſificatur ſecundum adiuncta,
glo. fi. in c. ſi Papa, de priuileg. in 6. dat quis nobili-
tatem quam non habet. cap. primo, vbi not. de ſup
ple. negligen. prælat. cap. cum contingat, de ætate
& qualita. l. non eſt nouum, de acquir. rerum do-
min. l. interdum, de acquiren. poſſeſ. & qui non ha
bet actionem, transfert. gloſſ. in l. cum hæres. ff. ad
Trebellia. ſicut in eo qui baptizatur ignoranter à
non Chriſtiano. cap. ſolet, & cap. quomodo, de cõ
ſecra. diſtinct. 4. maioratum quilibet poteſt facere.
Ludou. de Moli. de Hiſpano. primogen. lib. 1. cap.
13. poſt numerum 4. & 6. & tunc dabit, quod non
habet. Innoc. in cap. 1. circa med. de ſupple. neglig.
præla. & eſt magis commu. opinio, quod poſſit
quilibet priuatus res proprias patrimoniales infeu
dare. Curt. in tractat. feud. in 4. quæſtione 2. par.
princip. dum tractat de inueſtitu. laico. Sed quod
non poſſit laicus, ſecus in clerico. Cap. in ver. feu-
dum dant. in 21. concluſio. & ibi, infeudar. & non
facit de ſuo allodio feudum, niſi cum voluntate
Principis. & dicitur tunc Princeps facere, quia au
thoritatem faciendi dat. Loffre. in conſilio 39. nu-
mero 5. Cam. infra in cap. Imperialem, colum. 10.
circa fin. & adeo operatur aſſenſus Regis in infeu
datione allodialium, ut non poſſit rem illam feu-
dalem reducere in Burgẽſaticã. Cap. in ver. feuda-

lea

les aſſenſus. ibi, effectus. poſt principium, & in fi. nam Princeps ſolus poteſt facere, quod res feudalis efficiatur Burgenſatica. Afflict. quæ ſint regal. in princip. numero 111. ex quibus cau. feud. amit. numero 73. & de feu. non habente propriam feu. natu, in 4. nota. numero quinto. qui ſolus poteſt caſtrum feudale facere Burgenſaticum. Lucas in l. poſſeſſores, columna ſecunda, cir. med. C. de fun. patrim. Fre. de ſubfeu. lib. 2. ibi, trigeſimoſeptimo, numero quarto. & de feudali facere demanium, ac homines feudales, & obnoxios ſeruitiis perſonalibus, a tali munere liberare. Idem Lucas vbi ſupra, colum. fina. in princip. Baro autem non poſſit. Afflict. in cap. primo, de controuer. feud. apud pares termi. numero vigeſimoſexto. & ſic res allodialis nõ poteſt effici feudalis, niſi domino approbante. Cap. in ver. feuda allodia. in fin. & Afflict. hic, in 2. nota. In regno non poteſt dominus locare, niſi excadentias. Iſern. hic, poſt numerum quinquageſimum, & in cap. 1. vbi Afflict. numero 24. d. titu. de controuer. ſeu. apud pares termi. regulariter autem qui honorem non habet, dare nõ poteſt. cap. qui perfectionem, & ſequen. 1. quæſt. 1. quod non habet, non poteſt conferre: & habetur pro non dato, quod datur ab his, qui de iure dare non poſſunt. cap. quanto. & ibi glo. prima. de conſuetudine. qui non habet remiſſionem, non poteſt dare. glo. prima, in fine, in cap. didicimus. 24. quæſtione prima. glo. in cap. Romanus, de conſecrat. diſtinct. 4. iuriſdictionem non poteſt dare non habens, ſi deſinit ex toto eſſe iudex. glo. fi. in cap. cum Vintonienſis, de electio. cap. 1. & 2. cum ibi not. de ordina. ab Epiſco. Qui renuntiant Epiſcopatui, & ſi nihil habet, nihil dare poteſt. capit. Daibertum. prima quæſtione vltima. & eſt generale, quod nemo de iure dare poteſt quod non habet. Fallit in dictis caſibus. cap. 2. in ver. poſſunt. 1. quæſtione 1. l. manumiſſiones. in glo. 2. de iuſti.
11 & iure. an autem recognoſcens caſtrum in feudum, videatur recognoſcere iuriſdictionem & territorium. glo. Pariſ. 5. titu. 1. §. primo, numero 61. & ſi confitetur, & recognoſcat ſe hominem talliabilem, vel promittat ſeruire etiá ſine cauſa tenet. Caſſan. vbi ſupra, rub. 9. §. 5. ibi, & deuient. Bald. in l. cum falſa, numero quinto, C. de iuris & facti ignor. glo. prędi. Pariſ. 5. numero 22. vſque ad 44. & an præiudicat filiis & hæredibus ſuis. Caſſan. vbi ſupra. ibi, & bapoſteſita, cum diſtin. de qua in. §. 6. ibi. & ha poſteritate. per tot. adeo quod qui confitetur rem ſuam eſſe cenſualem, quæ non eſt, præiudicat ſibi in iure cenſus. Caſſan. ibi, rub. 3. §. 4. ver. a pres le dict. num. 20. & in ver. hæredibus, numero 24. & ſi tempore quo viuebat ſoluit pro re Burgenſatica per 20. annos, ſeruitium Regiæ curiæ, præſumitur inueſtitura, & quod rem Burgenſaticam voluerit facere feudalem in augmentum feudi. Idem ſi in inuentario redintegrationis bonorum feudalium appoſuerit Burgenſatica. Afflict. in §. econtrario, poſt numerum primum, de inueſti. de re aliena facta. ſicut per recognitionem rei vt cenſualis, ex certa ſcientia, efficitur cenſualis. Iacobi. in ver. dictique vaſalli promiſerunt. numero vigeſimoprimo, circa fin. Quid ſi recognoſcat tenere ab eccleſia. numero vigeſimoquarto, & vigeſimoſeptimo. dic, quod feudum non probatur, etiam quod ſoluatur per priuilegium quid annuum; nam eſt cenſus & non feudum. Iaſ. in l. ſi

prius. num. 41. de operis noui nuntia. nec poteſt fieri per ſimplicem recognitionem. Afflict. in cap. 2. numero 10. de feud. cogn. & de cap. qui curiam vendi. in princ. numero 12. vnde ſi in alienatione bonorum Burgenſaticorum interuenit Regius aſſenſus, qui non requiritur, non mutat naturam alienationis: quia ea quæ non ſunt de ſubſtantia, ſi apponuntur, non reddunt contractum nullum, neque eius naturam mutant. Idem Afflict. qualiter vaſal. iurare debeat fideli. numero decimoquinto, circa fin. & Rex Franciæ, ſi facit aliquam ciuitatem confiteri eſſe ſuam, & fidelitatem iurare, cum non ſit, ſua. confeſſio & iuramentum non valet. Caſſan. in conſue. Burgun. rub. 3. §. quarto, ibi, a pres le dicte homage, num. 19.

Vltimò nota, quod natura res omnes liberas fecit, & ipſas in rudi materia conſiſtentes modò allodiales, modo Burgenſaticas, a Burgenſis hominibus poſſeſſas iura appellauerunt. Cam. infra, in cap. Imperialem. car. 37. columna 3. in princip. & quando dicunt feudum, intelligitur de eo quod eſt legitime conſtitutum. l. 4. §. condemnatum, de re iudic. per confirmationem, quia tunc per qui confirmat dat. §. interim. Authen. defenſo. ciuita. vel per præſcriptionem. 30. anno. cum rei vendicatio non duret, niſi 40.

Nota, dicit Iſer. hic, circa fin. ſupra, hic fin. lex. ante & poſt numerum decimumquartum. non obſtante communione cum pupillo, ſi eſt diuiduum; nam tunc habet dimidiam totius, non partem in qualibet parte. l. Pomponius, 37. ff. de rei vendi. ſecus ſi eſſet indiuiduum, quia ſi non præſcribitur contra pupillum, non obeſt alteri. l. vna eſt via. ff. de ſeruitu. ruſt. præd. Iſern. hic. Non omitto, quod magni Barones, licet nõ ſint milites, poſſunt illos facere. Bar. in l. 1. nu. 80. C. de dignita.

SVMMARIVM.

1 *Vt, eſt coniunctio cauſatiua, & exponitur, ad hoc.*
2 *Autem, ideſt certe.*
3 *Aequitas eſt, temperata iuſtitia dulcore miſericordiæ.*
4 *Ratio vbi eſt eadem, non eſt extenſio ſed incluſio.*
5 *Vniuerſitas dicitur ab uno, eo quod plures coniunguntur in unum. & eſt plurium corporum collectio inter ſe diſtantium, vno nomine ſpecialiter eis deputato.*
6 *Statuimus, uerbum, nouum ius deſignat.*
7 *Expeditio uocatur, cum exeunt milites ad bellum.*
8 *Vaſallus habet electionem ire uel ſoluere.*
9 *Subuentioni datur medietas fructuum vnius anni.*
10 *Seruitium militare, non poteſt remitti.*
11 *Perdere, amittere, & cadere, important ipſo iure.*
12 *Rex Romanorum quando uadit Romam ad ſuſcipiendam coronam, debet cum eo ire feudatarij, uel ſtipendia ſoluere pro quantitate feudi.*
13 *In maleficijs ſeruandus eſt rigor iuſtitiæ.*

AD §. VT.AVTEM.

1 VT) eſt coniunctio cauſatiua,& expo
nitur,ad hoc,Gramma.in ver.vt.Au
2 tē.) Ideſt certè.l.tres tutores,in ver.
quod autem,in fi. ff. de adminiſtr.tu
tor.Aequitas] Quæ eſt quoddam tē
peramentum recedens ex cauſa,a regulis iuris cō
3 munis;vel ordinata iuſtitia temperata dulcedine
miſericordiæ,Afflict.in §.ſed quia, num.5. quę ſit
prima cau.benefi.amitt.Iſtam amant omnes boni
viri. Lucas in l.vni.columna 3.circa princ.C.de ex-
pen. ludor, æquitate & iuſtitia pleni.l.2.C.de me
tatis & epidimiti,& etiam quod ęquitas vnius, ſit
quandoque contraria ęquitati alterius: ſicut illa
Sceuolæ fuit contraria ęquitati prætoris.l.filium,
§.videamus,in ver.verbis.ff.de bono.poſſeſſio.con
tratabu.regulariter tamen deſiderat paria.Quæ in
paribus cauſis,paria iuria deſiderat.) Vbi ratio di-
4 uerſitatis reddi non poteſt. Iſern. hic,in fin.adeo
quod ybi eſt eadem ratio, non eſt extenſio,ſed in-
cluſio.Zaba.in clemen.1.numero 4.de reſcriptis.
& fit extenſio legis ad caſum non expreſſum,ha-
bentem ſimilem rationem. .quæſitum. vbi Barto.
ff.de teſtibus,l.1.§.quod vulgo, de vi & vi arma.
5 Per vniuerſitatem) Quæ dicitur ab vno,eo quod
plures coniunguntur in vnum. Ioan.Andr.in cap.
1. poſt numerum quartum, de vſuris, in 6. & eſt
plurium corporum collectio inter ſe diſtantium,
vno nomine ſpecialiter eis deputato.Azo in Sum.
ff.quod cuiuſque vniuerſi. nomi. & poſuit omnes
coniunctim loco unius.l.interdum, in glo.1.ff.de
hæred. inſtit. ne cogeretur Imperator nominare
omnes ciuitates ſubiectas imperio.cap.1.in ſimil.
Imper.Lotha.Totius imperij ſeruetur.)ſupra tit.
præceden.in princ.Firmiter.) §.firmiter, infra,ti-
6 tu.ſequen.Statuimus.] Quod verbum ius nouum
deſignat.not.in clemen.fina.de reſcriptis. Tam in
Italia,quàm Alemania.Iſern.de noua forma fidel.
in fine. Vt quicumque.] Tam proceres, quàm
milites. cap. Imperialis,de prohib.feu.aliena. per
7 Lotha.In dicta publica expeditione.] Quæ di-
citur, dum exeunt milites ad bellum. Gramma.in
verb.expeditio. hic,quando vadit: nam non poſ-
ſit Imperator pro eo mittere procuratorem.
Præpoſit.hic,circa princip. Romam.). Intellige
veterem, non autem de Conſtantinopolitana.
Idem Præpoſit. hic, in princip. Ad ſuſcipiendam
imperij coronam.] Primam, ſecundam, & ter-
tiam, de quibus Iſern. quæ ſint regalia, in verb.&
extraordinaria collatio, numero quinquageſimo-
nono. Regem.) Ante coronationem. Barto. in
tracta. ad reprimen.in ver. Reges.;Licet paratus
ad coronationem habeatur pro coronato. Lucas
in l. his quidem,columna ſecunda,circa medium,
C. qui milit. poſſ. vel non. Aut ſub Rege domi-
num ſuum.) Vn miles, vt ſupra, & illius ſubfeu-
datarius. Non adiuuerit,aut eundo cum ipſo,aut
pro quantitate feudi ſtipendia militiæ perſoluen-
8 do) Cum ſit in electione vaſalli ire uel ſoluere:
nam alternatiue eſt debitor, niſi eundo perſona-
liter poſſit cum interuentu perſonæ, magnum
commodum domino præſtare. Præpoſit. hic,nu-
mero ſecundo, circa princip. & fit ſolutio pro
quantitate feudi. §. ſimiliter in petendis. de capi-
9 tu. Corra. hodie eſt medietas redditus, ſiue fru-
ctus vnius anni. Iſern. hic poſt principium.& Al-
uaro,columna ſecunda,poſt medium.Si de voca-
tione.] In propria perſona domini, per procura-
torem vel nuntium: mittendo literas cōtinentes,
quod cōferat ſe coram paribus curtis,vel per pro-
clama generale.Prępo.hic poſt principium,& me
dium.Legitima,a domino ſuo conuenti,per com
pares ſuos poterit.). Probando fuiſſe requiſitum
10 vel monitum is qui allegat, vt per Præpoſit. hic,
cum ſeruitium militare non poſſit remitti.Caſſan.
contra Afflict.in conſu.Burgun.rub.3.§.4.in prin.
numero vndecimo, circa fin. Feudum perdat.)
11 Amittat & cadat, quæ important ipſo iure, vel
per ſententiam.Iſer.in ver.a iure ſuo cadat.de ſta-
tu.& conſue.contra liber.Eccleſ. Aluaro, hic,co-
lumna 3.in princip. Et dominus in ſuos vſus illud
habeat,redigendi liberam facultatem.) Tam ſi ſit
feudum nouum, quàm paternum, ut ſic habeat
ſuæ iniuriæ vltionem, vt hic in glo. fina.& defer-
tur fiſco, etiam quod nondum fuerit quæſitum.l.
in omnibus, ubi glo.circa med.ff.de diuer.& tem-
po.præſcrip.

Declarato textu, videbatur dicendum quod va
ſalli non teneantur comitari, nam vltra quod om
ne immenſum incompetens eſt. Auth.de referen-
dariis,in ver.immenſum, vbi multitudo,ibi confu
ſio.ibi,in ver.honeſtum.& ſeq.multitudo numero
ſa nihil habet honeſtum.d.Auth.poſt med.

Secundò, Deus in paucis,non in multitudine li
berat.Iudicum.c.7.cum melius ſit pauca idonea ef
fundere,quàm multis inutilibus homines prægra
uari,l.2.§.primo quidem,C.de vet.iure enucl.tan-
to magis,quia mediocritas comendatur. Lucas in
l.4.circa med.C.de agri.& cenſi.

Vltimò,durum eſt ſeruire, & ire de vna prouin
cia ad aliam.l.ſed & hę.§.non ſolum, ff.de procu-
rat.immo ſemper prohibetur exire de propria pa-
tria.l.1.C.quando Imper.§.ſi verò contigerit.Au-
then.vt differ.iud.nam onerosum eſt, & ſępe enim
magna captione, a rebus noſtris reuocari. l.ſed ſi
quis.ff.quemadmo.teſta.aper.

His non obſtantibus, determinatur contrariū.
Et ratio eſt,propter honorem imperij, & fœlicis
expeditionis complementum, ut infra in cap.Im-
perialem,poſt prin.

Qua ſtante,non obſtat Primum: nam intelligi
tur de multiloquio,in quo non deeſt peccatum,&
alia de quibus late glo.in conſt.vniuerſos, in ver.
filateria,de cau.in indic.cito decid.

Non obſtat Secundum, nam miracula veteris
teſtamenti admiranda ſunt, & non in exemplum
noſtræ actionis trahenda. Affl.de natu.ſucce.feu.
num.15.poſt med.

Vltimò non obſtat, nam quando publica exigit
neceſſitas, cogitur quis vltra terminos propriæ ci
uitatis exire.l.curialis,la 2.C.de decurio.& ſic fir-
12 ma remanet concluſio, q Rex Romanorū quan-
do uadit Romam,ad ſuſcipiendam coronā, debēt
cum eo ire feudatarii, vel ſtipendia ſoluere pro
quantitate feudi,aliàs illo priuantur.

Intellige procedere, non ſolū quàdo uadit Ro
mā, verumetiā & in qualibet alia expeditione, &
non ſolū tenentur Marchiones & alij, verumetiā
q ſunt ſub aliis dn̄is immediatis,quia tenentur illi
eorū dominos adiuuare. Iſer.hic cir.prin.& ſic tā
in vaſallis mediatis, quàm immediatis qui tenent
feuda a Ducibus & Marchionib.Aluar.hic,col.2.

circa medium. Idem in Burgenſibus. Iſern. hic allegat conſtit. reg. quamplurium, & cap. item ſtatuimus quod comites, car. 29. Et etiam ſi vadit contra ſaracenos vel hoſtes fidei chriſtianæ: nam poſſet a ſubditis ſubſidium petere. Iacob. in verb. & promiſerunt. vel pro defenſione ſua, & patriæ. in decimaſeptima quæſtione, numero vigeſimoſecundo, & vigeſimotertio. & caſus prædicti, licet ſint ultra expreſſos in d. conſtitu. includuntur, quia cenſetur excepta perſona loquentis. Iſern. hic, ſicut in verbis alienius perſonæ, non includitur fiſcus. Bald. in conſilio decimotertio, numero ſecundo, circa fin. primo volumine. nam ſi vult prodeſſe aliis, vult & prodeſſe ſibi: ex quo quilibet tenetur magis ſe quam alium diligere. multa in capitu. niſi ſpecialis, cum ibi not. de auto. & vſu pallei. cap. licet, & ibi glo. in ver. videamur, de ſupple. negligen. prælat. & non ſolum conuenitur, & priuatur vaſallus in caſibus prædictis, verum etiam & in crimine leſæ maieſtatis. §. fina. Authen. vt nulli iudic. Iſern. hic, numero quinquageſimo primo, in fine. in aliis delictit, puta quia non ſeruiuit prout promiſit, diſtingue, vt per eundem. Iſer. hic, circa fin.

Limita tamen, niſi eſſet conſuetudo in contrarium, in ſimil. de ſubſidio charitatiuo, Bald. in d. §. ſimiliter, numero primo, de capi. Corrad. & procedit, quando potuit. cap. ſecundo, in fin. de feudo ſine culpa non amitt. & temere venire ſuperſedit. dicto §. firmiter. quia intelligitur commiſſum vt faciat, ſi poteſt, nec tenetur negligere ſua. cap. prudentiam, §. primo, in glo. prima, do offic. delega. & agris ſuis ſitientibus alios irrigare non debet. cap. fin. in verb. debitis, de offi. ordin. in 6.

Nota, quid ſit æquitas. Aluarot. hic, poſt principium. vnde, & quotuplex. Afflict. in pri. nota. & eſt glo. penultima, in l. placuit, C. de iudiciis. Iſta æquitas non trahitur ad equinium inquit glo. l. ſeruitutes, §. ſi ſub latum, in ver. pars. ff. de ſeruitu. vrban. prædi. & ſi eſt ſimulata, non eſt æquitas ſed duplicata iniquitas: ſicut innocentia ſimulata non eſt innocentia, ſed duplex malitia. Lucas in l. vni. colum. 2. in fin. & 3. in princ. de reis poſtula.

13 Vltimò in maleficiis ſeruandus eſt rigor iuſtitiæ. Aluarot. in §. ſi quis alium. numero tertio, de pace tenenda. ut ſic certi hominis factum arguamus. l. licet, §. fin. nau. cau. ſtabula lar.

De prohibita feudi alienatione per Freder. Tit. LV.

SVMMARIVM.

1 *Frederici tres huius nominis Imperatores: & de quo hic.*

2 *Fredericus fecit conſtitutionem, per quam fuit deſtructus.*

3 *Alienatio eſt genus, venditio eſt ſpecies.*

4 *Alienare licet, quando fit cum aſſenſu, illicite quando ſine aſſenſu.*

AD RVBR.

1 FREDERICVS.) Tres huius nominis fuerunt Imperatores: de tempore eorum Imperii. Aluaro. de pace tenen. in princip. per duas columnas, iſte fuit ſecundus. Aluaro. infra, in nigro. poſt principium. quando regnauit. idem Aluaro. in rubr. de ſtatu. & conſuet. contra liber. Eccleſ. glo. Pariſ. titu. primo, in princip. poſt numerum 92. 93. & 97. fuit filius Conſtantiæ, & Henrici Sext. & nepos ex ſorore Guiglelmi pri. Iſer. in conſtitu. ſtatuimus. de uſura punie. Fre. de ſubſic. lib. primo, de offic. magni Conesta. numero 3. in fin. & de antiquo ſtatu regni, numero 27. cir. med. Loffr. in capit. primo, colum. 25. circ. med. Impera. Lotha. Rex Siciliæ ex parte matris. Iſern. in §. præterea, numero 6. circ. med. de capit. Corra. inde Fredericus de Sicilia, glo. in clemen. fin. in verſic. ſi ſumus. de ſentent. excom. Imperator Romanus, Iſern. in §. iniuria. in ver. punitur, in princ. ſupra titu. præce. de pace iura. firma. vel Romanorum Imperator. Lucas in l. vnic. colum. 12. cir. med. publicæ læti. vel conſu. Fuit tyrannus. Iſern. quæ ſint reg. in ver. & dimidium theſauri, circ. fin. poſt numerũ 94. ſatis rigidus in iuribus ſuis exigendis. Idem Iſern. in §. donare. in addi. poſt numerũ 5. qualiter olim poterat feu. alienar. multa regno onera impoſuit. Fred. de ſubſe. lib. primo, de offi. mag. coneſta. poſt nume. 5. & lib. 3. ibi, inter quaternata feuda, numero 6. cir. med. & exinaniuit regnum tyranico more. Iſern. in §. vt tranſactum, poſt numerũ 28. quibus modis feud. ami. fuit tributarius Eccleſiæ pro regno prædicto, & inde priuatus. Idem Iſern. ſupra in prælud. numero trigeſimooctauo, circa fi. & trigeſimonono. multa fecit contra eccleſiam. Iſer. in §. ſimiliter in oſtendiriis, in 2. addit. poſt princ. d. titu. de cap. Corra. fecit multas conſtitutiones in
2 fauorem eccleſiæ, & inter alias unam, per quam fuit deſtructus. Bart. in Auth. ſi verò, C. de hæreticis, & inter quas iſtam glo. per quam prohibetur feudi alienatio. fuit a Manfreda filio ſuffocatus, & in æde Panormitana ſepultus. Primus verò tranſiens vltra mare cruceſignatus periit, in paruo flumine Armeniæ, & de hoc Iſern. in cap. primo, numero ſecundo, circa medium, de pace tenen. & in rubr. de ſtatu. & conſuetu. contra libert. eccle. Pariſ. de ſindica. in verb. de Regum, Princip. & Ducum exceſſi. numero 59. glo. Pariſ. titu. 1. in princip. numero 86. 87. & 97. huius primi fuiſſe hanc legem dicit ex. glo. tit. 2. §. decimotertio, glo. quinta, in princ. Quidquid ſit, huiuſmodi prohibitio fuit facta per varias conſtitutiones ſecũdum diuerſa tempora & mores curiarum. Cap. in verb. feudorum alienationes, in princip. & ſecundum Aluaro. in §. ant ſi libellario, in princ. quibus modis feud. amitt. conſiderantur tria tempora, attenta tamen huius ultima iuriſprudentia, feudum non
3 poteſt alienari inuito domino. Cap. ubi ſupra, & dicitur alienatio genus, venditio ſpecies. glo. tertia. Par. poſt numerum quartum, dicto §. 13. & reſtringitur quandoque. ver. alienare, licet ſit latiſſimum. ex. glo. titu. ſecundo, §. 55. num. 6. in fin. iſta prohibitio non concernit perſonam, ſed rem. Loffred. in conſt. 7. poſt num. 27. & quando diſpenſa-

eur, alienatio, vt dicatur cauſa rei vel perſonæ,
cauſa proxima inſpicitur, vt ibi, numero vigeſimo
octauo, & vigeſimonono. Vt ſic licite alienetur,
4 quando cum aſſenſu domini: illicite quando ſine
aſſenſu. Cap. in ver. feudorum agnati, in fine. vt
videbimus infra in hoc comprehenſorio feudali.
Iaſ. in princip. ſuæ repetit. feudalis, numero ter-
tio, circa finem, & ſeptimo, circa medium. prout
ſuum libellum appellauit Ioan. Rainaldus, vt in
conſtit. feud. diuerſ. 49. in fine, & 55. numero 14.
in princip.

SUMMARIUM.

1 *Decet, ideſt oportet.*
2 *Solertia eſt ſolicitudo in mente.*
3 *Cura dicitur, eo quod vrit.*
4 *Imperator in republica eſt, ſicut caput, pater, & maritus.*
5 *Salus ſubiectorum poſt Deum, ex incolumitate ducum propenſius pendet.*
6 *Singulorum, uox, ideſt ſingulariter conſideratorum.*
7 *Status triplex.*
8 *Quapropter, dictio, cauſam uel occaſionem immediatam uel remotam ſignificat.*
9 *Uniuerſalis non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, ſed ſolum numero.*
10 *Imperator loquitur de ſe ipſo in plurali.*
11 *Loca magna & inſignia, ſunt ſolita eligi pro cognitione cauſarum.*
12 *Principes primi, uel domini, eo quod qui dominantur primi ſunt, dicuntur.*
13 *Superior monetur ad multorum querelas.*
14 *Rectores eccleſiarum qui fuerint a creatione mundi, vſque nunc.*
15 *Licentia quid, & vnde.*
16 *Colluſio quid, qualiter detegatur, & quomodo punitur.*
17 *Unde, importat cauſam.*
18 *Regis intereſt Baronem ſuum diuitem eſſe, vt ornatior accedat aſſociatus, dum vadit ad ſeruitium domini.*
19 *Ergo, illatiua dictio, non inceptiua.*
20 *Facilius inuenitur, quod a pluribus quæritur.*
21 *Simul, eſt aduerbium congregandi, & ſignificat, in vnum, una, pariter.*
22 *Palatini dicuntur, qui habent officium in Palatio.*
23 *Proceres, ideſt Barones.*
24 *Uenditionis uerbum, omnem alienationem comprehendit, alienare plus quàm uendere.*
25 *Pignorare non licet ſequuta traditione, ſecus ſi ſimpliciter.*
26 *Quomodocunque eſt geminatiuum, & nihil excludit.*
27 *Adiudicare pro anima, uerbum, in textu falſo adiunctum.*
28 *Alienari poteſt cum conſenſu eius ad quem res ſpectat, quod alias non licet.*
29 *Alienatio feudi ſine aſſenſu domini non ualet.*
30 *Feudum prohibitum alienari ſine cõſenſu domini, cum conſenſu poteſt.*
31 *Neceſſitas publica ſingulorum iuribus derogat.*
32 *Fructus feudi poſſunt uendi, ſed non conſtitui vſusfructus.*
33 *Feudum an poſſit dari in dotem.*
34 *Aſſentiendo dominus quid facit, in alienatione feudi.*
35 *Aſſenſus non extenditur; in eo rigorem ſequimur, non æquitatem.*
36 *Aſſenſus cuius requiritur mediati uel immediati; & quid ſi ille non vult aſſentire.*
37 *Aſſentire in quibus caſibus tenetur dominus.*
38 *Clauſula, iuribus noſtris & noſtri curiæ, & alienis ſemper ſaluis, quid operetur.*
39 *Clauſula, quatenus rite & recte proceſſerit, intelligitur quo ad partes.*
40 *Uendens feudum quatenus poteſt, uel ſi dominus conſenſerit, non aliter, nec alio modo, non amittit feudum.*
41 *Vicarius Regis abſente Rege, an poſſit aſſentiri.*
42 *Conſenſus tacitus ſufficit iure communi, ſed in regno requiritur expreſſus.*
43 *Priuilegium a confirmatione differt.*
44 *Aſſenſus poteſt præcedere & ſubſequi.*
45 *Aſſenſus quando dicatur perfectus.*
46 *Aſſenſus poſt mortem alienantis impetrantis non tenet, niſi impetretur etiam ſuper conſenſu hæredis.*
47 *Conſenſus eſt facti, & requirit factum hominis.*
48 *Solemnitas quæ requiritur in contractu, requiritur in ratificatione.*

AD TEXTUM.

IMPERIALEM decet ſolertiã)
Alibi decet Imperialem ſolertiam, l.
fin. de homicid. liberi homi. in Lon-
1 gobar. Decet.] Ideſt oportet. l. cum
oportet, in gl. prima, C. de bonis quæ
liber. & honeſtum eſt. Lucas in l. prædia, columna
decimaoctaua, circa med. C. de locatio. prædio. ci-
ui. & hic inſpicitur quod decet. Zaba. in clement.
vni. in ver. verum, in 4. nota. de exceſſib. prælato.
ſecundum honeſtatem: & quid expediat ſecun-
dum vtilitatem. Lucas in l. 2. poſt principium, C.
ne fiſcus rem quam vendi, euincat, Solertiam.)
Leg. ſed & ad eos. ex quibus cau. maior. curam. l.
3. §. primo, ff. de arbitris. & ſolicitudinem ſeu in-
duſtriam. Lucas in l. 3. in princip. C. de naufrag.
Archidiaco. in cap. 1. 39. diſtinct. cap. filiis, circa
princip. 16. quæſtio. 7. Zabar. in clemen. vni. in 4.
not. de offic. delega. & Aluar. hic poſt princip. pru-
dentiam uel induſtriam. Bald. in l. 1. §. non fuit, in
princip. ff. de dolo malo. alibi inſtantia, ideſt ſoler-
tia: nam mater omnium uirtutum eſt inſtantia. Za
bar. in clemen. ſecunda, in ver. ſuper cathedram, in
5. not. de ſepulturis. & ſollicitudo quam habet Pa
pa. clemen. prima, in princip. vbi Zaba. de magi-
2 ſtris. eſt autem ſolertia, quædam ſolicitudo in men
te: inde dicitur ſolers. Afflict. hic, in 1. nota. Ita.]
Eſt aduerbium ſimilitudinis. Luc. in l. vni. colum
3 na 3. poſt medium, C. de theſauris. Reipublicæ cu-
ram.) Quæ ſic dicitur, eo quod corruit. Archid. in
c. perlectis, colum. 2. poſt med. 25. diſtin. Curam
4 gerere.) Cum in ea ſit tamquam caput. Iſern. in
c. 1. colum. fin. in prin. qui ſucceſ. tenea. pater. idem
Iſern. in c. Imperialis, nu. 1. cir. princ. de prohi. feu.
alicna.

alienа.per Lotha.& maritus. Caſſan. in conclu. &
approbatione conſu.Burg.in pri.nu.2. idem ſunt.
ſer.quæ ſint regalia in ver.& bona committenóu,
num.81.cir.prin. Et ſubiectorum cómoda inue-
ſtigare.) Noctib. ſub æqualitate dierum utendo, ut
ſubditi ſub omni quiete conſiſtant. §. pri.cir.prin.
Aut. vt iudices ſine quoquo ſuffra. nam inuigilat
ſicut & Papa, Zaba.in clem.s.in 3.not.de ſent.&
re iud.pro comoditatibus ſubditorum, Bal.in d.ti.
5 de prohi.feu.aliena.per Lotha. in pri. vnde ſubie-
ctorum ſalus, poſt Deum, ex incolumitate Ducú
propenſius pendet. Lucas in l.fi.col.pri.cir. fin.C.
de re milita. Vt regni vtilitas incorrupta perſiſtat]
Vel oe publica uacillet utilitas, l.humilioribus, C.
de ſuſcepto. præpo.& archa. Et ſingulorum.) Nó
6 ſolùm omnium, ſed ſingulariter conſideratorum.
Zaba.in cle.pri.§.Sane.in pri. de ſtatu monacho.
7 Status.] Qui triplex eſt, primæuus, & dicitur liber
tas.Secundarius, & eſt ſeruitus. Tertius, libertini-
tas, vel maſculus, fœmina & hermaphrodita. Azo
in ſum.ff.de ſtatu homi.nu.2. & 7. Iugiter ſerue-
tur.] Cuſtodiatur. Gra. in uer.ſeruo. Illæſus. Qua
8 propter.] Cauſam uel occaſionem immediatá uel
remotam ſignificat.Bal.in con.319. nu.2.pri.uol.
Dum ex prædeceſſorú noſtrorum more.) Vel mo
re maiorum, l.more maiorum, de iuriſd.omn.Iud.
9 Vniuerſalis.) Quæ oñ prædicatur de pluribus dif
ferentibus ſpecie, ſed ſolùm numero. Caſſa.in con
ſu.Burgu.rub.7.§.8.ibi, Loingta, nu.10.& 11.Cu
riæ.) Publici cócilii. Gra.in ver.curia, Ronchaliç)
d.c.Imperialis, in ſingulari, quandoque in plurali,
addi. ad Odoffr. in Sum. utrum in cau.feu.iurare
debeat de calum. alibi in regni vniuerſali conuétu
l.fi.de prohibi. nuptiis. in lógobar. Pro tribunali.)
Io.c.19.Sederemus] Quia anima ſedendo, & quie
10 ſcendo fit prudentior. Philoſ.7.Phiſico. loquitur
de ſe ipſo.l. ex duobus.in glo.2.ff.de nego.geſt.l.
diuortio, in ver.ait.ſol.mat.& in plurali de uno.gl.
11 2.in l.in condictione, ff. de cód.furti. gratia hono
ris, gl.pri.in l.vni.C.vti poſſi. oã princeps, & quili-
bet, qui repræſentat rem publicá, loquitur in plu-
rali.Lucas in l.pri.C.de debito.ciuit.Caſſ. in proe.
cóſu.Burg.ibi, ſcauoir, faiſons, & ibi, notus euſent.
12 Vnde loca magna, & inſignia ſunt ſolita eligi pro
cognitione cauſarum.Inn.in c.pen. nu.3. & cir.fi.
de reſcriptis. A principibus Italicis.) Qui principa
tum, uel primú caput tenent in Italia. Gra.in uer.
princeps. Tam rectoribus eccleſiarum) Qui nóoul
li fuerunt a creatione mundi, uſque modò. Inno.
13 in c.licet, poſt nu.3. de foro compe. Quàm aliis fi-
delibus regni non modicas accipimus. Querelas.)
Lamentationes. Gra.in ver.quærela. Quòd bene-
14 ficia eorum, & feuda quæ vaſalli ab eis retinebát]
Iure beneficiario, c.pri. de inueſt. de re alie. facta,
15 Sine dominorum licentia) Ideſt voluntate; nam li-
centia dicitur voluntas ſine cauſa. Caſſa. in conſi.
Burg.rub.pri.§.8. ibi, ſansconge & licere. Vnde
dicatur, & quod ſi non eſt debito modo conceſſa,
non eſt licentia. Zaba.in clem.fin.num.4. & 9. de
electio. Pignori obligauerant.) Ex qua obligatio-
ne ſequebatur alienatio. vnde prohibita alienatio-
ne, prohibetur etiam obligatio. Pau. de Caſtr. in
conſi.20.poſt num.3.pri.vol.& loquitur de pigno
re non de hipotheca. Ripa in l.obligatione. nume.
41.ff.de pigno.nec de ſimplici obligatione pigno
ris vel hipothecæ, ſed de pignore ſequuta tradi-
tione, Prępo.hic, col.2. cir.pri. Et quadam collu-
16 ſione.) Quæ eſt inter actorem, & reum; latens,
fraudulenta conuentio, qualiter fiat, detegatur, &
puniatur. Lucas in l.3.col.2.cir.med.de vendi. re-
rú ciui. Nomine libelli, §.aut ſi libellario, quibus
modis feu. ami. Vendiderant) Quod minus eſt
quàm alienare. Caſſa.in conſu. Burg. rub.9.§.10.
17 ibi, & ne les. in pri. Vnde] Importat cauſam. Iaſ.
in l.ſi conſtante, num.11. in fin. ſolu.matri. & cau-
ſa declarat animum loquentis. Bald. in l.3.§. cum
18 Pollidius.ff.de vſuris. Debita ſeruitia amittebat.]
Et Regis intereſt, Baronem ſuum eſſe diuitem, vt
ornatior accedat, aſſociatus dum vadit ad eius ſer
uiciú, Fre. de ſubfeu. lib.2.ibi, ſecúda authoritas,
colum.4.circ.fin.vel pro ſuſcipienda corona. ibi,
vigeſima ſecunda authoritas. Et honor Imperij,
& noſtræ fœlicis expeditionis.) Vno verbo com-
prendendo omnia, quæ a fidelitate deſcendunt,
tam in militia, quàm extra militiam. Cam.hic, col.
6. in fin. co.7. in princ. complementum. Gram.
in ver.complico. Minuebatur.) Et ſic cum impe-
riales aures maximis quæſtionibus pulſarentur, l.
antiquis. qualiter quis ſe defendere debet, in Lon-
gobar. ad multorum quærelas, quibus ſuperior
debet moueri. Zaba. in clem.2. in pri. de pœnis, &
in clem.pri.in princ.de hæreticis. ſicut ad prælato-
rum querelas mouetur Papa. Idem Zaba.in clem.
pri.in prin. in 2.not.de ſenten. excommu. Habito
19 Ergò) Quæ dictio hic eſt illatiua nó inceptiua. Ar
chi.in c. quid eſt.cir.med.50.diſt. Cóſilio.) Quod
multis modis capitur, & differt a concilio. Lucas
in rub.C.de ſilentiariis, colum.2. poſt pri.& in l.ſi
quid.in pri. Delegatio Epiſcoporum.) Ná Princi-
pi, cum in expeditione vadit, omnes etiam clerici,
& monachi, cum perſonis & rebus occurrere de-
bent. Azo. in ſum. ne operæ a collato. exigan. lib.
10. Et Epiſcopi tenentur venire ad poſtulationé
Regis, ſi ab eo tenent temporalia; & tenentur com
parere, non ad litigandum, ſed ad dandum conſi-
lium & auxilium. Io. And.in c. vni. poſt num. pri.
de cleri.coniug.in 6. Sed ſunt quidam religioſi e-
xiſtentes in curiis principum, qui eos inflammant
contra Eccleſias, & prælatos. Zaba.in clem.pri.in
ver.quia verò.in pri.de ſtatu monacho.& licet ol-
tra annum ab eccleſia non debent abbeſſe, intelli-
gitur niſi iuſſio Imperialis illos detineat. Io. And.
in c. uni. nume.5 de ſtatu regula. in vi. In regno
multi ſunt, qui habent iuriſdictionem ordina-
riam in uaſallos, ſunt domini terrarum, & oppi-
dorum, & eccleſię nomine uocantur ad parla-
menta. Fre.de ſuffe. lib. 2. ibi, quęſtio decima ſe-
ptima, colum.2. in princ. Franciæ dum imponun-
tur collectę, uocantur prælati, Barones, & villę
principales. Fre. vbi ſupra, de origi. Baro. Ibi, fuit
dubitatum, poſt num.16. Ducum, Marchionum,
20 & Comitum.) Quia facilius inuenitur, quod a plu
ribus ſenioribus quęritur, c.fin.20.diſtin. Simul.)
Quod eſt aduerbium congregandi, & ſignificat,
21 in unum, unà, pariter Gram.in uerb.ſimul. Etiam
22 & palatinorum.) Qui habent officium in palatio.
Lucas in l. pri. C. de palati. ſacra. largitio. quo-
rum concilio regitur reſpublica, Caſſa. in prohi.
conſu. Burg. ibi, palatini. Sicut, & decurionum.
Pileus in ſum. C. de decurioni. in pri. Iudicum, &
aliorú procerum.) l.antiquis.d.tit.qualiter quis ſe
23 defendere debet, ideſt Baronum. Aluar.in c.pri.
colum. 3. de prohib. feu. aliena. per Lotha.uel ſa-
pientum. Idem Aluar.hic poſt pri.uel ut per Arch.

in cap.anteriorum, colum.2.poſt medium,2.quæ-
ſtione 6.cap.penult. circa princip.de pœnnen.di-
ſtinct.2.& ſunt primates ciuitatis.Fre.de ſubfeud.
lib.1.de origine Baronum.ibi,fuit dubitatum,nu-
mero 33.cum quorum conſilio debent fieri leges.
Afflict.in d.cap.Imperialis, in glo.2.nume.12. &
aliorum,quorum nomina,eſt dignitas,cuius orna-
mento nunquam debent carere. Lucas in rubr.C.
de Comite cõſiſtoria.& ſic ardua licet poſſint fie-
ri, non tamen fiunt per principem ſine concilio
procerum, in conſ. feu.diuer. 18. num.2. 19.nu-
mero 1.& 4.& conſil. 20. num. 1. ſicut Papa pro-
cedit de concilio fratrum. Zabar. in clemen. 1.in
princ.in 16.not.de ſenten.excommun. præſtando
conſenſum in forma collegij,non in forma ſingu-
lorum.Bald.in ſimil.in l. & ſuum hæredem. §.ho-
die, poſt numerum primum.ff.de pactis.vnico cõ-
textu,& non diuerſis. Specu.in tit. de his quæ ſiũt
a prælatis ſine conſen.cap.num.3. ne Regale obſe
quium minuatur.l.4.ne liberi homines oppriman
tur.in Longobar.Hac edictali, Deo propitio,per
petuò valitura lege ſancimus.) Supra de pace iu-
ram.firman.in princ.quia Deus reſpicit quæ gerũ
tur,ſi per dolum,lucrum,aut machinationem quid
geritur.in ſuis recipiant animabus viuentes & mo
rientis. Authen.de eccleſiaſtica .rerum immobil.
aliena.poſt medium. Vt nulli.) Parcendo:ſoli par
cat animæ ſuæ. Lucas in l.1.colum.12.poſt med.
C.de deſeriori. quoquomodo.clemẽ.1. §.verum,
de hæreticis. Liceat feudum totum vel partem ali
24 quam Vendere.) Quod verbum omnem aliena-
tionem comprehendit.l.ſicut.§.venditionis.ff.qui-
bus modis pign.vel hipoth.ſolui. l.ſtatuliberi a cę
teris,§.fin.ff.de ſtatulibe.l.ſed ſi, in fi.& l. proſpe-
xit,in ver.alienate.ff. qui & a quibus.& l.nõ ſolũ,
de libera.cau. quia prohibendo alienationem pro
pter rem, omnem alienationem ſignificat: aliàs ſi
propter precium,tunc ſtricte ſumitur.Bald.in l.&
poſt.in 3. rep.columna penul.circa med.ff.de trã-
ſactio.quid autem ſit alienare. Caſſan.in conſuet.
Burgun.rub.3.§.8.in princ.ibi, en alienation.licet
olim poſſet partem, alia retenta.capit.1. qualiter
olim poterat ſeud.aliena.ideo Cam.hic, colum.5.
& 6.conſiderat octo tempora, vt per eũ.Iure iſto,
non poteſt etiam pignorare,l.ſi quis ſepulchrum,
in fi.de religio. & ſumpt.fune.in toto nec in parte.
Quid in domino,an poſſit vendere ius ſuum dire-
ctum.Aluar. in cap.1.col.penult.circa fina. & col.
fi.circa med.de aliena.ſeu.hipotheca non eſt pro-
25 cul ab alienatione. Authen.de non alienã.in Sum.
num.6.ſicut & pignorare, pro tanto,quod non eſ
ſet ſpes luitionis. Prępo.hic,colum.2.in fi.quid in
emphiteoſi.Specu.in titu.de emphiteoſi. nu.148.
& qui non poteſt emere, non poteſt pignorare.l.
1.§.eam,ff.quæ res pign.poſſi. Vel quocumque
26 modo.) Quod eſt geminatiuum,& nihil excludit.
in conſ.feu. diuer.48.circa prin.Diſtrahere.) Ideſt
vendere. Gramma.in ver.diſtraho, Seu alienare.)
Ideſt alienum facere. multa Innocẽ.in cap.4.poſt
numerum ſecundum, de rebus eccle.alien.vel nõ.
Vel pro anima iudicare.) §. donare,d.tit.qualiter
olim poterat feu.aliena.licet dicta verba (pro ani-
27 ma iudicare) quidam dicant fuiſſe falſo adiuncta.
Alberi. ex inteotio. Huſt. in l. ſi quis prioris, poſt
numerum tertium. C. de ſecund. nupt.& Afflict.
hic,num.33.circa med. vel addita a compoſitori-
bus noui iuris.glo.2.in fini, in l. ſi non mortis,ff.
de inofficio.teſta. aliàs prohibita alienatione ſim-
pliciter, nõ intelligitur prohibita donatio,ad pias
cauſas.Bald.in l.ſi ſponſus.§.conceſſa.ff.de dona-
tio.inter virum & vxorem. Sine permiſſione illius
domini, ad quem feudum ſpectare dignoſcitur.)
Et ſic non permittitur,ſi ſine Principe fiat.glo.1.
in l.fin. C. de offic. quæſto.nam cum conſenſu il-
28 lius poteſt.Cap.hic in glo.1. in 1.conclu. vbi etiã
Afflict.in 9.not. poſt numerum 17.& prohibetur
fieri ſine aſſenſu eius, ad quem feudum ſpectare
dignoſcitur, ne cogatur dominus habere alium va
ſallum quàm ſibi placet. Paul. de Caſtr.in conſil.
139.in fi.ſecundo volum.& ipſe voluerit. Aluar.
in cap.1.colum.5.circa fin. de bene.frat.nam cum
conceſſerit feudum ob ſingularem fidem vaſalli,
non debet poſſe ipſe vaſallus idem feudum in aliũ
transferre ſine voluntate domini. idem Aluaro.in
c.1.qualiter olim poterat ſeu.alien.

Declarato textu,videbatur dicendum,quod va
ſallus poſſit feudum alienare: nam clarum eſt,quod
vaſallus pro eo agit & conuenitur, & poteſt tranſi
gere.c.ſi vaſallus, de beneficio. ſi de feudo defun-
cti mili.contro.fuer.ſi poteſt agere, ergo & aliena
re,quia ſpecies alienandi eſt agere.Innocen.in ca-
pitu. primo, numero 2. circa fin. ne ſede uacan.
cum aliàs ſit abſurdum,cui alienatio interdicitur,
permitti actiones exercere.l.ait prætor. ff.de iure
delibera.

Secundò,per cap.volentes.feuda.ſunt aliena-
bilia. Pernus in conſilio 8. modo inhibere alie-
nationẽ, eſſet contra legem, & non eſt noſtrum
addere litterę. gloſ. Pariſ. titu. primo, §. 25. poſt
numerum 9.

Tertiò, nullum in meum commodum poſſum
conſentire vt valeat.Iſer.in §.item ſacramenta pu-
berum. numero 42. circa fin. de pace iura.firma.
modo etiam quod non poſſit, uidetur quod va-
leat in præiudicium contrahentium: cum in ſi-
mili, reditus & prouentus beneficii poſſunt vendi
& locari, in præiudicium ementis. Bald.in conſil.
44.numero 1.3.volum. & ſic nullum trahitur ad
aliquid.§.quapropter,in ver.ex pacto.Auth.de nõ
elige.ſecun. nuben.

Quartò, homo donec uiuit, poteſt acquirere.l.
ſi creditoris, in fi. ff.de ſeparationi.ſucceſſiue non
debet prohiberi, quin poſſit alienare: eo magis,
quia alienatum adhuc remanet in dominio alie-
nantis. Affli.de aliena.feu.in prin.nu.4.

Vltimò, actus vnus tenet locum alterius, uigo-
re conſuetudinis. Afflict.in cap.1.in 4.not.in prin.
de feu.cogn. ita emptor in pręſtatione ſeruitii te-
nere debet locum venditoris in præſtatione ſer-
uitii: tanto magis, quia ſeruitium poteſt præ-
ſtari per alium. Iſern.in §.firmiter, circa princip.
infra eod.

His non obſtantibus, fuit prohibita feudorum
alienatio ad multorum querelam. Affli.hic in prin
cip.in 5.nota.num.6.circa med, quia ita placuit le
giſlatori.glo.Pariſ.tit.1.§.35. poſt numerum 25.
vel ob publicam vtilitatem,nam proceres, Baro-
nes,& alii Capitanei uocati ad aſſociandum Impe-
ratorem, non poterant milites & ſubfeudatarios
ducere, ex quo uendiderant feuda. Iſern.in cap.
Imperialis, in uer.pro iuſtitia, poſt numerum ſe-
cundum, de prohib.feud. aliena. per Lotha. vnde
alienatio prohibetur fauore alimentorum, inter-
dum ratione perſonę, ut in minore, quandoque
occaſio-

occaſione tertij. hic interdicitur fauore publico. Afflict. in §.& ſi clientulus, num.22. circa med.de aliena.feud.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam illud procedit, dummodo fraudulenter actum non ſit, cap. 1. de controuer. inter vaſal. & alium, vltra quod hodie prohibitum alienari, non poteſt dari inſolutum, nec in iudicium deduci, quia ſi prohibetur per viam contractus, idem & in quaſi contractu: & ſicut non poteſt immediate, ita nec facere actũ per quem poſſit ſequi alienatio: Ideo non poteſt fieri compromiſſum, nec pati, quod ſequatur præſcriptio in præiudicium alterius. Decan conſilio 445. numero 24. nam poſſent fingi lites. l.cum ij, §.tranſactiones.ff.de tranſact. Azo. C.de prædiis mino.num.9.in princip. Etc.de ſubfeud.lib.2.ibi, pluribus, poſt num.49.

Non obſtat Secũdum: nam iſta alienatio cum ſit prohibita fauore tertij, non valet eo non conſentiente. Bald.in cap.primo, columna penult.circa fi.& col.fi.in princip.d.tit.de aliena.feu.& per conſenſum illius tollitur impedimentum, propter quod non valebat alienatio. Præpo.hic, colum.5. in princip.poſt num.5.

Tertium non obſtat, nam valet, quo ad partes, & vẽditor tenetur ad intereſſe pro euictione. Iſer. in §.Imperator Lotharius, numero 18.infra eod. & tenet quoad ius obligationis, in ſimul. Bald.in l. per fundum, prima repet.circa princip.de ſeruitu. ruſtico.præd.

Non obſtat quartum, nam multi ſunt domini: & tamen non poſſunt alienare.gl. ponit multos caſus, in l.2.in verb. & cuius, C. in quibus cau.colo. cenſ.domi.accu.poſſ.libro 11.Ludo.de Molin.de Hiſpano.primog.libro primo, cap.19.numero 11. & remanet dominus, ſi ignorans eſſe feudum alienauit.cap.1.de controuer.inter domi.& empto.& pactũ in traditione rei ualet, ne aliquis re ſua poſſit vti prout voluerit, vendendo vel dedicando.l. pen.vbi Bal.ff.de pact.

Vltimum non obſtat, nam venditor non tenetur ad ſeruitiũ, quia nõ poſſidet: emptor nõ, quia non promiſit.l.3.§.opus, de aliena.iudi.muta.cauſa facta.& ſi cum certa qualitate fidelitatem vnius elegit, illius fidelitas alterius dici non poteſt. Came.hic, columna nona, in fine.& ſi ſit alienatio cũ aſſenſu, ſeruitium reale debetur, perſonale non. Iſern.in §.ſed nec eſt alia, num.36. quæ ſit prima
29 cau.bene.amitt. & ſic firma remanet concluſio, q̃ alienatio feudi ſine aſſenſu domini non valet.

Intellige etiam ſi feudum ſit franchum. Iaſ. in lectu.feu.in princip.poſt numerum 117.& non ſolum non poteſt alienari, verumetiam nec hipothecari, in conſil.feu. diuer.8.in prin.a.vſusfructus conſtitui, vel pignorari.glo.in l.benignius.ff.de legibus. & hoc quando per hypothecam vel pignorationem transfertur poſſeſſio feudi, ſecus ſi fiat pignoratio uel hypotheca ſimpliciter. Præpoſ. in §.præterea. in princip.de capi.Corrad.licet minoris præiudicii ſit feudum pignorari quam vendi. in conſti.feud.diuer. 19.numero 3. & non poteſt in toto, nec in parte, etiam in præſentia domini, quia præſentia in hoc non habetur pro conſenſu. Præpo.hic in prin.& uidebimus infra. & ſicut prohibetur totum, ita & magna pars, vel res particularis, in d.conſt.8.feu.diuer. num.5. 12. & 13. & quod dicitur de vẽditione, idem in quolibet actu alienationis, ſiue prohibitio ſit facta a lege, ſiue a teſtatore; adeo quod comprehendit donationẽ, & permutationem; etiam quod diuerſi ſint tituli, quando ex coniecturis apparet, quod prohibuit uenditionem propter eius effectum, qui ex illa ſequitur, quo caſu expreſſo uno modo, veniũt alii habentes eundem effectum. Paul.de Caſtr.in conſi. 115.in princ.primo volum.vnde non poteſt diuidi.§.præterea ducatus, infra eodẽ.quia per diuiſionẽ inuenitur uia ad alienationem.l.ex caſtrẽſi.in ver.alienaturum.ff.de caſtren.pecu.& dicitur alienatio. Ioan. de Anania inter vſus feu.Bald.de aliena.feu.ibi, ad partem negatiuam, & ſpecies alienationis.l.ſi pupillorum. ff.de rebus eorum, etiam quod per diuiſionem bonorum, poſſit feudum in ſolidum ad unum peruenire. Bald.in c. omnes filii, in fin.ſi de feud.fuer.controuer. inter domi. & agn. vaſal. Idem in hipotheca, quia ex ea deuenitur ad alienationem. Ludo. de Moli.de Hiſpano. primogen.lib.4.cap.1. nume.7. nec hæredem extraneum inſtituere.add.ad Odoff. in Sum.qui poſſunt ſucce.in feud.in ver.aut feudum, circa princ. uel in ultima uoluntate diſponere. Aluar.hic, numero 5.circa fin.Socin.in conſil.19.poſt numerũ vndecimum, & duodecimum; 1.volum. quia uenit ſub verbo alienationis Bal. in conſil.253.nume.1.3.vol.

Et ſicut non poteſt feudum alienare ſine aſſenſu, ita nec vaſallos liberare, uel iura remittere. Lucas in l.2.in fi.C.de agrico.& cenſi.nec in emphyteoſim concedere. Ludo.de Moli.de Hiſpan. primog.lib.1.cap.21.nume.32.& 33. vel permutare.l.quemadmodum.in ver.vendi.in princ. d.titu. C.de agri. & cenſi: quia verbo alienationis, venit permutatio. Præpo.hic nume.7. in fi.uel præſcribi, etiam longiſſimo tempore. Curt.in tract. feu.in 4.par.nume.83.in princ.nec libere diſponere, ibidem.nu.98.poſt med.etiam in beneficium eccleſię, quæ non deſinit eſſe hæres. cap. 1. de aliena. feu.ad quam non deſinit eſſe hæres.cap.1.de aliena.feu.ad quam ſi peruenit, quia dicitur manus mortua, & quare glo.pari.titu. §.41. poſt nu.54. & 55.inde admortizare, id eſt alienare. ibi, nu.75. vſque ad 80.poteſt cogi ad dimittendum, & recuperat quæ ſoluit.ibi.numa.60.62.poſt nume. 67. 68.69.& 81.& 82.nume.129. vſque ad 142. & glo.14.poſt nu.23.titu.2.§.55. nec momento poteſt conſtitui ius in re, ſine aſſenſu domini. Cam. hic car.18.colum.2. & 3. nec arbores fructiferæ extirpari. Pernus in princ. notab. colum.8. circa prin. & non ſolum alienatio ſine aſſenſu eius eſt prohibita, ſed etiam promiſſio de alienãdo. Afflic. hic in 12.not. in 4.quæſt. nume.6.non tamen eſt prohibita cõſtitutio procuratoris ad vendendum. Fred.de Sulfe. lib.2.ibi, pluribus.nu.65. & quod dicitur in feudo, idem in publicis, quæ non poſſunt alienari, vſucapi, vel legari.l. inter publica. in verſi.deſtinata.de verb.ſign.l. iubemus, la 2.C.de ſacroſan.eccl.& non tenet, etiam quòd pendente banno domini, vendat. Aluar.in cap.1. nume. 10. & poſt nume.15.hic finitur lex.non poteſt in iudicium deduci nec deferri iuramentum. Caſſa. in conſue.Burg.rub.9, §.10.in prin.nu.29.& 30. vel compromitti.idem Caſſ.rub.10.ibi, §.1. ibi, vendat.nume.4.in fi.nec vſusfructus conſtitui. Aluar. hic, nume.13.& ſicut feudatarius non poteſt alienare, ita vſufructuarius proprietatem pignorare

non

non poteſt.l.intereſt.C.de vſufru.& habita.& nō ſufficit, etiam quod interueniat conſenſus primogeniti Regis, niſi eſſet locumtenens patris. Fred. de Subfe.lib.2. quis dicatur dux, nume.36. compromiſſum & tranſactio cenſetur prohibita, quid per eas deuenitur ad alienationem. Fred.de Subfe. lib.2.ibi, a regnicolis.nume.8.& ibi, pluribus. nume.51.circa med. Paul.de Caſt.in conſi.400.circa fin.2.vol. Ampliat etiam Feli.in c.quæ in eccleſiarum.nu.84.de conſt.

Limita tamen, procedere iure iſto: olim ſecus, nam poterat vendi vſque ad medietatem, & concedi ad libellum. Bald.d.titu.de aliena.feu. nume 2. in fin.& hic in prin.& nume.8.circa fi. & Aluar. nume.7. Item non procedit in alienatione neceſſaria. Præpo.hic colum.5.poſt med. quæ fit per iudicem. glo.Pari.titu.2.§.56.nu.2.Affli.in d.cap.1.de contro.inter vaſal. & alium. nume.3. ſicut iudex poteſt ex cauſa prohibere alienationem. l.proſpexit.in gl.2.ff. qui & a quibus, nec procedit in Fràcia. Caſſan.in conſue.Burg.rub.3.§.8.in princ. vbi feuda ſunt ad inſtar allodialium.glo.Pan.titu.1. in princ.nume.104.& glo.3.§.1.nume.34.& §.13. glo.5.nume.7.in fin.& titu.2.§.56.poſt nume.11. nec ſi fit in agnatum proximiorem, quia non eſt alienatio. Præpo.hic colum.4.in princi. & Aluar. numero 11.circa med. Iſern.in §.ſed & plures.nume.6.per quos fiat inueſt. Felin.in d.cap. quæ in eccleſiarum.nume.88.& ſequen.item poterat infeudare. Iſern.in dicto §.ſed & plures.nume.3.circa fin.& Odoffre.in ſum.quibus mod. feud. amit. nume.41.quatuor concurrentibus, vſque ad nume.47.nunc poteſt excadentias tantum, vt in conſti.conſtitutionem diuæ memoriæ, & amittit iure iſto, ſecus virtute d.conſti., quia is qui alienat, poſſet reuocare, & procedit in corpore feudi, ſecus in fructibus quos poteſt feudatarius vendere eius vita durante. Pernus in conſi.6.colum.3.poſt princ. Fred.de ſubfeu.lib.2.ibi, pluribus. nu.42. 43.& 44.Iſer.hic nume.3.ſicut & commoditates. Paul.de Caſt.in conſi.329.colum.3. circa princ. 2.volu.Cap.hic glo.1.in 3.conclu. verum eo mortuo, omnes obligationes corruunt. Cam. hic car. 17.colum.3.circa prin.aliàs non dicitur alienare, qui fructus vendit. Bald.in §.donare.nume.1.in fi. dicto titu. qualiter olim poterat feud. alie. immo poteſt ſuper eis exequi, nec ex hoc hæres grauatur. Afflic.in deciſ.26.& 240. Fred.ubi ſupra, ibi, pluribus,num.10.in fin.63.& 64. Intellige quòd poteſt vendere fructus, ut ſupra, ſed non concedere vſumfructum in re feudali. Præpo. hic col.4. poſt prin.nec habet locum quando emphiteota, & vaſallus conueniunt de vendendo, quia nō cadunt a iure ſuo. Præpo.hic colum.2.in princ. nam in iſta materia, obligare non eſt alienare, niſi tradat. Cam.hic, car.15.colum.2.circa med. nec procederet, ſi per ſtatutum daretur facultas vaſallo alienandi ſine conſenſu domini, quia tunc valeret: ſed non in præiudicium agnatorum. Cur. in tract. feu.in 4.par.nume.109.& 110. nam per ſtatutum poteſt induci permiſſio alienationis feudalis, ſed non in feudo eccleſiæ. Præpo.in prin.nume.2.& Aluar.nume.5.d.tit. qualiter olim poterat feud. aliena.ibi, qui non poteſt alienare, poteſt nō quærere. Fred.vbi ſupra.ibi, pluribus.poſt nu.74. An poſſit habere pro derelicto. Bald. in l.1.in 2.repe. de rerum diuiſio.venditionis loco, eſt datio in ſolutum.glo.1.Pari.titu.2.§.55.nu.8.in princ. Alias ampliationes & limitationes ponit Cap.in ver.feudorum alienationes.per tot.

An poſſit vendere conuaſallo. Alberi. in l. voluntas.nu.7.c. de fideicom.

Nota, quomodo fiat conuocatio Concilii. Caſſa.in proœ.conſue. Burg. ibi, les gens. dies troys eſta.cap.quo auſu.vbi Archi. & cap. ſi vobis. 23.

30 queſt.8.l.2.apud quem potentiorum cau. in Longobar. Nota etiam, quòd feudum alienari prohibitum ſine conſenſu domini, cum conſenſu poteſt. in con.feu.diuer.56.poſt nume.4. cum feudorum natura ſit, vt alienari ſine conſenſu domini directi nequeant. Hier.Gabri.in conſi.1.poſt nume.8. & poteſt de conſenſu ſupremi domini, nedum pignorare, ſed in totum alienare: in cōſi.feu. diuer.19.nume.6.aliàs non, etiam in eccleſiam: cum amplius non ſupereſt ſpes reuertendi ad dominum.ibidem conſi.40.poſt prin. & dicitur fieri iure permittente, quando fit cum conſenſu domini. Afflic. in §. hoc quoque, poſt nume.19. de

Intellige, quod non ſolum annullantur, verum etiam interdictæ conuentionis fidem impleri fruſtra petitur. l. ſi contra. C. mandati. & vltra quòd non tenet contractus, fideiuſſor pro contractibus a lege reprobaris, non obligatur. l. cum lex. ff. de fideiuſſo. & habet locum non ſolum in feudis, verumetiam & in rebus emphiteoticis Cęſaris, Reipublicæ & templorum. l. 2. C. ne rei domi. vel templo. & non ſolum annullatur, verumetiam amittit totum ſi vēdit totum, & partem ſi vendit partem. Iſer. infra eod. in §. callidis, num. 20. Afflict. in §. hoc quoque, poſt numerum decimumquintum, de ſucce. feu. nec poteſt vendere etiam ex cauſa famis. Odoffr. in Sum. & ibi addi. in ver. in conſtitutione, quibus modis feu. amit. vel accepta pecunia remittere ſubſidium in præiudicium dicti domini. in conſil. feud. diuer. 17. num. 2. circa medium. Intellige quod non valent in præiudicium fiſci, quo ad contrahentes tamen valent. l. ius, in glo. 1. in fin. C. de fundis patrimo. ſicut tenet emptio in præiudicium patris & fideiuſſorum, & non filii. l. prima, in ver. accipere. C. de bonis mater. nam etiā quod contractus ſit nullus, tenetur de euictione. l. 2. in fi. C. de aſſertio. tolle. & in eo qui venit contra factum ſuum. l. ſi tibi, C. de euictio. l. quemadmodum, in uer. & emptor. C. de agri. & cenſi. Contra venditorem ad precium intacta eſt actio. l. fin. in fin. C. de fundis limitrophis, quando venditio fuit cum reſeruatione regij aſſenſus. Cap. hic car. 41. colum. 2. facit quod dicit Afflict. in §. rurſus, numero 7. circa medium. quibus modis feu. amitt. & procedit iure iſto, ſecus in regno, vbi virtute, d. conſti. conſtitutionem diuæ memoriæ. is qui alienat, poteſt reuocare. Cap. hic, car. 38. columna prima, poſt medium, nulla obſtante præſcriptione. Aluaro. in §. ſimiliter, numero primo, de lege Corra. ſimil. Pileus de fun. limitro. lib. vndecimo. C. & emptor agit ad precium ſi ignorauit eſſe feudum: ſecus ſi ſciuit. Iſern. in ſimil. in cap. 1. in fi. de inueſti. de re aliena. facta. & datur actio ad intereſſe. Ludou. de Moli. de Hiſpano. primog. lib. 1. cap. 12. numero 30. & cap. 21. numero 12. ſicut ſi res ſacræ emuntur ab ignorante, agitur ad intereſſe ex contractu. gl. in c. de iure. de iurepatr. l. qui officij. ff. de contrahen. emptio. l. Aphricanus, lib. 20. epiſtolarum, apud Iulianum, de lega. 3. Iſern. hic, poſt med. & poteſt petere precium re nondum euicta, quia venditor non potuit facere, vt emptor haberet rem, etiam quod non teneatur rem eius facere. gl. in cap. quicquid. duodecima quæſtione 2. etiam, quod ſit malęfidei. glo. in c. ea cnim. §. qui verò, in ver. ſed melius, 10. q. 2.

13 Nota, quod conſtitutio quandoque concernit præterita. Zaba. in clemen. ſecunda, in 2. notab. de ętat. & quali. interdū non cōcernit pcedentia, niſi de eis exprimatur. Idem Zaba. in clemen. vni. in ver. permiſſis, de ſequeſtra. poſſe. & fru. in clemen. 1. num. 6. circa fin. de teſtibus, nam non trahitur ad præterita, ſed ad futura, niſi fiat expreſſa mentio, vel ſit facta per viam renouationis ſeu confirmationis. Affli. in cap. 1. nume. 1. & in 3. nota. poſt num. 10. epiſco. vel Abba.

14 Nota, etiam quod per præſcriptionem poteſt aliquid induci, quod non per pactum. Lucas in l. 1. colomna ſecunda, circa fin. C. de curioſis & ſtationa. Licet ſit odioſa & reſtringitur. l. 3. §. minorem, in ver. momentum, circa fin. ff. de minori. hic tollitur, quia qui mercatur contra legem, non poteſt præſcribere. Affli. in conſtit. cum vniuerſis, in 6. not. poſt numerum quintum, circa fin. de homi. affid. non tene. Sed an cenſeatur ad empta omnia præſcriptio. Abb. in cap. fi. nume. 35. de præſcripe. Item non eſt nouum, quod leges (quādo dicitur) extendantur ad præterita. glo. in cap. penul. in ver. decętero, de conſanguin. & affinita. cap. cum tu. de vſuris, not. in cap. cum & plantare, de priuileg. hic fuit ad pleniorem regni vtilitatem, ſicut plenius eſt ius ſucceſſionis, quam emptionis. l. Pōponius, §. quæſitum, de acquir. poſſ. & debitor pupilli plenam, quandoque pleniorem, aliquando pleniſſimam conſequitur liberationem. Afflict. in conſtitut. minorum iura. in 8. nota. numero 15. circa fi. de reſtit. minor.

15 Vltimò nota, quod ab initio non valet, tractu temporis non conualeſcit. Afflict. in §. præterea, in glo. 3. numero 41. quæ ſit prima cau. benefi. amitt. in cap. naturales, in glo. vni. ſi de feud. fuerit controuer. inter domi. & agna. vnde quod nihil eſt ab initio, non conualeſcit. Archid. in cap. nullus, circa fin. 9. quæſtione ſecunda, teſtamentum non conualeſcit ex noua voluntate, ſecus in codicillis. l. 1. §. 1. de leg. 3. actio quæ non fuit nata ab initio oriri non poteſt. l. ſeruu. ff. de furtis, & collatio fun-

ditus

ditus nulla nunquam conualeſcit.gl.10.Pariſ. poſt numerum vigeſimomnonum, titu.1.§.37.nec tractus temporis confirmat impoſſibilia. Præpoſi.ſupra eodem,in princip.numero 2.& Aluar.hic;nume. 3. etiam ſi ceſſet cauſa propter quam actus fuit nullus.glo. Pariſ. vni.in 8.quæſt.poſt num.15. titu.1.§.4.

Pro alia parte, contractus inutilis confirmatur ex poſt facto. Azo in Sum. C. ſi certum peta.numero duodecimo.recócíliatur ex poſt facto,quod ab initio non valuit; quod quatuor modis contingit in mutuo.l. 1.§.appellata, in ver.tuum,ff.ſi certum petatur.quę per dignitatem vxor eſſe non poterat, ea amiſſa vxor eſſe incipit.l.ſi quis in ſenatorio.ff.de ritu nupt.l.& ſi.C.de nuptiis.nam differt nullum & inutile: nullum non confirmatur ſtatu mutato, ſed quod eſt inutile poteſt fieri vtile ex accidenti ſuperuenienti. Bald.in l.contra iuris.§.ſi filius, poſt principium.ff.de pactis, & curſu temporis legitimatur. Idem in l.poſt mortem,in prima,& ſecunda repet.in princip.de adoption.actio inefficax ab initio, efficitur efficax ex poſtfacto, quia purgatur vitium, & quando ceſſat cauſa impediens roboratur actio.in l.ſi eum exceptione,in 3.repet. §.Pedius, circa princip.quod metus cau. glo.fin.in l.per fundum, de ſerui.ruſt.præd. & ſic quod ab initio non tenet firmatur.l.pignori.in gl.fin.ff.qui & a quibus.& tanquam ſuper nouo conſenſu, nouo opus eſſet aſſenſu, Cam.hic, car.46. colum.3. in fi.& ſic quod ab initio non valuit,tractu temporis confirmatur.qui ſucce.tene.in 1.vbi Præpo,poſt num.4.

Iſta materia indigeret longo examine. Bald.d.titu.qui ſucce.tene.num.6.tractatur in l.ſeruis,C.de lega.in reg.quod initio.de reg.iuris.l.cætera,§.1. de lega.1. Vnde dic,quod ſi a principio eſt nullum,tractu temporis non confirmatur; ſecus ſi veniret annullandum. gloſ.in reg.iuris,in 6.vel quotieſcumque ex alicuius conſenſu pendet quod aliquid valeat, ſi interuenit tacitus vel expreſſus,etiá quod prius non valebat, ex quaſi nouo conſenſu valere incipit,vt ex nunc non vt ex tunc: & præcedentes conſenſus ad iſtum vltimum trahuntur. Innocen.in cap.1.circa med.de eo qui duxit in matri.quam polluit per adult. tunc cauſa confirmans ſuperuenit.Dec.in conſil. 602. colum.fi.in princ. 5.volum. & ſufficit quod ſuperueniat ex poſtfacto, vbi requiritur conſenſus. Paul.de Caſt.in conſil.407.num.5.in fi.1.volum. Caſſan.in conſuetu. Burgun.rub.3.§.8.ibi, ſans conſentimen.num.6. & rub.4.§.1.ibi, ſans la licens. & ibi,& auchonte. in princ. & num.4. & quamuis petitio ſit ſuſpenſa.l.vſusfructus,ff.de ſtipula.ſeruo. ex ſubſequenti conſenſu valet, prout ex nunc, non prout ex tunc. cap.ſecundo,& cap.ſignificatum,in glo.penult.& cap.ſicut tenor, de regulari. glo.in cap.1. in verb. tractus,circa med.de rebus eccle.non aliena.in 6. nota,in cap.1.in fi. de regulari. in 6.in regula non firmatur. in gloſ.poſt medium, de regu.iur.in 6.l. conficiuntur,§.1.in ver,valent.ff.de iure codic.l.1. in ver, iudicium. C.de codicillis.ſicut valet donatio inter virum & vxorem, vt ex nunc non vt ex tunc,quaſi ex nouo conſenſu.l.cum hic ſtatus.§.ſi vnus.ff.de donatio.inter virum & vxorem. Archidiaco,in cap.vides.10.diſtinct. & ſic quod eſt nullum,non poteſt confirmari,niſi vt ex nunc. Fred. lib.2.ibi, trigeſimo quæro. nume. 12. & quaſi ex nouo conſenſu valere incipit. Lucas in l.2.colum. 1.circa med.de iure fiſci.& in l.eos, columna quinta, poſt principium.C.de his qui ſponte publi.mune,ſube. facit,l.ſi infantis.ff.de vſufruct.ſed non retrotrahitur in præiudicium alterius.cap.quamuis, de reſcript.in 6.l.prætor.§.videamus,qui potio.in pign.habe. Iſer.in cap.1.columna penultima,poſt principium, ante numerum decimumquartum. qui ſucce.tene.quis actus medius impedit retrotractionem.l.cum decem. §. fina. ff.de ſolutio.nec fit in præiudicium ſecundi acquirentis. Alexan.in conſi.228.num.4.6.volumine,tanto magis, quia quando requiritur confirmatio actus, non trahit ſuum effectum donec confirmetur. Afflict.in conſti.conſtitutionem diuæ memoriæ. in 4.nota.poſt numerum vigeſimumſecundum, nec trahitur retro ad principium temporis, quo actus ille explicari non poterat. Alexan, in conſi.231. num.6. volumine.In tantum, quod non poteſt fieri in præiudicium tertii, cui medio tempore fuit ius quæſitum,ſiue re,ſiue ſpe.Ludo.de Moli.de Hiſpa.primog.lib.2.cap.7.num.12.& in iis quæ retrotrahũtur, non inſpicitur tempus contractus,ſed exiſtentis conditionis.l.quod autem.§.fin. ff.de donatio. inter virum & vxorem. & retro factum trahitur ad tempus præſens. Azo. C.ad Trebell.poſt numerum decimumſextum. ſed nõ in præiudicium iuris alteri quæſiti,quando non reperit extrema habilia.Paul.de Caſt.in conſil.228. colum.1.circa fi. 1.volumine.Fre.lib.2.ibi,trigeſimoquæro. & tráſlatio quando fit de tempore ad tempus, & de perſona ad perſonam, requiruntur extrema habilia.l. ſi ſeruus,vbi Bar.ff.de interroga.actio.facit.l.quẽadmodum,cum ibi not.ff.de iure codicil.vel nullum quádoque tractu temporis fit ratum, & quo modo. Innocen. in cap. quod ſicut,numero decimo,de electio.& habilitas ſuperueniens, quando confirmat actum nullum propter inhabilitatem. Caſſan.in conſuet.Burgun.rub.9.§.10. in princip. num.15.& rub.10.§.5. in princ.poſt numerum 3. ſicut licitum eſt ante,quod poſtea nõ licet. Alua. de natu. feud. nume.4. & gratia perfecta patitur exceptionem & nullitatem, ex facto ſuperuenienti.Zabar.in clemen.gratiæ, in 7.nota.de reſcriptis. impoſſibilia verò non firmat tractus temporis.Aluaro,hic, num.3. & commiſſiones ex tractu temporis non conualeſcunt, ſi apud committentem non erat iuriſdictio tempore commiſſionis. Ioan. And.in cap.1.poſt numerum 3.de offic.ordi.in 6. exemplum in teſtatore,& teſtamento. Pau.de Caſt.in conſilio 93.nume.6.& 7.1. volumine.aliàs ſatis eſt quod ſit habilis perſona, quando potentia explicatur ad actum.Ioan.And.in cap.ſicuti.in fi. de præben. in 6. nam tunc confirmatur tractu tẽporis,quod ab initio non valet.Alua.in cap.1.poſt numerum 3.qui ſucce.tene.in 1.verum non retrotrahitur in præiudicium alterius.Zaba.in clemen. vni.in fi.de conceſſ.præben.quia in initio contractus obligationi tuæ per exceptionis auxiliũ adhęſit ſecuritas.l.ſi vxor.C.ad Velleia. nec poteſt eſſe confirmatio, niſi ſit cum alio præexiſtente firmatio,& poteſt confirmari, approbante eo cuius intereſt, aut fauore publico. Bald.in conſilio 162.
16.ante & in num.2.5.volumine.emptor autem bonæfidei repetit precium a vaſallo. Alua. ſupra eo. in princip. nume.4. venditor quandoque punitur in duplum. l. ſenatus. ff. de contrahend. emptio.

hic

hic amittit feudum, vt infra §. ſequen.

Intellige ſi ſcienter contrauenit, ſecus ſi ignoranter: nam conſtitutio non punit ignoranter cõ trauenientes, ſed tantum ſcienter. Zabar. in clem. vni. in princip. de conſangu. & affinit. nunc author qui culpam commiſit, tenetur de euictione: cum diſtin. de qua Bald. in §. rurſus, num. 3. quibus modis feud. amitt. & non dominus directus, ſed venditor tenetur reddere precium. Idem Bald. in conſil. 337. num. 9. 1. volumine. & tenetur emptori ex empto quatenus eius intereſt deceptum non fuiſſe, l. hanc legem, & ibi glo. fin. ff. de contrahen. empto. & neſciẽs feudum, ſi pro priuatis cõparauit, licet emptio non teneat, ex empto tamen aduerſus venditorem experitur. l. qui officij, §. 1. d. titu. de contrahen. emptio. agit de euictione. l. minor, §. pater. ff. de euictio. & ſi fuit ſciens, habet reſtitutionem precij, non duplæ ęſtimationem. l. 3. §. fin. C. commun. de leg. iure iſto amittit precium. Iſer. hic, circa fin. Bald. & Affli. de contentio. inter domin. & empto. poſt numerum quartum, & quintum. late Cap. in ver. feudorum emptores. per tot. Cam. hic, car. 76. colum. 3. poſt principium, & eſt textus in ſimil. in l. ſancimus, la 1. C. de ſacroſanct. eccl. ſicut mulier ſi ſciens matrimonium nullum, dedit pecuniam in dotem, non repetit ſecundum vnam opinionem. Azo. in Summa. C. de condi. ob cau. dato. poſt numerum octauum, & de condict. ob turpem cau. poſt numerum tertium. Vel diſtin. vt in l. 2. in gl. ff. de condi. cau. data. facit. l. ſeruum. & l. ex his, de condi. indebi. Alexan. in conſil. 109. num. 11. 4. volum. cap. ſi vaſallus, lo 2. & ibi Bald. ſi de feud. defunct. mili. contro. fuer. emptor malæ fidei ſi non recuperat, cui applicabitur, Bald. hic, numero 21. ex inte. glo. error iuris non cauſat bonam fidem, ſicut nec titulus reprobatus, vel habitus ab authore malęfidei, quod poteſt probari per ſola indicia. Alexan. in conſil. 54. nume. 8. 6. volumine. cum error iuris in præſcriptione non iuuet. Idem Alexan. in conſi. 97. num. 9. 7. volum. Ignorans autem an præſcribat. Bald. de feu. non haben. propr. feu. natu. 5.

SVMMARIVM.

1 *Callidi, ideſt doloſi & aſtuti.*
2 *Inſuper, ideſt præterea.*
3 *Machinationes, ideſt ſimulationes.*
4 *Fraudibus, eſſe reſiſtendum.*
5 *Precium proprie, ad contractum emptionis refertur.*
6 *Infeudare licet, dummodo non in fraudem.*
7 *Feudum amittitur ſequuta traditione in alienatione, per actum uerum & non fictum.*
8 *Figmentum & machinatio in fraudem patroni uel legum feudalium, reprobatur.*
9 *Fraus de contractu ad contractum, de re ad rem, & de perſona ad perſonam committitur.*
10 *Excogitare, ideſt cogitando inuenire, machinare, fingere, meditari.*
11 *Probibitio noua, quando additur prohibitioni ueteri, habet ipſam ampliare.*
12 *Iura innouata ſine pœnarum adiectione raro proficiunt.*
13 *Amittere, de facto uel per ſententiam intelligi.*
14 *Fellonia duplex, delicti & contractus.*
15 *Libere, idem quod ipſo iure.*
16 *Feudatarius, ſi vendit feudum ſub colore infeudationis, amittit feudum, & emptor precium.*
17 *Simulatum habet figuratum, eſſe nõ uerum & ſubſtantificum eſſe.*
18 *Fraudes multum diſplicent Principi.*
19 *Venditor ſi non uenit ad actum traditionis, nõ perdit feudum.*
20 *Vendens cum pacto de retrouendendo, non amittit feudum.*
21 *Alienans, ſaluo iure domini, non aliter nec alio modo, non amittit, quia dictio prædicta importat conditionem.*
22 *Sententia requiritur in priuatione.*
23 *Venditor ſi reemit an incidat in pœnam.*

AD §. CALLIDIS.

1 CALLIDIS.) Ideſt doloſis & aſtutis. Aluaro. hic poſt principium. inde
callide. Exodus. 32. ſimulatio & cal
liditas. Præpoſi. in cap. 2. poſt numerum primum, de feud. ſine culpa nõ
amit. iſta proprie committuur in tacendo, fallacia
in decipiendo. l. 1. §. 1. ff. de dolo malo. machinatio
in arte verborum. Hoſt. in Summa, de dolo & con
tum. in princ. Aluar. in cap. 1. poſt principium, qui
teſtes ſint neceſſa. ad proban. feud. ingra. unum
agendo, & aliud ſimulando. Hoſtien. ibi poſt prin
2 cipium. Inſuper.) Præterea. Gram. in ver. inſuper.
3 Machinationibus.) Ideſt ſimulationibus. Aluaro.
hic poſt principium, inuentionib. & aſtutiis. Grã
mat. in ver. machinatio. Quorundam obuiantes.)
4 Quia fraudibus eſt reſiſtendum, quæ conditori le
gum multum diſplicent. Caſſa. in conſu. Burgun.
5 rub. 10. §. 12. in princ. Qui precio accepto.) Quod
refertur ad contractum emptionis. Bar. & Lucas
in l. fin. C. de prædiis decurio. Quaſi.) Veritatis ex
preſſiua. l. ex facto, la 2. in ver. quaſi, de hæred. in
ſti. aſſertiua veritatis, non ſimilitudinarie. l. mulier.
§. fina. in verb. quaſi, ad Trebellia. Sub colore.) L.
ſed Iulianus. ff. ad Macedonia. Inueſtituræ.) Quæ
6 fieri poteſt cum eadem lege, & pactis, prout ipſe
habebat. §. ſimiliter. & §. profecto, de lege Corra.
l. item quæritur. §. ſi in lege. ff. locati. dummodo
non in fraudem. Præpo. hic, columna 1. in fin. Et ſi
bi licere dicunt.) Cum contractus intelligatur factus prout fieri debuit, in conſi. feud. diuer. 14. nu
mero decimoquinto, in fi. & quælibet diſpoſitio
reducatur ad caſum honeſtum & poſſibilem. Hie
ron. Gabr. in conſi. 8. nume. 6. Feudum vendunt.)
De facto; nam verbum, venditionis, abſolute pro
latum, non comprehendit venditionem, quæ nul
la eſt ex defectu ſolemnitatis. Aluaro. in cap. 1. co
lumna penultima, in fi. Quid iuris ſi poſt alienatio.
feud. vaſal. illud recup. Et in alios transferunt.)
7 Aliàs ſi vendunt & non transferunt vere vel ficte
per conſtitutum, non amittũt. late Cam. hic, car. 8.
columna 3. cum 8. ſequen. & car. 88. columna 1.
circa medium. Iacobi. in ver. & cum pacto de non
alienando. num. 1. circa fi. & 4. & in ver. dictique
vaſalli. num. 45. vel non perdit ſi tradidit poſſeſſio
nem per actum fictum. Fre. lib. 2. ibi, prima autho
rita. numero octauo, vſque ad vigeſimum. Aluar.
d. tit. quid iuris ſit ſi poſt alienatio. feu. vaſal. recup.

in con

in con. feud.diuer.55. Caſſa.pro & con.in conſue.
Burgun. rub.3.§.8. ibi,reale,nam præcarium licet
habeat effectũ verę traditionis & poſſeſſionis, tñ
quia eſt ficta, non habet locum in feudis, Afflict.
in cap.primo, numero octano,& nono,circa fin.
quid ſit inueſt. late Tiraquellus in tracta.de præ-
cario.in 3.parte,quæſtio.26.vnde ſola pignoratio
ſine traditione, non facit vaſallum incidere in pœ-
nam priuationis.Curt.in tracta.feud.in 4.par.prin
cip.poſt numerum nonageſimumquintũ.& quid
facient agnati, ne ipſi per alienationem alterius
priuentur. Idem Cur.vbi ſupra in 4.concluſione,
quintæ partis.numero vndecimo. Aluaro.in §.fin.
poſt numerum trigeſimum, quæ ſit prima cau.be
nefi.amit. Ne.) Vt ne,quominus.Gram.in ver.ne.
Tale figmentum.) Titulus falſus,qui figmentum
dicitur,l.ſi ancillam. C.de contrahen.emptio.l.3.
de ſanctimonialibus.in Longobard.cum omne fig-
8 mentum & machinatio in fraudem patroni & le-
gum feudalium reprobetur. glo.Pariſ.tit.primo,
§.41.numero decimo,circa fin. Vel aliud vlterius
9 in fraudem.) Quæ fit de re ad rem, de contractu
in contractum,& de perſona ad perſonam. glo.in
cap.plerique.in ver.præcepta, 14.quæſtione 3.ca-
pit.quanto,in glo.fin.de priuileg. l.contra legem.
ff. de legi.quid ſit fraus,& quomodo fit.Præpoſi.
in cap.beneficium, ſi de feud.defunct.milit.con-
trouer.feud. Huius noſtræ conſtitutionis excogite
10 tur.) cap.2. & ibi glo.in ver.figmento,de tempo.
ordina.in 6.& dicitur excogitare,cogitando inue-
nire,machinari,fingere,meditari.Gram.in ver.ex
cogito.Modis omnibus prohibemus.) Et ſic quia
11 prohibitio noua, quando additur prohibitioni ve
teri,habet ipſam ampliare.Curt.in tract.feud.in 4.
par.princip.num.83.circa fi. Alua.in §.præterea.
num.4.circa med.de cap.Corra.Pœna authorita-
12 te noſtra iminente.) Quia iura quando innouan
tur ſine pœnarum adiectione, raro proficiunt.Za
ba.in clemen.1.in princip.de offic.ordi. Vt vendi-
tor & emptor,qui tam illicitas alienationes reper-
ti fuerint contraxiſſe,feudum amittant.) De facto.
13 Archid.in cap.quorundam,in princip.23.diſtinc.
quia lex quando notat factum, ſententia nõ requi
ritur.Bald.in l.palam.§.fina. ff.de ritu nuptia. vel
ordine iudiciario.Aluaro.in §.ſimiliter,poſt prin-
cipium,de lege Corra.per ſententiam.idem Alua.
In cap.vaſallus,lo 2. circa princip. ſi de feu.defun.
milit.controuer.fuer. & qualiter domin. proprie.
priue. poſt numerum ſecundum,& hic, num.4.ſi
totum amittunt, totum: ſi partem amittunt,par-
tem. Intellige vt per Odoffr.in Sum.quibus mo-
dis feud.amitt.numero decimonono,vigeſimo,&
vigeſimoprimo,glo.5.Pariſ.num.7.tit.§.13.totũ
vel partem quam alienat. Abb.in cap.2.num.4.7.
& 10.de feudis.& iſta dicitur fellonia contractus,
14 cum alia dicatur fellonia delicti.ea.glo.Pariſ.titu.
primo, §. trigeſimo, poſt numerum trigeſimum-
ſeptimum. & vaſallus priuatur feudo propter in-
gratitudinem delicti, & propter ingratitudinem
contractus. Aluaro.in §.denique, nume.1.quæ ſit
prima cau.benefi.amit.& in d.cap.ſi vaſallus,lo 1.
ſi de feu.defunct.mili.contro.fue. & in rub.de va
ſal.qui contra conſtit.Lotha. Præpo.in §.fina. poſt
numerum ſecundum, d.titu.quæ ſit prima cau.&
amittitur ex culpa contractus.Aluar.in cap.1.num.
3.circa fin.de feu.ſine culpa non amitt. & in §.il-
lud quoque.poſt numerum quintum, infra eo. &
magis alienando, quam per delictum.Præpo.hic,
15 poſt numerum ſecundum. Et ad dominum Libe-
re.) Ideſt ipſo iure.Bald.hic,num.1. & Præpo.co-
lumna fi.circa princip.vel nullo requiſito.Zaba.in
clemen.2.in princ.in 4.quæſtione, de priuilegiis.
Præpoſi.de his qui feu.dare poſſ.in princ.poſt nu-
merum 13.& in §.fin.in fi.ſupra titu. præced.alibi
aliter. Zaba.in clemen.ſecunda, in ver.ab olim,nu
mero vigeſimo. de ſepulturis.& in clemen.ſecun-
da,in verb.& vt facilius. numero ſecundo, de iure
patron. Iura quæ faciunt mentionem de hoc ver-
bo (libere) allegat Odoff.in Sum. vtrum ipſo iure
feud.amit.an per ſenten.Reuertatur.) Retrouerta
tur.Gramma. in ver. reuertor,vt habeat ſuæ iniu-
riæ vltionem. Aluar.in d.§. fin. poſt numerum ſe-
cundum,quæ ſit prima cau. bene. amit. quia alie-
nando contemnitur. Odoffr.in Sum. ad quos feu.
reuert.quando amit. & hoc ſi eſt feudum nouum
vel antiquum,& nulli extant agnati.Aluaro.hic,
circa fi. Affli.in §.aut ſi libellario, in 3.not.quibus
modis feu.amit.in con.feu.diuer.8.nu.2.Iſer. hic,
in ver.reuertatur.

Declarato textu,dubia reddebatur eius deciſio. Et primò,ſimulatio eſt permiſſa.cap.1.de his quæ vi metuſve cau. ſucceſſiue quod ſit lege permittente, pœnam non meretur.l.Gracchus,ad leg.Iulia.de adult.

Secundò,ſimulatio proprie eſt, quãdo aliquid ſimulatur, & nihil agitur: ſimulatur vnus contractus, & alius celebratur. ſic licet non valeat contractus ſimulatus, & ſic conceſſio in feudum: debet tamen valere verus,& ſic venditio.Bal.in conſil.396.nu.6.5.vol.

Vltimò, plus valet quod ſcribitur,quam quod agitur.l.ſi tibi,in glo.3. ff.de vſufru.earum rerum. eſt ſcripta datio in feudum, illa attenditur,& non venditio, ex quo ita vt ſcriptum eſt,præſumitur & factum. glo.poſt medium. in l.prima. C.de dotis promiſ. & qualis eſt contractus in prima ſui figura,talis præſumitur in ſui eſſentia. Bald. in cap.1. numero 1. in fin.de feu. dato in vicem leg.comm. vltra quod præſumitur feciſſe.Soc.in conſi.66.nume.7.3.volum.

His non obſtantibus, fuit determinatum contrarium: quia figmento veritatis, obligatio extingui non potuit.l.ſi obligatum, C.de ſolutio.& licet ſit conceſſio in feudum,plus eſt,quod eſt in veritate, quam quod in opinione. glo. fina.in fi.in l. Caius,de pignor.actio.hoc inſpicitur. l.ſi pater.in glo.l.fin.in princip.de hæret.inſti.& cognoſcitur, propter pacta appoſita in inſtrumento, Socin. in conſi.170.nu.6.& 261.num.3.2.vol.

Qua ſtante,non obſtat Primum: nam ſimulatio ſit ad bonum & malum.glo.in extrauag.Ioan. ſancta Romana.in ver.confingunt.de religio.domin.& in extrauagan.3.in ver.ſimulatis,de ver.ſignifi.ad bonum permittitur, ad malum non,quia lex non debet derideri.§.1.in ver.vndique. Auth. de ęqual.dotis.

Non obſtat Secundum, nam huiuſmodi placitum mutare ſubſtantiam ueritatis, & domino nocere non potuit.l.ſi mater,C.de contrahen. emptio.

Vltimum non obſtat,nam plus inſpicitur quod eſt actum, quam quod eſt dictum. l. ſi cum ante, in ver.remanerent.C.de donatio.ante nupt. plus quod eſt in veritate,quam quod eſt in opinione. glo.fin.

glo.ſin.poſt medium,cum addi.ad eam.ff.de neg.geſt.facit plus veritas quàm opinio. glo.in l.ſi pupilli.§.ſi Titii.in ver. Semproniũ, in princ.d.tit.
16 de neg.geſt. Et ſic firma remanet cõcluſio, quod ſi feudatarius vendit feudum ſub colore infeudationis,amittit feudum,& emptor precium.& non ſolum prohibetur ne fiat, verumetiam facta caſſatur.Iac.de Ardizo.in Sum.an precio feu.dari poſſit.circa medium. adeo quod non poteſt, nec etiã alienare vel infeudare ſi eſt factum pactum de nõ alienando.Dec.in conſilio 667. poſt numerum ſeptimum,5.volumine.& punitur factum, etiam q̃ non teneat.l.fina. in ver.nec tamen.C.de locatio. prædio. ciui. Idem ſi poſt alienationem id recuperet.Fre.lib.2.ibi prima authoritas.num.28.Aluaro.infra eod.in princip.num.5.circa medium.niſi ante citationem recuperaſſet,adde ad Specul.in rubri.de feudis,columna 1.in fin. Nec poſſet etiam neceſſitate vrgente. Aluaro.in d.§.fin.num.24.in fin.quæ ſit prima cau.bene.amit. Idem in iuriſdictione, nam ſi alienatur ipſo facto reuertitur ad dominum, etiam quod acquiſierit pro ſe & filiis: Abba.in cap.ex parte.nu.4. de feud. Alua.in §.ad hæc,nume. 3. de pace iura. firma. vel ſi alienauit rem feudalem tanquam allodium,in con.feud.diuer.55.poſt num.7.

Limita procedere, ſi ſciens hoc fecit: ſecus ſi ignorans.Iſern.hic, num.10. Afflict. in d.§.aut ſi libellario.num.17. & in §.fin. in 38.cau. poſt numerum vigeſimum. quibus modis feu.amitt.nam iura quæ puniunt alienantem feudum, debent intelligi,quando alienatio eſt facta ſcienter: ſecus ſi ignoranter.Alua.in ca.1. poſt numerum primum. de controuer.inter dom. & empto.glo.5.Pariſ.numero 6.tit.1.§.13.ignorantia facit valere id, quod factum cum ſciente non valeret. Bald.in l.fi.in 2.repet. ff.de tranſactio. vt ſi feudum eſſe ſciuit, & alienauit ſine aſſenſu.Bald.in §.hoc quoque.in ſecunda concluſione, num.12.in fi.de ſucceſſ.feud. Hoſtien.in Summa.de feud.ibi, quibus modis ſeu cau.feud.amitt.columna ſecunda, circa medium. Odoffr.in Sum.quibus modis feud.amitt.poſt numerum ſeptuageſimum. ſi ignorauit ius. Innoc. in ſimil.in cap. cura.in princip. de iurepatrona. & procedit in venditione vera, ſecus in imaginaria, quæ pro non facta habetur.l.nuda. ff.de contrah. empt. & ſi cum effectu eſt venditio, nam quotiea idem actus poteſt ſapere alienationẽ & non; nunquam præſumitur alienatio. Bald. in conſil.116. num.3.1.volum.& amittit ſequuta traditione, nõ autem per ſolam venditionem. Idem Bald.in conſil.482.poſt numerum nonum,1.volum. & 276. & 303.5.volum.nam aliud eſt dare,aliud fingi dare.glo.3.in l.1. C. de donationi.Afflict.in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ.poſt nu.26. Boer. in Dec.112.num.5. & ſic non perdit feudum, niſi proceſſit ad actum traditionis. Alezan.in conſil. 30.numero 14.primo volum. & 173. poſt numerum,ſecundo volumine.41.nume.3. 6.volum. & 76.num.5.& 6.7.volum.alienare non eſt proprie delictum. Bald. in l.ex hoc edicto.§.fin.de aliena. iudic.mutan.cau.facta.quia poſſunt contrahentes pœnitere in præiudicium retractus re integra, & quando dicatur res integra.glo. Pariſ.5.nume.11. titu.1.§.13.niſi dominus præueniſſet, vt ibi.rurſus habet locum iure iſto,ſecus virtute. d.conſti.conſtitutionem diuæ memoriæ. nam poſſit iure illo is qui alienauit reuocare.Iſer.ſupra §.præceden.circa fin.verumetiam quòd admittatur ad infringendum,nihilominus tenetur ad intereſſe. Præpoſi.in §.ſi verò. in princip. & in fi. de pace iura.firma.& non habet locum in hipotheca, niſi fieret irreuocabiliter,glo. prædi.5.Pariſ. poſt numerum ſeptimum. ibi, quartò. §.13.nam nunquam per verbalem pignorationem, vel ſimplicem hipothecam, committitur pœna. Aluar.in d.§.aut ſi libellario, num.2.circa fin.& in §.fin. num.32.in fin.quæ ſit prima cau.bene.amitt.in §.præterea, columna 1. in fi. de cap. Corra. & cadit emphiteota a re emphiteotica propter alienationem, ſed non quando eſt nulla. add.ad Specu. in titu. de emphiteoſi. verb. quod non. vel a iure permiſſa. Specul. ibi, num. 191.cadit a iure dominii, & non habet locum pœnitentiæ.Bald.in d.l. ex hoc edicto.§.fina. cum l.ſequen.

Vltimò,emptor amittit precium, ſi participat de fraude cum venditore. Pau.de Caſt.in ſimil.in l.bona fide.ff.ad Velleia.nam tunc puniuntur ambo, & fiſcus recuperat precium. Odoffre.in Sum. quibus modis feud.amitt. poſt numerum ſexageſimum quintum. Aluar.in cap.1. num.8. de probi. feu.alien.per Lotha.& ſupra eodem, in prin.poſt numerum nonum. emptor an recuperet precium a prælato male alienante. Abba.in cap.ſi quis, numero decimotertio,de rebus eccle.non alienan.& ſi eſt bonæ fidei, & non vult precium ſed intereſſe, poteſt.Cur.in tract.feudo.in 4.par.princip. numero 120.Fre.lib.2. ibi, prima authoritas.nume.27. nam actus poteſt eſſe finitus quo ad vnum, non quo ad alium. Azo ponit exempla in Sum. C. de receptis arbitr.poſt numerum decimumquintum. ſicut reſignationes ſponte factæ, non valent quo ad ſuperiores, ſed quo ad renuntiantes ſic. Zabar. in clemen.2.§.ſane,circa fin.de pœnis. aliud exẽplum.gl.3. Pariſ.num.13.tit.1.§.6. & etiam quod admittatur authoritate iuris ad infringendum, tenetur ad intereſſe. Aluar.in §.penultimo,circa fin. de pace iura. firma. & S.C.iudicauit eſſe reſtituendum precium emptori,quando fit reuocatio a vẽditore.Fre.lib.2.ibi,a regnicolis,in fi. & num.11. & ſi non reuocauit alienans feudum, an remaneat vaſallus. Ioan. And. ad Specul.in rubr.de feudis, circa fin.

17 Nota, quod ſimulatum habet figuratum, non verum nec ſubſtantificum eſſe. Bald.in conſi.190. in fin. ſecundo volumine. vnde vaſallus ſi precio accepto concedit in feudum, quia dicitur facere in fraudem non valet.Iacob.de Ardizo.in d.Sum. an precio feu.dari poſſit.in princip. nec tranſit dominium, quia prohibita alienatione per legem vel ſtatutum, prohibetur dominii tranſlatio & iuris acquiſitio.Caſſa.in con.Burgun. rub.4.§.4. ibi,ne peut,numero ſecundo.Idem ſi per pactum. Idem Caſſa.poſt multa pro & con.rub.11.§.3.ibi, & s'il. poſt numerum ſeptimum, vſque in finem.vbi ponit duodecim limita.& contrahentes priuantur re & precio, & domino applicantur. Afflict.hic, in 17.not.num.9. & amittit totum ſi vendit totum, & partem ſi vendit partem.Iſern. hic,num.20.

Intellige ſi peccatum eſt in re,ſecus ſi in perſona,quia tunc ſemper totum amittit. Bal.de alien. feud.lo 1.num.9.& reuertitur ad eum cui facta eſt iniuria.glo.in cap. penult.in ver. prorſus. de iniu-
18 riis. Item nota, quod fraudes multum diſplicent

Principi, & ſemper puniuntur, maxime quando proſunt alicui. Afflict. de his qui feud. dare poſſ. num. 31. circa fin. & 32. & in 17. nota. num. 10. & magis punitur qui dolo & fraude facit contra legem, quàm qui expreſsè. Præpoſi. hic, poſt nume. 1. nam Dei iudicium contemnitur, & noſtra lex tranſgreditur. §. quia verò aliqui. circa med. Auth. vt nulli iudi. & ſufficit factum ad pœnam, licet de iure non teneat. glo. in l. quid ergo, §. 1. in ver. cum ea. de his qui nota. infam. vbi Bald. in §. cum autẽ, in princip. & fin. vltra quod pactum contra vetitũ, nullum & inualidum eſt. l. ea morte. C. de pactis conuen. & lex offenditur. l. non quidquid. §. 1. ff. de iudiciis. l. filiusfamilias. & l. ſed & Iulianus. ff. ad Macedonia.

19 Quid ſi vendit, ſed non venit ad actum traditionis. Iſern. hic tenet quod non perdit, quia non incurrit pœnam, qui cogitauit & fecit, ſed nõ perfecte. Ioan. And. in cap. perpetue. num. 1. de elect. in 6. vt perdat precium, & res applicetur communi vigore ſtatuti, requiritur vera traditio: quaſi per prius non videatur complete deliquiſſe. Pau. de Caſt. in conſil. 186. in prin. ſecundo volumine. Curt. in tracta. feud. in 4. par. princip. quæſtione vigeſima, num. 111. nam vt perdat feudum per illicitam alienationem, tria requirũtur. Fre. lib. 1. ibi, prima authoritas, num. 6. emphiteota qui promiſit vendere, non incidit in commiſſum, niſi vendat & tradat. Idem Fre. vbi ſupra. ibi, pluribus, nume. 32. Caſſan. in conſu. Burgun. rub. 2. §. 8. ibi, en alienation. num. 32. & non dicitur alienatum, niſi ſit tradita poſſeſſio. ibi, ne prenda la poſſeſſion. in princip. ſi vendidit & non tradidit: vel tradidit & reuocauit, non incidit in commiſſum. Spec. in titu. de emphiteoſi. numero 118. & 119. quia quando vendidit & tradidit plus contractauit, plus deliquit: ſecus ſi ſolum vendidit & non tradidit. glo. in l. 1. §. ſi rem. in ver. teneris. ff. depoſiti. vel vendidit pro precio declarando per tertium, illo non declarante, non cadit a iure ſuo, quia negotium non eſt perfectum. Bald. in l. hæc venditio, circa med. pri. ff. de contrahen. emptio. & actus vt pariat effectum, debet eſſe legitime factus. Zab. in clem. uni. in 2. not. de cau. poſſ. & proprie.

Contra, iuta quando imponunt pœnam exercenti actum, committitur etiam quod actus non teneat. not. in cap. cum qui. in fi. vbi Gemi. de præbend. in 6. Cur. in 4. par. feud. in 17. quæſtio. num. 108. multa Caſſan. pro. & cont. in d. rub. 3. § 8. ibi, ne prend. la poſſeſſion. nume. 1. etiam quia dicitur tenere, ſed non efficaciter. l. ſi is, in ver. tenuit. ff. de excuſa. tuto. Et ſi vendit & contractat, plus contrauenit, plus delinquit & punitur. l. 1. §. ſi rem, in ver. teneris. ff. depoſiti.

Pro Iſern. facit, pœna impoſita manumiſſioni, non committitur & exigitur, etiam quod contra fiat, ſi cum effectu non habet locum manumiſſio. l. penultima, in verb. cauſam, C. ſi manci. ita fuit alienatũ, vt manu. per ſolam venditionem non ſit furtum. l. ſi ſeruum, in glo. C. de furtis. ex ſola alienatione non receſſit dominium a vaſallo in emptorem. Lucas in l. nulli. columna ſecunda, in fin. C. de fundis patrimo. ſucceſſiue non dicitur alienatum, cum adhuc in dominio venditoris maneat. l. alienatum. de verborum ſignif. ſolo conatu non amittit quis priuilegium. Feli. in cap. cum acceſſiſſent. num. 30. circa med. ibi, ſexto limita, de conſtitu. cum aliud ſit tentare & aliud facere. gloſſ. in cap. non afferamus, in ver. & ſciſma. 24 quæſtione prima. aliud dare, & aliud fingi dare. glo. 1. in l. 1. C. de donatio. vltra quod adhuc cẽſetur eſſe in bonis venditoris. l. ſicut. §. ſi debitor. ff. quibus modis pigno. vel hipothe. ſolui. & contractus initus habet tacitam conditionem, & etiam quod tradat: ex quo male tradit, habetur pro non facta; ſicut in iuramento male præſtito, & optione male facta. l. qui per ſalutem. cum ibi not. ff. de iureiur.

Et ad finem quod quis incidat in pœnam, non ſufficit aliquid de facto fieri. Cap. in ver. feuda amittuntur. ibi, trigeſimoſeptimo, in ſecunda limit. poſt primam opinionem. Iſern. hic, ſequitur Bald. in conſilio 276. quinto volumine. & in d. §. aut ſi libellario, poſt numerum quartum. & ſi tradit, licet actus nullus nullum operetur effectum, nec præſtat impedimentum. in conſil. feud. diuer. 35. poſt numerum 3. & circa fin. non perditur dominium, ſed poſſeſſio. Bald. in l. & eleganter, in ſecunda repet. columna ſecunda, in princip. de dolo malo. & pœna priuationis a iure impoſita emphiteotæ vendenti domino irrequiſito, non habet locum ſi venditio eſt nulla. dicta gloſ. 5. Pariſ. poſt num. 50. §. 13. & §. 22. poſt num. 32.

Dic, quod licet contractus ſit nullus, transfertur dominium, quando eſt interdicta alienatio ex pacto; ſecus ſi a lege. Iſern. in §. & olim, circa fin. vbi etiam Loffre. ibi, de biscalibus, de ſucce. feud. l. 3. in ver. petierit. ff. de colla. bono. l. 3. in glo. mag. circa med. C. de condi. ob cau. data. glo. 1. in l. fin. C. de rebus alienis non aliena. Bald. in l. ſi ſciens. ff. de contrahen. emptio. Afflict. in §. præterea, in fin. dicto titu. quibus modis feud. amit. & in §. ſed nec alia, num. 10. & 11. quæ ſit prima cau. benef. amitt. vel prohibitio alienationis per ſtatutum vel legem impedit dominij tranſlationem; verum tenet alienatio, donec ſit perſona volens reuocare, videlicet dominus; qui tenetur ad precium, & interim retinetur res. Caſſan. in conſue. Burgun. rub. 9. §. 10. in princip. num. 7. tranſit dominium. Præpoſit. de controuer. inter dom. & empto. in fi. ex inutili cõtractu. Specu. in tit. de actore, nume. 37. circa finẽ, re tradita vel habita fide de precio. Ioan. And. ad Spec. in rub. de emptione & vendit. circa princip. pactum impedit tranſlationem dominij. Bald. in l. penultima, in fin. ff. de pactis. glo. in l. & eleganter, in ver. loui. ff. de dolo malo. & tenet in præiudicium alienantis, ſed non domini. Bald. in conſilio nouo, poſt numerum primum, primo volumine. non autem amittit feudum, etiam quod committat cauſam propter quam veniret priuandus, niſi declaretur per ſententiam. Feli. in cap. Rodulfus, num. 36. de reſcriptis. Iſern. hic, numero vigeſimo primo. Afflict. in d. conſtitu. conſtitutionem diuæ memoriæ, in quinto notab. poſt numerum vigeſimumtertium, & in cap. 2. in 2. nota. poſt nume. 3. de feu. ſine culpa non amit. domino volente. addi. ad Spec. in tit. de emphiteoſi, in addi. 2. poſt verb. vt Mar. de Fan. ſua quæſtione vigeſimaprima, ſicut contractus nullus ratione doli non eſt nullus ipſo iure, niſi deceptus dicat eum nullum. Bald. in l. & eleganter, prima repet. columna ſecunda, poſt principium, ff. de dolo malo. agit dominus directus, & qua actione debeat reſtitui. Bald. de controuer. inter dominum & empto. numero primo, & poſt num. 3. vbi Afflict. num. 11. & reuertitur ad

proximum

proximum ſuperiorem, & ſic ad immediatũ. Iſer. hic in ver. eſſe ad dominum.

Intellige (vt ſupra) in feudo nouo, vel antiquo quod non habet agnatos. Idem Iſer. in §. niſi, numero quarto, circa fin. ſi vaſal. feud. priu. cui deforma. ſecus ſi eſt antiquum, & habet agnatos. Afflict. in §. & ſi clientulus. in 3. not. poſt numerum 8. de aliena. feud. & de vaſal. qui contra conſtitu. Lotha. in 3. not. Cap. in d. ver. feuda amittuntur, ibi, trigeſimoſeptimo. in 3. limit. Bald. in §. ſi verò, num. 3. qualiter feud. aliena. poſſit. in §. denique, in princ. & num. 6. in fi. quæ ſit prima cau. bene. amitt. Aluaro. in dicto §. hoc quoque, num. 1. & 4. cum gl. 3. de ſucce. ſeu. & reuertitur ad immediatum. Bal. in conſil. 251. 1. volum. Afflict. in §. ſimiliter, num. 13. de lege Corra. facit l. ſi is apud quem. ff. depoſiti. l. ſi tibi alienam, & ſequen. ff. locati. l. cum hic ſtatus. §. fina. & ibi glo. fina. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. prima, in fi. C. ſi manci. ita veni. ne proſtitua. videtur eſſe in circulo, & præfertur, ſicut ſecundus præſcriptor. l. ſi quis emptionis, in ver. actionem, in fine. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. l. ſi quis in tantam, in glo. magn. col. 2. in fin. vnde vi.

20 Quid ſi vendat cum pacto de retrouendendo, an amittat? quod non, tenuit glo. Pariſ. titu. 1. §. 41. in 4. quæſtione. num. 13, feudum non aperitur, nec iura feudalia peti poſſunt. Ampliat ſex modis glo. prædicta, in 5. quæſt. num. 25.

21 Quid ſi vendit ſaluo aſſenſu? videtur quod iſta clauſula debeat reijci tanquam captioſa & fraudulenta. glo. 1. Pariſ. num. 19. tit. 1. §. 13. & eſt ad cautelam, vt adhibeatur, ſi opus eſt: non vt faceret actum conditionalem. Hieron. Gabr. in conſil. 10. poſt numerum quintum, ſextum, & ſeptimum. ſed quod valeat ſi ſit alienatio, ſaluo iure domini, non aliter nec alio modo. Curt. in 4. parte, quæſtione vigeſimaprima, numero 112. Fre. lib. ſecundo, ibi, prima authoritas, numero vigeſimoſecundo. Iaſ. in l. non ſolum. §. morte, nume. 27. de operis noui nunt. Bal. in cap. Cumana, num. 3. de electio. nam dictio prædicta (non aliter) importat conditionem, ſi voluerit & conſenſerit. Caſſan. in conſuet. Burgun. rub. 4. §. 7. ibi, ſi ce en eſt, numero octauo. & ſi dicit, non aliter nec alio modo, non amittit feudum. Aluar. ſupra eodem, in princip. numero decimoquinto, circa medium. Abba. in cap. ſecundo, numero decimo, de feudis. multa Corſe. in addi. ad Abba. in reperto. in ver. vaſallos. Feli. in capitu. quæ in eccleſiarum, numero octoageſimoquinto, de conſtitu. & in cap. cum contingat, numero 14. de offic. delega. Præpoſi. in d. §. fin. in fi. quæ ſit prima cau. benefi. amitt. & tunc non amittit feudum, etiam ſequuta traditione. Ripa in reſponſo. 143. num. 3. & 5. niſi ſub dicta conditione tradatur emptori, a quo eſſet difficilis recuperatio. Præpoſi. in d. §. aut ſi libellario. poſt nume. 5. quibus modis ſeu. amit. lo 1.

Quid ſi alienat quatenus de iure poteſt? Alexand. in l. iudex, num. 29. de re iud. & ſi tradidit ſine reſeruatione, cum debebat reſeruare, poteſt cõdicere. Bald. in l. ſi binarum. de ſeruitu. vrbano. prædi.

22 Sed an requiratur ſentẽtia in priuatione. Odoffred. in Summa, Vtrum ipſo iure. feud. ami. vel per ſenten. & ſequen. quod ſic, cum glo. hic. Alberi. in l. peculium, num. 6. ff. de peculio. vel requiritur ſententia, quando delictum ipſo iure non induxit priuationem. Imola in l. eorum, num. 2. de damno infecto. vel in omni pœna obligatiua ſeu afflictiua, priuatiua, & excluſiua, requiritur ſententia. Paris de ſyndic. in ver. pęna. cap. 4. numero quinto. & nõ eſt ſuſpenſus ipſo iure, ſed ſuſpendendus: ſicut ſimoniacus. Innocen. in cap. per tuas, poſt numerũ 3. de ſimonia. & in capi. 1. poſt principium. & numero quarto, de ſciſmaticis. quando priuatur ipſo iure, ſtatim poteſt beneficium conferri, nulla expectata ſententia. glo. 3. Pariſ. numero 12. titu. 1. §. 6. Commu. & vera omnium Doctorum ſententia eſt, quod nunquam amittitur ipſo iure, ſed tanquã per ſententiam, niſi in caſu alienationis. glo. Pariſ. titu. 1 §. 30. in 6. quæſtione, numero 37. & 39. vel diſtingue, aut eſt priuandus, & requiritur ſententia, aut ipſo iure eſt priuatus, & non. Præpo. in capit. 1. poſt numerum ſecundum. de feud. ſine culpa non amit. Quicquid ſit, priuetur ipſo iure, vel per ſententiam. Innocen. in cap. præterea. de iure patro. cadit vaſallus ipſo iure, ſed emptor non poteſt repelli, niſi per ſententiam. Paul. de Caſt. in conſil. 68. numero primo, circa fin. ſecundo volum. Vel regula eſt, quod vaſallus non poteſt priuari feudo, niſi conuicta culpa per ſententiam: ita poſt multa cum vndecim limita. firmat Cur. in tracta. feud. in 4. par. prin. nu. 155.

Intellige domino volente, in emphiteoſi, ſi dominus declarauerit. ibi, num. 156. circa fin. & 157. circa medium. Fre. lib. ſecundo, ibi, prima authoritas. numero ſeptimo. & verbum futuri temporis, requirit ſententiam, præſentis importat ipſo iure. Caſſan. in conſue. Burgun. rub. 2. §. 1. ibi, il confiſqui, numero ſecundo, & rub. 3. §. 8. ibi, commiſſe. num. 2. & ibi, ſans, numero decimo. Aluar. in §. itẽ ſi fidelis, poſt numerum 8. quibus modis feud. amitt. lo 1. & reuertitur ſtatim, vel debeat expectari mors venditoris. conſiderat diuerſa tempora Odoffred. in Summa, quibus modis feud. amit. numero 54. & intellige, ſi dominus voluerit. Decius in conſilio 185. columna quinta, numero nono. & ſequuta declaratoria, nam antea non poſſit ſe dominus intromittere in corporali poſſeſſione. Alexander in conſil. 103. nume. 16. 1. volum. cum non poſſit priuari niſi cauſa cognita, eo citato, & per ſententiam; niſi lex dicat quod priuetur ipſo iure, vel feudum fuerit datum ad tempus. Idem Alexan. in conſil. 124. columna 1. eodem volum. & ſi dicit ipſo iure, ipſoque facto, eſt crimen latæ ſententiæ. Bald. in conſil. 480. numero ſecundo, 3. volumine. & licet priuetur dominio ipſo iure, requiritur ſententia quo ad auocandam poſſeſſionem. Iſern. hic, Gram. in deciſ. 105. numero 55. diſtinctionem a ſimili ponit Cap. in deciſio. 121. num. 21. & 162. numero 14. Marſil. in pract. crim. §. aggredior, poſt numerum 112. 116. & 123. & pro excluſione legalis ſententiæ, requiritur libellus. Afflict. in cap. 1. numero 9. de feud. ſine culpa non amitt.

23 Quid ſi alienauit cum pacto de retrouendendo? dic, quod amittit, quia etiam quod poſtea remat habet ex nouo titulo, non ex primo. Loffr. in conſilio vndecimo, numero vndecimo. & quid iuris ſi poſt aliena. vaſ. feu. recupe. vbi Bald. nam ſtatim quod alienat, pęna priuationis trahit ſecum ſuum effectum, ideo ex poſtfacto redimere nihil prodeſt. Bald. in §. hoc quoque, num. 15. de ſucce.

feud.

feud.Cap.in ver.feudorum alienationes, in 4.amplia.& limi.4.facit,l.cum ſeruus, de adimen.lega. l.fina. cum ibi not.C.de remi. pigno. & reemendo non reincidit in priſtinam cauſam: Anton. de Alexan.in conſilio 52.inter conſi.Loſſr.nume. 4. & 5.

Facit pro alia parte: nam per alienationem cũ pacto de retrouendendo, ſucceſſor non amittit feudum, quia videtur potius vendidiſſe commoditates quàm ipſum ius inſeperabile.Bald.in conſilio 215.in 3.dubio,numero 3. 2.volum.item redhibito homine, omnia retro aguntur. l.ex hoc edicto.§.fi.vbi glo.& Bald.& l.quia redhibitio.ff. de aliena.iudicii mutan.cau.facti. & redimendo reincidit in primęuam obligationem. l.1.§.ſi rem, lo 1.ff.depoſiti.& remanet pignus. l.bouem.§.pignus.de ędil.edi.l.ſi marito.& ſequen. ff.de fundo dotal.l.ſi cui.in addi.in marg.de fundo inſtrumen. Et iſtam tenuit Cam. hic.redimendo purgatur vitium.Bald.in l.fin.prima repet.in fi.d.titu.de aliena.iudi.mut.cau.facta.maxime ſi recuperat antequam dominus conquæritur.car. 9.columna ſecunda, circa fin.ibi,quartò & vltimò.& car.11.columna ſecunda. & ſequen. & ſi habens directum, pręuenit, reſtituit habenti vtile.Aluar.in cap.1.numero 3.circa medium,de controuer.inter dom.& empto. nam ſi vaſallus delinquit in Regem,feudũ non aperitur Regi, ſed domino immediato,a quo tenet.Specul.in titu.de feudis.§.2.nume.62.& an confiſcetur. Bald.in l.2.numero 32.de rerum diuiſio.

Vltimò ſimulatio & calliditas aggrauant pœnam.Pręposi.in cap.2.poſt numerum primum,de feud.ſine culpa non amit.& quis magis delinquit faciendo expreſſe contra legem, vel per fraudem.Aluar.hic, columna ſecunda, poſt principiũ. cum culpa conſiſtat in tribus. glo. in l.videamus, in ver.ſuo nomine.circa medium. ff. locati. in dubio venditor quærit facere ſicut lex vult. Authen. hæc conſtitut.interpreta.priorem,circa fin.& contractus initius habet tacitam conditionem, ſi Imperatori placuerit.Bald.in conſi.104. poſt numerum ſecundum, 1.volum.prohibitus vendere,poteſt ſe perſonaliter obligare. Fre.lib.2.ibi,pluribus. num.17.emptori bonæ fidei tenetur ad precium. Aluar.in d.§.fin.ante numerum primum, quæ ſit prima cau.bene.amit. alias non. & quid ſi ſtipulatus eſt euictionem. Curt. vbi ſupra in quarta par. numero 118.an teneatur. Caſſan. in conſue. Burgun. d.rub.3.§.8. ibi,ſans conſentiment.num.13. 14. & 15.

Quid ſi rem feudalem vendit vt Burgenſaticã. Fre.vbi ſupra.ibi, pluribus.num.5. circa med.emptor deceptus agit ad intereſſe, ſi fuit ignorans:ſecus ſi ſciens:ignorantia venditoris,etiam quod excuſat a pęna,non tamen ab intereſſe. Aluaro.in capi.vaſallus,lo 2.numero 1.& 2.vbi etiam,an allegantiignorantiam credatur: & ſi poſſit permitti feudum poſſideri donec ſoluatur precium. num. 3.& 4.ſi de feud. defunct. mili. controuer. fuerit. & non valet in præiudicium rei venditæ, licet valeat in præiudicium eius qui vendit. Azo in Sum. C. de legibus. poſt numerum decimumoctauum. Sed ſi filius vel agnatus procurat expediri proclama, quod nemo contrahat, iudex interdicit vaſallo alienationem, quod non poteſt contrahere. Pręposi.in d.§.fina, columna 5. poſt principium,quæ ſit prima cau.bene.amit.& aliquo reuocato,reuocantur inde ſequuta. Zaba.in clemen.in 6.not.de immu. eccleſ.quia licet euictio ſit de natura contractus, tamen ſicut principalis contractus eſt cõtra legem, ita & ſtipulatio de euictione,quo caſu emptor perdit rem & precium. in conſil.feud.diuer.8.num.22.& 23.

S V M M A R I V M.

1 *Tabellio, tabularius, ſeruus publicus, notarius, teſtis iuris, & ſcriba, ac cancellarius.*
2 *Inſtrumentum ſtricte pro ipſa charta, in qua inſtrumentum ſcribitur.*
3 *Scientia non ignorantia punitur.*
4 *Notarius quod perdit officium, infamatur & manum amittit, alibi punitur pluribus modis.*
5 *Manus ſi debet amputari, de qua intelligitur.*
6 *Scriba conficiens inſtrumentum prohibitum ſuper feudo, ultra infamiam manum amittit.*
7 *Contrahentes ſuper feudis ſunt amatores periculi.*
8 *Inſtrumentum temerarium, non falſum.*
9 *Alienans feudum ſine conſenſu domini, illud amittit.*
10 *Notarius eſt iudex & teſtis, & non exercet ſine uoluntate domini illius loci, ubi conficit inſtrumentum.*

AD §. SCRIBA.

SCRIBA.) In iure habemus tabellionem,tabularium. Lucas in l.1.C.
1 de tabula.ſcrin.& logogra.(Tabellio eſt vulgare Romanorum. glo.1. in l.ſcriniarios.C.de teſta.mili.) ſeruum publicum l.1.§.fi.in ver.ſeruus.ff.de magiſt. conuen. chartularium. Authen. de armis,in verb. chartularium.c. quæ.vbi Archid. 2. quæſt.4.cancellarium. l.fin.de manumiſſionibus.l.1.& toto titu.de Scabinis & cancellariis.l.de chartis, & l.omnibus. qualiter quis ſe defendere debet. in Longobar. iuris teſtem uel interpretem vocat tabellionem. Azo in Sum.C. de his qui in eccle.manum. circa fi.notarium,ideſt ſcriptorem.l.Thais, in ver. notarium.ff.de fideicom.liberta.Fre.lib.1.de offi. logothetę. num.12.13.& 14.& ſcribam,vt hic,vbi Aluaro.in princip. & late Pileus poſt Azo.d.tit.de tabula.ſcribis,logogra.lib.10.qui dicitur, a ſcribo, ſcribis.cap.ſcribam,de præſumptio.Iſte, verò qui
2 hoc inſtrumentum.) Stricte pro ipſa charta, in qua inſtrumentum ſcribitur. Bar.in rub. Auth.de
3 inſtrum.caute.& fide. Sciens.) Nam ſcientia non ignorantia punitur. Afflict.in cap. ſi vaſallus,numero 3.ſi de feud.fuerit controuer. inter domin. & agna.ſic vbi ſcientia eſt de forma delicti, ignorantia non punitur, niſi cadat in dolo præſumpto. Bald.quibus modis feud.amit.lo 2.in fi. poſt numerum quartum.Conſcripſerit,Poſt.) Quod importat actum immediate ſequentem ſine interuallo. Iaſ.in l. poſt dotem, in princ.ſoluto matrimo. Amiſſionem officii, cum infamiæ periculo manũ
4 amittat.) Et ſi notarius perdit officium, infamatur, & manum amittit. Sic punitur qui ſcripſit cõtractum vetitum, iudex & tabellio qui interfuerunt inſtrumento diuortii ſine cauſa. Odoffred.in Sum.

Sum.quibus modis feu. amit. poſt nu.67.ſicut qui ſcripſit chartam falſam, vel contractum mulieris ſine notitia parentũ.l. 1. de his qui chartam falſam contra legem ſcripſerunt. & l. 2. qualiter mulieri alienare permiſſum ſit, in Longobar. & amputatur manus, prout ita puniuntur nonnulli, quos refert Iac.de Ardizo.in Sum.de pœnis inferendis ob culpam, extra hanc Sum.not.poſt prin. Afflict.in §.ſi quis alium.num. 3.de pace tenen. Caſſa.in conſue. Burgun.rub. 1.ibi,droitos.d.icelles.nu.71. & rub. 2.§.1.in prin.num. 12.23.& 24. Aluar.hic in fi. Pileus in Sum.de tabularijs, num.9.lib. 11.& ſic punitur in eo in quo deliquit.l.qui bona.§.ſi quis q.2. in ver.quarum, de damno infecto. alibi imponitur pœna ignis.l.1. C.de immu.nemi. concedi.ſicut incendiario, transfugæ, irruenti in conuerſum ad Chriſti cultum, familiaribus principis inferentibus iniurias prouincialibus: & ſeruo qui ſe immiſcuit cum domina.l.qui ędea, de incen.rui.& naufra.l.capitalium.§.incendiarij. & l.ſi quis aliquid, la 2.ff.de pęnis, l.2.C.de iudęis. l.vniuerſi, vbi cau. fiſca.l.vni. C.de mulieri. quæ ſeruis proprijs proſti. Caſſa.vbi ſupra, num.66.circa fi.pęna capitali, l.2.C.de eunuchis.perpetuo exilio.§.fin. Auth.de aliena.& emphi. dignitatis proprię & honorũ omnium ſpoliatione. l.iubemus, la 2.§.ijs, lo 1. & 2. C.de ſacroſanct.eccle.perpetuo prohibetur exercere officium, interdum ad tempus. §. adhoc, in ver.reuerſionem. Auth.de non aliena.aut permu. amittit officium, & infamiæ periculum ſuſtinet.capit.Imperialis, de prohib.feud.aliena.per Lothar. Hic amittit manum, & de qua manu intelligatur?
5 & videtur quod ſi habet vtramque, electio ſit iudicis. Affli. in conſtit.eos qui ſcienter, in vndecima quæſtio.poſt num.26.vel dic quod amittat minus potentem. Iſer.hic, poſt princ.ſeu magis validam, vt Alexan.in conſi.104.nu.4.1.volum.Cap.& Aluaro.hic in princ.num. 4.& poſt: & ita declarauit Rex Carolus in regno, per cap. qui cum troncha. Iſern. hic.

Declarato textu, impugnetur eius deciſio. Et primò, aut ille contractus eſt nullus, & non poteſt operari effectum, nec eſt locus pœnæ. Zaba.in clemen.vni.colum.3.in princ.de conſang.& affin.aut tenet, & non debet puniri, tanto magis, quia tabellionis induſtria non eligitur in ſcribendo, ſed vt faciat fidem de geſtis. Alex.in conſil.14.nu.30. poſt med.6.volum.

Secundò, verba notarii cenſentur verba partis. Bal.in l.vni.poſt num.9.cap. de priui.dotis.partes puniuntur, vt in §.præced. ergò non debet puniri notarius, nam abſit vt pereat iuſtus cum impio. Geneſis.cap.18.

Vltimò, inſtrumentum non probat, niſi ſit verum & confectum a tabellione.l.in donationibus. in ver.ſubnotatione. C.de donat.modo ſi non probat ſolennitatem, & verba ipſius ſunt verba partium. Bal.in conſ.2.num.4. 3.vol. & partes puniũtur, non debet puniri notarius, nam factum vnius, non debet nocere alii.l.1.§.ſi cui, in ver.non dabo, ff.de ventre inſpic.

His non obſtantibus, determinatur contrariũ: quia ſicut notarius debet poteſtatem ſuam regulare, ſecundum ea de quibus a parte rogatus eſt. Alexan.in conſi.93.num. 5. 7. volum.ita iuri publico, quod dat certam formam actibus hominum, renunciari non poteſt. Bal.in conſi.383.num.1.4. vol.adeo quod ſi legem pręuaricentur digni ſunt pęna. Auth.de conſul.poſt med.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam licet alienatio feudi ſine aſſenſu ſit nulla, tamẽ qui alienat incurrit pęnam legis. Fre.lib.2.ibi, prima authoritas, num. 19.quia quod male fit, tamẽ fit: quod male accipitur, tamen accipitur. Archid.in c.ſicut, de conſecra.diſt.2.

Secundum non obſtat, nam licet verba notarij ſint contrahentium, tamen factum vnius quandoque nocet alteri; ſicut mora rei nocet fideiuſſori, quod debuit ab initio ſcire. glo.in l.ſi quis, §.ſi is, in ver.iniuriam, ff.quod quiſque iuris.

Vltimum non obſtat, nam delinquendo dicitur amare pœnam. §.quia verò, lo 2.vbi Barto.Auth. de non alienan.& acta praua ipſorum potius, quã verba ſententiæ faciunt ipſum pœna condignum. qui ſint rebelles.circa med.& punitur, quia paſſio priuatorum iuſſui prætoris antepoſita videtur.l.1.
6 §.inde quæritur.de operis noui nuntia. Et ſic firma remanet concluſio, quod ſcriba conficiens inſtrumentum prohibitum ſuper feudo, vltra infamiam manum amittit.

Intellige etiam, quod cõtrahentes ſint milites, quia priuilegium militis non tollit delictum ſcribentis. l.in fraudem.§.ſi quis, ubi Bar.& glo.in ver. Senatuſconſulti.ff.de milita.teſta.& non ſolum punitur pœna iſta, verum ex quo deliquit in officio, non debet a modo poſſe exercere.glo.fi. in Auth. de armis. Aluar.hic poſt num. 1. & punitur etiam quod ignorauerit; nam ſi neſcit, interroget alios.l. 2.de his qui chartam falſam contra legem ſcripſe. in Longob.& non ſolum pęnis iſtis, ſed quandoq; maioribus.l. 1.C.de immu.nemi.conce. Iſern.hic, poſt princ.ſicut Imperator recipientem res eccleſiæ non debito modo, multipliciter punit, priuat precio & imponit pœnam, etiam notariis ſcribentibus inſtrumentum. Abb.in c.nulli.poſt num.13. de rebus eccle. non alien.

Limita, quãdo ſciens fecit, ut hic, vbi Alua.poſt prin.l.1.C.vt nemo ad ſuũ patro.li.11.& in notario q eſt legitimę ętatis. Bal.in c.Imperialis, poſt nu.6. de prohi.feu.alie.p Lotha. ſecus ſi eſt minoris ętatis. Alua.hic, nu.3.& intellige, quãdo fit ſine aſſenſu domini, aliàs ſecus, vt ſupra eo.poſt prin.& procedit iure ſitu, iure verò conſtitu.punitur arbitrio iudicis. Fre.lib.2.ibi, a regnicolis.nu.16.

7 Nota, q cõtrahentes ſuper feudis, ſunt amatores periculi, quia præſumunt ad ea quæ interdicta ſunt accedere, & circumuẽtionem facere legibus; ex voluntate & præſumptione quam habent, quæ omnibus modis interdicta ſunt, & forſan deducũt homines ad mortem ciuilem, ad quam ducuntur tabelliones, quia deportantur.§.quia verò Leonis, lo 2.iuncta gl.in ver.ad mortem. Auth.de nõ alie.
8 Item nota, quod huiuſmodi inſtrumentum nõ dicitur falſum, ſed temerarium. Bald.in d.c.Imperialis, nu.6.circa fi.Præpo.in §.callidis, circa fi.ſupra eod.& Alua.hic poſt nu.3. Vnde tabellio dẽt ſcire iura, ne illicitos contractus conficiens puniatur, & quando amittit officium. Specu. in titu.de inſtrumentorum editione.§.8.num.35.& 41.
9 Vltimò nota, quod qui alienat feudum ſine conſenſu domini, feudum amittit, & ſcriba punitur, multò magis ſi machinãdo ſub colore

inueſtituræ hoc facit. Iſern. hic, qui etiam aſſignat
rationem: & eſt publica expeditio, nam pro ea
non poſſit dominus ſeruitium petere a venditore,
quia non promiſit. Ideo inductum eſt, vt perdat,
& poteſt dominus propria authoritate recupera-
re. Iaſ. in l. filiusfamilias. §. diui. in 2. repet. nume.
59. de lega. 1. in prima repet. num. 44. & in l. ſi
quis ita. §. ea lege, de verborum obligatio. & cadit
ipſo iure vaſallus domino volente, & voluntatem
ſuam declarante. Idem Iaſ. in l. omnimodo, nume
ro. C. de inofficio. teſtam. & in l. ſecunda, numero
14. 15. & 16. vbi idem in emphiteota. numero 6.
& 8. & Azo numero 12. de iure emphi. niſi ſit di-
ctum, ſaluo ſeruitio vel aſſenſu domini: quia dici-
tur poſſeſſio ſub conditione tradita, & qui ſic tra-
dit, non delinquit, ſed impeditur deuolutio & ca
ducitas. Fre. lib. 2. ibi, trigeſiman quæro, poſt num.
4. & domino non conſentiente non videtur ven-
didiſſe. l. ſi quis fundum, in fi. ff. de contrahen. em-
ptio. l. neceſſario. §. 1. & §. quod ſi pendente, de pe
ri. & commo. rei vendi. Sed Iaſ. in d. l. 2. colum. 25.
poſt numerum 78. de iure emph. tenet, quod de-
bet addi, non aliter nec alio modo, dixi ſupra in §.
callidis, num. 21. etiam quod per actum imperfe-
ctum non renuntiet quis priuilegio. Zab. in clem.
ſępe. in ver. ſi tamen, de ver. ſig. & actus factus cō
tra prohibitionem legis, non ſit nullus, quia ſi eſſet
nullus, pęna quæ imponitur non eſſet poena. Pau.
de Caſt. in conſi. 62. num. 2. 2. volum. Vnde infer-
tur, verum valeat inſtrumentum factum contra
prohibitionem, vel a notario prohibito. Zabar. in
clem. vni. in ver. nonnulli. num. 6. de excell. prælat.
Et non refert, ſi cauſa prohibitionis, de qua ſupra,
fuerit finalis vel impulſiua. l. 1. §. ſecundo loco. ff.
de poſtula. licet in dubio præſumatur impulſiua. l.
2. §. fin. ff. de donatio. In iſto autem iudicio volun
10 tario notarius eſt iudex & teſtis. l. Dominius. ff. de
teſtam. & creditur ei in actis iudicialibus ſine teſti
bus. l. in donationibus. & ibi gl. in ver. ſub notatio-
ne. C. de donatio. & eius verbis ſtatur. glo. 1. in ca-
pit. conuenientibus, 1. quęſt. 7. non tamen exercet
ſine voluntate domini illius loci, vbi conficit in-
ſtrumentum. l. fina. de ſclauitis & cancella. in Lon
gobard. nam dominus terræ eſt ordinarius vaſal-
lorum. §. ſi verò. Authen. de quæſto. licet in iudi-
cio nō poſſit quis eſſe iudex & teſtis: l. ob carmē.
§. 4. ff. de teſtib. quia eſt actus trium perſonarum;
iudicis, actoris, & rei. l. de quarta. §. ſita. in ver. re-
petere. ff. de iudi. & l. inter litigantes. cod. titu. de
iudi. immo quatuor, quia interueniunt etiam & te
ſtes. cap. nullus, lo primo, 4. quæſtio. 4. cap. forus,
de verborum ſignific. adeò quod altero eorum de
ficiente, dicitur quaſi figura iudicii. gl. in clemen.
ſępe, in ver. non exigat, circa med. de ver. ſign. dici-
tur tamen actus trium perſonarum, quia teſtes ſę-
pe non ſunt neceſſarij. gl. in rub. in extrauag. cōm.
de iudiciis, in prin.

Quis autem creat notarium. Iſern. quæ ſint
regalia, in verb. ad iuſtitiam expediendam. nume-
ro ſexageſimoquinto, & hic, num. 24. facit l. pen.
C. de fideiuſſ. & illius officium ęquiparatur iuriſdi
ctioni voluntariæ, qui exercetur in loco. §. nos au-
tem. Auth. de tabellio.

Vltimò grauis poena eſt amiſſio dignitatis. l.
aut damnum. ff. de poenis. Archid. in cap. illud, co-
lum. 3. poſt princ. 23. diſt.

SVMMARIVM.

1 *Præterea, eſt dictio continuatiua ad præcedentia.*
2 *Infeudatus dicitur, qui poſſidet feudum.*
3 *Minor ætas in iſta materia non durat, niſi vſque ad decimumquintum annum, tam in maſculo, quam in fœmina.*
4 *Incuria, negligentia & dolus.*
5 *Negligens proprie, qui eſt ſine cura, & non facit quod facere debet.*
6 *Annus & dies ad petendum inueſtituram, non incipit currere niſi poſt 14. annum.*
7 *Proprius, legitimus & germanus dicitur.*
8 *Pœna ſi adijcitur factis negatiuis vel æquipollentibus, requiritur admonitio, ſi factis affirmatiuis ipſo facto incurrit pœnam.*
9 *Negligens per annum & diem in petendo inueſtituram amittit feudum.*
10 *Negligentia omnia lędit.*
11 *Minor non reſtituitur in delictis.*

AD §. PRAETEREA.

1 PREATEREA.) Eſt dictio, conti-
nuatiua ad præcedentia: Aluaro. hic,
circa prin. quaſi dicat, ſicut per dolū
amittitur feudum, ita & per negligē
tiam, cap. 1. in prin. quæ ſit prima cau. bene. amitt.
2 puta. Si quis infeudatus.) Qui poſſidet feudum.
Iſer. in c. 1. num. 23. de natura ſucceſſ. feud. Maior
3 quatuordecim anni.] Cum minor ætas in iſta ma-
teria non duret, niſi vſque ad decimumquintum
annum. Loffr. in conſi. 17. num. 47. poſt medium,
tam in maſculo, quàm in fœmina. Afflić in conſtit.
minoribus, in 13. q. num. 15. de iure balii. & in con-
ſtit. in aliquibus, in 8. & 9. notnum. 69. & 70. Sua
4 Incuria vel negligentia.] Et dolo. Pau. de Caſt. in
conſi. 181. circa prin. 2. volum. non curauit ex prō
poſito petere renouationem. Aluar. hic, poſt prin
5 cip. cum proprie negligens dicatur, qui eſt ſine cu
ra, & non facit quod facere debet. vnde negligen-
tia ęquiperatur voluntati, dolo, malitiæ, ſuperbiæ,
& contemptui. Lucas in l. ne diutius. col. 2. circa fi.
6 & ſeq. C. de numerarijs. Per annum & diem ſtete
rit.) Qui non incipit currere ad petendam inueſti
turam, niſi poſt 14. annum. vnde ſi maior 14. & mi-
nor 25. non petijt inueſtituram, reſtituitur, ſicut
mulier ruſticus & miles. & ſic currit tempus, ſed
reſtituitur. Præpo. hic, per tot. Quod feudi.) Vete-
ris, Inueſtituram.) Quę dicitur confirmatio. cap. 1.
in prin. & ibi glo. 2. per quos fiat inueſtitu. A pro-
7 prio.) Legitimo & germano. Glo. in ver. pro-
prio. Domino non petierit, tranſacto hoc ſpatio.]
Quia negligentia ęquiperatur dolo, & probatur
eo ipſo quod apparet non fuiſſe petitū. glo. 1. in c.
dictam. 81. diſt. ſicut in aliis conſtat, eo ipſo quod
non eſt factum quod fieri debuit. Lucas in d. l. ne
diutius, etc. ſi. facta monitione, quia pęna quando
8 adijcitur factis negatiuis vel æquipollentibus,
puta ſi non reſederet in eccleſia, conſtitueret vica
rium, & ſimilia, requiritur monitio. ſi adijcitur fa-
ctis affirmatiuis, videlicet, ſi percuſſerit clericum,
tunc ſine admonitione ipſo facto incurrit pœnā;
quia non facta latent; ſed facta ſe manifeſtant.
Archidiaco. in cap. quidam, poſt med. 5. quæſt. 1.

Feudum

Feudum amittat, & feudum ad dominum redeat) Si eſt nouum, ſecus ſi antiquum. Aluar. hic, ante num. 1.

Declarato textu, videbatur dicendum, quod non amittat feudum propter negligentiam; nam contemnere & negligere differunt, glo. in cap. cupientes, in ver. contempſerint, de electio. in 6. modo ſine contẽptu nõ punitur, ſed probabilis ignorantia excuſat. c. apoſtolicæ, de clerico excommu. vel depoſita & in negligentia.

Secundò, vaſallus eſt dominus feudi. c. 1. de contro. inter vaſal. & aliũ; de bene. ſi eſt dominus, qui rem ſuam negligit, nulli querelæ ſubiectus eſt. l. ſi quid. §. ſicut. ff. de peti. hæred.

Vltimò, qui negligenter cuſtodiens amiſerit, ſecurus eſt. l. 1. §. is quoque. lo 2. de actio. & obliga. iſte neglexit conſeruare per inueſtituram, ſaltem non debet priuari; ne vnius negligentia alteri noceat. l. ſi ex duobus. in glo. fi. ff. de neg. geſt. l. elect. §. fi. in ver. hoc eſt. ff. de noxali.

His non obſtantibus, fuit determinatum contrarium, quia negligentia lata dolo comparatur. l. impuberibus. §. 1. in ver. quia iſta, ff. de ſuſpect. tuto, & nocet. l. regula. §. quid enim. ff. de iuris & facti igno. ac inducit priuationem feudi vt hic.

Quo ſtante, non obſtat Primum; nam textus iſte intelligitur de negligentia fraudulosa; quę dolus & fraus eſt. Io. And. in cap. ſi compromiſſarius, num. 3. de electio. in 6. alias negligentia parui temporis non noceret. Afflict. in cap. 2. nu. 10. ſi de inueſti. inter dom. & vaſal. lis orit.

Non obſtat Secundum; nam non eſt ſimpliciter dominus, cum is qui conceſſit, a quo debet peti inueſtitura habeat dominium directum & ciuilem poſſeſſionem. §. rei autem, de inueſtitu. de re aliena facta.

Vltimum non obſtat, nam non nocet ſi feudum eſt paternum & habet agnatos, alias ſecus, vel ſi eſt nouum. Iſern. hic in ver. redeat. Et ſic firma re-

9 manet concluſio, quod negligens per annum & diem in petendo inueſtituram, amittit feudum. Idem ſi non præſentetur reſcriptum per annum, præſumitur, dolus, & malitia. cap. ſi autem, in glo. 1. & capit. ex parte, de reſcriptis. & habet locum etiam quod fuerit diligens in aliis. l. non ob eam, & ſequen. ff. pro ſocio. & punitur ſicut negligens in miniſtrando iuſtitiam. Ioan. And. in cap. 1. num. 3. de homic. in 6. l. cum ij. §. ſi prætor. ff. de tranſactio. & procedit tam in maſculo, quam in fęmina. Præpo. hic, num. 2. & Aluaro. num. 3. inſuper habet locum, etiam quod non fiat monitio, quia in hoc non videtur neceſſaria. Lucas in dicta l. ne diutius. colum. 3. circa princ. ſed dixi contrarium ſupra.

Limita, non procedere domino re, & ex cauſa impedito. dixi late cum Iſern. in cap. primo, quo tempore miles. Iſern. hic in princip. & Aluar. poſt numerum primum. nec in milite qui habet annũ & menſem. dicto cap. primo. quo tempore miles. Item habet locum in aliis curtis, ſed Mediolani non obtinet. cap. primo, de capit. Corrad. dicto cap. primo, in princip. quæ ſit prima cau. benefic. amit. & habet locum in hærede, ſecus in emptore. Iſern. hic, numero vigeſimonono, in fin. & habet iurare ſucceſſoribus infra annum, ſed non cogitur: quia iuramentum eſt reale. Innocen. in cap. veritatis, de iureiuran.

10 Nota, quod negligentia omnia lędit. l. diuus, in glo. fin. de offi. præſid. ſta in liberto, aduocato, officiali, prælato, & feudatario, punitur. glo. c. in l. penultima. C. de reuoca. donatio. Afflict. in conſtitu. vniuerſos, in 6. nota. poſt numerum 8. de cauſis in iud. cito decidẽ. l. ſi quis intra. C. de bonis ꝓſcrip. & in d. cap. 1. quo tempore miles. Et probatur negligentia prælati, propter culpam ſubditorum. gl. 1. in cap. 2. 86. diſtinct. & priuatur vaſallus feudo; ſicut quando permiſerit illud iri in tranſactum. §. aut ſi libellario. quibus modis feudum amit. Item quod licet minor non reſtituatur in contractu. l. ſi nal. in ver. continuatio. C. de tempo. in integr. reſtitu. enormiter tñ lęſis officio iudicis ſubuenitur. l. 3. C. quibus ex cau. infamia. glo. ver. certis. & per conſtit. minorum luſa, & conſtitut. obſcuritatem. reſtituuntur minores & mulieres ad damnum &

11 lucrum, tam ex contractu, quam quaſi, niſi in delictis, repulſa, & contra libertatem: in quibus nec fiſcus reſtituitur. Iſern. in d. conſtitutio. obſcuritatem, circa princ. l. & eleganter, in ver. de dolo, & l. ſi dolo. ff. de dolo malo. l. ſi ex cauſa. §. fin. & l. ſequen. l. ſerum. §. quod ſi minor. l. ſi minor, la 2. & l. minor, la vlt. §. 1. ff. de minor. Cap. in deciſio. 62. num. 4. 127. poſt numerum decimum. & 157. poſt num. 21. Cam. hic, car. 92. in princ. licet in republ. ſa. Boer. in deciſione ducenteſimaquadrageſimaquinta, numero ſeptimo. tenuerit quod reſtituitur, quando illa non probata minor amitteret cauſam: ętati enim & imprudentiæ ſuccurritur in omnibus fere pęnalibus iudiciis. in regu. fere, de regu. iuris. & aduerſus remiſſionem iniuriarũ propter damna & intereſſe. Afflict. in §. iniuria, nume. 31. circa fin. de pace iura. firma. etiam quod Iſern. hic in addit. in fin. dicat quod conſideratur cauſa originalis, ſi ex delicto, nam origo rei non debet cõferri ad tempus quo debet extingui. l. Iulianus, ff. de iure dot.

S V M M A R I V M.

1 *Firmiter, firmiſſime, indiſſolubiliter, & exponitur, iugiter.*

2 *Etiam, eſt dictio, augmẽtatiua: coniunctio cauſalis: implicat, & exponitur, maxime.*

3 *Statuimus, verbum, rem perfectam ſignificat: quãdoque eſt uerbum conſilij.*

4 *Quicumque, eſt ſignum vniuerſale diſtributiuum.*

5 *Seruire non tenetur, niſi ſubmonitus.*

6 *Dilatio competens datur alicui ad ſe præparandum, & iter arripiendum ſecundum qualitatem perſonæ.*

7 *Temere facit, qui fatue, ſtulte, uel ſine cauſa facit.*

8 *Pro ſe, id eſt, pro ſua perſona, qui uices ſuas impleat.*

9 *Acceptabiles actus, acceptari per dominum arbitrio boni uiri.*

10 *Contemnere eſt, non curare, aſpernari, & proprie quando ſine cauſa non paret.*

11 *Vel, copulatiue, correctiue ſumitur, hic exponitur ſaltem.*

12 *Vaſallus feudum tenens, tenetur alterum horum trium facere: ire, pro ſe mittere ſubſtitutum do-*

*mino acceptabilem, vel ſoluere medietatem fru-
ſtuum.*
13 *Redigere ſignificat, vi & induſtria reducere.*
14 *Vaſallus ſi non vadit cum domino in expeditione, vel non mittit alium illi acceptabilem, ſeu ſoluerit medietatem fructuum illius anni, feudum amittit.*
15 *Seruire licet per ſubſtitutum aque idoneum.*
16 *Domino acceptabilis mitti debet a vaſallo.*
17 *Domini eſt electio, habere ſeruitium in pecunia, vel in perſona.*
18 *Seruitium diuerſo modo præſtatur.*
19 *Princeps quæ digna ſunt principe cogitat.*

AD §. FIRMITER.

1 FIRMITER.) cap. 1. de Sum. Tri-
nit. firmiſſime. cap. 3. de hæreticis. &
indiſſolubiliter. cap. 2. 16. quæſtio. 1.
exponitur iugiter: ſicut econtra. Al-
2 uaro. ſupra eo. cap. Imperialem, circa prin. Etiam.)
Eſt coniunctio cauſalis. Lucas in l. etiam. C. de mu
ne. patri. augmentatiua, non reſtringit, & exponi-
tur, maxime. Bald. in conſi. 209. num. 2. & 4. 3. vo-
lum. Si cõiungitur copulæ, ſortitur illius naturam.
Lucas in l. iuſtas, in princ. C. de iure fiſci. & impli-
cat. Bald. in conſi. 76. circa medium, 1. volum. Lu-
cas in l. 1. C. de excuſa. mune. & in l. 2. C. de diuer.
prædiis vrba. & ruſti. alium caſum vltra præceden
3 tes. Statuimus.) Quod rem perfectam ſignificat.
Archid. in cap. 1. circa med. 50. diſt. cum effectu, &
non verbotenus. cap. in his, de verb. ſignific. inno-
uando quod ſtatutum erat. cap. 2. & ibi glo. 1. de
treuga & pace. videlicet in §. firmiter. vbi late, de
pace iura, firma. eſt quandoque verbum conſilij.
Archid. in cap. ſtatuimus. 4. diſtinct. Tam in Italia
quàm in Alemania.) Quare de iſtis fecit mentionẽ.
Aluaro. hic. circa princ. Vt.) Eſt hęc dictio, expreſ
ſiua veritatis. Archid. in cap. relatio. in princip. 21.
4 quæſtio. 1. Quicumque.) Quod eſt regnum vni-
uerſale diſtributiuum. Lucas in l. quicumque, in
princ. C. de apochis publi. neminem excipiendo,
etiam fœminam. Aluar. hic, circa princ. In dicta pu
blica.) Vel fœliciſſima expeditione.) L. neminẽ.
5 C. de ſacroſan. eccle. Vocatus.) Submonitus. l. eui-
ctionum. C. de curſu publi. cum aliâs non tenea-
tur præſtare ſeruitium niſi ſubmonitus. cap. 1. in fi.
an qui interfecit fratrem domini ſui. & Iſern. hic,
in princ. nec iuuare niſi requiſitus, etiam quod iu-
rauit. Bald. ad Specu. in fi. de iureiuran. circa med.
6 A domino ſuo.) Vt in conſti. hoſtici. In eadem ex-
peditione ſpatio competenti.) Competenti dilatio
ne data ad ſe præparandum, & iter arripiendum,
ſecundum qualitatem perſonæ, & itineris qualita-
tem. Aluaro. & Præpoſi. hic, num. 1. nam tempore
hyemis nauigatio ſępe periculoſa eſt. l. ciuitas, C.
7 de offi. recto. proui. Temere.) Fatue, ſtulte, & ſine
cauſa. Io. And. in cap. cum medicinalis, ou. 5. in fi.
de pęnit. & remiſ. in 6. Venire ſuperſederit.) Ideſt
omiſerit. Gramma. in ver. ſuperſedeo. Vel alium
8 pro ſe.) Ideſt ſua perſona, qui uices ſuas impleat.
Archid. in cap. peruſti, in princ. 7. quæſt. 1. cum per
mittatur comparere per alium, & deputare ido-
neum. Zaba. in clem. 2. §. ſtatuimus, in 3. no. de ſe-
9 pulturis. Domino acceptabilẽ.) Qui ſit aptus ac-
ceptari per dominum, arbitrio boni viri, nam non
debet eſſe nimis delicatus vel onerosus, ſed mediũ
tenere. Præpo. hic, num. 2. cir. med. puta quia eius
aduentum prohibet ęgritudo valida, aut quælibet
aliarum neceſſitatum quæ hominibus accidunt.
§. in his. Auth. de inſtrum. cau. & fide. Mittere con
10 tempſerit.) Non curauerit, aſpernauerit, & ſine
cauſa non paruerit. Ioan. And. in cap. 1. num. 18. de
appellat. in 6. cum poſſit ſeruire per alium. Ioan.
Blanchus in Sum. quibus modis feud. amit. col. 14.
11 Vel.) Quæ ſtat copulatiue. Archi. in c. paſtoralis,
colum. 2. in prin. 7. quęſt. 1. quandoque correctiue.
Præpo. in §. ſi aliquis, poſt nume. 1. apud quem vel.
quos, hic exponitur ſaltem. Archid. in cap. nullus,
poſt princ. 61. diſtinc. Dimidium redditus feudi,
Vnius anni.] Quod hoſtendiuiæ dicitur. §. ſimili-
ter, de capi. Corra. Domino nõ ſubminiſtrauerit.)
12 Iſer. hic circa prin. & ſic vaſallus tenens feudum,
ad alterum horum trium tenetur: ire, vel pro ſe
mittere ſubſtitutum domino acceptabilem, ſeu ſol
uere medietatem fructuum. Odofr. in Sum. quib.
modis feu. amit. num. 106. Iſer. hic, poſt princ. ibi,
item nota, & Cam. car. 92. colum. 3. circa fi. Feudũ
quod ab Epiſcopo vel ab alio domino habuit.) c.
1. de his qui feu. dare poſ. Amittat, & dominus feu
di.] Qui habet directum dominium. Iſer. in §. econ
trario. num. 9. circa med. de inueſti. de re aliena fa-
cta. In.] Quod ponitur multipliciter. Lucas in l. 1.
col. 5. in fi. & 6. in prin. C. de ſenatori. Vſus ſuo il
13 lud redigenda.] Vi vel induſtria reducẽdo. Gram.
in ver. redigo. Modis omnibus habeat facultatẽ.)
Ideſt poteſtatem. Idem Gram. in ver. facultas.

Declarato textu, eius determinatio reddebe-
tur dubia. Et primò, aliorum honori, non debet
eſſe aliis occaſio nocendi. ſimi. in glo. c. ſi quis ve-
ro. 11. quæſt. 3.

Secũdò, non poteſt ſeruire per ſubſtitutum: nã
vni commiſſum, alter facere non debet. gl. in ſimil.
in l. 1. C. de appa. præfe. anno. maxime quando ſer
uitium eſt præſtandum principi, quia non poteſt
fieri per ſubſtitutum. Bal. in §. mutus. num. 3. Epi-
ſco. vel Abba. niſi de voluntate principis. in conſil.
feu. diuer. 1. num. 106. & 107.

Vltimò, ſeruitium eſt præſtatio perſonalis, quę
non conuenit precio taxari. l. illud. vbi Lucas. C. de
excuſa. mun.

His non obſtantibus, determinatur contrariũ.
Et ratio fuit, propter bonum ſtatum Reipublicę,
& dignitatem imperij. cap. imperialis, de prohib.
feu. aliena. per Lotha. quia dantur feuda & ſtipen-
dia, vt dominum defendant. Fre. lib. 1. in prin. nu-
me. 26. & 27.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam nõ debet
honor indebitus, ſed debitus offerri. c. pen. in fi. &
c. ſi. 99. diſt. cum non ſit indecẽs cum domino mo
rari, immo honor. Iſer. in c. ſi quis deceſſerit. circa
fi. ſi de feu. defunct. mili. contro. fue.

Secundum non obſtat, nam domini quãdo ha-
bent guerram licitam & indigent concilio ſubdi-
torum, poſſunt illos compellere, ꝙ præciſè ſecum
vadant perſonaliter. Præpo. hic, poſt num. 2. quia
milites vigiles ſunt. l. vni. ff. de bon. poſſeſ. ex teſta.
mili. quidam vſui & conſilio eſſe poſſunt. l. poſtli-
minium. in fi. de cap. & poſtlim. reuer. & incitan-
do dicuntur occidere. cap. quod in dubiis. de pœ-
nis. ſunt concilio ſtrenui, & ſecum poſſunt du-
cere bellatores. Innoc. in c. ex multa. de voto & vo
ti redemp. viri concilii & fortitudinis. Fre. lib. 3.

ibi,

ibi, ſecunda formela. poſt num. 20. &c ita debent eſſe milites in comitatu & conſilio, aliàs non tenentur accipere. Aluar. hic, poſt nu. 2. ſed poſſunt pro ſe alios mittere acceptabiles domino. Bald. in conſi. 483. ante & poſt num. 6. 1. vol.

Vltimum non obſtat: nam poſſet pro bono publico, ſi ille non eſſet ſtrenuus, & pro illa pecunia inueniret ſtrenuiorem, petere pecuniam. Aluaro. hic, numero quarto. nam publica non priuata attenditur. vulua. l. actione. §. Labeo. ff. pro ſocio. Iſern. hic poſt numerum trigeſimum ſecundũ. Et

14 ſic firma remanet concluſio, quod vaſallus ſi non vadit cum domino in expeditione, vel non mittit alium illi acceptabilem, ſeu ſoluerit medietatem fructuum illius anni feudum amittit.

Intellige procedere in quolibet, quauis prædito dignitate. l. 2. C. de quibus mone. vel præſta. nemi. liceat ſe excuſa. l. nullus, de decurio. libro decimo. & non ſolum pro eo quod debetur ratione feudi, verumetiam ratione voti. cap. quod ſuper. §. primo, & fin. cum cap. ſequen. de voto & voti redẽ. & procedit etiam quod ſit ſeruitium perſonale (dummodo non ſit electa induſtria perſonæ) quia poſſit ſeruire per ſubſtitutum. Cap. in ver. feuda adohant, columna ſecunda, circa medium. ſicut nihil refert ſi accipiat per ſe vel per alium. l. ſecunda, in glo. de condict. indeb. vnde maritus ſeruit pro vxore. Cap. hic in prima concluſio. ſecundæ partis. glo. ſecunda, & defectu legitimæ perſonæ, minus legitima ſupplet. Archidiaco. in cap. niſi in neceſſitate, de conſecra. diſtin. 4. Intellige ſi iuſta cauſa interueniente non iuerit, & excuſationis cauſam per procuratorem propoſuerit. in ſimil. in cap. cupientes, in ver. quod ſi per viginti, de electio. in ſexto. nam in feudis ſemper videtur eſſe electa induſtria perſonæ, quia ob nobilitatem & induſtriam cõceduntur, & non ſeruit per ſubſtitutum; niſi in caſu ſuperuenientis dignitatis vel neceſſitatis. & ita intelligit iſtum textum Sali. in l. quiſquis. vbi late Alberi. C. de epiſco. & cleri. & in l. qui facit, de regu. iuris. vel ſi in feudis eſt expreſſum quod poſſit ſeruire per ſubſtitutum, dummodo ſubſtitutus ſit domino acceptabilis. Idem Alberi. in l. ſi ita quis. §. ſi ab eo, de verborum obligatio. & habet locum niſi aliter dictaret conſuetudo, quia dẽt ſeruire per ſubſtitutũ vel per ſe, conſuetudo attenditur: cum ire ad exercitum ſit munus publicum & neceſſarium, ſicut angaria & perangaria. Bald. in dicto conſilio 483. numero 4. circa fin. primo vol. & bellum eſſet pro propulſanda iniuria publica non ſua propria. Præpo. hic, num. 2. in princip. & eſt in electione vaſalli, quia durius ſoluitur pecunia quam perſonale onus præſtetur. Idem Præpoſi. hic, num. 3. Et procedit in maiore, ſecus in minore, qui non poſſet cogi ad ſeruiendum per ſe, nec per alium. Afflict. in cap. ſi quis deceſſerit, in princip. ſi de feud. fuerit controuer. inter domi. & agn. & inueſtitura vnius fratris, alteri non prodeſt, niſi eſſent ſocij omnium bonorum. Dec. in conſil. 144. in 3. quæſtio. numero 5.

15 Nota, quod licet ſeruire per ſubſtitutum ęque idoneum, & iſta æqualitas debet eſſe omni reſpectu. Bald. in l. quiſquis, num. 1. C. de epiſco. & cleri. Afflict. in §. ex eadem lege, num. 2. de lege Corra, & ibi Alua. poſt numerum quintum. ęque idoneum intellige in moribus & aliis, ita vt in nullo deficiat: aliàs tenetur is qui ſubſtituit. Lucas in l. vnica, columna 4. circa med. C. de impone. lucra. deſcri. vel cum quodam temperamento, prout ex bono & ęquo deſideratur. l. ſi quid venditor. ff. de ędilic. edi. quod magis intellectu percipi, quàm eloquutione exprimi poteſt. l. omnia, in glo. 2. de leg. 2. & acceptabilem domino, Afflict. in §. ſed verum. poſt numerum ſecundum. per quos fiat inueſti. id eſt bono viro, Bald. hic, num. 2. & Cam. columna 4. circa med. & quomodo arbitrabitur. Aluar. hic poſt numerum 3. hoc modo vaſallus, ſocius, hæres, aduocatu, qui non eſt Iuriſperitus, Epiſcopus, aſcriptitius, & propter dignitatem ſuperuenientem exercet per ſubſtitutum. l. 3. in glo. penult. cum addi. ad eam, ff. de vſufruct. l. idemque, ff. pro ſocio. d. l. quiſquis, in ver. ſubrogato. l. ad ſimilitudinem. in glo. penulti. Auth en. aſcriptitios. & Authen. epiſcopalis, C. de Epiſco. & cleri. per alium quis munus implet, ieiunat, & votum reddit. Lucas in l. 3. columna prima, circa med. C. quando & quibus quarta pars debe. facientes artem per ſubſtitutum gaudent priuilegio, addi. ad Barto. in rub. C. de nauicularus. ſcholaris clericus qui cum licentia epiſcopi abeſt cauſa ſtudii, ſi dimittit qui facit officium in eccleſia, in qua percipit beneficium, non tenetur dicere horas canonicas. Sed Theologi non admittunt. Archid. in cap. Eleutherius, 91. diſtinct. & ſic poteſt fieri ſeruitiũ per ſubſtitutum, tam ſi debetur ſeruitium perſonale, quàm in pecunia, etiam in alio feudo, quam fœmineo. Odoffr. in Sum. Vtrum iurare poſſit fideli per alium, & feud. ſerui. & infirmitas excuſat, vt in propria perſona non accedat. Archid. in cap. iuxta, 93. diſtinct. cum non poſſit ſeruire per ſubſtitutum niſi valitudine, ętate, vel alia iuſta cauſa excuſetur. Ioan. And. ad Spec. in rub. de feudis. ibi, nonageſimoquarto. ſed poteſt per alium domino acceptabilem. Aluaro. in cap. ſi quis deceſſerit. columna penult. ſi de feud. defunct. mili. controuer. fue. & in dicto §. ſed vtrum, numero 2. in princip. per quos fiat inueſtitu. aliàs infidelis eſt domino ſuo. qui indigno committit eius miniſterium. Archidiac. in ſimi. in cap. ſi qui, in princip. prima quæſtione prima. Sed videtur quod magis fideliter ſeruiat vaſallus, qui habuit beneficium. Præpoſi. in §. & quia. numero trigeſimotertio, qui feud. dare poſſu. melius ſit per ſe agere quàm per alium. Archidiac. in cap. accuſatio. poſt princip. 2. quęſt. 7. nam verba intelliguntur per ſe non per interpoſitam perſonam. Hiero. Gab. in conſilio 8. poſt numerum quadrageſimum, vnde officium in eccleſia, & quæ adhęrent perſonæ per alios expediri non poſſunt: conſuetudo tamen excuſaret. Arch. in cap. ſacerdotibus, circa med. 31. diſtinc. curialis non poteſt ſeruire per ſubſtitutum. Paleus in Sum. poſt Azo. de decurioni. poſt num. 30. nec cohartalis. l. fin. & ibi glo. C. de cohart. aliàs contingit pluries, quod feudatarius cuius perſonalem induſtriam dñs eſt intuitus, ſi loco ſui alium daret qui parum ſeruiret, dominus lęderetur. cum eius interſit magis habere Baronem feudatarium, quam ſubſtitutum, & poſſit dicere, tu teneris me iuuare, volo induſtriam tuam. l. inter artifices, de ſolutio. Ideo diſting. quod in iis quę poteſt quis facere ſua authoritate, tunc non eſt vis ſiue per ſe, ſiue per alium faciat, niſi ſpecialiter prohibeatur. Vbi aũt ſua authoritate non poteſt facere, ſed al-

27 *Demanium an poſſit donari uel uendi per Imperatorem uel Regem, & ſi homines demanij poſſunt contradicere.*
28 *Rex præſcribit exactionem contra uniuerſitatem ſed non econtra.*
29 *Vaſallo ſi ſuccedunt duo filij utilis, & inutilis, quis præferatur.*

AD §. PRAETEREA DVCATVS.

PRAETEREA.) Fredericus indu-
xit, vt feuda diuidua, ſint indiuidua.
Fre. lib. 3. ibi, ſed poſtquam. nume-
ro 23. circa fin. quod eſt exorbitans
non ſolum a regulis iuris communis, ſed etiam a
conſuetudinum feudalium. Socin. in conſil. 68. nu
mero 35. primo volumine. non ſeruatur de cõſue-
tudine, quia communiter in Italia & cæteris par-
tibus Alemaniæ & Lombardiæ, Ducatus, Mar-
chionatus, Comitatus & omnes dignitates præ-
ter Regales diuiduntur. Dec. in conſilio 389. nu-
mero 3. 3. volum. Soci. in dicto conſilio 68. nume-
ro 27. 165. 252. columna penult. poſt principium.
& 158. 2. volum. Specul. in tit. de feudis, in rubr.
columna penultima. Alexan. in conſil. 55. in fine,
num. 18. 4. volum. Caſſan. in conſue. Burgun. rub.
3. §. 6. numero 11. Cap. in ver. feudorum diuiſio.
in prima ſublimi. Curt. in tract. feud. in 4. par. quæ
ſtio. 30. 8. limita. poſt numerum 122. Præpoſ. hic,
poſt numerum 2. ſed poteſt hoc induci ſtatuto
vel conſuetudine. Iacob. in ver. dux. ibi, vlterius. nu
me. 2. quia nihil eſt tam magnum, quod per diui-
ſionem non fiat paruum. Curt. vbi ſupra, poſt nu-
merum 122. & res diuiſa in plures, dicitur minus
in valore. Fre. lib. 2. ibi, octauo quæro. num. 1. poſt
medium, corrumpitur. l. meminimus, in princip. C.
quando & quibus quarta para debe. & inhuma-
num eſt terram membris ſuis quodammodo de-
fraudari. l. cum ſatis, in princip. C. de agric. & cen-
ſib. quia commodius exercetur per vnum. Curt.
vbi ſupra, num. 112. in fin. & communio maxime
in dominio caſtrorum, ſolet excitare diſcordias.
Paul. de Caſt. in conſil. 376. columna 3. in princ.
1 num. 3. in fin. 1. volum. ideo. Præterea.) Præter, vl-
tra, ca. Gramma. in ver. præterea, quæ dicta ſunt,
2 Ducatus.) Ideſt regio, cuius dux dominatur. Caſ-
ſa. in procem. conſuetu. Burgun. ibi, Duche. in prin
cip. Marchia, Comitatus.) cap. 1. de feud. March.
3 De cętero.) A modo. 2. ad Corinth. cap. 1. in fi. &
ad Galatas, cap. 2. in fin. vbi Diuus Thomas. Apo
4 calip. 14. Non diuidatur.) Ne dignitas & fami-
liæ memoria deſtruatur. Ludo. de Moli. de Hiſpa.
primogen. libro 1. cap. 11. in princip. num. 2. 3. &
4. vltra quod vtilius eſt regi per vnum, quam per
plures. Aluaro. hic, numero primo. circa princip.
Curt. vbi ſupra, poſt numerum 132. Aliud autem
feudum ſi conſortes.) Participes, ſocii einſdem
ſortis, conditionis & fortunæ. Gramma. in ver.
conſors. Voluerint, diuidatur.) Ex hoc Pa-
norm. in conſilio octuageſimoſecundo, primo vo
lumine. infert, quod ſine domini conſenſu po-
teſt diuidi feudum inter conſortes, ſed veritas eſt
in contrarium, & ex illis verbis non infertur ar-
gumentum a contrario ſenſu contra ius commu-
ne. glo. Pariſ. titu. primo, §. trigeſimoquinto,
poſt numerum ſecundum. ſed tantum probant,
5 quod inferiora feuda quæ non habent dignitatem
annexam, poſſunt diuidi. Caſſan. in conſue. Bur-
gun. rub. 3. §. 6. numero ſeptimo. cum iſte textus
reſtringatur in Ducatu, Marchionatu, & Comita-
tu, & non in Baronia. Fre. li. tertio. ibi, differentiæ
inter feuda regalia. poſt numerum ſecundum. vel
idem in Baronia, cum ſit dignitas feudalis, nedum
nobilis, ſed nobilitans poſſeſſorem. glo. Pariſ. nu-
6 mero quarto, poſt numerum ſextum, & in fi. titu.
1. §. 20. & quando diuiditur, quælibet pars diui-
dens eſt feudum de per ſe. ca. glo. titu. primo, §. tri-
geſimoquinto, numero tertio. quot ſunt partes in
diuiſione, tot ſunt feuda. Cap. in ver. feudorum di-
uiſio. circa fin. princip. & diuiſo territorio & diſtri
ctu, quælibet pars retinet nomen totius: ſicut ſer-
uitus diuiſo fundo, remanet inſolidum apud quã
libet eius partem. ſic idem eſt de qualibet parte
de per ſe, quod erat prius de ambabus ſimul. Pau.
de Caſt. in conſil. 187. nume. 3. lo 2. ſecundo volu-
mine. Sed de vncus, 20. in regno, non poſſunt fie-
ri duo feuda: nam pars feudi dicitur feudum vbi
metam excederet 20. vnciarum. Fre. lib. 2. in prin.
quis dicatur feudatarius in regno. numero ſecun-
do. Ita vt omnes qui partem feudi habeant iam di
uiſi, vel diuidendi, fidelitatem faciant.] cap. om-
nes filii, ſi de feud. defunct. milit. controuer. fuer.
7 Præpoſi. hic, numero quarto. Ita tamen.) Quæ di-
ctio, facit conditionem, & reſtringit præcedentia:
Lucas in l. 1. C. de collatio. fundo. fiſca. Vt vaſallus
pro vno feudo plures dominos habere non Com-
8 pellatur.) Loffr. in conſil. 11. numero 42. nec quẽ
noluit. §. ex eadem lege. de lege Corra. ſed alienan
do partem, non transfert ius vaſallorum, ſed tan-
tum ius prædiorum. Aluaro. in d. §. ex eadem lege.
poſt numerum octauum. Nec.) L. ſacra. de rerum
9 diuiſio. cuius natura eſt continuare eandem mate-
riam. Iaſ. in l. ſi vnus, num. 9. ff. de pactis. & expo-
nitur, & non. gl. in §. quod autem. in ver. ſed ſi. Au
then. de fideiuſſo. Dominus feudum ſine volun-
10 tate vaſalli ad alium transferat.) Nam cauſa tranſ
lationis feudi metiri debet ex parte transferen-
tis, & non ex parte recipientis, ſiue ex cauſa quę
eſt in tradente, & non recipiente, quia illud eſt
per accidens. glo. Pariſ. tit. primo, §. vigeſimoter
tio, numero 37.

Declarato textu impugnatur eius deciſio. Et
primò, vnio deſiderari non debet, ſed potius di-
uiſio: perfectior enim dicitur diuiſio, quàm vnio.
Socin. dicto conſilio 68. num. 38, 1. volum. eo ma-
gis, quia ſi de eo poteſt litigari. capit. 1. ſi de feud.
vaſal. ab aliquo interpella. fuer. ergò & diuidi. Ia-
cob. de Ardizo. in Sum. Vtrum in feu. prohib. di-
ui. poſt princip.

Secundò, feudum ſeu prædium, licet habeat
diuerſa corpora. cap. 1. de Capi. qui curiam ven-
di. l. prima, de rebus dubiis. diuiſum tamen vnum
& idem dicitur, licet ſint diuerſa corpora. l. Caius,
§. Titius. de lega. ſecundo. ita & feudum, quod re
ſpectu iuris vaſallorum eſt indiuiduum, reſpe-
ctu corporum feudalium eſt diuiduum. Cap. in
verbo feudorum diuiſio. in ſecunda limita. & 8.
ſublimit.

Tertiò, liberum eſt vnicuiq; ex vno fundo vel
domo, plures fundos vel domos facere. l. ſi quis
duas. §. plane. ff. cõm. pręd. l. quę in rerum. §. ſi quis,
de leg. 1. ita Comiti, vel Baroni, ex vno feudo licet
facere duo, quia omnia hęc non natura, ſed animi
noſtri deſtinatione conſtituuntur, nec videtur

in hoc conditio domini vel reipublicæ deterior fieri, cum interſit noſtra plures eiuſdem rei debitores habere. Lucas in l.2. colum.4. circa med. C. de omni agro deſer.

His non obſtantibus, fuit determinatum contrarium: Et ratio eſt, quia per diuiſionem diminuuntur feuda, & deuenitur ad deſtructionem. Præpoſ.hic, in princip. Iuxta illud, Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Lucas.21. Caſſan.in conſue. Burgun.rub.3.§.6.num.9. Socin.in dicto conſilio 68.nume.23. & 24. virtus vero vnita fortior. Aluar.hic, poſt numerum primum. Ideo regnum vnum duos non capit. Cam.hic, car.98.columna 3.circa med.Iacobi.in ver.dux.ibi, quid ſi Rex.ante & poſt numerum decimum, & in verb. in feudum, num.30. pluralitatem dominorum, neque ſeruitutis diuiſionem recipit. Aluaro.in §.his verò.colum.2.in fin.num.2.circa med. de gra. ſucce. in feud. & hic, poſt numerum primum, nam omne vnitum eſt magis durabile. Afflict.hic, in 4. not. poſt numerum 14.& quo modo regnum nō capiat duos, declarat Alex.in l.ex duobus, de vulga.& pupil.

Qua ſtante, non obſtat Primum: nam videtur, quod vaſallus non poſſit de feudo litigare, quia non poteſt alienare. Iacob.de Ardizo.in Summa, vtrum feudum poſſit diuidi. circa fin.vnde hodie de eo non fit compromiſſum ſine aſſenſu, vt in cōſtitu.conſtitutionem diuæ memoriæ.

Secundum non obſtat, nam diuiſio fit per fumantes vel vaſallos. Bald.in §. item ſi fuerit.poſt principium. quibus modis feud.amit.per fumantes, ideſt domos vel capita vaſallorum; prout inter eos concordabitur, niſi eſſet indiuiſibile, puta Ducatus vel Comitatus, quia tunc non fit, niſi quo ad commoditatem, nec cadunt a iure ſuo. Præpoſit.in dicto §.ſi fuerint. circa princ. & in fi.quibus mod.feud.amitt.& diuiditur quo ad fructus, ſecus quo ad iuriſdictionem. Afflict.hic, in 3.not. ante & poſt numerum quartum.& ſic non quo ad plenam diuiſionem, ſed quo ad fructus. Bald.in l. communi, prima repet.in fi.prin. commu.diui.alternis annis.l.quoties, cum addi. in marg.ff.de vſu fruct.l.2.ff.quibus modis vſusfru. amit. circa fin. dicta l.communi. §.cum.diuiditur (inquam) per adminiſtrationem iuriſdictionis, vt eſt communis obſeruantia in Italia. Alexand.in conſilio 18.nume.6.ſecundo volumine.vel vni fit locatio, & pēſio vel fructus inter eos diuiduntur. Iaco.de Ardizo.in d. Sum. vtrum feu.poſſit diui. circa med. Alex.in conſil.29.num.19. circa fi.5.volum.ſicut obligatio operarum numero diuiditur. l.libertus, la 1.de oper.lib.l.in ſtipulationibus. §.operarum, de verbo.obliga. & de diuiſione prædicta, quæ fit alternis annis, facit.l.ſi conuenerit.ff.com.diuid.l. & hæc diſtinctio.§.1.ff.locati.l.Lutio, cum ibi no. & ſeq.de aqua quoti.& æſti.

Vltimum non obſtat: nam diuiditur quando viuitur iure Longobardorum, ſecus ſi iure Franchorum. Iſer.in dicto cap.omnes filii. columna ſecūda.poſt principium, ſi de feud.defunct.mil.controuer. fue. & tunc diuiſio non eſt alienatio, nec noua acquiſitio, ſed portionum diſtributio. & ſemper præſumitur haberi res iure primitiuo ac ſucceſſiuo, cuius virtute facta eſt diuiſio. glo.3.Pariſ. titu.ſecundo, §.51.numero vndecimo. Et ſic firma remanet concluſio, quod feuda dignitatum 11

non diuiduntur; alia ſic: dummodo plures dominos non habeant. Idem in præbendis & beneficiis eccleſiaſticis. Aluaro. hic, columna 3.in fine. Idem in vaſallis & feudo iuriſdictionis. Specu.in tit.de feudis.§.2.num.53. & 56. & non ſolum inter hæredes vaſalli nō fit diuiſio.l. cōmune. in gl. 2.in fi.& ibi Alberi.num.3.d.tit.commu.diuid.verumetiam, nec poſſit pater facere inter filios. tangit Lucas in l.3.in princ.C. quando & quibus quarta pars debea. & ſicut non poteſt diuidi feudum ſine conſenſu domini, ita nec cenſus, nec dominus ipſe directus poteſt ipſam ſuperioritatem ſecare, diuidere, aut multiplicare; nec facere quod vaſalli, aut cenſuarij teneantur pluribus dominis, & diuidere diuiſione facti, ſecus diuiſione iuris. glo.4.Pariſ. poſt numerum vigeſimumſextum, & vigeſimumoctauum, tit.ſecundo, §.55. Idem in ſeruitute quæ diuiſionem non recipit. Iaco.de Ardizo. in dicta Summa, vtrum feud.poſſit diuid.in princ. dignitas quę non poteſt ſtare niſi penes vnum, cauſat indiuiduitatem feudi. Cam.hic, car.98. column. 3.circa fin.& 101.columna 4.circa princip. dignitates, intellige & titulos dignitatum, non bona temporalia, puta ciuitates & caſtra. Curt. in tract. feu. in 4.par.princ.quæſt.30. in 10.limit.poſt numerum 122.vnde Marchionatus, Comitatus, & alia dicuntur indiuidua, vnum feudum & vna cauſa, licet ſint plura caſtra & loca ad ſe pertinentia. Cap. in ver.feudorum diuiſio.in 10.ſublimi. Loffred.in conſi.39.num.32.& regnum diuiſionem non patitur. Fre.lib.1.de origi.Baro.in princip.& dignitas eſt indiuidua.num.4.& 19.glo.fin.in cap.ſi hæredes.de teſta.& quod non poteſt diuidi, non poteſt alienari, quia diuiſio habet ſimilitudinem emptionis.l.1.C.com.vtriuſque iudic. Caſſan.in conſue.Burgun.rub.3.§.6.num.2.& 4.Odoff.in Summa, vtrum hæredes vaſal.num.2.& Aluaro.hic, in princip.& columna ſecunda, poſt principium.& ſicut non poteſt diuidi per contractum, ita nec per delictum. Præpo.hic, colum.3.in fi.

Limita non procedere ſi fiat cum conſenſu domini. Loffr.hic, colum.25.& in dicto conſilio 11. num.8.Caſſan.vbi ſupra num.5.vel ex longo vſu, cuius non extat memoria, quia tunc poſſet fieri diuiſio dignitatum. Aluaro.in dicto cap.omnes filii, num.9.circa fin.ſi de feud.defunct.mil.lit.controu.fue.nam ex conſuetudine poſſunt diuidi. gloſ.Pariſ.tit.1.§.20.& ex conſuetudine induci, quod inferiora non diuidantur. Præpoſi.hic, columna 3.cir. fin.vel ex priuilegio ſpeciali. Alua.hic, columna 3. in princip. & procedit in feudis regalibus, ſicut in aliis quæ regulariter ſunt diuiſibilia. Cap.in verb. feudorum genera.ibi, diuiſibile. & ſequen.& ſunt indiuiſibilia quantum ad ſubſtantiam feudi, ſecus quantum ad diuiſionem adminiſtrationis, vſus & exercitij iuriſdictionis; nam fructus diuiduntur inter conſortes. Curtius vbi ſupra, quæſtione trigeſima. in nona limita, poſt numerum 122. Aluaro, in §.fina.numero tertio, de aliena.feud. Socin.in dicto conſilio 68.numero 25. primo volumine. & 278.numero nono.& poſt numerum decimum, ſecundo volumine. ſicut fundus diuiditur quo ad culturam, commoditatem, & redditus, non quod fiant duo fundi. additio. ad Specul.in rubri.de curatore.feuda ſunt indiuidua, commoditates diuiduæ. Ripa in l.re coniuncti, num.167.in fine.& 168.de lega.3.diuiditur vſus & commoditas,

tas, non ſubſtantia iuriſdictionis. Cur. vbi ſupra, nu-
mero 123. & poſt numerum 124. principale licet
ſit indiuiduum tamen eius extimatio eſt diuidua
Bald. in l. cum filios. in fi. pri. de lega. 2. & quomo-
do fit iſta diuiſio. Caſſan. in d. rubr. 3. §. 6. numero
20. item niſi in diuiſione vni detur feudum, & alte-
ri allodium; nam tunc valeret. Loffr. in d. conſilio
31. numero 41. Bald. hic poſt numerum 7. circa
med. & Aluar. numero 8. circa med. Oduſſ. vbi ſu-
pra numero 3. Cap. in ver. feudorum, diuiſio. per
tot. Iacob. in ver. Marchio. numero 7. ſed in regno
per d. conſt. conſtitutionem diuę memorię, eſt pe-
riculoſum. Loffr. in d. conſilio 11. numero 43. circa
fin. & licet Ducatus, Marchionatus, & alii ſimiles
dignitates ſint indiuiduæ, tamen loca in eis conten-
ta poſſunt diuidi. Boerk in Dec. 204. numero 29.
& 30. & feudum licet ſit indiuiduum, poteſt tamē
per plures ſimul adminiſtrari. Præpo. in c. 1. poſt
numerum 4. de feu. Marchię. & quamuis feudum
magnæ dignitatis non poſſet alienari nec diuidi,
propter excellentiam ſeudalis dignitatis: intellige
quo ad proprietatem, ſecus quo ad adminiſtratio-
nem. Idem Præpo. in §. de illa, qualiter olim pote-
rat feud. aliena. nam fructus & cęterę comoditates
feudi deductis oneribus diuiduntur. Cam. hic, car.
98. columna quarta; circa fin. Ludo. de Moli. de
Hiſpa. primog. lib. primo, cap. vndecimo, poſt nu-
merum 7. Alex. in d. conſi. 58. nume. 6. 2. volumi-
ne, & videtur quod procedit in diuiſione volunta-
ria, ſecus in neceſſaria. facit quod dicit Bald. in con
ſilio 38. numero primo. primo volum. & Aluar.
hic columna ſecunda, circa pri. vel omne feudum
regulariter eſt diuiſibile. Fallit in feudis dignita-
tum. Iaſ. in repet. feud. in pri. numero 121. Aluar.
ſupra in proœ. numero 28. Soc. in d. conſilio 68.
poſt numerum 25. & poſt numerum 45. primo
volum. & d. conſilio 278. poſt numerum 4. 2. vol.
indiuiduum quid, quæ feuda indiuidua, quis ſuc-
cedat, vbi diuiduntur, & quomodo conſuetudo fa-
cit diuidua: Ioa. And. ad Specul. in rub. de feudis,
columna 2. 3. & 5. iura corporalia iudicantur diui-
dua, uel indiuidua, ſecundum naturam eius quod
deducitur in vſu, & ius, prout refertur quod factū
eſt diuiduum, eodem modo reſpectu iuris. Bald. in
l. ſi ut certo. §. fin. columna 2. circa med. ff. commo
dati. ſeu fac duas regulas: unam affirmatiuam, &
aliam negatiuam, cum ampliationib. & limitat. vt
per Cur. vbi ſupra in 30. quæſt. numero 121. No-
ta quod diuiſio dignitatum eſt contra bonum pu-
12 blicum. Ludo. de Moli. vbi ſupra, lib. primo. c. vn-
decimo, numero 6. vnde tres ſunt rationes quare
feuda dignitatum non diuiduntur, in conſilio feu.
diuer. 2. numero 33. poſt numerum 151. & 152.
ſed ſunt indiuiſibilia etiam inter ſucceſſores, &
omnes tenebant. Cap. in ver. feudorum genera. in
pri. ibi, tertiò, in cauſis omnes interueniunt, & in-
dicabūt inſolidum, ibi, in ver. exercitium, & in ver.
feudorum, diuiſio. in 6. limi. poſt medium, in iſtis
inhibetur diuiſio, quia vicem emptionis obtinet.
Iacob. de Ardizo. in d. Sum. verum in feudo pro-
hi. diui. in pri. alia feuda diuiduntur. Fre. lib. 3. ibi,
differentiæ inter feuda regalia, numero primo, in
fin. & 2. & filii licet ſint inæqualiter inſtituti, ęqua-
liter ſuccédunt in feudo. Bald. in §. & quia, in pri.
nor. de his qui feud. dare poſſu. Cur. vbi ſupr. poſt
numerum 131. & inſtitutis in re certa; an ſucce-
dat in feudo uel emphiteoſi. Bald. ad Specu. de lo-
cato, & emphiteoſi, columna 8. circa medi. adeo,
quod non poterit pater vni pręlegare. Loff. in con-
ſilio 7. numero 41. & qui non poteſt alienare, po-
teſt diuidere, nota. in l. iubemus, la ſecunda. C. de
ſacroſanct. Eccle. Caſſan. vbi ſupra, rubr. 10. §. no-
no. numero 21.

13 Nota etiam, quod feuda ſunt de publico. Iſern.
hic in pri. dantur, vt iuuent dominos & rem publi-
cam. Idem Iſern. in §. preterea ſi quis infeudatus. in
ver. infeudatus, in fin. ſupra eo, quia vnius fuit, illo
mortuo ad vnum perueniet. Idem Iſern. in d. cap.
14 omnes filii, columna 2. circa pri. & eligitur primo-
genitus, quia lex confidit de eo quod benignius a-
gat erga fratres, glo. Pariſ. poſt numerum 7. tit. 1.
§. 10. & ſic valet conſuetudo quod primogenitus
ſuccedat ſolus. Bald. in l. ſed ea. in pri. ſep. de legi-
bus, nec intelligitur de fęmina ſi extat maſculus. I-
dem in l. in multis in pri. de ſtatu homin. vnde ha-
bens rem charam & pretioſam, quæ ex diuiſione
deterioraretur, poteſt prouidere, vt ſemper vadat
ad primogenitum. Cap. in ver. feudum dant. ibi, in-
feudat. ver. & pro intellectu, circa fin. Ludo. de Mo-
lin. de Hiſpa. primog. lib. 2. cap. 10. numero 7. & 8.
& ſi adeſt conſuetudo quod primus natus habeat
domum principaliorem, habebit etiam omnia ap-
pendicia domus. Alexand. in conſilio 223. numero
1. in prin. 2. volum. ordo enim naturæ quandoque
attenditur, l. is qui. cum ibi not. de fideicom. liber-
ta. & videmus plerumque maiorem impendi fauo-
rem liberis primi gradus. quàm aliis. Alexand. in
conſilio 139. numero 7. in fi. 6. volum. ipſi enim vo-
cantur a lege municipali, interdum a concedente.
Iſern. in d. §. Item ſi fuerint, numero 34. habent
multas prerogatiuas. Lud. de Moli. de Hiſpa. pri-
mog. libr. 1. c. 2. in prin. vnde valet conſuetudo vel
ſtatutum, quod primogenitus ſuccedat in regno.
Alexand. in conſilio 134. numero 17. 30. & 45. 6.
volumin. in tota Hiſpania viget conſuetudo, quod
primogenitus ſuccedat. Dec. in conſilio 397. num.
6. in fin. in feudis dignitatum, habet locum primo-
genitura, in d. conſilio 2. feud. diuer. numero 153.
& eligit primogenitum. Bald. ad Specul. de locat.
& emphite. columna 8. circa fin. Idem Spe. in titu.
de feudis. §. 2. numero 22. non diuiditur ſed ma-
ior natu ſuccedit. Iſern. hic circa pri. & cum ſit, ob
bonum publicum, quod primogenitus excludat
ſequentes, excluduntur etiam clerici, & maſculus
mus volentes trahimus inuitos. Gram. in ver. du-
co, tanto magis, quia filius parendi neceſſitatem
habet. l. in fraudem. in fin. ff. de his quibus vt in-
dig. & paterna verecundia eum mouet. l. filius
familias. ff. de caſtre. pecu. nec propter hoc pa-
ter poteſt reprehendi, quia filium quem pater cor
ripit, diligit. not. in cap. cum in iuuentute. de pur-
ga. cano. Vt ſatisfaciat, & filius contemnit.) Vl-
tra quòd pater requiſitus, ſi non ducit filium
qui ſecum habitat, vel non expellit amittit feu-
dum. Afflict. hic, in 3. 4. & 5. not. quia tene-
8 tur ex delicto filij, ſi prohibere potuit & non
prohibuit. Paris de ſynd. in ver. tortus. c. 3. nu-
mero 10. licet regulariter ex delicto vnius alter
non teneatur, ne in poteſtate alterius ſit conditio
nem alterius nihil delinquentis deteriorem face-
re. Pau. de Caſt. in conſilio 424. numero ſeptimo
poſt med. primo uolumine. Patre mortuo in feu-
dum non ſuccedit.) Quia uaſallus negando, & no-
lendo ſatisfacere, quàm primū poſſit deliquit. gl.
& doctores in l. conſentaneum. in ver. perſeuera-
uerit. C. quomodo, & quan. iudex. glo. prędi. Pariſ.
§. trigeſimo. numero 149. in pri. merito ex conſe-
quentia prioris facti, incidit in ſecundam captio-
nem. Azo in ſum. C. ſi maior factus ratum habue.
l. ſi mulier, la 1. C. ad Velleian. & priuatur ſpe ſuc-
10 cedendi. Affli. in §. quęſitum. in pri. not. de capi.
qui curi. vendi. & hoc quando deliquit in domi-
num, aliàs non. Pau. de Caſt. in conſilio centeſimo
ſeptuageſimonono. columna quarta. in pri. primo
uolumine. Niſi prius ſatisfecerit domino.) Ideſt
fecerit quod dominus habeat ſatisfactionem. Bal.
in ſimil. in cap. præterea requiſiuiſti. numero de-
cimoſexto. & decimoſeptimo. de appellatio. Pari-
que modo vaſallus pro omnibus ſuis domeſticia
faciet.) Et ſic idem in ſuis, quorum appellatione
veniunt vaſalli. Fre. lib. primo de origine Baron.
ibi, fuit dubitatum. poſt numerum trigeſimumpri
mum. gloſſ. prima. Pariſ. titulo primo. §. primo, nu
mero quadrageſimotertio. qui ſunt domeſtici. Al
uarot. hic poſt pri. & tenetur pro eis: nam ex deli-
11 cto famulorum tenetur dominus. Aluarot. in §. ſi
miniſtrales, numero quarto. de pace tene. habita-
tor ſuam & ſuorum culpam præſtare debet. l. pe-
nultima. §. Labeo. ff. de his qui deiece. vel effude. &
facit contra eos qui peruerſam familiam tenent,
quia ſi quid mali per eam perpetrabitur ipſi te-
nentur, nec audiuntur allegantes ignorantiam.
Zaba. in clem. pri. §. porro numero ſecundo, de ſta
tu monacho.

Declarato textu, dubia reddebatur eius deter-
minatio. Et primò, patria poteſtas in pietate debet,
non in atrocitate conſiſtere. l. prima, in fi. l. ſecun-
da. & l. diuus. ff. ad leg. Pompe. de paricidi. domi-
nus non tenetur tradere vaſallum inimico ſuo.
Bald. in §. conuenticulas, numero tertio. de pace iu
ra. firma. multò magis pater filium, cuius pietas nō
eſt reprehenda. l. prima, circa med. ff. ſi quid in fra.
patro. ne uideatur ad ſupplicium filium obtuliſſe.
l. milites, la 1. in fi. ff. de re mili.

Secundò, non imputatur patri peccatum fi-
liorum, nec prælato peccatum ſubditorum, ſi per
eum non ſtetit. Archidia. in capit. neceſſe. qua-
drageſimaſeptima, diſtinct. Iuxta illud, Non oc-
cidantur patres pro filiis, nec filii pro patribus, ſed
vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur. Deute-
ronom. capitu. vigeſimoquarto, adeo quod, pro
delicto filiorum, non debet puniri pater, etiam
minori pęna pecuniaria. not. in capit. ſecundo. de
deli. puero. aliàs cogeretur ſoluere, quæ non ra-
puit. cap. dilectus. de exceſſi. præla. de quo pſal. in
perſona Chriſti, pſal. ſexageſimooctauo. Saluum
me fac, Deus.

Tertiò, patre meliorem amicum filius non in-
ueniet. l. quidam cum filium, in gloſſ. pri. & 2. ff. de
hęre. inſti. vnde non tenetur tradere, cum nemo te
neatur ſe ipſum prodere. in conſilio feud. diuer. 9.
numero 47. ſed potius eſt ignoſcendum quaſi in
domeſtico malo. l. vni. poſt med. ff. de furtis. Vl-
timò videtur, quod dominus non teneatur de
facto ſuarum gentium, niſi præſtet ſubſidium ad

id. Zaba. in clementina ſecunda. iu vndecimo nota.de ſentent. & re iudic. vnde quoddominus benigne contulit, noo debet fraudis cooſilio reuocare. capit. veniens. gloſſ. in ver. reſtituas. de filijs præsbit.

His non obſtantibus, fuit determinatum contrarium; quia pater filiorum debet habere gubernationem. Aut. de armis. gloſſ. in ver. patrum. & debet bonũ conſilium capere pro filio. l. nec in ea. ff. de adulterijs. & ſi tenetur adiuuare contra omnes, patrem, filios, & fratres, ſimiliter poſt delictum commiſſum, debet eos reducere ad ſatisfaciendum, vel ſaltem ad ſeperandum a ſe. Alua. hic poſt num. pri.

Qua ſtante, non obſtat primũ; nam ex eo quod pater obtulit, dominus non ſolum non debet filiũ punire, ſed parcere, l. milites. §. deſertorem. ff. de re mili. vel ſaltem minorare pęnam. Affl. hic, numero nono. Vnde ſi filius venlret decapitaodus, & pater capit & ducit ad iudicem, non debet decapitari. Caſſan. in con ſu. Burgund. rub. prima. §. quinto, ibi, ſi il ne a grace, numero centeſimo, nam multũ operatur ſpontanca oblatio. Azo in Sum. C. de noxa. numero octauo. circa med. & litigatori qui ſpõte confitetur facinus ſuum. idem Azo. C. de pęna indi. qui male iudi. poſt nomerum quintum. & qui ſe ipſum defert, præmium conſequitur. l. edicto. §. ad hæredes. ff. de iure fiſ. & qualiter ducitur ad ſatiſtaciendum domino. Alua. hie numero ſeptimo, licet eodem modo puniatur ſponte confitens, & conuictus. Archie. in capi. ſi quis. circa med. prim. quęſt. 7.

Secundum non obſtat, nam non punitur pater pro filio in foro poli, & quo ad pęnam æternam. Ezechi. 14. cap. ſecundo. vigeſimaquarta. quæſtione tertia. not. in cap. conquærente de filiis præsbi. ſecus in foro fori. & tunc, licet enormitas criminis commiſſi in perſonam domini boc operetur. Aluarot. in §. fin. poſt numerum quartum. quæ ſit prima cau. bene. amitt. noo punitur pro eo quod filius fecit. toto titu. C. ne filius pro patre, & ne pater pro filio ſed pro eo quod ipſe fecit non portando vel expellendo filium, cum nemo aliena culpa ſit reus criminis. Bal. in l. fin. nu. 2. in fi. cap. de libera. cau.

Tertium non obſtat, nam pænæ quæ imponuntur, ſunt peccantium medicinę. Lucas in l. vnica, columna quarta, circa prin. C. de colonis illirica, nec ex hoc pater dicitur crudelis. cap. non eſt crudelis. vigeſimatertia. quæſtione quinta. ſed peccata ſuos teneant autores. l. ſi quis teſtamento. §. primo, de inoffi. teſtam. & Iſern. bic io pri.

Non obſtat Vltimum: nam licet propter culpam ſuam ſua priuetur poſſeſſione. Aluarot. in ca. fin. numero vndecimo, circa fin. dicto titulo, quæ ſit prima cau. bene. amit. tamen pater grauatur ex delicto filii. l. tertia. §. fin. in gloſſ. penultima. ff. rerum amotar. ſed non nocet quando non ſtetit per eum quin argueret. cap. legant. trigeſimaſeptima diſtinctione. cap. ſicut. §. fin. & cap. ſio. quadrageſimaſeptima diſtinctione, & tenetur ſi potuit prohibere, & neglexit, ſicut de domino dicitur. in l. ſi ſerui. de aggreſſione in vico facta. in Longobar. vnde firma remanet concluſio, quod filius vaſalli
12 ſi offendit dominum, pater requiſitus tenetur illum præſentare, vel a ſe ſeperare; alioquin amittit feudum. Intellige idem in Barone, qui poteſt præcipere ſuo ſobfeudatario, vt filium ſuum coram eo ducat pro ſatisfacienda iniuria, vel alios familiares: alias patre mortuo ille filius non ſuccederet in feudo. Fre. lib. ſecundo. ibi, vigeſimaprima autoritas, & tam ſi filius ſit in poteſtate quam emancipatus. Aluarot. hic, numero ſeptimo, circa fin. & non ſolum in filiis, verum etiã, & in domeſticis, vt hic, vbi Afflict. numero ſeptimo, & decimo. Odoffr. in Sum. quibus modis feu. amit. poſt numerum 107. & non ſolum in iſtis terminis, verumetiam & in filio deſertore. l. qui cum vno. §. qui filium. ff. de re milita. §. quæſitum. vbi Bald. C. de capita. qui curi. vendi. & hic, numero ſexto. & quod dicitur in patre, idem in capitulo, quod debet ducere prælatum ad ſatisfaciendum domino, ſicut pater filium. Aluarot. io §. fin. numero ſecundo, in fin. & Præpo. columna ſecunda. circa med. de capi. Corra. Cap. in ver. feudatariorum delicta. in tertia limi. circa fin. & in ver. feuda amittuntur, ibi. 39. & procedit etiam ſi pater accuſaret filium crimine læſę maieſtatis. Felin. in cap. accuſaſti, numero tertio. & quarto. de accuſatio. Limita, niſi paratus eſſet filius ſatisfacere domino de iniuria, quis tunc etiam patre mortuo filius poſſit recuperare feudum. Affli. in cap. primo. de milit. vaſal. qui arma belli, depoſuit. & habet locum in filio, ſecus in vxore. Idem Affli. in conſtit. patres pro filiis. numero ſeptimo, ne filius pro patre. Aluarot. hic, numero nono. & Pręposit. poſt pri. & procedit in ſimplici fellonia: aliàs crimen hæreſis, & læſę maieſtatis noceret filiis ſuis, qui ſunt nepotes retinentes feudum. Cap. in ver. feuda amittuntur, ibi, limita iſtud procedere, vel ſi offenderet tali offenſione quam ſi pater feciſſet, amitteret feudum. Aluarot. hic cir. prin. & procedit in patre, ſecus in domino qui non tenetur vaſallum ſuum bannitũ a Rege, ſi inuenit in ſuo caſtro capere, & tradere Regi: quia dominus non debet eſſe beccarius ſiue manigoldus ſui ſubditi. Affli. in §. ſi iudex. in ſecundo not. numero tertio. de pace tene. nec tradere inimico ſuo, etiam ſi feciſſet mille delicta. Idem Afflict. in d. Deciſ. 265. numero quarto. in fin. ſed intellige de inimico priuato, non de miniſtris iuſtitię, cum non liceat vllo modo fauere delictis, aut malitiæ vaſalli, gloſſ. Pariſ. quarto. titulo primo. §. ſecundo. poſt numerum vigeſimumtertium. Nota, quod pater bonus pro filiis iniquis quos non corripuit, punitur. pri. Reg. 4. ca. licet. de ſimonia, & paruuli qui beneficio ætatis paterna flagitia neſciebãt, animalis, & bona amiſerũt cœleſti igne cõſumpta. cap. primo, vigeſimaquarta quæſtione tertia. quia ſicut delictum patris nocet filio nondum nato, & quid ſi filius delinquit ante mortem patris. Bald. in l. prima. numero vigeſimoprimo. & vigeſimoſecundo. de rerum diui. eadem ratione delictũ filii nocet patri. Affli. ſi vaſa. feu. priue. numero ſexto. & per Iephthe exemplificatur bonus natus ex malis parentibus: & per Eſau, malus natus ex bonis parentibus, Archi. in cap. naſci. quinquageſima ſexta. diſtinctio. vnde valet pactum, quod priue-
13 tur pater propter delictum filij. Afflict. in §. fin. numero 11. quid ſit inueſt. Aluar. hic, numero 8. Licet contrarium tenuerit Afflict. hic, numero 4. & Iacobi. io ver. qui quidem inueſtiti. numero ſeptuageſimoſecundo. Sed hic nõ priuatur ſimpliciter propter delictũ filij, ſed ſi non ducit ad dñũ, vel ſe ab ipſo ſeper. & ſic, licet pietas pr̃is, & mr̃is

non

non ſit reprehendenda, Pileus in Summa poſt Azo. C. in quibus cau. colo. numero ſexto, quia ex delicto ſeu culpa vnius, poteſt inſurgere præiudiciam in perſona alterius. Alua. in §. item ſi fuerint. numero quinto. quibus modis ſeu. ami. pater non tenetur præciſe defendere filium. gl. in l. vel de in rem verſo. ff. de pactis. licet graue ſit, quod quis procuret ſuum incomodum. Arch. in c. quia, poſt pri. 5. quæſt. 3.

Item nota, quod priuatur quis ſucceſſione, propter culpas quas commiſit quando non erat vaſallus. Odoff. in Sum. quibus modis feu. ami. nu. 114. & 125.

14 Vltimo, quod dominus propter contemptum, præfertur agnatis. Iacob. in ver. dictique vaſalli, numero decimo. vnde ſi dominus eſt offenſus a domeſticis vaſalli, debet vaſallus eos ducere ad ſatisfaciendum domino, vel eos a ſe ſeperare. Aluarot. hic poſt numerum primum. aliàs priuabitur feudo per ſententiam dicit Iſern. hic circa pri. & late ſupra, vltra quod verbum, auferendi, intelligitur per actum iudiciarium. Loffr. in. §. ſed nec eſt alia iuſtior. in fin. pri. quæ ſit prima cau. bene. ami. & lex quando ipſo facto confiſcat bona, etiam quod veniat per ſententiam legis, eſt neceſſaria declaratio iudicis. Bald. in conſilio 426. numero tertio. pri. volu. & filius ſi viuo patre offendit patronum, amittit ius ſuum: cum diſt. de qua gloſſ. prędicta Pariſ. §. trigeſimo. in quadrageſimaquinta quæſt. num. 163.

Sed an teneatur pater indicare filium rebellē? dixi in cap. pri. circa fin. quibus modis feud. ami. lo 2. & ductus ad ſatisfaciendum, quomodo ponet ſe in manibus domini, declarat Iſern. hic, num. quinquageſimo ſexto. & Afflictus numero octauo. Sed videtur contra ius, quod ponat quis ſe in manibus

15 inimici. Bartol. in l. prima. §. vſque adeo, numero quarto. ff. de iniuriis. nemo enim debet ſe committere capitalibus inimicis. cap. accidens, lo 2. vt lite non conteſt. cap. adhoc. de foro compe. tamen lex Longobarda dat occiſorem in manibus hæredum occiſi. l. ſi quis liber homo. de homicidio liberi hominis. in Longobar. & ponit ſe offendens in manibus offenſi, tanquam in arbitratorem, qui punit eum ſicut iudex poſſet facta reconciliatione. Præpo. hic col. fin. ver. med.

Quid econtra, ſi pater delinquit, & dominus remiſit culpam, an efficiatur feudum nouum? videtur quod remaneret paternum, ſicut prius. l. peculium. §. ſi ære. ff. de peculio. Iſern. hic remittit ſe ibi, vbi ego quoque cum eo examinaui: ideo hic non repeto.

16 Quid ſi dominus promiſit feudum, & antequā inueſtiret, is cui promiſit, deliquit in eum, an teneatur inueſtire? & videtur quod quando eſt controuerſia feudi, vaſallus non inueſtitur. Bald. in §. inter dominum, num. pri. de aliena. feu. pater. Iaco. in ver. dictique vaſalli. numero quinquageſimoſeptimo. Afflict. de contro. inter Epiſco. & vaſa. numero ſeptimo. quia non ſine rubore petitur, l. tertia, in fi. ff. de vſuris. ipſe enim ſe circumuenit. l. immo. de liberali cau. & impedimento fuit quo minus habeat. l. veteres, in fin. de itinere actuque priua. vnde melius faceret ſi ſe ſumptibus inanibus non vexaret l. prima. ff. de inoffi. teſtam. & ſic dominus retinendo, repetit quod (vt dicit gloſſ.) excepit. l. ſecunda. §. quid ergo. in ver. recte. ff. de hæred. vel actio. vend. & contentus eſt exceptione, ſi ex ſtipulatu conueniretur. l. prima. §. primo. ff. de eo per quem factum erit. tacit pro vaſallo, quia cauſa liberalitatis a crimine ſeperata eſt. l. ſi maritus, la prima, C. de donatio. inter uirum, & vxo. nec ſub ſpe litis, donationes ſemel conſtitutę turbari debēt. l. fin. C. de cenſi. cenſito. & peræquato. aliàs occaſione iuris ad iniquum traheret. l. fin. C. de vſucap. pro empto. nam de prēda ſollicitus. gloſſ. fin. in l. vltima, dicto titulo. de vſucap. pro emptore. color hic quęritur. l. ſulpitius. ff. de donatio. inter virum, & vxo. & eſt iniquum in lucro morari, & ſentire lucrum ex fraude. l. ait prætor. §. fina. quæ in frau. credi. tanto magis, quia non licet artibus vti malignari, & poſſeſſionum nocere domini. §. primo. Aut. conſtitutio. quæ ea aſcripti. ſatiſque durum eſt, per huiuſmodi difficultates amittere, quod ſemel poſſeſſum eſt l. penultima. C. de vſufruct. & habita. nec ſibi debet blandiri. l. fine. C. de donatio. l. fina. C. de aſſeſſo. & domi. & diſſimulatione iuris ſe circumuenire. l. qui filios. C. quæ res pign. obliga. poſſi. quia talibus reſiſtere artibus legis eſt proprium. §. ſed et aliud in fine. Aut. quibus modis natu. effi. legi. etiam, quia non dicitur inuitus, qui propter voluntariam promiſſionem vrgetur ad promiſſi ſolutionem. gloſſ. fin. circa medi. in capit. requiſiuit. de ſponſalibus. late Aluarot. hic, numero tertio. Tu dic, quod debet prius conſtare de promiſſione, & ſtipulatione, arg. l. diuus. ff. de mili. teſtam. & tunc poteſt agere ex ſtipulatione vel promiſſione, vt inueſtiatur. & ſi eſt filius, agit rei vendicatione contra dominum. Iſern. hic circa fin. niſi dominus replicet vaſallum commiſiſſe culpam, per quam debet perdere: & habet probationes in promptu, & dicit hodie conſtat hodie agatur. l. cum mulier. ſoluto matrimonio. Iſer. hic numero ſexageſimo. circa pri. ſi requirit altiorem indaginem debet inueſtiri, quia petitio inueſtituræ ſapit potius poſſeſſorium adipiſcendę vel confirmandæ, quàm petitorium. Afflic. de contro. inter maſcu. & fęmi. numero ſecundo. circa fin. & in conſt. violentias. numero quinquageſimoquinto. quis erit modus peti. inueſt. aliàs inique agit, ſi quod ſemel remiſit, iterum deſtruere conetur. l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pactis. & ſi ſæpius idem per calumniam vexandi cauſa petatur, ad ſumptus litis tenebitur. l. prima. §. primo. ff. de uaca. & excuſa. mune. ſed quia reducitur ad perfidiam l. ſi quis, C. de poſiti. aditus a uaſallo pro inueſtitura, ſi recuſet inueſtire infra annum, & diem, priuatur proprietate, niſi dominus ignoraret petentem inueſtituram uel confirmationem eſſe filium ſeu agnatum defuncti. Iacob. in ver. qui quidem inueſtiti, numero quadrageſimo. cum contra agentem poſſeſſorio recuperandæ debeat ante omnia fieri reſtitutio, etiam per fiſcum, non docto de titulo, Cap. in ver. feudatorum exceptiones. circa princ. ibi, domini exceptio. cum nec poſſit Imperator vaſallum diſueſtire ſine culpa. Bald. in §. notandum, numero ſecundo. de his, qui feud. dare poſſunt etiam, quod facilius aliquid de nouo acquiritur, quam recuperetur amiſſum. capit. ſunt qui. in gloſſ. tertia. de pœniten. diſtinctione prima. & ita agit vaſallus contra dominum denegantem inueſtire. Boeri. in Deciſ. centeſimatertia.

numero 4. uerum dominus poſſet dicere, fac fidelitatem; quia paratus ſum inueſtire. Iſern. in §. pri.in fin. & §. eſt & alia.quæ ſit prima can. bene. aiui. & tunc improbum eſſet debitorem hunc contradicere.l.cum notiſſimi.§.immo.C.de præſcrip. 30.vel 40.anno.

Sed qnomodo poteſt diſueſtiri, qui non fuit inueſtitus.Bald hic numero tertio.cum ante inueſtitoram non ſit feudum.Iſern.poſt numetum 58. non probatur deſtitutus, qni prius non fuit inſtitutus.cap.fin.tertia quæſt.pri. non videtur acquiſitum quod non fuit perdıum.Iſer.in §.& ſi dominus,numero nonu,circa med.de mili.vaſa.qui con tu.eſt.qui natus non fuit,non poteſt renaſci.capit. ſi bapuzata. de conſecr.diſt.quarta.ſicut ſpoliatus non dicitur,qui adhuc non poſſidet, vel ſubconditione poſſidet.cap.bonæ,lo 2.vbi gloſſ.in ver. de gratia.circa med.de poſtula.præla. cap.olim cauſam.& cap.ex parte.in ver.commodo.de reſt.ſpol. vbi non fuit traditio,non cadit reſtitutio. Bald.in conſilio trigeſimoſecundo. circa fin. in 6. conclu. 2.volum.non dicitur quis amittere, quod nunquã habuit.gloſſ.fin.in cap.quotundam.23.diſt. quod non eſt non poteſt diſſului, neque accuſari. gloſſ.
17 fin.in cap.penul.27.diſtinct. quod non incæpit, finiri non poteſt.Paul.de Caſt.in conſilio 304. circa fin.primo volumine,& hęreditas quæ non poteſt adiri,non poteſt etiam repudiari,l.is qui. ff.de acquir.hære.

Econtra, videtur quod amittere quis dicitur, quod nunquam habuit,vt ſupra. & ex iis quę poſtea fiunt intelligitur fortius valere. gloſſ.in capit. ſecundo,in ver.ac ex iis.vt lite non conteſta, cauetur pro futuro,l. egi. ff. ſi ſeruitus vendi.debetur, non tamen cum effectu poteſt exigi.l. cedere diẽ. in ver.nondum.de ver.ſign.in reg.nihil peti.de regu.iuris.multa Ludo.de Moli.de Hiſpa.primoge. lib.3. capit.decimoquarto.per tot.diſtinguit inter conditionem, & diem: ante conditionem nullo modo eſt debitum, ante diem ſic.gloſſ.in l.ſed etſi. ff.de conſtit. pecu. vel quando promiſſio eſt pura ſine die,tunc ſtatim agi poteſt,aut in diem, ſi eſt ſimplex licet actio ſit nata, pręſtatio eſt delata in diem; ita quod prius agi non poteſt. Ioan. And.in cap.ſecundo,poſt numetum primum, de conceſſio.præb.in vj.vnde dicimus, qnod ante conditionem nõ recte agitur, cum nihil interim debeatur. l.grege.§. fin.ff.de pign. qui agit conditione pendente, amittit cauſam.glo.in l.pecuniam .ſi certũ pet.ſi eſt promiſſus partus ancillæ,& agit antequã pariat,licet æqnum ſit deſiderium,tamen quia nõ poteſt præſtari,interponetur decretum vt differat, l.in ambiguis.in gl.de regu.iuris, & quod dictum eſt de amiſſione cauſæ,intellige vt per Bal.in conſilio 50. circa med.pri.volum.fertur ſententia,ſed condemnationis exactio competit cum extiterit conditio.cap.ſignificauit,in ver.teſtes, circa fin.de teſtibus.vel diſt.vt in l.item quia.§.1.in ver. male. ff.de pactis.l.non quemadmodum.in glo.fin. & l. in omnibus. ff.de iudiciis.

Secundò caſu, ex præſenti vires accipit ſtipulatio,quamuis ex ea petitio ſuſpẽſa ſit.l.vſusfructus. ff.de ſtipula. ſeruo. filiusfamilias conuenitur, ſed exactio differtur.l.tertia.§. ſed vtrum. iuncta gl.in ver.conueniri. ff. de minori. etiam quod qui ante diem agit,male agit.l.vnica,in fine. ff.quãdo dies vſusfruc.leg.cedat.l. certi condictio.in uer.non potero.ff.ſi cert.peta.cum l.pecuniam.in fin.& l. non omnis.circa fi.pri.eo.tit.l.3.§.qui ita.ff.de eo quod certo loco,non poteſt compenſari.l.quod in diem. ff.de compenſatio. & ſi fideiuſſiſti,& ſoluiſti ante diem,non potes agere.l.ſi mandauero.in pri.ff.mãdati.niſi de facto admittatur.gloſſ.1.in l.quod ſi in diem.ff.de peti.hære.l.aliquando.§.fin.ff.ad Velleia.& ſic ualet obligatio.l.metum.la 3.§. ex hoc.in ver.condemnandum. ff.de eo quod metus cau. a-
18 git ad cautionem, vt adueniente die ſoluat. gloſſ. in l.tertia.§.primo. in ver. inhibenda. ff.de condi. cau.data.l.omne.cum l.ſeq.pro ſocio.vno tempore cauetur,& alio agi differtur.l.ſecũda.§. ſed etſi. in ver.cauere.ff.de iudiciis. & iudex in quibuſdam prouidet in futurum, in quibuſdam non. Lucas in l.prima,columna ſecunda.poſt med. C.in quibus cau.colo.glo.in cap.2.in ver. prouideri.de homic. in 6.in c.Romana.in ver.futuris.de ſent.excom.in vj.gl.1.in l.liber homo.& in l.in lege. in ver. debebo.ad leg. Aquil.

Quid ſi hæres petat inueſtituram, & dominus replicat quod non tenetur,ex quo pater ipſius culpauit in eum,proinde obſtat ei quod obſtabat defuncto,reg.in omnibus.§. nõ debeo.de reg.iuris. Iſern.hic,numero 59. facit differentiam inter hæredem,& eũ qui de nouo inueſtitur, vt per eum: in aliis quomodo feudum ſub vnica verborum conceptione formatum, vnius naturæ erit in perſona vnius,& alterius in perſona alterius. Loffr.in conſilio 1. numero 89. in fin. caute autem omnia agens nihil poterit damnificari.§.ſi uero non fecerit. Aut.de hære.& falc.

Vltimò,nota caſum in quo pater poteſt filium a ſe expellere,& nõ tenetur expenſas dare. Oduf. in Sum.quibus modis feud. amit. poſt numerum centeſimumnonum, an poſſit illum dare pro noxa? Aluarot. hic numero octauo. circa med. Inſuper,quod ſi probatio felloniæ requirit altiorem indaginem,vaſallus debet inueſtiri:quia principaliter ſua petitio tendit ad poſſeſſionem adipiſcendam,nec requiritur libellus,alias reſeruatur. Prępo.hic,col.2.circa med.

SVMMARIVM.

1 *Quoque, eſt dictio implicatiua, & denotat quod in caſu de quo quæritur, ſit eadem qualitas de qua in præcedenti.*

2 *Præcepimus, ideſt, iubemus, imperamus.*

3 *Vaſallus poteſt de eodem feudo, ſibi facere alium uaſallum.*

4 *Vaſallus Baronis ſi delinquit contra Regem amittit feudum, ſed applicatur Baroni.*

5 *Fraudibus eſt præcludenda uia.*

6 *Priuetur, ideſt ſpolietur.*

7 *Feudum per delictum ultimi, vadit ad ſecundum a quo tenet.*

8 *Iniuriæ eſt ſatisfaciendum, etiam de iure canonico.*

9 *Maior, & minor diuerſis reſpectibus dicuntur.*

10 *Permittimus tacite, eo ipſo quod non adimitur.*

Amitte-

11 *Amittere, intelligitur per ſententiam.*
12 *Vaſallus vaſalli non debet offendere dominum domini, aliàs ipſe & dominus immediatus priuatur feudo.*
13 *Vaſallus vaſalli mei etiam, quod non ſit meus vaſallus, tamen ſi in me delinquit punitur.*
14 *Laudemium quid, vnde dicitur, & cui debetur.*
15 *Vaſallus an poſſit cogere dominum ad oſtendendũ feudum & eius fines.*
16 *Vaſallus an teneatur oſtendere bona pro quibus ſeruit.*
17 *Feudatarius tenetur oſtendere inſtrumentum feudi.*
18 *Vaſallus non cogitur dicere titulum ſuę poſſeſſionis: niſi cauſatiue.*
19 *Cauſatiuè multa fiunt.*
20 *Dominus proprietatis uel fiſcus, ſi ſpoliat aliquem, non agitur ad reſtitutionem virtute ſpolij, niſi conſtet de proprietate, per priuilegium.*
21 *Feudum canaua uel camera ſi detur, an qui dedit, poſſit cogi ad aſſignandum locum unde poſſit habere.*

AD §. ILLVD QVOQVE.

1 ILLVD quoque) Eſt implicatiua, hęc dictio, quoque. Aluar. in rubr. in fin. de gradi. ſucce. in feud. implicat idẽ. Iaſ. in l. ſi arrogator, numero vndecimo. de adoptio. & denotat quod in caſu de quo quæritur, ſit eadem qualitas, prout in præcedenti. Iaſ. in l. iusiurãdum. §. procurator, numero primo. ff. de iureiura. Pręcipimus) Iubemus imperamus.
2 Lucas in l. fin. C. de cano. largitio. titulo. licet pręcipere, & imperare differant: quia quod præcipitur, non poteſt ſubdelegari, quod mandatur ſic, l. ſæpe. in gloſſ. pri. ff. de offic. pręſi. quod Princeps impetat tolerandum, quod pręcipit faciendum. gloſſ. in capit. quiſquis. decimaquarta, quęſtione prima, faciunt quæ dixi in capit. fina. de feud. ſine culpa non amit. Vt ſi vaſallus de feudo ſuo) Quod
3 a domino habuit. Afflictus hic, numero ſecundo. circa fin. Alium vaſallum habuerit.) Quod poteſt, dummodo non in fraudem, ſed militi detur. §. beneficium a vaſallo, ſi de feud. defun. mili. controuerſ. Et vaſallus vaſalli dominum domini ſui offen
4 derit.) Amittit feudum, & applicatur Baroni, a quo tenet. Afflict. in Deciſ. 282. numero duodecimo. redit ad primum a quo habet cauſam. Alexand. in l. poſſideri. §. ex contrario. numero trigeſimooctauo, de acquiren. poſſeſſ. & ibi Iaſ. numero ſeptuageſimoſexto. Niſi pro ſeruitio alterius domini ſui hoc fecerit.) Quia antiquior dominus cęteris eſt præferendus. §. his conſequenter. in fin.
5 hic finitur lex Quem ſine fraude ante habuerit.) Nam fraudibus eſt pręcludenda via. Aluarot. in capit. primo, numero tertio, de prohib. feud. aliena. per Lotha. cum inter dominum, & vaſallum, nullum malum ingenium debeat interuenire. cap. quoniam, dicto titulo, de prohib. feud. aliena. per Loth. Feudo ſuo priuetur) Ideſt ſpolietur. Gram.
6 in ver. priuatio. Et ad dominum ſuum a quo ipſe
7 tenebat reuertatur) Et ſic per delictum vltimi vadit ad ſecundum a quo tenet. Odoffr. in Sum. quibus modis feud. amitt. numero quinquageſimo. late gloſſ. ſeptima. Pari. titulo primo. §. primo. Caſſa. in conſ. Burgun. rub. 8. §. 4. poſt med. & vaſallus vaſalli mei, ſi commiſit cauſam contra me, ex qua poſſem eum priuare, an debeat priuari feudo. Io. Fab. in §. finitur, numero quarto. de vſufructu. Alexand. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. numero trigeſimooctauo. de dam. infect. & redit ad antiquiorem dominum, ſi ex voluntate proximioris fecit illud, aliàs rediret ad proximiorem, & ad dominum immediatum, non autem ad dominum domini. Afflict. in §. fin. in quadrageſimaoctauo. cau. poſt numerum vigeſimumſecundum. quibus modis feu. ami. & Aluarot. hic, columna tertia. in pri. Quid in aliis bonis. Boer. in Deciſ. ducenteſimaſexageſimaquarta. numero ſexto. & amittit, quia qui offendit dominum domini, dicitur offendere proprium dominum. Afflict. hic in ſecundo not. circa fin. poſt numerum tertium. Niſi requiſitus ab eo paratus fuerit ſatisfacere maiori domi-
8 no.) Cum etiam de iure canonico, pro iniuria eſt ſatisfaciendum. Archiep. in cap. ſi quis ordinis, circa med. decimaſeptima quæſtione quarta. & debet denuntiari, vt ſatisfiat, vel deſiſtat. §. quia verò, in ver. non obtinuerit. Aut. vt liceat matri, & auiæ. Intellige de domino. Quem offenderit, & niſi vaſallus idemque dominus.] Cum poſſint eſſe vaſalli ad inuicem diuerſis reſpectibus. Iaſ. in l. in ius vocari. §. fin. numero quinto. de in ius voca. reſpectu diuerſorum feudorũ poteſt eſſe vaſallus vaſalli mei. Bald. in l. ſed ſi. §. ſi liberta. de in ius voca. A domi-
9 no ſuo requiſitus, eum qui minorem.) Nam maior, & minor dicitur diuerſis reſpectibus. Fre. lib. 3. in fin. dum tractat de differ. electorum, & Baronum, numero decimoſexto. Dominum offenderit,
10 requirat vt ſatisfaciat.) Aliàs permittit tacite, eo ipſo quod non ademit l. prima. §. item acquirimus, in ver. permiſerimus. de acquire. poſſeſſ. approbat eo ipſo quod non improbat. l. filiusfamilias, la prima, in gloſſ. ff. ad Macedoni. Suum feudum amit-
11 tit.) Per ſententiam. Iſern. in cap. 1. num. 3. in fi. de capi. Corra.

Declarato textu, videbatur dicendum, quod non teneatur, nã vaſallus vaſalli mei non eſt meus vaſallus. l. Modeſtinus. de ver. ſig. ſocius ſocij mei, non eſt meus ſocius, & libertus liberti mei, non eſt libertus meus. Aleſand. in conſilio 139. numero ſecundo, quinto volumine. Iſern. hic numero ſexageſimoſecundo. Aluar. numero ſecũdo, circa med. & Præpo. numero primo, circa med. amicus amici mei, & inimicus inimici mei, non eſt amicus vel inimicus meus. Alberi. in l. nam & ſocii. ff. pro ſocio. ſi non eſt vaſallus, non tenetur ſeruire domino domini. Bald. in §. ſimiliter, numero ſecundo. de lege Corr. nec videtur poſſe committere ingratitudinem, cum nihil promiſerit. Iſern. in §. ſcriba. col. 2. in pri. ſupra eo.

Secundò, vaſallus ligatur domino per iuramentum fidelitatis. toto tit. de forma fideli. & de nouo forma fideli. Sed vaſallus vaſalli non tenetur pręſtare iuramentum fidelitatis domino ſuperiori. Iacob. in ver. qui quidem inueſtit. numero decimoquarto, & in ver. dictique vaſalli, poſt nu. 11. ergò etiam quod delinquat in eum non tenetur, quia vbi non eſt habitus non poteſt eſſe priuatio. l. de eo, de ver. oblig.

Vltimò, non ſufficit omnis cauſa ad perdendum feudum. capitu. primo, in quibus cau. feud.

amit. nec omnis culpa ſufficit ad ingratitudinem
naſalli.Iſer.in cap. licet, numero tertio, ſi de feud.
defu.mili.contro.fue.ſed priuare dominum , quia
eius vaſallus offendit maiorem dominum , eſſet
captioſum; & captio eſt euitanda.l.ſi vxori, glo.in
ver.captionem.de auro,& arg.lega.

His non obſtantibus,determinatũ fuit cõtrariũ,
quia vaſallus dicitur de domo domini , & eius fa-
miliaris. Afflict.in capit. ſecundo,numero vndeci-
mo. ſi de inueſtit. inter domi.& vaſa,lis oria,pro-
pterea quod dicitur in §.præce.in domeſtico,pro-
cedit quoque in vaſallo vaſalli , etiam quia apud
infeudantes nullum remanſit dominium, ſed tran
ſtolerunt in vltimum alienantem, Aluar. hic num.
4.in pri.

Qua ſtante , non obſtat primum,nam licet va-
ſallus vaſalli mei non ſit meus vaſallus , quo ad o-
bligationem perſonæ, tenetur tamen ſuo inueſti-
tori immediato ad ea , quæ veniunt in iuramen-
to fidelitatis, Bald.in conſilio 265.poſt numerum
ſecundum.quinto volum. & tenetur eum dilige-
re, quo mediante ipſe cauſam habuit huius bene-
ficij. Aluar. hic,numero ſecundo,poſt med.ſucceſ-
ſiue,ſi contra eum deliquit,punitur,vt hic. Non
obſtat Secundum,nam extra id quod agitur tacita
naſcitur obligatio.Iſern.in §.huius autem generis,
numero decimo, circa fin. ex quibus cau. feud. a-
mit.& in cap.primo,numero ſecundo,circa fin.an
mutus vel aliter imperfe.Iaſ.in l.ſi liber homo, nu
mero ſeptimo,de verbo.obliga. Non obſtat Vlti-
mum,nam iſti dicuntur domeſtici, quia in vna do
mo conuerſantur. Lucas in rubr. C. de domeſt. &
protecto.& in l. prima. C. de mune. & hono.non
conti.inter patrem,& filium,vnde expellendo va-
ſallus vaſallum,liberaretur.vt in §. pręcede. & ſic
firma remanet concluſio,quod vaſallus vaſalli,nõ
12 debet offendere dominum domini:alias ipſe , &
dominus immediatus priuatur feudo. Idem ſi pri-
mus infeudat ſecundum,ſine licentia,& conſenſu
domini,ſecundus tertium : ſi tertius vendit feudũ
pro allodio, ſimiliter perdit, & reuocat primus.
Capic.in ver.feudorum diuolutio,in pri.& in ver.
feudorum dominia.ibi,quaſi vtile.circa fin. Bald.
hic,numero ſecundo,& quinto, circa fin. Aluaro.
poſt numerum tertium.& Præpo,numero ſecun-
do.Idem in filio,vt in §. præceden. Et adeo tene-
tur vaſallus vaſalli,quod poſſet ſubmoueri, quan-
do non vadit cum principe ad ſuſcipiendum coro-
nam: Afflict.in §. fin. in 9.not.numero duodecimo
de pace Iura. firma. Cur. pro, & contra.in tracta.
feu,in 4.par.prin.ante & poſt numerum 89.& de-
uoluitur ad primum,vbi primus offenditur per in-
gratitudinem delicti: ſecus ſi per ingratitudinem
contractus,puta quia vltimus alienauit primo non
aſſentiente.Cap.in ver.feuda amittuntur,ibi,tri ge-
ſimo,in pri.limi. Aluaro.hic, poſt numerum 5.&
Præpo. numero 2.circa fin.Iaſ. in d.l.poſſideri.§.
ex contrario , numero 77. tunc etiam quaternata
reuertuntur ad dominũ. Lucas in l.prima,colum-
na pri.circa fi.C.de peti.bono.ſubla.& ad eum qui
habet autoritatem dandi licentiam alienationis.
Præpo. hic colum. fina. poſt pri. Iſern.hic numero
61.qui remittit dictis per eum in §. ſi verò. in ver.
hęredes. de pace tene. nec procedit, ſi paratus eſt
ſatisfacere, vt hic: nec habet locum , ſi fuit pro-
pter ſeruitium alterius domini antiquioris. Pręp.
hic in pri.

13 Nota, quod vaſallus vaſalli mei , non eſt meus
vaſallus.glo.fin.ponit ſimilia in capit. legitur.8 1.
diſt. Bald.in l.nam ſocii.ff.pro ſocio.Cap.hic in gl.
fin.in 4.conclu.ibi,ex dictis.Iſer.columna 2.& vl-
timus licet non retineat a primo,ex quo ſecũ non
contraxit,nec fidelitatem iurauit;tamen videtur a-
liqualiter rem ſuam habere, quia id quod proce-
dit ex re ſua,videtur eſſe ſuum. Præpo.hic numero
pri.circa fin.Aluar.numero 2. circa fin. & dicitur
primi, quia ex re primi procedit,vt per Iſern.unde
ſecundus qui a primo habuit,non poteſt alia lege
dare quàm ipſe habuit.§.profecto. de lege Corra.
poterit tamen domino immediato delinquente ,
offerre ſeruicium primo,& ſic Regi,& ab eo reco-
gnoſcere,cap.primo,in fin.pri.qualiter olim pote
rat feud.aliena.alias reſoluto iure datoris, reſolui-
tur ius acceptoris.Cap.in ver.feudum dant.ibi,in-
feudat.in 3.limita.circa fin.& Iſern.hic, qui etiam
notat, quod ob culpam vaſalli in dominum , feu-
dum redit ad dominum immediatum,in alienatio
ne redit ad priorem. & ſi ſubinfeudando tranſiuit
per plures manus,reuocabit habens directum do
minium. Iaſ. de his qui feud. dare poſſu. circa fin.
Cur.in tracta.feud.in 4.par.prin.numero octuage
ſimoſexto,ſubfeudatario delinquente feudum illo
viuo redit ad Baronem,a quo tenet,& interim fi-
ſcus non percipit fructus. Fre.lib.2.ibi, dubitauit.
& vnus vaſallus ſi facit alium,eo mortuo redit ad
primum,ac ſi ſecundo inueſtitura facta non eſſet.
Alber. in l. vtrum. ff. de aſſign. liber. unde laude-
mium ad quod tenetur vaſallus qui feudum ven-
dit, debetur domino mediato , non ei a quo feu-
14 dum habet. Aluar. hic poſt med. Quid autem ſit
laudemium, vnde dicatur , & cui ſit debitum,
declarat , late Afflictus hic , numero ſexto. eſt
tertia. Idem Afflict. in §.pręterea, numero quin
to,circa fin.vel quinquageſima,in §. ſimiliter,nu-
mero ſeptimo, circa fin. de cap. Corr. non ſolum
pro ualore feudi , uerumetiam reſpectiue ad to-
tum precium , & ualore ędificiorum , etiam ſi
cum domo uel fundo uendantur mobilia. Boer.
in Deciſ. decimanona , & 210. præſtationes iſtæ
ſunt ſecundum mores prouinciarum. Iſern. hic.
Venetiis eſt conſuetudo ſoluendi decem pro cen
tenario in alienatione feudorum quarumdam Ec-
cleſiarum. Alexand.in conſilio quinto. & uocatur
cap ſoldum.in conſilio decimoquarto,poſt nume-
rum tertium , quinto uolumine, Franciæ debetur
Regi etiam pro uenditione nauium. Boer. in De-
ciſ. 177.numero ſexto. & octauo. & debetur non
ſolum pro uenditione , & conceſſione in emphi-
teoſim,verumetiam , & pro locatione ad non mo-
dicum tempus , Deci. in conſilio 204. Alexand.in
conſilio 165.columna ſecunda.in pri.ſecundo uo
lumine,non ſoluitur tamen in ſucceſſione, permu
tatione, & datione in dotem. Decius in conſilio
262. numero ſexto,circa fin,& 443.circa fi. Boer.
in Deciſ.263.numero primo, quinto,ſexto,& de-
cimoquarto. Afflict. hic numero ſeptimo,late Caſ
ſan.in conſilio Burg.rub.uodecima.§.primo,quin
to,& ſeptimo.a quo ſoluatur. Fre.lib. pri.ibi,plu-
ribus , numero octuageſimo , ſoluitur in ſignum
ſubiectionis.Prępo.hic numero ſecundo, cir.prin.
& ubi ſoluitur ſecundum conſuetudinem loco-
rum in alienatione feudi, poteſt alienari ſine con-
ſenſu domini. Loffr. ſupra eod. in prim. columna
quarta,circa med. Quid in donatione. Afflictus
in d.

in dicto §. donari. nume. 3. in fin. qualiter olim poterat feu. alien. In venditione cum pacto de retrouendendo, non debetur. Caſſan. in d. §. primo in prin. numero decimoquinto, in retrotraditione ſic. Fre. lib. 2. ibi, hic quæro de noua quęſtione, numero ſeptimo. & quando requiritur conſenſus, debet vterque conſentire, mediatus ſcilicet, & immediatus. Diximus, dicit Iſer. ſupra in pri. huius l. Sicut ſi eſt dubiũ ex cuius iuris dictione naſcatur aliquid, propter dubium, eſt dicendum quod ex vtroque. l. 3. in ver. ex ſenatusconſulto, ff. de liber. agn. licet ſi contingat duos emphiteotas alienare, primus aſſentitur. l. fin. in ver. aliis, circa fin. de iure emphi. quia qui habet verbum ſuperioris, non indiget verbo inferioris. l. ſecunda. vbi Bal. C. quãdo decreto opus non eſt. ciua dico, qui habet directum dominium. Iſer. hic, & Aluar. numero quinto, quod licet ſit quaſi nihil, & ſicut chimera. Iſer. in cap. primo. in ver. ex quo non ſeruit. poſt numerum quintum, de feud. ſine culpa non amit. poſſumus tamen, & quædam habere, & ſi nobis vtilia non ſunt. l. in filijs, in glo. pen. C. de decurioni lib. x. in adminiſtratione, ſi concurrit mediatus & immediatus: ſi immediatus eſt bonus & non ſuſpectus com. opinio eſt, quod immediatus præferatur not. in. c. pri. de immu. eccle. in. vj. ſi ultimus perdidit ex delicto, puta quia alienauit uadit ad primum. Iſer. ſic & in §. quibuſdam poſt nu. 12. ibi dicit glo. de lege Corra. & qui habet directum dominium reuocat. Aluar. ſic nu. 4. & ſi contrauenit, reuertitur ad eum qui habet autoritatem dandi licentiam. Idem Aluar. hic, nu. 4. in fi. In regno Siciliæ per alienationem non perditur feudum, ſed is qui alienat reuocat. Iſer. Sic & in §. poſt refutationem poſt nu. 5. ibi in regno Siciliæ. de vaſa. qui contra conſtit. Lotha. Pernus in conſilio ſexto columna quinta cir. medi. cum tribus ſeq.

15 Quærit Iſer. Aluar. nu. 6. & Præpo. nu. 3. ex intentione glo. nunquid poſſit uaſallus cogere dominum, vt oſtendat ſibi feudum, & eius fines, & quando teneatur dominus oſtendere feudum vaſallo pro quo vult ſeruitium. gloſſ. Pari. pri. in pri. q. tit. primo. §. quinto, Breuiter dic, quod ſic, dum accedit capturus poſſeſſionẽ feudi, ſicut prælatus tenetur oſtẽdere literas, dũ accedit ad prælaturã, ſecus ſi ſtat in poſſeſſione. glo. in extrauag. com. c. primo, in ver. recipiant, de electio. comes ſi promiſit dare feudum militi, & non apparet quid nec in qua re, ſi habet feuda, valet, alias non. & debet dari ſecundum qualitatem perſonæ cui eſt promiſſum. Bald. in l. ſi domus, in pri. circa med. de lega. primo. venditor tenetur oſtendere emptori inſtrumenta, per quæ fundi fines declarantur. l. Titius, la 2. & l. creditor, cum ibi not. de actio. empt. alias ſibi imputet, qui neſcit dicere confines ſuarũ poſſeſſionum; quia nemo incertus eſſe debet quantum poſſideat. Bald. de pace Conſtit. in ver. poſſeſſiones, numero ſecundo, in fin. nec eſt veriſimile, quod aliquis erat in cognitione rerum ſuarũ vel uirium. glo. pri. in l. quinquageſimaſecunda. de furtis, in Longobar. licet ſæpe difficile ſit probare ius patronatus, & dependentias feudales. glo. Pari. tit.
16 primo. §. trigeſimoprimo, poſt numerum duodecimum. Econtra, an vaſallus poſſit compelli per dominum ad oſtendendum res feudales pro quibus ſubditus eſt? dic quod qui confitetur ſe vaſallum, & non vult oſtendere feudum, poteſt compelli, vt oſtendat. Hoſti. in Sum. de feudis, ibi, quibus modis ſiue cauſis feu. ami. columna ſecunda, in pri. vel ſi conſtat in genere quod habet bona feudalia alicuius feudi, & requiſitus a domino, vt oſtenderet pro quibus præſtat homagium, ſi hoc non facit, præſumuntur omnia feudalia. Alciat. de præſumptio. in ſecunda reg. princi. ibi, tertio pręſumitur. numero quarto. tangit Afflict. in §. eum autem. numero vndecimo, in pri. de contro. inueſt. tamen ad conuincendam malitiã, quia mota controuerſia vaſallus poſſet oſtendere modicum. Cap. in ver. feudorum dominia. ibi, decimoſexto. & Iſern. hic, & dominus poſſet dicere totum eſſe feudale. Iſern. hic, ideo is qui dicit probabit. Bald. de vaſal. qui contra conſtitu. Lotha. numero ſecundo. & iuramento patefit, ſicut vxor iuramento patefacit bona hæredibus, l. ſecunda, in ver. iurata. C. quando & quibus quarta pars debea. vltra quod præſumitur feudale, quantum proportionatur ſeruitio. Iſern. hic. facit, quod dicit Bald. in conſilio ducenteſimononageſimotertio. in fin. quarto volumine, ſicut in feudatario, emphiteota, & conductore. Iacob. de Ardizo. in Sum. quid ſi dubitetur, quid, & quantum ſit feudum, & tenetur reſpondere domino interroganti, ſi res quam tenet eſt feudalis, ſi vel ne. Aluaro. in cap. vaſallus. lo 2. nume. pri. ſi de feud. de fu. mili. contro. fue. Quid ſi dicet dubito, vel per extranea verba. ibi, numero quarto. circa medium, & quintum, vbi etiam Prępo. late Specul. in titulo de emphiteoſi. numero ſeptuageſimoſexto. vſque octuageſimũtertiũ, & ſi præſtitit ſeruitium domino longo tempore, & poſtea denegat, tenetur oſtẽdere rem cuius cauſa præſtabat ſeruitium: alias præſumitur præſtitiſſe pro toto patrimonio. Præpo. & Aluar. in capit. vaſallus ſi. numero quinto. circa fin. & decimo. d. titu. ſi de feud. defun. milit. contro. fue. & ſi certum eſt ipſum eſſe vaſallum, & alium eſſe dominum, nunquid præſumatur totum eſſe feudum. Cap. in ver. feudorum locationes, columna prima, in fin. & propter hoc vaſallus non amittit feudum. Iacob. de Ardizo. in Sum. vtrum vaſal. feud. amit. ſi non vult dare, & in ſcriptis conſigna. feud. & poſſe. feud. domi. Dominus autem ſi fuit negligens in deſignando fines, & vaſallus in pręſtando ſeruitium, vna negligentia compenſatur cum alia. Afflict. hic numero nono. circa fin. & ſi dubitatur quę ſint conceſſa, & quę remanſerint conceſſori, debent eligi boni viri bonæ opinionis ad hoc idonei, non ſuſpecti, qui iurent quod bona fide ſine fraude perquirent, & conſignabunt cuique quod ſe continget. Bald. dicto titulo de pace Conſtitu. in ver. imperialis, numero vigeſimoquinto. Iſern. & Afflict. de contro. inter maſcu. & fęm. numero duodecimo, & requiſitus recognoſcere tenetur ad omnem domini requiſitionẽ. Iacob. in ver. dictique vaſalli. in princ. & tunc ad quid tenetur. Cap. in ver. feudorum acceſſoria, columna penultima, circa pri. Et ſi recognoſcit habere caſtrum in feudum, an videatur recognoſcere territorium, & iuriſdictionem. Iaco. multa vbi ſupra, numero ſecundo, quinto, decimoquarto, & vigeſimooctauo. & ſi contumaciter abeſt, poteſt mitti in poſſeſſione illius rei ſi habet, vel aliorũ bonorum pro intereſſe. Specul. in titulo de, primo decreto. §. tertio, poſt numerum vigeſimumoctauum.

Quid ſi agatur contra fictuales, & ipſi non oſtendunt prædia? debent relaxari omnia ſecundum opinio. Speculatoris, licet alii contra. Sed illa opinio eſt verior, vbi prædia ſunt intricata, & confuſa tempore fictualium. Bald. in conſilio 265. num. 2. 2. vol. Cap. in ver. feudatariorũ editiones. in pri. laco. in d. ver. dictique vaſalli, nu. 15. cir. fin.

Empbiteota cogitur exhibere inſtrumentum, ſi habet penes ſe, vt videatur ſi empbiteoſis eſt finita. Bal. in l. 2. in 2. rep. ff. de edendo. ſi non exhibet inſtrumentum, preſumitur emphiteoſis extincta, & finita. Caſſ. vbi ſup. rub. 3. §. 4. ibi, apres le dict, nu. 6. cenſuarius ſi non vult oſtendere omnia præſumuntur talia, Caſſ. vbi rub. 11. §. 5. ibi, aox. et. §. 6. ibi, contre, lo 1. nu. 6. Soc. in conſi. 167. num. 21. 2. vol. gl. Pariſ. vbi etiam quid in feudo, tit. 1. §. 5. poſt nu. 4. vnde ſicut vaſallus poteſt compellere dominum, vt oſtendat quantitatem & fines feudi, ita & vaſallus tenetur domino feudum pandere. Archi. in cap. de forma. 21. quæſt. 5. ita quando feudatarij requiruntur, vt faciant ſeruitium, poſſent dicere domino, oſtende nobis quantum debemus: dominus poterit replicare, quod debetur ſeruitium pro valore bonorũ: ſcilicet, pro ſingulis 20. vociis vnum ſeruitium militare. Cap. in ver. feudatariorũ editiones, circa fin. vel quia longo tempore ſoluit canonẽ, veriſimile eſt quod ſciat quid & pro quo ſoluit. Bald. in conſi. 225. circa pri. pri. vol. & præſumitur præſtitiſſe pro toto, & quod totum patrimonium ſit feudale. Affl. in ca. vaſallus ſi feudum, num. 18. ſi de feu. fuerit contro. inter domi. & agn. & in ca. pri. num. 36. circa med. de contro. inueſt. Iaſ. in repet. feu. in pri. num. 52. Fre. lib. 2. ibi, decimaſeptima authoritas. ſecus ſi conſtat per inſtrumentum, nam tunc ſi habet domum in emphiteoſim pro parte, etiam quod ſoluat pro tota, nõ ſibi præiudicat, ſed recurritur ad primũ inſtrũm Bal. in conſi. 375. 2. volum. & ſi fatetur ſe ſubfeudatariũ, tenetur tradere inſtrumentum, niſi ſit hęrea vel iuuetur præſcriptione. Fre. vbi ſupra, ibi, trigeſimaſexta authoritas. & ad ſciendum res emphiteuticas, quæ, quantæ ſint, & pro quibus facta eſt ſolutio, recurritur ad originem contractus, & ſi non apparet, ad teſtes, & coniecturas. Bal. in conſi. 104. cũ ſeq. 4. uol.

Quid ſi vaſallus meus vendit proprium fundũ, & illud quod habebat a me in feudum ſuo predio coniunctum, & ſi ignoro quid pertineat ad me, poteeo vendicare hoc vel illud alternatiue. gloſſ. prima circa med. in l. ſi in rem. ff. de rei vend.

17 Sed an vaſallus ſi petatur ab eo titulus, teneatur illum exhibere. Fre. lib. 3. ibi, differentiæ inter feuda regalia. ver. quadrageſimaſexta, & oſtendere iura feudi ſui domino directo, & quod ius habet in eo, tangit late Iſer. hic, nu. 66. & refert opiniones multorum in l. extat. ff. quod metus cauſa, ac remittit dictis per eum in cap. primo, de contro. inter maſcu. & femi. Lucas in l. 1. colum. 2. C. de fundis limitro. videtur tamẽ, quod non teneatur: quia non cogitur poſſeſſor dicere pro qua parte eius ſit. hoc enim petitoris munus eſt, & non poſſeſſoris. l. in ſpeciali. de rei vend. item nulla æquitas debet mouere iudicem, quod interroget partẽ quo iure poſſidet. Auguil. in addi. ad Ang. de maleſi. in ver. de anno præſenti. car. 296. colum. prima. Immo nec Rex poſſet cogere, ſi ille negat ſe vaſallũ, Cap. in ver. feudorum genera: ibi, preſumitur iuriſdictio. in fine. & l. cogi. C. de peti. hæredi. etiam quod loquatur inter priuatos, in cauſis fiſcalibus viuitur eo iure quo omnes viuere debent. Iſern. hic.

Facit pro alia parte, quod vaſallus ſiue agat ſiue conueniatur, debet dicere titulum per autorẽ ſuum: ideſt denominare inueſtitorem ſuum. Bart. in §. fin. circa med. de nouis feu. quia cum habeat ſeu pretendat ius vel titulum in re aliena, cogitur oſtendere iura ſua. Dec. in conſilio 61. columna prima, & ſecunda, circa fin. & licet ſit poſſeſſor, tenetur probare titulum in ſex caſibus. gloſſ. fin. in capitul. primo. 2. quæſtione 4. nam poſſeſſio contra ius commune non præſumitur iuſta, niſi aliquali titulo iuuetur. quidam poſt Alexand. in conſilio ſeptuageſimoquinto, numero quadrageſimo octauo. circa fin. quarto volumine, adeo quod clericus, Monarhus, & ſimiles inhabiles, feudo ſpoliantur, niſi in promptu doceant de diſpenſatione. Cap. in Deciſ. ſeptuageſimaſeptima poſt numerum decimum, etiam quod poſſideant. Afflict. in conſtit. violentias, numero quinquageſimoquarto, facit gloſſ. fina. ſecundũ. 1. lectu. in cap. ex inſinuatione, de procurato. Epiſcopus poteſt cogere, vt quis oſtendat, quomodo quis tenet plura beneficia incompatibilia in prohibitis poſſideri, in aliis non, cap. ordinarii, & ibi gloſſ. in ver. ordinariorum, & cap. exhiberi, cum ibi nota. de offi. ordi. in vj. Immo officio ordinarij abſque libello, nec partis inſtantia poteſt beneficiatus cogi ad exhibendum titulum beneficij, gloſſ. in extrauag. Io. cap. ſuſcepti. in ver. canonice. de electione. & tenetur exhibere, & fundare intentionem, agendo ſiue excipiendo, ſi aduerſarius habet præſumptionem pro ſe. gloſſ. in cap. cum perſonæ. in ver. tradere. de priuileg. in vi. eſt autem præſumptio pro domino, quia eo ipſo quod eſt Rex, & dominus regni, præſumuntur omnia eſſe ſua, ſicut in prelato. cap. omnes baſilicę decimaſexta. quęſtione ſeptima. & ſic vaſallus non cogitur dicere titulum ſuę poſſeſſionis, ſi pretendit habere proprietatem: ſecus ſi prætendit titulum in re aliena. Aluar. in capitulo primo, circa fin. poſt numerum nonum, de controuer. inueſtir. vel regulariter quis non tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, tñ habẽs ius in re aliena, vt vaſallus tenetur oſtendere titulum, Præpo. in capit. ſecundo in fin. de feud. ſine culpa nõ amittet. L. cogi. C. de peti. hære. loquitur in eo qui poſſidet nomine proprio, & nihil recognoſcit ab actore: ſecus in eo qui fatetur ſe vaſallum vel emphiteotam. glo. Pari. prim. numero ſexto, in fin. titulo primo. §. quinto, iſto modo feudatarius tenetur oſtendere inſtrumentum feudi. Bald. in l. inſtrumenta, numero ſeptimo, C. de fideicomm. Quid de charta inueſtituræ. Idem Bald. in l. ceſſante. numero ſeptimo, C. quomodo & quando iudex. addi. ad Odoffr. in Sum. quomodo acquiritur feud. in ver. nouum. circa fin.

Et ſi velles tenere primam, pro qua vltra adducta, facit conſtitut. ab officialibus, ſub rubrica, vt nullus officia. cogat aliquem ad oſtendendum titul. ſuę poſſe. & quod dicit Bartol. in l. vnica, numero primo. C. de condu. & procu. prædio. fiſca. domus Auguſt. tunc, ſecundo loco adducta procedunt: nam habens duo beneficia,

cogitur

cogitur oſtendere titulum, ſi habet vnum, ſufficit
poſſeſſio.glo. fin. circa fin.in cap.1. de regu.iur.in
6. nec militat præſumptio de qua ſupra: aliàs inci
deremus in errorem Martini, qui dixit omnia eſſe
principis. Iſer.hic,qui etiam dicit, quod non tene-
tur poſſeſſor,& cõſueuit procurator fiſci per abu
ſum dicere,exhibeas titulum. Caſſan.in conſuem.
Burgun.rub.3.§.4.ibi,apres le dict,num.7.tamen
dominis & vaſallis debent ad inuicem edi & non
tradi inſtrumenta originalia.glo. prædicta. Pariſ.
1.tit.1.§.5.poſt numerum 6. & inſtrumenta feudi
quæ patronus apprehendit,tenetur reſtituere,re-
tenta copia: & non tenetur exhibere ſi pacifice
poſſidet.ea.glo.7.§.37.quo iure petit. & quid ve
nit in exhibitione.glo.3.num.3.16.& 18.titu.2.§.
51.& dominus non ſolum habet actionem contra
nouum acquiſitorem, ſed etiam contra vltimum
cenſuarium,vt declaret cui alienauit, & quo titu-
lo.ead.glo.2.num.8.titu.2.§.51.adeo quod vaſal-
lus, ſi confitetur ſe vaſallum,tenetur facere inſtru
mentum recognitionis feudi. & ſi negat non tene
tur,ſed amittit feudum.Bald.in l.ſi cum datam.C.
de liberali cau. Iaſ. in l. ex ea parte, poſt num.11.
de verborum oblig.& citatio generalis,quod oſtẽ
dat iura quæ quis habet in caſtro, & contra eos
quos conſtat tenere in allodium,non procedit,ni-
ſi in Rege.glo.prædi.Pariſ.tit.2.§.51.num.1.& 2.
19 legem.c.faciat.22.quæſt.2.quia lex naturæ eſt prima regula rationis, per quam Deo ſimiles ſumus. glo.ſuper pſal.4.eum inuocarem. Ibi ſignatum eſt ſup nos lumẽ vultus tui Dñe.iſta ſunt immutabilia, & poſſet dici principi, patere legem quam tu ipſe tuleris.l.cum quis.C.de natu.libe.in regno Siciliæ, vt ſupra, Regia Camera tractat omnes cauſas Regium fiſcum tangentes, vt in prag.2. & 5. in urdine ſub rub.de offi.procura.Cæſar. tempore Iſer. Magna Regia curia, ut hic, uume.85. circa prin.

prin. & ſi hoc in rebus; multo magis cognoſcit de criminibus ſpectantibus ad eum, quia perſonæ præponderant rebus; & vbi maius eſt periculum, cautius eſt agendum. c. vbi periculum maius, de electio. in 6.

Quid in Comite vel alio Barone. Cap. in deciſ. 114. & 130. in epiſcopo & alijs officialibus, idem Cap. in deciſ. 137. Lucas in l. generali. columna 2. circa princ. C. de decurion. cum diſt. de qua, in capit. 1. ver. punire, de pœnis. in 6.

Notat Iſern. hic, nume. 89. quod dominus eſt iudex inter ſuos vaſallos in omnibus cauſis, adeoquod habens dominium vtile vel quaſi vtile, non debet turbari in ſuo iure primarum cauſarum, nec primarum appellationum, in conſi. feu. diuer. 57. poſt num. 3. In regno Siciliæ exceptuantur criminalia. Pernus in conſil. 5. colum. 2. poſt princ. niſi habeat priuilegium cum iuriſdictione, & illius virtute poſſedit iuriſdictionem criminalem per annos 40. nam tunc per lapſum temporis cum dicto titulo, iuriſdictio ipſi præſcribitur. Ludou. de Moli. de Hiſpa. primog. lib. 2. cap. 6. numero 52. circa fin. cum merum imperium non ſit in commercio priuatorum. Bald. in conſi. 104. num. 2. primo volum. nec poſſit poſſideri ſine titulo, vt in conſimili. [illegible] quæ ad ſpeciale decus; vel eſſet prohibitum. l. 2. §. hoc autem, de excuſa. tuto. maxime ex forma conceſſionis, per quam conceditur terra, caſtrum, vel feudum, cum omnibus iuribus, iuriſdictionibus, territoriis, & pertinentiis ſuis, nam

20 quæ ſunt de iuriſdictione caſtri, dicuntur pertinentiæ. Alexan. in conſil. 23. num. 3. 5. & 6. 5. volum. Bald. in conſil. 420. ante & poſt num. 5. 1. volum. & quaſi per alluuionem latenter omnem ad ſe iuriſdictionem trahunt. Ioan. And. in ſimil. in capit. 1. poſt princ. de offic. ordi. in 6. & appellatione earum veniunt, non ſolum quæ in facto, ſed et quæ in iure conſiſtunt. Idem Bald. in conſil. 459. num. 3. 3. volum. nec inſiſto circa æquiperationem va-

21 ſalli & agricolæ quia Iſer. hic eos æquiperat, & cũ eo tranſit Lucas in rub. in fin. C. de agricol. & cenſi. nam tenetur excolere feudum. Idem Lucas in l. rura. colum. fin. circa princip. C. de omni agro deſer. Fre. lib. 2. ibi, quadrageſimaprima authoritas. & poſſet compelli ad relinquendum terras alienas. Caſſa. in conſue. Burgun. rub. 9. §. 22. in prin. poſt numerum 2. Piſcus poſt Azo. C. de colo. paleſt. nam vt plurimum tenetur dare certam partem fructuum domino. Affli. de controuer. inter maſcu. & fœmi. num. 15. circa fin. In ſecundo dicto Iſern. num. 91. dicit, quod dominus non poteſt eſſe iudex in cauſa ſua; ideo pares (ſi habet) diffinient. dixi ſupra in princ. alibi cognoſcit officialis Regius, qui eſt ordinarius, & habet præſumptionem fundatam in qualibet ſpecie iuriſdictionis, inferior qui dicitur ſubalternus, habet limitatam, & quomodo cogit inferiorem ad iudicandum. glo. tertia. Pariſ. titu. 1. §. 2. poſt numerum nonum. vſque ibi, tertiò.

SVMMARIVM.

1 *Sanctio eſt lex cum terrore pœnæ.*
2 *Iuramenta plura ſunt fidelitatis, quæ in diuerſis caſibus præſtantur a vaſallo.*
3 *Imperator & nonnulli alij exceptuantur, & ſubintelliguntur in iuramento.*
4 *Nominatim dicitur, quando nomen exprimitur.*
5 *Excipere, ideſt excludere.*
6 *Imperator excipitur in omni iuramento fidelitatis.*
7 *Vaſallus uno modo iurat pro feudo, aliter ſi non habet feudum.*

AD §. ILLVD QVOQVE.

ILLVD quoque Sancimus) Cum terrore pœnæ. Gram. in ver. ſanctio. inde

1 ſanctio eſt cum pœna adijcitur. Archidiac. in cap. conſequens, in fi. vndecima diſtin. & eſt verbum Imperatoris. Bal. in cap. 1. in princip. Impera. Lotha. Vt in omni ſacramento.) Non domini, quia ipſe non iurat, ſed habet

2 reſpectum ad alia plura iuramenta fidelitatis, quæ in diuerſis caſibus fiunt a vaſallo. Prapoſi. hic, columna 1. in fin. Fidelitatis.) Præſtitę a domeſtico, familiari, vel eo qui ſuſcepit adminiſtrationem vel confirmationem dignitatis, uel adminiſtrationis. & iurat non ſolum domino, ſed & uxori & filio, ſi vult; non tamen cogitur, niſi poſt mortem patris. Iaco. de Ard. zo. in Sum. quomodo vaſal. fideli. iu-

3 rare debeat. circa princ. Imperator.) Tam præſens quam futurus, Papa, Rex, perſona loquentis, & Aluaro. hic fere per tot. de Rege Franciæ. Prępoſi. hic, & glo. Pariſ. 6. titu. 1. §. 1. poſt numerum 12. de ſe ipſo. Bald. in l. 1. in 1. repet. quæſtio. 24.

4 de rerum diuiſio. Nominatim.) Per expreſſionem proprii nominis. l. 2. de libe. & poſthum. l. cer-

5 tum. ſi certum petatur. Excipiatur.) Ideſt excludatur. Gram. in ver. excipio. nam ſicut in voto & ſacramento ſubintelliguntur conditiones generales, ſi Deus voluerit, ſi vixero, ſi potero, ſi marito placuerit. glo. 1. in c. beatus, 22. quæſt. 2. dixi late ſup. An mutus uel aliter imperfectus. & exceptuantur quædam per Papam in inueſtitura regni. tangit Loffr. in §. præced. in princ. ſupra eo. ita excipitur hic Imperator, & antiquior dominus, qui etiã quod ſit eiuſdem conditionis cum alio, & ambo ſint eiuſdem honoris, prior præfertur. §. fina. hic finitur lex.

Declarato textu, dubia reddebatur eius deciſio, nam quod dicitur de Imperatore, debet dici de omnibus vel de nullo, quia lex ſubuenit æqualiter in opibus & diuitibus, & omnibus præbet ſecuritatem communiter. l. capitalium. §. ad ſtatuas. ff. de pœnis, not. Bart. in l. 1. num. 6. C. de apochis public.

Secundò, feudatarius qui capitaneus dicitur, habet a Rege. c. 1. de nat. feu. iſte ſubfeudatarius qui habet a capitaneo, dum illi ſeruit, dicitur ſeruire Regi, & ſucceſſiue non dicitur exceptus, quia nihil intereſt ſi mihi, uel alteri de voluntate mea ſoluatur. l. ſi enim dotem. §. tranſgrediamur. in glo. 2. ſol. mat. & paria ſunt aliquid fieri per principem, uel alium eius mandato. Affli. d. tit. hic finitur lex. in prin. in gl. num. 5.

Vltimò, cũ alijs, excipitur antiquior dominus. Iſer. hic cir. princ. ſi hoc in aliis, ergo & in perſona Imperatoris, quia debet cuiq; in ſua perſona placere, quod placuit in aliena. gl. in l. 1. ſi rer. credi. dic. quod quiſque iuris.

His non obſtantibus, determinatum fuit contrarium. Et ratio eſt, quia in qualibet diſpoſitione intelligitur excepta perſona loquentis.l.ſi mercedem.§.fina.ff.de actio.empti.Aluaro.hic,colum na fina.in princ.vnde in ſeruitio contra alium præſtando,excipitur Imperator qui hoc mandat:nam authoritas ſuperioris ſemper cēſetur excepta,Iſer. hic.Vnde vaſallus qui tenetur adiuuare dominum contra omnes,filium, & fratrem, non intelligitur contra ſeipſum.Ripa de peſte.ibi, de remedijs ad conſeruandam vbertatem, nume.250.contra patriā. Alber.in l.minime, nu.2. de relig.& ſumpt. fune. contra priorem dominum, nec dñm domini;quis ſit prior dominus,&,quid ſi habet duo feuda, vnum cum fidelitate & alium non. Odoffre.in Sum.contra quos teneatur vaſa.iuuare dom.& cōtra quos non,

Qua ſtante,non obſtat Primum;nam in multis differt dominus a vaſallo, Iaco. in ver. qui quidem inueſti.num.16.

Non obſtat Secundum, nam etiam quod permittat illum defendi contra alios, non tamen contra ipſum & filios.glo.pen.in fi.in reg.in generali, de reg.iur.in 6.

Vltimum non obſtat, nam ſi illud in domino
antiquiore,multo magis in Imperatore,cuius for-
tuna omnes ſupereminet. l. eum multa. C. de bo-
6 nis quæ liberis. Et ſic firma remanet concluſio,
quod Imperator excipitur in omni ſacramento fi-
delitatis,

Extende,idem in Papa, quia idem ius habet in ſuis vaſallis, quod Imperator in ſuis.glo.1.in cap. penul.22.diſtin.& procedit in quolibet ſuperiore, & patria, quia quilibet patriam ſuam defendere debet. Iaco.de Ardizo.in d.Sum.ibi,item præterquam.& habet locum tam in muliere,quàm in maſculo, quia etiam mulier iurat pro dotario.Afflict. in conſtit.mulier quæ dotarium, in 2.nota.& iuramentum generale de parendo mandato alicuius, non extenditur ad contrarium alteri præſtitum. Abb.in cap.veniens,in vlti.nota.de iureiuran.

Limita, dummodo conſtet dominum iuſta arma mouere, aliàs ad malum protegendum domino opem ferre non debet. Ripa vbi ſupra, de peſte. de remedijs ad conſeruandam vbertatem.numero 251. & 252. & non procedit ſi fecit ex neceſſitate, quia non ita ſubuenitur illi qui voluntarie fecit,ſicut illi qui ex neceſſitate.glo.in extrauagan.comm. ſuper cathedram. in ver.concedimus, poſt princip.de ſepulturis. Item non haberet locum contra honorem eccleſiæ. Iacob.de Ardizo. vbi ſupra,ibi,iurare autem.circa fin.nec in illis qui non ſunt vaſalli.Iacob.de Ardi. vbi ſupra. ibi,item minor.in fi.

7 Nota, quod vaſallus vno modo iurat pro feudo,aliter ſi non habet feudum. Iſer.hic poſt principium. ideo in omni iuramento a quolibet præſtito, tam feudatario quàm burgenſi, cap.1.de noua forma fideli. Afflict.in conſtitu.probationum, numero decimo,de probatio.in cauſa homag.tam ſi ſunt vaſalli ratione feudi ſubditi, vel domeſticatione iuriſdictionis. Bald.in cap.primo, numero ſecundo. qualiter vaſallus iurare debeat fideli. etiam quod differant inter ſe. Cap.in deciſio.162. numero decimoquarto. tamen in iuramento cuiuslibet ipſorum excipiatur Imperator, adeo quod ſi iurant expreſsè contra Imperatorem, non tenet. Aluaro.hic, num.4. dominus econtra,licet teneatur vices reddere, non tamen iurabit vaſallo, quia textus,in cap. de forma.22. quæſtio.5.non dicit, ſed tenetur quia promiſit apud Deum, qui dixit, ſit ſermo veſter eſt, eſt; non, non. Matth. 5. & cap.primo,22.quæſtio.1, Iſern.hic, & Aluaro. num.2.

Quæ ſint Regalia. Titu. LVI.

SVMMARIVM.

1 *Regalia dicuntur tribus modis.*
2 *Dignitatis humanæ, habent ſua queque inſignia.*
3 *Inſignia nobiliora faciunt quem digniorem.*
4 *Corona eſt ſignum cuiuſdam demonſtrationis, ex quibus conſiſtit,& habet quadam pracipua.*
5 *Inſula quid.*
6 *Purpurę indumentum, ſignum eſt regiæ dignitatis.*
7 *Electores imperij,corona & vnctio.*
8 *Regalia dicuntur quæ capiunt Reges eccleſijs vacantibus.*
9 *Beneficiorum regalium ius competit Regi priuatiue ad ſummum Pontificem.*
10 *Regna propria ipſorum Regum patrimonia.*
11 *patrimonium duplex,proprium & fiſcale.*
12 *Redditus terrarum ſunt principibus ſtatuti, ut ex illis viuentes a ſubiectorum abſtineant ſpoliationibus.*
13 *Negotium Regis, negocium Vniuerſitatis reputatur.*
14 *Nihil vtilius, quam quod neceſſitas principis impleatur.*
15 *Alijs qui vult prodeſſe, videtur prodeſſe ſibi,*
16 *Memoria conſeruantur, quæ in nouiſſimis ſunt.*
17 *Regalia ſunt,tributa portus, vectigalia, & ſeruitia.*
18 *Regalia non veniunt in conceſſione, niſi per verba ſpecialia,non æquipollentia.*
19 *Regalia non tranſeunt etiam ad filios,niſi per uſurpationem.*
20 *Prædeceſſor per ſuum contractum, non poteſt obligare ſucceſſorem, quominus poſſit regalia exercere.*

AD RVBR.

REGALIA poſſunt dici tribus modis. Primò dignitates regales, de
1 feud. Marchiæ. capitu, primo. Secundò, quæ Rex percepit eccleſia vacante, capit. generali, de electio. in ſexto. Tertiò, tributa ſeu vectigalia, portus, de quibus hic. Præpo.qui feu.dare poſſ. in prin. num.12.

2 Circa primum, dignitates humanæ habent ſua quæque inſignia. Fre. libro ſecundo. quis dicatur Comes. numero quinquageſimoquinto. &
3 inſignia nobiliora faciunt quem digniorem, quia ſignificat inueſtitutam dignitatis.Bal.in conſ.387.

circa

circa medium, 1.volum. Lucas in l.iubemus.l.1.
colum. 2. circa med. C.de præpo.ſacri cubi. Per-
nus in tracta, de Rege.colum.2. poſt princip,& li
cet corona non faciat quem Regem,eſt tamen ſi-
4 gnum & demonſtratio, quod ille ſit Rex . Bald.in
conſil.326. poſt numerum primum,1.volum.nec
debet ſi regem ſiue diademate appellare. Cap. in
ver.feuda officiorum.colum. 3.in fin. & 4.in prin.
ſigna autem ſunt tria, enſis, ſceptrum , & corona:
iſta quæ ſignificent. Affli.quid ſit inueſti, in prin.
poſt numerum 16. Corona eſt circulus capitis,
quaſi capitis rota. Lucas in l.vni. in princip.C.de
athletis: olim erat multiplex.Sed illa Regis conſi-
ſtit ex auro & gemmis pręcioſiſſimis.Idem Lucas
in rub. C. de auro coro. & in rub. & l.vni.C.nulli
licere in frę.ęqueſtri. & habet quædam præcipua.
Fre.lib.2. ibi,quadrageſimaſexta authoritas, circa
5 princip.alibi appellatur infula.Iſern.hic,circa prin
cip. & eſt textus , vbi Lucas, in l.muril eguli.C.de
murilegul. l. fin. C.de decurio. & l.2.in fin.C.de
primice. & ſecundice. & eſt nomen generale ad
omnem dignitatem. Afflict.in cap.1.num.18.poſt
medium,dicto titu.quid ſit inueſtitu. Zaba.in cle-
men.quoniam,in ver.dignitatem. nume.3. de vita
& honeſta.cleri.vel ſecundum alios,ſunt ſex ſigna
& eorum ſignificatum ponit Lucas in l.temperēt.
poſt medium . C. de veſtibus olobetis. Et inter
6 alia,purpuræ indumentum ſignum eſt Regiæ di-
gnitatis. Archidiaco. in cap.ſi baptizata. in princ.
de conſecra.diſtinct.4.de electoribus imperij,co-
7 ronis,& electione,ac vnctione. Zaba.in clemen.
in princip.num.6.& in ver. nos itaque.nume.6.&
10.& in ver. porro,poſt numerum 6. & 13. nota.
de iureiuran.Imperator capit tres coronas, vbi &
a quibus. Aluaro.in cap.1. nume.11. quis dicatur
dux. & videntur electores habere ius eligendi,tã-
quam collegium ex antiqua conſuetudine, Zaba.
in clemen. ſecunda, in ver. & vt facilius.circa me-
dium . de iurepatrona. Regalia ſecundo loco di-
8 cuntur , quæ capiunt Reges eccleſijs vacantibus.
Ioan. Andr. in dicto capitu. generali, nume.6.de
electio.in 6. Bald.Epiſco.vel Abba.in princip.nu-
mero octauo. Vnde in multis eccleſijs Gallica-
nis, Reges ſibi vendicãt temporalia. Ioan.And.in
additio. ad gloſſ. in cap. vni. in ver. iuriſdictio. &
poſt numerum tertium, de maiorit. & obedien.&
iura imperialia etiã in bonis eccleſiaſticis ſemper
remanent ſalua. gloſſ.in extrauagan. commu.vni.
in ver.exigimus , circa fin.de offic.delega. quia be
9 neficiorum regalium ius Regi compatit priuati-
ue ad Summum Pontificem , & eſt antiquitus a
Romanis Pontificibus introductum,vt non aſtrin
gatur ad conferendum infra tempus a canone in-
troductum , nec vti vacans in curia Papa confert.
gloſſ. Pariſ.titu.primo.§.27. numero nono. vſque
in finē. Sed beneficia regalia nemo habet niſi per
beneficium domini Regis.leg.de monaſterijs , de
epiſcop. & cleri.in Longobard. & in Regno Fer-
dinandus primus & ſecundus, ac Rex catholicus
permiſerunt concedere regnicolis & ciuibus ter-
rarum vbi ſunt beneficia , vt in capitulis regni,
pri.4.& 5. & decedente pręlato,pro coſtodia re-
rum eccleſiæ , deputantur tres de melioribus pro
illarum conſeruatione vſque quo de paſtore pro-
uideatur,vt in conſti.peruenit.de adminiſtratio.re
rum eccleſia.

Tertiò loco dicuntur regalia , quæ cohærent
perſonæ principis , nec poſſunt cadere in priua-
tos. Loffred. in conſilio vigeſimoquarto,numero
vndecimo,in fin. nam gentes prouinciis diſtinctis
Reges ſibi conſtituerunt, & ea lege regna eis de-
10 derunt,vt propria ipſorum Regum patrimonia eſ
ſent.Cam.ſupra titu.pręceden.cap.Imperialem,in
princip. inde ſtatuti ſunt redditus terrarum, vt ex
illis viuentes a ſubiectorum abſtineant ſpoliationi
12 bus .Lucas in l.vni. C.de ſuper ind.iſti dicuntur re
galia , quæ ſpecialiter ſpectant ad ipſum Regem
ſeu Imperatorem. Aluaro.infra in textu,in princ.
11 Qui duplex dicitur habere patrimonium, pro
prium & fiſcale: priuatum, quod habet tanquam
Titius & non vt princeps : & fiſcale, quod habet
tanquam princeps. Alexan.in conſilio 6. numero
quinto,quarto volum.Lucas in l.ſecunda, circa fi.
C.de fundis patrimo.& Cam. vbi ſupra. & ſic du-
plex patrimonium.§.fina. in ver.ſacris. Authen. vt
omnes obedien.iudi.vel bona in multiplici ſpecie.
Bald.in conſilio 271. numerō quinto , primo vo-
lumine. Pernus in tracta.de reg.& Rege.columna
ſecunda , in princ. Quidquid ſit, omnia principis
eſſe intelliguntur, ſiue fiſcalia ſint, ſiue patrimonia
lia. Bald.de pace Conſtan.in ver.imperialis,nume
ro vigeſimoſeptimo, in fin. Fiſcalia ſunt duplicis
naturæ: quædam inhęrent oſſibus Regis,vt nullo
modo alienari poſſint . quædam etſi regalia ſunt,
alienari tamen conſueuerunt. Cam.vbi ſupra,car.
37. columna 3. poſt medium. & rēs fiſcales quaſi
proprie & priuatę principis ſunt . l.ſecunda , poſt
principium,ff.ne quid in loco publi.& habet duos
procuratores, fiſcalem & patrimonialem. Bald.in
conſilio 404. poſt numerum 3.quinto volum.pa-
trimonium Comes rerũ priuatarum exigit . Cap.
in ver.feuda officiorum.car.6.columna prima,cir
ca fin.defenſor ciuitatis vel præſes prouinciæ tri-
buta.§.deinde. Authen. de defenſo.ciuit. l.1. & ibi
Lucas circa fin .C.de collatio.fundo.fiſca.& fiſca-
lia debent adminiſtratores vigilantes inſpicere.§.
eos autem. Authē. vt iudices ſine quoquo ſuffrag.
& iuſiuran. quod præſta. ab ijs, circa med. & fin.
13 quia negotium Regis,negotium vniuerſitatis vni
uerſitatis reputatur. Innocen.in cap.quanto,circa
medium,de iureiuran. Fre.lib.2.ibi,trigeſimaſepti
ma authoritas,circa med.ex quo dum ſuis fruitur,
non inhiet alienis. l.vni. in fi. C.de theſauris.vnde
nihil debet exigi diminute, ne forte inde fiſcus mi
nuatur.§.1.circa fin.Authen.de manda.princip.&
exactores ſi opus habuerint aliquo adiutorio,iudi
ces omne ſolacium & ſtudium eis conferant. §. ſi
verũ opus fuerit, Authen.vt nulli iudi. quaſi inter
ſit omnium,ne princeps conuertatur in grauamen
eorum. Iſern.in §. nec dominus feudi.columna 3.
in princip. numero 47.circa fin. titu.præceden. &
deficientibus publicis , cogatur ad aliorum bona
per iniquitatem manus extendere. Lucas in l.con-
tra publicam,columna 5.circa fi.C.de re milit.vn-
14 de nihil vtilius,quã vt neceſſitas principis imple a
tur.Idem Lucas in l.fi.col.fi. circa fi. C.de exacto.
tribu.cum amabilis ſit & appetibilis, res,quæ alio
rum ſunt, impie ad ſe vertere. §. quoniam. Auth.vt
ij qui obligat.&c. ſed conſultius eſt Regi ſua tue-
ri,quàm aliena adiungere. Lucas in l.fi.circa fi. C.
de curſu publico. Ideo qui voluit prodeſſe alijs,
15 voluit prodeſſe & ſibi.§.illud quoque. Authē.vt
non fiant pigno. & quod ſibi uiſum fuit iuſtum
apud ſubditos, debet videri iuſtum apud ſe &

fiſcum.Caſſan.in approba.conſue. Burgun.ibi, de
nos. in fi. nec eſt præſumendum quod Papa ſuam
iuſtitiam neglexerit, qui alios in iuſtitia tuetur.
Ioan.And.in cap.cum perſonæ, poſt numerum 4.
de priuileg. in 6. & ſi priuati iuris debita non pati-
tur denegare, multò magis præbenda ſunt ciuita-
tibus quæ iure debentur.l.ſi qui.C.de diuerſis prę
dijs vrban. & ruſti. inſuper ſi priuatos iniuſtitiam
paſſos adiuuamus, ſic & publicum illęſum mane-
rę volumus.§.1.circa fin. Authen.de manda.prin-
cip.ſic Imperator tractauit de alienis, & ſic de feu
dis, nunc de ſuis.l.2.C. de poſtula. quia ſi iura ſua
quibuslibet conſeruat, rationum ſuarum non de-
bet eſſe immemor, vt in conſtitu. dignum.de iure
ſuo curiæ obſerua. & ſi ſubiectorum ſingula iura
conſiderat, ſui iuris oblitum ire non debet. Pernus
in conſi.17.columna 2. in princ. & poſuit in fine,
16 quia quæ vltimo videntur, melius memoriæ com
mendantur.Specul.in titu.de aduocato.§.4.num.
11.in prin. & quæ in nouiſſimis fiunt in memoria
conſeruantur.Zaba.in clemen.vni.in ver.tranſitu-
rus. circa princip.& poſt numerum 1.de reliquiis
& venera.ſancto.& quæ burſalia ſunt, optime me
moriæ comendanda. idem Zabar.in clemen.1.in
ver. quibus. poſt numerum 3.de magiſtris.prout
17 ſunt tributa, portus vectigalia & ſimilia. cap. ge-
nerali. & ibi glo. in ver.regalia, de electio. in 6.
Iſta ſpectant non ſolum ad Imperatorem, ſed e-
tiam ad Regem. Aflict.hic in ſecunda quæſtio-
ne, numero quarto, & ita ſeruat totus mundus.Ia
cob.in ver.Princeps Pedemontium.ibi, ſed an prin
ceps. numero 19.poſt princip.etiam quod ſit crea
tus a Papa, & non ſit expreſſum.Cap.in ver.feuda
officiorum, car.5.colum.4.circa medium.Iſta non
poſſunt vſurpari, nec præſumitur pro poſſeſſore,
cum ſit contra ius commune, nec colorata poſſeſ-
ſio facit ius. Bald.in conſilio 311. circa fin.1.volu-
18 mine. non veniunt per verba ęquipollentia, niſi
ſpeciali conceſſione concedantur. Cam.in d.cap.
Imperialem.car.59.colum.4.circa princ.& 71.co
lumna prima, & ſecunda. poſſunt tamen concedi,
vt in conſtitu.ea quæ ad ſpeciale decus.& poſſunt
authoritate Papæ infeudari. Afflict.in cap.primo,
numero 6.dicto tit. Epiſco. vel Abba.non omnia,
ſed quæ longa conſuetudine fuerunt poſſeſſa. Bal
dus de pace Conſtan. numero 24.in fin.cum aliàs
indignum ſit priuatum iura regalia percipere. Lu-
cas in l.ſecunda, columna ſecunda, circa princ.C.
de iure reipublicæ.& ſi conceduntur, debet conſta
re per priuilegium. Pernus in quarto notab.poſt
principium.verbis expreſſis, quia verba quantum
cumque generalia non comprehendunt regalia.
gloſſ.5.Pariſ.titulo.1.§.primo, numero 55.circa fi.
& poſt numerum 60.adeo quod ſi Rex vendit op-
pidum cum mero & mixto imperio, etiam quod
in ſe nihil retineat, non videtur tranſtuliſſe in em-
ptorem ius regium. & ſi vendit partem regni ſui,
non pōt emptor vti immunitate collectarū.Caſ.in
conſue.Burg.rubr.1.§.quarto, in princip.numero
trigeſimooctauo.venit merum imperium conceſ-
ſo caſtro, ſed non mere regalia, puta poteſtas con
dendi leges, cudendi monetam, & ſimilia. Quid
in confiſcatione. Lucas in l.prima, columna pen.
circa fin.C.de priuileg.ſcola. Fre.lib.3.ibi, ſecun-
da formula.num.28.ante & poſt. nam non venit
ius regium, cum non ſit veriſimiliter conceſſurus.
Cap.in ver.feudorum acceſſoria, colum.4.circa fi.
Immo Rex per ſuum priuilegium quantumcum-
que plenum, merum imperium transferre non po
teſt. Lucas in l.in ſacris, columna fina. circa princ.
C.de proxi. ſacro. ſcrinio. ſi tranſtulit, non tranſit
19 ad filios, niſi per vſurpationem. Fre. lib.3. ibi, ſe-
cunda formula, numero 27.nec poteſt prædeceſ-
20 ſor per ſuum contractum obligare ſucceſſorem,
quominus poſſit regalia exercere, & contrahere in
præiudicium ſucceſſorum. Soci.in conſi.4.num.8.
& 9.3.volum.ſed ſi infeudat, non valet conceſſio,
niſi adſit clauſula, motus proprii vel certę ſcientiæ.
Præpoſit.ſupra in pręludiis, numero 25.cum iu-
ra de quibus infra, nullus priuatus rationabiliter
poſſidere poteſt. Lucas in l.2. poſt princip.C.de
fundis limitro.

SVMMARIVM.

1 *Media præſumuntur, cuius ſunt præcedentia & ſequentia.*
2 *Iſer. nimia prolixitas authori moleſta, nec ſinit eſſe breuiloquum.*
3 *Regalia dicuntur res regni, principaliter pertinentes ad Regem.*
4 *Armadiæ ſunt gabellæ, quæ debentur ex confectione armorum, uel gabellis animalium.*

AD TEXTVM.

REGALIAE.) Iſta lex eſt Frederi-
ci, prout præcedens, qui ſequitur eſt
1 Henrici: ideo media præſumuntur,
cuius ſunt præcedentia & ſequentia.
Iſern. Afflict.& Præpo.ſupra eod.in
rub.nam finis reſpicit principium. Archidia.in ca-
pit.ſane.15.quæſtione 3.& duo extrema probant
& trahunt ad ſe medium. Idem Archidiac.in cap.
quia.poſt medium. 28.diſtin.medium trahitur ad
principium, & econtra. Afflict. in conſt. in cauſa
depoſiti.in prima quæſtione num.3. in fi. de cau.
depoſi.in §. præterea, in glo.3.nu.42. quæ ſit pri-
ma cau.benefi.amit.conſummatio ad initium, &
ſecundus actus vigore proteſtationis trahitur ad
primum. Lucas in l.eos. columna ſeptima.poſt me
dium.C.de his qui ſponte mune.ſube.& in l.3.co
lumna ſexta, circa fin. C.de præd.curia.publicatio
trahitur retro ad tempus rogatus, cum ad illud ha
beat neceſſariam conſequentiam. Pau.de Caſt. in
conſilio 168.numero 4. circa fin. primo volumi-
ne. maius pactum trahitur ad minus: pactum do-
tis trahitur ad donationem. Innocent.in cap.fina.
poſt principium, de donatio. inter virum & vxor.
priora ad poſteriora trahuntur, non econtra. §.1.
in ver.verumtamen.Authen.de non eligen.ſecun.
nuben. ſublatis mediis videntur ſublata extrema.
Præpoſi.in §.& quia. numero quinquageſimono,
in fin. qui feud. dare poſſ. & per extrema colli-
guntur media. Pau. de Caſt. in conſilio 341. nu-
mero quinto, primo volum.ac extremitatibus pro
batis, probantur media. Socin.in conſilio 187.nu-
me.18. circa fin. ſecundo volumine.& eſt Frederi
ci primi, vt per Aluar. ſupra eo. in rub.circa med.
2 In iſta lege Iſern. ſe multum extendit, & eſt nimis
prolixus in verbis potius quàm in ſententiis. Bald.
hic in fi. ideo proteſtor, ꝙ prolixa & confuſa uer-
ba ipſius, non ſinent me eſſe breuiloquū. Io.And.
in cap.

in cap. ſolet, in princip. de pœniten. & remiſſio. in
ſexto, licet ſuperfluitas & nugatio reprobentur,
Zabar. in clemen. prima, in ver. nos igitur, de ver-
borum ſignific.

Sunt autem regaliæ, non dignitates regales,
quæ ſunt tres, Marchia, Ducatus, & Comitatus,
Bald. de feud. Marchiæ. nume. 3. circa fin. Cap. in
ver. prærogatiuæ. colum. 2. circa princ. ſed res re-
3 gni principaliter pertinentes ad Regem. Iſern. ſu-
pra eodem, in rub. circa princ. etiam quod Reges
& alij magni domini in eorum dominijs & terri-
torijs habeant Ducatus, Marchionatus, & Comi-
tatus, vt in Italia. Soci. in conſil. 68. in princ. & nu-
4 mero 3. 1. volum. & 165. 2. volum. Armadiæ.) Id
eſt, gabellæ, quæ debentur pro confectione armo
rum: nam multa ſunt nomina gabellarum in re-
gno, quæ alibi neſciuntur. Iſern. hic, in princip. &
inter alia eſt ius baliſtarum, vt in ritu Cameræ: de
iure baliſtarum, quod eſt ius nouum impoſitum
per Federicum vaſſellis nauigantibus vltra mare;
vt ſi eſt trium gabiarum, debeat in redditu porta-
re baliſtas tres. ſi duarum, baliſtas duas. ſi vnius
baliſtam vnam. Iſtæ in armamentis publicis re-
condebantur; & eas baliſtarij corrigebant, atque
renouabant. Authen. de armis, poſt princ. inde ar-
mamentarium locus vbi reponuntur. 2. Paralipo-
menon. 11. Lucas in l. maximarum. colum. 2. in
princip. C. de excuſa. mune. & armadię, vt hic: vn-
de ſi armorum tranſuectio neceſſaria fuerit, præ-
fecto pretorio debent dirigi, & quibus, & armorũ
numerus, & ex quo loco fuerint transferenda ſi-
gnificetur, vt is confeſtim ſua perceptione faciat
comprehendi. Pileus in Sum. poſt A 20. C. de Fa-
bricenſi. poſt numerum 6. vel nomen eſt certæ
gabellæ, quæ debetur ex armentis animalium,
mandros enim grece idem eſt, quod ouis, & ſic de
nominatur ſecundum vſum patriæ. Alvaro. hic, nu
me. 1. ante & poſt. & Præpoſi. colum. 2. in princip.
quod in regno dicitur ius aſſidaturæ, vt in ritu Ca-
meræ, de iure aſſidaturæ herbagij, & paſcuorum,
ſeu ius herbagij quod fida vocatur. Lucas in l. ni-
hil, columna ſecunda, poſt princip. C. de palat. ſa-
cra. largi. de cuius antiquitate pomis do haneti js,
& vnde Apulea. Fre. lib. 2. ibi, quadrageſima ſexta
authoritas, numero duodecimo, ſeu libera armi-
diæ ab ariditate dicuntur. late Iſern. hic. Quæ licet
in ijs, in quibus populus Romanus Imperium ha-
bet, populi Romani ſunt. d. l. littora. ſſ. ne quid in lo-
co publico. & mare commune eſt omnium, litto-
ra & aer. l. iniuriarum. §. fin. ff. de iniurijs, tamen
quo ad dominium ſunt in bonis nullius, circa v-
ſum, ſunt communia. reſpectu iuriſdictionis & p
tectionis ſunt principis, & ponuntur inter regalia.
Cap. in ver. feudorum clauſulæ. ibi littoribus. Fre.
libro ſecundo. quia dicatur Marchio. num. 5. & di
cendo maxime dignus, aliud dixiſſe videtur. glo.
rub. C. de rebus credi. & iureiuran. vnde creare
Admiratum in mare ſpectat ad Imperatorẽ, quia
ius regale eſt. Fre. lib. 1. de officio Admirat. maris.
num. 9.

Sed quomodo princeps concedit, vt in littori-
bus & alijs vſui hominum & ciuitatis deſtinatis,
vt Campus Martius, forum, theatrum, & ſimilia.
l. Aphricanus, libro 20. epiſtolarum apud Iulia-
num, de lega. 1. quis poſſit ędificare, cum non
poſſit concedere publica, Parſ. de ſindic. in ver.
de exceſſibus Baronum erga ſubditos. in prin. nu-
me. 20. Iſer. hic, poſt numerum ſecundum. dat plu
res ſolutiones. Dic, quod poſſunt impetrari & con
cedi cum incommodo alterius paruo, & non ma-
gno. dicta l. 2. §. ſi quis a principe. & ibi glo. in ver.
impetrauerit. ne quid in loco publico. iam ſi det
a Principe, Senatu, Lege, q̃ Vniuerſitate, vel Cõ-
ſuetudine. Lucas in l. 1. C. de diuer. prædiis vrba-
nis, & ruſti. Boer. in deciſ. 320. num. 17. ſemper e-
nim in qualibet conceſſione etiam generali, ius ter
tij exceptuatum videtur. Dec. in conſil. 664. num.
7. 5. volum. Alex. in conſil. 37. nume. 2. 1. volum.
tam ſi eſt ius in re, quam ad rem. Deci. in conſil.
525. colum. fina. poſt princip. 580. num. 3. & 606.
in fin. poſt numerum 18. niſi derogetur in ſpecie.
Alexan. in conſil. 21. numero 10. 5. volum. vel niſi
vſus publicus per tale ędificium impediatur, et ſic
nemo propter tale ędificium damnum ſentiat.
Cap. vbi ſupra. ibi, littoribus, circa princ. l. 1. §. nun
tiamus, de operis noui nun. & concedit princeps
qui eſt lex animata. Auth. de conſuli. circa fin. In
regno Siciliæ, littora cuſtodiuntur pro parte Cu-
riæ Regia, & quantum ſe protendunt per iactum
baliſtæ, nunquam intelliguntur venire in conceſ-
ſione terræ maritimæ. & in conceſſione terrarum
cum pertinentijs, non veniunt littora, niſi dica-
tur. Fre. vbi ſupra. nom. 20. & 22. & videmus quo-
tidie, Reges concedere littora & poteſtatem ædi-
ficandi vſque ad mare, etiam cum incommodo ci-
uium. Conſulerem tamen dicit Cap. vbi ſupra. ibi,
littoribus. in fi. quod in priuilegiis ponantur clau
ſulæ, non obſtante, ex certa ſcientia, & plenitudi
ne poteſtatis. licet alibi damnoſa fiſco nec iuri con
traria poſtulari oporteat. l. 3. C. de precib. Imperii.
offer. tamen ſiue ſint bona patrimonialia Cęſaris,
demanialia, regalia, ſiue fiſcalia, poteſt diſponere
prout vult. Fre. libro 2. ibi, trigeſimoſeptimo quæ-
ro. num. 5. Vltra quod res ciuitatis Romanæ pro
prie dicuntur, publicæ; aliarum verò ciuitatum
abuſiue. Archidia. in cap. quid ergo. circa fin. 23.
quæſtione 4. & principi contra ius quando ſit pa-
rendum; idem Archidiaco. in cap. reſcripta. 25.
quæſtione ſecunda.

SVMMARIVM.

1 *Via quid, & unde.*
2 *Publicum quid.*
3 *Via publica quæ dicatur.*
4 *Licentiam ædificandi in publico, non poteſt dare lo*
cumtenens.
5 *Pontes facere non licet ſuper uijs.*

AD VERB. VIAE.

1 VIAE.) Seruitutes viarum. Bald. in l. fi
na. de ſeruitu. ruſti. præd. quæ dicun
tur ab eundo, quaſi, ia, eo quod per
eas eatur. Gramma. in ver. via. & ſunt
ius eundi, agendi, & ambulandi, nam iter & actũ
in ſe continent. l. 1. ff. de ſeruit. ruſti. prædio. Publi-
2 cæ.) Quaſi populicę. Ioan. Faber, in §. litorum. in
princip. de rerum diuiſi. & differt commune a pu-
blico, nam commune eſt, quod omnibus patet

hominibus & animalibus; publicum quod eſt in vſu hominum tantum, vt per Ioan. Fabr. vbi ſupra. Commune omnium eſt aqua maris, & flumen publicum. Flumina dicuntur publica quo ad proprietatem; communia quo ad vſum, Bald. in conſilio 72. numero primo, primo volum. & ſunt quædam publica, quorum vſus ad priuatos pertinet. l. qui tabernas. ff. de contrahen. emptio. vt
3 viæ publicæ, de quibus hic. Dicitur autem via publica, certum ſolum, certis finibus limitatum, publicatum per Principem, pro vſu publico, mediante eo qui habet ius publicandi. Præpo. hic, columna ſecunda, circa princip. Cap. in ver. feudorum clauſulæ. ibi, vijs publicis. & in ver. regalia. ibi, viæ publicæ, & Aluaro. hic poſt numerum primũ. & licet publicum reperiatur in multiplici ſpecie. Iſern. hic, hic dicitur publica, ad differentiam vicinalis, quæ poteſt præſcribi, & in ea licite ędificari. Bald. in conſilio quadrageſimoquarto, quinto volumine. Publicum autem contra ornatum & decorem ciuitatis, non licet etiam per reſcriptum ædificando occupare, & ſi conceditur generaliter opus publicum, intelligitur de deſtructo & diruto, quod non ſit in vſu publico. l. præſcriptio. & l. ſi aliquando, C. de operibus publi. non poteſt claudi vel in eo fieri gradus, quia poteſt plus vnus in prohibendo, quam reliqui permittendo. Affli.
4 hic, nume. 11. adeo quod præſes non poteſt dare licentiam ędificandi in publico, nec Locumtenens Regis, niſi ſit ſpecialiter eis conceſſum. Idem Afflict. in conſtit. beneficium. numero quarto, de reſtitu. reipubli. & ſi in vſu loci publici duo concurrunt, neuter alteri interdicit, ſed melior eſt conditio conuenti, dicta l. ſecunda. gloſſ. ver. ad obtinendum, ne quid in loco publi. Bald. in conſi. 463. numero tertio, in fine. quarto volumine, & cum viæ ſint populi, domini terrarum non poſſunt illas dare nec mutare, quia quod omnium intereſt, ab omnibus concedi debet. Ioan. Faber in dicto §. lictorum, numero ſecundo, & mutatio illarum & aggerum, debet fieri expenſis pro quantitate patrimonij poſſeſſoris. l. 2. C. de immu. nemi. conce. Caſſa. in conſue. Burgun. rub. 1. ibi, & droictis. d. icellis,
5 numero 35. nec poſſunt fieri ſuper eis pontes. Bal. in conſi. 292. num. 2. 2. volum. pons vnde, & mutato loco ꝙ non dicitur idem pons. Bal. in rub. poſt numerum 28. de rerum diuiſio.

S V M M A R I V M.

1 *Flumen reperitur pluribus modis, & vnde dicatur.*
2 *Flumina ſunt de regalibus, & vſus eorum eſt publicus.*
3 *Molendinum an liceat facere in flumine publico, ſupra molendinum alterius.*
4 *Antiquitati ſtatur in paſcuis, pontibus, aquis, & commoditatibus aquarum.*
5 *Regis poteſtas.*
6 *Priuilegium ſufficit allegare, & probare poſſeſſionem.*

AD VER. FLVMINA.

1 FLVMINA.) Flumen & via publica ponuntur vt ſeperata. Bald. in l. fin. de ſerui. ruſti. præd. iſta quandoque appellantur ligna concaua in quibus colliguntur aquæ pluuiales vel naturales, quæ ſemper fluunt. gl. in l. foramen. in ver. flumen. ff. de ſeruitu. vrbano. prædio. aliquãdo quod ſtillat per digitum vel foramen. l. Lucius. in glo. ſecunda. de ſeruitu. ruſti. prædio. vel quod fluit per terram; & iſtud eſt duplex, torrens & perenne, ſeu publicum & priuatum. l. prima. ff. de fluminibus, priuatum vel proprium, quod non perpetuò currit, ſed areſcit in æſtate, & incipit ex fonte qui in agro priuato oritur, & diſcurrit per prędia priuata vſque ad mare. Cap. in ver. feudorum clauſulæ. ibi, fluminibus, poſt princip. vel priuatum, quod ad tempus fluit: & eſt manufactum, glo. in l. nemo. de rerum diuiſio. Caſſan. in conſue. Burgun. rub. 13. §. ſecundo, in princ. Publicum cognoſcitur ex tribus, ſcilicet quod non fluat per prædia priuata, ſed per publicum alueum. Bald. in conſi. 62. numero ſecundo, 3. vol. ſecũdò, ꝙ ſit nauigabile; vt hic: vbi Aluaro, poſt numerum pri-
2 mum. huius proprietas eſt Cęſaris, quia eſt de regalibus. Iacobi. in ver. ibi, fluminibus. numero primo. Fre. libro ſecundo. ibi, trigeſimaſeptima authoritas. columna 1. poſt medi. non poteſt imponi ſeruitus, l. 2. ff. commu. prędio. tertiò, quod & eius vſus ſit publicus. Præpo. in §. ſi quis, poſt numerum duodecimum, de controuer. inueſt. & ſic omnia flumina nauigabilia, & ex quibus fiunt nauigabilia, pertinent ad ſtatum imperij, & ſunt regalia, quia ad Imperatorem pertinent. Alexan. in conſilio 194. numero octauo, ſecundo volum. licet ſint pauca quæ in ſe ipſi orta ſint nauigabilia, vel faciunt alia nauigabilia. Iſern. hic, in principio. qui etiam dicit, quod plerique domini terrarum habent molendina, & alia ędificia in flumini-
3 bus. An autem in flumine publico ſupra molendinum tuum poſſim facere aliud? Vltra Iſern. hic, numero quinto, videtur quod poſſit, cum diſtinct. de qua ſupra, aut eſt publicum, aut priuatum. Si publicum; ſiue ſit nauigabile vel non, & tunc requiritur iuſſus principis. Si priuatum, aut ſit ad alterius iniuriam, vel non; priori caſu non poteſt. Alexander in dicto conſilio centeſimo nonageſimoquarto. nam impedire alium non poſſet. Loffred. in conſilio decimotertio, numero decimoquarto. aliàs ſic, dummodo fiat in ripis proprijs, etiam quod diuertat aquam, & non impediat vſum piſcationis vel nauigationis. Bald. in rubrica, numero decimo. & in leg. item lapilli, numero quinto, de rerum diuiſio. nec poterit primus in ſuo ſuffocare aquam. Iacobi. in verb. & cum molendinis. numero ſecundo. Et habens molendinum inferius, poteſt primum prohibere a coarctatione aquæ quando aqua eſt communis, quia flumen publicum. Bald. in leg. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium, in fine. vbi idem ſi flumen priuatum, ff. de edendo. & valet pactum cum habente molendinum inferius, quod non fiat ſuperius. idem Baldus in lege penultima, ff. de pactis.

4 Vltra

4 Vltra quod in paſcuis,pontibus, aquis, molendi-
nis,& in ipſis commoditatibus aquarum,ſtandum
eſt antiquitati. Bald.de pace Conſtan.in ver.impe
rialis,poſt numerum decimumquartum. Barbat.
in conſi.135.poſt numerum decimam,inter conſ.
Alexan.4.volum.Alex.in conſi.203.num.7.6.vo-
lum.Bald.in §.ſi quis, de manſo,poſt numerum no
num.de controuer.inueſt.& attenditur conſuetu-
do.Aluaro.hic,num.7.circa princ.& eſt textus,in
l.4.C.de aquęductu, & ſic molendina in ſolo pro
prio licet ſecus viam ſunt ędificatoris. Bald.in con
ſil.336.in fi.5.volum.& ſolus Princeps vel ciuitas
cuius eſt flumen, poteſt concedere priuato vt fa-
ciat ibi cluſam pro molendino. Præpo.hic,colum.
2.poſt princip.

Quid ſi volt vti pro irrigatione agrorum. l.Im-
peratores de ſeruitu.ruſti.prędio.glo.& Affli ct.in
d.§.ſi quis de manſo,ante & poſt numerum trige-
ſimumſeptimum. Aduerte tamen,quod in viis pu
blicis & littoribus, non debet princeps concedere
quæ ſunt iuri communi & publico contraria. Iſer.
hic, num.6. vnde iniqua fuit permiſſio molendini
conſtructi in caſtro Capuano,& iniquior aliorum
quæ extructa ſunt in domibus ciuitatis Neapolis.
Lucas in l.penult.poſt principium, d.titu. C.de a-
quęductu.& an potuerit donare? Iſer. diſputat ad
partes, etiam quod ſit parum vtile, vt ipſe dicit.
Dic tamen, quod quę ad communem vtilitatem
præfixa ſunt, non debent trahi ad priuatum com-
modum.glo.1.in cap.2. de ſupplen. negligen.præ
la. ne quod aliquando fuit publicum, poſtea effi-
ciatur priuatum.l.diligenter.C.de aquęductu.Iſta
prohibētur peti,ergo & concedi. l.2.C.de petitio.
bono.ſublat. quia cuius prohibetur petitio, eiuſ-
dem facta conceſſio non valet.l.1.in ver.relinqua
tur. eodem titu.de petitio.bono.ſubla. & ſic non
poteſt concedere fontem,quando populus habet
ex illo aquam. Cap.in ver.regalia.ibi,molendina,
in fi.nec demanialia. Afflict. ſupra eod. in rubr.in
5.quæſtione, numero decimoquarto. & qui ſuc-
ceſſ.tenean.num.32.Pernus in tracta.de principe.
columna 7.poſt principium,& 11.circa fin. Lucas
in d.l.2.in fi.C.de petitio.bono.ſubla.& quæ con
ſtituta ſunt in limitibus imperij. l.omnes fundi. &
ibi glo.C.de fundis patrimon. & Rex quanto ma-
5 ior eſt, tanto in eo debet eſſe præſtantior intelle-
ctus. Bald.in conſi.217.numero quarto,circa fin.
3.volum.nec eſt veriſimile, quod voluerit aliquid
iniquum,cum eius actus debeat eſſe ab omni ma-
litia & diminutione alienus: iniuria debet eſſe ab
eo remota. nam princeps qui tenet ſupremam po
teſtatem, debet ſeruare ſupremam honeſtatem. in
conſil.feud.diuer.39.poſt nume.12. cum poteſtas
ſub ratione reſtringenda ſit. Loffr.in conſi.50.nu-
mero 8. circa fin. quia ſecundum Auguſtin. ſi vis
omnia tibi ſubijcere, ſubicias te rationi. Et ſecūdū
Senecam,ratione vincendum. Archidiaco.in cap.
fruſtra. in princip.8.diſtinct. & in cap.ita.vndeci-
ma,quæſtione 3. aliàs non dicitur poſſe, quod cū
peccato fit. cap. faciat. vigeſimaſecunda,quæſtio
ne ſecunda.vel quod non poteſt ſine calumnia ſeu
temeritate. Bald.de controuer. inter domin.& em
pto.numero ſecundo, circa fin. nam turpe pecca-
tum ſui natura nec regibus eſt permiſſum. Idem
Bald.in conſilio 365. poſt numerum ſecundum;
quinto volumine. poſſe peccare non dicitur poſ-
ſe.cap.fina. colum.fi.circa prin.de pœniten.diſt.2.
cap.1.in ver. omnipotens. de Summa Trinit. ſed
id poſſumus,quod de iure poſſumus.l.Nepos Pro
culo. de verborum ſignific.Lucas in l.fina.colum.
4.in fin. & 5. C. de exacto. tribu. etiam quod le-
uiſſimum omnium putant ſi peierant. §. quidam
enim. Authen.quibus modis natu. effic. ſui. multi
hoc pignus habent pro modico. Zabar.in clemen.
1.in ver. propter quod.numero quarto, circa me-
dium.de hæreticis. & Deum non timendo, mini-
me formidant peierare.l.antiquis. qualiter quis ſe
defendere debet. in Longobard.licet nonnulli cito
adimplent contemptu religionis: alij perquam
timidi diuini numinis vſque ad ſuperſtitionem,
nullo modo adimplerent. Inde prætor conſultiſ-
ſime remittit conditionem iuramenti, & ſi detur
vel fit,interpretatur quod in ſacramento contine-
tur. Azo in Summa, C.de iuſtitutio. & ſubſti.poſt
numerum ſecūdum. & princeps ſi eſt iniuſtus,ha
bet plectētem & reſiſtentem Deum, maxime tem
poribus iſtis, quod vindicta Dei non habet mo-
ras. Bald.in dicto conſilio 217. numero primo,in
fin.3.volumine. maxime quia princeps auferendo
ius quæſitum ſine cauſa, dicitur tirannus.in con-
ſil. feud. diuer.2. poſt numerum 118.& Rex eſt,
dum ſalutem commiſſi ſibi gregis curat: ſi autem
cupidus & delicatus ſit, tranſit in nomen deteſta
bile & durum, & fit tirannus. Seneca in epiſto-
la 105. quem refert Bald.in conſilio 404. numero
quinto, circa fin. quinto volum. nam auaritia in
Rege eſt malum. Cap. in verb. feuda officiorum.
in princip.& poteſt dici leo rugiens, & vrſus eſu-
riens princeps impius ſuper populum pauperem.
Prouerbio. 28. & dicitur quaſi tirannus, ſi non
tanquam reſpublica ſe gerit. Bald. de feud.mar.
numero primo, poſt medium. princeps non bene
gerens, non eſſe principem. Cap. in d. ver.feuda
officiorum. colum.7. circa princip.ſi eſt iniuſtus
vocatur tirannus. Pariſ. de ſyndic. in ver. de Re-
gum,Princip.& Ducum exceſſi. cap.ſecundo.vn-
de filiis non debet tradi regnum magis amplum,
ſed firmius, & diuturnius, & bene fundatum.
Bald.in conſilio 326.numero quinto, circa fin.1.
volum. iubendo fiſcum parere ſanctioni.l.3. C.de
fiſca.vſuris.lib.10. nec illi quantum ad hoc parce-
re. §. neque illo. poſt medium. Authen.de trien.
& ſemiſſ. ſed pręcipere illius iuſtas lites ſilere.l.
iuſtas. C. de iure fiſci. lib. 10. licet fiſcalium ratio
militibus, priuatis, ipſiſque templis & cunctæ rei
publicæ vtilis & neceſſaria ſit. §. ſed neque. circa
fi. Auth.de manda.prin.

Pro alia parte facit, quod princeps & domini
faciunt de bonis ſuis quod placet,& de conſuetu-
dine generali voluntas eorum ſeruatur pro le-
ge. Bald. in conſilio 248. circa fin.primo volum.
fiunt multa per principem, quæ aliàs non fie-
rent.l.diui.in verb. fieri. ff. de pœnis. eſt Deus in
terris. not. in l. ſacrilegij. C. de diuerſis reſcrip.
& ſicut Deus in cœlis, ita Princeps in terris. l.
iubemus nullam nauem. in verb. cœleſti. C. de
ſacroſanct. eccleſ. nemo dicit, cur ita facis. gloſ.
in extrauagan. Ioan. ad Apoſtolatus. de conceſ-
ſio. præben. Fre.libro ſecundo. ibi,trigeſimoquin
to.poſt numerum quartum.ſicut in Papa. Pau.de
Caſt.in conſilio 288.circa princip.& 318.poſt nu-
merum 5. circa princ. 1. volum. Rex eſt, & alium
non timet, nec habet ſuper ſe.cap.totam.cum ibi,
not.de pœniten. diſtinct.3. nec habet hominem,

qui ſua facta dijudicet.Iſern.in §. præterea ſi inter duos.nom.81.circa fin.de prohib.ſeud.aliena.per Fre.omne quod vult facit,& ſermo illius poteſtate eſt plenus. Lucas in l. poſſeſſores, circa fin.C. de fun.patri. Bald.multa de poteſtate Principis ſupra,in prælud.nom.34. §.fin.nume.3. circa fin.de noua forma fideli.& diſputare non intereſt de poteſtate principis, quoniam facit quod vult. Cap. in d.ver.ſeuda officiorum. colom.1.circa fin.& 2. etiam in fin.& in ſpecie, quod poſſit publica donare.l.omnia. C.de pag.& ſacrifi.& ſingulis cui placet diſtribuit.Authen.de conſulib. in fi.& hoc ſi facit cum cauſa.Iſern. hic, & in ver.vectigalia.num. 16.circa fin.& ita præſumitur. Cap. vbi ſupra, in ver. feuda officiorum. columna 1.ibi,Rex nihil facit. & car. 5. columna 4.circa med.& quod iuſte agat, nec poſſit delinquere, nec poſſit cum eo dolus fieri.Pernus in tracta.de principe. columna 5. in princ. licet cum eo in quibuſdam non requiritur cauſa. Bald. in conſil.328.num.8.1.volumine. & principi, vt dixi, non dicitur, cur ita facis. Ecclesiaſtes. 8. Pernus in conſil. 32.columna 12. in princip. Afflict.ſupra eod.in princip.numero 99. quando vtitur plenitudine poteſtatis. Decius in conſil. 655.numero vigeſimoquarto, quinto volumine.Afflict.in §.fina.num.16.circa fin.de capi. qui cur.vendi.vltra quod ex forma priuilegiorum veniunt.

Et ſic dicitur flumen cum aquis aquarumque decurſibus. Lucas in l.vſum.columna prima, poſt principium,& 2.d.titu. C. de aquęductu. Bald.in conſil.188. numero 2.2.volum. Cap. in ver. feudorum clauſulæ. ibi, fluminibus & fontibus,riuis. ſunt in patrimonio fiſci, & ſic ante donationem Regis: poſtea donatarii, quo ad vtile dominium. Loffred.in conſil.13. poſt numerum vndecimum,& duodecimum. & veniunt in conceſſione regalium, adeò quod ſi dicatur, a tali flumine vſque ad tale, vtrumque venit.Bald.in d.§.ſi quis, de manſo.num.16.de controuer.inueſtit,tanto magis, quia ſeruitutem quam conſtituit vni,poteſt & pluribus, dummodo primus non impediatur.l. qui per certum. ff. commu. prædio. & ſi compatiuntur ambæ conceſſiones, valent: aliàs prior præualet. Bald.in conſilio 227. num.12.1.volumine. & valet, maxime ſi ſecunda eſt ſine iniuria primæ. Afflict.in cap.2.numero 32.poſt medium, de feudo dato in vicem leg. commi. vltrà quod in conceſſionibus aquarum publicarum,ſemper cenſeutur reſeruata iura eius cui primo facta eſt conceſſio: & ſi eſt dictum, non obſtante conceſſione alteri facta,intelligitur de inualida. idem Affli. in cap.ſi facta, numero decimo,in fi.ſi de feu.fue. controuer.inter domin.& agna.& Comites & Barones ex forma priuilegiorum,& vetuſtæ conſuetudinis in terris eorum, habent nonnulla demanialia, iuriſdictiones,aquas,curſos aquarum,montes, nemora & paſcua. Boer. in deciſio. 212. poſt numerum decimumſextum. Loffred.in dicto conſilio 13. numero ſeptimo. licet quædam non conſueuerunt obtineri, etiam per priuilegium principis, vt pedagia vel pſalmatica. Bald.in conſilio 420. poſt numerum quintum, primo volumine. ſed poteſtas principis non eſt allegata formis & limitibus aſtuctis. gloſ.prima, Paril.titu.primo, §. octauo, numero 43.circa fi.

Quid in præſcriptione aquæ ducendæ, an ius alterius excludatur? dic, quod non. Lucas in d.l. vſum aquæ. circa princip. C.de aquæductu.quia ſi priuilegium non valet, nec vetuſtas valebit. Loffred. in conſilio quadrageſimo, numero quadrageſimoquinto.in iis quæ non poſſunt poſſideri de iure communi. glo. in cap.illud, 93.diſtinct. ſed vt poſſit duci aqua a curſu per foramen,ab illis per quorum prædia diſcurrit, requiritur immemorialis. in conſil.ſeud. diuer. 60, ibi, circa.poſt numerum nonum. nam puteus aquæ, communis eſt omnium vtilitate. l. ſi animal. de damno iniuria dato. in Longobar. vnde ſi vicinia habent puteum, clibanum,vel porticum communem qui egent purgatione vel refectione,vnus renunciando vſui,non euitat contributionem.Specul.in titu.de cenſibus.§.2.numero decimo.& in præſcriptione, ſiue quis agat, ſiue excipiat, habet ius commune
6 pro ſe ſiue contra, debet allegare & probare titulum ſecundum commu.opinio.not.in cap.primo, de præſcriptio. in 6. & ad probandum illud, ſufficit oſtendere ſe fuiſſe vſum per longum tempus decem annorum. Alexan. in conſilio 75. poſt numerum quadrageſimum,quarto volumine. & 69. numero ſeptimo, 5. volum. ſicut in ſeruitutibus, ſufficit allegare & probare.l.ſi quis. in glo.2.ſi ſeruit.vendi. neceſſe enim eſt allegare cauſam, & ſufficit probare tempus. Innocen.in cap. peruenit,in fin.de cenſibus.vnde cantela eſt,ſi habes diutinam poſſeſſionem, & titulum vitioſum, quod alleges titulum & probes poſſeſſionem, aliàs ſi producis titulum ex cuius inſpectione apparet ſolemnitatem non proceſſiſſe; diuturnitas temporis nõ operatur. Gramma.in deciſio. 81.poſt numerum decimumtertium. quia illa præſumptio antiquitatis tollitur ex productione inſtrumenti. Decius in cõſilio 627. in fine, quinto volumine. & in conſilio 445. poſt numerum ſexageſimumoctauum. & 564. numero decimotertio. nam quando conſtat de originali cauſa inualida, nullo modo habet locum præſcriptio.in conſil.feud. diuer.52.numero decimoquinto. & hoc quando titulus exhibitus apparet prorſus infectus, ſecus ſi non apparent ſolemnitates, quia tunc probationem ſolemnitatum ſupplet diuturnitas temporis. Hieron. Gabr. in conſilio ſexto, numero vigeſimo, & vigeſimoprimo. & ſic non debet dicere ſe præſcripſiſſe, ſed ſibi fuiſſe conceſſum,& ad probandam conceſſionem, indocere vſum tanti temporis. Paul.de Caſtr. in l. ſeruitutes, numero decimo,circa fin.ff.de ſeruituti.allegare titulum, & probare tempus. Innocen.in cap.dudum, numero primo, de decimis. glo. circa fin. in dicto cap. peruenit, de cenſibus. & quod conuentus vſus eſt ex illa cauſa. Alexan. in conſilio 108. ante & poſt numerum decimumquintum, 2.volum.quando ſit neceſſe, & quomodo allegare titulum. Innocen.in cap.ſi diligenti,numero 7.de præſcriptio. Soci.in conſil.187. nume. 25.in princ.2.volumine. Caſſa.in conſue.Borgun. rubr.1.§.ſecundo.ibi,& la preuue. num.7. alias fatuus eſſet qui allegat titulum, quem probare non teſt, ſed dicat, præſcripſi. gloſſ.in capit.dilecto,in verb. offerre. in fine. 16.quæſtione 3. & licet habeat præſumptionem contra.cap.cum perſonæ.de priuileg. in ſexto. Cap.in deciſio.189.Gramma. in deciſ.67.nu.7. ſi probetur, quod communiter habetur pro priuilegiato,in quaſi poſſeſſione tuendus eſt,etiam quod non oſtendat priuilegiũ. Bald. in con-

in conſilio 289. in fin. 4. volumine. quia iuuat quaſi poſſeſſio, & pro ea præſumitur. Alexand. in conſilio 138. poſt numerum octauum, & nonum, columna ſecunda. poſt med. primo volum. quamuis præſumptio ſit contra feudatarios, qui priuilegia non oſtendunt, quaſi abſconderint, & ſuffocauerint illa. Sed iſta præſumptio eſt fallax, quia quod priuilegia non appareant, poteſt multipliciter euenifſe. Pernus in 4. notabi. columna vndecima, in fin. & duodecima. in pri. & ſi priuilegiis inſpectis non continetur, ſublata eſt illud præſumptio propter euidẽtiam facti. Gram. in Deciſ. 100. poſt numerum vigeſimumſeptimum. & vigeſimooctauũ. circa verò allegationem tituli prædicti, videtur diſtinguendum, quod aut allegat pręſcriptionem temporis cuius non extat memoria, & tunc non eſt neceſſe exprimere titulum, aut aliam, & tunc habet illud proponere, & probare neceſſe. Lucas in l. fin. in fin. C. de exacto. tribu. ſicut ſatis probatur titulus, eo ipſo quod conſtat exegiſſe tanto tempore pedagium. Alexand. in conſilio ſexto. numero quarto. circa fin. primo volumine, & multa, quæ non alienantur præſcribuntur, & poteſt fieri tempore quod non pacto. l. longe. in gloſſ. circa fin. ff. de diuer. & tempor. præſcrip. ſed caueant aduocati, ne conſulant quod occultetur: aliàs edificant ad gehennam, & perdunt animam, allegando cauſam quam non vident. Caſſan. in conſu. Burg. rubr. vndecima. §. ſecundo. in pri. poſt numerum duodecimum, & decimumnonum. circa med. nam vltra quod deterius eſt malum habere titulum, quàm prorſus eo carere. gloſſ. Pariſ. titulo primo. §. quinto. poſt numerum 109. nulli creditur, ſi dicat habere priuilegium niſi oſtendat. Archiepiſc. in capitu. quieſcamus. poſt princip. 42. diſtinct.

Item hic declarat illud brocardum, taciti & expreſſi eadem eſt virtus. & alibi, plus operatur expreſſum quàm tacitum, & remittit ſe dictis per eũ in §. nec dominus feudi. numero quinquageſimoſecundo, de prohi. feud. alienat. per Fre. nam licet tacitum non poſſit eſſe pluſquàm expreſſum. Bal. in conſilio 480. poſt numerum ſeptimum. quinto volum. & expreſſa fideiuſſio plus operetur quàm tacita. Ant. de duobus reis. circa fin. in ver. abſentes. tamen vbi expreſſum non ineſt tacito, tacitum non æquiperatur expreſſo. Afflict. qualiter vaſal. iurare debeat fideli. numero 14. circa fi. vltra quod exprimere multum prodeſt. Idem Afflict. in §. fin. in 2. not. de ſucce. feu. Vltimò, regalia ſi non exprimuntur nunquam veniunt. Cap. in Deciſ. 118. numero ſeptimo, in fin. & ſi conceditur villa in emphiteoſim, non venit totum territorium, nec aqua, niſi quatenus eſt ad vſum culturæ neceſſaria l. prima. C. de mancipiis, & colo. patri. & faciendo clũſam ſuper torrentem emphiteoticum, erit facientis: ſed ea deſtructa nullum ius retinet in flumine. Bald. in dicto §. ſi quis de manſo. numero vndecimo. & gabella impoſita ſuper molendinis, intelligitur, de fructibus, & redditibus, ibi. numero decimonono. in fine.

S V M M A R I V M.

1 *Portus quid, vnde, & in regno eſt Regis.*
2 *Reditus ex portu proueniens, eſt de regalibus.*
3 *Ius anchoragii eſt de regalibus.*
4 *Ius exituræ, idem quod tracta.*
5 *Magiſtri portulani, & magiſtri paſſuum, prohibẽt extractionem.*

AD VERB. PORTVS.

1 PORTVS) Dicitur locus vbi naues morantur hiemandi cauſa. Aluarot. hic, numero ſecundo. vel locus a uentorum impulſu remotus, ſeu locus concluſus, in quo portantur merces, & inde ex portantur; a portãdia mercibus dictus. Lucas in l. prima, columna tertia, circa fin. C. de cano. frum. vrbis Romæ. Cap. in ver. regalia. ibi, portus. eſt publici iuris de iure comuni. Bald. in rub. numero nono. de rerum diuis. quò ad protectionem, & iuriſdictionem eſt principis, & inter regalia computatur. Cap. in ver. feudarum clauſulę. ibi, portibus. vel eſt publicus, & in regno eſt Regis. Fre. lib. pri. de offi. Admirati maris, numero vigeſimoſeptimo, & vigeſimooctauo. vel, portus dicitur vectigal portus. l. inter
2 publica. de ver. ſign. & eſt reditus ſiue vectigal proueniens ex mercibus, quæ in portũ vel ex portu vehuntur. Iſer. & Aluarot. hic poſt numerum ſecũdum. & in hoc quilibet portus habet ſuas leges & certos mores: & ſecundum diuerſa loca ſunt iura certis nominibus deſignata. Neapoli eſt iua falangagbę, quod debetur pro vaſſello trium, aut certarum gabiarum, vt in ritu Cameræ, de Iure piſcariæ, & portus. ſi eſt duarum gabiarum pro quali bet naui, tam ab extraneis, quam ciuibus pro iure anchoragii exigitur vncia vna, & tareni quindecim. ſi eſt vnius gabię vncia vna: ſi ſine, tareni quindecim. pluries ſoluitur, & in omni portu vbi anchoras figit, vt in dicto ritu ſub rub. de iure ancho
3 ragij. eſt autem ius anchoragij de regalibus, & iſtud, & iua exituræ de ſtilo R. Cameræ. non veniũt in conceſſione, niſi dicantur in ſpecie. Fre. vbi ſup. de offi. Admira. maris. numero vigeſimoſecundo. in fin. ſoluntur pro hoſpitio, ſeu albergaria, & merito, quia in tali portu fuit ſecurum vaſſellum, ſicut in domo propria, vt d. ritu. in rub. de fundico flagelli. ibi, ſi vaſſallum. circa fin. Afflict. ſupra eod. in ver. armadiæ. poſt numerum quartum, & ſicut conſuetudo fuit viam vel portum cuſtodire, ita & nũc l. fin. de cerrarijs, & cartolarijs. in Longobar. & tenetur ad ſolutionem prædictam, niſi vi uentorum applicuiſſet. Afflic. infra in ver. vectigalia. num. 57. & ſoluitur pro iis quę extrahuntur a portu, & in vltimo portu regni, & dicitur ius exituræ, quod ſoluitur pro ſolitis, & expreſſis in ritu prędicto, de iure exituræ. de quo meminit cap. regni, quod in-
4 cipit, ſuper extractione, & hoc ius idem eſt, quod tracta. Luff. in conſilio vigeſimoquarto. numero decimoquinto. circa med. & poſt numerum decimooctauum. Cap. in ver. regalia. ibi. dohanę. in fin. extrahi prohibita ponuntur in prag. Caroli V. & quoniam, & in aliis ſub rub. de extractione animalium, auri, & aliorum. Ideo conſtituti ſunt portu-
5 lani, de quibus, cap. regni. Item quod prędicti magiſtri procuratores aut portulani, ſub rub. de non capiendo aliquos extrahentes de portibus, & c. & per terram, ſunt magiſtri paſſuum qui prohibent extrahi graſſiam, equos, & arma, vt in cap. itẽ quia cuſtodes paſſuum. de cuſtodien. paſſum, & graſſ. cum duobus ſeq. poſſunt tamen fructus propriæ maſſa-

maſſariæ, & empta extrahi regnum ſine ſolutiõne huius iuris, a portibus tamen ſtatutis, ſaluo iure dohanæ, vt in capitu. regni., item ſtatuimus quod prælati. in rub. quod quilibet poſſit per mare extrahere.

SVMMARIVM.

1 *Ripatica ſunt prouentus, et reditus prouenientes ab intrantibus flumen.*
2 *Riparum proprietas eſt illorum, quorum prædijs hęrent: vſus verò eſt publicus.*
3 *Seruitia imponuntur in ripis, & littoribus, & fiunt inde gabellæ: & quod ſoluitur eſt de regalibus.*

AD VERB. RIPATICA.

1 RIPATICA) Ideſt, gabellæ quæ
ſoluunt tranſeuntes cum naui portũ
alicuius fluminis. Præpoſitus hic, col.
2. poſt pri. Cap. in ver. regalia. ibi, ripatica quia magnum, flumen nauicula tranſitur.
Bald. in l. fi. circa med. de ſerui. ruſt. præd. vnde tenens nauiculam iuxta flumen ad tranſuehendum
homines, & mercantias, ſi turbatur an poſſit agere. Bald. ad Specul. de reſtitutio. ſpoliato. in fin. vel
ſunt reditus, & prouentus ex ripis prouenientes.
Iſern. hic in pri. nam licet ripæ non ſint de regalibus. Præpo. hic numero ſecundo, circa fin. ſed illarum proprietas ſit eorum quorum prædiis hærẽt,
2 & vſus publicus. l. riparum. de rerum diuiſio. §. riparum. Inſti. eo. de rerum diuiſio. l. ergò, & pen. de
acquire. rerum domi. vnde dicantur; cuius ſint, &
vendito agro cui cohærent, an veniant. Bal. in rub.
numero 20. & 25. ante & poſt d. tit. de rerum diui.
quod ſoluitur ea vſu vel conſuetudine, eſt de regalibus. Cap. in ver. feudorum clauſulæ, ibi, ripis. in
fin. & Aluarot. hic poſt numerum 2. item quo ad
protectionem, vt nemo illas vſurpet. Cap. in d. ver.
3 regalia. ibi, ripatica: imponuntur enim ſeruitia in
ripis, & littoribus, & faciunt inde gabellas. Iſern.
hic poſt pri. ſed propter bonum, non eſt faciendũ malum. gloſſ. in cap. forte. 14. quæſt. 5. gl. 2. in cap. noſſe. 30. quæſt. pri. nam milites inferunt concuſſiones hominibus, vt aliquid ab eis extorqueant. l. illicitas, §. illicitas. in ver. concutiendos. ff. de off. præſi. & impoſitioni vectigalis reſiſtitur. Loffr. in conſilio 29. num. 8. circa med. & qui tenetur ſoluere gabellam tranſeundo per flumen, an tenebatur ſi tranſit per vadum. Aluar. hic, numero 2. in fi. & Præpo. poſt numerum 3. & non cogitur per pontem ire ad fluuium telonij cauſa, & in plano vbi pons nec tranſitus eſt telonium non exigitur, ſed vbi fuit conſuetudo in futurum detur, nec cogitur ire per pontem, vbi iuxta pontem tranſire poteſt. Fit quandoque exactio inuia, vbi nõ eſt pons nec via. l. vt nulli. l. vt vbi, & l. de iniuſtis. de epiſco. & cleri. in Longobar.

SVMMARIVM.

1 *Vectigal eſt vox generaliſſima, omnem præſtationẽ ſignificans.*
2 *Vectigal vnde dicatur, illius exactio quid arguat, & quis imponit.*
3 *Vulgi opinio conſideratur.*
4 *Teloma græce, Latine vectigal. & dicitur a tollo, tollis.*
5 *Vectigal quis percipit; & eius ratione exactor ad quid teneatur.*
6 *Vectigal debetur ratione contractus, & non ratione perſonæ.*
7 *Vectigalia non conſueuerunt obtineri, niſi per priuilegia.*
8 *Subhaſtatio requiritur in venditione vectigalium.*
9 *Arrendator primus non liberatur, niſi ſecundus adimpleuerit.*
10 *Fideiuſſores qui ſunt idonei.*
11 *Conſuetudo attenditur in exactione vectigalis.*
12 *Quantum poſſeſſum, tantum præſcriptum.*
13 *Gabelloti vel fraudantes gabellas peccant.*
14 *Indulgentia quid, & quæ ſunt ad eam neceſſaria: & an tantum conſequatur proximus, quantum longinquus.*

AD VERB. VECTIGALIA.

1 VECTIGALIA) Eſt vox generaliſſima, omnem præſtationem ſignificans. glo. Pariſ. in rub. titu. 2. numero 26. plures terminos in iſta materia ponit Caſſa. in con. Burg. rub. pri. §. 4. ibi, indire impoſerer & leuer aydes ante, & poſt numerum 2. alibi vectigal, ideſt, penſio fundi, glo. in l. lex vectigali, de pignoribus. tributum autem, & vectigal quid. Archi. in cap. ſi in morte. 23. quæſt. 8. inter ſe differunt, ſicut & annona. Aluar. hic poſt numerum 3. & Prępo. numero 4. ſunt autem vectigalia, gabellę quæ ſoluuntur de mercibus, quæ portantur de loco ad locum; ſic dictæ, quia ſoluuntur de rebus,
2 quę vehuntur. Cap. in ver. regalia. ibi, vectigalia, & ibi, gabellę. earum exactio in loco arguit imperium: & Domini Italię vendicant ſibi talem iuriſdictionem de facto. Soci. in conſilio 187. numero 3. 5. vol. non poteſt tamen conſtituere nec concedere niſi imperator, alij Reges non. Quid de gabellis, & datiis, quę exiguntur in Lombardia. Zaba. in clem. fin. numero decimo, & vndecimo. de cenſibus. nã non minus eſt quam condere leges. Iſer. ſupra eo. in rub. numero 4. vel ſecundum Hoſt. in Sum. de cenſi. & Iſer. hic in fin. imponit ſolus Rex Romanorum. Nouarum impoſitionũ autor fuit Fredericus. Cap. vbi ſupra in ver. regalia. ibi, vectigalia. circa fin. Et in regno Sicilię ſunt multa nomina gabellarum alijs incognita. Iſern. ſupra eod. in pri. Afflict. in ver. armadiæ. in pri. Lucas in l. vnica circa med. C. de Alexand. prima. & quotidie naſcuntur cum caſus ſe offert. Bald. in conſilio 112. numero 8. 2. vol. ſoluuntur ratione publici ſoli, ſicut gabellę, reditus, dohanę, pedagia, guidagia, & ſalmaris a tranſeuntibus pro ſecuritate. Afflict. in cap. 2. ante & poſt numerum tertium. de feu. cog. Quæ vulgò dicuntur) Et ſic vulgi opinio conſide-
3 ratur. Bald. in conſilio 183. numero 2. 2. vol. Telonia.) Græce, latine vectigal. Iſern. hic in pri. Alua-
4 rot. & Præpo. num. 3. & poſt. & dicitur a tollo tollis, quia tollitur octaua pars eius quod vehitur. Iſer. hic, olim quinta ſoluebatur Regibus pro terragio. Geneſis. 47. circa med. ſed in iſtis attenditur conſuetudo. l. vnica, & ibi glo. fin. C. de cano. largi. titu.

ſitu,& toſerabile eſt,quod vetus conſuetudo com
probanir.Pau.de Caſt.in conſilio 427. poſt pri.2.
vol. nam eſt ſeruitus quæ territorus inhęret,indu-
cta potius conſuetudine quàm præſcriptione. &
pertinet ad principem, cum ſit de regalibus, non
ad fiſcos ciuitatum.Bald.in conſilio 202. poſt nu-
merum 2.2.vol.& 289.num.pri.4.vol. ſoluit qui-
cumque etiam non ſubditus.Cap.vbi ſupra in ver.
regalia, ibi, vectigalia, circa fin. quia lex non ligat
ratione perſonæ,ſed ratione actus, quem facit, &
ligat forenſem pro ijs,quæ geſta ſunt in loco con-
tractus. Bald.in conſilio.274.& 457.numero 4.
4.volum,nam res oneri addita eſt, & non perſonæ
mercatoris,l.a.C.de prædiis,& omni,rebus naui-
cula. ratione contractus,& reſpectu gabellæ ſor-
titur forum. Affl.hic in quæſt.87.num.88.nec ex-
cuſatur pręrextu ignorantiæ:nam debuit de gabel
lario explorare.Cap.in ver.feudorum clauſulæ.Ibi
gabellis,ver.forenſes,huius impoſitio eſt de rega-
libus,nam non niſi ex conceſſione principis poteſt
haberi. Pau.de Caſt.in conſilio 166.pri.volum.&
reprobatur,niſi ab Imperatore,Rege,vel Lateranē
ſi Concilio ſit conceſſa,Caſſa.in conſu. Burg.rub.
pri.§.4.ibi,indire.numero 10.poſt quàm autem eſt
impoſita aliam naturam aſſumit.Fre. lib.2.ibi,de-
cimatertia authoritas,colum. penultima, poſt pri.
& ſic licet ſit principi reſeruata,poſſunt tamen in-
feriores ex priuilegio, conſuetudine, vel pręſcri-
ptione acquirere.Dec.in conſilio 534.numero 1.
4.volum.conſtitui vel concedi a ciuitate, quæ ha-
bet iura principis. Idem Dec.in conſilio 649. nu.
1.5.volum.& licet de iure communi pertineat ad
Imperatorem,& ſi non apparet Imperatorum Re
gum vel Lateranenſis Concilij largitate conceſſa,
vel ex antiqua conſuetudine introducta,a tempo-
re cuius non extat memoria,eſt interdicta. cap.ſu
per quibuſdam.§.pri. de ver.ſign. in Italia non ſer
uatur, quia omnes ciuitates, & municipium ha-
bens publicum ſolum ad ſe ſpectans, ratione ipſius
percipit vectigalia, guidagia,& pedagia. Bald.in
conſilio 566.poſt numerum 2.3.volum. Barones
5 & Comites qui exigunt, tenentur tenere loca ſe-
cura,alias ſunt obligati ad emendam damni,Bald.
de his qui feu. dare poſſ.in ver. marchio, numero
5. & poſſunt in terris ſuis acquirere Ius pedagii,
per tantum tempus cuius initii memoria non ſit in
contrarium,etiam ſine ſcientia principis. Iacob.in
ver.cum mero miato Imperio, numero 19. & pa-
ria ſunt quod quis habeat ex priuilegio, vel præ-
ſcriptione. Barba. in addi. ad Bald. illo tit.debent
tenere itinera tuta.Caſſa.in conſilio Burg.rub.pri.
§.4.ibi, indire.numero 12.& ſi fit robaria in eorū
territorio tenentur illam reſtituere. Archi.in c. ſi-
quis,lo 2.24.quæſt.3.vel malefactorem exhibere.
Bald.in §.conuenticulas, numero ſeptimo. de pa-
ce iura.firma.nam exigens paſſagium, debet ſalua
re ſoluentem in rebus,& in perſona.Prępo.in §.il-
licitas.in pri.d.tit.de pace iura.fir. verum cuſtodes
deputati ad cuſtodiam viarum, nō tenentur, ſi dia
robatur extra ſtradam.Pariſ.de ſyndi. in ver.roba-
ria.numero tertio. & tenentur pro mercibus qui-
libet tranſeuntes,maxime non ſubditi. Bald. ſupra
eo.in rub.numero ſeptimo,exigitur more ſolito:&
quod conſueuit pro pręterito, debet exigi in futu-
rum. Idem Bald.in conſilio vndecimo,in pri. & fi.
2.vol.& 289.in pri.4.vol.& poſſet pro ſuo intereſ
ſe,ne decipiatur, apponere cuſtodes:ſicut qui ha-
bet decimas,& pedagia.Cap.in d.ver.regalia.ibi,
vectigalia.ver.qui habet,& ſi habet paſſagium per
pontem,& ille deſtruitur,ſi conſtruitur alier, ſimi
liter exigit. Bald.in conſilio 400.circa fin. poſt nu.
3.2.vol.Caſſa.in d.rub.pri.§.4.ibi,indire. numero
octauo.Idem ſi cum mercibus applicaretur ad ma
re alterius, tamen ſi contra mandatum illuc nauta
applicauerit,ab ipſo dominus recuperabit, & exi-
git,quia mare eſt iuriſdictionis illius, & in eo eſt
diſtrictus quantum terra diſtringit. Bald. in con-
ſilio quinquageſimoprimo. quarto volum. hęc ex
iuſta cauſa fieri debent.Iſer.ſupra eo.in rubr.nu. 5.
nam ſubditi conquęruntur,quod alligant eis one-
ra importabilia,quę imponentes digito ſuo tāgere
nolunt.glo.fin.cum addit.ad eam, in cap.1.de vſu
ris,in 6. percipiens tamen in poſſeſſione defendi-
tur,donec probetur indebitum. glo.in clemen.1.
in ver.legitima,in fin.de cenſi.& tanquam poſſeſ-
ſorium iuris debet fundari in aliquo iure vero vel
præſumpto, nec ſufficit ſolum exercitium aliquo-
rum actuum.Bald.in l.vni.num.6. circa med.C.ſi
de momenta.poſſeſſio. fuerit appellat. cum nemo
abſque conſuetudine ſit cogendus.l.vni..C.de au-
ro corona. & ſi eſt noua vſurpatio, debet congrua
authoritate repelli, vetus verò conſuetudo ſerua-
ri.l.1.C.de excoctio.& transla.mili.ann.& a quaſi
poſſeſſione ſaltem colorata iſtorum iurium, per
confirmationem vel priuilegium, nemo poteſt ex
pelli vel turbari, donec iudicetur ſuper petitorio,
niſi ſit notorium de non iure exigentis. Bal.in con
ſilio 242. 2. volum. aliàs nemo priuatur eo quod
7 hucvſque percepit.l.2.C.de frum.Alexan.In peti-
torio iſta non conſueuerunt obtineri, niſi per pri-
uilegium principis, & vbi non conſtat de priuile-
gio, requiritur poſſeſſio vel quaſi tanti temporis,
cuius memoria non exiſtat in contrarium.Bald.in
conſilio 459.numero 4.3.volum. & de iure com-
muni non pertinent ad caſtrum, niſi de per ſe ha-
beat fiſcum, vel nominatim eſſent conceſſa. idem
Bald. in conſi.243. quinto volumine.& ſoluitur a
tranſeuntibus ratione ſoli publici.Caſſa.vbi ſupra,
rub.10.§.1.ibi, ſon hereditage.poſt num.11.octaua
pars rei quę vehitur. Bald.in conſi.119.circa fin.4.
volum.De nouo Reges poſſunt imponere,cum in
eis plenam habeant iuriſdictionem, ſed peccant ſi
faciunt ſine cauſa. Innocen. in cap.innouamus, de
cenſibus. Pariſ.de ſindi.in ver.de Reg. Ducum,&
Princ.exceſſi.numero 66.& 67.& valet, ſi in con-
ceſſione iuſta cauſa inſeratur. Archi.in cap.ſi quis,
lo 2.24.quæſt. 3. & dicitur vectigal venalium re-
rum,ſalinarum, metallorum, & piſcariarum.l.in-
ter publica.de uer.ſign.& lex non ligat ratione per
6 ſonæ, ſed actus quem facit. Bald. in conſilio 174.
4.uol. & quo ad ius dohanę non inſpicitur locus
per quam tranſit,ſed locus ad quem uadit:non lo
cus a quo,ſed locus in quo uenit ſoluendum, &
ibi debet fieri ſolutio tanquam locus deſtinatus.
Bald.in conſilio 472.poſt numerum tertium. pri.
uol.253.in fin.& ſeq.4.vol.& ligat huiuſmodi ſta
tutum ignorantes.cap.primo.de poſtula.præla.vl-
tra quod debet eis denuntiari per officiales, vt in
conſtit. homines.de intrantibus reg.&c.de ęquita
te tamen per regnantem debet remitti.Iſern.ſupra
eo.in rub. quem ſequitur Lucas in l.tertia.colum.
2.poſt pri.C.de tabula.ſcri.logogra. maxime quia i-
gnorans non delinquit. ff. ex maleficio. §. primo.
de actio. & obliga. ex voluntate enim procedunt
peccata

peccata,& ex infirmitate,(quę vitium appellatur,)
ira,odium, & alia huiuſmodi , & voluntas prædi-
cta quę ſit.cap.primo.cap.illud.cap.illa, & cap.nō
eſt. 15.quęſt. prima, affectio enim tua nomen im-
ponit operi tuo.Azo in Sum.Inſti. de iuſt. & iure.
poſt numerum 4.Archi.in cap. ſolit.de conſecrat.
diſt.4.iudicantur opera ex intentione.Zaba.in cle.
vni.in ver.porro,in fi.de Sum. Trini.primi motus
non ſunt in noſtra poteſtate, ſecūdi ſic. vnde ſi res
procedit in delectationē,veniale tantū contrahitur
peccatum,niſi progrediatur:nā ſi ad aliquid com-
ponendum , vt exerceat quod turpiter cogitauit:
tunc tertius motus contraheret peccatum morta-
le.Azo in Sum.Inſti.de iure natural.circa pri. Qui
per ignorantiam delinquit, dicitur magis pati quā
peccare. Lucas in l. 3. col.3.poſt pri. C.de tabula.
ſcribis logogra. & licet naturaliter omnia itinera
ſunt libera,& exactio eſt ſpecies ſeruitutis. Bald.in
conſilio 293.4.volum.poteſt tamen prohiberi, ſi-
cut nolente domino non poteſt tranſiri per fundū
alienum.l.diuus.ff.de vſu.& habit.l.per agrum. C.
de ſeruitu.& aqua. & prohibetur ingreſſus per viā
publicam exercitui laſciuo,arcentur cęteri ne ſcru
tentur arcana regni,vt in conſti.cum hæreditariū.
c.merito. 6. quęſt. pri. & poteſt prohibere ne ſibi
odioſus emat rem ſuam. Iſern. ſupra eod.in rubr.
in fin. & conducere. l.fin.vbi Lucas ponit ſimi.C.
de agrico.& manc.domi.cum ſit eadem ratio , de-
bet idem ius. l.pri.ff.de fonte. vltra quod ob im-
penſas permittitur, quod aliàs non fieret. §.ſi ve-
rò contigerit.in gloſſ.in ver.faciat. Aut.de reſtitu-
tio, & ſubtili ingenio a rebellibus velet a bar-
baris pecunia eſt extorquenda , vt egeſtate la-
borent.Bald.de pace Conſta.in ver. imperialis.nu
mero ſecundo, quia reditus quos habet Rex , ſunt
ſtipendia vt faciat iuſtitiam.Afflict.in rub.poſt nu-
merum tertium.& in prin.in 3.not.in fin. de pace
tene.& in c.Imperialem.in pri.numero quinto, in
fin.de prohi.feu.alie.per Fre.Petrus in tra.de prin
cipe.colum.pen.in fi.& Præpo.ſupra eo.in pri.ou.
pri.vnde,redde fiſco quod debes.l.fin. C.ne fiſcus
vel reſpubli.pro ſeruanda iuſtitia, quam debet ſer
uare cum reditibus ſuis.Iſern. in conſtit.diſamna
clandeſtina.columna antepenultima, & penulti-
ma,in pri.nam in ſubditorum quiete quieſcit , &
fouetur in pace.cap.primo.de offi.deleg.in vj. Af-
fli.in §.illicitas.ea intentio.Beati Thomæ. colum.
prima, in fin. & 2. in pri.de pace iura.firma.debet
enim Princeps obuiare indēnitatibus ſubditorū,&
maxime eccleſiarū no.in c.pri. vt lite pend.in vj.a-
lias ſi feſſus minime releuaretur onere,neceſſitate
cogitur iacere proſtratus. Lucas in l.prima colūna
ſecunda,in pri.C.de omni agro deſer.non ſoluitur
tamen pro rebus clericorum, quas non cauſa nego
ciationis, ſed pro vſibus proprijs per terram ducūt
ſeu duci faciunt.l.fina. C. de epiſco. cleri. in Lon-
gobar.Eccleſia non debet Imperatoribus, niſi ſpi-
rituale tributum. Archi.in cap.tributum.cir. med.
23. quæſt.8. ea tamen quæ erant tributaria tran-
ſeunt ad Eccleſiam cum ſuo onere. Idem Arch.in
cap. ſi tributum. 11.quæſt. pri.monaſterio exem-
pto alia adiacentia gaudent eadem prærogatiua,
niſi tempore neceſſitatis.Archi.in capit. nulla. 12.
quæſt.prima. exemptus, & priuilegiatus differunt
Zab.in clemen.pri.in 6.not.de cenſibus.in quibus
res eccleſiarum , & clericorum ſunt priuilegiatæ .
Zaba.in clem. pri.numero 16.de vita, & hone.cle

ri.in regno Siciliæ pro equis,& animalibus vendi-
tis ius fundici nunquam fuit exactum. Iſer.hic, &
in cōſt.magiſtros fundicarios.de offi. mag.funda.
Cap.vbi ſupra.ibi,gabellę pro equis, ſicut pro anu
lis quos quis portat in digitis , quia vſus ſui gratia
portat, non ſoluit gabellam. Pau.de Caſt.in l.ſi la-
borante. §. cum in eadem. numero tertio.ad leg.
rhod.de iactu.nec pro materia infectæ emptor vel
venditor aliquid ſoluit , etiam de iure communi:
quia gabellæ ſunt odioſæ, & inſpicimus materiā ,
aliquando materiatum.Bald.in conſilio 337.poſt
numerum quartum. 3. volum. attenditur conſue-
tudo in vectigalibus. Afflict.hic numero 39. in fi.
Aluarot.numero ſexto,circa med. & quod in plu-
ribus curiis obſeruatur , pro generali conſuetudi-
ne eſt obſeruandum in omnibus aliis.Afflict.de no
ua forma fideli.in pri.not.adeo quod ſufficit fuiſſe
ſolutum in vno loco regni.Cap. in d.ver. regalia.
ibi,vectigalia.ver.gabella omiſſa. Et licet quælibet
dohana habeat ſuos ritus , vt in ritu. Cameræ.de
fundico flagelli.ibi,ſoluitur.cir. fi.ex conſuetudine
tamen dubietas declaratur. Bald. in conſilio 263.
in fin. 2. volum.nec ſoluunt laici ſi ſunt de proprijs
maſſariis,ſi ſunt emptitia, ſoluitur tantum ius do-
hanæ,vt in ritu cameræ.de iure exituræ.in fin. pro
victualibus propriorum redituum,quæ conducun
tur per infra regnum,non ſoluitur ius exituræ,ſed
tantum præſtatur cautio de producendo reſpon-
ſale immiſſionis.Cap.in d.ver.regalia,ibi,dohanę.
cir.pri.alios caſus in quibus non exigitur,ponit Af
flict.hic in 6.quęſt. etiam quod in appretio veniāt
lapides pretioſi,victualia, & pecunia ocioſa. Lu-
cas in l.tertia,in vndecima,& 14.quæſt.in fi. C.de
quibus muner.vel præſta.nemi.liceat ſe excuſa.Of
ficiales non ſoluit, niſi pro refectione viarū, & pon
tium. Pariſ.de findi. in ver. gabella. cap. primo. &
mendicantes ſi non poſſunt tranſire per locum,ni
ſi ſoluto pedagio,poſſunt acquirere per eleemoſi-
nam,vt ſoluant. Zaba.in clem.prima.§.com.in fin.
de ver.ſign.dicuntur autem pedagia,quia a pediti-
bus dantur, guidagia,quia dantur pro ducatu. Inn.
in cap.ſuper.de ver.ſign. in venditione horum ve-
ctigalium requiruntur ſubhaſtationes. Afflict.hic,
8 numero 59.& tacite ineſt,vt poſſit licitari, & dari
plus offerenti.l.locatio.de publicanis. Iſer. hic nu.
44. tam ſi vendantur , quàm locentur vectigalia ,
quia arrendator reſpectu fructuum dicitur em-
ptor,reſpectu iuris principalis,eſt locator,& ſicut
ex re corporali puta fundo percipitur fructus,ita
ex incorporali,vt ex iure colligendi gabellā perci-
pitur fructus annuus, mēſtruus,vel diurnus.& cū
venditur vel alienatur , non ſeperatur a fiſco, ſed
conceditur alteri ad tempus. Bald.in conſilio 393.
numero ſecūdo.poſt med. 4. volumine.tangit Iaſ.
in l.inſulam,numero quinto.de præſcri. verbis.lo-
care enim vel arrendare nihil aliud eſt quàm fru-
ctus rei vendere,inde qui locat uel arrendat bene-
ficium,non poteſt præſentare, etiam quod ſit fru-
ctus iuris patronatus.Pau.de Caſt.in cōſilio 362.
pri.uolum. & qui arrendauit pro certo tempore,
non poteſt in pręiudicium ſucceſſoris facere bulet
tas,& ſe concordare.Idem Pau.de Caſt.in conſilio
310.2.uol. & habet locum licitatio in uenditioni-
bus,& locationibus, quę fiunt ad tempus , ſecus ſi
in perpetuum.l.ſecunda. in glo. pri. de uendi. re-
rum ciu.l.tertia.& ibi glo.fin.C.de fun.patr. ſecus
in terminis.l.loca.C.de locatio.præd.ciui.& ſi cer-

tus adiectus eſt dies ſubhaſtationi, etiam quod a'-
teri, tradatur, venientes infra dictum tempus ad-
mittũtur.l.ſi tempora.C.de fide inſtr.& iure haſtæ
fiſca.& licet non detur lex quę dicat tempus adie-
ctionibus pręſtitutum, tamen quidam dicunt. 20.
alij. 40. dierum ſpacium conſtitutum.l.pri. & ibi
glo.pen.C.de vende.rebus ciu.& hæc adiectio nõ
fit niſi ſemel, vt ibi in gloſſ. fin.& ad cauſam fiſci
pertinet vel ciuitatis. & ſi habet propriam legem,
tunc venditio perfecta non reuocatur, etiam quod
alius maiorem precium offerat.l. pri. C. de vende.
rebus ciui.l.3. & ibi gloſſ. de fundis patrimo.l.pri-
ma.de fundis rei priuatę. l. ſecunda. ne fiſcus rem
quam vendit euin.& primus emptor vel cõductor
dat ad credentiam vel ex taleum ſecundo licitato-
ri, ſecundum iuſtam eſtimationem fructuum. Iſer.
hic poſt numerum duodecimum.Cap.in d.ver.re-
galia, ibi, gabellarum fiſci. & gabellarum primus,
quia quilibet debet eſſe intentus ne noceat, ſed vt
proſit alteri.l.prima, in ver.quam.ff.de periculo &
como.rei vend.l.ſeruus ea lege.in glo.fin.ff.de ſer.
exporta.etiam quod quilibet tendat ad lucrum, &
ad augendum patrimonium, vt in ritu camerę, qua
liter fideiuſſores tenea.licitata gabella. circa princ.
Aduerte tamen, quod ſola licitatio non liberat pri
mum emptorem, niſi ſecundus præſtet fideiuſſo-
res, vt ibi Iſer. & hic.nam ſi licitator non dat fide-
iuſſores gabellæ, remanent apud primum empto-
rem vel conductorem pro precio conuento cum
ipſo, quoniam tacite videtur ineſſe, vt ita demum
ſecundus habeat, ſi cauet: ſed datis fideiuſſoribus
per licitantem primus emptor, & fideiuſſores ſunt
9 liberati, niſi primus ſibi ipſi liciter: quia tunc fide-
iuſſores non ſunt liberati.Cap.in d.ver. regalia.ibi,
gabellarum licitator.& ſeq.

Quid ſi ſecundus aliquid plus obtulerit, non tñ
eſt ſoluendo, vel non habet fideiuſſores. Bal.in cõ-
ſilio 327.2.vol.quia non præſumitur nouatio, li-
cet adiiciatur fideiuſſoria vel coæqualis obligatio,
ex quo iudex datiorum vel tabellio, non poteſt no
uare in pręiudicium reipublicæ: meliorem enim
conditionem poteſt facere, deteriorem non, Idem
Bald.in conſilio 266.ante & poſt numerum ſecun
dum.pri.vol.& hoc, ne eas conditiones ſibi exiſti-
met profuturas, quas emptor minus idoneus in
ſe recepit.l.3.C.de prædijs, & omni.rebus nauicu-
la.fideiuſſorem enim præberę idoneum, non om-
nibus paſſim eſt facile atque poſſibile.§. fina. Aut.
de depoſito.nam nobiles habentes arces munitiſ-
ſimas, non cenſentur idonei ad conueniendum,
10 niſi ſint ſubditi eiuſdem Regis. Ludo. de Moli. de
Hiſpa.primogeni.lib.pri.cap.21.numero 30.circa
fin. Epiſcopus vel clericus non poteſt eſſe fideiuſ-
ſor vel conductor vectigalium. §. primo.poſt pri.
Aut.de ſancti.Epiſco.ſed tenetur magiſtratus, qui
recepit minus idoneos.Iſer.hic, numero 13.hodie
non tenetur quis reconducere inuitus. l. inuitos.
C.locati.nec admittuntur primi, niſi prius ſatisfece
rint.l.locatio.§.pri.de publicanis.niſi in terminis.l.
eotem.§.fin.eo.tit.de publica.l. ſi cum Hermes. in
gloſſ.tertia, dicto titulo, locati.quia eos qui placue
rint grauare iuſtitiæ non eſt, neque eos qui diſpli
cuerint tenere prudentis eſt.l. neminem. C. de ſu-
ſcepto præpo.& archa.

Quod dixi in fideiuſſoribus, quod ſint liberati,
11 niſi ſibi ipſi licitent, videtur quod nõ teneantur: nã
præſens ſtipulatio non trahitur ad futura.glo. po-

nit exempla.in l.damni infecti.la pri. §. ſi is qui.in
ver.augeri, & ſeq.de damno infecto.& ſicut in pro
rogatione termini debent fideiuſſores iterum pro
mittere, vel alii ſimiles adhiberi.l. Labeo.§. fin.ff.
de arbitris.ita & in additamento quantitatis: quia
plus dicitur re & tempore. §. plus autem. Inſti.de
actioni.item qui fideiuſſit coram primo iudice, nõ
intelligitur ſatis dediſſe coram iudice appellatio-
nis, niſi ſit expreſſe dictum.glo.in l.ſecunda.in ver.
appellationi.circa med.C.de procurato. & ſi pro-
miſit fideiuſſor ꝙ Martinus iudex iudicat, non te-
netur ſi alius iudicat: niſi promiſiſſet ſimpliciter,
quia in iudicio quaſi contrahitur.l.licet.§. ſed ſi fi-
lius, & §.idem ſcribit.ff.de peculio.Iſer.hic nume.
13. circa fin.contrarium dicitur in d.ritu, qualiter
fideiuſſores tenea.&c.poſt med.quia vſque ad cõ-
currentem quantitatem, puta decem, ſunt idem, &
non fit niſi ſemel tantum. licitationis acceſſio.l.a.
& ibi Lucas in pri.C.de locatio.prædio.ciui.quan
do autem prorogatio liberet fideiuſſorem, & quan
do non, diſt.vt per eundem Lucam in l.litibus, co
lumna tertia.circa pri.C.de agrico.& cenſi.An au-
tem de omnibus, quæ vehuntur ſoluatur gabella.
Iſer.quod ſic, in a.addi. numero decimoquarto. &
ſi vnus omiſerit exigere, omiſſa per vnum officialẽ,
non prohibentur poſtea exigi per alium. Capic.in
ver.regalia.ibi, vectigalia.ver. gabella omiſſa. ſicut
ſi fuit negligens in exigendo releuium, poterit po-
ſtea alius exigere. Affli.in §.ſimiliter, numero vnde
cimo, & ibi Iſer.in pri.addi.circa fin.de cap.Corra.
& ſufficit fuiſſe ſolutum in vno loco regni. Cap.v-
bi ſupra: vltra quod in quærendis præſcribitur con
tra fiſcum ſpacio 20.annorum, vt in d. ritu de fun-
dico flagelli, ibi, ſoluitur, circa med.& Iſer. hic, ſed
quantum poſſeſſum, tantum pręſcriptum. Dec. in
12 l.qui iuriſdictio.numero ſeptimo, de iuriſd. omn.
iud.Fre.lib.2.ibi, ſępe fui interrogatus.poſt nume-
rum 45.Caſſa.in conſu.Burg.rub.pri.ibi, & droicta
de icelles, numero 90.rub.9 §.4.ibi, de mainmorte.
& rub.11.§.primo, in fin.& §.ſecundo.in pri.num.
36. & licet omnia loca, & dohanæ regni ſint, &
ſubſint Regi, & quod fit in vna prodeſt & nocet
aliis.Iſern.hic, illud procedit, quando eſt ius quæ-
ſitum: quia tunc vſu partis retinetur totum a ſcien
te, ſecus ab ignorante.l.is qui.vbi Bartol. ff. quibus
modis vſufru.ami.& ſi vtitur parte facultatis, non
impeditur in alia, pro qua quaſi poſſeſſionem reti-
net.Bald.in conſilio 329.poſt med.2.volum. alias
qui poſſidet unum totum integrale, non poſſidet
eius partes.l.qui uniuerſas.de acquire.poſſeſſ.l. cũ
qui ædes.de uſucapio.l.ſecunda.§.cum ſtichum.ff.
pro emptore. nouum autem uectigal ſi imponit
Rex ſine cauſa, peccat.Iſern.hic numero 15. & Pa
pa qui habet plenitudinem poteſtatis poſſet depo-
nere, ſicut deponit epiſcopum.ca.nullam 2.quæſt.
quinta.cap.per principalem.pri.quæſt.pri. nã boni
paſtoris eſt pecus tondere non deglutire. Ita Tibe
rius ad præſides perſuadentes prouincias onerare
tributo, clementina ſecunda. in uer. conſumit. de
cenſibus.Bald.in conſilio 324.in fi.pri.uol. Afflic.
ſupra eod.in rub.columna penultima, in fin.nume.
24.circa med.Lucas multa in l.unica, columna pri.
in fi.2.in pri.& 3.poſt pri.de ſuperindic.Debet e-
nim poſſibilitas ſingulorum intueri.l.prima. C.de
fundis limitro. quia eius autoritas neceſſaria eſt
propter duo.Io.And.in proh.clem.§. quoniam.in
gloſſ.pri.circa med. & in pri.prohe.poſt pri.gloſſ.
quare

quare ſunt ei commiſſi, & quomodo tenetur reddere rationē, Lucas in l. tertia. circa med. C. de his qui ſponte mune. ſube. vltra quòd ad onus Regis ſpectat defenſio fidei. gl. in eſtrauag. Io. copioſus. in ver. tutorio. & in ver. præeminentię. de Iudæis. Ao autem gabelloti exigentes vel fraudantes ga-
13 bellas peccent, Iſer. hic poſt numerum decimumſextum. Cap. in ver. feudorum clauſulę. ibi. gabellis. ver. gabelloti. & ſeq. & videtur quòd ſi aliquid eſt inſtitutum a quocumque autore, & quantumcumque diu obtentum, ſi non ſubeſt cauſa, vel eſt oneroſum, eſtirpandum eſt. glo. in cap. pen. in ver. ignoramus. 68. diſtinct. & contra exigentes pedagia indebite, agitur actione iniuriarum. Affli. de milite vaſa. qui contu. e ſt. num. 42. vbi Bald. nom. 23. tenet, quòd colligere pedagium eſt infringere libertatem tranſeuntium, adeo quòd quilibet poteſt agere, & quomodo concipiator libellus, & ſententia, & quod qui exegit ſi eſt contumax quomodo puniatur. Sacerdotes verò non ſoluunt, cap. quanqoam. in ver. diuino, decenſibus, in vj. & mercatores ſi in teloniis vel pedagiis grauantur, cognoſcebat index eccleſiaſticus. Inn. in ca. ſignificantibus. numero primo, circa med. de offi. delega. hodie Regia Camera, & etiam princeps ſi imponit ſine iuſta cauſa, peccat. Lucas in l. viros. circa. fin. C. de diuer. offi. & agentes & conſentientes pari pęna puniuntur. l. iubemus. C. de ſacroſan. Eccl. cap. primo 83. diſt. cap. facientes. 86. diſt. contrariū tenet Iſer. & Affli. hic numero quarto, nam ſi exactores vectigalium eſſent interdicti, tota Italia interdicta eſſet: immo ſi eſigunt a ſponte ſoluentibus. clem. fin. in ver. extorquent. & in ver. inter. licti. de cenſibus. in clementina vnica, in ver. declaratione. de immu. Eccle. tanto magis: quia illa ſunt prohibita, quæ non ſunt permiſſa ab Imperatore, Papa vel Lateranenſi Concilio. Iſer. hic numero 16. circa med. & qui fraudat iſta peccat mortaliter. Afflict. in cap. ſiquis per 30. in pri. not. numero nono. ſi de feu. fuerit contro. inter domi. & ag. & in §. illicitas. numero primo, in fin. de pace iura. firma. in cap. ſecundo, numero tertio. circa fin. de feudi cog. & Aluaro. hic poſt numerum tertium. ſecus ſi non fuerint iure conſtituta. l. vectigalia. de publi. & vectig.

Quid in Papa, quomodo intelligitur clane non errante, de epiſcopis, qui ſunt vocati in partem ſollicitudinis, & matrimonio ſpirituali inter Eccleſiā, & epiſcopum contracto. cap. inter corporalia. & c. quanto. de tranſla. Epiſco. Iſer. hic poſt numerum decimumquintum. & decimumſextum, & poteſt princeps ſine alterius pręiudicio, ſicut Papa dat indulgentias amplas ſine cauſa, & valet & abſolutus eſt talis: quia nemini facit iniuriam. Iſer. hic nume.
14 17. In conferendis autem indulgentiis, non attenditur principaliter quantitas, ſed genus operis. gl. mag. columna ſecunda. poſt med. in extrauag. com. pri. de pęnit. & remiſſ. dicitur gratia. l. locatio. §. pe. de publica. & capitur multis modis. cap. fin. in fin. 77. diſt. cap. de incertis, 35. quęſtione tertia. Ioan. And. in cap. tertio, numero primo. de pænite. & remi. in 6. In iſta materia quomodo diffinitur, ponit Iſern. hic. & vt valeat, neceſſe eſt quod quinque cōcurrant; quid in anno iubilei, & viſitantibus limina apoſtolorum Petri, & Pauli, & ſi morte præuentus non potuit perficere. in extrauag. comm. pri. & ſeq. vbi glo. mag. & fin. cum add. ad eam. de pęn. & remi. & non proſunt niſi correctis. gl. fin. cir. med. in reg. peccati. venia. de reg. iuris in 6. de viuis, & defunctis exiſtentibus in purgatorio, multa Lucas in l. iubemus, la pri. colum. pri. C. de præpo. ſacri cubicu. Loffr. in conſilio octauo, numero 31. & 33. Inno. in capit. quod autem, de pæniten. & remi. & an poſſit accipi, etiam quod non ieiunetur: etiam quod ſit impoſita pęnitentia ieiunii, & an poſſit fieri reſeruatio in purgatorio. no. in cap. primo. de pęnit. & remiſſ. in 6. epiſcopus etiam poteſt largiri, ſed quāti temporis, & quid ſi excedit, an valet pro eo quod poteſt. d. cap. primo, cum ibi not. de pęniten. & remiſſ. in 6. inferiores epiſcopis non. not. in clemen. 2. de pæniten. & remiſſ. qualis debeat eſſe prælatus. Ioan. And. in cap. tertio, numero tertio, de conſuetudi. in 6. An autem tātum conſequatur propinquus, quantum remotus. Lucas in l. tertia, C. de legationi. in l. modios. poſt med. C. de ſuſcepto. præpo. & archa. & poteſt qui eam concedit lucrari. Idem Lucas in l. vnica, columna ſexta. circa med. C. de expenſis ludo. Sed quę pęna remittitur per indulgentias. Iſer. hic remiſſiue. & dicit, quòd multa non debent fieri, quæ facta tenent. l. prima, §. biduum. ff. quando appells. ſit. l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & in ſatisfactione, debet tantum dari; quantum ſua occaſione eſt amiſſum. Inn. in cap. officij. de pęni. & rem. vnde an valeat pactum, quòd dominus pro robaria teneatur ad duplum, & conſtito de crimine vtrum damnum probetur per iuramentum. Præpo. in d. §. illicitas. de pace iura. firma. & vectigalium, licet non parua ſit functio. l. omnium. C. de uectiga. & com. tamen impeditus exigere, dicitur ſpoliari. Soc. in conſil. 187. nu. 15. 2. vol.

SVMMARIVM.

1 *Moneta, quia monet ne qua fraus in metallo uel pondere fiat.*
2 *Monetæ ſunt multæ, & quare inuentæ.*
3 *Monetam cudere, eſt de regalibus.*
4 *Pecunia, æreum, & nummus, in iure reperiuntur.*
5 *Pecunia quomodo fit.*
6 *Siliqua, ſimpulus, & dragma, ac uncia.*
7 *Pecunia adulterina quę ſit.*
8 *Monetam qui poſſint cudere.*
9 *Monetam mutat ſolus princeps.*
10 *Cenſus debet præſtare in ualore monetæ antiquæ.*

AD VERB. MONETA.

1 MONETAE) Quæ ſic dicuntur quia monent nequa fraus in metallo uel pondere fiat Lucas in rub. poſt medi. C. de ueteris numiſma. poteſta. iſtæ
2 ſunt multæ: & quæ Bononiæ. l. Imperatores, in poſitione caſus. & ibi gloſ. prima, ff. de contrahe. emptio. fuerunt ærea primo cæpit eſſe in vſu. & dicebatur ſextertium, quorum mille valebant vnum aureum, poſtea fuit argentea. Lucas in l. vnica. C. de collatione ęris. fuerunt inuentæ, vt per eas rerum pretia æſtimentur. Affl. hic poſt numerum ſe
3 ptimum. eas cudendi autoritas eſt publica, & de regalibus: & is poteſt, qui habet ſigillum publicum

cem. Præpo. hic numero quinto. circa. fin. & Alua
rot. numero tertio, poſt med. & in iure habemus,
4 pecuniam, æreum, & nummum. Lucas in l. fin. poſt
prin. C. de conueni. fiſci debito, iſta dicuntur vita
hominis. Cap. In ver. regalia. ibi, monetæ, & tran-
ſeunt per plures manus, quando conficiuntur. §. au
dient. in ver. & cognitionalibus. Aut. de iudicibus,
5 nam ut commodo publico conſulatur. l. prima. C.
de fabricenſi. in belluca ſeu inſtrumēto, in quo me-
talla liqueſiunt. Lucas in l. prima. poſt med. de me-
talla. & meta, deducitur ignibus, vt liqueſcat argen
ti materies. d. l. prima. C. de fabricen. & de qualita-
te ſolidorum, ſi oritur differentia, conſtituitur per
ſingulas ciuitates qui pro ſua fide atq; induſtria,
contentionem dirimat, & nō fallat neque fallatur.
l. 2. C. de ponder. & auri illatio: hodie eſt magi-
ſter probæ, cum magiſtro ſiclæ: locus vbi fit, dici-
tur ſicla; vt in ritu R. cameræ, de ſicla. & vltra alios
officiales, ad euitandum oe pro alijs cudatur, ad pe
titionem ciuitatis fuerunt additi duo credenzerij,
vt in cap. 66. R. Federici, vt ſic materia æqua lance
appendatur l. prima. C. de pōderato. & auri illatio.
6 nam habemus, ſiliquam, ſcrupulum, dragmam, &
vnciam. Aut. nullum credentem agrico. in ver. ſili-
quam. §. ſi quis epiſcopus. in uer. quatuor. Aut. de
ſancti. epiſco. glo. penultima in l. penul. C. de me-
tellariis, vncia eſt ſex aureorum, quia ſeptuaginta
duo aurei faciunt libram. Lucas in l. vnica. in fin.
C. de grege domini, aſcriptus ad cudēdum mone
tam, non liberatur alicuius priuilegio dignitatis. l.
prima. C. de murilegulis. dicitur autem adulteri-
7 na, quando fit a perſona non habente Regiam au-
toritatem, vel ſi falſificetur. Affli. in conſt. adulteri
nam. in pri. not. & prima quæſt. tria enim requirun-
tur, materia, quantitas ponderis, & publica forma.
cap. quanto. in ver. patris, de iureiuran. nam debet
percuti forma publica, & habere imaginem vete-
ris vel noui principis. Iſer. hic, nu. 19. & propter
iuriſdictionē, caracterem Regis, & propter impē-
ſas poteſt aliquid deduci a legitimo pondere. In-
8 no. in d. c. quāto. Rex enim habet facultatem cudē
di, quia eſt monarcha in regno ſuo. c. in apibus. 7.
quæſt. 1. c. ſcitote. 6. q. 3. & poteſt plus quam Impe
rator in imperio. l. poſtliminium. in princ. capti. &
poſtli. reuer. alijs non licet cudere niſi ex priuile-
gio. 2. Machabæo. 15. prout habent multæ ciuita-
tes. glo. rub. in fi. C. de iure reipub. & ſic prohibita
extractione auri & argenti, vt in prag. Car. V. &
quoniam in regno, &c. intelligatur etiam de ma-
teria neceſſaria ad confectionem monetæ. Iſer. ſu-
pra in rub. poſt nume. 5. & intelligitur de his quæ
extrahuntur de terra facientis ſtatutum: nā ſi quis
venerit de vltra mare iturus Romam cum armis
& equis, tranſit per regnum Siciliæ, vnde nō poſ-
ſent extrahi ſine Regis mandato, iſta extraheren-
tur. Boer. in deciſ. 178. poſt nume. 11. & 12. & per
Honorium in eius capitulis; nam quoad ius do-
hanæ non inſpicitur locus per quem tranſitur, ſed
locus ad quem vadit, & nō inſpicitur locus a quo,
ſed locus in quo venit ſoluendum, & ibi debet fie-
ri ſolutio tanquam locus deſtinatus. Bald. in conſi.
472. poſt nu. 3. 1. volu. & aurum licet ſit æque ve-
rum in arca furis, ſicut in theſauris Regis, a fure il-
licite datur vel accipitur, a Rege licite habetur. c.
quod quidam. 1. quæſt. 1. Cudatur ergo moneta
bonæ tenutæ, vt in cap. regni, item promittimus,
car. 30. colum. 1. talis valoris, quòd ſit pro eodē
apta valere toto tempore vitæ Regis, cuius māda
to cuditur, vt in cap. Honoru. æqualis eſtimatio-
nis. l. 3. C. de veteris numiſma. pōt. nō æroſa, quia
nō vtimur, ſed eſt iuſſu præſidis ſublata. l. creditor.
in gl. 1. ff. de ſolutio. Iſer. hic. nu. 21. circa prin. Mu
9 tat enim ſolus princeps ſine cōſenſu populi. Boer.
in deciſ. 327. nume. 6 & 7. Lucas in d. rub. C. de ve
teris numiſma. poteſta. et ſi videtur quòd nō poſ-
ſit, quia in damnum ſubditorum moneta mutari
non debet: ſed vtilitas priuata cedit cōmuni, mi-
nor maiori, ſicut in ciuitatibus, Archiepiſcopati-
bus, epiſcopatibus, Archidiaconatibus, & alijs di-
uiſis, & de nouo erectis, quę non ſolum poteſt, ſed
debet Papa erigere. glo. in extrauag. com. vni. in
ver. detrimentum. de offi. delega. tāto magis, quia
extra regnum, quandoque moneta non currit. glo.
in extrauag. Io. prodiens. in ver. autoritatem. cum
ſeq. de crimi. fal. mutat tamen, ſi imminet neceſſi-
tas, puta ſi eſt guerra in regno, & facit de vili mate
ria, puta de ferro & corio, & mandat quod expen-
datur. Affli. ſupra eo, in rub. nume. 23. circa med. ve
rum neceſſitate ſiniſtra compenſat damnum illis
pęnes quos talis pecunia inueniretur. Iſern. hic
nume. 21. quia vbicunque exigente publica vtilita-
te, Rex accipit bona ſubditorum, ſoluit precium.
Idem Iſer. infra 11 ver. & plauſtrorum. nu. 53. circa
med. & ſoluitur pecunia noua in valore vel precio
antiquæ. Iſer. hic nume. 21. circa med. late Bart. in
l. Paulus, la 1. nume. 6. de ſolutio Boer. in d. deciſ.
327. nume. 12. vnde ſi dantur tot floreni in dotem,
& tempore reſtitutionis reperitur auctus valor, fit
reſtitutio in valore, niſi eſſet mutata ſpecies mone-
tæ, attento tenore obligationis. Bal. in conſi. 513.
10 5. volu. & cenſus ſoluitur in moneta antiqua, ſi re
peritur, ſin autem, in eius valore, c. quanto. cap.
olim. in glo. fin. & c. pen. de cenſi. vel quod actum
eſt ſpectatur, & ſi non apparet mos regionis in-
ſpicitur. glo. in reg. ſemper de reg. iuris. ſecus ſi au-
reus eſſet minoris ponderis: nam etiam quòd ſol-
uens offerat æſtimationem, poteſt peti quòd ſol-
uantur boni ponderis. Capi. in ver. regalia. Ibi, mo
netæ. circa fin. quia denarius falſus non eſt dena-
rius. ſimilia in c. vera. in glo. 1. 45. diſt. & dicitur fal
ſus ex tribus, & de pœna qua punitur vtens pecu-
nia non bona, & ſi loco illius vtitur pecunia domi
ni bona, an committat furtum. Bald. in conſil. 372.
3. uolum. & dicitur bona, quę prebet vtilitatem ex
ſui vſu, & dominio. l. prima, & ibi gloſſ. in ver. pre-
bet. ff. de contra. emptio. iſtam Regiam qui recuſat
recipere capite punitur. Afflict. hic numero octa-
uo. & acceptam non licet ſine licentia in maſſam
redigere. l. vnica. C. de auri publi. per ſecuto. quia
mutata forma, cenſetur mutata, & eius ſubſtantia.
gloſſ. in extrauag. Io. cum ad ſacroſanctæ. in ver. ta
xetur. de ſentē. excommu. ſicut mutato valore, mu
tantur & rerum precia. l. ſecunda, d. titulo. C. de ve
teris numiſma. poteſt. & de mutatione poteſt Rex
habere commodū. & de qua moneta cogitur quis
emere vel vendere. Lucas in l. maximarum. colum.
prima, in fi. C. de excuſa. mune. & licet in ſolutione
tempus contractus inſpicitur. l. ſed quæ eius fundi
loca. ff. de ſeruituti. ruſt. prædio. Iſer. hic, numero
21. circa med. tamen ſalarium debet ſolui in valore
monetæ antiquæ, quia non augetur nec minuitur
niſi ſit pręſcriptum. Bald. in conſilio penultimo, &
fin. primo volumine, & 269. 2. uolum. antiqua cō-
ſuetudo in præſtandis redditibus ſeruari debet. l. cū
ſatis.

ſaris.C.de agrico.& cenſi, cum diſtinctione, ſi eſt
mutata uel vilificata, ſi mutata: aut in bonitate in-
trinſeca uel extrinſeca, aliàs ſpecies certa reddi de-
bet.l.tertia.§.ſi reddita. comodati, niſi aliud conue
nerit, in reg.ſi conuenerit, de reg. iuris, vel, l.prima.
§.ſi conueniat, de poſiti, latè Iſern.hic, numero 21.
quid ſi retenta bona ſoluit malam.l.penultima, in
glo.prima. ff. de extraordi. crimi. Alchimiſtæ autē
an puniantur, & an liceat facere alchimiam. Bald.
iſto titu.numero quinto, Iſer. hic numero 20. Al-
uar.numero quarto, & Præp.numero ſexto. & eſt
textus in extrauagan.commu.vni.de crimi.falſi.an
incidant in pœnam falſi, de eorum priuilegio, &
ex quibus fiunt metalla, Ioan. And. ad Specu.in
rub.de crimine falſi.ſi ſunt duæ materiæ, ex aſpe-
ctu vel conſuetudine declaratur quæ cedat alteri,
l. pediculis. §. Neratius. de auro & argen. legar.
& de pœna cudentis monetam falſam. Boer. in
deciſio.254.

S V M M A R I V M.

1 *Mulcta eſt animaduerſio pecuniaria, arbitrio iudi-
cis ſtatuenda: & capitur propriè, impropriè, &
impropriiſſimè.*
2 *Mulcta & pœna differunt.*
3 *Bannum æquiperatur mulctæ.*
4 *Mulcta quibus applicatur.*

AD VER. MVLCTARVM.

1 MVLCTARVM.) Eſt mulcta,
animaduerſio pecuniaria incerta ar-
bitrio iudicis ſtatuenda. Afflict.in §.
aut ſi libellario, numero vigeſimo
ſexto, quibus modis feud. amitt. &
in conſtitu. ea quæ ad decus. in decimo notab. &
capitur propriè, impropriè & impropriiſſime.glo.
fina.in l.ſi qua pœna, de verborum ſignifica. mul
ctare præſides poſſunt.l.certa. C.quando prouo-
care non eſt nece. quia mandatis ſuperiorum ab
omnibus humiliter eſt obediendum. Archidiaco.
in cap.ſecundo, circa fin.63.diſtinct.differt a pœ-
2 na.l.aliud eſt fraus.& ibi glo. fina.de verborum ſi-
gnificatio. Zaba.in clemen.ſecunda. in ver.inqui-
ſitoribus. numero ſecundo, circa finem, columna
3.in princip.de hæret. Aluaro. hic poſt numerum
quartum.& Præpoſi.num. 5.lo ſecundo, in fin.&
3 bannum æquiperatur mulctæ, & pro mulcta habe
tur. Paul. de Caſt.in conſilio 468.numero primo,
circa fin. primo volumine. & 236. numero 2. in
princip.2.volum. iſto modo iudex poteſt mulcta-
re contumacem, ſecundum communem opinio-
nem. debet tamen illam conuertere in pios vſus.
cap.venerabilibus.§.ſane.in poſitione caſus.de ſen
tent.excommun.in 6. applicatur quandoque pau-
4 peribus.l.2.C.de epiſcop. audien.aliquando datur
operi publico. Autben.præſides.eodem titu.C.de
Epiſcop. aud.eccleſijs. Lucas in l.vni. circa fin.C.
de palatiis & domib.domi.Caſſan.in conſue.Bur-
gund.rub.1.§.7.ibi, le mende.num.6.& 7.namquę
extorquentur lite eccleſijs tribuuntur, & quæ exi-
guntur ab ijs qui negligunt reparare vias aut mu-
ros, non debent eſſe fiſci, ſed conuerti in ipſam re-
parationem. Cap. in ver.feudorum clauſulæ, ibi,
cum mulctarum. ver.pœnæ autem.& in ver.rega-
lia. ibi, monetæ, in fi.quandoque publicis rationi-
bus.l.properandum.§.illo.C.de iudiciis.

Vltimò applicatur fiſco. l. mulctarum. C. de
modo mulctarum. & hoc quando imponitur pro
delictis, tunc ſpectat ad Regem, & dicitur de re-
galibus. Afflict. hic in princip. & Aluarot.poſt
numerum 4.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna quid ſit, & quid mulcta, & in quo diffe-
runt.*
2 *Pœnarum octo genera.*
3 *Pœna & ſupplicium differunt.*
4 *Pœnæ maleficiorum ſunt fiſcales.*
5 *Compendium, dicitur vtilitas, lucrum.*
6 *Prouentus, eſt nomen generale omnia comprehen-
dens.*
7 *Punire utrum liceat in delictis.*

AD VERB. POENARVM.

1 POENARVMQVE.) pœna
quid ſit, & quid mulcta, & in quo dif
ferunt. Azo in Sum. C.de modo mul
cta. Archidiaco. in cap.ſtatuimus, cir-
ca medium. 16. quæſtione 1. dicitur
debita ratione delicti. Zaba.in clemen.vni.num.9.
de teſtamentis. quia datur vindicta in pecunia &
fortuna, ſicut in corpore & fama. Innocen.in cap.
qualiter & quando. num.6. ante & poſt, de accu-
2 ſat. vnde octo ſunt genera. Lucas in l.2.in princ.C.
de numerariis. Archid.in cap.nemo. 12.quæſtio. 3.
& in cap.2.columna 2. in princ. 23. quæſtio. 5. &
ſemper eſt delictorum coertio, ſiue ſit certa, ſiue
non, quia pro delicto imponitur. Bar.in l.ſi qua pę
na, num.7.circa med. de verborum ſignif.vna di-
citur maior alia ratione effectus. Archi.in cap.cor-
3 ripiantur.24.quæſt. 3. & differt a ſupplicio. idem
Archid.in dicto cap.nemo. nam pœna pecuniaria
poteſt imponi, dūmodo diſtribuatur in pios vſus.
Zaba.in clemen.fina.§.fina. num.8.de hæreticis.&
eam ſi imponit, an lucrifaciet Abbas vel Epiſco-
pus. Archid.in cap.ſi vos.circa fin.23.quæſt.5.iſta
alibi forfacta dicitur. l. vni. de rebus forfactis. in
Longobard. commoda iuriſdictionis. Caſſan. in
conſue. Burgun.rub.9.§.18.ibi, iuſticiables.num.
35.quia ex ea prouenit emolumentum. Zabar.in
clemen.ſtatutum, in princ.de electione. pœnæ ma
4 leficiorum ſunt fiſcales. l. mulctarum. C.de modo
mulcta.in conſil.feud.diuer.58.num.4. & dicun-
tur pœnæ reſpectu ſoluentis.gl.in l.vni.in ver.me-
ram.ff. ſi quis ius dicen.non obtempera. glo.1.in
l.traiectitię.de actio.& obligatio. non recipientis.
Iſern.in §.& ſi dominus.num.10.in fi. de mili.va-
ſal. qui contum.eſt. & licet imponat iudex, videtur
imponere lex. l. ſanctio legum, in ver.pęnam.in fi.
ff.de pęnis.& ſi non exprimitur, intelligitur de ex-
traordinaria. glo.1.in l.omnis.C.de delatoribus.li
bro decimo. & applicatur iniuriam paſſo. Afflict.
hic, num.4 in dubio. quando lex indicit, datur fi-
ſco & non parti. Bald.in conſilio 378.numero 10.
quinto volum.inde pœna dicitur fiſci. Iſern.in §.
mille marcharum.in princ.de ſtatu.& conſue.con
5 tra liber.eccleſ.pęnarum compendium, vtilitas vel
lucrum.

lucrum. Gramma.in verb.compendium. lucrum
vel emolumentum. Lucas in l. 3. circa med.C.de
ſpectaculis. quod proprie eſt lucrum molendini,
generaliter capitur pro qualibet commoditate. Za
ba.in d.clemen.ſtatutum,de electio. connumera-
tur inter regalia,quia fructus eſt iuriſdictionis. Bar
to,in l.fin,num.2.ſolu.matrim. & ſub generali vo-
cabulo, fructus, dicitur redditus ſiue prouentus.
clem.exiui de paradiſo.in ver.declarauit. poſt me
dium. & ibi Zaba.in §. licet, poſt numerum 16.de
6 verborum ſignific.Prouentus autem eſt nomẽ ge-
nerale,omnia comprehendens. Lucas in l.litibus,
colum.6.circa med.C.de agrico.& cenſi.Innoc.in
cap.paſtoralis.num.4.de donatio. Pariſ.de fiud.in
ver.prouctus.num.5.quid venit appellatione fru-
ctuum,penſionis,reditus,obuentionis & prouen-
tus.Caſſa.in conſue. Burg.rub.4.§.17. ibi, & faire
les fruicts fiens,fere per tot.glo. Pariſ.titu.1.§.34.
poſt princ.& tit.2.§.57.poſt numerum 15.obuen-
tionis nomen eſt generaliſſimum.Prępo.de capit.
qui cur.vendi.in princ.colum.fin.in prin.prouen-
tus autem ęſtimantur quantum valent, deductis
oneribus.Paris vbi ſupra in ver.prouentus.in fine.
Pau.de Caſt. in conſi. 354. nume.2.1.vol.& 374.
circa prin.2.vol.qui non habet vnde ſoluat,tradat
ſe ſeruitio eccleſiæ.l.penul.de reuerentia eccleſiæ.
in Longobar. & poſſunt iſta vendi, ſicut ſeruus &
aliæ res.§.1.in ver.mancipiorum. Authen.vt iudi-
ces ſine quoquo ſuffrag.& ſi ſunt vniuerſitatis,per
rebellionem amittit, & poſſunt per priuilegium
applicari Baroni. Gram.in deciſ.46. Cap.in deciſ.
185.poſt num.4.Iure communi ſunt fiſci; hodie di
ſtin. aut mulctatur in terra demanij vel Baronis,
cum prouentus ſint domini,qui eſt ordinarius va-
ſallorum.Iſern.de pace tenen.in ver.hæreditatem,
poſt num.12.& emolumenta iuriſdictionis ex ſigil
lo curiæ & aliis deductis expenſis reſeruantur ſuc
ceſſori. d. clem. ſtatutum.cum ibi not.de electio.
nam quæ ſunt pro vtilitate dignitatis, & non ſua,
debent ſucceſſori reſeruari.Innoc.in cap.vni.nu.7.
cir.med.vt eccleſ.bene. ſine diminui.confera.vltra
quod mutatio ſtatus ſit in delictis.l.multis.C.de li
berali cau.ſequela pęnę eſt infamia.l.3.in gl.fin.in
prin. C. ex quibus cau.infa.irroga. verum requiri-
tur factum conſummatum. Bal.in conſi.195.num.
12.in fin.2.uolum.

7 Sed qui incidit in pęnam, an poſſit pęnitere,&
ſic eam euitare? videtur quod ſic Affli. hic, nu.17.
quia non videtur appellaſſe,quem tam cito pœni-
tet.l.fin.§.illud,de tempo. appella. Iſern.hic in ad-
di.in prin.circa fin.ſicut non dicitur diuorcium, ſi
dimittit vxorem breui reuerſuram.cap.diuortium.
de peniten. diſtin.1. adeo quod non dicitur diuer-
tiſſe,ſed cenſetur idem matrimonium. Soci.in con
ſil.127. num.8. 3.vol. ſed dicitur iurgium. Pau. de
Caſt.in l.in inſulam.§.ad vinum.num.2.ſolu.mat.
& ſic licet pęnitere. glo.fin.in l.2. C.qui bonis ce-
dere poſſint.

Pro alia parte facit, quod pœnitentia non pro-
deſt, vbi culpa eſt executa,quia non admittitur in
præiudicium tertij. Afflict.ſupra eod. in ver.vecti-
galia.poſt numerum 18.eſt fera,& multa ſunt,quę
per pœnitentiam non purgantur. l. quis ſit fugiti-
uus.in ver.pœnitentiam. de ędil.edi.nec habet lo-
cum poſt factum. l.vni.circa fi.vbi glo.in ver.pęni-
teat.C.de cond.& procura.ſiue exacto.prædio.fi-
ſca.Contraria verò procedunt, quando res eſt in-
tegra, nam in continenti purgatur culpa.glo.rub.
quid iuris ſit ſi poſt aliena.vaſal.feu.recupera. vn-
de pęnitere licet ante litem conteſtatam, poſt nõ.
glo. fina. in l.ſi is qui ſe obtulit. ff. de rei vendica.
quia videtur adhuc res integra. l.ſi cum dotem.§.
eo autem tempore.in ver.mutauerit.ſol.matri.niſi
iudice ſedente pro tribunali deliquiſſet.c.Deus om
nipotens.2.q.1.ita Iſer.hic.

Quid in delatore, & cauſa appellationis. Bald.
in §.porrò,poſt numerum decimum,decimũquar
tum,& poſt, quæ ſit prima cau.beneſi.amitt.& in
cap.vaſallus,num.7. ſi de feud.fuerit controuer.in
ter domin.& vaſal. nam ſero appellat,qui tempo-
re competenti non prouocat. gloſſ. in cap. cum in
veteri. de electio. Emenda quid,& quot modis.
Zaba.in clemen.1.in 7.& 8.not.de decimis. facul-
tates & prouentus differunt. idem Zabar. in cle-
men.ſecunda,in princip. num.7. de relig.domi.&
ſi vaſallus meus delinquit in caſtro tuo, ſi ibi eſt
condemnatus & ſoluit,non repeto.Bald.in l.1.nu.
19. ſi a non compet.iudi.

S V M M A R I V M.

1 *Bona vacantia,& hæreditas differunt.*
2 *Regalibus conceſſis ueniunt bona morientium ſine hærede.*
3 *Baro in quibus ſuccedit, & in quibus fiſcus.*

AD VERB. BONA.

BONA vacantia dicũtur, cum igno-
ratur cuius ſunt, nam facta proclama
tione, ſi non fuit repertus aliquis qui
voluiſſet eſſe hæres, tunc deſinit eſſe
1 hæreditas, & incipiunt eſſe bona vacantia. Pau.de
Caſtr.in conſilio 254.num.2. primo volum. fiſco
applicantur. Sed non procedit in bonis abſentis,
vel minoris. Caſſan.in conſue.Burgun.rub.1.§.2.
ibi, crie par trois edicts.vel hęreditas dicitur,quã
do eſt ſpes quod adeatur, ſed cum omnes defi-
ciunt,& nulla eſt ſpes adeundi, tunc dicuntur bo-
na vacantia.Paul.de Caſt.in conſilio 143.in princ.
primo volum.Dec.in conſilio 400. colum.3. circa
fin. poſt numerum octauum, 3.volum.& Afflict.
hic,num.10.ſeu illa ſunt in quibus non eſt aliquis
hæres,ſed vltimo loco ſuccedit fiſcus.Aluaro.hic,
poſt numerum quartum, qui habetur loco hære-
dis extranei. Paulus de Caſt.in conſilio 311.nume
ro tertio,in princip.1.volum.In inquirendis iſtis,
quidam ſunt nimis ſolliciti.l. ne ſupina,in glo.fin.
ff. de iuris & facti ignor. ex quo cum deferuntur
in fiſcum hæredem.l.vacantia. C.de bonis vacant.
qui deferunt, a fiſco conſequuntur pręmium me-
dietatis.l.Papinianus.§.meminiſſe.in ver.ablatum.
ff.de inofficio.teſtam.iſta donat,& de eis diſponit
vt in propriis,nec alter ſuccedit niſi ex priuilegio.
Cap.in ver.feudorum clauſulæ. ibi,cum bonis va-
cantibus.& in concurſu cum creditoribus illi præ-
feruntur. l. ſi bona. C. de bonis autho. iud. poſſi.
gl.2.in l.1.C.de bo.vac. olim quando non curialis
ſuccedebat curiali, quarta deferebatur curiæ. l.1.
C.quando & quibus quarta pars debea.eius quod
vir relinquebat vxori, vel econtra, filios non
habens, decima fiſco debebatur. l. ſecunda.C.de
infirman.pęnis cęliba.In curia Romana ſi decedit

officialis alicuius Cardinalis, intra cuius librariam defunctus morabatur quandoque, etiam teſtamen to ſolemniter condito, & legitimis relictis hæredi bus, occupat omnia bona; nam arca præfecto Prætorio pars fiſci erat. Lucas in l. tertia. cir. fi. C. de apparito. præfe. Præto. nunc uxor excludit fiſcum, tã iure Romano, quàm conſt. regni, non autem iure Longobardo. Iſer. hic cum quo Lucas in l. 1. col. 2. poſt pri. d. tit. C. de bonis vacan. Cap. in ver. regalia, ibi, bona vacantia. in pri. & quod dictũ eſt in uxore, non procedit in concubina. §. neque illo. in ver. liue. Aut. de trie. & ſem. & maritus inops ſuccedit uxori in quarta parte, etiam decedenti cum liberis, relictis matre, & ſororibus. Alex. in conſi. 249. ante, & poſt nu. 5. & 4. 6. vol. præſcribitur delatio bonorum vacantium, l. intra. ff. de diuer. & tempo. præſcri. & cognoſcit procurator Cæſaris. gl. in conſt. præſenti. de off. ſecre. Conceſſis tamen regalibus,
2 veniunt bona morient ũ ſine hærede. Boer. in Dec. 50. nu. 14. & 15. quia ponũtur inter regalia, & ipſo iure ſpectant ad Regem. Afflict. hic in pri. In qui-
3 bus verò ſuccedit Baro, & in quibus Rex, Fre. lib. 2. ibi decimaquarta autoritas, bona fiſcalia, & ſuæ iuriſdictionis quilibet occupat, non tãquam hæres, ſed tanquam bona vacantia. in con. feud. diuer. 58. nu. 5. 8. & 12. & feudatarius emptor qui habet utile dominium, poteſt præſentare: & ſic, ut alios fructus licite habebit. Inn. in c. cum Bertoldus. in pri. de ſent. & re iud. quia Eccleſia, & ius patronatus tranſit cum feudo? & poteſt dari in feudum, quia feudum beneficium eſt. Idem Inn. in c. cum ſeculũ. de iure patro. & ſuccedit dominus vaſallis manus mortuæ. quid in habitatoribus, & in bonis alibi ſitis, in con. feud. diuer. 37. per tot.

SVMMARIVM.

1 *Et, pro uel.*
2 *Vt, exemplificatiue ſtat.*
3 *Indignus dicitur, qui manifeſtiſſime comprobatus eſt id egiſſe, quod is a quo inſtitutus eſt, ſi nõ mortuus fuiſſet uendicaſſet.*
4 *Leges, quæ auferunt ab indignis, uadunt ad fiſcum.*
5 *Specialiter, id eſt ſingulariter.*
6 *Indignus poteſt eligi ex conceſſione, etiam quod non ueniat per dictionem, quicumque, in conceſſione expreſſam.*

AD VERB. ET QVAE.

1 ET) pro uel. l. Papinianus. §. quarta. in uer.
2 & nunquid. cit. pri. ff. de inoff. teſt. Quæ ut) Exemplificatiue ponitur, l. 2. in ver.
3 ut. ff. de interdictis. Ab indignis) Qui manifeſtiſſime comprobati ſunt id egiſſe, quod teſtator ſi ſciuiſſet, & mortuus non fuiſſet, uindicaſſet. l. 3. de his quibus, ut indig. quod contingit pluribus ex cauſis, toto tit. ff. & C. de his quibus, ut indig. nam iniuria fit, nõ ſolum uiuo ſed etiam mortuo, l. 1. §. & ſi forte. ff. de iniuriis. unde ſicut ex cauſa ingratitudinis contra uiuentem reuocatur donatio vel legatum ex præſumptione contrariæ voluntatis; ita illo mortuo priuatur, ſucceſſor tanquam indignus hæreditate, donatione vel legato, Ludou. de Molin. de Hiſpa. primogen. lib. pri. capitu. nono. numero quadrageſimoſexto. adeo quòd repellitur ab omni commodo quod ex eo ſibi defertur principaliter vel acceſſorie, l. poſt legatum. §. fin. d. titu. ff. de his quibus, ut indig. extinguntur legata, & fideicommiſſa. l. proxime. in gloſſ. ſecunda. ff. de his quæ in teſta. delen. auferuntur prælegata. Boer. in Deciſ. 280. numero nono, & pro fortunis ſingulorũ meritis eorum conſideratis ſententia profertur. l. eos, l. prima. §. ſuper iis. in fin. C. de appellatio. tunc
4 quæ leges auferunt ab indignis vadunt ad fiſcum, l. prima. ff. de iure fiſci. Niſi quæ ſpecialiter.) Id eſt
5 ſingulariter, & expreſſim. l. quarta. §. quæſitum. in verb. ſpecialiter. ff. ſi quis cautio. Quibuſdam
6 conceduntur.) Nam licet non ueniat indignus etiam ſi proferatur ſermo cum dictione, quicumque. Afflict. in conſtit. clementiæ. in prima quæſt. poſt numerum decimum, & dato arbitrio in matrimonio, non eligitur perſona prohibita: poteſt tamen concedi, l. quanquam. de ritu nuptia. alibi nemo ſibi exoſum cogitur eligere. gloſſ. in cap. nulla. in ver. occaſio. trigeſimaquarta. diſtinct. & etiam in beneficijs verba generalia reſtringuntur, ut non comprehendant odioſos. l. Lucius. §. penultimo. de leg. ſecundo. & libertate legata, non ueniunt quos pœna coercuit, l. teſtamento Centurio. ff. de manumi. teſtam. Iſtas cauſas Afflict. hic poſt numerum ſecundum, reſtringit ad tres notabiles, quarum unum proſequitur. Iſern. & eſt, ſi hæres non vendicat necem defuncti accuſando interfectores: cuius dicta intellige, ut in l. hæredem. l. ei qui, & ſequ. ff. de his quibus ut indign. l. prima. C. eod. titu. de his quibus, ut indign. & l. cum mortem ff. de iure fiſci. Intellige tamen, dummodo conſtet de crimine, l. prima, C. ubi cau. fiſca. & ſi optima ratione, non differendi cauſa fit, moræ non eſt annumerandum, l. ſciendum. ff. de uſuris. ideo datur quinquennium. Alexand. in conſilio 172. poſt numerum ſecundum, & octauum, circa fin. quinto uolumine. nec procedit in minore, l. minoribus. C. eod. de his quibus, ut indign. l. prima. C. in quibus cau. in integ. reſtitut. non eſt neceſſa. vel ſi a lege fuiſſet data dilatio. l. ſororem. & ſequ. C. eod. titu. de his qui nota. infam. niſi nimis ſe arctaſſet, quia qui ſe arctat, ut non faciat, quod facere poteſt & debet, habetur pro facto in ſui præiudicium, Iſern. hic numero uigeſimonono. circa med. facit quod dicit gloſſ. in capitul. cum in veteri. in uer. requiſitum. de electio. uel ſi eſſet contra proprium patrem. Boeri. in deciſio. uigeſimaquinta. numero decimotertio, & decimoquarto, & quod dicitur de eo qui non vendicauit necem defuncti, idem ſi deſtituit ſupremas illius preces. l. ſi patroni. § qui fideicommiſſariam. circa fin. ad Trebellian. & ſi non obtinet in principali, perdit ſubſtitutionem, ut indignus. gloſſ. prima, in l. is qui. de uulgar. & pupillar. & legatarius etiam propter cauſas ingratitudinis poſt mortem commiſſas, in infamando uxorem priuatur legato, & vadit ad hæredem ſcriptum. Bald. in conſilio 445. & ſequen. ſecundo uolumine. Aduerte tamen, quod licet accuſetur, non tamen ſtatim fit reus, ſed grauatur tantum eius opinio. gloſſ. in capitu. fina. de teſtibus, unde ſi accuſatus abſoluitur, poſſet petere actione iniuriarum uel crimine falſi eadem pœna puniri,

uel

vel ad intereſſe condemnari. Alex. in con. 11. circa
pri. in 2. dubio, num. 4. pri. vol. Ideo accuſator tene
tur ſubire diſcrimen inſcriptionis. Iſern. hic nu. 27.
poſt med. & in conſt. accuſatorum temeritatem, &
pœnam calumniæ.

Sed an debeat primo accuſatus puniri, deinde
fiſcus auocabit hæreditatem? proſequitur late Iſer.
hic, declarando. d. l. 1. vbi cauſæ fiſcal. nam non ita
faciliter euenire poteſt, vt non præcedente mora
perueniatur ad iudicem. l. 3. poſt pri. ff. de vſuris. &
ſi in fiſco, idem in alijs, quia facit & proferre iubet
quod alios facere monet. §. fin. Aut. vt differen. iud.

Quid ſi fuerint abſoluti occiſores? præſumitur,
pro ſententia. c. in præſentia. de renunciatio. niſi fuiſ
ſet lata per colluſionē. l. ſi per luſorio. ff. de appell.

S V M M A R I V M.

1 *Nuptiæ illicitæ, nefariæ, inutiles, & inceſtæ, quæ ſint.*
2 *Inceſtus, effrenata libido: a ceſton, cingulo veneris.*
3 *Contrahentes inceſtas nuptias puniuntur, & bona confiſcantur.*
4 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de matrimonio.*
5 *Iudex temporalis quandoque cognoſcit, ſed non poteſt condemnare.*
6 *Fornicatio commune vitium eſt, & an ſit maius peccatum aliis.*
7 *Plures pænæ imponuntur pro una fellonia.*
8 *Pœna pecuniaria ſi eſt impoſita, non poteſt imponi alia.*
9 *Pœna imponitur propter aliorum metus, ſecus de iure canonica.*
10 *Pœna confiſcationis non habet locum, niſi in crimine hæreſis & læſæ maieſtatis.*
11 *Iudex an poſſit augere uel minuere pœnas a lege inductas.*
12 *Iudices in poteſtate conſtituti, poſſint citare ſub pœna omnium bonorum inſligenda.*
13 *Bonus quandoque dormitat Homerus.*
14 *Publicatis bonis, an ueniant quæ ſunt ſub iuriſdictione alterius.*
15 *Iniuria illata Deo plus eſt, quam illa quæ nobis inferatur.*
16 *Pænitentia quid ſit, quid operatur, ad quid prodeſt.*
17 *Indulgentia quid, a quibus, & quando dantur.*

AD VERB. BONA CONTRAHENTIVM.

BONA contrahentium inceſtas nu-
ptias) Contrahentes inceſtas nuptias
puniuntur publicatione bonorum, &
ſunt inter regalia. cap. in ver. regalia
ibi, bona va cantia, circa med. nuptiæ autem capiun
tur pro carnali commiſtione. Arch. in cap. renuit,
& in c. de coniugali, circa med. 27. quæſtione 2. &
1 quædam ſunt illicitæ, nefariæ, inutiles, & inceſtæ.
Arch. in c. conſanguineorum. 3. quæſtio. 4. Præpo.
hic nume. 6. circa pri. Illicite ſunt omnes contra le
gem, & eſt nomen generale. §. pri. in ver. illicitas.
Aut. de inceſt. nuptiis. nefariæ, inter aſcendentes, &
deſcendentes, inceſtæ. inter collaterales. l. ſororis.
& l. inceſtæ. in gl. ff. de ritu nuptia. Azo in Sum. nu.
32. C. de nuptiis, & Alnar. hic, nume. 4. poſt med.
eſt enim prohibitum matrimonium vſque ad quar
tum gradum, & puniuntur non ſolum contrahen
tes infra iſtum gradum, uerum etiam contrahentes
in caſibus prohibitis a lege diuina. not. in clem. vni.
de conſang. & Affi. nam pœnæ contrahentium in-
ceſtas nuptias, habent locum etiam in contrahen-
tibus inceſtas de iure canonico. Deci. in con. 158.
ſibi contrarius, in con. 268. nu. 5. dicuntur contra
ius naturale. not. in cap. pen. de hæreticis. in 6. &
lex inceſtas, nefandas, & damnatas uocat. d. §. pri.
Aut. de inceſtis nupti. non coniunctio, ſed potius
cotagio dicitur. l. 2. C. ſi nuptiæ ex reſcript. peta. in-
2 de inceſtus effrenata libido, a ceſton, cingulo vene
ris. glo. pri. in l. ſi quis. C. de inceſt. nuptiis. nam a-
mor eſt furor vehemens. §. illud quoque. in ver. ve
hementius. Aut. quibus modis natu. effi. legi. & a-
mantes dicuntur infælici amore capti. l. vni. C. de
ſenatuſcon. Claudia. tolle. §. fi. Inſti. de ſucce. ſubla.
procedente iudicio contra eos. l. manichæos. C. de
hæreticis. & conſtitu. §. per contrarium. Inſti. de hæ
redi. qua ab inteſt. hos leges ſeculi interficiunt, &
ſunt infames, d. c. conſanguineorum. 3. quæſtio. 4.
puniuntur perſonæ, & bona confiſcantur. Iſern. hic
in pri. perdit feudum nec recuperat per diſpenſatio
nem. Bald. in l. pri. num. 42. de rerum diui. non de
bet filius dici, & ei quomodo pater ſuccedat, ponis
cautelā. Idem Bal. in l. cū in eo. in fi. ff. de pactis.
3 etiam confiſcatur dos, vltra exilium, & cinguli ſpo
liationē. Aut. inceſtas. d. tit. C. de inceſt. nup. verū
ſi cōtrahitur ignoranter, competit repetitio dotis,
ſi ſcienter ad fiſcum deuoluitur. Inno. in c. & ſi. cir.
med. de donatio. inter uirum, & vxo. Azo in Sum.
d. tit. de inceſt. nupt. num. 1. quid ſi contraxit ab ini-
tio ignoranter, & poſtea cohabitauit ſcienter? Za-
ba. in clem. uni. num. 8. de conſang. & affini. con-
trahentes matrimonium contra leges perdunt do
tem & donationem propter nuptias. Abb. in c. &
ſi neceſſe. num. 7. 9. & 10. de donatio. inter uirum
& uxo.

Quid ſi Papa diſpenſat, uel fuit coactus, impu-
bes, vel contraxit ſponſalia, an remoueatur pœna
ibi, nu. 7. 14. & 15.

Quis autem cognoſcit? & videtur quod quocū-
4 que modo agatur uel excipiatur de crimine eccle-
ſiaſtico, iudex ſecularis nō cognoſcit. Iſer. hic. § pri.
quia cognitio cauſarum matrimonialium pertinet
ad epiſcopum. c. ex tenore. in uer. eccleſiaſticum.
de foro compet. cum ſint meræ canonicæ. c. vt in-
quiſitionis. de hæreticis, & ratione connexitatis co
gnoſcit etiam de bonis. ca. licet. in gloſſ. 2. de foro
comp. c. tuam. de ordi. cog. iſto modo in crimine
hæreſis occupatio bonorum non fit per dominos
temporalis. cap. cum ſecundum. §. fin. de hæreti. in
6. nam quando pertinet principale, pertinet etiam
quidquid ſequitur ex eo. not. in ca. prudentiam. §.
ſexta. & §. fin. de off. delega. cap. accedens, lo 2. in
glo. fin. ut lite non conteſta. c. cum ex officij. in ver.
viſitationem. de præſcriptio. cap. tertio. de donat.
inter uirum & uxo. cap. lator. qui filij ſint legi. cap.
prudentiam. de dote poſt diuor. reſti. l. prima. C. de
off. recto. proui. l. 3. C. de iudiciis. & l. prima. de or
dine cog. & ſicut cognoſcit de ſpirituali, ita & de
adiuncto ſpiritualitati. l. quæ religioſis. de rei vēd.
cap. primo. & ca. ſi quis. pri. quæſt. 3. adeo quod in-

dex temporalis debet habere pro vero, quod pro-
nunciat eccleſia.Iſer.hic num.37. in fi. Bar.in l.di-
uus.num.3.ff.de cuſto.& exhi.reorum. Videtur
tamen quod poſſit cognoſcere,non tamen ſenten-
tiam ferre,c.fin.in ver.abſque,la 2.de ſtatu mona-
5 cho,tres caſus ponit gloſſ.pri.in cap.2.de exceptio
ni. in 6.ſinodus audit cauſam criminalem Epiſco-
pi, & diffinitionem Papę reſeruat.cap.inquiſitores
in uer.apoſtolicæ.capit. vt inquiſitionis. in ver.co-
gnoſcant.d.tit.de hęreti.in 6. Metropolitanus po-
teſt audire cauſam criminalem Epiſcopi, ſed non
poteſt eum deponere.glo.pri.in fi.in cap.illud.53.
diſt. Pręfectus non cognoſcit de pęna capitali, ſed
refert ad præfectum urbis.glo.tertia.in l.pen.ff.de
condi. cau.data, delegatus non mittit in poſſeſſio-
nem,ſed de mittendo pronuntiat.gloſſ.in §.ſi uerò
ſemel.Aut.de eahibe.reis. ardus illuſtrium cogno
ſcit Præfectus Prætorio,ſed non condemnat incō-
ſulto principe.l.fina. C.ſena.vel clariſſi. minor iu-
dex poteſt eaaminare de ætate, & de ea conſulere
Principem,diſpenſare tamen non poteſt. cap.cum
dilectus.in uer.in ętate,in pri. de electione. Pręfe-
cti vigilum nihil de capitalibus cauſis ſua authorita
te ſtatuere debent,ſed ſi quid euenit debent refer-
re.l.vnica,C.de offi.præfecti vigi. in creandis tuto-
ribus magiſtratus defert nomina creandorum prę
ſidi,& non dat niſi iuſſu præſidum.l.fi.in glo.1.ff.
de tuto.& cura. datis ab his. poſſunt aliqui cōdem
nare,ſed non abſoluere.not.in cap.graue nimis.de
præben. Vltimò præſes non poteſt deportare, ſed
cognoſcit de deportādo, & reſcribit principi,quod
aſſignet inſulam.l.inter. & ſeq.de interdi. & rele-
ga.l.ſi quis filio.§.eius qui.ff.de inuſto rupto,& ir-
ri.teſta.Iſer.hic,numero 38.circa med.& ſic poteſt
pronunciare aliquem deponendum, ſed condem-
nare non poteſt,cap. frater. in ver. ſi mediocris.in
fin.16.quæſtio.pri.l.ſecunda.§.primo. ff.de pęnis.
l.inter pænas. de interdi. & relega. & comprobata
ſententia præſidis uel prætoris, ſi non fuit appella-
tum,ſolet princeps inſulam aſſignare,cap.biduum,
§.ſi quidem,vbi glo.3.quęſt.6.l.pri. ff.quando ap-
pella. ſit, & cognoſcit incidenter, quod aliàs non
cognoſceret principaliter.glo. in d.c.ut inquiſitio-
nis.in ver.quoquo modo,de hęreticis.in 6.ſicut ra
tione incertitudinis cognoſcitur de incidenti ſu-
ſpenſa cauſa principali. gloſſ. in cap.ſuper literis.in
ver.facta. & ſeq.de reſcriptis. quando eſt canoni-
cum,& ciuile,vt crimen vſurarum,Iſer. hic nume.
37.licet poſſit iudex ſecularis,quia cognitio eſt fa-
cti.Aleaand.in conſi.9.ante & poſt nume.3.4.vo.
procedit etiam Eccleſiaſticus per uiam inquiſitio-
nis ad priuatam vtilitatem.Deci. in con.170.num.
2. Idem in adulterio, quia iura ſemper eaemplifi-
cant regulas iudiciorum in delictis adulterij. Iſer.
hic, numero 35. poſt med. ex eo, quis fornicatio
commune vicium eſt.cap.quia tua ſanctitas.50.di-
6 ſtin.Hoſt.in §.qua pęna.num.12. cir. fin. de ſimo-
nia. pauci inueniuntur ſine uitio carnis. Zaba. in
clem.fin.in ver.ſeptimo,num.2.circa pri.de hære-
ticis,glo.a.in cap.fin.de purga.cano.in c.2. in ver.
cę era.15.quęſt 8.gloſſ.pri.& ſeq.in c.ſiquis intrat,
de conſecra.diſt.2.Archi.2.quęſt.pri.in ſum.in pri.
nam difficile eſt continere.gloſſ.fin. in d. cap.quia
ſanctitas. & hodie fragiliora ſunt corpora noſtra
quàm olim erant.gloſſ.prima, in cap.fina.81. diſt.
& fortius prohibetur, quia magis peccatur hoc ge
nere peccati.glo.prima,in cap.decenter.89.diſtin.

& durius eſt vindicandum, quod ſceleratius eſt
commiſſum.gloſſ.in capite.cito, in ver.durior.pri.
quęſt.prima, nam adulterium eſt crimini lęſę ma-
ieſtatis proximum, & longe grauius furto; adeo
quod adulterium,& raptus, ſunt grauiſſima crimi
na.Caſſa.in con.Burg.rub.pri.ibi, & droicts.d.icel
lis.poſt numerum 55. & nullum maius adulterio.
Archi. in cap. quid in omnibus 32. quæſt.7.inter
alia crimina excellentius eſt adulterium,inceſtus,
ſtuprum & lenocinium.Azo in Sum.C.ad leg.Iu-
li.de adulte.in prin.tamen illo maius eſt ſacrilegiū.
glo.in cap.ſicut 17.quæſtione quarta, initium om-
nis peccati ſuperbia.Eccleſiaſticus.10.vnde,& ex-
communicationis exceptio frequenter ad partes
fatigandos morbus quaſi communis irrepſit, cap.
primo de exceptioni in 6. & adulterium quatenus
dicitur grauius, exponitur, ideſt communius. Ar-
chie.in cap.quia.50.diſt.nam concupiſcentia eſt ge
nerale peccatum, & nullus eſt qui ipſum actum cō
cupiſcentiæ ignoret,ſed omnes ipſum experiuntur
Diuus Thom. ad Romanos 7. ibi, quid ergo dici-
mus,columna prima,circa ſin. & 2. in pri.vnde o-
portet humani generis Infirmitatem protegere. §.
fin.in pri. Aut.ut nulli iudi. & delicta carnalia mi-
nus puniuntur, quia proueniunt a natura. Caſſan.
in con.Burg.rub.quarta.in pri.numero tertio.quia
humana natura facilliter labitur. Idem rub. 8. nu-
mero ſecundo.& ſi uno modo punit canon,& alio
modo lex ciuilis,vltima priſcę ſeueritati accedit. l.
quarta.de ſepulchro viola.Iſern.hic numero trige-
ſimoquinto.circa pri.nam dignum eſt,qui tot prę-
ſumit offendere,vt multiplici pęna caſtigetur.cap.
primo,in fin.& ibi gloſſ.antepenultima, & fin. de
ſenten. & re iud. in 6. & qui in multis deliquit eſt
multipliciter puniendus.Ioan.And. in capitu.cum
medicinalis.numero decimo,de pœnit. & remi.in
6. & maior culpa maiorem exigit pœnam. Idem
Ioan.And. in cap.penult. numero ſecundo. de off.
ordina.in 6. nam uitium naturale debet refrenari,
non autem ampliari.Caſſan.in con.Burg.rub. 8. §.
quinto, & in con. numero trigeſimoquinto. an ſit
maius peccatum mendatio. Zaba.in clemen.fin.in
ver.ſeptimo.numero ſecundo.de hæreticis. cum
nomine mendacij, omne peccatum continetur.
Arch.in cap. ſecundo. circa fin. prima quæſtione
pri.quid veniat appellatione fornicationis, & quot
ſunt ſpecies, cap. lex illa.36. quæſtio.prima.& an
magis peccēt ſi coinquinētur cum pulchra vel de-
formi.gloſſ.fina. in cap.fin.14.quęſtione vlti.deli-
ctis communibus, & vulgaribus non contenti.in
extrauag.com.cap.unic.de dilationi. in princ.poni
tur de adulterio gratia exempli. Archi.in §.lege.4.
quęſtio.2.& 3.ſicut furtum, cum idem ſit in quo-
libet alio delicto. Ioan. And. in cap. ſecundo,nu-
mero ſecundo.in fin.de conſtitu.in 6. exempli cau
ſa in lege ponitur de mutuo, Azo in Sum.C.etiam
ob chirographariam pecuniam, numero tertio.in
fin.cupiditas ponitur cauſa exēpli.cum idem ſit in
quolibet peccato mortali. Arch. in cap.bonorum.
47.diſtinct.vltra quod omne peccatum eſt libido,
largo ſumpto uocabulo.Idem Arch. in capit.ab e-
xordio.poſt pri.35.diſtinct. & ſic pro una fellonia
7 plures pęnę imponuntur. Bald. in cap. primo,nu-
mero 3.& Alua.nume.5.de prohi.feud.aliena.per
Lotha.vbi una non ſufficit.Zab.in clem.pri.nume.
6.cir.fi.de ſepulturis.velut ſi perſiſtit in contuma-
tia.c.fin.in ſin.ut lite non conteſta.c.2. in fi. de off.
deleg.

delega. in ſexto. not. Gemi. in cap. 1. de ſupplen. negligen. prælat. in 6. vel altera per ſe non ſufficit. gl. penultima, in cap. ſecundo. de regulari. in 6. aliàs non cumulatur. in extrauagan. Ioan. cap. ſuſcepti. in ver. ad volentem. circa fi. de electio. vel propter criminis horrorem. cap. fi. in ver. adimimus. de pœnis. in 6. in extrauag. Ioan. cap. dierum. in ver. ediderunt, de pœnis. bis punitur. facit. l. Neratius, circa fi. & ſeq. ff. de ſeruo corrup. & pro vno delicto plures pœnæ imponuntur. not. Afflict. in d. cap. 1. in 7. not. num. 9. de prohib. feud. aliena. per Lotha. ſicut tenetur ex una cauſa duobus. l. 3. §. fina. circa fin. ff. de in rem uerſo. non principaliter, ſed in quandam conſequentiam. l. an inutilis, §. fina. in uer. honorariæ. de acceptilatio. & licet quæratur a pluribus diuiſim vnica tamen fertur ſententia. gloſſ. in cap. per hoc, in ver. ſententia. de hæreticis, in 6. facit pro alia parte, quod de delicto unius hominis, non eſt ſæpius quærendum. l. licet, in fine, nau. capo. ſtabu. Innocen. in cap. fin. in fin. de colluſio. detege. ſemel dimiſſa iterum in vlsionem veniri nõ patimur, cap. fin. in ver. iterans, de celebrat. miſſa. audita ſemel indiſcuſſa remanere non debent. not. in capitu. ſecundo, & fin. de collu. detege. punitum ſemel, iterum puniri non debet. not. in capi. cã noſcitur, de ſentent. excommu. bis pœnitentia de eodem crimine agi non oportet. Archidiaco. in cap. ecce. ſecunda, quæſtione tertia. nec debet bis quis ex eodem delicto puniri. Caſſan. in conſue. Burgũ. rub. 12. §. vni. circa fin. princ. numero vigeſimoprimo, circa med. uel pro eadem cauſa ſeu diuerſis, cõtra eundẽ, diuerſos iudices nõ impetrari, uel diuerſos proceſſus fabricari. cap. 3. cum ibi no. de reſcriptis, in 6. & pro criminibus de quibus eſt accuſatus & abſolutus, non poteſt accuſatio replicari. cap. de his, de accuſationi. nam non debet duplici contritione conteri. l. penult. §. fina. ad leg. Corne. de parric. & in eadem re duplex periculum ſuſtinere. l. penult. de tuto. & curato. datis ab his. ſecus in terminis. l. Aemilius. ff. de admi. tuto. non debet ſæpius agi per vnam & eandem viam. gloſ. prima, circa fin. in l. prima, de maleſi. & publi. crim. in Lõgobard. nec emptor bis eiuſdem rei æſtimationem conſequi. l. quod ſi nolit. §. quod in procuratore, in fi. ff. de ædili. edic. l. quia dicitur. ff. de euictio. ſicut duplex ſtipulatio non committitur. l. ſi cui. in fine, princip. dicto titu. de euictio. vel duplex ſtipulatio in perſona vnius locum habere non poteſt. l. Lucius, de vulga. & pupil. ita bis eadem res præſtari non poteſt. l. ſi ſeruus legatus. §. Stichum, de leg. 1. l. Mæuius, de lega. 2. noluit ſocer vt hæres bis dotem ſolueret. l. 2. in princip. & fine, de dote præleg. & licet dentur duæ actiones, altera actor contentus eſſe debet. l. ſi vulneraueris. ff. locati. & ſic ſæpius eandem cauſam repetere & reuocare nemo poteſt. Bald. in conſi. 187. 1. volum. & ſi uenit puniendus in diuerſis locis, ſemel tantum punitur, & ab eo qui præuenit: quis autem dicatur præueniſſe. idem Bald. in conſi. 124. quinto volum. nam non poteſt bis mori. Bald. quibus modis feud. amit. poſt numerum vndecimum. & quando imponitur duplex pœna copulatiue, copula reſoluitur in alternatiuam, ſi altera pœna non poteſt imponi. Zaba. in clem. 2. §. illi uerò. num. 14. de ætate, & quali. adeo quod licet aliquid addatur, non debet pro eodem delicto ſæpius quæri. Bal. in conſil. 415. ibi, ſeptimo, 4. volum. & ſi vna eſt impoſita pro delicto, non poteſt imponi alia. Afflictus in §. iniuria in terti. nota. numero quarto, circa fin. de pace iura. firma. quædam pro & contra in capitu. attendendum. in gloſſ. fin. & cap. quiſquis etiam, in gloſſ. fin. decimaſeptima quæſtione quarta. ſed diſt. vt in cap. relegentur. in gloſſ. ſecunda, vigeſimatertia. quæſtione quinta. & in progreſſu ſimul proceditur, ſed lata ſententia non debet de delicto eiuſdem hominis ſæpius quæri. Bald. in §. præterea ſi inter duos, numero vigeſimoprimo. de prohi. feud. aliena. per Fre. hoc modo bis condemnari, ſemel per ſe, & iterum per alium, abſurdum videtur. §. ſi uerò. in uer. obnoxius. Aut. vt omnes obedi. iud.

Quomodo autem hic punitur in perſona, & bonis, cũ id non ſit niſi bis punire, contra ſuperius dicta. & Iſer. hic numero 40. circa med. Inde Lucas in l. tertia. col. 6. circa med. & fin. C. de exactor. & executo. quæritur, ſi eſt impoſita pœna pecuniaria, an
8 poſſit imponi alia? & videtur, quod duæ pœnæ ab initio non ſint infligendæ. cap. fina. §. fin. in ver. ad alteram, vt lite non conteſta. bis quem punire eſt contra omnia iura. gloſſ. in extrauag. comm. vnica. in ver. in totum, circa med. ne ſede vacan. ne ſæpe de admiſſo eiuſdem hominis quæratur. glo. fin. in l. quarta. in pri. ff. de noxali. duplici damno non debet quis puniri. glo. ſecunda, in cap. cum percuſſio. 7. quæſtio. pri. cap. quæ ſitum. in fi. 15. quæſt. 2 de delictu eiuſdem hominis ſæpius quæri. glo. in l. 3. de his qui deiece. vel effude. Deus non punit bis pro aliquo facto. cap. quærat. iuncta gloſſ. ſecunda. de pœniten. diſt. tertia, nec iudicat bis in idipſum. cap. presbiter. 81. diſt. cap. ſceleratior. in fi. & cap. prima, cum quatuor ſeq. de pœniten. diſtin. tertia, & ſi bis idem exigeretur. l. reos. in ver. diuidere. de duobus reis. l. prima. §. ſi ſeruus. iuncta gloſſ. in ver. exceptione. de ſtipula. ſeruo. bis puniretur. l. ſiue, in glo. fin. in pri. ff. de nego. geſt. & ſi ex eadem cauſa ſæpius agitur, cum idem factum ſit, exceptio vulgaris rei iudicatæ opponitur. l. 3. ff. de populari. actioni. cum non debeat quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieri. l. ſenatus. ff. de accuſatio. glo. penultima. in c. cum dilectus. & in cap. nec pro defectu. in gloſſ. fin. de electione. & abſolutus non debet pro eodem delicto iterum accuſari. Caſſan. in conſ. Burg. rub. prima. §. quinto. ibi, ſilſne agrace. numero 124. in pri. licet alias ſit multiplex pœna eiuſdem delicti. Lucas in l. unica. columna 5. cir. med. C. de ſumpt. recupe. Sed diſt. ut per eundem Lucam in l. nemo, in 7. quæſtio. C. de curſu publi. Inno. in cap. pen. poſt num. pri. 3. 4. & 5. de purgatione, uel quando ſuper eiſdem rationem reddidit plene, amplius non tenetur, Ioan. And. in c. unica. num. 2. de clerico ægrota. in 6. & ſemel abſolutus, non debet amplius moleſtari, niſi fuerit ratione ignorantiæ uel præuaricationis. Paris de ſindi. in uer. officialis. cap. primo. num. 2. & in uer. pœna. c. 8. numero 8. etiam quod fuerit inquiſitus de furto ducatorum mille, & ultra, & condemnatio fuerit ſolum in ducatis mille. Pau. de Caſt. in conſ. 18. pri. uol. nam ſemel peccata dimiſſa, non ſunt iterum punienda. Archi. in c. ſi is in fi. 23. quæſt. 4. uel ſæpius inquiritur de eodem quando fuit condemnatus, ſed non quando fuit abſolutus. Idem Archi. in c. notum. circa med. 2. quæſt. pri. ſed quod non debeat puniri in bonis. §. oportet. Aut. de mãda. princi. l. 1. & 2. C. de veteran. & mili. ſucce. cap. fin. 16.

Digitized by Google

quæſtione ſexta,non enim res deliquit, ſed perſo-
na,gloſſ.penultima, in fin, in §. fina. Aut. vt nulli
iud.ideo non debet damnum dari in bonis. Aluar;
in cap, 1.nu 11.hic finitur lex.& plures actiones in
executione ad vindictam concurrere non debent.
Bald.in conſi.430.in 2.dubio,poſt nom.2.4.volu,
vltra quod puniri debet in quo deliquit, non in a-
ſio,l.ſcıant.in glo.C.de legi.hæredi, nec talia cor-
ripientes fiſci voluntatibus prouidebunt.§. pri. Aut.
de nuptijs, cum non debeat affici duplici damno,
Alua.in cap.pri,num. 2.de feu.datis mini, valuaſo,
auaricia tamen ſuperiorum temporum puniebat-
tur in bonis,l.pri,de interdi,& relega. in caſibus.l.
pri,de bonis damna.l.pri.§.interdum, ff,de ſuis,&
leg.l, vni, C. ſi quis eam, cuius tutor fuerit ſtupra,
rapta raptoris habet ſubſtãtiam,quaſi in legis præ-
mium, & in eius defectu fiſcus. Aut.de raptis mu-
lieri.per tot. c. 2. in ver.videantur. de præſcripti,in
6.c.tria,iuncta gl 2,penul, 36.quæſt. 2, quia odio-
ſis actibus circumuenit, ſollicitat, atque interpel-
lat.Iſer.hic,num.40,circa,fin.ſua libidine infecit,c;
quidam.81.diſt.impudicam fecit,pudicitiam attẽ-
tauit vel ſollicitauit,c,ſi quis tam maſculum. & ca,
ſollicitatores,de pœniten.diſt. pri.licet quando re
ſiſtit,nõ polluit.c,itane, 32.quæſt. 5. vltra quod ex
eodem facto,diuerſę actiones oriuntur, Arch.in c,
quid.pri.23.quęſt.5.punitur triplici pęna pro vno
delicto.Aluar,in §,ſcriba.num,1,de prohi. feu.alie
na,per Fred,& quando,Zaba,in clem.2. in ver. in-
quiſitoribus,in 3.oppo.de hæreti. & de facto eiuſ
dẽ ſępius queri põt, quia ſemel approbatus poteſt
iterum reprobari.Archi,in c. Mennam, poſt med,
2.quæſt.4. & compoſitus pro adulterio a vicario,
poteſt puniri per Epiſcopum,Pau. de Caſt,in cõſi.
349.pri.vol. Caſſa, ponit, 73,caſus in quibus quis
punitur in bonis,in conſu.Burg.rub.2.§.pri.in pri,
num. 20. & inter alios, qui actionem piam agere
neglexerit,illi non ſuccedit. Aut.ſcęnicas non ſolũ,
poſt med.licet in primis terminis,mulier quando-
que rapit virum,etiam quod raro eueniat, Iſer.hic
num.40,circa fin.tunc dicitur potius cognoſci ab
vxore,quam ipſe eam cognoſcere.glo.poſt med.in
c.ſi cuius,34.diſt.& an puniatur eadem pęna. Bal,
in l.raptores,nu,7.C,de epiſco, & cleri.de iure ca-
nonico, eſt matrimonium inter raptam, & rapto-
rem,ſecundum veriorem opinionem.c. tali. cũ ibi
not,pri.quæſt.7.glo.in c.pri.& c.de puellis. in gl,
fin.36.quęſtio. 2.& quando matrimonialiter copu
lantur, etiam raptum indulgent canoniſtæ. Iſern.
hic, nume. 41. puta ſi rapta eius nubit raptori,l.ſi
quis in tantam,in glo.mag.colom. 2. poſt med. C,
vnde ui.facit textus in d.c.conſanguineorum, §. ſi-
militer,3.quæſt.4. c. cum ſecundum leges, in ver.
humanam,de hæreticis,in 6. (quia furore amoris
nihil vehementius,§.illud quoque,lo 2.& §.noui-
mus. Aut, quibus modis natu,effi.ſui.) niſi eſſent
religioſæ. c,ſicut l 27.quæſtio,pri.vltra quod mun-
danus princeps dat pœnam propter aliorum mo-
9 tum,ſecus Eccleſiaſticus. Iſer.hic poſt numerũ 41.
nam imponit pęnam vel mulctam, quam impone-
ret ſecularis.glo.fin.in cap.pri. de dolo, & contu.
& quas pœnas imponit.glo. 2.in c.ad reprimendã,
de offi. ordin. eccleſia neminem condemnat ad
mortem,Caſſan.vbi ſupra rub,pri.§.quinto,ibi, ſil
na agrace,num.45. Papa imponit pęnas corpora-
les in ſuis conſtitutionibus, quas non infligit.not,
Innoc.in cap.ſecundo.in fi.de maioritã, & obed.va

riæ pœnæ pro delictorum varietate ſtatutæ ſunt a
canone,Ioan,And.in cap.ſi clericos,poſt num.pri.
de pęnite.& remiſſio.ſecularis ſumit vindictam, ut
cæteri de eo timorem habeant,capitu. ſi autem, 9.
quæſtione tertia,cap.non eſt innocentiæ. 23.quæ-
ſtione quinta, cap. primo. in fin,& cap.quanto de
transla,epiſco,cap.ſicut de iureiuran. cap. vt cleri-
corum,de vita,& honeſt,clerico.capit. clericos,de
cohabita,clerico,& muli,not,in cap.ſi,de ſtatu mo
nacho.cap.,cum ad monaſterium,in ver. in ſterqui
linio,eod. tito. de ſtatu monacho.cap. ſecundo,de
calumnia,cap.ad liberandam,de iudęis,cap.primo,
de maledicis.cap.primo.de exceſſi.prælat.cap.quę-
ſitum,de pœniten.& remiſſio,cap. ſecundo. in fin.
de offi.ordina. in 6. clem. pri.de off,ordi.clemen.
vnica,de teſtamen,& clementina prima, de cele-
bra.miſſa.

. Quomodo debeat contrahi matrimonium, &
pęna contrauenientibus impoſita eſt conſt. ſanci-
3 mus, de matri. contrahen. hodie ſecundum com.
opini,pęna confiſcationis non habet locum,niſi in
3 o.crimine læſæ maieſtatis,hęreſis, & cum caret ſuc-
ceſſore, Lucas in l.4.C,de re milita.& leges impo-
nentes confiſcationem,an ſint correctę,idem Lu-
cas in l.fin.C.de exacto,& executo,quomodo autẽ
intelligatur. Authen.de bo. proſ. C. Bald.de pace
Conſtan.in pri,poſt numerum nonum, quia fines
legis,& regiminis eſt, vt non excorient, ſed vt fa-
ciant virtuoſos. Diuus Thom. in 7. tertij noctur.
eructauit,ibi,ſedes tua,in atrociſſimis,propter ca-
ſus emergentes, licet excedere. Paris ſind. in ver.
iudex.cap,primo, numero decimonono, & puni-
tur etiam in bonis,Ioſuæ.7.& ſic non erunt plures
actiones eiuſdem facti, ſed plures obligationes.l.
prima.§.fin.ff,de tute, & racio. diſtra. dantur duę
actiones eiuſdem pecuniæ nomine.l.hæres a debi-
tore.§.primo.ff.de fideiuſſo,ſicut vna actio contra
diuerſos intentatur.l.reos,in uer.diuerſis. de duo-
bus reis,nec eſt nouum,vt duę obligationes in eiuſ
dem perſona concurrant.l. generaliter,& l. hęres
a debitore.§.primo,de fideiuſſore. Sed non com-
pellitur bis ad ſoluendum pro eodem dolo.l. ſi ſe-
mel,cum ibi not.ff,de peculio.& ſi ſemel deduxit,
iterum non deducet,l. ſi noxali. §. eſt etiam. eod.
titulo,de peculio.bis obligari pro eadem re eſt per
miſſum,ſoluere non.l.ſi mandato.§.fina.in ver.mã-
dati,circa fin.ff.mandati, quia bis non committitur
ſtipulatio.l.venditor,la prima. ff. de hęredi. vel a-
ctio. vendi. in tutela, ex una obligatione duas a-
ctiones eſſe conſtat.l.prima.§.fina,circa med ff.de
tute,& ratio.diſtra.ſępius eiuſdem rei nomine fur-
ti agi poteſt.l.interdum.& duobus pœna furti pę
ſtabitur. l. furtiuam. ff. de fortis. & ex eodem de-
licto punitur pluribus pœnis. not. in l. prima de
Sum. Trin. & non punitur, quia peccatum eſt,
ſed ne peccetur. Seneca prima de ira. circa fin.
reuocare enim pręterita non poſſunt, ſed futura
cohiberi. Lucas in l.prima, columna ſecunda, in
princ. C. in quibus cau. colo: & conſtituitur pœ-
na ad emendationem hominum. l. ſi pœna. ff.
de pœnis. & vt aliorum ſupplicium alios ſaluos
faciat. §. ſi quis autem. in ver. ſupplicium. Aut.
de manda. princip. iſto modo lex ciuilis impo-
nit pęnam, vt vnius pęna ſit metus multorum.l. §.
ne quis eum qui in ius voca. eſt vt eximat. l. bona
fides. & ibi gloſſ. in verb. deferenda. ff. depoſiti.
l.prima. §. hoc autem, in ver. vel. ff.ad ſillania.l.
aut

aut facta. §. fin. de pęnis. l. quicunque. poſt med. C. de hæreticis. l. pen. C. de paga. & ſacrifi. l. pen. C. ſi ſeruus eaporta. veni. l. quoniam. ad leg. flaui. de plagi. & l. pri. ad leg. Iul. repetunda. & punit maiores vt terreantur minores. l. ſecunda, in ver. cęteriſque. C. de petitio. bono. ſubla. & canun, vt ſupra, imponit pœnam propter aliorum metum. clem. vni. in fin. de baptiſmo, & eius effe. clem. vni. de iudæis & ſarace. clemen. pri. §. nec ſuper. de pænis. clem. 2. de ſenten. excom. in extrauag. Io. c. dierum. poſt pri. de pænis. in extrauag. com. 2. circa fin. de regularibus,

An autem iudex poſſit augere uel minuere pę-
11 nas a lege inductas, diſt. vt in l. quid ergo. §. fin. in uer. oneraſſet. ff. de his qui no. infam. glo. pen. in fi. in l. ea quę. ff. de donatio. inter virum, & vxo. Arch. in c. qui bona, col. 7. poſt pri. 17. quæſt. pri. Bal. in §. iniuria, poſt num. 1. de pace iura. firma. Affl. in §. aut ſi libellario, num. 27. quibus modis feu. ami. in cap. imperialem. in fi. pri, num. 44. de prohibi. feu. aliena. per Fre. Videtur tamen quod debeant eſſe contenti pænis in legibus compræhenſis. l. ſi ita ſtipulatio. de verb. oblig. Iſer. hic, nu. 41. circa fi. quia certa pęna vbi eſt ſtatuta, alia non eſt imponenda, niſi per eum qui habet plenitudinem poteſtatis. c. bonæ memorię, lo 2. vbi glo. pri. in fi. de electione. adeo quod ſi a lege imponitur pęna corporalis uel ſpiritualis, illa eſt imponenda. Et pro ſpirituali non eſt imponenda corporalis, nec commutari, niſi propter inopiam delinquentis, ea enim quę a legibus ſtatuta ſunt, mutari non licet. Lucas in l. vnica, cir. fin. C. de colonis Illiri. nec corporalis commutatur in pecuniariam, niſi ab eo qui poteſt in crimine diſpenſare, & eſt ſolus Princeps. Iſer. infra eo. in ver. & bona committentium, numero 75. circa fi. nam in principe omnis pena eſt arbitraria. Affli. ſupra eo. in pri. poſt numerum 38. & poteſt excedere pęnam ordinariam, quando expedit communi bon. Pernus in tracta. de Principe. col. pen. tunc durior pęna extra ordinem imminebit. l. hos accuſare, in fi. ff. de accuſatio. & plus videtur egredi pęna quã delictum. l. etiam. in glo. de leg. pri. licet regulariter ter contra. l. reſcriptum. ff. de his quibus vt indig. & iudex non poteſt imponere noua genera penarum. Bald. in l. incredibile. C. de pęnis. Affli. in §. fin. poſt num. 15. quid ſit inueſt. etiam quod habeat arbitrium pœnam non poteſt imponere niſi ſolitas, quia intelligitur de pœna conſueta imponi. Idem Affli. ex quibus cau. feu. ami. num. 11. & num. 14. ponit cauſas ex quibus poteſt minuere, licet non fiat quibuſdã delinquẽdo pretioſior. l. precia rerum. ad leg. Falcid. nam pęna debet commenſurari cum delicto, nec egredi. Aluar. in cap. primo, num. pri. de vaſa. qui contra conſtit. Lotha. feu. alie. Zab. in clemen. pri. in ver. ſiquis. num. 3. in pri. de priuileg. vbi grauior eſt culpa, grauior eſt pęna. Idem Zaba. in clemen. pri. in ver. quæ omnia. de pænis. nam ſimilis morbus, ſimilem exigit medicinam, quæ debet eſſe proportionabilis dolori. Caſſa. in conſ. Burg. rub. 4. §. 8. ibi, fera. nume. 3. & 4. vt ſic puniatur in eo, in quo deliquit, Io. And. in cap. 2. num. 7. de hęreticis. in 6. Zab. in clem. 2. in uer. ſi quis. num. pri. de magiſtris. quãdoque in eo in quo non deliquit. Idem Zab. in cle. conſtitutionem. §. inſuper. in pri. de electio.

12 Sed an iudices in poteſtate conſtituti, poſſint citare ſub pęna omnium bonorum infligenda contumaci, ſi non venerit in iudiciu. Iſer. hic nu. 42. vſque ibi, ſed ſi iudex. nu. 45. cir. med. diſputat ad partes. Afflict. infra eo. in ver. condemnatorum. num. 13. Lucas in l. 4. in 3. not. de iure fiſci. Iſern. verò tranſcurrit hac illac, & non audet figere pedes. Cap. in Deciſ. 130. num. 40. cir. med. videtur tamen tenere, quod in citatione poſſit apponi pæna cõminatius publicationis. Idem Cap. in ver. regalia, ibi, bona vacantia, poſt med. Ita prælatus poteſt aliquid præcipere ſub interminatione pęnę etiam pecuniariæ, & ſi non exprimitur, an intelligatur de ſpirituali vel pecuniaria. Arch. in cap. quanquam. circa med. a 3. diſt. interminationem intellige, ideſt comminationem. Zaba. in clemen. vni. in pri. nu. 5. cir. fi. de exceſſi. præla. nam cum contumacia ſit delictum, veniam talibus non permittimus, nec indulgentiis crimina ſubleuamus. l. ſi apparitor. C. de cohartali. peccari enim non debet ſub ſpe veniæ. glo. pri. in c. ſi vere. de ſenten. excommu. ſed ſi magnum eſt peccatum, magnis diuturniſque debet lui cruciatibus. cap. quid ergo, circa fin. 23. quęſtio. 5. & magnum peccatũ, magna uult deleri miſericordia. c. ſi enim inquit. §. magnum. de pęnite. diſt. ſecunda. c. totam. de pænitẽn. diſt. 3. tanto magis, quia eſt in arbitrio iudicis quantam quantitatem exigat a contumace ratione contemptus. Lucas in l. ſi ad magiſtratum. col. 2. cir. fin. C. de decurio. nec propter plures actiones parcendum eſt reo in huiuſmodi crimine. l. inter liberas. ff. de adulteriis. & ille uidetur facere in cuius arbitrio eſt fieri, non ille qui exequitur. Bald. in conſilio 368. col. 1. in fi. pri. vol. tanto magis, quia non eſt virtus cum eius miſeremur, cuius non debemus miſereri. Arch. in ca. eſt iniuſta. 23. quęſt. 4. nam iudex eo ipſo quod parcet malis, nocet bonis. Idem Arch. in c. pen. cir. med. 45. diſt. ſed punienda ſunt mala, ne propter impunitatem mala ſurgant exempla. Zaba. in clem. 2. in pri. in 6. no. de pęnis, & vt alij ſumant exemplum, & terreãtur. Idem Zab. in clem. fin. in ver. quod ſi. d. tit. de pœnis. Vnde dicit Iſer. vidi magnum uirum dicentem & non male, quod ſi non liceat ſine iuſſu principis confiſca. intelligitur a contrario, quod cum iuſſu poſſit. io vlt. addi. circa pri. poſt numerum 43. reiecta opinione Io. & Azo. diſtinguentium, quod ex conſequentia criminis non poſſit: ſed principaliter ſic. Et licet doctorum ſit magna autoritas, bonus quandoque fatigatus ſtudio. add. ad Specul. in tit. de teſte. §. primo. ibi, l. ſecunda, in fin. dormitat
13 Homerus. gloſſ. in cap. ſi quis cum nouerca. in ver. illud. 31. quęſtione ſeptima. Specul. in titu. de aduocato. §. quarto, numero octauo. in fin. Paris de ſindi. in ver. de exceſſibus aduocato. numero decimoquarto. Caſſan. in conſ. Burgun. rub. quarta. §. ſecundo, ibi, marice. circa fin. ſicut & Auguſtinus, gloſſ. in cap. nuptiarum. in ver. cum enim crim. 27. quęſt. 1. & eſſe non poteſt, quod in aliquibus non errent multa ſcribentes. Ioan. And. in proœ. 6. cir. pri. ideo Cato non fuit ſemper laudatus, in conſi. feud. diuer. 9. numero 62. circa med. Papinianus quandoque variauit. Caſſan. vbi ſupra. Bald. more ſolito ſomniauit in monte parnaſo. Idem Caſſan. vbi ſupra. §. ſeptimo, ibi, ſuppoſſe, poſt num. 5. Papa dicit non eſſe facile ſuper hoc certum dare reſponſum. c. cum ſint. de decimis. ſomnia ſunt dicit glo. in l. qui interrogatus. circa med. ff. de peti. hæredi. ſomnia vigilantium. Ludou. de Molin. de Hiſpa. primog. lib. 1. cap. 13. numero 33. ſomniant in

parnaſo,l.1.in glo,fin.in ſi, ff,de mag,conuen,glo, ſina.poſt medium, in l.cogi. C.de petit,hæred.P. ſomnianit, & mirabilia locutus eſt; propter quæ ſi alius diaiſſet ęno inuolui dignus eſſet. Azo in Sum.d,l.cogi, circa med,de peti,hære. Gratianus ſecundum quoſdam ſomniauit, ſed ipſi dormientes non intellexerunt eum. Archidiaco,in cap,quę ro,circa fin.6,quæſtin,1.& dormientes non intelligunt, vigilantea tamen intelligem,l.qoi bona.§. cum inter. in ver, quamuis,de damno infecto. & fortuito quandoque quia bene dicit, l, omnes.in ver,fortuita.C.de præſcriptio,triginta, vel quadragínta annor.

Sed redeundu ad propoſitum, contra Neapolitanos non poteſt tractari deconfiſcatione bonorum, niſi in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis. Tempore Ill,Don Io.Afonica Comendatoris maioris, & huiua regni Viceregia, fuit iniunctum cuidam nobili contumaci, quòd compareat ſub pęna publicationis bonorum. Idem Dominus ad ſupplicatinnem ciuitatis, ſtante priuilegio,reuocauit mãdatum; nam debent puniri delinquentes, & non ſucceſſores. Iſer, hic poſt numerũ 44. etiam quòd hæres ſit memoria defuncti: & cum bona in fiſcũ per ſententiam perueniunt, & hæredes priuantur, dicitur damnari memoria. Iſer. hic poſt numerum 32. Sed quis exequitur, an is qoi fecit præceptum de caequendo, vel iudex domicilij, quo ſe tranſtulit,& tenet apothecam, Bald, in conſilio 156. §. volo. ſicut cogoitio clericatus coram quo debeat fieri. Gemi.in cap.ſi iudex,de ſent.excomu,in 6.Et ſi iudex propter delictum rationabiliter publicat
14 bona,an publicentur illa quæ ſunt ſub iuriſdictione alterius. Iſern,hic numero 45. circa med,& dic, quòd exequitur is ſub cuius iuriſdictione ſunt bona.cap,poſtulaſti,com ibi not. de foro compet. & iudex loci vbi delinquitur, poteſt clericum condemnare, & ſententia executioni mandabitur per proprium Epiſcopum.gl.in cap.primo, de raptori.gloſſ.prima,in cap,quiſqnis,2,quęſtin.6.in glo, pri.poſt pri.de offi.præſi,l,cum quædam. in gloſſ, pen.de iuriſd. omni,iud, not,in l,properandum.§, ſin autem.C,de iudicis. l. fin, in gloſſ,fin,C.vbi in rem actio.l.fina. in ver, competenti, C.de edi,diui Adria.tolle,ita iudex ciuilis exequitur ſententiam Epiſcopi.§.ſi quis contra.Ant.de ſancti. Epiſco.& qui non poteſt condemnare, non poteſt pronunciare ipſum condemnandum, & econtra. not.in l, 3.C,vbi cauſæ fiſca.l.nulli,C,de ſente,& interlocu, omoi, iudi, poteſt de facto maioris cognoſcere, ſed non iudicare. Zaba,in clemen. 2, in pri,circ.fi. poſt numerum decimum.de pęnit.& remi,verum datur in uno loco ſententia, & alibi executioni demandatur.glo,fin,in l.argentarium, ff, de iudiciis, & ſi committit cauſam reſeruata ſententia, quæ fiunt in principio,medio,& fine debent audiri. in extrauag.comm. pri,circa med, de hæreticis, nam ſunt plures domini habentes executionem tantũ, alij uerò condemnationem, Caſſa.vbi ſupra,rubr, 1.§.octauu,ibi le ſengniur, in pri, & ſic ſi non poteſt, vt iudicet, poteſt vt audiat,& referat,l.ſolet.in ver,non poſſint,ff.de offi,proconſu. ſicut alius cognoſcit de præſcriptione, & alius de interruptione, gloſſ,fin. in cap. uolumus, 16. quæſtione quarta,
15 ſecus in hæretico, qui poteſt puniri vbique. Iſern, hic numero 47. quia plus eſt cauſa noſtra,iniuria illata Deo quàm nobis. Idem Iſer. de ſtatu.& cõſu,contra liber,Eccle,in ver.diuina. numero 31.in ſi.& Reges tenentur defendere Eccleſiam ab hæreticis,& aliis,capit,quando, cum tribus ſequ.23. quæſtione quarta,& iuſſio Regis urget. Daniel.c, tertio, nam poteſt iubere, quod quicumque iuſſum Regis tranſgreditur ſuſpẽdatur, & bona perdat,pri,Eſdre.6.quia cor eius in manu Dei eſt. Epiſto.inter claras.C,de Sum. Trin, Intellige tamẽ de his qui ſunt in regno ſuo,& non ſolum in principe,ſed & in iis qui loco eius dicuntur iudicare.l, vnica,de off,præfe. præto, l.ſi prætor. de off.eius, quia licet non peccetur in Deum vel in proximum peccatur in ſeipſum, Iſern, hic numero 48. ante & poſt,& peccatum committitur tribus modis. cap. ſciendum,de pæniten. diſt.2. & ſi peccat ex nimia ſeſipientia parcendum non eſt,cap,fin.de celebra. miſſa.ſed leuis culpa leuiter debet indulgeri. cap. cum dilecti.circa fin,de accuſatio, & cum peccatore miſericorditer eſt agendum.cap,tertio,de pęniten,& remi, præcedenti ſatisfactione in manifeſta offenſa.glo,in clem.vnica,in ver.ſeparentur, de cõſang.& affi.not,in cap.poſtulaſti,de iudæis, & pænitentia quæ debet imponi,no,in cap,fin.de furtis. nam iuſtus quantum affligitur tantum amat, & quantum contemnit tantum peccat,glo.in cap.cũ quidam, circa med. de iure iura. hodie pęnitentiæ ſunt arbitrariæ,not. in capit. tranſmiſſæ. de eo qui cog.conſangu,vxoris ſuæ.glo,in cap. primo,& in cap,tempora.26.quæſtione ſeptima. cap. latores, de clerico excommu,vel depo,cap.1. & cap.quæſitum,de pæniten,& remiſſio,gloſſ,rub,eo.titu.de
16 pænit.& remi.in 6.fructunſa uerò,& vera pęnitencia quid operetur,& quid alia.cap.quod quidam. cum ibi not.de pęniten.& remiſ, quomodo diſtinitur,not,in cap. nouimus,de uer, ſign. in ea imponenda,quę conſiderantur,no.in cap.fin,de his qui filios occide,not,in cap,ſicut, in pri.& cap. ſuſcepimus.de homici.ad quid prodeſt.gl,in cap. ſecundo,in ver.prodeſſe, de raptori. & poteſt diſpenſari poſt per actam partem pænitentiæ,d,cap. fina.de furtis.de ea eſt credendum,quia non eſt uериſimile quod aliquis ſit immemor ſalutis æternæ. not. in capitu, ſignificaſti, lo 2,de homicidio,licet non ſemper in pænitentia ſit credendum conſitenti peccata,not,in cap.cum illorum.de ſenten.excom. nullus ergo peccet ſub ſpe pęnitentiæ,not.in cap. illud,de clerico excommu.vel depoſ, quia non ualet pęnitentia ſine ſatisfactione.cap. porro, & cap. parochianos,de ſenten,excommu. in ſatisfactione ſemper conſiderantur facultates, cap. ea noſcitur. d,titulo,de ſenten,excommu,& vna pro alia iniungitur,not,in cap,relatum,eo.tit. de ſenten. excom. Quibus venia datur.glo.2,in cap.primo.qui clerici uel uoneri,Quid autem faciet peccator poſt aſſecutam pęnitentiam,not,in cap,fin,de purga.cano.Per ſigna conſtat de pænitentia alicuius. not. in cap.a nobis.de ſenten, excommu. & in iudicio animæ creditur cuilibet,not.in cap,officii, d. titul, de pæniten.& remi.Iniuriam paſſo,etiam quod ſatisfecerit,non tamen eſt abſoluendus. not,in cap. quamuis.de ſent,excommu, pęna peccati eſt infinita,pænitentiæ ſunt arbitrariæ,in extrauag. com, pri,in ver. & confeſſis, de pęni. & remi, Zaba. in clementina 2.§.ſtatuimus,in 6. & 7.not,vbi etiam quibus uerbis fiat abſolutio, qui ſunt caſus reſeruati Summo Pontifici,& qui epiſcopo,quæ requiratur,vt dicatur pænitentia ſalutaris, & abſolu-

tio fit

tio ſit & de delictis extra parrochiam, & de facilitate ſacerdotis in abſoluendo, & in 8. not. poſt numerum 12. & in uer. ſi uero. poſt numerum. 8. & 11. de ſepulturis. vbi etiam in ver. ac deinde, ponit qualitatem eorum qui debent audire confeſſionē. Deus autem digna pro meritis reddit, & punit ſecundum exigentiam demeriti, ideo ſecundum qualitatem culpæ menſurat quantitatem pęnę. Quod ſi confeſſor non fecerit, ſupplet Deus, niſi releuetur peccator per indulgentias. Idem Zaba. ubi ſupra. §. ſi. in fine, pęna quid ſit, & quid culpa, quid deletur in confeſſione, quæ requirantur ex parte Dei, ex parte confitentis, Eccleſię, & ſacerdotis, quando deletur pęna, & culpa, per quem, & quis modus. Idem Zaba. in clem. pri. in pri. numero 17. de priuileg.

17 Quid autem ſint indulgentiæ, quibus, quando, & a quibus dentur, & ad quid proſunt. Idem Zaba. in clementina unica, in fin. in uer. nos, numero ſecūdo, de reliquiis & vene. ſancto, an proſint mortuis exiſtentibus in purgatorio, quis concedit plenariam, & ſi eſt conceſſa viſitanti talem Eccleſiā, conſequatur pluries viſitando. Zaba. in clem. fin. in ver. ad hęc, numero 6. vſque ad 18. & 23. de pęnit. & remi. Quando, & quot modis dicantur indiſcretę, an poſſint capi per concedentem, & ſi dantur viſitantibus certam Eccleſiam, an pluries, vt ſupra, viſitando potiantur, & quod indulgentiæ ſapiunt iuriſdictionem, & non forum pænitentiale. Idem Zaba. in clem. pri. in ver. quibus, in 6. not. & numero decimo. vſque ad 13. de priuileg. Epiſcopi electi nondum confirmati, an concedant indulgentias: quid operentur, & ſi plures in conſecratione interueniunt, an omnes vel vnus dabit remiſſionem vnius anni, etſi pluries poſſit capi eadem die epiſcopus an poſſit remittere ſibi ipſi, & Papa ſi ſubiicit ſe ſacerdoti, an poſſit ab eo ligari vel abſolui. Specul. in titu. de pęnitentiis, & remiſſionibus per totū. Venia quot modis capitur, & furioſum oportet pęnitere ſi recuperat ſanitatem. Lucas in l. ſi apparitor. C. de cohartalibus. quomodo remittatur peccatum veniale. glo. fin. in prohę. 6. in fin. pri. & non poteſt eſſe adeo ueniale, quin per aſſiduitatem non tranſeat in mortale. gloſſ. in extrauagan. Io. capitu. dierum. in ver. aſſueta. de pœnis.

S V M M A R I V M.

Proſcriptio eſt damnatio alicuius, bona palam & aperte ſcribendo.
2 *Secundum, ideſt iuxta.*
3 *Bona damnatorum, & proſcriptorum ſecundum veteres leges non applicabantur fiſco, exiſtentibus aſcendentibus, & deſcendentibus vel collateralibus vſque ad tertium gradum.*
4 *Sententia confiſcationis, non extenditur ad bona alienata.*
5 *Filius ſtatim quod pater incidit in hæreſim, liberatur a patria poteſtate.*
6 *Condemnatus non poterat teſtari, ſecus hodie.*
7 *Debitores dabantur creditoribus lacerandi.*
8 *Beneficium ceſſionis bonorum, non extenditur ad debitorem ex delicto, nec ad fideiuſſorem.*
9 *Clericus, & miles ſeculi, non tenetur cedere bonis.*
10 *Gabelloti fideles, debent bene tractari.*

AD VERB. CONDEMNATORVM.

CONDEMNATORVM) Ad mortem. Iſern. ſupra eo. in ver. contrahentium inceſtas nuptias, poſt numerum 40. Et proſcriptorum.) Ideſt deportatorum. Prępo. hic, numero ſexto, poſt pri. bona ſunt inter regalia. Cap. in uerb. feudorum clauſulæ, ibi, & damnatorum, & proſcriptorum, & in uer. regalia, ibi, bona uacantia. in fi. eſt autem proſcriptio, damnatio alicu-
1 ius, bona palam & aperte ſcribendo, & cępit tēpore Scillę. Lucas in l. fin. poſt pri. C. de fide inſtr. inde proſcriptus, damnatus, in metallum, vel in inſulam deportatus. Azo in Sum. C. de inceſtis nup. numero 6. in fi. horum bona fiſco deferuntur. Se-
2 cundum.) Iuxta. l. ſi mihi. §. ſeruitus. in gl. ff. de ſeruitu. ruſti. prædi. l. refectionis. comm. prę. & l. duo. de præſcrip. ver. Quod in nouis conſtitutionib.) Videlicet. Aut. bona dānatorum. C. de bonis proſcriptorum. Cauetur) Nam iure antiquo. ff. om-
3 nes damnati ad mortem in conſequentiam criminis amittebant bona, ſed de iure Authenticorum, fuit temperatum, vt non procedat exiſtentibus aſcendentibus, deſcendentibus, vel collateralibus, vſque ad tertium gradum condemnati, inter quos ęqualiter diuiduntur. Pau. de Caſt. in conſilio 171. numero quinto, pri. uolum. niſi ex diſpoſitione legis veniret confiſcatio bonorum. Ludo. de Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. decimo. numero 69. nam tunc publicatio eſt ius regale. Afflict. in §. ſi quis hominem, poſt numerum quintum. in 10. not. de pace tene. tam ſi is qui deliquit eſt legitimus, & naturalis, quàm naturalis tantum. Caſſan. in conſu. Burg. rub. 8. 4. in pri. dummodo ſit rite, & recte condemnatus: nam nemo diu gaudet, qui ſub iniquo iudice vincit. Iſern. hic, in pri. & eſt gloſſ. ſecunda. in l. hæredem. ff. de calumniato.

4 Sed utrum lata ſententia publicationis bonorū, reuocentur alienata? Iſern. hic numero 49. & uidetur quod non extendatur ad alienata. Alexand. in conſilio 84. numero 2. 3. volum. & filii ob crimen patris non priuantur bonis ante delatis. Boer. in deciſ. ſeptima, numero ſexto. quia corrumpi, aut commutari quod recte tranſactum eſt, ſuperueniente delicto non poteſt. l. ſecunda. de itinere actuque priua. tanto magis, quia ſi aliqui ſunt in ſeruitute propter delictum, vel non nati ex legitimo matrimonio, non ſunt deſpiciendi, ſed iuuandi, ne fugiant a malo, & veniant ad bonum. §. primo, in ver. vltio. Aut. quibus modis natu. effi. ſui. Iſer. hic facit differentiam inter delictum propter quod priuatur ipſo iure, & quando priuatur per ſententiam: primo caſu reus criminis lęſe maieſtatis, etiā quod non ſit de crimine accuſatus, non poteſt donare. l. poſt contractum, & l. donationes. §. fin. ff. de donatio. l. ſi aliquis. ff. de donati. cau. mortis. nec reuocare alienationem reuocabilem. l. qui pęnę. ff. de manumiſſio. vel filium emācipare. l. quiſquis. §. emancipationes. ad leg. Iul. maieſt. vnde emancipatio

eipatio ſubditorum vel filiorum per hæreticos fa-
cts nulla eſt, etiã ſi pòſlea vitium detegatur, quia
5 ſtatim quod incidis in hæreſim liberatur filius a pa
tria poteſtate, cap.2.§.fina, de hæret.in 6.& perdit
rerum ſuarum adminiſtrationem. Angel, de male-
fic. in ver. che ai tradito la tua patria. ibi, & bene
ſciat. ſicut reſignatio beneficiorum facta per in-
truſum in carcerem, eſt ipſo iure nulla, etiã quod
ſit recepta, & habita per prælatos, nota.in clem.
3.de pęnis. iura tamen patronatus remanent apud
filios, etiam quod patres condemnentur crimine
per duellionis.l.iura.ff.de iure patrona, Loffred.in
conſil.5.numero 18. Secundò caſu, donec pen-
det quæſtio, reo criminis rectè ſoluitur, niſi ſit in-
quiſitus de crimine læſæ maieſtatis, l.reo.& ſeq.cũ
ibi not.de ſolutio. gloſſ.in reg.furioſi.de regu.iur.
Bona exiſtentia extra territorium an confiſcentur
domino terræ, vbi hæreticus comburitur, vel delin
q[illegible] punitur.& quod quilibet dominorum in territo
rio ſuo occupabit bona ſua, in conſil.feud.diuer.
58.num.7. hæreditas autem delata, ſed non agni-
ta non confiſcatur. glo. Pariſ.titu.1.§.30.quæſtio.
42.num.158. Idem in legato & donatione.nume.
6 160, & 161. Damnatus autem vltimo ſupplicio
non poterit teſtari, etiam ad pias cauſas, præter-
quam in eo quod diſpoſuiſſet pro male ablatis, nẽ
ſi fuiſſet in fraudem fiſci, Bald.in conſi.244.5.vo-
lum. Vnde depoſitum factum per eum qui fuit cõ
demnatus, non ipſi ſed fiſco debet reſtitui. l.bona
fides.ff.depoſiti.facit.l.fi.ff. de leg. comm. nam vl-
tra quod ſit deſcriptio lata ſentẽtia. Iſer. hic num.
49.circa medium. ſed non in crimine vſurarum &
petitionis hæreditatis. Lucas in l. facultas.colum.
2.3.& 4. C.de iure fiſci. cogitur condemnatus in-
dicare bona.l.1.in glo.1.C. qui bonis cedere poſ-
ſu.l.fin.§.licentia. C.de iure delibera. Afflic.hic, nu
mero 23.circa fi.

Quid ſi conſtet damnatum, vendidiſſe poſt li-
tem conteſtatam, quid fiet? dicit Iſern. quod fiſcus
reuocabit alienata, & alienator non tenetur fiſco
ad precium, niſi re perempta vel præſcripta. Iſer.
hic, num.50. Alexan.in ſimil.in conſi.108.num.9.
5.volum.facit.l.vxor marito.ff.de donatio.inter vi
rum & vxor.& licet accuſatione pendente nõ adi-
matur accuſato bonorum adminiſtratio. Boer. in
deciſ.277. nume.13. tamen ſententia retro fingit
quantum ad bona, & reuocat quæ ſunt medio tem
pore attentata in præiudicium fiſci. addi.ad glo.in
l.ſi quis poſt. ff.de teſtam. & circa debita & male
ablata, non ſufficit confeſſio in fraudem fiſci. Bal.
in conſil.461.5.volum. ſubſtitutus non ſuccedit,
ſed fiſcus in legitima damnati. Idem Bald, in conſi.
6.num.1. quarto volum. filia illius an habebit legi
timam. Bald, in conſil.408.1.volum.damnati ad
mortem a poteſtatibus terrarum an efficiantur ſer
ui pœnæ. Idem Bald, de pace Conſtan.in ver.im-
perialis, num.19. Confiſcatio quid, & quod ſit tri
plex, & ad quem ſpectat.glo.præd. Pariſ.§.30. in
vlti.quæſtio. num.169.& 182.hodie nemo bene
natus efficitur ſeruus pœnæ. §.quod autem prius.
Authen. de nupt. niſi damnatus ad mortem. in d.
conſilio 58. feu.diuer.num.9.& an amittat bona.
Iacob.in ver. dictique vaſalli. num.18. qui mino-
rem ſententiam patitur quam delictum expoſcit,
non amittit bona.l.3.ff.de decurioni. An autem de
bitor fiſcalis poſſit cedere bonis, late hic Iſer. poſt
numerum 50, Lucas in l.2, circa fin, ubi etiam quid
in debitore eccleſiæ. C.de exacto.tribu, Dic quod
7 more antiquiſſimo debitores dabantur creditori-
bus lacerandi, & propter eorum dolum non daba
tur beneficium ceſſionis bonorum, quia eſt ſubſi-
dium miſerorum, & non præſidium doloſorum.
Bald, in conſil, 396. ante & in num.4.5.volum.fle
bile & miſerabile adiutorium.l.pen.& fin. C.qui
bonis cedere poſſunt. quod ſit ſolo verbo, & etiam
per filiumfamilias. l. in omni, & ſequen.eod.titu.
C.qui bonis cede.poſſ.qualiter ſit, de eius ſubſtan
tia, & quod citatis creditoribus relaxatur a carce-
ribus. late Bald.in conſi.301.5.volum, nec ſit infa-
mis, l.debitores. C. ex quibus cau. infam. irroga.
& ſi venit ad meliorem fortunam reddit ad priſti-
nam obligationem. glo.in cap.paſtoralis, in ver.re-
uocari.7.quæſt.1.l.3.C.de bonis authorita.iudicis
poſſi.l.peri.de ceſſio.bono.glo.in cap.2.in ver.pec
cati.14.quæſt.6.§.fi.Inſt.de actio.

Intellige, quod poſſit cedere, quando pecunia
debetur ex contractu, ſecus ſi propter pęnam a le-
ge ſtatutam, quia tunc deputaretur operibus pu-
blicis ad tantum tempus, quantum veriſimiliter
ex opere ſuo eſſet ſatisfactum pęnæ. Afflict.in cõ
ſtit, intentione. in 11.nota, de illicita portat.armo.
& in conſt.ſuper inciſionibus. num.33.de maleſi.
clandeſt. non ſe extendit iſtud beneficium ad eos,
qui conueniuntur ex delicto uel quaſi, immo ſecu
ritas data non ſe extendit ad debitorem cameræ fi
ſcalis. Bald, in conſi.400, num.3.& 6.primo volu-
8 mine. Et ſic ratione contractus ſufficit cedere bo-
nis, quando ex maleficio verberatur.glo.in d.cap.
2.in ver.cruciatus, 14.quæſtio.6. & condemnatus
ſi eſt ſoluendo, & vult potius fuſtigari quàm ſol-
uere, iudex non debet eum audire, ſed cogere ad
ſoluendum, & bona ſua vendere. Boer. in deciſio.
359.poſt numerum decimum.& ſi principalis ce-
dit bonis, fideiuſſor non liberatur. l. vbicumque.
C. de fideiuſſo. & valet pactum quod liceat debi-
torem capere & carcerare pro debito, maxime ſi
adeſt iuramentum, vel ſit debitum fiſcale. Luc.in l.
9 generali. colum.2.circa fi. C. de decurio. clericus &
miles ſęculi non tenetur cedere bonis. Abbas in c.
1.num.4.de cleric. ęgrotan.r. Odoardus, de ſolu-
tio. eccleſia non poteſt exigere pœnam, niſi vbi im
ponitur a canone, in contractibus perit loco inte-
reſſe, in foro pęnitentiali imponitur pro redimen-
dis peccatis. Archid.in cap.fin. poſt medium.94.di
ſtin.in cap, fraternitas. poſt med.12, quæſt.2. In de
bitore fiſcali ſecundum Iſer. ſit differẽtia inter per
10 ſonam & cauſam, quia gabelloti fideles debent be
ne tractari. Cap.in ver.regalia.ibi, vectigalia, ver.
gabelloti fideles. Affli.hic, num.26.in fi. cauſa attẽ
ditur, nam ſi non fuit culpa in ſterilitate non tene
tur, ſecus ſi ea negligenti cultura fuiſſet fundus de
terioratus.l.ſi merces. §.conductor. ff.locati. data
electione iudici capere pignus, vel retinere corpus.
l.vectigalia.§.1.de publicanis. ex qualitate perſo-
næ.l.1.§. expilatores.ff.de effracto.& mulier pro
collectis non poteſt carcerari, licet male ſeruetur
in Apuleia, Cap.in ver.feudorum clauſulæ.ibi, præ
ſcriptione ver. Item nota quod pro collectis.

SVMMARIVM.

1 *Angarię quæ ſint, & quæ perangaria.*
2 *Angarias & perangarias, ſolus Rex concedit.*

3 *Onera*

3 *Oneria inſolita prælati non debent imponere.*
4 *Exactiones omnes intelliguntur illicita, niſi a iure concedantur.*
5 *Seruitia præſumuntur a dominis per metum extorta.*
6 *Mulieri & ruſtico præſumitur facta uiolentia per dominum.*
7 *Præſumitur pro factis antiquis.*
8 *Officium iudicis datur contra dominum, extorquentem ſeruitia indebita.*
9 *Vaſalli poſſunt cogi vt colant tantum terras domini.*
10 *Vaſalli non poſſunt ſe obligare ad certum ſeruitium.*

AD VERB. ANGARIARVM.

1 ANGARIARVM, & perangariarum.) Angariæ ſunt onera
quę perſonis imponuntur; perangariæ poſſeſſionibus. c. quæ, in po-
ſitione caſus. 10. quæſt. 3. vel onera
patrimonialia, perſonalia, & mixta. Soci. in conſil.
157. in princ. 2. volum. illa ſunt quædam iura, quę
tenentur prouinciales exhibere Imperatori dum
tranſit per loca, quando vadit in expeditione. & an-
garia eſt onus mere perſonale, vt quis ſeruiat cum
perſona ſua expenſis Imperatoris. Perangaria eſt
onus mixtum, vt ſeruiat cum perſona expẽſis pro-
prijs. Præpo. hic poſt numerum ſextum. ſiue an-
gariæ dicuntur perſonalia obſequia proprijs ſum-
ptibus præſtita; perangariæ quando ſeruit ſum-
ptibus alienis. cap. non minus. ver. angarijs. de im-
mun. eccle. §. illud tamen, in ver. angarijs. Authen.
de manda. princ. Lucas in l. 2. in fin. C. de quibus
mune. vel præſta. nemini liceat ſe excuſa. vnde an-
garia eſt, habere vaſallum vel hominẽ angarium,
qui debet perſonaliter ſeruire ſine ſua impenſa, pu-
ta in vinea domini; perangarij qui ſuo ſumptu fa-
ciunt opera perſonalia. Cap. in ver. feudorum clau-
ſulæ. ibi, angarijs & perangarijs. & in ver. regaliæ.
ibi, angariæ. & de iſtis meminit. l. his oneribus. ff.
de vacatio. & excuſa. mune. d. l. 2. de quibus mune.
vel præſtat. nemini liceat ſe excu. l. maximarum.
C. de excuſa. mune. l. fin. de fabricen. l. vni. C. ſum-
pt. inian. mune. ad omnes. colleg. perti. l. 1. quem-
admod. ciui. mune. indicunt. & Matthę. 27. & licet
multi ſint vaſalli angarij & perangarij. Iſern. in §.
penult. num. 89. circa med. de prohib. feu. aliena.
2 per Fre. angarias & perangarias ſolus Rex conce-
dit, nec illis poteſt quis vti, niſi habeat in priuile-
gio, etiam quod probaret tuiſſe in poſſeſſione lon-
go tempore cum allegatione tituli. Afflict. in cap.
licet, in 3. not. poſt princ. ſi de feud. fuerit controu.
inter domin. & agn. & hic, num. 3. eſt de reſeruatis
principi, quia competit ratione ſupremę poteſta-
tis. in conſil. feud. diuer. 42. num. 5. poſt medium.
& ſi habet Baro, poteſt exigere ſeruitia, vt poterat
Rex. Vaſallus tenetur ad ſeruitia perſonalia, vt
portare litteras de terra in terram, exercere offi-
cium Camberlingatus pro domino, deferre anno-
nam in ciuitate cum facultate pro prædictis ad vo-
candi vaſallos alibi habitantes. Cap. in deciſ. 118.
& 168. Fre. lib. 2. ibi, decimaquinta authoritas. &
vendicabit ſicut Abbas monachum ſuum, peten-
do in genere tanquam ſuum, licet in proceſſu de-
clarari oportet cauſas ſubiectionis. Caſſan. in con-
ſue. Burg. rub. 9. §. 18. ibi, inſociables. poſt nume-
rum 35. circa prin. & poteſt agere pro eo exhiben-
do. Bar. in l. 1. poſt numerum primũ. de libe. exhi-
be. Alias liber homo habet poteſtatem migrandi
intra regnum quocunque voluerit, cum licentia
Regis: & ſi dux ei aliquid donauerit, ad eum vel
hæredes eius reuertetur. l. vni. qualiter cum fara
ſua alicui migrare permiſſum ſit. in Longobard. &
ſubtrahens ſe a ſeruitio propter neceſſitatem non
compellitur, ſed iuxta ordinatum eſt agendum. l.
2. de his qui aldiones defendere debeant. in Lon-
gobard. & quando poſſint recedere inuitis domi-
nis ab eorum terris, addit. pri. circa med. ad O-
doffr. in Sum. vtrum vaſall. feud. refutare poſſit ſi-
ne volunt. domi. & quando poſſint vendicari. Pi-
leus in Sum. C. de colo. Paleſt. adeo in angarijs nõ
ſufficiunt præſumptiones, ſed requiruntur proba-
tiones luce meridiana clariores, quia cauſæ ſtatus
ęquiperantur cauſæ criminali. Bar. in l. ſolent. §. nõ
vero. in fin. ff. de offic. procon. & ſi adeſt priuile-
gium, intelligitur de angaria & perangaria intra
pertinentias feudi, & non extra, niſi ſit dictum q
poſſit angariari etiam extra diſtrictum. Afflict. in
conſtit. iuſtitiarij non per calendas. in 3. not. circa
fin. qualiter iuſtitiarij. &c. & in conſti. aſcriptitios.
num. 1. de vaſa. non ordina. & dicitur angariari, id
eſt perſonaliter fatigari. Archid. in cap. 1. 23. quæ-
ſtio. 1. & an poſſint leuiter caſtigari. Afflict. in con-
ſtitu. ſi vaſallus. in 8. not. poſt numerum decimum-
nonum. de fideiuſſ. domino. & in conſti. vt dignita-
tum. in fi. num. 5. de iniuriis curiali. &c. Boer. in de-
ciſio. 55. num. 5. ſed non poſſet ſine expreſſa licen-
3 tia Regis. Afflict. hic, in princ. ſicut prælati non de-
bent imponere onera inſolita, nec petere aliquid
niſi a iure permiſſum. Zaba. in clemen. 2. nume. 5.
de cenſibus. & in clemen. vni. in ver. nonnulli, in 8.
& 9 not. de exceſſ. præla. ſed debent eſſe contenti
eorum, quæ anteceſſores ab anteceſſoribus con-
ſtat rationabiliter impendiſſe. Ioan. And. in cap. ſi
Papa. num. 2. circa medium, de priuileg. in 6. vnde
Epiſcopi & alij non poſſunt facere nouas exactio-
nes. Archid. in cap. fin. 94. diſtinct. cum regulariter
4 omnes exactiones ſint illicitæ. Lucas in l. prima.
poſt principium. C. in quibus cau. colo. niſi a iure
concedantur. Innocen. in cap. 1. in princ. de exceſſ.
præla. Ioan. And. in cap. 1. poſt numerum quartũ.
de præſcript. in 6. & prohibetur omne ſeruitium,
quod non inuenitur permiſſum. Archid. in cap. 2.
circa med. 10. quæſtio. 3. & vaſallus non tenetur
niſi ad expreſſa, nec in exactione debet fieri noui-
tas vltra antiquas conſuetudines: nam quæ noui-
ter extorquentur contra antiquam conſuetudinẽ,
præſumuntur per metum extorta. Soci. in conſilio
257. numero 1. circa fin. & 2. circa med. 2. volum.
ſed attenditur quod fieri conſueuit. Zabar. in cle-
men. 2. §. verum. in 5. not. de ſepulturis. in clemen.
2. in princip. de decimis. Vltra quod ſeruitia inde-
5 bita præſumuntur a dominis per metum extorta.
Afflict. in conſtit. quia frequenter. in 4. nõt. poſt nu-
merum decimumquartum, & decimumquintum.
in fi. de homi. non tene. Paris de ſindi. in ver. iudi-
ces. cap. 7. poſt numerum 18. Boer. in deciſio. 142.
num. 4. & quod illi potius præſtet ex timore, quã
ex debito. Ioan. And. in cap. epiſcopum. num. 4. cir-
ca medium, de præſcriptio. in 6. Innocen. in cap. ſi
diligenti. poſt numerum quintum, de præſcriptio.

quia

Digitized by Google

quia actus præſtationis præſumitur ex timore pro
cedere. Lucas in l. Iitibus. colum. 2. circa med. C.
de agrico. & cenſi. & colonos coacte ſoluiſſe. Loſ-
fr. in conſi. 29. num. 11. circa med. iuramenta inſo-
lita præſumuntur per vim extorta. Iacobi. in ver.
qui quidem inueſtiti, num. 2. & in ver. dictique va
ſalli promiſerunt. poſt numerum decimumtertiū.
Bald. in cap. 1. poſt numerum primum, qualiter va
ſal. iurare debeat fideli. & de pace Conſtan. in ver.
pactiones. poſt numerum primum. Cap. in ver. feu
6 dorum iuramenta, in princip. in muliere & ruſtico
præſumitur facta violentia per dominum. Caſſan.
conſue. Burgun. rub. 11. §. ſecundo. in princ. poſt
numerum vigeſimumſecundum. clerici dicuntur
ex timore laicis ſoluere, ſi illorum præceſſit peti-
tio. Loffred. in conſilio 17. poſt numerum vigeſi-
mumquartum. & ſubditus ſi remittit vſuras ſupe-
riori pro modico non tenet, quia præſumitur fa-
cta per metum. ibi. nu. 34. & ſi per impreſſionem
vel errorem eſt facta recognitio feudi aliter quàm
ſit ſolitum, talis recognitio non nocet, cauſa cogni
ta. Aluaro. in §. ſi verò. poſt numerum ſeptimum.
de feud. guar. ſed attenditur obſeruantia facti. Za-
bar. in clemen. prima, in princip. numero vigeſimo
octauo, in fin. de ſentent. excommunicatio. nam
7 præſumptio eſt pro factis antiquis. Præpo. in cap.
primo, columna prima, & ſecunda, circa princ. ſi
de feud. defuncti mili. controuer. fuer. pro multitu
dine & vſu quotidiano. Zaba. in clemen. prima, in
princip. poſt numerum vndecimum, de ſenten. ex
commun. & ſicut a longo tempore fuit conſuetu-
do, ita obſeruetur. l. prima, & ſecunda. de cerrariis
& chartulariis. in Longobar. vnde ſtatus antiquus
non debet immutari, maxime in præiudicium alte
rius. Zaba. in clemen. ſecunda. §. fin. circa fin. de re
ligio. domi. & ſtandum eſt conſuetudini, cuius cō-
trarii non eſt memoria. idem Zaba. in clemen. vni.
in ver. præſentatos, in 16. nota. de exceſſ. prælat.
fortius & potentius eſt ius quod competit ex con
ſuetudine, quàm ex pactis priuatorum. gl. Pariſ. tit.
2. §. 51. & eccleſię tales habent dominationes, qua
lis illarum a longo tempore fuerit conſuetudo.
l. ut eccleſiæ, de epiſco. & cleri. in Longobar. nam
dicitur poſſeſſio ex tacito conſenſu ſubditorum.
Curt. in tracta. feud. in 7. par. numero decimono-
no, circa medium. & ſi eſt ſolitum longo tempo-
re, an præſumatur debitum vel extorſio domino-
rum. Alexan. in cōſilio 124. numero primo. & poſt
8 numerum tertium, 4. volum. Vaſallo autem conſu
litur officio iudicis, ſi dominus exigit ſeruitia inde
bita. Afflict. in §. præterea inter duos, numero 21.
in fin. de prohib. feud. aliena. per Fre. Cap. in verb.
feudorum actiones. in 5. concluſio. Aluaro. in cap.
primo, columna quinta, poſt princip. apud quem
vel quos. Iaſ. in tracta. feud. in prin. poſt numerum
trigeſimumnonum. Et ſi dominus extorquet inde
bite vltra modum ſeruitia a vaſallis, poſſunt implo
rare officium præſidis vt videat. l. illicitas, in prin.
de offi. præſid. Præpoſi. in cap. 1. in fin. de duobus
fratr. a cap. inueſti. & in §. præterea. ſi inter. colum
na penultima, poſt medium. d. titu. de prohib. feu.
aliena. per Fre. nam illicitas extorſiones iudex non
debet pati. Pariſ. de ſindi. in ver. iudex. cap. primo,
numero decimoſeptimo. & vltra quod præſumi-
tur illicita. glo. prædi. Pari. §. 53. poſt numerum de
cimumquintum. & a ſubditis per metum extorta:
Iacobi. in ver. cum mero mixto imperio, num. 16.
circa fin. quod ex vrbanitate fecerunt vaſalli non
præiudicat. glo. Pariſ. 4. titu. 1. §. 1. numero decimo
quarto. & in honorarijs quæ procedūt a bonis mo
ribus, non datur aliquod poſſeſſorium, ſed ſolum
officium iudicis. Præpoſi. ſupra in prælud. numero
ſeptnageſimoſeptimo, circa fi. vnde ſi ruſticus dat
par caponum nobili, non præſumitur dare ut ſe in
poſterum obliget. idem Præpo. in §. ſi verò. quid ſit
inueſt. nam actus voluntarii non ſe extendunt vl-
tra quàm geruntur, in informibus: ſecus in diffor-
mibus. Caſſan. in conſue. Burgun. rub. 7. §. 5. ibi,
milleur. poſt numerum trigeſimumſecūdum. Pau.
de Caſt. in conſilio 340. circa fin. 2. volum. & eate
nus obligant & præiudicium faciunt, quatenus
geruntur, & non vltra. Idem Pau. in conſi. 423. nu
mero ſecundo, in prin. eodem volum. vel etiam in
voluntariis ius quæritur. Pau. de Caſt. in conſil. 9.
in princip. primo volum. ſi probatur quod petebat
& vtebatur ex debito, aliàs non acquiritur ius nec
quaſi poſſeſſio, etiam quod mille vicibus fecerit.
Idem Paul. in conſi. 179. columna quarta, circa fi.
dicto volum. cępit & exegit tanquam debitum, quod
primo offerebatur gratuito. Archid. in cap. agatho.
63. diſtinc. in taxatione autem & impoſitione one
rum, dominus non eſt iudex, nec poteſt ſibi ius di-
cere. Præpo. ſupra in prælud. numero 80. nec po-
teſt propria authoritate exigere a vaſallo. Boer. in
dicta deciſio. 55. numero primo. nec illos cogere
ad præſtandas collectas vel angarias. Alexand. in
conſilio 145. numero primo, ſecundo volum. vel
diſtingue vt per Caſſa. in conſue. Burgun. rub. 1. §.
9 quarto, in princip. num. 15. Poſſet tamen Baro co
gere vaſallos, vt ſuas tantum terras colant. Lucas
in l. 2. in fin. C. de cenſib. & cēſito. & fœnum & a-
lia quę debentur, debent portari ad domum do-
mini, ſicut militibus debitum. l. prouincialium. C.
de erogati. mili. anno. & decimæ, quæ deferuntur
ad horrea eccleſiarum. gloſſ. in cap. reuertimini. in
ver. horrea. 16. quæſtio. 1. licet poſſit eſſe vaſallus
ſine feudo. Afflict. in conſtit. probationum. in pri-
mo not. num. 3. quæ probatio. in cau. homag. & in
conſti. proſequentes. numero 20. de purga. ſubla. &
in conſtit. errores. in 1. nota. de his qui debent ac-
cedere ad ordi. clerica. in conſtit. perſonas, in 4. not.
de iure ſuo curiæ obſerua. & in conſt. ſi dubitatio.
in 6. nota. num. 16. de probatio. per inſtru. ſed re-
gulariter contra. idem Afflict. in cap. 1. num. 36. in
prin. de controuer. inueſt. & Surrentini habent va
ſallos & villas in Burgenſaticum. Cap. in cap. Im-
perialem. in quarta concluſio. 3. not. & glo. fin. de
prohib. feud. aliena. per Fre. ſed non poſſunt obli-
10 gare ſe & ſuos ad certum ſeruitium alicui & ſuis
hæredibus in perpetuum, ſine aſſenſu: nec eorum
confeſſio probat ſeruitia. Afflict. in conſtitu. quia
frequenter. poſt numerum primum. Iſtorum va-
ſallorum licet ſint multi in regno, ſi ſunt in feudis
Baronum non ſunt inter regalia, ſi in demaniis Re
gum & Principum ſic. Iſern. hic in fine. ab iſtis cle-
rici ſunt immunes. cap. quia. decima, quæſtione 3.
glo. 2. in cap. penultimo, de clerico coniuga. glo. 1.
& 2. in cap. nullus epiſcopus. prima, quæſtio. pri-
ma. & ſi laici denegant clericis iuſtitiam, debent
coram ſęculari conueniri. Pau. de Caſt. in conſilio
364. circa fin. primo volum. & an ſit verum quod
angarii & perangarii teneantur Regi ad ſeruitia
perſonalia. Lucas in l. 1. columna 8. in princ. C. ne
ruſti. ad ullum obſequium deuocen. ſed princeps

debet de ſua pecunia ſatisfacere illi qui ſibi ſeruit. Cap. in ver. feuda officiorum, colum. 8. poſt principium. & prouinciales propter tributa quæ ſoluunt, multa ſunt ad quæ non tenentur. l. vni. vbi glo. C. ne opere a collato. exiga, rationem ponit. Afflict. ſupra eod. in rub. poſt numerum vigeſimumſecundum. & non debet plus operari exemplo loci, quàm perſonæ. Zaba. in clem. vni. nu. 1. in fin. de teſtamentis.

SVMMARIVM.

1 *Plauſtrum eſt currus, & ſic dicitur, quòd ex omni parte ſit palam quod in eo uebitur.*
2 *Naues oneraria, & alia ephata.*
3 *Currus & naues priuatorum, licet principi & præfecto capere pro uehendis eorum bonis.*
4 *Iudex capit animalia ruſtici pro portando reo ad patibulum.*

AD VERB. ET PLAVSTRORVM.

ET plauſtrorum.) In iure habemus
carrucam. l. in commodato. §. penul.
ff. commodati. vehiculum. in rub. &
l. vni. C. de honor. vehiculo. rhedam.
l. 2. & ibi glo. in ver. parauередi. C. de
curſu publi. & plauſtrum, vt hic: idest currum, &
1 ſic dicitur ex eo, quia palam facit ex omni parte,
quod in eo vehitur. Gramma. in ver. plauſtrũ. iſto
rum & nauium præſtationes, ſunt de regalibus, vt
2 hic. naues autem quædam dicuntur onerariæ, &
aliæ ephatæ. glo. penult. in cap. quoniam. 24. quæ-
3 ſtione prima. quando princeps vel pręfectus tranſ
fert ſe de loco ad locum, pro vehendis bonis ca-
piunt currus & naues ſubditorum, quod ipſis ſo-
lis & magiſtro officiorum conceditur. Iſer. hic, in
princ. Cap. in ver. regalia. ibi, nauium præſtationes,
& quibuſdam præfectis & officialibus Imperato-
ris conceditur in priuilegium, vt ſine ſolutionibus
habeant plauſtra & naues pro tranſportandis re-
bus. Præpo. hic poſt numerum 6. licet fiſcus ſi ex
aliqua neceſſitate capit, tenetur ſoluere. Idem Piæ
poſi. hic, num. 6. circa med. ſed ſi ſoluit precium, in
quo differt fiſcus ab aliis officialibus, dicit Iſern.
poſt principium, quod exigit etiam ab inuitis ſolu
ta mercede, alij non niſi a volentibus & ſoluto lo-
herio. Cap. in ver. feudorum clauſulæ. ibi, iumento
rum. & vidimus fiſcum & curiam Regis pro por-
tandis lignaminibus triremium, accipere plauſtra
& animalia iuxta taxam R. cap. ſoluta mercede.
Iſern. & Afflict. hic in prin. Lucas in l. 2. colum. 1.
in fin. C. ne ruſtica. ad vllum obſequi. Aluaro. hic,
poſt numerum quintum, ſicut in terminis. l. ſi po-
ſtulauerit. §. iuber. ff. ad leg. Iul. de adulte, l. 1. & 2.
C. quibus ex cauſis ſerui pro præmio liber. &c.
Iſta dicuntur munera patrimonialia, & redditus
angariarum, ſicut ſeruitia & alia. Iſer. hic, num. 54.
ab illis nulla nauis excuſatur. l. iubemus nullam
nauem. C. de ſacroſanct. eccle. l. iubemus nullam
nauem. C. de nauibus non excuſa. niſi ſit eccleſiæ.
l. neminem. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ille qui eas
conſtruxit. l. 3. ff. de vacat. & excuſa. mune. immuni
tas autem prædictorum operatur, vt non poſſit an
gariari in perſona, neque in plauſtris, vel eorum
ſumptibus, neque in collectis quæ imponuntur lo
co operarum. Bald. in conſil. 112. poſt numerum
3. primo volum. & licet non debeat quis cuipiam
ruſticano quaſi mancipio neceſſitatem obſequij
imponere, & ſeruum eius, vel forte bouem in vſus
proprios neceſſitateſque conuertere. d. l. 2. C. ne
4 ruſti. ad vllum obſequium. poteſt tamẽ iudex pro
homine trahendo ad patibulum capere animalia
& boues ruſtici, etiam quòd, vt experientia do-
cuit, non poſſint de cętero arare, & terra cum eis
arata fructus non germinet. Boer. in deciſ. 307. an
te numerum ſextum. & pro vſu ſuo, ſi non habet
propria, poteſt capere illa ſubditorum ſoluta mer
cede. Lucas in l. nemo, in princ. C. de curſu publ. &
in conſtit. ſic noſtra ſeruitia. de apparito. & eorum
ſalario, alij non, ſed ſi capiunt ab inuito puniuntur.
Iſern. hic, in principio, pro portanda pecunia pu-
blica capit equos quos vult. l. fina. dicto titu. C. de
curſu publico.

SVMMARIVM.

1 *Extraordinaria collatio, appellatur ſuperindictum, & cenſetur inter regalia.*
2 *Collecta extraordinariæ non imponuntur vniformiter, ſed ſecundum occurrentiam caſuum.*
3 *Vaſallus tenetur conferre & dare adiutorium domino, quando per illius loca tranſit Imperator, dum uadit pro ſuſcipienda corona.*
4 *Numen dicitur in Rege, quia dicitur habere nomen diuinum.*
5 *Collecta eſt munus patrimoniale ordinarium, & dicitur, quia colligitur a poſſeſſoribus pro modo facultatum.*
6 *Soluit pro artificio qui nihil poſſidet.*
7 *Manentes dicuntur, qui ſoluunt ratione loci & foci.*
8 *Inops, mendicus, & pauper differunt.*
9 *Feudatarij non ſoluunt collectas pro fructibus fundi, quid in clerica & emphiteota.*
10 *Quæ non ponuntur in appretio.*
11 *Tyranni ſtatus & Regis differunt.*
12 *Deus diſſipat oſſa eorum, qui hominibus placerent.*
13 *Aduocati fiſcales ſeu fiſcalini.*

AD VERB. EXTRAORDINARIA.

1 EXTRAORDINARIA colla-
tio.) Iſtud impoſitum appellatur ſu-
perindictum: & cenſetur inter regalia,
quia ſoli Imperatori licet imponere
per ſuum reſcriptum. Præpoſi. hic, colum. 4. circa
fin. imponitur pro neceſſitate imminente. Aluaro.
hic, numero 5. circa med. nam ſicut Barones pro
ſeruitio exercitus Regij, imponunt vaſallis ſuis
collectam. Iſern. hic, circa princip. Cap. in ver. feu-
dorum adiutoria. columna quinta, circa fin. & 6.
ita Rex ſuis vaſallis, quia legem impoſitã ſuis ſub-
ditis, imponit & ſibi. Idem Iſern. in §. donare. nu-
mero 6. circa princip. qualiter olim poterat feud.
aliena. Publicæ etiam penſitationes quandoque
debentur pro prædiis ratione generalis ordinatio
nis, quandoque ratione ſpecialis impoſitionis, quã
doque ratione ſolitæ præſtationis, aliquando ra-
tione

tione placitæ conuentionis. Generalis ordinatio
per totum imperium eſt, quod tributa ſoluantur.
Lucæ 2.dicitur, Exijt edictum a Cęſare Auguſto.
& iſta imponuntur prædijs, aliquando perſonis
propter perſonas. Aduerte tamen, quod non ſem-
per dicuntur tributa, niſi quando præſtantur. ex
re propter rem; quando verò præſtantur a perſo-
na propter perſonam, vel a perſona propter rem,
ſunt munera perſonalia vel mista. Specialis impo-
ſitio eſt, quæ imponitur in aliqua prouincia, ciui-
tate vel loco, ad confectionem certi operis publi-
ci; puta aquæductus, viæ, pontis, vel alterius pu-
blici operis. & iſta ſimiliter imponuntur prædijs,
vt pro quolibet manſo terrę ſoluatur certum quid.
Quandoque perſonis propter prædia, puta quili-
bet qui habet prædia in territorio ſoluat pro man
ſo terræ tantum; verum quando imponuntur præ
dijs propter prædia, tenentur omnes; quando per
ſonis propter res, tantum ſubditi; niſi aliter per pri
uilegium ſit indultum. Dictæ impoſitiones licet
veniant ex ordinatione generali, & perpetua lege,
tamen ſecundum caſus & curſum temporis, quan
titas variatur: & imponitur plus, quandoque mi-
nus, puta ſex denarij pro libra ęſtimij, duo, quan-
doque decem, quia collectæ non habent certam
formam vel regulam, ſed arbitrio ſuperioris variã
tur, ideo dici poſſunt ſolitæ & placitæ præſtatio-
nes. & quia non ſemper præcedit generalis ordina
tio, ſed ſingulę leges fiunt ſingulis temporibus, ita
quod non durat lex niſi inquantum durat neceſſi
tas; tunc dicitur munus extraordinarium, de quo
hic; quia extra generalem ordinationem imponi-
tur, late Bald. in l. 3. numero ſecundo. vſque ad 6.
C. ſine cenſu vel reliquijs. & quia non habet cer-
tam & determinatam præſtationem, ſed per acci-
dens inducitur, extraordinarium appellatur. Ale-
xan. in conſil. 53. poſt numerum primum, quinto
3 volum. nam collectæ extraordinariæ non imponũ
tur vniformiter, ſed ſecundum occurrentiam ca-
ſuum. Pau. de Caſt. in conſi. 89. num. 2. circa med.
2. volum. Illas ſoluit vaſallus non dominus pro-
prietarius qui non percipit fructus. Aluaro. in ca-
pit. 1. colum. 4. poſt principium. num. 2. circa fin.
per quos fiat inueſt. Bald. in l. inter debitorem, in
fi. ff. de pactis. l. epiſtola. §. pactum. eodem titu. Iaſ.
in l. 1. numero 33. de iur. emphi. ſunt de regalibus,
& nullus imponit niſi ſolus princeps. Iacob. in ver.
cum mero mixto imperio. nume. 16. Ad fœliciſſi-
mam Regalis numinis expeditionem, ad quam cũ
vadit Imperator nemo excuſatur. l. nullus. & ſeq.
C. de curſu publi. l. 2. C. de quibus mune. vel pręſt.
nemi. liceat ſe excuſa. debetur aurum coronarium,
quod iudęi præſtant ex conſuetudine. l. vni. cum
ibi not. C. de auro corona. & in Hiſpania tenentur
ſicut & Saraceni ad tributa. Archid. in cap. fin. 23.
6 quæſtio. 6. & tenentur vaſalli aſſociare vel mittere
alium loco ſui, conferre tributa, vel dare adiutoriũ
domino. & ſi tranſitum facit per loca, vaſalli tenẽ-
tur dare hoſpitium, & ad victũ neceſſaria. Prępoſ.
in cap. 1. de prohib. feud. aliena. per Lotha. & in §.
ſimiliter, poſt numerum ſecundum. de capit. Cor-
rad. quia eſt fere impoſſibile, quod exercitus dam-
na non inferat; vnde in loco non debet facere ſu-
perfluam moram, quæ qualis ſit, erit arbitrarium.
Bald. de pace Conſtan. in ver. moram ſuperfluam.
Prædicta quando dominus indigeret pro expenſa
communis boni, & non habet quidquam aliud:

aliàs qua fronte exiget. Iſern. hic poſt princip. & in
conſtitu. dignum. vbi Afflict. in 3. not. tanto magis,
quia Reges non debent vti ſuperfluis veſtibus &
ornamentis, & onerare ſubditos collectis. Cap. in
ver. feuda officiorum. car. 5. columna 4. circa med.
aliàs augetur vtilitas per dignitatem. l. ſi longius,
4 in fi. ff. de iudiciis. dicitur autem numen, ſecũdum
Iſern. quia Imperator vel Rex in regno dicitur ha
bere nomen diuinum, & eſt in terris ſicut Deus
in cœlo. Sed non eſt bona proportio, nec eſt fa-
cienda ęquiperatio finiti ad infinitum gratiæ Dei
& hominum ac ſimilium, quia non ęquiperantur.
glo. in clemen. fin. in ver. perfectior. de hæreticis.
habet tamen poteſtatem ſęcularem, quæ eſt tri-
plex, vna conſiſtit in multitudine ſubditorum, alia
in robore corporis, vltima in diuitiis exterioribus.
Diuus Thomas in 6.2. noctur. exultate iuſti. ibi,
non ſaluatur. diuitiæ ſunt collectæ, quas fiſcales
5 dicũt eſſe munus patrimoniale ordinarium, quia
indicitur omni anno perſonis pro rebus. l. 2. C. de
indictioni. Alexan. in conſil. 111. nume. 4. & 9. 7.
volum. & ciuilis obligatio & ſi non ſoluit, non eſt
crimen de ſui natura. Bald. in l. ſeruum. §. publice,
num. 5. circa fi. ff. de procurato. & dicitur collecta,
quia colligitur a poſſeſſoribus pro modo faculta-
tum. Iſer. hic, num. 61. circa fin. ratione fructuum
illius duntaxat anni. Bald. in d. §. ſimiliter. in fin. de
capi. Corra. niſi ſit aliter conuentum. l. inter debi-
torem. vbi Bald. ff. de pactis. iſtæ non erant tempo
re Regis Guiglielmi. Iſern. hic, poſt numerum 62.
ſed cęperũt tempore Frederici Imperatoris. Cap.
in ver. feudorum clauſulæ. ibi, collectis. ver. colle-
ctarum. & in ver. feudorum adiutoria. circa prin.
alio uocabulo appellantur fodrum, & eſt vulgare
Longobardorum. cap. præterea, in ver. fodrum. de
iure patron. addi. ad Bar. in l. miſſi. nume. 10. C. de
exacto. tributo. Bald. de pace Conſtan. in ver. no-
bis, in princ. & iſtarum quædam ſpectant ad Ba-
ronem, quædam ad vniuerſitatem, aliæ ad Regẽ.
Cap. in ver. feudorum clauſulæ. ibi, collectis. quan
do ſunt perpetuæ, certæ & ordinatæ, eſt munus
mere patrimoniale, quando imponuntur ſecundũ
caſus emergentes, eſt mixtum: quia imponuntur
perſonis pro rebus, & bona ſunt hipothecata im-
mo ſuppoſita cuidam ſeruituti. Bald. in d. titu. de
pace Conſtan. in ver. imperialis, num. 16. circa me-
dium, & 17. primo caſu, quia eſt munus patrimo-
niale, tenentur etiam non ſubditi. Bald. hic, num. 6.
etiam clerici. Iſer. hic, num. 61. cap. magnum, 11.
quæſtio. prima. Ioan. And. in cap. 1. poſt numerum
6. de immun. eccle. in 6. nam clericus in patrimo-
nialibus cenſetur vt laicus. Caſſan. in conſue. Bur-
gun. rub 8. §. 5. in princ. numero 3. & 57. prædia
eccleſiæ ſoluunt tributa. l. penultima. & fin. de feu.
& bene. conſt. imper. in extraordin. quia non om
nia quæ eccleſia poſſi det ſacra ſunt. Bar. in l. cance-
ri. ff. commu. præd. ſi ſuccedit laico, an ſoluunt pro
illo patrimonio, in l. cum quidam. §. fiſcus. ff. de vſu
ris. ſoluunt dico ordinaria, ad extraordinaria non
tenentur. Archid. in cap. iuxta, 16. quęſtio. prima,
clerici pro quibus ſoluunt, & pro quibus non, quã
do tenentur, & a quibus coguntur. Specu. cum
Bald. in add. de clericis coniug. & de immu. eccle-
ſiarum. num. 2. & 3. in l. uia conſtitui. 2. rep. de ſer-
uitu. ruſti. prędio. tenentur exteri pro prędiis quę
alibi poſſident. Dec. in conſi. 694. in 1. dubio, quin
to volum. Alexan. in conſilio 52. ante & poſt nu-
merum 54.

merum 54. & ſoluunt collectas in loco vbi ſunt prædia, Afflict. in §. ſed nec eſt alia. num. 14. quę ſit prima cau. bene. amitt. & ſupra in ver. & plauſtrorum. numero quarto. adeo quod transferendo incolatum, non euitat niſi ſit poſtea impoſita. Lucas in l. prima. C. de incolis, pro negotiationibus & animalibus, vbi taxabuntur. Cap. in ver. feudorum clauſulæ. ibi, Forenſes. quid in mobilibus & ſi negonetur in diuerſis locis. Lucas in l. 3. colum. 6. in 15. & 16. quæſtio. de quibus muner. vel præſtan. nemi. liceat ſe excuſa. Ruſticus ſi iuit ad habitandum in aliqua villa vel caſtro debitis onerato, an teneatur contribuere: & qui fuit tempore debiti contracti, & receſſit, an teneatur. Specul. de cenſibus. §. 2. num. 12. & 13. Quomodo ſoluit habens bona in diuerſis locis. idem Lucas in l. vni. colum. 2. circa med. & ſequen. C. de mulie. & in quo lo-
6 co. ſi nihil poſſidet ſoluit pro artificio. Iſern. hic poſt numerum quinquageſimumquintum. nam ex operibus & lucris eorum exigitur vectigal. Lucas in l. ad reparationem, in princ. de aquęductu. induſtria & patrimonium ſunt ſeperata. Bald. in l. 4. in princ. ff. pro ſocio. Iſti qui ratione loci & foci
7 ſoluunt aliquid, manentes dicuntur. Præpo. ſupra in prælud. num. 89. hic multi inueniuntur, & ab eis exiguntur fere omnia, quæ exigunt domini a vaſallis. Caſſan. in conſue. Burgun. rub. 9. in princ. poſt numerum decimumnonum, & vigeſimumtertiũ, & dicuntur manentes, quia in ſolo alieno manẽt per 30. annos in villis, & dominus ab eis exigit certa ſeruitia. Aluar. ſupra in proœm. poſt numerum quadrageſimumtertium. lex Anaſtaſia, ſi dicto tẽpore fuerunt detenti, colonaria conditione facit eos manentes. Paleus in Sum. C. in quibus cau. colon. poſt numerum tertium. aſcriptitia vel manentia. Archidiaco. in cap. de ſeruorum. in cap. ex antiquis. & ſequen. 54. diſtinct. & cap. penul. 2. quæſtio. vlt. Si non habent poſſeſſionem, & nihil lucrantur, fiſcales dicunt quod ſoluunt pro aqua & aere, ſed eſt execrabile, aquam habere venalem. l. ad reparationem. vbi Lucas in fine. C. de aquæductu. Iſer. hic poſt numerum quinquageſimumquintũ. Cap. in ver. feudorum clauſulæ. ibi, collectis, ver.
8 viduæ. Differunt autem inops, mendicus, & pauper. Lucas in l. 3. in fi. C. de anno. & tribu. l. ſi quis ad decliuandam. circa medium. C. de epiſc. & cleri. §. fin. in ver. pauper. Auth. de exhiben. reis. pauper, & inops dicuntur reſpectu patrimonii, nõ habentes beneficium, nec bona patrimonialia, licet habeant virtutes. not. in cap. ſi pauper, de præben. in 6. cap. in primis, circa medium, ſecunda, quæſt. 1. in extrauagan. comm. 1. circa fin. de priuileg. Lucas in l. 1. columna 3. C. de apochis publi. & in d. l. vni. in fi. dicto titu. C. de mulieri. & in quo loco. & dicitur mendicus a mente, quod eſt defectus, quia magis appetunt quod non habent. Zaba. in clem. in pleriſque. poſt numerum octauum, de electio. quis verò dicitur pauper, & quis inops. Archid. in cap. quo iure, poſt principium, 8. diſtinct. Vel pauper eſt, qui per famulũ habet ſibi quærere alimenta. Bald. in l. cum ij. in 3. repet. columna ſecunda, poſt medium. ff. de tranſactio. iſti dicuntur egeni, quaſi egentes neceſſariis. & pauperes quaſi nihil habentes in pera. Diuus Thomas in 9. 2. nocturni. Iudica domine. ibi, anima autem mea. in fi. & in 11. 2. noctur. noli æmulari. ibi, gladium. & in 3. 3. noctur. Beatus qui intelligit. poſt principium. mendicus vnde, Lucas in rub. & l. vni. circa princip. C. de mendi. validis. aliter paupertas in l. paupertas. in glo. ff. de excuſatio. tut. tunc relinquitur arbitrio iudicis. glo. in extrauagan. commu. vni. in ver. conſueuit. circa fin. ne ſede vacan. & conſideratur ſecundum qualitatem perſonarum, ſicut mendicitas. glo. in extrauagan. Ioan. vni. in ver. qui mendicant. circa med. de præben. & ſicut idoneus intelligitur pro motu iudicis. §. ſi verò abſunt. in ver. ſubſtantiam. Authen. de hæredit. & falci. vnde iura appellant hominem mediocrem vel anguſtum. l. quarta. & penult. §. 1. ff. de vſu & habitatio. & iacere in tota vita eum dicunt, qui habet omnia quæ exigit vita, eſſe in nouiſſima parte vitę, qui vix habet quod ſufficit ad vitam. §. illud quoque. & ibi glo. in ver. iacens. Authen. quibus modis natu. effi. legi. Sed non eſt pauper, qui ex iis quæ ſunt expenſas metitur. §. & ibi glo. in ver. ſed ex iis. Authen. vt determina. ſit nume. clerico. appellatione iſtorum non veniunt agricolæ, nec artifices. Lucas in dicta l. vni. circa finem. C. de mulie. & in quo loco. Mendicare autem quid, & vnde mendicus. Ioan. Andr. in cap. quorundam. num. 3. de electio. in 6. in cap. vni. numero ſecundo, de religio. domi. eod. lib. 6. Archidia. in cap. Diaconus, lo vlt. circa fin. 63. diſtinct. Zaba. in clemen. 1. in princ. de regularibus. excipiuntur autem feudatarii, qui non ſoluunt collectas: nam debent ſeruitium pro feudo, & non debent duplici onere grauari. l. nauis onuſtæ. §. cum autem. ad leg. Rhodi. de iactu. Iſer. hic, num. 55. in fin. Lucas in l. agros. colum. 3. poſt medium. & 4. C. de fundis limitro. Afflict. in §. notandum, numero decimoquinto. de his qui feud. dare poſſ. in cap. 1. poſt numerum vigeſimum. per quos fiat inueſt. & ſupra in ver. & plauſtrorum, numero decimotertio. Caſſa. in conſue. Burgun. rub. 9. §. decimooctauo, in princ. poſt numerum decimumquintum. idem in eccleſiaſticis. Afflict. de clerico qui inueſt. fecit. poſt numerum duodecimum. intellige tamen in feudis nobilibus, ſecus in planis, & de tabula, pro quibus non præſtatur ſeruitium reale, nec perſonale, ſed datur cenſus pecuniarius vel ſpecies: nam tunc dicitur potius cõtractus emphiteuticus vel innominatus, nec pro eo præſtatur iuramentum. Idem Afflict. in conſtitu. conſtitutionem diuæ memoriæ. poſt numerum vigeſimumquartum, & vigeſimumquintum. & 65. vſque ad, 68. Quid de animalibus pertinentibus ad culturam feudi. Lucas in l. ſecunda, columna ſecũda, circa medium. C. de bonis vacan. & ſi ſunt data cũ feudo in feudum, eo finito, an debeant reddi cum æſtimatione mortuorum vel deterioratorum. Cap. in ver. feudorum acceſſoria. columna ſeptima, circa fin. & feudatariorum immunitates. circa princip. clerici pro bonis propriis & eccleſiæ non ſoluunt: pro emptis & legatis ſic, & acquiſitis cauſa commercii, ſecus cauſa ſucceſſionis. Zabar. in clemen. 3. poſt numerũ 1. & ſecundum, de cenſibus. Afflict. de clerico qui inueſtit. fecit, in nume. 7. & in d. ver. & plauſtrorum, num. 17. ſicut & dominus tenetur ad collectas pro bonis vaſallorum ſibi obuẽtis. Idem Afflict. in §. aut ſi libellario. poſt numerum decimumquartum, quibus modis feu. amitt. Lucas in l. 3. in 18. & 19. quæſtio. C. de quibus mune. vel præſtat. nemi. liceat ſe excuſa. Caſſan. vbi ſupra, ibi, taillables. circa fi. cum res tranſeat cum ſuo onere etiam in fiſcum, vt ibi in fi. ſoluit tamen, vt ſupra,

ſupra, vaſallus non proprietarius, qui nō percepit
fructus. Bald. in §. noui verò. poſt numerum pri-
mum, per quos fiat inueſtit. Alexan. in conſilio 4.
poſt numerum primum, 5. volum. ſed an extenda-
tur ad vaſallos clericorum. Lucas in l. 5. poſt me-
diū. C. de mone. patrimo. item non ſoluit, qui ha
bet a donatario Regis. Afflict. num. 14. circa fin. &
Loffr. qualiter vaſal. intrare debeat fideli. licet con-
trarium videatur tenere Lucas in d. l. vni. columna
penulti. circa fin. C. de mulieribus & in quo loco.
ſtatutum quòd non ſoluens collectam non audia-
tur, an intelligatur, tam de curia ſçculari quàm ec
cleſiaſtica. Bald. in l. in ea. in 2. repet. circa fin. ff. de
9 poſtulando. quid in emphiteota & colono. Bar. re
miſſioe in l. 1. num. 4. & 5. C. de ann. & tribu. dic,
quod ſoluunt deducto cenſu vel reddito. Iſer. hic,
num. 56. Lucas in l. litibus. circa fin. C. de agrico.
& cenſi. in l. 1. circa princ. de indictioni. tam ſi eſt
emphiteota priuati, quàm eccleſiæ. Idem Lucas in
l. placuit, in fi. C. de colla. fundo. patrimon. ſed an
ſoluatur pro fructibus rerū eccleſiaſticarum, quas
tenet laicus, vel feudorum? late Iſern. hic, num. 57.
& 58. & dic, quod præſumptio eſt quod vaſallus
res mobiles quas habet, ſint de feudo. Cap. in ver.
feudorum fructus. poſt princip. & quod ex re no-
ſtra ſit, noſtrum eſſe verius eſt. l. de eo. §. 1. in fine.
ff. ad exhiben. adeo quod nec clerici tenentur ſol-
uere gabellas pro bonis præbendarum quæ ven-
dunt. not. in l. 2. C. de epiſcop. & cleri. tamen quia
fructus feudi ſunt allodiales, poſtquam ſunt ſepe-
ratę a feudo. Bald. in conſi. 170. circa fin. 2. volum.
& empta de fructib. feudi ſunt Burgenſatica. Cap.
in ver. feudorum fructus. in princip. & in cap. im-
perialem. in glo. 1. in 1. nota. in 3. concluſio. addit.
1. ad Odoffr. in Sum. mortuo vaſal. ſine hærede,
hic in verbo, prouinciæ. poſt numerum trigeſi-
mumſextum. in ea non eſt inuenire iuſtitiam, ſi-
cut in legibus iuriſconſultorum. Sed poſtquam
Iuſtinianus fuit in Oriente, fecit multas leges ir-

rationabiles, vt §. his conſequenter. hic finitur
lex. vt Bald. ibi, numero primo, nullam in ſe ha-
bentes rationem. Vltra quod propter religio-
nem multa contra communem rationem ſingula-
ri fauore ſunt ſtatuta. l. ſunt perſonæ. de religio.
& ſumpt. fune. glo. in capitu. præſeuris. in verbo,
dubium, de probatio. & ſic ſecundum Iſern. dicta
conſtitu. eſt odioſa. etiam quod illam fiſcales ex-
cuſent, cum l. prima. C. de deſerto. & occulta. &
aliis iuribus. quibus reſpondet Iſer. hic per l. 2. C.
de prædiis decurio. & Authen. qua in prouincia.
vbi de crim. agi oport.

Tu dic, quod dicta conſtitutio, licet non ſit
æqua, eſt bona propter ſecuritatem territorio-
rum. Bald. in conſilio ducenteſimotertio, nume-
ro primo, circa fin. primo volumine. rationem po-
nit Lucas in l. ſecunda, columna tertia, circa prin-
cip. C. de naufragiis. quilibet enim ſcire debet
quid in re vel poſſeſſione ſua, ſeu iuxta eam aga-
tur vel fiat. Idem Lucas in l. iure. poſt medium.
40 C. de fabricen. Tranſgreſſores.) Qui non ſer-
uant modum adiectum. Ioan. Andr. in capitu.
non poteſt, numero primo, in fine. de præben. in
ſexto. Huius noſtræ conſtitutionis, bonorum
ſuorum publicatione Mulctentur.) Priuabuntur.
Gramma. in verbo, mulcto, & ſi rea exegerit, eo-
41 rum audacia.) Quæ reprobatur. & qui ſunt au-
daces. Zabar. in clemen. prima, in 1. not. de offic.
ordin. Iuxta mandatum noſtrum modis aliis com-
peſcatur. Omnes peregrini.) In bona, ſecus ſi in
42 mala parte. Aluaro. hic in §. omnes. & dicuntur,
qui ſunt ſine ciuitate. Azo in Summa, C. de hæ-
re. inſtit. Et aduenæ.) Actus Apoſtolorum. 2. Li-
bere.] Ideſt ſecure. Aluaro. hic in §. omnes pere-
grini, poſt principium. Hoſpitētur vbi voluerint.)
Vnde Epiſcopum oportet eſſe hoſpitalem. primo,
ad Timotheum. 3. quia ſicut feci, ita reddidit mi-
hi dominus. Iudicum, capitu. primo. & quod feci
ſemper expecto. l. tertia. C. de epiſcop. audiē. Ideo
qui ſunt in peregrinatione, non poſſunt capi pro
repreſaliis. Præpoſi. hic, in §. omnes peregrini. &
redeuntes a captiuitate nemo afficit iniuria. l. Chri
ſtianos. dicto titu. de epiſcop. audien. nihil carius
vendi quàm ualet in foro. capitu. primo, de em-
43 ptio. & vendi. quia ſunt ſub protectione domini
Papæ, maxime ſi vadunt ad ſedem Apoſtolicam,
& cum licentia ſuperioris: niſi vadunt pro eui-
tanda oppreſſione. Innocen. in capit. vni. de cle-
ric. peregrin. & eorum defenſio ſicut & cæcorum,
pertinet ad eccleſiam. Idem Innocen. in cap. pri-
mo, de emptio. & uendi. & in cap. licet, de cen-
ſibus. cum Papa omnes tueatur. Archidia. in cap.
quiſquis. octuageſimaſeptima diſtinctio. ſicut &
rex. lege, de aduenis. de homi. liberi homi. in Lon
gobard. vt Baro & alii ſecuri vadant ad eum. le-
ge prima, & ſecunda. ne ad regem uenientibus
iniuria fiat. in Longobard. miſerabiles perſonæ
oppreſſæ ſunt ſub protectione eccleſiæ, & poſſunt
ſuos ſpoliatores conuenire coram iudice eccleſia-
ſtico. Præpoſit. in capitu. primo, numero ſepti-
mo. apud quem vel quos. quia cum ſint perſonæ
indefenſæ, intereſt eccleſiæ eas defendere ab in-
iuriis. Archidiaco. in cap. ſi quis. lo ſecundo, vi-
geſimaquarta, quæſtione tertia. Et ſi teſtari uo-
luerint de rebus ſuis, ordinandi liberam habeant
facultatem. Quia nihil eſt quod tam homini-
bus

bus debeatur, quàm vt ſupremæ voluntatis liber
ſit ſtilus.l.1.C.de ſacroſanct.eccleſ. Et eorum or-
dinatio incõcuſſa ſeruetur. Si qui verò inteſtati de
ceſſerint ad hoſpitem nihil perueniat.) Sicut nec
ad laicos bona clerici morientis,not.in cap.ſecun-
do, de ſucce.ab inteſta. ſed ſuccedunt venientes ab
inteſtato. Authen.omnes peregrini.C.commu.de
ſucceſſio. Iſern. hic in verbo, omnes peregrini. in
princip. Sed bona ipſorum per manus Epiſcopi
loci tradantur heredibus.) Nam in defectu alio-
rum epiſcopus eſt executor. §. ſi quis autem pro
redemptione. Authen.de ſanctiſ.epiſcop. Si fieri
poteſt.) Quia poteſt dici, & aliter fieri inter par-
tes.l.ſtipulatio iſta, habere licere.in ver.videtur.de
verborum obligatio. Vel in pias cauſas erogen-
44 tur.hoſpes verò.) Qui dicitur quaſi extraneus a
domo: aduena qui extraneus venit ad ciuitatem.
Diuus Thomas ad Epheſios. 2. ibi, ergò iam.co-
lumna ſecunda, in princip. Si aliquid de bonis ta-
lium contra hanc conſtitutionem noſtram habue
rit, triplum Epiſcopo reſtituat, cui viſum fuerit aſſi
45 gnandum.] Vt ſic delinquentes puniantur in
quo delinquunt. capitu.quanto, de translatio.epi
ſcop. Non obſtante ſtatuto aliquo, conſuetudine
ſeu priuilegiis, quę Hactenus.] vſque ad hunc
diem. Gramma.in ver.hactenus. Contrarium in-
ducebant.) Quia male adinuenta longo tem-
pore non firmantur. §. primo. Authen. vt nulli
iudi. Si qui autem contra præſumpſerint eis de
rebus ſuis teſtandi interdicimus facultatem.) Vt
pro menſura peccati, ſit & plagarum modus. Deu
teronom.cap.vigeſimoquinto. Et in eo punian-
tur in quo deliquerint. Cum aliàs puniri non de-
bet in quo non deliquit, glo.in l.actione. §.primo.
in verbo, quia.ff.pro ſocio. ſed, prout culpę qua-
litas exegerit puniendi, licet alibi pœna magna im
ponitur pro modica re.l.ſacrilegij, la prima, in ver
bo, pœna.ff.ad leg.Iuliam pecula. l. ſecunda.in gl.
3.C.vt nemo priuatus titulos. & large peregrini
dicuntur, qui non ſunt de epiſcopatu ordinantis.
Archidiaco.in cap.fina.ſeptuageſimaprima diſtin-
46 ctio. Agricultores.) Generaliter agricolæ omnes
colentes agrum dicuntur.glo.rub. poſt princip.&
in l.prima, in verbo, inſiſtentes.C.de agrico.& cen
ſi. Et circa ruſticitatem occupati, dum villis inſi-
dent, dum agros colunt, ſecuri ſint quacumque
parte terrarum.) Et non ſolum perſonæ, ſed in-
ſtrumenta ſunt immunia, nec tenet pignoratio e-
tiam in ſubſidium. Aluaro.& Præpo.hic in §.agri
cultores. ne occaſione aliqua pereant ſegetes a cę
leſti prouiſione conceſſæ. Iſern.& Aluaro.in dicto
verbo, agricultores. numero primo, in principio.
Lucas in d.l.prima, in princip.& in fin. C. de agri-
47 co.& cenſi. Ideo agricultura nihil melius, ex qui
bus aliquid acquiritur.glo.rub.vbi multa Lucas di
cto titu.C.de agrico. & cenſi. Ita vt nullus inue-
niatur tam audax, qui perſonas vel boues, agro-
rum inſtrumenta, aut ſi quid aliud ſit quod ad
operam ruſticalem pertinet, inuadere, rapere,
48 aut violenter auferre præſumat.) Inuadere au-
tem & rapere differunt. glo. fina. in l.prima. ff.de
condi. tritica. quid in rapientibus bona epiſcopi
mortui, & inuadentib.res eccleſiæ.ca.priuuo.cum
ſequen. capitu.indignę. capitu.hęc.capitu.non li-
cet. & capitu. de laicis. cum duobus ſequen. 12.
quæſtione 2.

Ex hoc textu ſecundum Iſern. hic, in fin. ſumi-
tur cap.regni. quod incipit, Conſtitutione, in qua
Carolus Secundus mandauit, quod boues arato-
rij non pignorentur niſi ſpecialiter dicatur; licet
quæ non poſſunt alienari.l.cum ſponſus. §.ſi.cum
ibi, not.de publiciana, veniunt in executione rei iu
dicatæ. l. ſtipendia. C.de executio.rei iudi.l.ſpem
eorum præmiorum. C.quæ res pigno.obliga.poſ-
ſunt. Si quis autem huiuſmodi ſtatutum auſu te-
merario.) De quo Lucas in l.tertia, columna ſe-
cunda, circa princip. C. de canone largitio. titu.
Violare præſumpſerit, in quadruplum ablata re-
ſtituat.) Sicut in l.quæ in contractibus.C.de iu-
re fiſci. libro decimo. In quo an inſit ſimplum? Vi
detur quod ſic. Bald. in §. ſi duo. numero ſexto,
de pace tenen. Afflict.in §.illicitus. numero octa-
uo, de pace iura. firma. Infamiam ipſo iure incur-
49 rat, Imperiali animaduerſione.) Ideſt pœna qua
euertitur anima de corpore. Ioan. And. in cap.vt
inquiſitionis. poſt numerum primum, de hæreti-
cis, in 6. Nihilominus puniendus.) L.penult.in
fin.C. quæ res pigno. poſſ. & ſic fauetur agrico-
lis. Authen.adhæc. C.de vſuris, & in ſeruitijs præ
ſtandis debet haberi ratio itineris.l.nemo.vbi Bar.
C.de ann. & tribu. Adeſt pragm. Ferdinandi, ad
perpetuam rei memoriam. quæ eſt pri.in rubr.de
ſalario eorum qui mittuntur pro ſeruitio Regio,
Nos verò Honorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum
Dei, has leges a Frederico Romanorum Impe-
ratore filio noſtro chariſſimo, pro vtilitate om-
nium Chriſtianorum latas, laudamus, approba-
50 mus &c. & ſic hęc lex cum faueat perſonis & re-
bus eccleſiaſticis, & ſit per Romanum Pontificem
approbata, debet ſeruari. Bald. in conſilio 135.
numero ſeptimo, tertio volumine. reiecta opinio-
ne Archiepiſcopi Moiſis, de qua Iſern. ſupra eod.
in princ.cum illa penitus damnetur. Bald.in con-
ſilio 416.circa medium, quarto volum. Sed poſtea
idem Honorius edidit nonnulla capitula in emen
dam nonnullorum exceſſuum per eundem Frede-
ricum patratorum in regno Siciliæ. vt in capitulis
Honorii, in princip.

Hæc conſtitutio, quæ ſequenti tracta-
tu explicatur, libris Florentinis, & Tau-
rinis hic deſideratur: ſed reperitur ſub ti
tu.C.ne filius pro patre &c.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio eſt modus agendi extraordinarius, & quanto res eſt maior, tanto maior eſt inquiſitio.*
2 *Veritas manifeſta reuelatur per ampliores homines.*
3 *Examen cum diſcretione & uero iudicio fit.*
3 *Peregrinatio neceſſaria & uoluntaria, in bonam, & in malam partem accipitur.*
5 *Maxime, ideſt præcipue, abundat & non ſtat electiue.*
6 *Legalis ſcientia eſt ars.*
7 *Securitatem ſolus princeps concedit.*
8 *Dignum dicitur ſecundum leges & bonos mores.*
9 *Profeſſio generalis & ſpecialis.*

10 *Omni-*

10 *Omnimodo importat ipſo iure.*
11 *Mundus, ideſt homines exiſtentes in mundo.*
12 *Speciale quod dicitur, & quod ſingulare.*
13 *Iniuria eſt omne quod non iure fit.*
14 *Exilium proprie & improprie.*
15 *Igitur, illatiue ponitur, aliàs inceptiue.*
16 *Audacia, in bonam & in malam partem proprie eſt ultimum, & eius contrarium eſt puſillanimitas.*
17 *Scholaribus non imponuntur repreſſalia.*
18 *Rectores locorum, rempublicam gerunt.*
19 *Iudices ſcholarium qui ſint.*
20 *Magiſter unde dicatur, & quid miniſter.*
21 *Scholaris ſi litem conteſtatur coram alio, an valeat.*
22 *Iudex ſcholarium eſt rector & epiſcopus. hoſpitum, & ſi coram alio trahitur, actor amittit cauſam etiam iuſtam.*
23 *Scholaribus quæ ſunt neceſſaria.*
24 *Neſcire dicimur, quod ſcire non tenemur, ignorare quod ſcire debemus.*
25 *Notitia ſcholaſtica multum prodeſt.*
26 *Magiſtro eſt honor habere bonos ſcholares.*
27 *Ignorantia triplex, & neſcire multipliciter.*
28 *Deus quomodo dicitur iuſtus.*
29 *Studentes cum fructibus beneficij non debent redire ad ſeculum, & an poſſint audire leges.*
30 *Iudicium habet multa ſpecialia & moras.*
31 *Veritas attenditur in materia feudorum, & non apices iuris.*
32 *Iudex cognoſcit, ſi eſt ſua iuriſdictio.*
33 *Fit contra voluntatem, ſi fit quod non optat, etiam quod ſit utile.*
34 *Dei nomine tota Trinitas concluditur.*

AD CONSTIT. HABITA.

HABITA ſuper hoc diligenti.) Accurrata obſeruatione, quæ eſt magiſtra & mater bonorum operum. Lucas in l. vni. columna 2. cir. princ. C.
1 de mendi. vali. Inquiſitione.) Per modum agendi extraordinarium. Innocen. in cap. cum oporteat. numero 1. circa fin. de accuſa. & fit maior, quanto maior eſt res de qua tractatur. cap. miramur. in glo. in ver. quanto. 61. diſtinct. Epiſcoporum, Abbatum, Ducum & omnium iudicũ & aliorum procerum ſacri noſtri palatii.) Nam
2 eſt ſalus, vbi multa concilia. Prouerb. 24. & per ampliores homines manifeſta veritas reuelatur. l. penultima. C. de fideicom. quia quod a pluribus ſenioribus quæritur, facilius inuenitur. cap. fin. 20.
3 diſtin. Examinatione.) Quæ fit cum diſcretione & vero iudicio. Lucas in l. 1. in fin. C. de frum. Alexandri. Omnibus, qui cauſa ſtudiorum peregrinã-
4 tur ſcholaribus.) Eſt enim peregrinatio neceſſaria & voluntaria. glo. in l. am. ff. de procura. capitur in bonam & in malam partem. glo. in Auth. omnes peregrini. C. commu. de ſucceſſio. Et maxime.)
5 Ideſt præcipue. l. ſed & ſi. in ver. maxime. ff. de Carbo. edi. l. eum qui. in ver. maxime. ff. de donatio. glo. 1. in l. liberis. de liberali cau. l. 4. in gl. 2. de vſucap. & abundat. l. 2. §. 1. in verb. maxime. de hæred. vel actio. vendi. glo. fi. in l. ſed & ſi, ſola. marim. l. fi. in glo. ff. de his que in teſtam. delen. gl. fi. in l. 2. & l. fi. quis pecuniam. in ver. maxime, ſi quis om. cau. teſtam. & non ſtat electiue. l. 4. §. fi. in ver. quod maxime. de bon. poſſeſ. contra tab. Diuinarum atque ſacrarum legum profeſſoribus.) Ex aliis communiter omnibus. Hern. hic in princ. tanto magis, quia videtur quod eadem ſit ratio in ſtudentibus aliarum facultatum, maxime iuris canonici. nor. in ſimili, in cap. vni. de iniuriis & damno dato. in 6. ſi non dixiſſet intelligeretur de melioribus; ſicut dicendo ſtudium indeterminate, intelligitur de meliori. glo. penult. in cap. tuæ fraternitatis. de cleri.
6 non reſid. & legalis ſcientia eſt ars. §. & ita omnis, in ver. finem, in procem. ff. Hoc noſtræ pietatis beneficium Indulgemus.) Cum conſiſtat in pluribus. Lucas in l. vni. colum. 2. poſt med. C. nulli licere in fre. & equeſt. eſt autem vna indulgentia communis omnium hominum; alia inter patrem & filium. l. 3. & ibi glo. in ver. gemina. de libero homi. exhiben. Vt ad loca, in quibus literarum exercentur ſtudia.) De quibus in §. hæc autem tria. in procc. ff. Tam ipſi, quam eorum nuncij veniant, &
7 in eis ſecure habitent.) Iſtam ſolus Princeps concedit. Afflict. quæ ſint rega. in princip. num. 61. & aliter capitur, vt per Lucam in l. fina. circa med. C. de apochis publ. in l. 2. cir. prin. C. de diſcuſſo. & dat, quia quis in peregrinatione affligit. §. illud videlicet. Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffr. §. 1. Auth. de exhib. reis. & res eius læditur. §. 5. & ſeq. Auth. vt differen. iudi. inde ſocij Doctorum gaudent priuilegijs eorum. Bald. ad Specu. in fi. in tit. de magi-
8 ſtris. Dignum namque.) Ideſt ſecundum leges & bonos mores. §. 1. in ver. ſi dignum. Auth. de nup. Aeſtimamus, vt cum omnes bona facientes noſtram Laudem.) Nam virtus laudata creſcit, & immenſum gloriæ calcar habet. Diuus Thom. ad He-
9 bræos. 10. ibi, rememoramini. in prin. Et protectionem.) Generalem. ſ. cum alia ſit ſpecialis. & fit per appellationem committendo ſe protectioni Papæ.
10 cap. ad audientiam. de appellatio. Omnimodo.) Quod importat ipſo iure. l. 1. §. ſi pecunia. & ibi glo. in verb. omni. cum addi. in marg. ff. depoſiti. Mereantur.) Cum meritum ſit beneficium ſiue præmium quo quiſque meretur. Archid. in cap. miramur. poſt med. 61. diſt. Quorum ſcientia totus illuminatur mundus.) Cum totus poſitus ſit in maligno. Ioan. 5. pri. ſuæ canonicæ. Illuminatur.) Nam declaratio ſermonũ illuminat, & intellectum dat paruulis. pſal. 118. & ibi, mirabilia teſtimonia tua.
11 Mundus.) Ideſt homines in mundo exiſtentes. gl. in extrauagan. Ioan. vni. in ver. mundum. de pœnis. & princeps mundi, ideſt mundanorum. glo. fi. in c. 2. 32. q. 1. vel mũdi dixit, tenebrarum harum mundi dixit amatorum mundi. mũdi, dixit impiorum & iniquorum mundi, mundi dixit, de quo in euangelio, & mundus eum non cognouit. Auguſt. in homelia feria quinta, in cœna domini. Et plenus eſt concupiſcentiarum laqueis. idem Auguſt. in ſoliloquiis. cap. 12. Et ad obediendum Deo & nobis eius miniſtris, vita ſubiectorum informatur.) Per renouationem ſpiritus mentis eorum. ad Epheſ. 4. cum ſcientia ſit ab euentu & nõ inſit a natura, ſed cum diligenda acquiritur. gl. in extrauag. Io. vlt. inter. nequaquam. de verb. ſig. eſt neceſſaria. glo. in c. legimus. 37. diſt. & qui habent ſunt tanquam operarij. 2. ad Corin. 11. Vt vita ſubiectorum diſponatur. Eſaias. 38. Ad ſeruiendum Deo.) Viuenti. Ad Hebræos. c. 9. Et nobis.) Dicit Imperator, eius

miniſtris, cum omnis poteſtas a domino Deo ſit.
Iſern.hic, in ver.miniſtris.in prin.Quadam ſpecia-
32 li.)Quod dicatur ſpeciale,& quod ſingulare.glo.
Pariſ.9.titu.1.§.1.num.33.in princ. Dilectione.)
Quæ dicatur, Archid, in cap. charitas.poſt princ.
de pœniten.diſt.2. Eos ab omni iniuria defenda-
33 mus.) Eſt autem iniuria, omni quod non iure fit.
Alex, in conſi.79.num.2. in fi.2.volum.Quis enim
eorum non miſereatur.)Compatiendo illis iam vti
liter operantibus in agro prædicto.in extrauagan.
comm.pri.circa fin, de priuilegijs.Qui amore ſciē-
tiæ.)Non vt ſciant & ſciantur, propter nomen glo
rioſum ſęculi.Iſern.hic, in ver.amore ſcientiæ.poſt
num, 6. nam dicit Beatus Bernardus, O, ambitio
ambientium crux, quomodo omnes torques,om-
nibus places.gloſſ.in extrauag.Ioan.execrabilis,in
ver.ambitio.de præbendis. nec caret hoc vitio aua
ritiæ, quæ non tantum pecuniæ eſt, ſed etiam alti-
tudinis honoris. Iſern.hic num.6.circa med. Sicut
prodigalitas eſt non ſolum rerum, ſed & famæ.gl.
in proœ.decretali.in ver.ſui prodiga. & excedit
modus, in eo quod eſt amplius, ſicut in eo quod
eſt minus.cap.1.in ver.modum, de offi.cuſto.cap.
fin.de accuſatio.in extrauag.com.vni.cir.fin. de pœ
nis horum, mens auida potētiæ,non abſtinere no
uit a vetitis,nec gaudere conceſſis.cap.2. vbi gl.1.
de conceſſio.præben.in 6.cap.quorundam.in ver.
immemores.de electio.in 6. cap.1. de ſenten.& re
iudi.eo.lib.6.Sed cenſu cupidi & honore ambitio-
ſi.Ioan.And.in addi.ad glo.1.cap.auaritiæ.de elect.
in 6.tanquam cęci & inſatiabiles liberalitatem ne-
ſciunt,in extrauag. Ioan.execrabilis.in verb.quam
extorſiſſe.& in ver.excęcauit,de præben. & mens
alligata vitio cupiditatis,cito deuiat a vero.gloſ.1.
in cap.viſum,& cap.ſicut.47.diſt. vnde quidam ſci
re volunt vt ædificent,& charitas eſt, Iſern.hic,in
dicto ver.amore ſcientiæ.circa med. Pſal.50.doce
bo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.
vltra quod,da ſapienti occaſionem, & ſapientior
erit.cap.uides.in fin.23.quæſtio.6. & dum docent
diſcunt. Iſern.hic,circa princ. poſt numerum pri-
mum.quomodo debent docere. ca.hoc habet.46.
diſtin, veniunt. Bald. in pri. conſt. ff.in add.in ver.
diſcipuli,in princ.num.6.7. poſt numerum nonū,
decimum . numero 15. ante & poſt. & præferun-
tur ſcholaribus, not.in proœ.clemen. in prin. Qui
34 amore ſcientiæ exules facti.) Exilium proprie,&
improprie accipitur. l.nemo la 2. & ibi glo. C.de
epiſcop.aud. l.4. C.ex quibus cau. infamia irroga.
l.Papinianus exuli.in glo.1.in fin.de minori.l.amiſ
ſione.§.primo,in ver. relegari. & l.tutelas.§. fi. de
capit.diminut. voluntarium, quod fit amore Dei,
vt in Ioan.Baptiſta. quoddam quaſi neceſſarium,
quod fit virtutis amore, vt hic, & aliud vi per Caſ
ſan.in conſue.Burgun.rub.1.§.primo.ibi,qui con
ſisque.in fin.eſt temporaliter, non perpetuo. glo.
in cap.ſi vobis,in ver.vel inſulas. 23.quæſtione 8.
De diuitib. pauperes.) Propter quinque quæ ſunt
eis neceſſaria.not.in proœm. clemen. Se metipſos
exinaniunt.) Vt de ſe ipſo atteſtatur Iaco.de Ardi-
zo.in princ. ſuæ Sum. Vitam ſuam multis pericu-
lis exponunt.) 2.ad Corin.c.11.circa fi.Et a maliſſi
mis ſępe hominibus (quod grauiter ferēdum eſt)
corporales iniurias ſine cauſa perferunt.) Propter
quod eſt magis atrox.§.atrox. Inſtitu.de iniurijs.l.
non eſt,de ritu nupt.l.1.§.1.in ver.atrocem.& ibi in
marg.de vi & vi arma.

15 Hac igitur.)Illatiue ponitur,aliàs inceptiue. Lu
cas in l.vni.columna 3.circa med. C.de ſtud.libe.
vrbis Romę, ſicut ergò,& itaque. Idem Lucas in
l.cum ſupra.circa prin. C.de re milit. Generali.)
cap.erit autem. 4.diſt. Lege in perpetuum valitu-
ra.) De pace iuram.firma.in princ.eſt verbum ſuc
ceſſiuum,& non momentaneum, ſed perſeuerans.
Loffr.in cap.1.colum.6.circa med. Impera.Lotha.
Decernimus.)Glo.in extrauag.com. vni.in ver.vo
luntas,de cenſib. Vt nullus de cætero.) Deinceps.
not.in clemen. vni.§. porro, de Sum. Trinit. Tam
36 audax inueniatur.) Audacia in bonam & in malā
partem: proprie eſt uitium, cuius contrarium eſt
puſillanimitas: medium eſt fortitudo.glo.cum ad
di.ad eam.in cap.2. in ver.audacia,de cenſibus.in
6. reprobatur & accipitur in malum. not.in clem.
1.de offi.ordi. Lucas in l.2.in princ. C.de aquædu
ctu.Qui aliquam ſcholaribus iniuriam inferre præ
ſumat.) Pulſatione corporis, aut conuitio aures,
aut turpitudine vitam violando. Vnde appellatio-
ne iniuriæ venit vexatio,& quidquid non iure fit.
Lucas in l.quinque.in princip.C.de decurion.quæ
non debet inferri etiam, Propter cuiuſcumq; pro-
uinciæ delictum ſiue debitum.) Quia capere libe-
rum hominem pro debito, vel exigere alium pro
alio graue eſt.glo.in l.extat. in ver.rem.circa med.
ff. de eo quod metus cau.tamē quia poteſt ciuitas
inter ciues ſtatuere, vt alter pro alterius debito te-
neatur. Lucas in l.1. poſt principium, C.de omni
agro deſer.licet vnus pro alio non teneatur ipſo iu
re: poſſibile tamen eſſet quod propter defectum
non ſoluentium fieret ſuperindictum nouum,
& ſucceſſiue alij grauarentur. Bar.in l. ſemel, poſt
numerum 3. C. de apochis publi. ab huiuſmodi
grauamine ſunt immunes, ſicut venientes ad nun-
dinas,& eorum bona non poſſunt pro debito arre
ſtari. l. vni. C. nundinis. fauore publicæ vtilitatis.
Bald.in conſilio 102.num. 3.4.volum.Ita ſi vniuer-
ſitas communicato cōcilio delinquit, etiam quod
ſinguli vniuerſitatis puniantur.l.ſicut. in verb.non
debetur. ff.quod cuiuſque vni. in hoc excipiuntur
37 ſcholares,quos ob cuiuſcumque prouinciæ deli-
ctum, damnum ſentire lex iſta non patitur, & ne
ſit ſub ludibrio (glo. in l.adoptare. ff. de adoptio.
quia quæ a maioribus negliguntur, æquum eſt vt
a minoribus contemnantur. Afflic.de pace iuram.
firma. in princ.num.13.in fin.) tollit. Quod ali-
quando ex peruerſa conſuetudine factum audiui-
mus.) Et vult, quod ſi aliquod damnum (quod
proprie & ſtricte eſt diminutio patrimonij. Bald.
in conſil.182.num.2. 1.volum. & qui allegat pro-
bare debet.no.in l.prima. C. ſi aduerſus vendi.pi-
gn.) Eis inferat, ſcituris huiuſmodi ſacrę conſtitu-
tionis temeratoribus.) Corruptoribus & contami
natoribus. Gramma.in ver.temero. Et etiam ipſis
38 locorum Rectoribus.) Qui rem publicam gerunt.
l.5.delega. 3. l.fina. quod cuiuſque vniuerſitatis.
Vindicare neglexerint.) Quia uindicta debetur rei
publicæ vt boni inter malos quiete viuant. Iſern.
quæ ſint regal.in ver. & bona committentium cri
men. num. 75. Reſtitutionem rerum ablatarum
ab omnibus.) Inſolidum,quia ſunt obligati ex cō
muni dolo. Idem ſi ex maleficio, ſecus ſi ex culpa
vel quaſi delicto,quia quilibet pro virili,ſicut ſi ra
tione officii. Sed uno reſtituente cęteri liberantur.
Bal.in conſi.329.4.volum.Exigendam in quadru
plum,notaque infamiæ eis.) Per quos res munici-

pii ge-

pii geruntur.l.municipibus, de condi.& demonſt. Ipſo iure.) Ideſt ſine adminiculo hominis.Io.An. in cap.1.in princ.vt lite pendente. in 6.Irroganda, dignitate ſua ſe carituros in perpetuum.]Dum viuunt l.1.ff.pro ſocio.

Verumtamen.] Lucas cap.10.& 22. Si litem eis Quiſpiam.] Aliquis.Gramma.in ver.quiſpiam.Super aliquo negotio mouere voluerit,huius rei optione data ſcholaribus, eos coram domino vel magiſtro ſuo,vel ipſius ciuitatis Epiſcopo,quibus hanc iuriſdictionem dedimus , conueniant.) Et ſic licet poteſtas iure communi ſit iudex ſcholarium. §.ſi quis contra,in ver.ciuilem. Auth.de ſanctiſſ.
19 epiſcop.hic dantur tres iudices. §.fina.in ver.profeſſores.in procem.ff.Lector & Epiſcopus cognoſcunt inter ſcholares inſolidum . cap. vt officium, in ver.ſeperatim , de hæreti.in 6.& ſi viaticum ſuũ aliis mutuo dederint , extraordinario iudicio ſubueniuntur. l.cum filiusfamilias. ff. ſi certum petat. Qui autem ad alium iudicem eos trahere tentauerit,etiam ſi cauſa iuſtiſſima fuerit, a tali conamine cadat .) Per ſententiam,vt hic in glo.cauſam verò dicimus iuſtam & veriſimilem, quæ a iure approbatur, & de iure obtinet . Innoc.in cap.bonæ memoriæ.num.3.de appella.
20 Quid ſi ſcholaris litem cõteſtetur coram alio, an valeat? & coram quo ſatiſdabit. l.2.in verb.conſenſus.& §.fin.in ver.accipere.ff.de iudic. vnde au-
21 tem dicuntur magiſtri,& quid miniſtri.glo.in clemen.2.in ver.doctoratus.de magiſtris.

Declarato textu, dubia reddebatur deciſio . Et primò , priuilegia reuocantur, quando tribuunt priuilegia his materiam aliis iniuriandi. no.in cap. ne aliqui, de priuilegiis, in 6. modò propter abuſum non ſinunt Iuſtitiarii eos vti priuilegiis. no.in cap.2.de cõceſſio.præb.in 6.ergo fruſtra fit,quod factum non releuat.l.aliquando. §.ſi ſub conditione. ff.ad Velleian.

Secundò,ſcientia nocet.l.minoribus.& ſequen. ff.quod falſo tutore authore. §.fin.circa fin.vbi gl. in ver. ſcire. Auth.vt clerici apud proprios epiſco. ſi nocet ſcientia malorum, bonis obeſſe nõ debent. glo.in cap.innocens.in verb.ignorare, 22.q.4.

Tertiò,ſapientes ſunt vt faciant mala,bene autem facere neſciunt. Hieremias.4.vltra quod ſuperbia quæ obuenit ex ſcientia inflat. glo.fin.in fi. in l.licet.C. de acquiren. poſſ. Fredericus tamen mandauit contrarium, propter bonum publicum quòd inde naſcitur,maxime ex iuriſtis. Iſern.hic, in ver.amore ſcientiæ.in prin.

Qua ſtante , non obſtat Primum : nam multa bona in malam capiuntur partem . Lucas in l.omnes.colum.2.circa med. C.de decurio.

Non obſtat Secundum, nam quædam melius eſt neſcire,quam ſcire.gl.in cap.aliquanti.26.quæſtione quinta.l.item veniunt. §.cum antequam.in ver.ſciuerit.ff.de peti.hæred.quæ ſint. c.quamuis. cum ibi not.38.diſt.in illis ſcientia vnius alteri nocet,& econtra.l.ſed Iulianus. §.non ſolum,in ver. vtrique.ff.ad Macedon.

Vltimum non obſtat, nam nõ attenditur quod fit,ſed quod fieri debet.l.fundi.de fundo inſtru.& quomodo intelligitur quod ſcientia inflat.glo.cir. finem.in reg.non vt ex pluribus. de reg. iur. & ſic
22 iudex ſcholarium,eſt Lector & Epiſcopus inſolidum , & ſi corã alio trahitur,actor amittit cauſam etiam iuſtam.

Intellige tam ſi ſcholares ſunt clerici, quam laici. Curt. in tract. feud.in 2. quæſtione,1.par.poſt numerum ſecundum. ſed quod non comprehendat clericus,tenuit Archidiaco.in cap.inolita.vndecima,quæſtione prima.& exiſtentes in ſtudio tenentur dicere officium . Zaba.in clemen. 1.in fin. princ.de magiſtris. Ita ſi ſit clericus & miles: nam conuenitur coram epiſcopo & magiſtro militum, adeo quod iſta priuilegia tanquam in corpore iuris clauſa non tolluntur, niſi dicatur, Non obſtante tali lege.§.quod autem. in verb.priuilegio. Authen. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. Et procedit etiam quod receſſerint a ſtudio, dummodo cum licentia ſui Lectoris. Lucas in l.in ſacris. C. de proxi.ſacro.ſcrinio. & etiam quod ſcholaris ſit regularis. cap.ſecundo. & ibi gloſſ. penultima.ne clerici vel monachi. in 6. & habet locum tam in contractibus , quam in delictis extra ſuam prouinciam commiſſis , nam in commiſſis in ſua prouincia, Legatus vel Baro habet priuilegium. Iſern.hic,in additio. poſt numerum duodecimum.vel quo ad delicta ſcholares renunciant huic priuilegio, quia per magiſtrum uel epiſcopum non poſſunt plene puniri.§.ſi quis autem, in uer.vti innocẽtes. Auth. de manda.princ.

Intellige in ſcholari qui iurauit Rectori , aliàs qui non vult iurare,non eſt habendus pro ſcholari. Bald.in cap.primo,de controuer. feu.apud pares termi.Aluaro.in §.præterea ſi inter.nome.3.in princ.de prohib.feud.aliena, per Fre. & in eo qui non tantum moratur in ſcholis , ſed ſcientiæ operam dat . Archid. in cap. de quibuſdam.colum.2. in fine,37.diſtin. vnde non gaudet priuilegio qui deſinit a ſcholis , vel minus honeſte viuit. Zaba.in procem.clemen. ibi. Ioan.poſt numerum tertium, & procedit quando ſcholares vnius ſcholæ turbãt ſcholares alterius: vel ipſos impediunt , & quandiu ſunt in ciuitate ſtudii . Secus ſi inceperunt aliud exercitium : vel fuerunt abſentes quinquennio , nam perdunt priuilegium. Paris de ſindic.in ver.ſcholaris,numero tertio,vel ant accuſantur de crimine ſcholarium, & cognouit Rector : ſi de communi præſes, ſicut in milite. Azo in Summa, C.de offic.magiſt.mili. circa princip. Et procedit ſi ſtudium non tollatur ab illo loco . glo. penultima, circa medium, in cap.ſecundo, de priuileg.in 6.& dum ibi morantur , nam ſcholares reperti in prouincia,non gaudent priuilegio fori . Lucas in l.ex eodem , in fin. C.de agenti.in rebus.extra locum ſtudii non potiuntur priuilegio ratione contractus vel delicti , nec ſcholaris prouectus qui eſt aſſeſſor. Cap. in verbo, feuda officiorum. ibi , mareſcalli exercitus. columna ſecunda,circa med. & non tenet ſententia ſiue pro ſe, ſiue contra ſe fuerit lata.Archidiac. in cap.placuit, in princip.11. quæſtione prima.
23 Nota , quod maxime circa iuris profeſſionem eſt prouidendum.l.prima. C.qui ętate vel profeſſ. ſe excuſa.vnde certi fuerunt ſtatuti magiſtri. l.vni. C.de ſtud. libera. vrbis Romæ . idonei ad docendum. not.in capit.1. de magiſt. quorum quinque ſunt genera , & multa debent agere . Lucas in d.l. vni.colum.5.circa med.C.de ſtatu libera.vrbis Romæ . Scholares debent conferre & arguere ad inſtar venatoris.in extrauag. Io.2. in ver. præcipue, de verborum ſign.interrogare Doctorem expertũ & peritum in pluribus. Afflict. in cap.1.circa prin,

de ſeud,cogn. auditu diſcere, vel lectione cogno-
ſcere,cap,in quibus,de con ſecra, diſtin, 2.& audire
Doctorem, vt addiſcant quę ignorant, Iſer.hic,
poſt principium,& ſupta in procem, num.8. circa
med.glo,in procem.6.in ver.ſcholaribus.& in ver.
commorantibus. non debent vagari:nam ſchola-
ris vagus non efficitur magiſter,glo,in l.1.C.de ti-
ronibus,nec habere cameras ſupra viam. Lucas in
d.l.vni,colum. 1, poſt med,C,de ſtudiis liberali.vr
bis Romæ, Sed vadunt ad eccleſiam, vt videant
dominas ſuas, non vt ſuam vel Dei cauſam atten-
dant.glo.in cap.ordi.in ver,ſi ſuas. 24.q.1.

Nota etiam iudices ſcholarium: & quod qui
ſunt de eadem profeſſione vel negotio,poſſunt fa-
cere iudicem ordinarium, adeo quod qui ſunt de
eadem profeſſione vel negotio,non poſſunt decli-
nare ab eis. Azo in Sum. C.de iuriſdi,om.iud,poſt
num,6. & illi non poſſent delegare aliis. §.fina,in
ver. profeſſores, in procem. ff, Item quod neſcire
24 dicimur,quod ſcire non tenemur:ignorate quod
ſcire debemus, addi,ad glo.1.l,fin,in ver.& neſcit,
C. per quas perſonas nobis acquiri, quæ debeant
habere ſcholares,& a quibus abſtinere, Zabar. in
clemen. 1. num. 10. & poſt numerum 11.de magi-
ſtris. iſtorum pater,gubernator & caput debet eſ-
ſe Epiſcopus. Pau. de Caſtr.in conſi.177.num.1.in
princ. 1,volum.

25 Vltimò nota, quod multũ prodeſt notitia ſcho
laſtica.cap, innotuit,in ver.in ſcholis.de electio.ſi-
cut notitia militaris. l,miles filiusfamilias.ff.de ca-
ſtren.pecu,licet noti in ſcholis quandoque in ter-
ra ſua dicunt,non noui vos,glo. fin,in cap,prophe
tauit.1.quæſtione 1.Iſern.poſt princ,dicit,quod ma
giſtri ſunt cauſa quod ſcholares fiant boni;nam de
bent pro poſſe ſuo illos inſtruere. not.in cap.quia
nonnullis. de magiſtris.Inde eſt honor,bonos ha-
26 bere ſcholares,d.§.fi.in ver,maximum.in procem,
ff.aliàs ex vitiis diſcipulorum, præſumitur contra
magiſtros. glo.1.in cap.peruenit.18.diſt,

An autem poſſint recipere ſalarium,glo.magn.
in d.c, de quibuſdam, 37,diſt. & docendo theſau-
rus ſcientiæ erogatur. §.nos verò, in d. procem. ff,
qui ſi non tranſit in diſcipulos remanet in Docto-
re.Pſal. 34.Iudica.& 41.quamadmodum.ibi, ora-
tio mea in ſinu meo conuertebatur, ideſt, ſi non
prodeſt illi pro quo oratur, prodeſt oranti. glo.1,
in fin.in cap.ſicut, lo1.23.quæſtio.4. diſcipulis au
tem poſſet dici,ſcientiam repuliſti, & ego te repel-
lam. Oſeas 4.cap.omnes,in fi.38.diſtin.ignorans,
ignorabitur.1.ad Corinth.14.cap.1.15.quæſt.1.glo.
in cap,vni.in ver.ignorantiam,de Sum.Trini.in 6,
in extravagan.commu.pri.circa med.de priuileg.
27 Et eſt triplex ignorantia, bona,mala,& indifferẽs,
Lucas in l.3. colum.1. circa med.C.de tabula.ſcri-
bis,iogogra.Ruſſus quædam ex ſimplicitate, quę-
dam ex culpa, & quædam ex negligentia. glo.in
cap.primo, in ver. ignorat.15.quæſtione prima. ſi-
cut neſcire dicitur multipliciter.glo.fin.in cap.me
rito.ea,cau. & quæſt. capitur ignorantia in malam
partem.glo.rub. ff.de iuris & facti igo.& qui igno
rat Chriſtum,cap.ſi iusta.& ſequen.38.diſtinct.di
citur cęcus.in extravagan,Ioan,vni,in ver.ignoran
tiæ. de ſenten, excommun. & dicit Deo, recede a
me, ſcientiam viarum tuarum nolo. Iob. 21. ſed
magna miſeria eſt neſcire, & nolle diſcere, maxi-
ma docere,& nolle operari, infœlix qui recta do-
cet, & uiuit inique, ſicut qui pauca ſapit ſpernit-

que doceri. Archidiac.in cap.penult.circa fin.qua dragesima diſtin. & eſt differentia inter errorem, titubationem, igoorantiam, & neſcientiam.Idem Archid. in cap. in quibus.22.quæſtione ſecunda. defectus ſcientiæ non eſt peccatum, ſed pœna peccati. Innocen. in cap. niſi cum pridem.numero 4. in princ.de renuntia. Archid. in cap.quamuis.38. diſtinct. ſed illud in eo qui non tenetur ſcire iura, ſecus in Epiſcopo. Zabar. in clemen.prima, poſt numerum tertium, & quintum, de ætate & qualita.Et quod dicitur,ignorans ignorabitur,intelligitur de ignorantia iuris naturalis, gl.in cap.turbatur.in ver,omnis, circa med.1.quæſtio.4.cap.fina. in ver.naturali. de conſue. Vel vt per Archidia.in cap.primo,15.quæſtione prima, iſta excuſat ab amiſſione feudi.Cap.in ver.feudatariorum excuſationes.ibi,ignorantia, & quædam pro parte excuſat,& pro parte non.glo.in cap,ea vindicta,in ver. paucis.23,quæſtione quarta.quæ habet vehementem opinionem, licet verum ignoret, excuſat,alia nocet.l.ſi quis extraneus,§.fin.in glo,fina.ff,de acquiren.hæred,& errare in rebus eſt mortale peccatum.glo,fin,in cap,ſi quis dixerit,vndecima quæſtione 3. De neceſſitate ſcientiæ, late Lucas in l. omnes.columna 8.circa med. C. de decur,de iſta non poteſt quis modico tempore multum adiſcere: nam nemo repente fit ſummus, Quandoque tamen ingenium ſupplet tempus,cap.cum ex literis.in ver, inſtructus, de in integr. reſtitut. ſicut in Franciſco Accurſio.l.quidam conſulebant.in poſitione caſus.ff.de re iudi. Bart.in l,prima, C,qui ętate vel profeſſio.ſe excuſa,vnde non ſufficit diu ſtuduiſſe, ſed bene: aliàs qui parum ſtudet, parum proficit.l,vnicuique.in ver.ſuperetur. & in ver.parum. C.de proxi.ſacro,ſcri. licet ingenium docile, ſine Doctore laudabile eſt,Iſern.hic,num.14.circa medium,& ſupra in procem,numero 13. circa fin. addi.ad Bart.in l.prima,in fi. C.de tironibus.ta nẽ vſque ad canos inueni & ſapientiam, Iſern, hic, & in iſtis terminis,tamdiu habet priuilegium,donec facit id propter quod priuilegium datur.l.ſemper, §.negociatores.de iure immu,

Quid ſi intrat ſtudium vt audiat, & poſtea vadit practicando,Iſern,hic, & glo,in cap.2.in verb, ſedem,poſt medium,de priuilegiis,in 6.& cum habeat tres iudices, poſſit ſemel variare ante litem conteſtatam,renuntiare non, ſicut clericus; quia derogaret toti collegio.l.alia.§.eleganter.ſolu. matrimo,Inſuper Iſern.dicit,quod Deus eſt Rex Regum, & poſt Deum Imperator,per eum enim Reges regnant. epiſtola, Inter claras. C. de Summa Trinita. nam niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Pſalm.126.eſt bonus bonis, & terribilis malis. §. feſtinabis. Authen.de manda.princip. ſicut Papa contumacibus eſt ſeuerus, & pœnitentibus humilis, locum veniæ non negans, cap.quanto, ſecunda,quæſtione quarta. Rex omnium Deus. §.fina.Authen, conſtitutio. quæ ex aſcripti. Princeps eius miniſter, quando bene agit.Iſern.hic in verbo,miniſtris.circa principium.ſi male non Rex, ſed diabolus, nec nomen Regis habere meretur, Idem Iſern. quæ ſint regalia, in verb, & bona committentium crimen.numero ſeptuageſimoquarto, circa mediũ, & huic Deus terribilis. Pſalm. 75. notus in Iudæa Deus.in fin. ibi, terribilis apud omnes Reges terræ. ſicut terribile iudicium magis iudici quàm

partibus

partibus eſt. l.rem non nouam, circa fin.princip.
C.de iudiciis. Deus enim reſpicit quæ geruntur, &
ſi quid egerint per dolum, lucrum, vel machina-
tionem, in ſuis recipient animabus. §. ſancimus,
Authen. de eccleſiaſt. immo. rerum aliena. Ideo
Iob 34. timeant iram Dei, quæ idem eſt quod fu-
ror. Diuus Tho. in 11. ſecundi noctur. Noli æmu-
lari, ibi, deſine ab ira. Iſtam paſſi ſunt Aſſuerus &
Nabucodonoſor. Heſter.1.& Daniel.4.& ab eis ſe
liberaturum populum promittit Deus per Eze-
chielem. 34. Liberabo (inquit) gregem meum de
ore eorum. & requiem ſe daturum in ſeruitute du
ra. Eſaias 3.& 10. ex pauenda eſt itaque ira Dei,
ex qua mortalibus inſequutæ ſunt peſtilentiæ, ali-
quando fames, & ciuitatum euerſiones. Loff.in cõ
ſil. 17.poſt num.3.

28. Sed quomodo iraſcitur Deus, cum in eum per
turbatio non cadat. cap.epiſcopus. in fin. vndeci-
ma, quæſtione 3.& Apoſtolus ad Romanos. 3.ait,
Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert iram ſecun
dum hominem? dico, abſit, quia nunquam indignari
poteſt, cum ſit incommutabilis. gl.in extrauagan.
Ioan.execrabilis, in verb. indignationem, de præ-
bendis.& in extrauagan.commu.vni. in verbo, in-
dignationem. de cenſibus. vnde poteſt dici, quod
contrariæ fortitudines per quas Deus punit popu
lum, appellantur furor & ira Dei.cap.non ſolum.
& fin. 23.quæſtione quinta. & eius ira non eſt, vt
hominis concitati, perturbatio, ſed tranquilla iu-
ſti ſupplicij conſtitutio. cap.productior.de pœni-
ten.diſtinct.3. & non eſt vltionis executio, ſed ma
gis abſolutionis operatio.c.ſed & continuo, de pę
niten.diſtin. 1. & Deus ſecundum ſcripturas ira-
ſcitur, nec tamen vlla paſſione turbatur, hoc enim
verbum vindictæ vſurpauit effectus, non illius tur
bulenti affectus. Auguſti.lib.9.de ciuitate Dei.ca
pit.5.in fin.vel dicitur ad modum irati & pœniten
tis. Diuus Thomas ad Romanos. 11. ibi, nolo e-
nim vos. circa medium. & loquitur more huma-
no, quia Deus non iraſcitur.cap.ſi quis præsbite-
rorum. in ver.iratus.de rebus eccle.non aliena.gl.
penult.in cap.ſi duo.de conſecra. diſtin.prima. hu
mana ſimilitudine. glo. in cap.odit. 1.quæſtio.1.
glo.in cap.2.& in cap.vę qui dicitis. 11.quæſtio.3.
glo.1.in cap.abiit Iudas. ea.cau. & quæſt.cap.me-
dicamentum.in poſitione caſus, in fi. de pœniten.
diſtin.1.& dicitur figura antropoſpotos, perquam
attribuitur Deo, quod conuenit hominibus. gl.in
cap.odit.in ver.ſimilitudine. 24.quæſtione prima,
Lucas in l.1. circa fin. C. de conſul.& non ſparg.
quaſi humana propaſſio. Diuus Thom.in 2.1.no
ctur. Quare fremuerunt gentes. ibi, qui habitat in
cœlis. circa med. & hic loquitur ſecundum ſimi-
litudinem hominum iraſcentium, qui vindictam
quærunt; Deus autem vindictam infert ex animi
tranquillitate. Idem Thom.1.ad Roma.ibi, virtus
enim, circa med. vel quantum ad effectum, quia
Deus in tranquillitate iudicat. Idem Thom. in
Pſalm. 37. Domine ne in furore. quod eſt in 12.in
2.noctur. vnde furor & ira Dei, per quam videtur
fruere & iratum eſſe in malos, alibi capitur pro ge
henna, ira & igne purgatorii. Archidiaco.in cap.
non ſolum. vigeſimatertia, quæſtione quinta. vnde
timeant iram Dei, quæ non eſt aliud quàm pęna
quæ irrogatur peccato, ſecundum Auguſti. quem
refert Iſern.hic in ver.miniſtris. circa fin. nec ho-
minibus iraſcitur, ſed vitiis. cap. quamobrem. de
pœniten. diſtin. 1. hoc modo iraſcitur & turbatur
Deus ſuper delinquentes, & turbari licet.not.in
clemen.prima, de celebra.miſſa. & dicitur tunc af
flictio & vindicta. Archidiaco. in cap. ſed illud. in
princip. 45. diſtinct. Quid autem ſit ira, de eius
effectu, quando ſit iuſta, & quando dicatur turba-
ri Deus. Lucas in l.2.columna ſecunda, poſt prin-
cip.& 3. C.de exacto.tribu. in perſona hominum
eſt duplex, vna per vitium, alia per zelum. Archid.
in cap.penult. colum.3.poſt princip.7. quæſtione
prima. eſt etiam alia iuſta, & alia iniuſta. qui cum
cauſa iraſcitur non peccat, immo ſi non iratus
fuerit peccaret. Idem Archidiaco.in cap.ira, 11.
quæſtione tertia.

In propoſito autem vbi nunc agant vel conue-
niantur ſcholares, late Iſer. hic ferè per tres colum
nas: & eſt prouiſum per cap. regni. vniuerſis. &
ſequen.circa reformationem.cap.77. columna ſe-
cunda. docentes & ſtudentes in theologia per
quinquennium, percipiunt prouentus beneficio-
rum ſuorum.not. in cap.fin.de magiſtris.glo.pen.
in cap.vni. de clericis non reſiden. in 6. ſcholares
in ſcholis, de eccleſijs ſuis debent habere præben-
das.glo.prima, in cap.de quibuſdam.37.diſtin. ve-
29 rum ſi ſtuduerint expenſis beneficiorum, non de
bent redire ad ſtatum ſecularem. nota.in cap.cum
ex eo.de electio.in 6. & ſi habent dignitatem, non
poſſunt audire leges niſi theologiam; ſi non ha-
bent, poſſunt leges, phiſicam & alia intelligere.
not.in cap.primo, ne clerici vel mona.in 6.vel non
poſſunt pendente anno quo promoueri debent ad
ſacerdotium, vt ibi.& in cap.2.vbi glo.fins.de pri-
uileg. in 6. Si delinquunt extra Neapolim, an co-
gnoſcat Rector? Lucas diſtinct.in l. 2. columna
prima, in fi.& 1.in princ. C.de priuileg.ſchola. Vi-
cerector non habet eandem poteſtatem, qualem
habet Rector, niſi eſſet cõſtitutus ab Vniuerſitate.
Iacobi.in verbo, vicariuſque perpetuus.num. 11.
& rector poteſt eſſe etiam Neapolitanus. Afflict.
in §. ſimiliter, numero ſeptimo, circa medium, de
controuer.inueſt.& a collectis eximuntur ſchola-
res & Doctor actu legens. Iſern.hic, num.14.circa
medium.& Neapoli fuit impoſita gabella boni de
narij & ſemiſſa collecta. Cap. in verb.feudorum
clauſulæ. ibi, Neapolitani. & ſi vocantur ad iudi-
30 cium, habẽt multa ſpecialia. l. ſi pupilli. §.item
quæritur, in verbo, negotium. poſt medium, ff.de
negot. geſt. quæ non ſunt in contractibus, l.traie-
ctitiæ. §. de illo, de actio. & obligat. Iſern.hic, in
ver.litem, cum in iudiciis, nihil aliud quam iuſtitia
locum habere debet.l.eos, la prima.§.primo, C.de
appellatio, & verendum eſt ne lis incognito nego
tio dirimatur.l.ne cauſas.d.titu. de appellat.habet
tamen nonnullas moras exceptio iudicii. l. etiam,
ff. vt lega. nomi. cauea. In materia feudali atten-
31 ditur potius ſimplicitas & veritas quàm apices
iuris. Bald. in capitu.ſi enim. poſt numerum quin
tum.quid ſit inueſtitura. & audiſtis, inquit, per os
meum. Actuum Apoſto.cap.1. Quid ſi eſt dubiũ,
vtrum iuriſdictio pertineat ad Doctorem, Iuſti-
tiarium, vel Epiſcopum? dicit Iſern. hic in ver.ca-
dant, in prin, quod cognoſcit is coram quo agitur,
32 & pronunciat an ſit ſua iuriſdictio, an non. Lucas
in l.fi.colum.2.poſt princ.C.de caſtrenſiariis. Pau.
de Caſt.in conſilio 258. num.3. primo volumine.
nam licet ſit cauſa ſua, non tamen propria, quia e-
molumentum vel damnum ad eum non pertinet,
cap. biduum.

cap.biduum.§.palam. 2.quæſtio.6. ſed iudicet qui non eſt grauatua criminibus. cap.qui ſine.cum ſequen.3.quæſtio.7.in vnaquaque prouincia ſecundum ordines.cap.ſcitote.6.quæſtio.3.esploſo peregrinorum iudicio. Geneſis.19. ingreſſus es vt aduena, nunqoid iudices nos. cap. accuſatores,lo 3.3.quæſtione 5.cap.peregrina.ea.eau.quæſtio.6. & ſi grauatur per interlocutoriam appellar, quia dicitur pati damnum, etiam ſi contra voluntatem eius res melioret. Iſern.hic circa fin. & dicitor fa-
33 cere deteriorem,etiam in meliorem ſtatum commutando.Azo in Sum.Inſtitu. de vſu & habi.numero 12. in fin. quia quod quis non diligit facile contemnit.cap. 2.in ver. alio. cap. eum locum.in ver. prouenire,de ſponſalibus. Inde eſt quod benefacere nemo poteſt, niſi elegerit & amauerit. cap.ad fidem.23.quæſtione 5.ſatis enim lucrari dicitur,ſi ſuam voluntatem implet. Pau.de Caſtr.in conſil.259. columna 4.in fin.1.volum.ſola ſatisfactio voluntatis habetur loco intereſſe. Bald.in l. pluribus.in 1. repe.in fi.ff. de procurato. & eius fit conditio deterior,eo ipſo quod nolit, licet commutetur in melius, Fre.lib.2. ibi,tertio quæro.columna 1.circa med. Vnde habens electionem mutandi prębendam,poterit mutare eligendo minorem.glo.in cap.fi.in ver.meliores, de conſuetu. in 6.non poteſt quis inuitus emancipari vel legitimari, etiam quod quandoque interſit. Bald.in conſi. 1.numero 1.in fin. 1.volum. in lucro ſuccurritur. l.ait prætor.§.fina.cum l.ſequen.ff.de minori.commodum enim eſt ſuæ ſatisfacere voluntati. Iſer.in conſtit.defenſas.circa med.de defenſa iniuſte impo. & bonum quis faciendo præter meam voluntatem,mihi facit iniuriam. Lucas in l.1.colum.8. in princ. C. vt nemo ad ſuum patroci. Licet alibi, qui melius & magis facit, & non facit aliud, ſed idem. Zabar.in clemen.2.in princ.poſt nume.11. de relig.dom. Itaque a grauamine illato per interlocutoriam poteſt appellari,alias remanet.c.cum ceſſante.& ibi gl.de appellat.

34 Et ſic Dei nomine ſub quo tota Trinitas continetur. Diuus Thomas. 2. ad Corinthio. 3. in fine. curſum conſummaui, fidem ſeruaui. 2. ad Timotheum. 4.

Regi ſaculorum & immortali ſoli Deo honor & gloria.
1. ad Timotheum. cap. 1.

F I N I S.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eff Ggg.

Omnes ſunt Quaterniones, præter Ggg qui eſt Duernio.